© Ministerio de Cultura

Observatorio de San Fernando
BIBLIOTECA

Núm. del In
Sección .....
Carpeta.....
Estante.....
Toma.....

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 6437

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

JO. ALBERTI FABRICII

SS. Theologiæ D. & Prof. Publ.

BIBLIOTHECA GRÆCA,

Sive notitia Scriptorum Veterum Græcorum quorumcunque monumenta integra, aut fragmenta edita exſtant: tum plerorumque è MSS. ac deperditis.

Accesſit

EMPEDOCLIS Sphæra, & MARCELLI Sidetæ

carmen de medicamentis è Piscibus, Græce & Latine, cum brevibus notis.

OBSERVATORIO DE MARINA
DE
SAN FERNANDO.

HAMBURGI

Sumptu CHRISTIANI LIEBEZEIT,

Typis SPIERINGIANIS A. C. cIↃ IↃ CCV.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

Magnifico, Nobilissimo ac Juris
Consultissimo Viro,

DN. GERHARDO SCHROEDER,

Reip. Hamburgensis Consuli,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Vides audaciam, VIR EXCELLENTISSIME, aut si

2011 Ministério da Cultura

mavis interpretari libertatem, hominum peregrinorum, qui apud TE, *ut Anacharsis olim apud Solonem, Virum Sapientissimum, patriam esse suam existimant, nec tamen, ut Barbarus ille minime barbarus, ad Te veniunt singuli, verùm agmine facto accedunt, & sacrarium Tuum irrumpunt. Græci isti sunt homines, mira simplicitate, bonarum tamẽ illi literarum artiumque promicondi, non minus antiquitate, quàm ingenio & eruditione commendabiles, neque adeo tibi ignoti. Hi ab Amplissimo Nomine Tuo, quod suis ex parte obsoletis nominibus novam lucem conantur conciliare, hanc suam causam apud tanta æquitate Judicem, tan-*

2011 Ministerio de Cultura

tantâ benignitate Virum, facile vel excusabunt, vel tuebuntur. Ego autem, peregrinus & ipse, licet ab aliquot jam annis Reip. hujus, quam moderaris, civis, quod præsentem Tibi librum, in hac urbe horis subcisivis à me in studiosorum usum elucubratum, offerre ac dedicare, illumque veterem doctissimorum Græcorum Senatum ad Te allegare haud dubitavi, non minus promte ac facile causam dixero. Cum enim vox cōmunis civium, famaque non inficianda, jampridem in Te celebret ac veneretur rectum illum ac tenacem propositi animum, & nullâ inferiorem trepidatione, nullis cedentem corruptionibus integritatem: præterea singularem juris rerumque civi-

2011 Ministerio de Cultura

lium, Patriæ maxime, peritiam, prudentiamque, & in rebus gerendis industriam ac dexteritatem: ego peculiariter Tuum in literas amorem, egregiamque humanitatem Tuam, & prædicandam mihi, & simul instar certissimi præsidii mihi futuram esse existimavi, quo fretus sperare possem, hanc libertatem meam non prorsus improbatum à Te iri. Nihil igitur addo præter Votum, quod pro salute Tua mecum nuncupant universi, qui Reip. nostræ bene cupiunt. Deus ter Opt. Max. Te publice domique felicem servet quam diutissime! Scripsi Hamburgi, Nonis Aprilibus, Anni Christiani cIↃ IↃ ccV.

AD LE-

2011 Ministerio da Cultura

AD LECTOREM.

OCto anni sunt, mi Lector, ex quo Bibliothecam latinam edidi, quam cum non maligne exceptam esse à literarum studiosis intelligam, audeo in præsenti Biliothecam Græcam tibi similiter offerre. Opus majoris corporis & animi aggressum me non infiteor, est enim materia uberrima, varietas incredibilis, numerus scriptorum propemodum infinitus, non infrequentes hinc inde tenebræ, paucorum stylo discussæ. Quid de editionem multitudine dicam, quas ut indigare singulas industriæ & fortunæ est, ita discernere ac dijudicare, non contemnendæ facultatis. Neque vero de me tam arroganter, neque de argumento quod tractandum in me suscepi, tam anguste sentio, ut omnibus numeris perfectam & absolutam Bibliothecam Græcam tibi exhibere me posse existimem. Quid tamen efficere studuerim, si placet accipe, atque utrum & quousq; vel meo instituto, vel tuæ satisfecerim expectationi, pro æquitate & captu tuo, opere ipso inspecto judica.

Cumprimis dedi operam, ut scriptorum universorum Græcorum non Ecclesiasticorum, quotquot ex iis, qui ante captam à Turcis CPolin vixere, in lucem editi sunt, notitia tibi constaret: quanquam Ecclesiasticos quoque suo loco strictim persecutus sum, qualecunque observationum spicilegium daturus post amplissimas messes præstantium Virorum, Labbei, Cavei & Eliæ du Pinii. Quantum potui diligenter constitui singulorum scriptorum ætatem, & quæ de illis explorata sunt, vel retuli ipse, vel à quibus prolixi⁹ pertractata fuerunt, indicavi. Scripta deinde recensui singula distincte, atq; edita quidem præ cæteris, tum etiã si quæ in Bibliothecis abdita delitescunt, denique deperdita, quorum vel solos titulos, vel exigua fragmenta reliqua nobis fecit tempus. Circa editiones haud infima laboris mei cura versata est, ut quam pleniſſimam & accuratiſſimam earum historiam tibi exhiberem, non è Catalogis undiq; & oscitanter corrasam, sed quantum fieri potuit inspectis & evolutis libris ipsis & haud negligenter consideratis contextam ac concinnatam. Fateor tamen hac in parte me

):():(non-

2011 Ministerio de Cultura

nondum in omnibus potuiſſe mihi ipſi ſatisfacere, itaque gratias acturus ſum ei, qui vel omiſſa à me, vel perperam etiam poſita notaverit, obſervatione ſua privata & certa fultus. Hujus reprehenſioni libenter materiam præbebo, etiamſi illi viſum fuerit, quod eſt Criticorum quorundam ſummum jus, ut notata una hallucinatione vel omisſione, totum laborem meum conculcet & nauci eſſe clamitet.

Deperditorum auctorum non promitto plenam notitiam, ita tamen uſus ſum circa hoc argumentum virorum doctorum laboribus, ut addiderim non pauca è communibus fontibus, alia emendaverim, quædam ipſe ex integro ſim molitus. Subinde etiam Homonymos ſive cognomines ſcriptores ſtudui diſtinguere, quia nihil utilius eſt in Hiſtoria literaria, nihil quod neglectum majores vel frequentiores pariat errores. Indices auctorum in variis ſcriptoribus, antiquis præcipue Scholiaſtis allegatorum, quos ſtudioſis non ingratos futuros confido, partim ab aliis concinnandos curavi, ſuo loco à me laudatos; partim ipſe compoſui (ut in Scholiaſten Homeri, Euripidis &c.) partim ex libris editis depromſi.

Multis ante me in mentem venit Græcos ſcriptores recenſere viris eximiis, unde non ignobilem nec ſterilem agrum coluiſſe mihi videor. *Meurſii* quidem de ſolis deperditis ſolliciti *Bibliotheca Græca*, quam ineditam evolvere me memini Holmiæ in Bibliotheca Potentiſſimi Sveciæ Regis, nuperque editam Jacobo Gronovio * Viro Cl. debent ſtudioſi, literarum ordine decurrit, ſed jam definit in *Diocle*. Idem Meurſius in *Bibliotheca Attica* & variis ad plurimos ſcriptores notis innumera obſervavit ad ſcriptorum Græcorum qui interciderunt hiſtoriam mirifice facientia. Non pauciora *Voſſio* debere me fateor, ac *Jonſio*, quorum ſcripta nemo niſi qui has literas ignorat. *Bæcleri* libellus de ſcriptoribus Græcis ac latinis, utilis pro tironibus nomenclatura eſt ab auctore deſtinata. *Gaddii* de Scriptoribus non Eccleſiaſticis Volumina mihi exiguum uſum præſtiterunt, *Gesneri* Bibliotheca magnum, cujus induſtriam ſemper ſum admiratus, cui ſi reſpondiſſent continua-

* Tom X. Theſauri Antiquitatum Græcarum.

2011 Ministerio de Cultura

nuatores, in plerisq; minus lacunosa esset Historia literaria. *Gyraldi* dialogos plurimum quoque mihi profuisse fateor, quo nemo eruditius de Poëtarum historia scripsit.

Aliorum scripta vel in herba periere, vel adhuc premuntur, quæ si prodiissent in lucem, me poterant à scribendi labore revocare. 1) *Leonis Allatii* Bibliotheca scriptorum profanorum, quam molitum se testatur in notis ad Eustathii Antiocheni Hexaëmeron p. 19. 2) *Johannis Conradi Dieterici* Bibliotheca Græca, ad quam componendam eum hortatus est illustris Boineburgius, ut ex ejus Epistolis à Clarisf. Meelführero nuper editis p. 163. didici. 3) *Philippi Labbei* Bibliotheca Chronologica universalis, in qua se singulatim & accurate dicturum recepit de scriptoribus omnis generis qui ab orbe condito ad Christianam æram & à Christo nato ad nostra tempora, libris præsertim in lucem editis floruerunt, ut ipse refert parte I. Chronologiæ Historicæ p. 67. 4) *Emerici Bigotii* Catalogus scriptorum Græcorum, quem non exstare imprimis doleo, & à viro illo doctissimo elaboratum, vel certe affectum testantur Menagiana T. 2. p. 35. & personatus Vignolius Marvillius T. 1. miscellaneorum Histor. & literariorum p. 176. 5) *Erasmi Vindingii* conspectus Auctorum Græcorum, cujus specimen videre me memini, & quem integrum fortasse aliquando debebimus cognomini Ixevticon Oppianeorum editori præstantissimo Erasmo Vindingio, Pauli F. Denique 6) *Henrici Christiani Henninii* Medici ac Philologi eruditissimi Duisburgensis Index Bibliothecæ Græcæ quadripartitus, cujus spem publice fecit in dissertatione de Græca lingua secundum accentus non pronunciandâ p. 119.

Hæc egregiorum virorũ monumenta in cassum cum hactenus exspectentur, meum laborem Tibi Lector offerre non dubito, vel laboris duntaxat partem primam, duobus constantem libris, in quorũ *priore* ago de scriptoribus Græcis qui Homerũ ætate præcesisse dicuntur, præcipue vero de scriptis Hermeticis, Orphicis, Sibyllinis ac Zoroastreis. In hoc libro literarum ordinem sequutus sum potius quam temporis, qui nullus est in tam incertis & commentitiis. *Altero* libro persequor scriptores claros ab

2011 Ministerio de Cultura

Homero usq;ad Platonem,ordine Chronologico,adjunctis variis, quæ ex indice capitum infra ſubjuncto facile tibi patebunt.

Tertius liber ſimiliter à Platone decurret ad tempora Auguſti Imp. ſub quo natus eſt Servator noſter JESUS CHRISTUS. In hoc præter alia offeretur tibi notitia Philoſophorum Platonicorum, Peripateticorum, aliarumq; ſectarum Alphabetica,qualem ſectæ Pythagoricæ tibi exhibui Libro II,capite 13. Muſici item & Aſtrologi,Geometræ,Scriptores rei militaris,Geographi & Epigramatarii Poëtæ. Liber *quartus* ab Auguſto perget ad Conſtantini M. tempora,in quo occurrent inter plures alios Gramatici ac Rhetores magno numero, & Hiſtoria Lexicorum Græcorum longe quam olim à me edita fuit plenior & emendatior. Liber *quintus* Hiſtoriam Græcorum ſcriptorum perſequetur à Conſtantino M. ad captam usque à Turcis CPolin, ſive ad ſæculum medium XV. In hoc Eroticis ſcriptoribus & Chronologis & Byzantinæ conditoribus hiſtoriæ,& plerisque aliis Chriſtianis erit locus. Poſtremus futurus eſt liber *ſextus*, ICtos, Medicos, Chemicos & Geoponicos complexus, cum notitia Scriptorum Græcorum quorundam Anonymorum vel ſuppoſitorum,& recenſione collectionum variarum, quibus plures ſcriptores Græcos vel eorum fragmenta junctim ediderunt viri docti. Hunc Librum atq; adeo totam Bibliothecam claudet triplex Appendix, cujus pars prima continebit *paralipomena & emendanda* quædam, ſecunda *Tabulam Chronologicam* ſcriptorum,& tertia *Indicem* plenum & accuratum in univerſos ſex libros, inſertâ ſuo ſubinde loco notitia quam plurimorum ſcriptorum deperditorum,quorum mentionem in ipſo libro facere prætermiſi.

Hæc univerſi operis œconomia eſt,cogitatione pridem mecum præcepta, quod magnam licet partem jam à me elaboratum, utrum perficere etiam, & quod facere proxime ſtudeo, ad umbilicum perducere valiturus ſim, in DEI eſt manibus, Vitæ noſtræ Arbitri, cujus benignitati pro conceſſa hactenus vita ac valetudine gratum obſequium libenter debeo.

INDEX

2011 Ministerio de Cultura

INDEX CAPITUM

Libri Primi.

1. *Nullum exſtare ſcriptorem Græcum Homero antiquiorem. Catalogus ſcriptorum, qui ante Homerum fuiſſe feruntur. p. 1.*
2. *De Amphione, Ammune, Anthe, Arctino, Antipatro Acanthio, Ariſtea Proconneſio, Abari, Asbolo, Aſclepio & Autome de Mycenæo & ſcriptis horum nomini tributis. p. 6.*
3. *De Chirone & ſcriptis ad eum relatis. Marcelli Sidetæ carmen de piſcibus, quod in MSto codice inſcribitur χόλια χειρωνος περὶ ἰχθύων, emendatum, cum latina verſione. p. 12.*
4. *De Corinno, Creophylo, Daphne, Dardano & ſcriptis ſub eorum nomine laudatis. p. 22.*
5. *De Darete, Demodoco & Dictye, & ſcriptis quæ ſub horum nomine jactatæ ſunt vel etiamnum exſtant. p. 26.*
6. *De Drymone, Epimenide Cretenſi, Euclo, Eumolpo, Helena, Hellene & Hercule. p. 35.*
7. *De Hermete Trismegiſto & de Pœmandro qui illi adſcribitur, Variarumque editionum inter ſe collatio. p. 46.*
8. *De Aſclepio Hermetis. p. 55.*
9. *De Hermetis Iatromathematicis, Curanidibus, & aliis tractatibus Aſtrologicis atque Phyſicis Hermeti inſcriptis. p. 59.*
10. *De ſcriptis Chemicis relatis ad Hermetem, tabula Smaragdina, aliisque. p. 66.*
11. *De ſcriptis Hermeticis quæ interciderunt. p. 72.*
12. *De inventis quæ apud veteres ad Hermetem Trismegiſtum referuntur. p. 80.*

13. *De*

2011 Ministerio de Cultura

13. *De Hesiodi ætate, & de Horo, tum de Horapolline ejusque Hieroglyphicis. p. 89.*

14. *De Hostane, Hydaspe, Isatide, Iside, Lino. p. 92.*

15. *De Melampode, & junioris Melampodis Physiognomonicis, aliisque scriptis. p. 98.*

16. *De Melisandro Milesio, Mocho Sidonio, & Musæo, ac de juniore Poëta hujus nominis. p. 101.*

17. *De Olene, Olympo, Oraculis Variis & Orybantio Trœzenio. p. 106.*

18. *De Orpheo & scriptis sub nomine ejus editis. p. 110.*

19. *De scriptis Orphei apud veteres laudatis, quæ interciderunt. p. 117.*

20. *Orphei inventa, & dogma Orphicum de pluribus orbibus habitabilibus. p. 129.*

21. *De Palæphato ἀπίστων scriptore. p. 136.*

22. *De aliis scriptoribus ἀπίστων & mirabilium, Heraclito, Anonymo &c. tum de Abydeno scriptore historiæ Assyriacæ. p. 141.*

23. *De Palamede & Cadmo, aliisque literarum Græcarum inventoribus. p. 146.*

24. *De Pampho, Paride, Phaënnone & Phanothea. p. 149.*

25. *De Phantasia Memphitide, de Phemio Ithacensi, & Phemonoë, reique accipitrariæ scriptoribus. p. 152.*

26. *De Philammone, Piero, Pisandro, & Pittheo Trœzenio. p. 156.*

27. *De Prometheo & variis scribendi formis apud veteres, è scholiis ineditis ad Dionysium Thracem. p. 158.*

28. *De Sanchoniathone & Sonchide. Tum de Epistola Sarpedonis Regis Lyciæ. p. 163.*

29. *De Sibylla ac Sibyllis. p. 167.*

30. *De Sibyllinis Oraculis in genere, & singulatim de iis quæ Regem venturum prædixerunt. p. 177.*

31. *De libris Sibyllinis eorumque usu apud Romanos. p. 188.*

32. *De Sibyllinorum librorum, quales hodie exstant, editionibus, versionibus, argumento & de dogmatis quæ in illis continentur. p. 198.*

33. *De collectione Sibyllinorum, quæ hodiæ exstant, judicium, deductum per observationes viginti. p. 215.*

34. *De Sidone, Sisypho Coo, Syagro ac Terpandro. p. 232.*

35. *De*

2011 Ministerio de Cultura

35. *De Thalete utroque, Cretenſi & Mileſio. De Thamyri, Themide, & Thymœte.* p. 236.

36. *De Zoroaſtre & ſcriptis ſub ejus nomine jactatis.* p. 242.

Libri Secundi.

Cap. 1.

De Homero, ejusque vitæ ac laudum ſcriptoribus. p. 253.

2. *De Homeri ſcriptis editis ac deperditis, genuinis ac hypobolimæis, tum de genuinorum diſpoſitione, emendatoribus, Rhapſodis &c.* p. 262.

3. *De Homeri Scholiaſtis, interpretibus & Metaphraſtis Græcis, qui exſtant vel editi vel MSti, tum de Poëtæ verſionibus, editionibus, argumentis, indicibus, Lexicisque in Homerum vulgatis.* p. 284.

4. *Elenchus Alphabeticus Scriptorum in Scholiis ad Homerum minoribus, in ſcholiis ab Hornejo vulgatis, in Euſtathii commentariis, & in ſcholiis Cantabrigienſibus allegatorum.* p. 302.

5. *De Commentariis in Homerum, variisque ſcriptis eum ſpectantibus, quæ interciderunt.* p. 330.

6. *De omnigena Homeri doctrina & apud veteres auctoritate.* p. 342.

7. *De imitatione Homerica, De Parodiis, Homerocentris, Paralipomenis ad Homerum, ac denique de Homeri Zoilis ac detractoribus.* p. 352.

8. *De Heſiodi Aſcræi ætate, ſcriptis editis ac deperditis, eorumque quæ exſtant editionibus atque interpretibus, tum index Scriptorum qui in Græcis ſcholiis allegantur.* p. 369.

9. *De Æſopo & aliis ſcriptoribus fabularum.* p. 388.

10. *De Epiſtolis quæ ad Phalaridem referuntur, ac de aliis Epiſtolarum Græcarum ſcriptoribus.* p. 403.

11. *De Theognide, Phocylide, aliisque ſententiarum ſcriptoribus ac collectoribus.* p. 432.

12. *De Pythagora & ſcriptis ei tributis, ſymbolisque. Empedoclis ſphæra, græce & latinè.* p. 448.

13. *Notitia Pythagoreorum* p. 480. *& Pythagorearum* p. 508. *ordine Alphabeti, Pythagoreorumq; edita fragmenta.* p. 513.

14. *De*

2011 Ministerio de Cultura

14. *De Zaleuco, Charonda, Zamolxi, Lycurgo, Dracone, Solone, aliisque Legumlatoribus. p. 514.*

15. *De Pindari ſcriptis editis ac deperditis, editorumque editionibus atque interpretibus. Catalogus ſcriptorum in Scholiis ad Pindarum allegatorum. Et notitia aliorum Lyricorum Græcorum, eorumque Poëmatum, quorum pleraque interciderunt. p. 531.*

16. *De Thespide & Æſchylo Tragicis, Tragœdiisque Æſchyli editis ac deperditis, editarum interpretibus & editionibus, & Catalogus ſcriptorum in Scholiis ad Æſchylum allegatorum. p. 572.*

17. *De Sophocle ejusque Tragœdiis editis ac deperditis, editarumque interpretibus & editionibus, & catalogus ſcriptorum in utrisque ad eum ſcholiis allegatorum. p. 591.*

18. *De Euripide atque illius Tragœdiis editis ac deperditis, editarum interpretibus & editionibus, & Catalogus ſcriptorum in Scholiis ad Euripidem allegatorum. p. 610.*

19. *Notitia Tragicorum Græcorum qui interciderunt, eorumque tragœdiarum, digeſta ordine Alphabeti. p. 631.*

20. *De Herodoto ejusque interpretibus atque editionibus. p. 661.*

21. *De Ariſtophane ejusque Comœdiis editis ac deperditis, editarumque interpretibus & editionibus, & Catalogus ſcriptorum in ſcholiis ad Ariſtophanem allegatorum. p. 669.*

22. *Notitia Comicorum Græcorum qui interciderunt, eorumque Comœdiarum, digeſta ordine Alphabeti. p. 701.*

23. *De Philoſophis plerisque ante Socratem, tum de Socrate, Cebete & aliis Socraticis, itemque Eleaticis Philoſophis. p. 756.*

24. *De Hippocrate & ejus ſcriptis, editionibusque atque interpretibus. Epiſtola Clariſſ. Renaudoti è Gallico verſa de exiguo operæ pretio quod ex collatione verſionum Hippocratis Syriacarum & Arabicarum peti poteſt ad Hippocratem emendandum. p. 794.*

25. *De Thucydide & Cteſia. p. 817.*

26. *De Decem Oratoribus Atticis, eorum orationibus editis ac deperditis, editarumbue interpretibus & editionibus. 832.*

BIBLI-

2011 Ministerio de Cultura

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER I.

DE SCRIPTORIBUS,

qui ante Homerum fuisse feruntur.

CAPUT I.

Nullum poëma Græcum exstat Homeri poëmatis antiquius. Ποιητὴς *de quovis scriptore.* 1. Ποίησις *Pherecydis & Heraclitι.* 2. *MUSARUM titulus etiam datus scriptis prosariis. Heraclitι plures.* 3. *Antiquissimi quos novimus Historici & Philosophi Græci Homero juniores.* 4. *Sexti Empirici & Ciceronis argumenta quibus ostendunt Græcos ante Homerum poëtas exstitisse.* 5. *Septuaginta nomina scriptorum Græcorum qui ante Homerum fuisse apud varios auctores feruntur, de quibus deinceps agendum.* 6.

1.

INter Græcos scriptores nullum antiquius monumentum ad nos perveniſſe HOMERO, certum eſtatque exploratum. Idem jam olim de ſuis temporibus faſſi ſunt veteres, non Joſephus modo Judæus, & ſcriptores Chriſtiani, ſed Græci ipſi, ex quibus Sextus Empiricus I. Adverſus Mathe-

2011 Ministerio de Cultura

maticos p. 41 *ποίημα δὲν πρεσβύτερον ἦκεν εἰς ἡμᾶς τῆς Ὁμήρου ποιήτεως.* Ubi *ποίημα* * fas est interpretari non tantum de carmine, sed scripto quovis, uti *ποιητὴς* pro quolibet scriptore sive auctore libri cujuscunque occurrit apud Theodosium Alexandrinum in Scholiis ineditis ad Dionysium Thracem.

II. Eodem sensu Maximus Tyrius *ἐς συρίττειν τῶν ποίησιν* inspicere jubet Diss. 29. h.e. Pherecydis librum, qui prosa scripsit: & Epiphanius Hæresi XXVI. num. 2. Evangelium perfectionis à Gnosticis jactatum vocat modo *ποίημα* modo *ποιήτευμα*. Dionysius Halic. Epist. ad Pompejum p. 130. de Herodoto agens & Thucydide, *καλαὶ μὲν*, inquit, *αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· ἐ γὰρ ἂν αὐ ἁρμόττοι ποιήσεις αὐτὰς λέγειν.* Et Tatianus, f. 143. Heracliti Ephesii ** *ποίησιν*, i e. scriptum sive opus commemorat, non poëma; inter tot enim Heracliti fragmenta, quæ à veteribus ex opere illius *περὶ φύσεως* adducuntur, nihil se offert, quod sit versibus adstrictum: neque germanos esse crediderim quos Heracliti ac Democriti versus de vita humana in codice Regis Christianissimi 2216. exstare refert Philippus Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 134. Fefellit tamen Tatianus perperam intellectus Suidam, ut Heraclitum multa *ποιητικῶς* scripsisse fingeret, & Lilium Gyraldum ut Poëtis illum annumeraret.

III. Neque aliud evincit, argumentum quo nuperus Tatiani editor Clarissimus Wilhelmus Worthus manifestum esse putat Heraclitum carmine scripsisse, quia nempe opus ejus MUSAS dictas esse testetur Laërtius. Quis enim nescit Herodoti, Bionis Rhetoris, Aurelii Opilii & Cephalionis Gergethii scripta, & novem Æschinis Epistolas Musarum nomine *** appellatas, nec magis tamen versibus scriptas fuisse, quam novem capita quæ ad iram compescendam, veluti totidem dona Musarum, mente reponere jubet M. Antoninus XI. 18. Fuit sane Heraclitus quidam Poëta, cujus meminit Strabo lib. 14. p. 656. Sed is Callimachi æqualis, & patriâ Halicarnassensis, adeoque ab Ephesio Heraclito

* Suidas ait Sositheum scripsisse *ποιήματα καταλογάδην* pro quo Cl. Vossius lib. de natura & constitut. Poëticæ p. 11. legit *καὶ ποιήματα καὶ καταλογάδην*. Sed vulgatam scripturam recte tuetur Colomesius ad Gyraldum p. 378.

** Evagrius lib. 1. cap. 15. de Isidoro Pelusiotâ: *ἔκλεῳ εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν*, ex quo loco male quidam concludunt Isidorum scriptis carminibus magnam sibi gloriam comparasse. Rectius Valesius: *cujus, ut poëtico verbo utar, latissima est gloria.*

*** Vide Vossium lib. 1. de Hist. Græc. c. 3. & quæ viri docti ad Sueton. c. 6. de Grammaticis.

2011 Ministerio de Cultura

Heraclito non minus diverſus quam Heraclitus Peripateticus, cujus ſcripta refert Plutarchus adverſus Colotem T. 2. Opp. p. 1215. vel Heraclitus, Theophraſti Acharnenſis pater, qui memoratur in veteri inſcriptione apud Humfredum Prideaux part. 2. marmorum Oxon. p. 302. vel Heraclitus denique Grammaticus de cujus libello περὶ ἀπίστων & aliis ſcriptis infra ſum dicturus.

IV. Cæterum, quemadmodum apud Græcos Poëmata prius edita fuiſſe conſtat quam συγγραφὰς ſive ſcripta Proſaria, ut præter alios docet idem Strabo libro primo, p. 18. * multo minus Sexti temporibus exſtabant libri ſoluto ſermone Græco exarati, qui Homeri ætatem excederent; nam & hiſtorici, quorum ſcripta perdita memorantur antiquiſſimi Cadmus Mileſius, Acuſilaus Argivus, Archilochus, Archetimus, Theagenes Rheginus, Ariſteas Proconneſius, Hecatæus Mileſius, Pherecydes Lerius ſive Athenienſis, Charon ** Lampſacenus & Hellanicus Lesbius, & cujus opus ætatem tulit veterrimus ex iis qui exſtant Græcis hiſtoricis Herodotus, & Philoſophorum denique, qui unquam proſa oratione Græca aliquid in literas miſerunt antiquiſſimi Pherecydes Syrius, præceptor Pythagoræ, & Anaximander, ſed de quorum ſcriptis nullum nobis reſtat, univerſi Homero fuere juniores, ut oſtenſum Voſſio libro & capite primo operis præſtantiſſimi de Hiſtoricis Græcis.

V. Addit tamen mox Sextus, ex ipſius Homeri poëmatis apparere, quod & ante ipſum & illius ætate plures poëtæ fuerint, de quo ego ſane non dubito, neque eo elegantiæ & artis in poëſi procedere potuiſſe contendo, ſi clariſſimum illud ingenium, ceu viſum Vellejo eſt, neminem quem imitaretur habuiſſet. Locus quem Sextus ex Homero producit, hic eſt Ὀδυσ. ά 351.

Τῷ γὰρ ἀοιδῷ μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι
Ἥτις ἀνιόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Simile argumentum nectit Cicero in Bruto: *Nec dubitari debet*, inquit, *quin fuerint ante Homerum Poëtæ, quod ex eis carminibus intelligi poteſt, quæ apud illum & in Phæacum & in Procorum epulis canuntur.* Non poteſt tamen ex his probari poëmata Græca ante Homerum literis mandata & ad poſteros transmiſſa fuiſſe, ſed duntaxat decantata vo-

 ce,

* Iſidorus Hiſp. lib. I. Originum c. 37. *Omnia enim prius verſibus condebantur, proſæ autem ſtudium ſero viguit.*

** Apud Dionyſ. Halicarnaſſ. Epiſt. ad Pompejum p. 128. Χαίρωνϛ male excuſum pro Χάρωνϛ.

2011 Ministerio de Cultura

ce, perinde uti apud veteres Germanos ac Getas carmina antiqua, quæ Tacitus in libro de moribus priſcæ gentis noſtræ ac Jornandes c. 4. & 5. de rebus Geticis celebrat. Forte primus Homerus dignus habitus eſt, cujus poëmata ſcripto à Græcis exciperentur, & poſteris traderentur: certe primus fuit Græcorum, cujus carmina ultimam ætatem ferrent. Primus etiam fortaſſis, qui integrum corpus poëmatis Heroici conderet, quo ſenſu *ποίησιν ἡρωϊκὴν* ab Homero repertam accipio apud Athanaſium libro I. contra gentes p. 20.

VI. Multos nihilominus * cum idem Sextus eodem loco, tum alii autores veteres commemorant, à quorum ſcriptis Homerum ætate vinci fama apud Græcos fuerit. Quare operæ pretium me facturum eſſe duxi, ſi antequam de Homero & aliis ſcriptoribns Græcis dicere aggrederer, ſingulos illos ordine Alphabeti commemoraverim, & quæ de ſcriptis ſub eorum nomine vel olim jactatis, vel hodieque ambulantibus collegi, hoc libro ſuccincte fuerim complexus. Nomina ** quidem ſcriptorum ante Homericorum, vel qui ante Homerum vixiſſe apud varios auctores verè an falſo, feruntur, hæc LXX. fere mihi occurrerunt:

AMPHION.
AMUS, ſive AMMON, Platoni THAMUS.
ANTHES.
ANTIPATER Acanthius.
ARCTINUS.
ARISTEAS Proconneſius.
ASBOLUS.
* ASCLEPIUS.
AUTOMEDES Mycenæus.
CADMUS.
* CHIRON
CORINNUS Ilienſis.
CREOPHILUS.
DAPHNE Tireſiæ filia.

DARDA-

* Omitto Inſcriptiones veteres verſibus conceptas & Homeri ætate antiquiores, quales apud Thebas Boeotias in templo Apollinis Iſmenii literis Cadmeis ſcriptas vidiſſe ſe narrat Herodotus lib. 5. c. 59. Verſus item Jambicos quos pomo inſcriptos Achilli Pedaſum Moneniam urbem munitam Trojanorum obſidenti & jam re infecta diſceſſuro virgo quædam ejus quam patriæ amantior miſiſſe fertur apud Veterem Scholiaſtem in Iliad. ζ. non procul ab initio & apud Euſtathium p. 476.

** Quibus aſteriſcum nullum additum vides, ſub eorum nomine nihil hodie extat.

2011 Ministerio de Cultura

DARDANUS.
* DARES.
DEMODOCUS Corcyræus.
* DICTYS CRETENSIS.
DRYMON.
EPIMENIDES.
EUCLUS.
EUMOLPUS.
* HANNO.
HELENA Muſæi Filia.
HELLEN.
HERCULES.
* HERMES TRISMEGISTUS.
* HESIODUS.
* HORUS.
* HOSTANES.
HYSTASPES.
* ISATIS ſive ISIS.
* LINUS.
* MELAMPUS.
MELISANDER Mileſius.
MOCHUS Sidonius.
* MUSÆUS.
OLEN Lycius.
OLYMPUS.
* ORACULA.
ORIBANTIUS Troezenius.
* ORPHEUS.
* PALÆPHATUS.
PALAMEDES.
PAMPHUS.
PARIS.
PHAENNO.
PHANOTHEA.
PHANTASIA.
PHEMIUS Ithacenſis.
* PHEMONOE.
PHILAMMON.

2011 Ministerio de Cultura

PIERUS.
PISANDER.
PITTHEUS Troezenius.
PROMETHEUS.
PRONAPIDES.
SANCHONIATHON.
SARPEDON.
* SIBYLLA.
SIDON Ponti filia.
SISYPHUS Cous.
SYAGRUS.
TERPANDER.
THALES Cretenſis.
THAMYRIS.
THEMIS.
THYMETES.
* ZOROASTER.

CAPUT II.

De Amphione. 1. *Amune ſive Thamune.* 2. *Anthe.* 3. *Arctino.* 4. *Antipatro Acanthio.* 5. *De Ariſtea Proconeſio ſcriptore carminum Arimaſpeorum.* 6. *De Abari, obiter.* 7. *De Asbolo.* 8. *Asclepius.* 9. *Avtomedes Mycenæus.* 10.

I.

AMPHION Thebanus à Tatiano f. 173. refertur inter ſcriptores Homero antiquiores, ſed alii de ejus ſcriptis tacent, Muſicam Amphionis artem celebraſſe contenti. Vide Ludovicum Vivem ad Auguſtini lib. XVIII. de C.D. cap. 13. Hymnos Amphionis celebrat Philoſtratus Imaginibus. Nonnulli ut Julianus apud Suidam in Ἀμφίων non Muſices tantum Lydiorumque modulorum, ſed & lyræ inventorem faciunt: Johannes Malelas Lyricum vocat p. 57. plerique ut Tzetzes Chil. I. hiſt. 13. tradunt eum lapides canendo moviſſe, edoctum à Mercurio, à quo lyram ſeptem nervis inſtructam acceperit. Quod vero Clementi Alex.

2011 Ministerio de Cultura

Alex initiò protreptici, dicitur Muſices ope Thebas (*) muro cinxiſſe, hoc ab Horatio in arte, (**) & aliis refertur ad ſingularem ejus ſapientiam, qua cives collegerit & in officio continuerit, ab Albrico ad eloquentiam, qua civibus ſparſim degentibus ſuaſerit, ut in unum coëuntes civitatem mœnibus cingerent. Amphionis dictum ad quod reſpicit Plato in Gorgia illuſtrat Guilelmus Canterus Nov. Lect. lib. VII. cap. 28. Alius fuit *Amphion Theſpienſis* cujus librum ſecundum περὶ τῶν ἐν ἐλικῶνι Μουσείων laudat Athenæus lib. 14. p. 629.

II. Zoroaſtri & Hermeti adjungit, quin imo præponit AMUNEM quendam Ægyptium Syneſius in Dione p. 51. εἰ μὲν ἡπτόμεθα ὑμῶν ἐυμοιρήσαντας ἐκείνῳ τῇ ψυχῇ τῇ ἀξίαν τοῦ Ἄμυν, ἢ Ζωροάστρης, ἢ Ἑρμοῦ, ἢ Ἀντωνίου. De eodem Amune dixerat paulo ante p. 48. Ὁ ποῖος Ἄμυν ὁ Αἰγύπτιος ὃν ἐξεῦρεν ἀλλ' ἔκεινε χρεία γραμμάτων. Petavius quidem in notis demonſtrat ſe exiſtimaſſe, quod Syneſio ſermo ſit de Amune ſive Amunte Monacho, de quo præter Socratem, Sozomenum ac Suidam meminit in hiſtoria Lauſo inſcripta Palladius Epiſcopus Aſponenſis. Addit etiam hoc ſcholion repertum in ora Codicis Medicei: Ἑρμοῦ τινὸς αὐτὸν εἰ ἀναγκαῖα τὰ γράμματα, ἔφη· εἰ ὁ νοῦς ἔρρωται, τίς χρεία γραμμάτων; Τὸ ὃν οὐκ ἐξεῦρεν ἀλλ' ἔκεινε χρείαν γραμμάτων, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐχρήσατο αὐτὸς γράμμασι, ἀλλ' ἀπεφήνατο τούτους δεῖσθαι γραμμάτων, οἵτινες δὲ μέγεθος εὐτύχησαν νοῦ, ἵνα τῷ τοῦ νοῦ ἔνδειαν ἐντεῦθεν ἐπανορθῶνται. At enim longe verior mihi videtur ſententia Cotelerii T. 3. monumentorum Eccleſiæ Græcæ p. 564. arbitrantis à Syneſio intelligi Amunem quendam Ægyptium ſapientem vetuſtiſſimum, Hermetis Trismegiſti æqualem. Ab hoc fortaſſis Amune ſcripta Ἀμμωνέων memorata Euſebio lib. I. præparat. Evangelicæ cap. IX. & Apocrypha Ἀμμωνέων γράμματα Philoni Byblio apud eundem lib. X. cap. XIV. Quanquam ex Reineſii ſententia p. 97. Variar. Lect. Ἀμμωνέες dicti ſunt ſacerdotes Ægyptiorum. Sed & hi ipſi fortaſſis ab antiquo illo Amune nomen habuerunt, qui in Platonis Phædro dicitur THAMUS. Eundem ſane hunc eſſe de quo apud Syneſium ſermo eſt, res ipſa declarat. Refert enim Plato Theutum tum alia præclara tum inventum literarum tanquam memoriæ & ſapientiæ eximium inſtrumentum Thamuni Ægypti Regi commendantem, hoc ab eo tuliſſe reſponſum: ὦ τεχνικώτατε Θεύθ, ἄλλ-

(*) Thebas muro cinctas ab Amphione, memorat poſt Homerum aliosque Hyginus fab. 69 ubi & nomina ſeptem portarum à totidem filiabus Amphionis appellatarum. Vide ibi notas Thomæ Münkeri.

(**) V. 394. ſeq. adde Macrobium II, 3. in ſomn.

2011 Ministerio de Cultura

ἄλλῳ μὲν τεκεῖν δυνατὸς τὰ δ' τέχνης, ἄλλῳ δ' ἢ κρῖναι τίν' ἔχει μοῖραν βλάβης τε καὶ ὠφελείας τοῖς μέλλουσι χρῆσθαι. καὶ νῦν σὺ πατὴρ ὢν γραμμάτων, δι' εὔνοιαν τἐναντίον εἶπες ἢ δύναται. Τὸ γὰρ τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει μνήμης ἀμελητησία - - οὐκ ἔν μνήμης ἀλλ' ἀπομνήσεως (oblivionis, ita legendum, non ἀπομνήσεως) φάρμακον εὗρες, σοφίας δ' τοῖς μαθηταῖς δόξαν οὐκ ἀλήθειαν ποιεῖς. Thamus hic Ægyptius memoratur etiam à Philoſtrato & aliis. Cæterum à Philippo Cluverio in Germania antiqua p. 195. præter rem confunditur cum Protoplaſto Adamo, uti à præſtantiſſimo Huetio p. 119. demonſtrat. cum Moyſe: rectius Coelius Rhodiginus lib. XXII. Antiquar. lect. c. 15. eum cum *Ammone* eundem facit, illo ut exiſtimo ad quem ſcripſiſſe fertur Mercurius Trismegiſtus, de quo infra ſuo loco. Sane Plutarchus de Iſide & Oſiride p. 354. auctor eſt nomen Amun, quod Jovi quidam proprium eſſe affirmarint, producto vocabulo Ammonem â Græcis appellari. De ſignificatione ejusdem nominis conſulendus præter Plutarchum Jamblichus libro de myſteriis Ægyptiorum ſect. VIII. cap. III. Quæ vero de Thamuſo ſive Rege ſive Pſeudopropheta, *, ejusque planctu apud Ægyptios Zabiosque olim recepto diſputantur ab interpretibus doctis ad Ezechiel. VIII. 14. à Joh. Seldeno ſyntagm. 2. de Diis Syris, Joh. Marshamo in Chronico Canone, Hermanno Witſio in Ægyptiacis, Athanaſio Kirchero Tomo I. Oedipi, à Johanne Braunio in ſingularibus diſſertationibus libro IV. ſelectorum ſacrorum, ea tanquam ab hoc loco aliena lubens prætereo.

III. ANTHES Lini æqualis (Pauſaniæ lib. 9. p. 763. Ἄνθην) ex Anthedone Boeotiæ urbe, cujus mentio apud Homerum, Iliad. B. v. 518. hymnos (non θρήνους ut habet Gyraldus) ſcripſiſſe traditur à Plutarcho libro de Muſica, qui hoc hauſiſſe ſe ait ex Heraclidis Pontici ἀναγωγῇ μουσικῇ. Vide & Stephanum in Ἄνθηνα ubi ex Philoſtephano refert, Anthen Neptuni filium à Cleomene Leonidæ fratre interfectum excoriatumque, & in ejus corio perſcripta oracula. Allegatur Anthes, alius, ut opinor, ab eodem Stephano in Ἁλικαρνασσός & Harpocratione in Ἄπις.

IV. De Palladio agens Dionyſius Halicarnaſſeus, antiquiſſimum teſtem citare ſe ait, ARCTINUM Poëtam. παλαιώτατος δ' ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητὴς ΑΡΚΤΙΝΟΣ lib. I. Antiqu. Rom. p. 55. ex quibus verbis Martinus Delrio in adverſariis ad Senecæ Troadem p. 233. colligit hunc Arctinum ante Homeri tempora res Trojanas ſcripſiſſe. Sed

* Vide Maimonidem in More Nevochim parte III. cap. 29. p. 426, edit. Buxtorfii.

2011 Ministerio de Cultura

Sed Dionysii mens est, nullum se scire antiquiorem Auctorem qui de Palladio commemoraverit, quippe de quo ne χὺ quidem exstat apud Homerum. Et Joh. Tzetzes aliique scriptores fide digniores, ut Artemon Clazomenius in libro de Homero apud Svidam in Ἀρκτῖν@ (ita etiam diserte legit MStus Dionysii codex, non Ἀρατῖν@, teste Theodoro Rycquio in diss. de primis Italiæ colonis p. 440.) hunc Poëtam Homeri discipulum fuisse testantur. Confer Allatium lib. de patria Homeri cap. 4. p. 67. sq. Vossium de Poëtis Græcis p. 10. & Salmasium ad Solinum p. 599. edit Traject. qui perperam scribit & ipse, Arctinum omnium Poëtarum antiquissimum à Dionysio Hal. habitum fuisse. Scripserat Arctinus iste Milesius Αἰθιοπίδα sive de rebus Memnonis Æthiopis, qui auxilium tulit Trojanis: & Ilii * πέρσιν sive excidium, ut refert Eusebius in Chronico ad A. MCCL. ubi vide Jos. Scaligeri notas p. 72. Αἰθιοπὶς ἢ Ἀρκτῖνον τὸν Μιλήσιον memoratur etiam in veteri tabula Iliaca à Raph. Fabretto illustrata. Nescio an idem sit Arctinus quem Corinthium vocat Athenæus lib. 1. p. 22. & cui Titanomachiam à quibusdam tributam docet lib. 7. p. 277. quam alii tribuerunt Eumelo Corinthio. Recentior certe sit oportet Arctinus Poëta cujus versus nonnullos Græcos de Jambo adducit Diomedes lib. 3. p. 473. edit. Putschii. Meminit Arctini veteris etiam Cyrillus 1. contra Julian. pag. 12.

V. ANTIPATRUM præterea *Acanthium* iis qui ante Homerum bellum Trojanum literis mandaverunt accenset Rycquius p. 431. Photium auctorem allegans. Sed nihil tale apud Photium legas. En tibi ejus verba cod. CXC. Ἀντίπατρ@ δέ φησιν ὁ Ἀκανθι@ Δάρητα τὸν Ὅμηρ χρόψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γλυκὺς ἔκτορ@. Nihil aliud dicit quam Antipatrum de Darete qui ante Homerum scripsit aliqua memoriæ prodidisse, non ipsum Homero antiquiorem fuisse. Confer Eustathium ad Iliad. λ. p. 453.

VI. Inter scriptores ante Homerum à Tatiano refertur etiam ARISTEAS ** sive *Aristeus*, PROCONNESIUS, scriptor carminum Arimaspeorum. Hoc fuit poëma Epicum, tribus libris constans de bello Arimaspeorum, gentis Scythicæ sive Hyperboreæ cum gryphibus auri custodibus. Senos Versus ex illo opere producit Dionysius Longinus lib. περὶ ὕψους pag. 82. edit. Jac. Tollii. Alios

* Ilii πέρσιν scripsit etiam *Stesichorus*, *Lesches* & *Acatus* Argivus teste Athenæo. lib. 13. nisi legendum *Sacadas*. ut Meursio in mentem venit.

** Utrumque enim dicitur. Vide Clarissimum Perizonium ad Æliani Var. lib. 3. c. 30.

2011 Ministerio de Cultura

ſex, Tzetzes Chil. VII. v. 688. ſeqv. Meminerunt ejusdem poëmatis, Herodotus lib. IV. c. 13. & 14. & 16. Strabo & alii veteres, quorum loca notavit Meurſius in Bibliotheca Græca p. 1246. & Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. IV. cap. 2. qui etiam ex Dionyſii Halicarnaſſenſis judicio de Thucydide, obſervat opus illud fuiſſe ſuppoſititium. Arimaſpæ μονώπες* ſive unoculi ab Æſchylo dicti, ab Orpheo in Argonaut. v. 1061. ἀρίζωπες (ſive ἄργωπες, ut Holſtenius ad Stephanum p. 46.) quod ſagittis jaculandis valerent, & inter dirigendum arcus alterutrum oculorum clauderent, ut Euſtathius tradit ad Dionyſium periegetem v. 31. Suidas præterea autor eſt Ariſteam hunc proſâ ſcripſiſſe Theogoniam, στίχοις circiter mille. Cæterum licet pro Tatiano Ariſteam Homero antiquiorem ſtatuente faciunt, qui eundem Homeri Magiſtrum fuiſſe exiſtimarunt, teſte Strabone lib. XIV. p. 639. & Euſtathio ad Iliad. ζ. p. 250. communis tamen ſententia eſt, Ariſteam vixiſſe Cræſi Cyrique temporibus, ut idem Voſſius oſtendit, adeoque centum minimùm poſt Homerum annis. Ne dicam quod Olympiade quinquageſimâ natum eſſe Suidas retulit.

VII. Homero Junior quoque eſt ABARIS, itidem Scytha, circa Olympiadem tertiam celebris & Herodoto IV. 36. Straboni aliisque memoratus, quem Porphyrius & Jamblichus teſtantur dictum fuiſſe ἀϑροδάτου. Suidas ait ſcripſiſſe χρησμὸς ſive oracula, Scythica vulgo dicta, quæ laudat etiam Apollonius hiſt. mirab. c. 4. Tum καθαρμὸς & Nuptias Hebri fluvii, & Apollinis adventum ad Hyperboreos, denique proſâ Theogoniam. *Abaris Heraclidis* Plutarcho de libris audiendis memoratus fuit liber fabulis refertus ad voluptatem lectorum. Pythagoræ λόγον πρὸς Ἄβαριν allegat Proclus in Timæum lib. 3. pag. 141. Nec ſane deſunt qui Pythagoræis Abarin accenſeant, & coram Phalaride rebus præclaris edoctum, femurque aureum à Pythagora illi oſtenſum referant, ut Porphyrius in Philoſophi vita p. 18. 19. Jamblichus c. 28. & 32. quo in loco mihi ſummam ac præcipua capita libri Pythagorici ad Abarim referre videtur. Sed Pythagora ipſo antiquior fuit, & librum ſub hujus nomine ad Abarin, ut plura alia, à Pythagoricorum vel Platonicorum aliquo confictum eſſe haud dubito. Tum res Ariſteæ pariter & Abaridis multis fabulis conſperſas fuiſſe præter alios nec ipſe diffitetur Jamblichus qui c. 28. μυϑολογήματα appellat.

VIII. ASBOLUS Centaurus, ſcriptoribus qui ante Homerum floruere accenſetur ab eodem Tatiano, cujus locum repetit Euſebius

* Herodotus IV. 27. ἄριμα γὰρ ἐν καλῷσι Σκύϑαι, σκῶς δὲ τὸν ὀφθαλμόν.

2011 Ministerio de Cultura

bius lib. 10. præparat. p. 495. Idem Eusebius lib. 9. c. 17. ex Eupolemo, Alexandri Polyhistoris fide refert Asbolum Græcis dici qui Phœnicibus Chamus Chanaanis filius, Mesraimi frater, Æthiopumque simul, & Ægyptiorum parens. Asboli cadaveri hoc Epigramma imposuisse dicitur Hercules, qui eum ob impietatem & truculentiam crucifixit:

ΑΣΒΟΛΟΣ ἅτε Θεῶν τρομέων ὄπιν, ἅτ' ἀνθρώπων
Ὀξυκόμοιο κρεμασὸς ἀπ' εὐλιπέος πτ' πεύκης
Ἔγκειμαι μέγα δεῖπνον ἀμετροβίοις κοράκεσιν.

Auctor Philostratus in Heroicis in imagine Neoptolemi, ubi ex his Herculis versibus dignitatem antiquitatemque poëseos conatur adstruere. Eosdem refert Tzetzes Chil. 5. hist. 22. quo in loco Herculem sapientissimum fuisse observat, Astrologum, Poëtam, Philosophum, Medicum & Magum denique. Sed Asbolum Poetis audacter accenset Giraldus, vir doctissimus, eumque secutus Josephus Barberius libro de miseria Poetarum Græcorum, etsi versus ipsum ante Homerum fecisse, neque Tatianus neque Eusebius usquam prodiderunt. Herculis Epigramma nescio an uno versu auctius legerit Janus Parrhasius, qui ita latine reddit ad Horatii artem Poëticam statim sub initium:

Contemtor Divûm atq; hominum, crudelis & idem.
Per terras scelere infamis, pro turpibus ausis
Asbolus, ex alta suspensus brachia pinu
Semifero nigros depascit pectore corvos.

IX. De ASCLEPIO discipulo Hermetis infra disserui capite octavo, ubi egi de scriptis quæ vulgo referuntur ad Hermetem Trismegistum. Fuit & *Asclepius* junior Grammaticus & Sophista, cujus meminit Ulpianus ad Demosthenis Philippicam I. Scholiastes Thucydidis lib. I p. 13. Marcellinus in Thucydidis vita, & Etymologicum magnum in ἄχνη, nisi ibi ex Sylburgii conjectura legendum sit *Asclepiades*. Alius *Asclepius Trallianus*, qui Nicomachi Arithmeticam illustravit commentario, etiamnum superstite in variis Bibliothecis. Varios *Asclepiades* eorumque scripta refert Meursius in Bibliotheca Græca p. 1267. 1195. & in notis ad Chalcidium p. 24. seq.

X. AUTOMEDES MYCENÆUS qui circa tempora Trojana vixit ab Eustathio in Odyss. γ'. p. 126. dicitur Præceptor fuisse Demodoci de quo mox dicturi sumus, & carmine Heroico scripsisse τὼ Ἀμφικτύονε μάχω πρὸς τηλεβόας & τὼ ἔθνη Κιθαιρῶνε καὶ ἐλικῶνε quæ deinde nomina montibus Boeotiæ notissimis indita sunt.

2011 Ministerio de Cultura

Meminit ejus quoque Tzetzes prolegomenis ad Lycophronem ex Demetrio Phalereo, ipſe enim illum legiſſeſe negat, non magis quam Demodocum & Chærin Cercyræos, vel Phemium Ithacenſem. Automedis Præceptor fuiſſe fertur Perimedes Argivus, idemque Demodoci, & Licymnii Bupraſii, & Pharidæ Probolique Lacedæmoniorum.

CAPUT III.

Chiron unde dictus, item Centaurus ac ſemivir ſive ſemiferus. I. *Sidonii locus de Chironia arte.* 2. *Chironis ſcripta.* 3. Χειρωνος Ηεſiodo *ab aliis tributæ* 4. *Marcelli Sidetæ* χόλια χείρωνος περὶ ἰχθύων. 5. *Poëmation Marcelli ipſum ex Græca Morelli editione repetitum additâ verſione & caſtigationibus ad Codicem MS. Gudianum.*

I.

CHIRON Pelethronius, Phillyræ ut ferunt & Saturni filius, unde Phillyrides dicitur Virgilio : Æſculapii, Jaſonis, Achillis * aliorumque illa ætate heroum præceptor, Medicus, Muſicus ac Philoſophus illuſtris fuiſſe perhibetur, & quod equis venari docuiſſet, centaurus appellatus, ut notat Tzetzes Chiliad. VI. hiſt. 94. Aliam rationem reddit Damaſcius apud Suidam in Σαραπίων & Johannes Sarisberienſis lib. 1. policratici p. 12. ubi pro *ſemiviri* Chironis, legendum, ut paulò poſt *ſemiferi*, etſi ſemivir audit etiam Ovidio lib. 5. faſtor. Otto Heurnius in antiquitatibus Philoſ. Barbaricæ p. 107. affirmat eum uti *Chironem* dictum à manuum dexteritate in tractandis vulneribus, ſic *ſemiferum* habitum, quod inventa ipſius non humano generi tantum, ſed brutorum quoque animantium ſaluti conducant.

II. Artis Medicinæ inventorem fuiſſe & Æſculapium Medicina, Achillem cithara, in Aſtrologia Herculem literis inſtruxiſſe notat Scholiaſtes Germanici p. 135. 136. Herbarum vires ac medicamenta ſive artem medicinam Chirurgicam ex herbis reperiſſe referunt

* Theſei quoque, ut tradit Xenophon libro de Venatione. De Achille vide Fabrettum ad tabulam vet. Iliadis p. 357. De Æſculapio Pindarum Pythionic. Od. 3.

2011 Ministerio de Cultura

runt etiam Hyginus fab. 138. & 274. Plinius lib. VII. c. 56. & Suidas: Apud Sidonium tamen libro 2. Epiſt. 12. Chironica ars Medicæ ſive Machaonicæ opponitur, ubi ait Juſtum Medicum *Chironia magis inſtitutum arte quam Machaonia.* Sive quod per Chironiam artem perſtringit lucripetarum quorundam Medicorum manus avidas, ut ſuſpicatur Salvaro, ſive potius (ut Rigaltius ad Onoſandrum p. 12.) ludit ambiguitate vocis χείρων, quod pejorem Græcis ſignificat, ac ſi mala potius arte quam Medica & ſalutari inſtitutum Juſtum innuat. Perinde ut Diogenes duos cum centauros peſſime pictos videret, uter, inquit, horum eſt χείρων ſive deterior? Confer Menagium ad Laërtii lib. 6. ſect. 50. p. 244.

III. Porro Suidas teſtatur Chironem ſcripſiſſe ἰατρήκας δι' ἐπῶν, πρὸς Ἀχιλλέα, & ἱππιατρικόν, unde Centauri quoque nomen conſecutus fuerit, etſi Daniel Clericus qui de Chirone nonnulla collegit parte 1. Hiſtoriæ Medicinæ lib. I. cap. 10. ita dictum mavult quod fuerit Theſſalus, quam gentem primam equos domuiſſe conſtat. Clemens Alex. I. Strom. p. 306. ex auctore Titanomachiæ refert ὡς πρῶτος χείρων ἔτος

Εἶστε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, δείξας
Ὅρκον, καὶ θυσίας ἱλαρὰς, καὶ χήματ' Ὀλύμπου.

Prætereo quæ de Chirone obſervavit Joh. Brodæus ad Anthologiam Epigrammatum Græcorum p. 86. & Petrus Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 525. ſq. ubi recenſet antiquiſſimum Dioscoridis codicem manu exaratum Bibliothecæ Vindobonenſis, in quo præter alias imagines occurrit pictura quadrata, cui aureus eſt fundus, repræſentans hos ſeptem Medicos priſcos, Machaonem, Chironem, Nigrum, Heraclidem, Mantiam, Xenocratem & Pamphilum. Chironem in mulomedicinæ libris laudat præter Hieroclem in Veterinariorum Græcorum collectione etiam Vegetius, & in libro de herbis Apulejus, quod opus Chironis nec Arabibus ignotum eſſe obſervat Kircherus T. 3. Oedipi Ægyptiaci p. 68.

IV. Quod ad ἰατρήκας attinet, eas Heſiodo alii tribuerunt, inter cujus ſcripta Scholiaſtes Pindari Pythionic. 6. initium carminis referens & Pauſanias quoque in Bœoticis p. 772. autor eſt à quibus-dam referri φθαίνειν χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ τ' Ἀχιλλέως. Et Ariſtophanes Comicus in Δαιταλεῦσι apud Phrynichum & Thomam Magiſtrum in ἀνεσῆς ridet Heſiodi ἰατρήκας. At Heſiodo abjudicarunt Bœotii

2011 Ministerio de Cultura

Bœotii ipſi & Ariſtophanes Grammaticus apud Quintilianum libro & capite primo Inſtitutionum Oratoriarum. Neque unquam probari poterit germanum fuiſſe fœtum Chironis: quanquam multorum auctorum teſtimonio traditum eſt quod Chiron Achillem inſtituerit *Venatu, fidibus, palæſtra & herbis* ut ait Sidonius carmine IX. v. 131.

V. Longe minus ad Chironem noſtrum referri fas erit Marcelli Sidetæ Verſus de piſcibus, qui in codice Mediceo, cujus apographum vidi in Bibliotheca V. CL. Marquardi Gudii, inſcribuntur Μαρκέλλου Σιδήτου χόλια χείρωνος περὶ ἰχθύων. Quod poëma (ſive poëmatis fragmentum potius) ſeparatim editum eſt olim Pariſiis à Morello Græcè forma octava ſic octopertita ſub titulo *Marcelli Sidetæ ἰατρικῶν περὶ ἰχθύων*

MARCELLI SIDETÆ

Medicina ex piſcibus.

PRobe etiam novi piſcium marinorum naturam ſalutarem
Aſſidue animum advertens ad ea
Quæ ipſemet vidi & ab aliis audivi.
Horum genera nominaque ſingula deinceps exponam.
Fundum cetis patentem ſcopuloſi maris
Piſces infiniti incolunt, albi,
Nigri, picti, & ſpeciem variam habentes:
Phagri, glauci (a)prepontes & (b) magnoculi
Capitones, ac thynni, & albicantes Lupi:
Thuri (c) & umbræ, & Hepates (Jecorini) aduncis dentibus præditi
Et ſargi, glanidesque & ſplendidi aſelli,
Auratæ, & criſtæ, & pelamides, & acharnæ,
Mugiles, rubelliones, & litorales melanuri,
Congrique & anguillæ & miſeræ murænæ:
Bocæ (e) Pernæ, & iuli petris gaudentes.
Percæ, mullique & teſtudines (f) variegatæ,

Mormy-

(a) πρέπων nomen piſcis apud Oppianum.
(b) βλέφθαλμοι epithéteton Capitonum infra V. 59. μεγαλοφθάλμους κεφάλους.
(c) Thuri forte iidem qui Plinio Thurſiones.
(d) *Umbras* vocat Ovidius quos Plinius *Sciadeos.*
(e) Feſtus in *Bocas.*
(f) an *ſtriatæ*?

2011 Ministerio de Cultura

ἰχθύων. Hujus Marcelli ex Side Pamphyliæ urbe oriundi meminit Hieronymus libro 2. Contra Jovinanum,& Suidas teſtatur Medicum fuiſſe temporibus Marci Antonini Imp. ſcripſiſſeque verſibus Heroicis Βιβλία ἰατρικὰ μβ ſive *Poëma Medicum libris XLII.* Quoniam vero illud quod dixi de piſcibus fragmentum ſchedæ fugitivæ à Morello commiſſum, & ſeparatim Græcè editum vix reperitur, adeo ut nullam ejus mentionem fecerint Bartholinus de Medicis Poëtis, Lindenius & *Merklinus de ſcriptis Medicis*, *Bochartus* in Hierozoico, Harduinus ad Plinium, & pro inedito habere videatur Daniel Clericus Vir Cl. parte 3. Hiſtoriæ Medicinæ p. 203. integrum hoc loco cum bona, ut ſpero, lectorum venia inſerere volui additâ meâ verſione & caſtigationibus.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ ΣΙΔΗΤΟΥ

Ἰατρικὰ περὶ Ἰχθύων.

Εὖ γ' ἢ καὶ εἰναλίων ἐδάλω φύσιν ἰήτειραν
Ἥμαζι παντοίοιζιν ἐμὸν νόον ἐξερεείνων
Ὡς αὐτός τ' ἐνόησα καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουσα.
Ὥντε ἐγὼ πληθὺν ἠδ' ὄνομα πάντ' ἀγορεύω.

5. Βένθεα κητώεντα πολυσκοπέλοιο θαλάσσης
Ἴχθυες ἀμφινέμοντες, ἀπείρητοι, ἀργινόεντες,
Παμμέλανες πέρκνοι καὶ αἰόλον εἶδος ἔχοντες
Φάγροι τε γλαυκοί τε, πρέποντες βλέφθαλμοί τε
Καὶ κέφαλοι, θύννοιτε καὶ ἀργυφέοι λάβρακες (1)
10. Θῆρες (2) τε σκιαδεῖς τε (3) καὶ ἵππατοι ἀγκυλόδοντες
Καὶ Σαργοὶ, γλάνεστε καὶ ἀργινόεντες ὀνίσκοι.
Χρύσαφοι (4) ἠδὲ λόφες (5) καὶ πηλαμύδες καὶ ἀχάρναι
Καὶ κεστρεῖς ἔρυθροίτε (6) καὶ ἀκταῖοι (7) μελαίνες,
Γόγγροι ἐγχέλυές τε καὶ αἰνόμοροι σμύραινοι.
15. Βῶκες καὶ πορόναι καὶ πετρώεντες ἰᾶλοι,
Καὶ πέρκαι τρίγλαι τε πολύσκητοί τε χελῶναι

Μόρ-

(1) al. λάυρακες.
(2) MS. Θύροι.
(3) Ita reſcripſi è MS. Gudiano, etſi Morellus ediderat Θῆρόί τε σκιαδεῖς quaſi hoc eſſet Epitheton.
(4) χρύσοφρυς Ovidio & aliis.
(5) Forte pro λοφίδες ut verſu ſuperiore γλάνες pro γλανίδες.
(6) Ariſtoteli ἐρυθρικοὶ, Ovidio & Plinio *Erythini*, Oppiano ἐρυθρῖνοι.
(7) Male Morellus ἀρκταῖοι.

2011 Ministerio de Cultura

Mormyrus & littoreus & celerrima hirundo
Rhombique orbiculares, & longa ſolea
Et ſcari variegati, ac rubicunda fuca
Et rajæ turdique & albis dentibus corvulus
Equi, ranæ, cuculique præacutis pinnis præditi
Et paſtinaca & falx & litoroſus collurus
Scorpii, lupi, ſepiæque & tragiſci
Et acuto dente ſparus, & gobius capite conſpicuus:
Cœciliæ ſerpentes, torpedo, & ſuavis (a) urtica
Et pediculi ac ſmarides & pulcer regulus
Trachurus aſper, ſquatusque & albicans haliplevmon
Et parvi haleces, canes ac lepores
Et egregii Syodontes, Xiphiæ, Thranidesque
Et mures lorica veluti induti, & ſalpa amœna
Leo, lolligo, aſtacique cornibus inſignes
Et fulvæ ſquillæ & pagur (b) rubens
Lacerti, hiatulæ, orphi & gariſci
Carabus aſper, & buccinæ ungulis prædítæ
Et auriculæ & Chamæ & echini
Polypodes cirrati, cochleæque nitidæ
Oſtrea & pelorides eximii, & garini
Tellinæ, balani, & in petris natæ muſculi ſive myiſci
Et ſuperbi delphines ſemper gratiſſimi navigantibus:
Phocæ & arietes, & varia cete maris.
Ex tot ac tantis cum medicinam præbeat natura, nullus morbus
Timendus ſollicitos habet mortales, quibus ſunt remedia
E mari, è terra & lato aëre.

De uſu mulli in iis qui carbunculo laborant.

Mullus variegatus, ſi ignis vi torreatur
Cum flavo melle: nigricantes carbunculos extrahit

Radi-

(a) Gellius IV. 11. ἀκαλύφη *animal marinum quod urtica appellatur.* Cæterum tactu ſane ſuavis non eſt, haud certe magis quam planta hoc nomine.

(b) Ovidio *Pagur*, Plinio *pagyrus.* Male cum papyro frutice confunditur à Salmaſio ad Solin. p. 1314. edit. Pariſ.

2011 Ministerio de Cultura

Μόρμυρ@, αἰγιαλεύστε καὶ ὠκυπέτεια χελιδών
Κυκλοτερεῖς ῥόμβοι τε καὶ ἐκτάδιον βάγλωσσον,
Καὶ σκάροι αὐθεμόεντες, ἐρυθήεσσά τε Φυκίς
Καὶ βατιδες κιχλαιτε καὶ ἀργιόδυς καραγκῖν@.
Ἵπποι τε βάτραχοί τε καὶ ὀξύκομοι κόκκυγες.
Καὶ τρυγὼν, ἅρπη (8) τε καὶ ἠϊόεις κόλλυρος.
Σκόρπιοι ἠδὲ λύκοι καὶ σηπίαι ἠδὲ τραγίσκος
Καὶ σπάρ@ ὀξυόδυς καὶ κωβιὸς ὑκάρην@.
Τυφλίνοι, νάρκητε καὶ ἠδεία ἀκαλήφη.
Καὶ φθεῖρες, σμάριδές τε καὶ αὐθεῖς βασιλίσκ@,
Τρηχαλέη (9) ῥίνητε καὶ ἀργινόεις ἁλιπλεύμων
Καὶ πτερυγαὶ μαίνιδες, ἀπαρ κύνες ἠδὲ λαγωοί
Καὶ κριοὶ σιωόδοντες (10) ἰδὲ ξιφίαι, θρανίαιτε
Καὶ μύες ἐυθώρηκες καὶ αὐθέσσι σάλπη.
Ἠδὲ λέων τευθίτε καὶ ἄσκοι ὑκέρωτες,
Καὶ ξανθαὶ καρίδες, ἐρευθήεισσε παγουρ@
Καὶ σαῦροι χαυνοί (11) τε καὶ ὀρφέες ἠδὲ μελίσκοι
Κάραβ@ ὀκρυόεις καὶ ἐυόνυχες κήρυκες
Καὶ λεπάδες χῆμαίτε καὶ ὀξυέθειρες ἐχῖνοι.
Πυλύποδές τε πολυπλόκαμοι κόχλοιτε φαεινοί.
Ὄστρεά τε γλαφυρᾶιτε πελωρίδες, ἠδὲ μελῖνοι.
Τελλῖναι, βάλανοί τε πετρηχέεσσε μυΐσκοι,
Καὶ γαυροὶ (12) δελφῖνες ἀεὶ ναύτῃσιν ἑταῖροι.
Φῶκαίτε κηλοίτε καὶ αἰόλα κήτεα πόντου.
Τῶν ὁπόσων ἰήμα᾽ ἔχει Φύσις, ἠδέ τι νούσων
Ῥιγεδανῶν ἀλέγουσι βροτοὶ χραισμήι᾽ ἔχοντες
Ἐξ ἀλὸς, ἐκ γαίης καὶ ἠέρ@ εὐρυπόροιο.
Περὶ τρίγλης ὅτι αὐθεμ@.
Τρίγλα μὲν αὐθεμόεσσα πυρὸς ῥιπῇσι καεῖσα
Σὺν μέλιτι ξανθῷ, κυαναυγέας αὐθράνας ἕλκει,

(8) Plinio videtur appellari ἀρωτὴρ sed in loco corrupto lib. 32. c. 11. Nam pro *arbores* legendum *arpteres* p. 876. edit. Harduini ut p. 879 pro *faber sive Zeus* lege *Chalceus*.
(9) MS. τραχελέη Ni fallor est quem τραχῦρον vocat Oppianus.
(10) MS. κριοὶ συόδοντες. At κριοὶ iterum infra v. 40.
(11) Ita ex MS. reposui pro eo quod Morellus ediderat χαλίαι.
(12) Morellus γυροὶ MS. γαροὶ *gari* genus piscis Plinio & aliis memoratum. Sed jam supra nominaverat γαρίνας & γαρίσκας. Itaque rescripsi γαυροί.

2011 Ministerio de Cultura

Radicitus, qui frigidæ mortis metum incutiebant.

De paſtinaca & aliis remediis adverſus læſionem ſerpentis marini, aliaque.

Ictibus lividis metuendi dracunculi
Medetur hepar flavum detractum è corpore
Velocis paſtinacæ & ancipitem vitam ducentis murænæ.
Facit hæc, quando in vaſe vino repleto ſuffocata eſt:
Illud epotum gravem partum mulierum extinguit,
Muria ſive Jusculum inde paratum prodeſt contra exitioſa venena, hominibus
Comedentibus: Caro ipſa ſvaviſſima eſt præ aliis
Marinis eduliis poſt ſcarum piſcium principem,
Cujus bilis acris melle permixta, conducit oculis
Lumine deſtitutis acutum reſtituens viſum.
Lingulaca ſuper ſplenem laborantem extenſa
Colligatis faſciis, ſanat morbum & dolorem.
Caput magnis oculis prædiți capitonis, rigatum
Aqua marina in olla fictili, & guttis
Mellis Lycabettii adſperſum, ſubſidere
Magis magisq; facit mariſcas mediis in crinibus eminentes.
Similia efficit combuſtum caput cæſiæ limoſæ.
Percæ vero, carni circûmligatum, nigricantibus
Ulceribus medetur putridis, vim ignis adæquans.
Glauciſci cum virentibus herbis elixi
Jusculum, nutricibus deſiderantibus ciet candidum lac
Bibendum infantibus quibus tum charæ nutrices
Præbent ſvavem potum è mammis lacte abundantibus.
Jecur & bilis thunni circa ſcopulos libenter morantis
Non permittit creſcere denſiores in ſuperciliis capillos
Poſtquam eos qui tibi moleſti ſunt ferro evulſeris.

Equi

2011 Ministerio de Cultura

Ῥιζόθεν οἱ πνείουσι φόβον κρυερὸν θανάτοιο.

Περὶ τρυγόνος καὶ ἄλλων ὑπὸ πλευρᾶς θαλασσίου δράκοντος. (13)

Τύμματα δειμαλίοιο πελιδνήεντα δράκοντος
Τρυγόνος ὀξείησε καὶ ἀμφιβίου σμυραίνης
Ἰᾶται πυρσωπὸν ἀνελκόμενον χρόα πᾶρ.
Τεύχει δ' ἐν γλαφυρῷ μέθυος πλήθοντι σνιγεῖσα
Κεῖνο ποτὸν βαρύθοντα τόκον σβέννυσι γυναικῶν.
Ζωμὸς ἀποστεύει ὃ μιαφόνα φάρμακα φώτων
Δαισαμένων, βρώμη ὃ πέλας χαλεπαίνει ἄλλων
Εἰναλίων μερόπεσσι, μὴ σκαίρον ἰχθυμέδοντα
Τὸ δελφεῖα χολὴ μέλιτος μέτα φάεα θέλγει,
Ὀξὺ σέλας φορέουσα λιπαυγέσιν ὀφθαλμοῖσιν.
Σπλῆνι δ' ἐπ' ὀκρυόεντι πλατυνόμενον βάγλωσσον
Σφυγκτῷ σὺν τελαμῶνι νοσηφόον αἶνυται ἄχθος
Δευόμενον δὲ κάρηνον ἐϋγλήνου (14.) κεφάλοιο
Ἀλμυρὸν ἐν χύτρῃ κεραμήϊδι καὶ λιβάδεσσι
Κεινόμενον μέλιτος λυκαβητίδος, (15.) ἔυκυκλον ἕδραν
Ἀλδαίνει συκῆσι περίδρομον ὀφρυόεσσαις.
Πηλαμύδος χαροπῆς τε κάρη καὶ ἴκελα τεύχει
Πέρκης δ' (16.) ἂν περὶ σαρκὶ κυλινδόμενον μελάνωπον
Σηπεδόνα κρατέει, πυρὸς ἄθματι ἰσοφαρίζον.
Σὺν χλοεροῖς λαχάνοις δὲ καθεψαμένου γλαύκοιο
Ζωμὸς ἄγει γάλα λευκὸν ἐελδομένῃσι τιθήναις
Πινόμενον· τιτθαὶ (17) δὲ φίλαι τότε νηπιάχοισιν
Ἕλκεσιν πόμα λαρὸν ἐϋγλαγέων ἀπὸ μαζῶν.
Ἦπαρ δ' αὖτε χολήτε φιλοσκοπέλου θύννοιο
Οὐκ ἐᾷ ὄρνυσθαι θαμινὰς τρίχας ἐν βλεφάροισι
Νυσσόμενος ἔυτ' ἄνκε τριχηλάβῳ ἐξερύσειας.

(13) Dioscorid. lib. II. cap. 15. Plinius: *Draco, quidam aliud volunt esse dracunculum. Est autem genicula similis, aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes, sic ut scorpius ladit, dum manu tollitur.*
(14) Ita è MS. reposui pro eo quod ediderat Morellus: Δευομένου δὲ κάρη μεγαλοφθάλμου.
(15) Ita legendum pro λυκαβαντίδος.
(16) Sic MS. pro πέρκη & κυλινδομένη.
(17) Ita legendum puto pro θηταί.

2011 Ministerio de Cultura

Equi marini bilis, & tantundem hyænæ,
Ingensq; conger vivus elixus in vaſe
Pleno Palladii olei, ſuper ignem:
Percolatam hinc pinguedinem
Si quis ſumſerit, additâq; cera Eleuſiniâ
Molli illud linteo illinens ligaverit circa ventrem
Fœminæ jam partum enixæ, neutiquam turpes rugæ
Corpus illius deformabunt, ſed ſemper pulchra integraq;
Quales ſunt teneræ virgines, celebrabitur.
Rhinæ ſive ſquatinæ aſpera cutis combuſta, limpidisq;
Soluta aquis, medelam affert adverſus tumores vomicarum.
Ictum dracuncucli aculeati celeriter perſanabis
Si ipſum conſciſſum vulneri adhuc calido impoſueris.
Nigricantis phtitari bilis, difficili auditu
Laborantibus medetur quam optime.
Paſtinacæ radio dolorem horridum dentium
Curabis, radicem mali (gingivas) ſcarificando.
Mammæ à doloroſo partu vacuæ
Si bili inungantur ſauri lacerti, lacte turgebûnt.
Scorpione marino ſtatim poſtquam captus fuerit
In poculo vini dulcis pleno
Suffocato, homo qui ex hac potione biberit, nigro jecinore
Vel ſplene laborans, ſenſim cohiberi ſentiet graves dolores,
Atq; univerſum corpus à moleſto labore recreari.
Smarides ſive cerri leves formicariis tuberibus
Et crebris verrucis penſilibus facile medentur:
Iidem elixi cum tenero fœniculi gramine
Faciunt, ut nutrices, grato hoc cibo guſtato, lactare poſſint.
Mænarum autem muria utiliſſima eſt adverſus inflammata ulcera oris.

Reliqua deſiderantur.

2011 Ministerio de Cultura

Εἰναλίᾳ δ' ἴσασιν χολὴ ἀπάλαντος ὑαίνης,
Ζωῇ ἐψομένη μεγάλῃ ἐνὶ τεύχεϊ γόγγρῳ
Παλλαδίῳ πλήθοντι πυρὸς καθύπερθεν ἐλαίῳ,
Κεῖνο λίπος τρητῇ διανεύμενον ἠθητῆρος
Ἤν τις ἐλαὼν πάξειεν ἐλευσινίῃ μετὰ κήρῃ
Ἐν δὲ πολαίοας ὀθόνῃ μαλακῇ περὶ γαστέρα θείῃ
Ἀρτιτόκοιο γυναικὸς, ἀναιδέες ἄν νυ τι ῥῶχμαι
Σάρκα διαῤῥαίσσιν, ἀεὶ δ' ἀγανῶσιν, ἄτρωτον
Οἵατε παρθενικαὶ ἁπαλόχροοι ἀινήζσι.
Καιομένη ῥίνης δὲ δορὴ τραχεῖα φαεινοῖς
Ὕδασι καὶ λυθεῖζα φέρει φυμάτεσσιν ἀρωγήν.
Τύμμα δ' ἀκανθήεντος ἀκεέσσεαι ὠκα δράκοντος
Αὐτὸν ἀνατμηθεντα βαλὼν ἐπὶ τράυματι θερμῷ.
Φθειρὸς κυανέης δὲ χολὴ μογερῇζιν ἀκαῖς
Τειρομένοις ἴαμα φέρει προφερέστατον ἄλλων.
Τρυγόνος αὖ κέντρῳ περφρικότος ἄλγος ὀδόντος
Ἐξελάζῃς, ῥίζην ὀδυνηφόρον ἀμφιχαράσσων.
Μαζοὶ δ' ἀγγειναῖο μεμυκότες ἔκγε τόκοιο,
Χριόμενοι ζαύροιο χολῇ, γάλα κυμαίνεζι.
Σκορπίῳ εἰναλίῃ δὲ πολυσχοίνων ἀπὸ κύρτων,
Αὐτίκ' ἐνὶ κρητῆρσι βεβεληότσιν ἡδέος οἴνου
Πινομένου, πόμα κεῖνο πιὼν βροτὸς ἢ μέλαν ἦπαρ
Ἢ πολιὸ ἀλγύνει, πολυώδυνον ἀτρέμας ἴσχει
Πᾶν δέμας ἀχθήεντος ἀναπνεύσας καμάτοιο.
Σμαραγίδες ἂν λεῖαι μυρμηκώενζα κάρηνα,
Ῥηϊδίως θαμινὰς ἀκροχορδόνας ἐξακέσζι,
Σὺν ῥαδινῇ χαίτῃ ἢ καθεψόμεναι μαράθοιο
Γλαγοφόρους τεύχεσι φίλλῳ μὴ δαῖτα λιθιώνας,
Σμαρίδων (18) ἅλμη ἢ καλὸν χρισμήϊον ἄφθης.

Λείπει πάλλα.

Quod denique Suidas teſtatur in Marcelli opere nonnulla etiam lecta olim fuiſſe περὶ λυκανθρώπου, hoc confirmat Aëtius Amidenus qui Marcellum auctorem laudans de lycanthropia agit libro ſecundo ſecundæ tetrabibli capite undecimo.

(18) MS. Μαινίδων.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT IV.

De Corinno. 1. *Creophylus Homeri Magister, an hospes.* 2. *Ab Homero accepit* Οἰχαλίας ἅλωσιν, *vel, ut alii, ab illo Homerus. Utrum idem poëma* Ἡρακλείαι. 3. *Callimachi Epigramma.* 4. *Daphne Tiresiæ filia.* 5. *Plures hoc nomine. Daphnis bucolici carminis inventor.* 6. *Daphnes de Homero Vaticinium.* 7. *Dardanus Magus. Dardaniæ artes & scripta.* 8. *Dardanarii qui.* 9. *Plures Dardani.* 10.

I.

CORINNUS Ilienſis, Palamedis diſcipulus Iliada ante Homerum primus concinnaſſe traditur à Svida, & Homero totum poëmatis ſui argumentum præbuiſſe. ΚΟΡΙΝΝΟΣ Ἰλιεὺς ἐποποιὸς. Τῶν πρὸ Ὁμήρου, ὥς τισιν ἔδοξε, καὶ πρῶτος γράψας τὴν Ἰλιάδα ἔπη τῶν Τρωϊκῶν συνισταμένων. Ἦν δὲ Παλαμήδους μαθητὴς καὶ ἔγραψε τοῖς ὑπὸ παλαμήδους εὑρεθεῖσι δωδεκὰ γράμμασιν. Ἔγραψε καὶ τὸν Δαρδανὸς πρὸς Φλαγόνας πόλεμον, ὡς ἐκ τούτου λαβεῖν καὶ τῆς ποιήσεως ὅλης ὑπόθεσιν Ὅμηρον καὶ ἐντάξαι τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις. Videtur autem perſpicue inter ſe pugnare quod affirmat Svidas Corinnum ſtante adhuc Trojâ ſcripſiſſe, & Homerum totum poëmatis ſui argumentum ab eo accepiſſe. Idem an alius Corinnus fuit, cujus ῥῆσιν de Orione, (de quo videndus etiam Diodorus Siculus libro quarto extremo) afferre ſe putat Scholiaſtes Nicandri ad Theriaca p. 28. edit. Aldinæ. Certe fallitur Vir Clariſſimus Burchardus Gothelf Struvius, qui in judicio de Scriptoribus Trojani excidii, quod tomo tertio Obſervationum Hallenſium eſt inſertum, hunc Corinnum Ilienſem p. 8. confundit cum Corinna Poëtria Thebana, Pindari æquali, de qua erit infra dicendi locus. Fuere & aliæ Corinnæ duæ Poëtriæ; Thespia altera, altera Thebana junior cognomento Myia, de quarum utraque mentionem facit Svidas. Verum nec harum alicui quicquam commune eſt cum Corinno Ilienſi, non magis quam Corinnæ Ovidii carminibus celebratæ.

II. CREOPHYLUS Samius, Homeri Magiſter à quibusdam olim habitus, ut refert Strabo lib. XIV. p. 639. Alii narrant, Homerum aliquando ejus hoſpitio uſum. Apulejus in floridis, cum Leodamantem (Hermodamantem alii vocant, vide Menagium ad Laërtii lib. VIII. ſect.

2011 Ministerio de Cultura

sect. 2.) Creophyli discipulum nominasset, *qui Creophylus*, inquit, *memoratur poëtæ Homeri hospes & æmulator canendi fuisse.*

III. Idem Strabo pag. 63. & ex eo Eustathius ad Iliad. β. p. 250. addit ex quorundam sententia Homerum hospiti poëma suum Οἰχαλίας ἅλωσιν dono dedisse, atq; ut sub nomine Creophyli ederetur permisisse. Idem narrat Proclus in vita Homeri ab Allatio edita, & Svidas. Allegat Creophylum Scholiastes Sophoclis ad Trachinias. Mentio ejusdem apud Platonem decimo de Rep. ὁ γὰρ Κρεώφυλος, ὦ Σώκρατες, ἴσως ὁ Ὁμήρου ἑταῖρος. Photius in lexico MS. laudante eruditissimo Bentleio: τὸν τινες καὶ διδάσκαλον Ὁμήρου λέγουσι γεγονέναι; Καὶ ἔστι αὐτοῦ ποίημα Οἰχαλίας ἅλωσις. Ἀρχαῖος μὲν οὖν ἐστι, νεώτερος δὲ ἱκανῶς Ὁμήρου. Creophylus in Ἡρακλείᾳ allegatur à Pausania in Messenicis p. 283. Sed ibi de Oechalia agit Pausanias, adeoque legendum in Οἰχαλίᾳ, ut pridem notatum Menagio p. 348. ad Laërtium, nisi Ἡρακλείᾳ inscriptum fuit etiam illud poëma, quia Oechaliam ab Hercule eversam describebat, etsi Vossius de Hist. Græcis p. 348. aliud esse ait Heracleam, aliud Herculeidem. Sed Richardus Bentleius Vir doctiss. in Epistolâ ad Joh. Millium ita legenda esse putat Pausaniæ verba: τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος Ἡρακλέα πεποίηκεν ὁμολογοῦντα.

IV. Callimachus verò non Creophylum Homeri poëma suô sub nomine edidisse sibique vindicasse, sed Creophyli opus sub Homerico nomine venditatum affirmat hoc Epigrammate, quod præter Strabonem & Eustathium afferunt Sextus Empiricus adversus Grammaticos cap. 2. auctor Etymologici magni in γράμμα, & Scholia inedita ad Dionysium Thracem duobus in locis.

Κρεωφύλου πόνος εἰμὶ δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀείσας
Δεξαμένου, κλαίω δ' Εὐρυτον, οἷα ἔπαθεν,
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν, Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα. Κρεωφύλῳ ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Nescio an meam quoque versionem post tot alios interpretes addere operæ pretium sit. Ea sic se habet:

Creophyli labor iste, domo qui excepit Homerum,
Euryte fortunam lugeo mœste tuam,
Formosamq; Iölen: Nunc litera dicor Homeri.
Jupiter! auctori hæc gloria magno suo est.

Ut in Græco γράμμα, sic & in latino *literam* posui pro scripto sive συγγράμματι, quo sensu sæpius vocabulo γράμμα usus est Callimachus, quemadmodum aliis ejus locis duobus ostendit Ammonius περὶ ὁμοίων καὶ

2011 Ministerio de Cultura

καὶ διαφόρων λέξεων, in γράμμα. Καὶ τὰ συγγράμματα (ita legendum) ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ γράμματα. Καλλίμαχός πού φησι. Γράμματα δ' ἐκ ἔιλισαν ἀπόκρυφα — τουτέστι τὰ συγγράμματα. καὶ πάλιν· — πλάτωνα ἐν τῷ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος. Si Clementem Alex. audimus lib. VI. Strom. p. 628. Panyasis Halicarnasseus Creophyli ὀιχαλίας ἅλωσιν per plagium sibi adtribuit. Quo in loco male editum est κλεοφύλου pro κρεωφύλου. Alius Creophylus ἐν τοῖς ἐφεσίων ὅροις laudatur ab Athenæo lib. VIII. Dipnosophist. p. 361.

V. DAPHNE sive MANTO (vide Barthium ad Statii 4. Thebaid. pag. 1097.) Tiresiæ filia Hanc Diodorus Siculus lib IV. p. 269. cum direpta ab Epigonis Thebarum urbe captam & ex voto ut manubiarum primitias Delphis consecratam memorasset, αὕτη δ', inquit, τὴν μαντικὴν ἐκ πατρὸς λαβοῦσα ἦτον εἰδυῖα, πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Δελφοῖς διατρίψασα τὴν τέχνην ἐπηύξησε. Φύσει δ' θεσπιᾳδικῇ κεχορηγημένη ἔχρησμὸς ἔγραψε παντοδαπὸς, διαφόρους τοῖς κατασκευαῖς, παρ' ἧς φασὶ καὶ τὸ ποιητὴν ΟΜΗΡΟΝ πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν. Addit Diodorus Daphnen istam propter oracula quæ numine afflata funderet Sibyllam appellatam τὸ δὲ ἐνθεάζειν καὶ γλῶσσαν ὑπαρχειν σιβυλλαίνειν. Non optime vertit interpres eruditus verba καὶ γλῶσσαν *quadam Græcorum dialecto*, rectius: *veteri* sive *insolentiore vocabulo*, id enim notat glossa, unde glossaria, ceu de Lexicis agentes diximus. De Sibyllæ etymo & Sibyllinis paulo post agemus.

VI. Heic ab re haud fuerit, notasse alias Daphnes nomine celebres, (si modo sint aliæ) ab Apolline adamatas, h. e. divinandi peritas, de quibus in fabulis quod in laurum mutatæ fuerint. Daphnen Ladonis filiam de qua præter alios autor Geoponicon lib. XI. cap. 2. & iisdem fere verbis scholiastes Homeri quem Didymum vulgo appellant ad Iliad. α. Daphnen filiam Amydæ de qua Parthenius cap. 15. erotic. Daphnen Peneiam à flumine Thessalia hodieque lauris consitissimo dictam de qua Ovidius lib. I. Metamorphos. fab. 9. & alii. His addemus deniqueDAPHNIN Mercurio Nymphaque genitum, à quo bucolicum carmen & melos quod sua ætate adhuc apud Siculos in honore fuisse refert, inventum esse testatur Diodorus, lib. IV. p. 283.

VII. Porro Daphnen Tiresiæ Allatius suspicatur eandem ipsam esse, quæ libro III Sibyllinorum se dolet quodammodo ab Homero olim carminum elegantiâ superatum iri. Versus hi sunt p. 251. edit. Obsopoei:

Καὶ ἓς

2011 Ministerio de Cultura

Καίλις ψλδοχράφ@ πρέσβυς ἐροτὸς ἔσσεται ἀυθις
Ψλδόπατρις δυσειδέα φάτ@ ἐν ἡσ.ν ὀπῆσι
Νῦν ἢ πολλῳ καὶ ἔτ@ ἀμανόιας ἔμμετρον ἔξει
Ὀυνόμασιν δυσὶ μιγνύμενον, χῖον ἢ καλέσει
Αὐτὸν, καὶ χράψει τὰ κατ' Ἴλιον ἃ μὴ ἀληθῶς
Ἀλλὰ σοφῶς, ἔπεσιν δ' ἐμοῖς μέτρων τε κρατήσ.
Πρῶτος δ' χείρεσιν ἐμὰς βίβλους ὀνομήνη
Αὐτὸς ὁ' ἂυ μάλα κοσμήσ. πολέμοιο κορυσάς.

VIII. DARDANUS vetuſtiſſimus ille Dardaniæ conditor & Dardanidarum Dardanæque gentis autor, qui è Creta in Phrygiam venit, pater Erichthonii, avus Trois à quo Troja, abavus Ili, à quo Ilium Trojæ acropolis dicta fuit, non diverſus eſſe quibusdam videtur à Dardano quem primum myſteria matris Deûm oſtendiſſe refert Diodorus Siculus lib.V.p.322. ſeq. & Euſebius II. præparat.cap.3.ex Clementis Alexandrini admonitione ad gentes p. 10. nec à Dardano Mago, cujus libros quosdam olim multi jactarunt, & à quo Dardanias artes pro Magicis dixit Columella lib. X.

At ſi nulla valet Medicina repellere peſtem,
Dardaniæ veniant artes. — —

Fulgentius in libello quo allegoriam librorum Virgilii tradere annititur: *Nam non illa in tuis operibus quærimus, in quibus aut Pythagoras modulos, aut Heraclitus ignes, aut Plato ideas, aut Hermes aſtra, aut Chryſippus numeros, aut* ἐντελεχείας *Ariſtoteles inverſat. Nec illa, quæ aut Dardanus in Dynameris * aut Batiades in paredris, aut Campeſter in Catabolicis infernalibusque cecinerunt.* Plinius lib. XXX. Hiſt. Nat. cap. I. *Democritus Apollobechen Coptitem & Dardanum è Phœnice illuſtravit, voluminibus Dardani in ſepulchrum ejus quæſitis* (i.e. quæſitis tam anxie ut & ipſum ſepulchrum ejus adire non dubitaverit) *ſuis vero ex diſciplina eorum editis.* Quanquam Gabriel Naudæus in Apologia pro viris doctis Magiæ accuſatis cap. 12. totum hoc non dubitat referre inter portenta fabularum quæ Plinium Secundum indigniſſime in Democritum Philoſophum conferre arguit Gellius lib. X. cap. 12. Meminit Dardani Apulejus quoque libro de herbis cap. 7. & 16. ut omittam aphorismos quosdam *Dardano* tributos in libro Chemico

* *Dynameron* vocatur opus docens præparationem medicamentorum particularium, certis diebus quibus ſingularis illorum vis eſt colligendorum. Vide Labbei nov. Bibl. MSS. p. 128. Videtur vocabulum compoſitum eſſe ex Græco δύναμις & ἡμέρα. Etiam Suidas hâc voce utitur in Βῶλος.

2011 Ministerio de Cultura

mico qui inſcribitur *turba Philoſophorum.* Tertullianus libro de anima cap. 57. aliis Magis Dardanum accenſet, Hoſtani, Typhoni, Damigeronti, Nectabidi & Berenicæ. Apulejus in Apologia: *Ego ille ſim Carinondas vel Damigeron vel is Moſes vel Jannes vel Apollonius vel* IPSE DARDANUS, *vel quicunque* * *poſt Zoroaſtrem & Hoſtanem inter Magos celebratus eſt.*

IX. In Libris ICtorum non ſemel memorari videas *Dardanarios* hoc eſt pantapolas & ſeplaſiarios, de quibus Jacobus Cujacius lib. X. cap. 19. Obſervationum, ſic dictos à Dardano, non quod iſte alienos triticiacervos in horrea ſua Magicis artibus transtulerit, ceu nullo auctore & Turnebo lib. IX. cap. 16. Adverſariorum male intellecto ſcribit Jul. Cæſar Bulengerus lib. II. adverſus Magos p. 569. ſed quod artibus ſuis ac ſtellionatu veluti maleficiis, inſtar Dardani alicujus Magi, ſcirent annonam mercesque quaslibet onerare, & pecunias civium ad ſe rapere.

X. Fuit & Dardanus Stoicus, longe junior Mago, (quem ipſum quoque Magum ab Homero ætate vinci & à Dardanæ gentis autore diverſum fuiſſe conjicio) cujus meminit Cicero quarto Academicarum quæſtionum, & Dardanus Aſſyrius Sophiſta, cujus auditor fuit Antiochus Ægeus teſte Philoſtrato lib. 2. de vitis Sophiſtarum p. 567. Ut omittam Dardanum Abydenum ab Artemiſia, cujus amores contempſerat, oculis privatum, de quo Photius ex Ptolomæi Hephæſtionis libro VII.

CAPUT V.

De Darete Phrygio veterum teſtimonia. 1. *Liber qui ſub ejus nomine hodie exſtat latinè.* 2. *Græce olim lectus.* 3. *Joſephi Iſcanii poëma.* 4. *Pſeudo Daretis & Dictyis editiones.* 5. *Demodocus Homero laudatus ἀοιδός. Ei tributa poëmata.* 6. *Demodoci Larii dictum.* 7. *De Dictye Cretenſi.* 8. *Utrum libri quos hodie latine ſub ejus nomine habemus iidem fuerint quos Græci olim lectitarunt.* 9. *Pugna duorum prologorum Dictyi præmiſſorum.* 10. *Homerum falſo dici ex Dictye profeciſſe.* 11. *Pſeudo Dictys latinus recentior Græco. Ejus ætas.* 12. *Græcus jampridem videtur intercidiſſe.* 13.

I.

DARES Phryx Vulcani ſacerdos memoratus Homero libro quinto primore

* Horum quosdam memorat Theodorus Meliteniota in præfat. ad Aſtrologiam ab Iſm. Bullialdo edita: ἐν οἷς (χαλδαίοις) ἄλλοι τε πλεῖσοι γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἄνδρες, καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὀτάνης, ὅ, τε Κινδηνᾶς καὶ Ναβουριανὸς ἢ σὺν αὐτοῖς ὁ Σεδῖνος, ἀλλὰ καὶ Σέλευκος ὁ τοῦ Σελευκίας κ.τ.λ.

2011 Ministerio de Cultura

primore Iliados, *primus Historicus apud Gentiles, qui in foliis palmarum de Græcis & Trojanis historiam scripsit*, ut ait Isidorus lib. I. Orig. cap. 41. Ejus Phrygiam Iliadem ad sua usque tempora servatam auctor est Ælianus lib. XI. cap. 2. var. Historiæ. ὃ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν διασωζομένην οἶδα. Ptolemæus Hephæstionis lib. I. Ἀντίπατρος ὁ φησὶν ὁ Ἀκαάνθιος ΔΑΡΗΤΑ τὸν Ὅμηρον γράψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος, ὥστε δὲ μὴ ἀνελεῖν ἐπαῖρον Ἀχιλλέως. Meminit & Eustathius ad Odyss. λ. p. 453. ex eodem Antipatro. Ἀντίπατρος ὁ Ἀκάνθιος φησὶ καὶ τῷ ἔχθει Δάρητα Φρύγα δοθῆναι μνήμονα μὴ ἀνελεῖν φίλον δὲ Ἀχιλλέως, Ἀπόλλωνος δὲ θυμβραίου τοῦτο χρήσαντος.

II. Exstat & hodie Daretis sub nomine Historia de excidio Trojæ, prosa oratione scripta, (neque Poetam fuisse Daretem innuit Ælianus) sed latine tantum, quam Cornelius Nepos transtulisse fertur. Imò præfixa est libro Epistola, nomine Nepotis ad Sallustium, qua Dareti huic plusquam Homero * multos annos pòst nato fidei tribuendum existimat, testaturque se hanc Daretis historiam ipsius manu scriptam reperisse Athenis, & summo ardore complexum sive captum voluptate, continuó transtulisse. Virum doctissimum Johannem Scheferum fefellit memoria, ut ad Ælianum notaret Daretis historiam ex terra erutam, se legisse: De Dictye enim, non de Darete hoc legerat Vir Optimus. Quanquam vero neque Nepotis est ista translatio, neque liber ipse Daretem auctorem agnoscit, ut communibus suffragiis eruditorum constat, quorum nonnulla adduxit Leo Allatius lib. de patria Homeri cap. 4. p. 64. plura de hoc dicturus in opere de Apocryphis, sed quod una cum auctore intercidit: tamen non modo longe excedit ætatem Vincentii Bellovacensis (qui ut genuinum laudat inque compendium mittit lib. 3. speculi hist. 63.) & Florentiæ in Bibliotheca Laurentiana occurrit in codice ante annos octingentos exarato, ut notat Joh. Mabillonius T. I. Musei Italici p. 169.

III. Sed & Græce cum Dictye olim exstitit, ut ex fragmentis apud Cedrenum aliosque Græcos scriptores obviis observat Jos. Scaliger in Epistolis p. 303. edit. Lugd. & Eusebio ipso antiquior est, ut idem Vir summus docet ad Hieronymi Chronicon p. 55. editionis secundæ. Quanquam si propius inspicias, observationes illius Dictyn potius quam Daretem tangunt, cujus nulla facile tam antiqua fragmen-

* Addit scriptor quisquis fuit Epistolæ: *de ea re Athenis judicium fuit, cum pro insano Homerus haberetur, quod Deos cum hominibus belligerasse descripsit.* Illis autem verbis non ad decretum aliquod publicum judicum Athenienssium, sed ad judicium Platonis respexit in libris de Rep. ut ingeniosissimæ Daceriæ observatum.

2011 Ministerio de Cultura

ta reperiuntur, quem tamen & ipſum Græce ante Euſebium exſtitiſſe ſatis conſtat ex laudato Æliani teſtimonio.

IV. Qui vero proſa oratione hodie legitur libellus ſub Daretis nomine, videtur complecti fundum atque argumentum Poëmatis latini quod in ſex libros diſtinctum ſub Daretis nomine ante annos quingentos compoſuit *Joſephus Iſcanus Devonius*: neque enim abſurde aliquis ſtatuerit Devonium ex libello illo poëma ſuum concinnaſſe. Quanquam non poteſt ullo auctore idoneo probari PſeudoDaretem iſtum Cornelii Nepotis ætatem attingere, ut dicendi genus omittam quod Scioppio (nimis acerbo ut opinor Critico) tam lutulentum viſum eſt, ut in omnibus pagellis ea ſe offerant, quæ τῶν κοινοβίων clauſtra reſipiant, aut Actuariorum cancellos nuper admodum refregiſſe videantur. Sed & Daretis liber, quem Phrygia ſcriptum dialecto, ſuam ad ætatem perveniſſe teſtatur Ælianus, ſuppoſititius fuit, Dioniquè Chryſoſtomo, Proclo & aliis vel non viſus vel ὐδ' ἐν λόγῳ ὐδ' ἐν ἀριθμῷ habitus, ut recte nuper notavit elegantiſſimus idemque eruditiſſimus Æliani interpres Jacobus Perizonius.

V. Præcipuas PſeudoDaretis latini utriusque editiones in Bibliotheca latina memorare me memini, quibus in præſenti addo Daretem proſarium & Dictyn cum notis Annæ Tan. Fabri filiæ luculenter recuſum nuper Amſtelodami 1701. 4to & 8vo. ornatumque variis numis ac gemmis antiquis, curante Ludovico Smids Doctore Medico, additis denique ſub calcem libri notis ad Dictym Joſiæ Merceri, Caſp. Barthii, Ulrici Obrechti & Pauli Vindingii, præmiſſa doctiſſimi Perizonii de Dictye exercitatione, & ſubjecta ad calcem Joſephi Iſcanii Exceſtrienſis poëmate de bello Trojano, Samuelis Dreſemii notis per ſingulas paginas ſubſtratis illuſtrato. De Dictye paulo infra dicendi erit locus.

VI. DEMODOCUS Heraclidi apud Plutarchum de Muſica & Demetrio Phalereo apud Tzetzem prolegom. in Lycophronem *Corcyræus*, Euſtathio ad Odyſſ. γ. p. 126. ad eundem Demetrium provocanti *Lacedæmonius*, quem pluribus celebrat Homerus Odyſſ. θ' & Odyſſ. ν'. v. 27. ſq. ac nonnulli teſte eodem Euſtathio putarunt notari à Poeta Odyſſ. γ. v. 267. ubi Clytemneſtræ ait adfuiſſe ἀοιδὸν cujus fidei illam Agamemnon commendaverat. Hunc Plutarchus in limine libri de Muſica ex Heraclidis σωαγωγῇ μουσικῇ refert carmine deſcripſiſſe Ilii excidium, & Veneris cum Vulcano nuptias: γεγονέναι δὲ καὶ ΔΗΜΟΔΟΚΟΝ κερκυραῖον παλαιὸν μουσικὸν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν, καὶ Ἀφροδίτης

2011 Ministerio de Cultura

δίτης καὶ Ἠθαίσε γάμου. Mox innuit metro carminis lyrico usum fuisse, non hunc modo, sed & alios, quos ibi commemorat Poetas vetustissimos, & modos Musicos carminibus suis aptasse, atque ita illa ad citharam vel aliud instrumentum musicum decantasse. Sane apud Homerum Odysseæ θ'. in convivio Alcinoi Phæacum Regis hic ipse Demodocus * ad citharam canens inducitur, allato etiam carminis ejus argumento, quod est v. 489. seq. de Ilii excidio, ad quem locum Eustathius p. 324. Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι τὸ συνοπτικὸν τῆς γραφῆς εἶδος καὶ τὸ ὡς εἰπεῖν παρεκβολικὸν πρῶτος Ὅμηρος ἐνταῦθα ὑπέδειξε. ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ μὲν γὰρ πλατεῖαν ἐκθέσθαι δοκεῖ ἀοιδὴν, Ὅμηρος δὲ ὡς ἐν τύπῳ παρεκβολῆς τὴν μακρὰν ῥῆσιν εἰς βραχυτέραν συνελεῖν κ.τ.λ. Hoc Demodoci poema Ἰλίου ἄλωσιν Ulysses in Tyrrhenia ad tibiam cantavit & cantando certans vicit, ut refert Ptolemæus Hephæstionis lib. VII. apud Photium cod. 190. Pro eo quod Plutarchus Veneris & Vulcani nuptias à Demodoco decantatas scripsit, Svidas in voce ἀοιδὸς habet συνουσίαν Veneris & Martis. ὁ δὲ ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ ἄδει τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως συνουσίαν, ἐπὶ μοιχείᾳ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀποδέχεσθαι τοῦτο τίθεται, ἀλλ' ἀποτρέπων αὐτοὺς τῶν ἀνόμων ὀρέξεων. Rectius utique Svidas, quia respicitur Odyss. θ'. 267. ubi Demodocus incipit canere

ἀμφ' Ἄρεϊ φιλότητι ἐϋστεφάνῳ τ' Ἀφροδίτης
ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν Ἡφαίστοιο δόμοισι.

Oculis privatum Demodocum memorat Ovidius in Ibin v. 272. Inter Platonis quoque scripta Δημοδόκου memorat Laërtius lib. III. sect. 62. licet dubitatum fuisse an germanus Platonis fœtus sit docet Clemens Alex. 1. Strom. p. 315. ubi obiter emenda locum corruptum ἤδει γὰρ οἶμαι, ὡς ἄρα ἡ δὴ πολυμαθίη νόον ἔχειν οὐ διδάσκει καθ' Ἡράκλειτον. Dictum Heracliti notum ex Laërtio, Athenæo & Gellii præfatione, in qua postrema præter causam illud sollicitat Johannes Crojus Observatt. in N. T. p. 32.

VII. Fuit etiam *Demodocus*, patria, ut ex Aspasio in Aristotelem constat, *Larius*, cujus in vicinos Milesios hoc dictum affert Aristoteles lib. VII. Ethic. ad Nicomachum cap. 8. Μιλήσιοι ἀξύνετοι μὲν οὐκ εἰσὶ, δρῶσι γοῦν οἷα περ οἱ ἀξυνέτοι. *Non sunt equidem desipientes Milesii, sed tamen eadem faciunt, quæ desipientes.* Hujus forte an alius librum primum Ἡρακλείας laudat Plutarchus lib. de fluminibus. *Demodocum* quoque Crotoniatam Medicum commemorat Dio Chrysostomus Diss. LXXVII. de invidia p. 652.

* Vide & Aristidem Orat 1. Platonica p. 38. seq.

2011 Ministerio de Cultura

VIII. DICTYS, * è civitate Cnoſſo Cretenſis, ex cujus ſcriptis Joh. Malalas in Chronographia p. 134. narrat ſe hauſiſſe omnia quæ de rebus Græcorum ad Ilium geſtis ipſe Chronico ſuo inſeruerit. Ait autem Dictyn μετ' ἀληθείας iſta omnia ἱστορημαλίσαι, ὡς δὲ μετ' Ἰδομενέως τοῦ στρατάρχου τῶν Δαναῶν τοῦ καταλθόντος εἰς τὸν πόλεμον ἅμα τοῖς ἄλλοις Ἀχαίοις, συγγραφεὺς δ' αὐτὸς τοῦ Ἰδομενέως ἐτύγχανεν ὁ αὐτὸς Δίκτυς, καὶ ἑωρακὼς ἀκριβῶς τὰ τοῦ πολέμου καὶ συγγραψάμενος ὡς παρὼν τότε ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις μετ' Ἑλλήνων. Hunc Malalæ locum reſpexit Joh. Tzetza Chiliad. V. Hiſtor. 30. Similibus verbis ex ipſo prope Dictye petitis, (cujus vide lib. I. cap. 13. editionis quæ exſtat Latinæ) Dictyn commendat Cedrenus p. 104. & Idomenei ἱστοριογραφέα fuiſſe refert, additque eum χαρακτῆρας ducum ſingulorum temporaque & loca ſingula belli Trojani omniaque obſervatu digna, quæ durante illo acciderunt, diligentiſſime annotaſſe. Characteres iſtos è Dictye petiiſſe ſe non diſſimulat Iſaacius Porphyrogenetus in Characteribus Græcorum ac Trojanorum à Rutgerſio editis, eademque porro de accurata diligentia hujus ſcriptoris teſtatur. Anonymus Rhetor Græcus MS. apud Allatium de Patria Homeri p. 59. Dictyn reprehendit, quod Heroes Palamedem, Ulyſſen, Menelaum & plerosque alios in ſententia adverſus Trojanos ferenda, nec non ad eosdem legatione eloquenter artificioſeque diſſerentes ac oratorio modo concionantes introduxerit. Svidas ait Dictyn ſcripſiſſe ** ἐφημερίδα, de rebus ab Homero carmine traditis, opus proſa oratione conſtans libris IX. In vulgatis Svidæ codicibus legitur τὰ μεθ' Ὅμηρον quod exponunt *de rebus ab Homero prætermiſſis*, ſed cum Homerum ætate exceſſerit Dictys omnibus fatentibus, vel locum depravatum, vel ita ut dixi exponendum eſſe exiſtimo. Confer quæ de ſimili præpoſitionis μετὰ ſignificatione dicimus infra ubi de Syagro agimus. Addit Svidas ut vulgo ejus verba intelliguntur Dictyn ſcripſiſſe Ἰλιακὰ περὶ τρωϊκοῦ διακόσμου (ita enim legendum, non Ἰλιακὰ, vidit jam Allatius) tum de raptu Helenæ & Menelao & de univerſa Ilii hiſtoria. Iliadem ſcripſiſſe affirmat etiam Joh. Tzetzes in Metaphraſi Homeri quæ verſibus politicis conſcripta exſtat in Bibl. Bodleiana,

* Alius Dictys, Seriphi inſulæ rex, de quo Mythologi & Zenobius in proverb. Ἄιδος κυνῆ.

** Meurſius in Bibliotheca Græca legit ἐφημερίδας. Sane Syriano in Hermogenem laudatur Dictys ἐν ταῖς ἐφημερίσι. Illuſtris Obrechtus Svidæ verba ſic diſtinguit: ἔγραψεν ἐφημερίδα (ἔστι δὲ τὰ μεθ' Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ' Ἰλιακά) τρωϊκοῦ διακόσμου.

2011 Ministerio de Cultura

jana, & ex qua hos versus produxit clarissimus Dodvvellus lib. de Cyclis Græcorum p. 802.

Εἶτα λοιπόν μοι μεθ' αὐτὰ μάθοις τὰ ξ πολέμου
Κατὰ λεπτὸν τὰ σύμπαντα στενῶς, πεφλατυσμένως,
Οὕτως ὡς ἂν ἀνέγνωκας Ὁμήρου, Στησιχόρου,
Εὐριπίδας, Λυκόφρονας, Κολλάθου τε καὶ Λέσχας
Καὶ Δίκτυν συγγραψάμενον καλῶς τὴν Ἰλιάδα,
Τρυφιοδώρου, Κοΐντον. κἂν ἑκατὸν βιβλία,
Οὐκ ἂν λεπτομερέστερον ὅτως ἐξηκριβώσω
Καὶ τότε τμήματι βραχεῖ πάντα συγκεκλεισμένα.
Ὅπως πᾶς ὁ βελόμενος ἐν πόνῳ βραχυτάτῳ,
Ἀνεγνωκέναι τοῖς πολλοῖς δοκῇ βιβλιοθήκας.

IX. Si hæc omnia conferantur cum sex libris Ephemeridos belli Trojani qui sub Dictyis nomine latine exstant, & de quibus in Bibliotheca latina egi, apparebit, majorem partem idem, ex parte diversum fuisse opus Græcum, quod sub Dictyis nomine legit Joh. Malalas, Cedrenus, Isaacus Porphyrogenetus & alii. Characteres enim istos ducum frustra in editoDictye quæras,præterea quædam aliter in hoc leguntur, quam ex Græco Dictye Malalas & Cedrenus commemorarunt. Quibus addunt viri docti locum Isaacii Tzetzæ ad Lycophronem * p. 11. edit. Potteri, quo Græcus Dictys narrat Oenonem audita morte Paridis βρόχοις ἀπαγχθεῖσαν, sed in edito latino Dictye lib. IV. cap. 21. per mœrorem deficiente animo obstupefacta Oenone concidit. Unde alium à nostro Græcis fuisse suspicati sunt Janus Rutgersius lib. V. c. 20. Variarum Lectionum, Josias Mercerus & Anna Fabri ad Dictyn, & Edmundus Chilmeadus ad Malalam. Vicissim multa conveniunt, ut auctorem latinæ editionis non modo titulum sed & maximam ** partem ὕλης sive materiæ ex Græco petiisse, cæterum solenni multis qui Græca latine tradiderunt libertate quædam in posterioribus maxime libris omisisse, addidisse alia, quædam etiam ad aliorum auctorum sententiam interpolasse mihi persuadeam. Sed & commentum de Dictye sub terra reperto retinuit latinus, quod his verbis commemorat Malalas p. 322. Τῷ ἰγ ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου Καίσαρος, (Supra p. 168. hic ipse Malala dixerat Dictyn repertum sub Clau-

* In indice auctorum à Tzetza allegatorum qui Potterianæ editioni Lycophronis subjectus est, Dictyos nomen desideratur.

** Hoc multis argumentis nuper perspicue ostendit Clarissimus vir Jacobus Perizonius, cujus dissertationem eruditam de Dictye evolvi cum hæc jam in literas misissem. In hac §. 13. respondet etiam ad argumentum ex loco Tzetzæ petitum.

2011 Ministerio de Cultura

Claudio Nerone, non ſub Claudio de quo hîc jam agit: ſub Claudio habet etiam Suidas, ſed quod de Nerone accipi poteſt, & debet, cujus adoptivum nomen fuit Claudius, at Chronographus MS. apud Allatium p. 59. de patria Homeri, male: *ſub Claudio & Nerone* ἐπὶ κλαυδίου καὶ Νέρωνος) ἔπαθεν ταῦτα ἡ νῆσος πᾶσα. (Mentio illius terræmotus apud Philoſtratum de vita Apollonii lib. IV. c. 11.) Ἐν οἷς χρόνοις ηὑρέθη ἐν τῷ μνήματι τοῦ Δίκτυος ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ ἡ ἔκθεσις τοῦ τρωϊκοῦ πολέμου μετ' ἀληθείας παρ' αὐτοῦ συγγραφεῖσα πᾶσα. Ἔκειτο δὲ προσκέφαλα τοῦ λειψάνου τοῦ Δίκτυος. Καὶ νομίσαντες τὸ αὐτὸ κιβώτιον θησαυρὸν εἶναι, προσήνεγκαν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ Κλαυδίῳ, καὶ ἐκέλευσε μετὰ τὸ ἀνοῖξαι καὶ γνῶναι τί ὄν, μεταγραφῆναι αὐτὰ καὶ ἐν τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ ἀποτεθῆναι αὐτά.

X. Latinæ Dictyos editioni præmittitur duplex prologus, quorum uterque non ſub Claudio ſed Nerone * hoc accidiſſe teſtatur, priori vero qui ex Græco translatus eſſe videtur imprimis cum Græca iſta narratione convenit, ait enim Dictyn de bello Trojano *ſex volumina* in tilias digeſſiſſe Phœniciis literis, & ætate provectum cum in patriam reverſus eſſet juſſiſſe paulo ante mortem illa ſecum ſepeliri. Repoſita itaque eſſe in ſtannea arcula, & tumulo ejus illata. Sed interjectis temporibus anno tertio decimo Neronis, in Gnoſſo civitate terræ motus factos cum multa tum etiam ſepulchrum Dictyis ita patefeciſſe, ut à tranſeuntibus arcula viſeretur. Hinc paſtores theſaurum ratos aperuiſſe arculam, repertisque incognitis lireris ad dominum ſuum Eupraxidem detuliſſe, hinc perveniſſe ad Rutilium Rufum Cretæ Conſularem, denique ad Neronem, qui in notiorem Græcum transferri ſermonem, ſive literis Græcis tranſcribi curaverit, & in Bibliothecam Græcam receperit. In altero autem prologo ſive in Epiſtola ſub *L. Septimii* interpretis latini nomine ad Q. *Aradium Rufinum* qui ſub Conſtantino M. Imp. conſulatum geſſit A.U.C. cIↃ LXVIII. *decem volumina* à Dictye compoſita eſſe dicuntur, quod propius accedit ad locum Suidæ quo Ephemeridem Dictyos *novem libris* conſtitiſſe teſtatur. *Nobis cum in manus forte libelli veniſſent, avidos veræ hiſtoriæ cupido inceſſit ea uti erant latine differere, non magis confiſi ingenio, quam ut otioſi animi deſidiam discuteremus. Itaque priorum quinque voluminum quæ bello contracta geſtaque ſunt, eundem numerum ſervavimus. Reſidua quinque de reditu Græcorum*

* Scripſit & Nero *Troica* laudata Servio, & Dioni memorata in extremo libri LXII. Veterique Scholiaſtæ Perſii Sat. I. v. 122. Tum Iliacis rebus maxime delectatus eſt, etiam in Urbis Romæ incendio gaudens Trojanam ſe ἄλωσιν videre. Ut omittam quod tener adhuc nec dum matura pueritia Circenſibus ludis Trojam conſtantiſſime favorabiliterque luſit teſte Svetonio. Videtur itaque hoc opus ſub Dictyos nomine effictum ab aliquo gratiam Neronis captante.

2011 Ministerio de Cultura

corum in unum redegimus atque ad te misimus. Tu Rufine mi, ut par est fave cœptis. Deinde diserte docet non lingua Phœnicia Dictyn scripsisse, sed oratione Græca, usum tamen fuisse literis Punicis sive Phœniciis, quæ tum Cadmo & Agenore autoribus per Græciam frequentabantur. Conf. lib. 5. c. ult. Itaque *Praxin* (sic enim vocat Dominum loci, quem alter prologus *Eupraxidem*) commutasse literis Atticis, Neronique obtulisse & plurima dona ab eo retulisse. Porro auctor est, libros Dictyos ex philyra repertos in ejus sepulchro, non per terræ motum, sed per vetustatem collapso.

XI. Quod tota hæc narratio exiguam fidem mereatur, vel narrantium pugna & varietas demonstrat, ut omittam solenne esse fraudum hujusmodi architectis librosè terra erutos proferre & mirandam illorum antiquitatem jactare, ut apparet exemplo Epistolarum Martialis Lemovicensis, tum altero recentiore Antiquitatum Hetruscarum ab Allatio aliisque explosarum. Deinde nullus afferri potest auctor ejus ætatis fide dignus, qui vere sub Nerone hoc accidisse referat, vel qui philyras ipsas inspexerit & de antiquitate illarum testari potuerit. Nemo itaque sibi facile persuadebit Dictyn aliquem Cretensem Trojano bello interfuisse idque Græca prosa descripsse, Vel librum Græcis quibusdam sub Dictyos nomine lectum fuisse tantæ antiquitatis, ut ex eo profecerit Homerus, quam in sententiam Guilielmus Xylander in quodam Cedreni codice hoc reperit scholion: Δίκτυς ἐξ οὗ Ὅμηρος ἀφορμὴν εἰλήφως τὴν Ἰλιάδα συνέταξεν μετὰ ἑβδόμην ἀλώσεως Τροίας, cui succinens Joh. Tzetzes Chiliad. V. histor. 30.

— — — καὶ ΔΙΚΤΥΝ τὸν Κρῆτα
Ἰδομενέως ἕπεσθαι καὶ τὰ τῆς μάχης γράψαι
Ἐξ ὧν ὡς ἔφην ὕστερον ΟΜΗΡΟΝ μεταφράσαι.

Potius persuadebimus nobis hunc PseudoDictyn ex Homero sua incrustasse. Exiguam quoque illius apud Criticos fuisse auctoritatem vel ex eo quis conjecturam capiat, quod Eustathius in vastis suis ad Homerum commentariis ne semel quidem testimonio ejus utitur.

XII. Porro, licet aliud videtur viris quibusdam eruditissimis, Scioppio, Vossio, Mercero qui hunc quem habemus Dictyn latinè primitus scriptum opinantur: sine dubio tamen recentior est Græco, quin ex Græco etiam translatum se non modo profitetur,

2011 Ministerio de Cultura

Sed & phrasi ipsa passim prodit, * sæpiusque ad verbum reddit quæ Græce ex Dictye veteres quidam nobis servarunt. Neque ullo pacto verisimilis est sententia Casparis Barthii, cui lib. LVII. cap. 20. Adversariorum, videntur Græculi potius illum è Latino in suam linguam transduxisse. Cum vero à viris doctis Josia Mercero, G. J. Vossio, Olao Borrichio, Joh. Frid. Gronovio cap. 25. Observatt. Ecclesiast. aliisque referatur noster ad ætatem Constantini Imp. vel Diocletiani certe; (Casp. Scioppium enim, qui in paradoxis literariis Epist. 5. Velleji, Valerii Maximi & Curtii ætate ab aliquo elegantis ingenii & judicii homine animi gratia & exercitationis scriptum existimat, pauci audiendum putant) necesse est Græcum saltim illo ævo juniorem haud exstitisse, sed quod Jos. Scaligero etiam visum & in Darete supra à me notatum est, Eusebii jam ætate lectum tractatumque, atque fortassis ut præstantissimus vir Jacobus Perizonius in dissertatione de Dictye Cretensi §. 29. suspicatur, in Neronis Imp. gratiam à Praxi sive Eupraxide quodam Dictyos nomine confictum.

XIII. Quandoquidem vero Constantinus Lascaris jam ante trecentos annos negavit Dictyn apud Græcos amplius reperiri, & ab eo tempore nemo fuit qui eum vidisse se narraverit, non magna spes esse videtur illum quandoque in lucem venturum, etsi illam præ se ferat Allatius, Græcus & ipse doctissimus pag. 60. lib. de patria Homeri. De editionibus Latini Dictyos nihil addo iis quæ in Bibliotheca Latina pridem notavi, nisi quod in editione Amstelodamensi notarum Ulrici Obrechti p. 24. male excusum est primam ἔκδοσιν Mediolanensem prodiisse A. C. 1627. Nam Obrechtus ut ex Argentoratensi ejus notarum editione paret, scripserat A. C. MCDLXXVII. hoc est 1477. pro quo typographus legit MDCXXVII.

* Hoc argumentis non inficiandis demonstravit Clarissimus Perizonius. Cæterum nescio sitne verisimilis altera viri docti conjectura, quâ §. 36. suspicatur Septimium illum odio Christianæ religionis, ut haberet quæ Historiæ sacræ opponeret. Latinam Dictyos versionem adornasse. Sane nullus facile erit qui lecto fabulosissimo opere vel pejus de Christianismo sentiat, vel magis faveat gentium Diis.

CAPUT

2011 Ministério de Cultura

CAPUT VI.

Drymon diversus à Dromone Comico. Susarion Comœdiæ repertor Homero junior. 1 *De Epimenide Cretensi, qui à Tatiano male scriptoribus ante Homericis accensetur.* 2. *Catalogus scriptorum Epimenidi à veteribus tributorum, cum variis observationibus. Quæ carmine edidit.* 3. *Quæ prosa.* 4. *Ἐπιμενίδειον δέρμα.* 5. *Euclus scriptor χρησμῶν.* 6. *Eumolpus.* 7. *Hanno, Peripli auctor.* 8. *Alii Hannones.* 9. *Græca peripli versio, ætas, auctoritas & fides.* 10. *Mos Græcorum nomina Phœnicia & alia Orientalia Græco sermone interpretantium.* 11. *Utrum Epitome tantum peripli Hannonis ad nos pervenerit, vel alius quam viderunt Mela & Plinius* 12. *Peripli Hannonis interpretes & editiones.* 13. *Helena.* 14. *Hellen.* 15. *Hercules.* 16.

I.

DRYMON inter scriptores qui ante Homerum aliquid composuerint ponitur à Tatiano f. 173. etiam apud Eusebium qui Tatiani locum repetit lib. X. præparat. p. 495. legitur Δρύμων&. Unde minus probanda conjectura Wilhelmi Worthi, qui apud Tatianum Δρόμωνος rescribit. Sane Dromonem cujus psaltriam laudat Athenæus, constat fuisse Comicum longe juniorem, quem Homero ut præponeret ætate, non facile potuit Tatiano in mentem venire, cum Homero junior sit ipse Susario * Icariensis, Comediæ repertor, de quo videndus Johannes Pearsonius in vindiciis Ignatii part. 2. cap. 1. Richardus Bentlejus in dissertatione de Epistolis Phalaridis Anglicè edita p. 202. sq. & Humfredus Prideaux ad Epochas marmoreas p. 207. Fuit & antiquissimus quidam scriptor ** *Dromocrides*, cujus Theogoniam laudat Fulgentius lib. II. Mytholog. capite de Ixione, sed non ausim ejus nomen apud Tatianum pro Drymone reponere, præcipue cum *Democritum* ex antiquo

* Perperam *Sisario* excusum in Meursii Bibliotheca Attica p. 1606.

** Eidem Meursio p. 1491. vocatur *Dromoclides*, qui memoriæ lapsu Hygino tribuit verba quæ apud Fulgentium exstant. Maussaco ad Plutarchum de fluminibus *Dromocides*. Mentio *Dromoclidæ* cujusdam Rhetoris, sed qui nihil cum altero commune habet, apud Plutarchum in præceptis gerendæ Reip. & in Demetrii Macedoniæ Regis vita.

2011 Ministerio de Cultura

tiquo Mythologo inedito reſcribat Cornelius Tollius p. 142. ad Palæphatum.

II. EPIMENIDES è Cnoſſo, vel Gortyna, vel ut Plutarchus in Solone, ex Phæſto civitate, Cres ſive Cretenſis, inclytus fatiloquus, & quorundam judicio, (ut eſt apud Plutarchum, Laërtium, Clementem Alex. & Cyrillum) ſeptem ſapientibus annumeratus, ponitur & ipſe à Tatiano inter illos ſcriptores, qui Homerum ætate præceſſerunt, ſed perperam utique, cum Pythagoræ Magiſtrum fuiſſe narret Apulejus in floridis, Athenasque Cylonio ſcelere purgarit circa Olympiadem XLIV. ut Svidas, vel XLV. ut Euſebius, vel XLVI. aut XLVII, ut quidam Laërtii codices. Olympiadis XLVI. anno 3. Solonem juvit in condendis legibus, ut omittam quod Porphyrio p. 19. teſte, Epimenides Pythagoram audivit, & quidem ſenem juvenis, ſi credimus Jamblicho c. 23. de vita Pythag. quem vide etiam c. 32. Ne plura de Epimenide in præſenti dicam, faciunt qui de illo diligenter egerunt viri docti ad Laërtium in vita Epimenidis, Andreas Schottus ad Proverbia p. 251. & 314. Johannes Marshamus in Canone Chronico Sec. XVIII. p. 642. ſeq. Johannes Meurſius in Creta, lib. IV. cap. II. tum Hugo Grotius & Georgius Calixtus in Epiſtolam Pauli ad Titum I. 12. ad quem locum itidem nonnulla annotavi lib. II. cap. 7. Obſervationum ſacrarum. Omitto ut ſatis notos Gyraldum dialogo 2. de poëtis & Voſſium lib. IV. de Hiſtoricis Græcis cap. I.

III. Scripta ejus hæc à veteribus memorantur:

I. Κρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσις καὶ * Θεογονία. Verſus 5000. Hoc poëma Laërtio memoratum non videtur aliud fuiſſe à Telchiniaca hiſtoria cujus ſcriptorem Epimenidem quibusdam haberi, ab aliis Telecliden, auctor Athenæus lib. VII. Telchines enim à Curetibus & Corybantibus parum diverſi. Vide Strabonem lib. X. p. 466. Hoc opus Θεογονίας, cujus reſpectu perinde ut Orpheus, Theologus dicitur Epimenides à Diodoro Siculo & aliis, puto in animo habuiſſe ſcholiaſtem Apollonii, quoties Epimenidem laudat. Ex eodem forte petiti ſunt tres verſus quos profert Ælianus lib. VII. hiſt. animal. cap. 7. & quæ de Styge Pauſanias in Arcadicis p. 635 Quibus Meurſius addit, quæ de Pane & Arcade Jovis ac Calliſtus filiis à Scholiaſte Theocriti ad Idyll. I. Quæ de Saturni filiabus Eumenidibus à Scholiaſte Sophoclis ad Oedipum Colonenſem & quæ de Capricorno afferuntur à Germanici interprete p. 125. Epimenidem

* Meurſius in Creta p. 240. tanquam duo diverſa poëmata accipit Theogoniam & Curetum ac Corybantum generationem. Sed quia Laërtius verſuum numerum computans illa conjungit & pro uno habet, ejus ſententiam ſequi malui.

2011 Ministerio de Cultura

nidem ipsum νέον Κόρητα sive Jove genitum appellatum refert Plutarchus.

2. Argonautica sive Ἀργῶς ναυπηγία τε καὶ Ἰάσονος εἰς Κόλχους ἀπόπλους versus 6500. Videntur respici à Scholiaste Pindari ad Olymp. I. Antistroph. 3. ubi laudat Epimenidem Apollonium & Hesiodum.

3. Περὶ Μίνω καὶ Ραδάμανθυ versus 3000.

4. Περὶ χρησμῶν, ex quo libro petitus versus Epimenidis Cretensium Prophetæ à Paulo Apostolo allegatus, si credimus Hieronymo, Socrati Scholastico & Nicephoro. Forte hoc opus respexit Svidas cum ἄλλα αἰνιγματώδη Epimenidis scripta memorat.

5. Μυθέλια quorum apud Svidam mentio.

6. Καθαρμοὶ, *Carmina lustralia* sive *piacularia* quorum * recitatione homines, domos, urbes expiabant. (Ita enim pro καθαρὰ legendum apud eundem Svidam, ut recte primus monuit Wolfius.) Καθαρμὸς Epimenidis δι' ἐπῶν memorat etiam Eustathius ad Dionysium Periegetem & ad Iliados β'. Cæterum non Athenas tantum à scelere Cylonio expiaverat, de qua lustratione circa Olympiadem XLIV. facta meminit Plato primo, & Cicero secundo de legibus, aliique apud Joh. Meursium in Solone cap. 9. Sed & alias urbes, ut refert Pausanias in Atticis p. 35. Unde καθαρτὴς cognominatus est teste Porphyrio in vita Pythag. p. 19. & Jamblicho c. 28. ejusque θυσίαις bellum Persicum per idoneum tempus dilatum fuit ut legas apud Clementem Alex. lib. VI. Strom. p. 613. Ammianus quoque lib. XXVIII. cap. 4. ubi Romæ mores corruptissimos esse queritur, ita perditos esse ait, *ut nec Epimenides ille Cretensis, si fabularum ritu ab inferis excitatus rediisset ad nostra, solus purgare sufficeret Romam, tantaplerosque labes insanabilium flagitiorm oppressit.* Inde & ansam sumsit Johannes Lomeierus eruditum quod de lustrationibus veterum in lucem edidit Syntagma, in altera editione, *Epimenidis* titulo inscribendi. Ritus in lustratione ab Epimenide observatos cum ritibus Judæorum in magno expiationis die receptis confert Humfredus Prideaux ad Epochas marmoreas p. 109.

IV. Etiam prosâ scripsit Epimenides teste Laërtio, librum περὶ θυσιῶν· & alium περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας. Itemq; Epistolam ad Solonem de eodem argumento sive de Rep. quam apud Cretenses Minos condidit, etsi hanc propter Atticum idque recens dicendi genus supposititiam esse putavit Demetrius Magnes lib. de homonymis. Epimenidem Theologum se in quibusdam ubi de rebus Cretensium agit sequi,

* Vide Clariss. Baylii Dictionarium Historico Crit. in *Epicuro* notâ B.

2011 Ministerio de Cultura

in aliis Dosiadem in aliis Sosicratem, & Laosthenidem, testatur Diodorus Siculus lib. V. Ab Eratosthene quoq; in Catasterismis c. 27. laudatur Epimenides ὁ τὰ Κρητικὰ ἱερῶν. Aliam Epistolam Epimenidis ad Solonem servavit idem Laërtius lib. I. Sect. 113. Sane Solone familiariter usum, multaque ei clam præstruxisse & viam præmuniisse ad leges conscribendas auctor Plutarchus in Solonis vita.

V. Hesychius Illustris refert Epimenidis mortui cutem χαλκᾶσι καπάστικον repertam perhiberi. Idem legas apud Svidam, qui memorat proverbium Ἐπιμενίδειον δέρμα, quod non ipse tantum sed & Diogenianus, appendix Vaticana & Apostolius exponunt ἐπὶ τῶν ἀποφήτων, Erasmus de rebus repositis & miraculi loco habitis, Lacedæmonios enim admonitos oraculo, pellem ejus religiose asservasse. Inter inventa Epimenidis fuit & boves aratro jungere, ut notat Hesychius Alexandrinus in Βυζύγης. Ausonius Epist. 23. ad Paulinum:

Triptolemon olim sive Epimenidem vocant
Aut Bulianum Buzygen
Tuo locabo postferendos nomini.

Ἐπιμενίδειον scillam, qua herba in lustrationibus Epimenides usus fuit, commendat Theophrastus lib. VII. hist. plantar. c. 11. Pythagoram quoque scillâ usum testatur Porphyrius in hujus vita p. 23. Epimenideos præterea trochiscos sive pastillos, in obsidionibus deficiente annona oportune adhibitos, præter Heronem lib. de machinis bellicis memorat Michaël Psellus libro inedito περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων.

VI. EUCLOUS Cyprius in Tatiani codicibus perperam Εὐμηλος, ubi scriptoribus qui ante Homerum floruere annumeratur, Eusebio & Pausaniæ Εὔκλοος Svidæ quoq; in ᾱ qui Εὔκλεν χρησμολόγον vocat. Ejus χρησμοὺς legisse se testatur Pausanias in Phocicis p. 828. eorumq; iterum meminit p. 832. & p. 858. ubi vaticinium ejus profert de Homero, sex versibus constans. Gyraldus huic tribuit Cypria carmina de quibus dicturus infra sum inter scripta quæ ad Homerum olim velut autorem relata accepimꝰ.

VII. EUMOLPUS filius Musæi, Orphei discipuli. Svidæ dicitur ἐποποιὸς τὰ περὶ Ὁμήρου, qui & scripta ejus commemorat, τελετὰς * Δήμητρος καὶ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν τὴν πρὸς Θυγατέρα αὐτοῦ γνωμολόγον ἔπη τὰ πάντα χιλια. Ex Eumolpi Βακχικοῖς ἔπεσι versum Hexametrum producit Diodorus Siculus lib. I. p. 11. Diversa hæc fuerunt carmi-

* Has alii tribuerunt Eumolpo cuidam antiquiori (tres enim fuisse, jam notavit Scaliger ad Euseb. p. 39.) Vide Scholiastem Sophoclis ad Oedipum Colonensem v. 1046.

2011 Ministerio de Cultura

à carminibus Muſæi Eumolpiis, de quibus infra agimus. Addit Svidas Eumolpum proſa etiam ſcripſiſſe librum unum in quo tractaverit χειροσκοπικά. Ita enim accipienda ejus verba, ut probe vidit Hieron. Wolfius, quæ perperam poſtea eſt interpretatus Æmilius Portus. Hujus Eumolpi nomen ſupplendum ſuſpicabatur Joh. Selden us in marmore Arundeliano, ubi Proſerpinæ raptus & Cereris errores carmine deſcripti memorantur, Jacobus vero Palmerius in Exercitationibus ad ſcriptores Græcos p. 690. de Pamphi ſive Pamphoi nomine ibi inſerendo jubet cogitare. Qua de re, utpote parum mihi certa lectoris eſto arbitrium.

VIII. Video hoc loco agendum mihi etiam eſſe de Punico ſcriptore HANNONE (Græci Ἄννωνα dicunt) Duce Carthaginienſi, & peripli auctore, quem Iſaacus Voſſius in præf. ad Scylacem non Scylace tantum ſed & Herodoto antiquiorem eſſe affirmat, idque ſe alibi oſtenſurum pollicetur, approbante hanc ejus ſententiam Bocharto lib. I. Chanaan cap. 37. & Rev. Thoma Ittigio lib. de montium incendiis p. 124. Quin idem Voſſius in variis Obſervationibus capite II. ubi de magnitudine Carthaginis agit p. 52. longe altius progreditur, & Hannonis expeditionem integro ſeculo bellum Iliacum præceſſiſſe contendit. Dixerat Plinius lib. II. cap. 67. Hannonem *Carthaginis potentia florente* ſive ut lib. V. cap. 1. ait *Punicis rebus florentiſſimis* circumvectum à Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidiſſe ſcripto: *Si quis autem ſcire velit*, inquit Voſſius, *quo maxime tempore floruerit Carthago, auſim affirmare tempus id velipſum quoque bellum præceſſiſſe Trojanum. Didonem condidiſſe Carthaginem eadem ratione, qua Auguſtus Romam, Conſtantinus Byzantium & alii alias condiderunt urbes* (non ut primi auctores ſed reſtauratores) *libenter credo. Sed & verum forſan, quod ſcribit Appianus* (in limine libri de bello Punico.) *quinquaginta ante bellum Iliacum annis à Tyriis fuiſſe conditam. Nempe urbes condi dicuntur cum novis augentur colonis. Verùm multò antiquiorem eſſe Carthaginem ex Hannonis confici poteſt periplo ſeu navigatione extra columnas Herculis. Supereſt etiamnum periplihujus compendium, multo enim auctius olim fuiſſe, exinde colligas, quod complura legas ex illo deſumta, quæ tamen hoc tempore in illo non invenias. Quanta fuerit jam illo tempore Carthago, ex eo cognoſcas, quod poſt conditas trecentas in litore Libyco urbes, redundante nihilominus hominum multitudine, cum ſexaginta penteconterorum Hannonem miſerint claſſe, inſtructa commeatu & triginta colonorum millibus, ad explorandos extra columnas Herculis Libyæ tractus & condendas in illo quoq; Oceani litore colonias. Hanc navigationẽ factam fuiſſe cenſet Strabo* (lib. I. p. 47.)

paulo

2011 Ministerio de Cultura

paulo poſt bellum Iliacum. Sed vero rectius dixerimus integro mininum ſeculo antiquiorem hoc bello fuiſſe iſtam Hannonis expeditionem. Cum enim non ex nihilo oriantur fabulæ, unde demum tres Gorgones, niſi ex tribus Hannonis Gorgidibus, adſentiente etiam Palæphato (cap. 32.) Unde Amaltheæ ſeu Hesperidum cornu, niſi ex ejusdem nominis promontorio apud Hannonem? Sed & poma aurea quæ ex Hesperidum hortis ad Oceanum ſitis decerpſiſſe dicitur Hercules, quis in Europam potuit adducere niſi Hanno, qui primus iſta oceani litora adiit, & ex promontorio Soloëntis, nunc capite Viridi, & ex Θεῶν ochemate, nunc Sierra Liona dicto, ubi copioſiſſime proveniunt, primus iſthæc poma Europæ intulit? Valent hæc argumenta unde certo conficere poſſimus Hannonem præceſſiſſe aut ſaltem æqualem fuiſſe temporibus Herculis & Perſei. In eandem ſententiam disputat vir doctus ad Melæ lib. III. cap. 9. & non modo Xenophontem Lampſacenum, quod Solino accredere nolebat Salmaſius in Exercitatt. Plinianis p. 1297. ſed & ipſum Homerum & Heſiodum contendit juniorem eſſe quam periplum Hannonis. Admodum levia autem ſunt argumenta, quibus paradoxum hoc ſuperſtruxit, ut oſtenſum Henrico Dodvvello in diſſertatione de ætate peripli Hannonis, quæ præfixa eſt tomo primo Geographorum Græcorum minorum Johannis Hudſoni viri Clariſſimi. Imprimis perſpicue Iſaaci Voſſii ſententiæ adverſatur quod Plinius lib. II. cap. 67. non modo *potentia Carthaginis florente* (atque ita quidem florente ut hujus rei notitia etiam ad Romanos & Plinium pervenire potuerit) Hannonem à Carthaginienſibus miſſum à ſuis narrat, ſed & addit eodem tempore ad extera Europæ miſſum *Himilconem*, quem & ipſum iter ſuum ſcripto expoſuiſſe conſtat ex Plinio, (qui Himilconem refert inter eos, ex quibus profecerit lib. V.) & Avieno in ora maritima v. 117. & 412. Atqui duo ſimul duces Carthaginienſium Hanno & Himilco memorantur à Diodoro Siculo lib. XX. cap. 61. qui Agathocli Africam ſollicitanti reſtiterunt Olymp. CXVIII. Hos ante res adverſus Agathoclem in feliciter geſtas à Carthaginienſibus in diverſas partes emiſſos fuiſſe veriſimillimum videtur. Neque ad alium Hannonem periplum retulit magni judicii vir Voſſius Iſaaci pater libro IV. de Hiſtoricis Græcis p. 513.

IX. Fuere ante hunc quidem alii etiam * Hannones & Himilcones quoque Carthagine, nam Hamilcar reliquit tres filios Himilconem, Hannonem, Giſconem: ſed Himilco iſte peſtilentis ſideris vi exercitû amiſſo ſibi ipſi mortem conſcivit Olymp. CXVI. Anno 2. ut narrant Diodorus lib. XIV. & Juſtinus lib. XIX. Hanno ob affectatam tyranni-

* Hanno antiquiſſimus, ad quem Anacharſidis Scythæ (qui Cræſi ætate vixit) Epiſtolam refert Cicero 5. Tuſc. quæſt.

2011 Ministerio de Cultura

rannidem cum filiis cognatisque omnibus etiam innoxiis ſupplicio traditus teſte Juſtino lib. XXI. cap. 4. Huic Hannoni potius tribuerim quod narrat Ælianus lib. XIV. Variar. Hiſt. cap. 30. avium hoc edoctarum voce Deum prædicari ſe curaſſe, & quod Plinius lib. VIII. cap. 16. Plutarchus in præceptis politicis & idem Ælianus lib. V. Hiſt. animal. cap. 39. eum leones manu tractaſſe & manſvefeciſſe. Hunc etiam deſignari putem ab Ariſtotele lib. V. Politic. cap. 7. Fuere & juniores quidam Hannonis nomine duces Carthaginienſes, ut quem ab Annibale in Hiſpania relictum refert Livius lib. XXI. itemque alius quem juvenem interfectum narrat lib. XXIX. Sed neque Collega illis Himilco neque res Carthaginis adhuc florentiſſimæ, ſed bellis Punicis Romanorum jam attritæ & labefactari cœptæ.

X. Itaque ad illum quem dixi Agathoclis adverſarium referre non dubito brevem quem habemus periplum Græce, ex Punico Hannonis, verſum hoc titulo: Ἄννωνος καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τε γῆς μερῶν ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει, δηλοῦντα τάδε. *Regem Pœnorum* vocat etiam Solinus, etſi proprie non fuerit Rex, ſed in libera Rep. Dux atque Imperator exercitus ſive claſſis. Græcam verſionem oportet concinnatam eſſe Hannone etiam ſuperſtite, vel ſtatim poſt ejus mortem, quia ex illo quædam affert autor libri περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, qui etſi non eſt Ariſtoteles Stagirita, tamen ita antiquus eſt, ut ab Antigono Caryſtio qui ſub Ptolemæo Philadelpho ſcripſit allegari potuerit. Meminerunt ejusdem peripli Marcianus Heracleota, Plinius lib. VI. c. 31. aliique complures. Scylax quoque Caryandenſis, ſed quem non Darii Nothi, verum Polybii æqualem eſſe demonſtravit Dodvvellus, urbium ab auctore hujus peripli Hannone conditarum meminit. Sed quidam veteres parum fidei videntur tribuiſſe univerſæ Hannonis διηγήσει ſive ut Mela appellat *memorituì*. Nam apud Athenæum lib. III. Dipnoſ. cap. 7. proverbii inſtar affertur, ex Comico forte aliquo depromtum, quod integrum ita ſe habuiſſe ſuſpicatur Caſaubonus:

Εἰ μὴ 'λῆ τούτων ἱστορεῖν τις, χαιρέτω
Λιβυκαῖσι βίβλοις πᾶσι τ' Ἄννωνος πλαναῖς.

Neque tamen ex ipſa voce πλανῆς colligerem cum Clariſſimo Dodvvello plane fictitiam fuiſſe habitam, fabuloſarum veterum navigationum exemplo, Hannonis expeditionem. Non ignoravit Vir doctus quodcunque iter Poëtis vocari πλάνης, & vere πλάνη erat Hannonis expeditio, cum ad quæ loca & quousque tenderet ignoraret. Quod

2011 Ministerio de Cultura

vero ad rem ipſam attinet, uſus ipſe multis exemplis docuit, dum pauca niſi quæ ipſi vidimus pro veris habemus, multa velut fabuloſa in ſcriptoribus antiquis Herodoto, Plinio aliisque rejecta fuiſſe, quæ ſunt veriſſima. Itaque hac in parte ſubſcribo Iſaaci Voſſii ſententiæ, qui in notis ad Melam p. 302. *Nam quod Ariſtides* (orat. Sicula I.) *& alii nonnulli è veteribus* (Plinius lib. V. cap. 1. Athenæus &c.) *& multi è recentibus fabuloſam exiſtimant hanc Hannonis narrationem, in eo quam eos fefellerit ratio fuſius ad ipſum Hannonem oſtendemus.* Longe minus ſuſpicionem ſuam ſolidis argumentis firmavit Dodvvellus, cum Hannonis periplum à Græco quodam confictum & Hannoni ſuppoſitum arbitratur. Quæſo enim in quem finem Græcus tam ſimplicem & Carthaginienſibus glorioſam narrationem fuiſſet commentus.

XI. Quod vero Græca urbium nomina objicit vir doctiſſimus, nihil moror. Nam multi jam obſervarunt nomina barbara à Græcis, cum ſua rem lingua narrant, ſæpiſſime non modo in Græcam flecti terminationem, auribusque græcis accommodari, ſed & pro iis Græca idem ſignificantia ſubſtitui. Vide Grotium ad Geneſ. XI. 1. Huetium demonſtrat. Evangel. p. 287. 288. edit. Lipſienſis, Petrum Petitum de Amazonibus cap. 41. Johannem Clericum Indice ad Philoſophiam Stanlei orientalem, vocabulo *Hecate.* Sic Ammianus Marcellinus lib. XXII. cap. 18. ubi memorat ſeptem oſtia Danubii, quæ per Scythium latus erumpunt in mare, non Scythica nomina affert, ſed ait ſe illa narrare *ut interpretata ſunt vocabula Græco ſermone.* Vir ſummus Bochartus qui nomina apud Hannonem obvia ex Phœnicio idiomate illuſtrat lib. I. Chanaan cap. 37. non hoc tantum capite, ſed & alibi in doctiſſimo ſuo opere literas nominum Græcorum non raro confert cum literis nominum Phœniciorum, cum forte nihil habent cum Phœnicia lingua commercii, niſi quod ex illa ſint in linguam Græcam translata. Itaque potius erant quærendæ voces Phœniciæ ejusdem ſignificationis quàm earundem literarum.

XII. Sed ut de Hannone dicere pergamus, Iſ. Voſſius p. 52. Obſervatt. Var. compendium tantum peripli ejus ſupereſſe affirmat, *multò enim auctius olim fuiſſe, exinde colligas, quod complura legas ex illo deſumta, quæ tamen hoc tempore in illo non invenias.* Quænam vero ſint illa complura, non addit. Neque illa usquam exſtare puto: nam quod Mela quædam profert, quæ in Hannone non leguntur, Voſſius ipſe in notis p. 305. obſervat eum *non unum ſequi Hannonem, ſed illos quoque Græcos qui Hannonis periplum* (non ſingillatim interpolando & interpolatum edendo, ſed

2011 Ministerio de Cultura

ſed ejus narrationibus alia in ſuis ſcriptis adjungendo) *variis inquinarunt fabellis.* De cætero fateor nullum me Epitomes in illa tametſi brevi Hannonis narratione veſtigium deprehendere, quam in templo Saturni, tabula, ut conjicio ſuſpenſam non nimis prolixam eſſe oportuit. Plinio non inſpectum eſſe Hannonis Periplum conjiciio ex his ejus verbis lib. V. cap. 1. *Fuere & Hannonis Carthaginienſium Ducis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare ambitum Africæ juſſi, quem ſecuti plerique è Græcis noſtrisque & alia quidem fabuloſa & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla nec veſtigium extat.* Quæcunque igitur alibi ex Hannone profert Plinius, non ex ipſo Hannone ſed ex Xenophonte Lampſaceno vel aliis Græcis Romanisque ſcriptoribus hauſit, uti Solinus è Plinio. Conſtat tamen ex eodem Plinii loco, tum è Mela, falli Salmaſium cum p. 1242. Exercitatt. Plin. ſcriptum Hannonis veteribus non innotuiſſe putat. Neque tamen eo in loco Salmaſius affirmat etiam ſuo tempore Hannonis periplum in lucem nondum prodiiſſe nec innotuiſſe, ut ipſi tribuunt Voſſius ad Melam p. 302. & Harduinus ad ſcriptores à Plinio laudatos. Sane quidem ejusmodi periplus Hannonis, quo navigatio à Gadibus ad finem Arabiæ deſcribatur, ut ait Plinius lib. II. c. 67. hodie non extat, nam quem habemus is longe citra extremum Africæ promontorium conſiſtit. Scribit tamen Martianus quoque Capella lib. VI. p. 201. ſed Plinii haud dubie veſtigia ſecutus, Hannonem dum Punicum floreret Imperium, Mauritaniæ circuitu, ac dehinc Meridiani flexus excurſu in Arabiæ terminos prolixa admodum navigatione perveniſſe. Quid itaque? *an eandem iteravit navigationem Hanno, & alio prodidit ſcripto, quod Plinii ævo exſtiterit? An temere id effudit Plinius?* Ex his duabus quæſtionibus ab Huetio de navigat. Salomonis c. 4. propoſitis non dubitem poſteriorem affirmare, cum Hannonis ipſius commentarios à Plinio nullos inſpectos jam oſtenderim.

XIII. Qui vero exſtat Hannonis periplus, eum primus *Græce* vulgavit Sigismundus Gelenius vir multis aliis nominibus de bonis literis optime meritus, Baſileæ 1533. 4. ex officina Frobeniana, cum periplis Arriani, Plutarcho de fluviis & montibus, & Epitome Strabonis. *Latinè* vertit & ſcholiis illuſtravit Conradus Gesnerus, ediditque cum Johannis Leonis libris IX. deſcriptionis Africæ, Tiguri 1559. 8vo. Adſpexit & lucem Johannis Henrici Bœcleri auſpiciis, cum verſione & animadverſionibus Johannis Jacobi Mulleri, Argent. 1661 4to & inter ejus diſſertationes Academicas ſemel, iterumque nuper recuſas, in 8vo. Hinc Græce & Latine, adjectis Bocharti è Geogra-

2011 Ministerio de Cultura

phia ſacra depromtis animadverſionibus recudi fecit Abraham Berkelius una cum Stephani Byzantini fragmento de Dodone Lugd Batav. 1674. 12mo. Denique inter Geographos Græcos minores primo loco comparere juſſit, ac præter Gesneri & Bocharti obſervationes, ſuas etiam notas adjunxit & Henr. Dodvvelli eruditam de ætate Hannonis peripli exercitationem præfixit Johannes Hudſonus, clariſſimus hodie theſauri librarii Bodlejani præfectus, Oxonii 1698. 8vo. Sane neuter ex viris hiſce præſtantiſſimis promeruerat, ut tam abſurde acciperentur à Jacobo Gronovio in Appendice ad Geographica antiqua. At enim, qui tam indigno viris doctis modo agere ſolet, ſperatque ſe ex aliorum ignominiâ egregiam laudem & ſpolia ampla reportaturum, is non videt fortaſſe, omnium ſe bonorum judicio longe atrocius in ſuam ipſius famam quam in aliorum quos petit graſſari & invehi. Neſcio an addere hoc loco debeam quod Chriſtophorus Hendreich in libro de Rep. Carthaginenſi p. 287. pollicitus eſt ſe de Coloniis Carthaginenſium tum aliis, tum Americanis & Hannonis periplo pluribus acturum in Analectis ad illum librum. Fortaſſis impatientius fert res literaria quod Iſaaci Voſſii & Lucæ Holſtenii notæ una cum viris illis veteris Geographiæ peritiſſimis interciderunt. Utrumque horum novam Hannonis editionem molitos eſſe conſtat ex Iſ. Voſſio ad Melam p. 302. & P. Lambecio lib.I. de Bibl. Vindobonenſi p. 113. Conradus quoque Rittershuſius Altdorfii A. 1638. ſingulari oratione de Hannonis periplo egit eamque in lucem edidit, cum propter illam plagii in Bartholdi Nihuſii de eodem argumento Epiſtolam commiſſi argueretur, qua de controverſia ipſi motâ conſules ubi lubebit Georgii Richteri Epiſtolas p. 205. 207. Erudite etiam de Hannone diſſeruit Cl. Bælius editione ſecunda Lexici ſui. Video præterea commemorari ab eodem Hendrichio libellum Gallicum hâc inſcriptione : *Discours ſur la navigation d'Hanno, dreſſé par un pilot Portugués*, ſcriptum ipſum quale ſit, quia in illud necdum incidi, non poſſum dicere. Exſtat & in Bibliotheca Johannea hujus urbis Hamburgenſis diſſertatio perbrevis Hetruſco idiomate exarata: quæ inſcribitur *Diſcorſo di Mr. Giovanai Battiſta Ramuſio ſopra la navigatione di Hannone Carthagineſe.* Habetur inter MSS. Cod. 81. Fol. Vide ſis præterea Marianam rer. Hiſpan. lib.I. cap. XX. Ottonis Dapperi Americam pag. XVII. &c.

XIV. HELENAM Muſæi filiam inter plures Helenas celebrat & ante Homerum de Bello Iliaco ſcripſiſſe tradit Ptolemæus Hephæſtionis lib. IV. apud Phothium cod. 190. ἡ πρὸ Ὁμήρου ἑλένη, ἡ τὸν Ἰλιακὸν

2011 Ministerio de Cultura

Ἰλιακὸν συγγραψαμένη πόλεμον, Μουσαίου δὲ Ἀθηναίου θυγάτηρ γεγονυῖα. παρ' ἧς καὶ Ὅμηρον λέγεται λαβεῖν ἱστόρησιν. *Homero Antiquior Helena, quæ bellum Trojanum conscripsit, Musæi Atheniensis,* (de quo infra) *filia, à qua & Homerus argumentum accepisse creditur.*

XIV. HELLEN Deucalionis filius à quo Ἕλληνες dicti qui antea Γραικοὶ teste Aristotele lib. I. Meteorolog. cap. 14. (Conf. Thucydidem lib.I. & quæ viri docti notant ad marmoreas Epochas Arundelianas, Stephanum Byz. in Γραικοὶ & Hesychium in Γραῖκοι.) Scriptoribus videtur accenseri à Cassiodoro lib.VIII. Variarum Epist. 12. Cum enim de Mercurio literarum repertore dixisset, *Hinc*, inquit, *Hellen auctor Græcorum plura dixit eximie, virtutem ejus compositionemque subtilissima narratione describens, ut in ipso initio possit agnosci magnarum copia literarum.* Sed fortasse non multum tribuent alii huic Cassiodori testimonio.

XV. HERCULI etiam Lini discipulo scripta quædam tribui, notavi supra in Asbolus cap. II. n. 6. & infra ubi de columnis Hermetis, de quo mox, Trismegisti, cap. XI. num. 3. Fertur & apud Dionem in extremo libri XLVII. dictum Herculis, verum è Tragico aliquo haud dubie petitum, quo usus est Brutus cum ab Antonio & Augusto victum se videret: ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ', ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ. Quibus verbis saniorem forte quam ipse qui protulit Brutus sententiam applicavit vir doctissimus P. Baylius in dictionario Historico Critico Gallice edito, qui de Hercule post Gyraldum diligentissime egit. Herculis πράξεις celebrat præter alios Dio Chrysostomus diss. 8. & inscriptio Græca quam ab Isaaco Vossio acceptam publicavit Cornelius Tollius ad Palæphatum p. 212. Reinesius p. 344. A Cynicis & Stoicis Hercules subinde veluti exemplar insigne virtutis commendatur. Diogenis Cynici tragœdiam Herculem memorat Laërtius lib. VI. sect. 80. Medicinæ peritum Herculem facit Celsus in proœmio, ut mirer ejus nullam mentionem factam in historia Medicinæ quam nuper cum magno fructu legentium ac voluptate condidit vir clarissimus Daniel Clericus. Cæterum plures fuere hoc nomine, nam Hercules tres & quadraginta Varro computat, & omnia grandia olim ab antiquis Herculi adscribi solita recte observat Hugo Grotius ad Jonæ 2. 1. Herculis Mythologiam historice expositam videbis ubi lubebit Tomo I. Bibl. Universalis Gallicè edita à Viro eruditissimo Joh. Clerico p. 252. seq.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT VII.

De Hermete ipso variæ sententiæ eruditorum Virorum incertos relinquunt lectores. 1. *Illas discutere non est nostri instituti, sed de scriptis, quæ sub Hermetis nomine vel hodie feruntur vel olim exstiterunt, paulo accuratius agere.* 2. *De Poemandro. An ejus auctor Hermas cujus pastor extat. Plura fragmenta Græca Pastoris indicata.* 3. *Variæ Poemandri editiones.* 4. *Patricii editio duplex plenissima, ex capitibus recte diversos faciens tractatus & alia præclara adjungens.* 5. *Collatio ejusdem cum aliis editionibus, additis observationibus variis Criticis, & indicatis locis scriptorum unde Hermetica sua Patricius depromisit.* 6. *Hermetis fragmenta quædam alia indicata.* 7. *Paræneses Ethicæ & Politicæ ad filium.* 8.

I.

HERMES sive MERCURIUS, Ægyptiis Celtisque Theut, Θωὼθ, Θωὼθ, (in quibusdam Livii editionibus XXVI.44. *Mercurius Teutates*, confer Phil. Cluverium in Germania antiqua lib.I. p.81.sqq.& 221.sqq.) Legislator, sacerdos ac Philosophus inclytus, cui non professio Trinitatis, ut nescio quo auctore prodidit Svidas, neque triplex processus Chemicus ab ipso repertus, ut anonymus Græculus ait apud Petrum Lambecium lib.VI. commentar.p. 175. sed multarum rerum & artium scientia TRISMEGISTI cognomen imposuit judice Lactantio lib. I. divin. Instit. cap. 6. ad quod alludens Martialis lib.V.Epigr.25.de Hermete quodam gladiatore:

Hermes omnia solus, & ter unus.

Mose ipso antiquior à multis traditur, aliis confundentibus eum cum primo hominum Adamo, aliis cum Josepho Patriarcha, vel Henocho * ut videre est apud Kircherum T. 1. Oedipi Ægypt. p. 67. 79. 114. aliis cum Chanaane, quæ sententia placuit W. Christophoro Kriegsmanno in Conjectaneis ad Tacitum de moribus Germanorum & in tabula smaragdina vindicata, & Sam. Bocharto lib. I. Phaleg.cap.2. Artapanus apud Eusebium lib.IX præparat.cap.27. & in Chronico quod Alexandrinum vulgo appellant, tum scriptor commentarii in Hexaëmeron, quem sub Evstathii Antio-

* Henoch iste passim scriptoribus recentioribus Arabibus dicitur *Edris*, quod nominis quid sit, sollicitos video Hottingerum & alios viros doctissimos. Suspicor autem hoc ut alia multa à Græcis esse petitum, quibus ἴδρις *doctum* ac *peritum* significat.

2011 Ministerio de Cultura

Antiocheni nomine edidit Allatius, Moſen ipſum Ægytiorum Mercurium innnunt, quam eorum opinionem prolixe confirmat Huetius demonſtrat. Evangel. p. 122. ſqq. edit. Lipſienſis. Aliis denique, ut Cluverio & Conringio, ne Goropium Becanum jam memorem, totum fabuloſum ſeu potius Myſticum videtur eſſe nomen, quo non homo aliquis qui vere in his terris aliquando exſtiterit familiarisq; genii adminiculo ita enituerit, veluti de Hermete ter maximo ex quorundam opinione refert Ammianus Marcellinus lib. XXI. cap. 14. ſed Deus ipſe, ſive divina ſapientiæ vis ſignificetur, hoc eſt ut Juſtini Martyris verbis exponam λόγ@ ὁ Ἑρμηνευτικὸς κὴ πάντων διδάσκαλ@, κὴ παρὰ Θεῦ ἀγγελικὸς, cujus nomine ſapientiſſimos quosque Ægyptiorum quævis ſcripta ac reperta ſua commendaſſe Jamblich⁹ auctor eſt, in quam ſententiam auctor Asclepii dialogi qui ſub Hermetis ſecundi ambulat nomine, avum ſuum laudat tanquam Deum aliquem *Mercurium majorem, patrem Conſilii, omniumq; κατηχητήν.*

II. Non eſt mei inſtituti repetere vel discutere, quæ de ætate & rebus hujus Hermetis aliorumque hoc nomine prolixe viri docti disputaverunt, Johannes Marshamus in Canone Chronico, Joh. Henricus Urſinus in exercitationibus de Zoroaſtre, Hermete, Sanchoniathane quæ cum Chriſtophori Arnoldi ſpicilegio prodierunt Norimb. 1661. 8vo. Hermannus Conringius & Olaus Borrichius in libris de Hermetica Medicinia &c. Neque quæ de pluribus Mercuriis ſive Hermetibus Cicero 3. de natura Deor. Arnobius & alii, aut quæ de Deo Mercurio ejusque cognominibus ſive elogiis Gyraldus nono hiſtoriæ Deorum Syntagmate: Operæ pretium duntaxat eſſe exiſtimavi hoc loco accuratam notitiam tradere ſcriptorum illorum omnium, de quibus mihi conſtat quod ſub Hermetis nomine vel jam feruntur vel olim jactata ſunt, breviterque confirmare judicium doctiſſimorum hominum, qui illa ne Homero quidem, nedum Moyſe antiquiora eſſe contendunt.

III. Exſtant itaque ſub Hermetis Trismegiſti nomine I.) PIMANDER ſive ut ſcribendum potius eſt, *Pœmander* à ποιμὴν Paſtor, quemadmodum Hermas Chriſtianus Apoſtolorum æqualis ſcripſit libros tres ſub nomine Paſtoris, qui non tantum latine etiamnum habentur, ſed & bene longa illorum fragmenta Græca, * nec J.B. Cotelerio viro doctiſſimo, nec Clariſſimo J.E. Grabio, in ſpicilegio Patrum obſervata, occurrunt in pſeudo Athanaſii doctrina ad Antiochum, quam è codice Colbertino ediderunt Benedictini Tomo 3. editionis novæ Operum Athanaſii. Ut vero vel hic Pœmander vel de quo mox dicemus Asclepius audacter tribua-

* Vide quæ notavi in Codice Apocrypho N. T. p. 976. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

tribuatur Hermæ isti Christiano, vel alteri hujus nominis quos salutat Paulus Rom. XVI. 14. nescio sit ne opus majoribus argumentis quam sola nominis convenientia, qua ductus facere hoc non dubitat Sandius in nucleo Historiæ Ecclesiasticæ p. 56.

IV. Hermetici Pœmandri editionem primam debemus Marsilio Ficino, sed *latinam* tantum, quam concinnaverat secutus Codicem Græcum à Leonhardo Pistoriensi Monacho ex Macedonia allatum. Prodiit unà cum aliis opusculis à Ficino translatis Venet. 1483. 4to & 1491. 1497. Fol. & apud Aldum 1516. Fol. Paris. 1552. 4to Basil. 1532. 8vo Lugd. 1549. 8vo 1577. 12mo & inter Ficini opera Basil. 1561. 1576. Paris. 1641. Fol. *Græcè* typis Regiis ab Adriano Turnebo excussus est una cum Æsculapii definitionibus ad Ammonem Regem, adjecta adcem libri, Marsilii Ficini versione Paris. 1554. 4to. *Græce & Latine* edidit Franciscus Flussates Candalla, qui in præfatione testatur se ad hoc opus restituendum adjutum esse à Josepho Scaligero. Lucem adspexit Candallæ editio Burdigalæ 1574. 4to. Ab eodem Candalla etiam *Gallice* Poemander vulgatus est. *Græce & Latine* cum prolixis ac pænè dixerim immanibus commentariis Hannibalis Rosselli Calabri Ord. Minorum, in quibus omnes disciplinas inepte, ut ait Morhofius, consarcinavit, Cracoviæ 1586. & Colon. 1620. Fol. Ex latina Patricii de qua mox dicam versione *Belgice* adspexit lucem Amst. 1643. 4to per Nicolaum van Ravenstein.

V. Cæterum sub Pœmandri titulo, in editione Marsilii Ficini cæterisque jam commemoratis quæ illam sequuntur, veniunt capita XIV. quæ sub aliis titulis recte veluti libellos singulares separavit novosque addidit prolegomenis & nova versione illustravit, alioque ordine digessit *Franciscus Ptaricius* in nova de universis Philosophia qui plura quam 1040. loca emendasse se affirmat. Paulo alius est ordo in codice Græco MS. quem recenset Gesnerus in Bibl. licet ordo Ficini non modo auctoritate MSti codicis Bavarici confirmatur, cujus meminit Conringius, itemque alio Vindobonensi de quo Lambecius lib. 7. Commentar. p. 22. sq. nec non codice ex quo expressa editio Græca Parisiensis A. 1554. quemque secutus est Candalla. Francisci Patricii editio posterior Veneta 1591. fol. auctior * est priore Ferrariensi 1591. fol. quam sub titulo *Magiæ Philosophicæ* latine repeti jussit Henricus Ranzovius Hamburgi 1593. 8vo. A Ficini pariter & Patricii ordine discessit auctor versionis Belgicæ A. W. V. B. vulgatæ Amstelodami 1652. 12mo

* Dolendum est Patricii editionem innumeris vitiis typographicis deturpatam legi.

2011 Ministerio de Cultura

12mo, Patricium quoque licet interpretibus reliquis meliorem in locis quibusdam mentem Hermetis non attigisse causatus. Quo autem de omnibus accuratius constet, juvat singulas editiones inter se conferre, Venetamque Patricii, quam nitidissimis typis Græce & Latine recuderunt Anno 1628. Londinenses, veluti plenissimam & perfectissimam fundamenti loco ponere.

	Ficin.	*Gesner.*	*Ferrar.*	*Belg.*
Lib. I. Περὶ εὐσεβείας καὶ Φιλοσοφίας πρὸς τὸν Τάτ. ex Stobæi Eclog. Phys. p. 78. seqq. unde fallitur Conringius, qui libro de Medicina Hermetica p. 50. putavit hunc primum librum esse eum quem Patricius in Cypro Insula reperit, cum Patricius ipse testetur inscriptum fuisse titulo *libri sacri*, unde non dubitandum est, fuisse librum XIII. ut infra observamus.	*deest.*	*deest.*	1.	5.
Lib. II. Ποιμάνδρης sive sermo de natura rerum & creatione mundi, quem à Poemandro edoctum se Hermes refert. Ab hoc capite sive libello omnia reliqua vulgo veniunt Poemandri nomine, ex editione Ficini.	1.	1.	2.	1.

Isaaco Casaubono quidem Exercitat I. ad Baron. p. 71. Pœmander hic sive Pastor Christus est Joh. X. 11. & 14. præcipue cum Pœmander de se apud Hermetem: Τὸ φῶς ἐκεῖνο ἐγώ, νοῦς, ὁ σὸς Θεὸς, ὁ πρὸ Φύσεως ὑγρᾶς τῆς ἐκ σκότους Φανείσης, ὁ δὲ ἐκ νοὸς Φωτεινὸς λόγος υἱὸς Θεοῦ. Quæ verba cum dictis Christi confert vir doctissimus, & multa alia illo in loco colligit, quibus ostendat in Pœmandro non Ægyptiacam Mercurii doctrinam, sed partim Græcam e Platonis & Platonicorum libris, & quidem persæpe ipsis eorum verbis depromtam, partim Christianam è libris sacris petitam contineri. Adde Radulphum Cudvvorthum in opere Anglico præstantissimo de vero Systemate νοητῷ Universi p. 319. sqq. qui p. 327. & 506. non diffitetur tamen, in hisce scriptis passim insparsas etiam esse vere antiquas quasdam Ægyptias, atque ut loquitur Jamblichus Ἑρμαϊκὰς δόξας, etsi Platonico more expressas, quales sunt: nihil perire in universo, sed tantum mutari: Deum esse τὸ πᾶν, & universi δῆκον πνεῦμα, sine quo nihil omnino consistit. Ostendit præterea quæ sub Hermetis nomine feruntur vel olim ferebantur, non omnia supposita fuisse à Christianis, etsi ultimam illam Hermetis antiquitatem non ferant. Probe etiam observavit Conringius lib. de Medicina Hermetica p. 44. sqq. Casaubonum perperam ex unius alteriusque libelli ingenio de toto volumine judicasse, cum nonnulli quidem Christianum auctorem aperte sapiant,

2011 Ministerio de Cultura

ut quando in hoc capite Pœmander ait λόγον ὁμοούσιον esse τῷ δημιουργῷ νῷ cum ex ipsis Christianis qui ita sit locutus ante Concilium Nicænum, vix tres potuerit laudare Athanasius Epistolâ ad Africanos. At viciſſim quidam videantur potius Ægyptiacam doctrinam continere, vel Platonico Pythagorico Ægyptiacam, cum & ipse Plato Pythagoræ, & Pythagoras ac Plato Ægyptiis plura debeant. Quæ de reditu sive ἀνόδῳ animorum per Zonas septem Planetarum sive κλήρους (vide Scaligerum ad Manilium p. 189.)& de vitiis affectionibusq; quas in singulis Zonis relinquunt, in hoc Pœmandri capite leguntur, conferenda sunt cum iis quæ de gemino argumento habet Servius ad hæc Virgilii VI. Æneid. *ſecuros latices & longa oblivia portant.* Macrobius lib.I.cap.XI. in somnium Scipionis, Proclus in Timæum p. 11. & 348. Celsus apud Origenem lib.VI. p. 290. & vetus Poëta, cujus versus de septem Planetis velut ineditos protulit Jacobus Gronovius p. 267. ad Manethonis Apotelesmatica, (qui iidem leguntur apud Stobæum in Eclogis Physicis p. 135. excerptorum & latina Metaphrasi donatorum ab incomparabili viro Hugone Grotio,) Proclus in Alcibiadem p. 233. sqq. & quæ de muneribus ab unoquoque Planeta in singulos homines gignendos conferendis habentur infra libro Hermetis XIII. De voce ἄγιος, quam novies hoc capite sive libello repetit Pœmander, confer Laurentium Vallam ad Apocalypseos IV. 8.

Belg.	*Ficin.*	*Gesner.*	*Ferrar.*
4	3	3	3
2	10	9	4
8	5	5	5
10	6	8	6
14	13	12	7

Lib. III. λόγος ἱερός — — — — —

Lib. IV. Κλεὶς sive Clavis ad Tatum, ex quo libello verba quædam profert Lactantius lib. I. cap. 11. loca prolixiora Stobæus Eclog. Phyſ. p. 128. p. 90. & iterum p. 128. sq. & p 89. De Hermetis Γενικοῖς λόγοις, quorum clavis hæc Epitome esse statim in limine docetur, dictum infra est inter scripta ejus deperdita. Mire convenit hic libellus cum Asclepio dialogo de quo itidem infra dicemus.

Liber V. Πρὸς Τὰτ τὸν υἱόν· ὅτι ἀφανὴς Θεὸς φανερώτατός ἐστι.

Liber VI. Ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δ' οὐδαμοῦ, πρὸς Ἀσκλήπιον.

Liber VII. Πρὸς Τὰτ τὸν υἱόν, ἐν ὄρει λόγος ἀποκρυφος, περὶ παλιγγενεσίας, καὶ σιγῆς ἐπαγγελίας, cui appendicis loco connectitur ὑμνῳδία κρυπτὴ, λόγος

2011 Ministerio de Cultura

	Ficin.	*Geſner.*	*Ferrar.*	*Belg.*
γ῾ ἅγιον. Chriſtianum nimis aperte auctorem ſapit.				
Liber VIII. Ὅτι μέγιστον κακὸν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ ἀγνωσία.	7	*deeſt.*	8	3
Liber IX. Πρὸς Ἀσκληπιὸν λόγος καθολικός. Gesnerus in ſuo codice reperit πρὸς Τάτον. In Ficini, Candallæ aliisque editionibus hoc caput ſive libellus incipit à verbis ἡ Θεὸς ἢ τὸ θεῖον, pro quibus in MSto Vindobonenſi teſte Lambecio, Lib. VII. commentar. p. 32. legitur ἢ Θεὸς τὸ θεῖον, *Certe Deus idem eſt atq; divinitas.* Sed ex Stobæi Eclog. Phyſ. p. 39. apparet initium hujus capitis deeſſe, quod Patricius in ſua editione recte ſupplevit, & verba illa cum prioribus ita connectanda legendaque eſſe: τὸ δ' ἀσώματον ἢ θεῖον ἐστὶν ἢ Θεός. Τὸ ἢ θεῖον κ.τ.λ. Citat & alia loca ex hoc eodem capite Stobæus p. 41. & iterum p. 39. cujus collatione non uno in loco & Patricii editio & aliæ poterunt ſuppleri & emendari.	2	2	9	6
Liber X. Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν. Ita & aliæ editiones & codices manu exarati hoc caput inſcribunt. Verum Cyrillus Alexandrinus qui verba quædam ex hoc adducit Lib. II. contra Julian. p. 52. citat Ἑρμῆν ἐν τῷ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱόν.	11	10	10	13
Lib. XI. Περὶ νοῦ κοινὸς πρὸς Τάτ.	12	11	11	7
Lib. XII. Λόγος ὁ κρατὴρ, ἢ μονὰς πρὸς Τάτ. In MSto Vindobonenſi incipit: ἐπειδὴ τὸν παντὸς κόσμον κ.τ.λ. Loca ex hoc capite allegat Stobæus Eclog. Phyſ. p. 5. & 27. In hoc libello baptiſmus & ſacra παλιγγενεσία Chriſtiano fere more adumbratur. Porro κρατὴρ * nomen videtur petitum ab Orpheo vel ex Timæo Platonis, ubi ait in ſuperiore Cratere Deum univerſæ naturæ animam temperaſſe. Quanquam Steuchus Eugubinus lib I. de perenni Philoſophia cap. 12. Platonem hoc à Mercurio mutuatum eſſe exiſtimavit. Aut reſpicitur ὁ τῆς σοφίας κρατὴρ, de quo Apollonius Tyanenſis apud Philoſtratum libro & capite ſexto p. 274. ex quo bibentes animæ, medentur τῇ γενεσιουργῷ λήθῃ, & hauſtam ex poculo ἀπάτης, πλάνης, ἀγνοίας ſtultitiam iterum deponunt.	4	4	12	12
Liber XIII. ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου τῆς Πενταλφίης κόρης κόσμου. partem hujus libri habet Stobæus p.	*deeſt.*	*deeſt.*	13	*deeſt.*

* Pythag. πηγὴ ἀενναίου Φύσεως. Vide & Joh. Clerici indicem ad Stanlei Philoſophiam Orientalem in *animorum fons & fontes*, Tum Kircherum T. 3. Oedipi p. 199. ubi de benefico Cratere Oſiridis.

2011 Ministerio de Cultura

116. ſqq. & 145. ſqq. ubi in ora libri allegatur Ἐμοῦ λόγος Ὥρου πρὸς Ἶσιν, pro quo Coringius p. 51. ſcribendum putabat Ἴσιδος πρὸς Ὧρον, Borrichius pag. 81. ſq. ſupervacaneum & tollendum nomen Ὥρου. Sane vero in hoc totolibro Iſis Horum filium, docens, inducitur, etſi ipſa quoque alibi ab Hermete edoctam ſe fatetur in marmore epitaphio quod refert Diodorus Siculus lib. I. cap. 27. Cætera hujus libri Patricius addidit ex Codice MS. quem refert à ſe in Cypro repertum in monaſterio, cui nomen Encliſtra. Κόρη κόσμου Ægyptiis eſt Iſis, quæ in hoc libro Horum docet ea quæ in ſacris libris arcana Hermes reliquerat, nulli mortalium ante à Deo prodita, ſcilicet. Τοῦτο δ' ὦ τέκνον ἀξιοθαύμαστον, Ὧρε, ἐὰν ὀπὶ θνητῆς σπορᾶς ἐγεγόνει, ὅτῳ δ' ἦν δέεσθαι ψυχῆς ἢ συμπάθειαν ἔχοντος τοῖς θεοῦ μυστηρίοις, τοῦτο δ' ἦν ὁ πάντων νοῦς Ἑρμῆς, ὃς καὶ εἶδε τὰ σύμπαντα, καὶ ἰδὼν κατενόησε, καὶ καταγνοὺς ἴσχυσε δηλῶσαι καὶ δεῖξαι· Καὶ δ' ἃ ἐνόησεν ἐχάραξε καὶ χαράξας ἔκρυψε τὰ ὠλεῖσα σιγήσας ἀσφαλῶς καὶ λαλήσας ἵνα ζητῇ ταῦτα πᾶς αἰὼν ὁ μεταγενέστερος κόσμου. Ἀλλ' ἦν αὐτῷ διάδοχος ὁ Τὰτ υἱὸς ὁμοῦ καὶ πρωτάληθεστατος τῶν μαθημάτων τούτων. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἰμούθης Σπανὸς (forte καὶ Πᾶνος) καὶ Ἡφαιστοβούλης καὶ ἄλλοι ὅσοι τῆς θεραπείας θεωρίας πρὸς ἀκρίβειαν ἔμελλον βουλομένης τῆς πάντων βασιλίδος ἱερῆσαι φρονήσεως. Eodem libro: ψυχῶν μὲν Ὅσιρις ὁ πατήρ σου, σωμάτων δὲ ἑκάστου ἔθνους ἡγεμών. Βούλης δὲ ὁ πατὴρ πάντων καὶ καθηγητὴς ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς. Ἰατρικῆς δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἡφαίστου. Ἰχὼ ἣ καὶ ῥώμης πάλιν Ὅσιρις· μεθ' ὧν ὦ τέκνον αὐτὸς σύ. Φιλοσοφίας δὲ Ἀρνεβασκῆνις, ποιητικῆς ἣ πάλιν ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἰμούθης.

Addidit huic libro Patricius quinque appendices. (1.) περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης ἐκ τῶν πρὸς Ἄμμωνα, (2.) de eodem argumento, (3.) ἐκ τῶν πρὸς Τάτ περὶ εἱμαρμένης, (4.) περὶ χρόνου πρὸς τὸν αὐτὸν Τατ. (5) περὶ ἀστέρων πρὸς τὸν αὐτόν. Quæ omnes petitæ ſunt ex Stobæi Eclogis Phyſicis p. 13. bis. p. 11. p. 20. & p. 49. ſq.

Pelg.	Ficin.	Gesner.	Ferrar.
16	deeſt.	deeſt.	14
11	9	7	15

Liber XIV. περὶ ψυχῆς πρὸς αὐτὸν Ἄμμωνα, collectus ex eodem Stobæo Eclog. Phyſic. p. 82. ſq. p. 85. p. 94. Eclog. Ethic. p. 199. ſq. & iterum Eclog. Phyſ. p. 12.

Liber XV. Περὶ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως, πρὸς τὸν Ἀσκληπιόν. Hic Germanus titulus eſt, quem in ſuo etiam MS. reperit Gesnerus. In editionibus Ficini: *quod in ſola Deo pulchrum ac bonum, alibi vero neq; aquam.* Sed hæc inſcriptio rectius convenit libro quem jam recenſuimus ſexto. In MS. Vin-

2011 Ministerio de Cultura

Vindobonenſi & editione Candallæ uterque titulus conjungitur ſic: *περὶ κινήσεως καὶ ἀϊδιότητος, καὶ ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι ὃ ἐδάμη.* Hic libellus, ſive caput hoc Conringio videbatur eſſe appendix dialogi Aſclepii, de quo infra dicturi ſumus, adeoque illi ſubjungendus. Idem ex eo quod *κόσμον* dictum eſſe ait quia *κοσμεῖ τὰ πάντα*, colligit ſcriptum eſſe non Ægyptio ſermone ſed Græco. Adde quod *κόσμος* * nomen toties in his libris & in Asclepio occurrens primus excogitavit Pythagoras Hermete illo qui jactatur antiquiſſimo multis ſæculis junior. Locum ex hoc capite Hermetis laudat Lactantius lib. II. Inſtit. cap. 16.

	Ficin.	*Gesner.*	*Ferrar.*	*Belg.*
Liber XVI. *Περὶ ἐνεργείας καὶ ἀϊδιότητος, πρὸς τὸν Τάτ.* petitus ex Stobæi Eclog. Phyſ. p. 82. ſeqq. *περὶ ἀϊδίων σωμάτων πρὸς τὸν αὐτὸν Τάτ.* ex Stobæi Eclog. Phyſ. p. 85. ſq. *Ἄνθρωπος* ex Lactantii lib. VII. cap. 13. *Θάνατος* ex Stobæi florilegio ſerm. 117. p. 514. *ὁμοιότης τεκνῶν* ex eodem p. 87. Eclog. Phyſ. *Ἐκ τῆς Ἴσιδος*. florileg. Stobæi ſerm. 11. p. 123.	*deeſt*	*deeſt.*	16	*deeſt.*
Liber XVII. *Πρὸς Τὰτ περὶ ἀληθείας.* Ex Stobæi florileg. ſerm. 9. pag. 110. ſqq.	*deeſt.*	*deeſt.*	17	*deeſt.*
Liber XVIII. *Ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπωλείας καὶ θνατοὺς πλανώμενοι λέγουσι.* In hoc libro Idearum diſerta mentio, quas primus effinxit Plato, etſi ex Moyſe ipſo illas repetit Philo Judæus.	8	6	18	9
Liber XIX. In Patricii aliisque editionibus titulo caret, niſi quod præfiguntur hæc verba. *Ἀσκληπιῷ εὖ φρονεῖν.* Sed Cyrillus Alex. qui locum ex hoc capite ſive libello affert lib. II. contra Julian. p. 63. ſq. laudat Hermetem *ἐν τῷ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.*	14	*deeſt.*	19	15
Liber XX. *Ἐκ τοῦ γ΄ πρὸς Ἀσκληπιόν primus locus* legitur apud Cyrillum 1. contra Julian. p. 35. Svidam in *Ἑρμῆς* & eundem Cyrillum p. 33. *Locus alter* apud Cyrillum eodem loco. *Locus tertius* apud Cyrillum p. 35. *Locus quartus ἐκ τοῦ τελείου λό-*	*deeſt.*	*deeſt.*	*deeſt.*	*deeſt.*

* A Phœniciis petitum ſuſpicatur illuſtris doctrinæ vir Jobus Ludolfus comment. ad hiſt. Æthiopicam p. 208.

2011 Ministerio de Cultura

γς apud Svidam in Ἑρμῆς, ubi pro τῦ μονογενῦς λόγυ καὶ τῦ πατρὸς, Patricius legit ἐκ τῦ πατρὸς, rectius utique Lambeciô, qui p. 141. prodromi hiſtoriæ literariæ reſcribendum ait καὶ τῦ πνεύματος.

Locus quintus — — —

Locus ſextus — — —

Locus ſeptimus ἐκ τῶν πρὸς Τάτ quo ait Deum νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον (perinde ut Plato in Timæo, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν, τὸ ἔργον, καὶ εὑρόντα λέγειν εἰς πάντας ἀδύνατον) à pluribus laudatur, à Juſtino Martyre paræneſi ad Græcos, ubi & *Ammonis* in libris de eo ſuis Deum πάγκρυφον dicentis meminit, à Cypriano de Idolorum vanitate, Auguſtino lib. VI. contra Donatiſtas, exſtat & apud Cyrillum p. 31. & Stobæum florileg. ſerm. 78. p. 419. *Locus octavus* apud eundem Cyrillum lib. 4. p. 130. ſq. *Locus nonus* apud Stobæum Eclog. Phyſ. p. 86. *Locus decimus & undecimus* quæ latine tantum exhibet Patricius, Græce exſtant apud Cyrillum p. 31. *Locus duodecimus* ἐκ τῶν πρὸς Τάτ apud Stobæum p. 29. Eclog. Phyſ. *Locus tertius decimus* ἐκ τῶν ἀ δι ἐξοδικῶν, & locus *decimus quartus* ſive ultimus apud Cyrillum lib. II. p. 56.

VII. Laudat præterea Hermetem Cyrillus p. 56. 57. p. 33. p. 52. & lib. 8. p. 274. Michaël Glycas in Annalibus, ubi literas ejus ad Ammonem memorat, & Stobæus in locis quæ ex Schedis MStis Iſ. Voſſii vulgavit Tho. Galeus notis ad Jamblichum de Myſteriis Ægyptiorum p. 304. & 296. *Verba Hermetis morituri* quæ ex Chalcidio repetit Patricius in prolegomenis ad Hermetis libros, & è Patricio Conringius de Medicina Hermetica p. 57. ſq. (Chalcidium in Timæum Platonis allegans) in edito Chalcidii libro non reperi, qui videtur tantum partem commentarii Chalcidiani exhibere, certe non integrum Platonis Timæum perſequitur.

VIII. *Hermetis librum ad filium ſuum* Ethicas ac Politicas ſententias paræneſesque complexum, & ex veteri Perſarum lingua in Arabicam ſub Califa Maimone circa A. C. 810. translatum memorat Johannes Elichmannus vir doctiſſimus in Epiſtola ad Beverovicium de vitæ termino parte 3. p. 154. Sed Arabibus Hermetica ſcripta jactantibus non multum fidei tribuunt viri eruditi. Vide iterum, ſi lubet, Conringium p. 58. ſq. & 62.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT VIII.

Hermetis Asclepius sive λόγος τέλειος Græce non exstat. 1. *Latina versio an Apuleji.* 2. *Editiones.* 3. *Conringii sententia.* 4. *Quis Asclepius iste. Plures Asclepii.* 5. *Asclepii ὄροι.* 6. *De Poemandro & scriptis Hermeticis hucusque memoratis judicium.* 7.

I.

ASCLEPIUS, sive Dialogus Hermetis de Deo, de homine & mundo, cum * Asclepio habitus, præsentibns Ammone & Tato, olim inscriptus λόγος τέλειος (quod apud Augustinum transfertur *verbum perfectum*) non λόγος ἱερὸς ut memoriæ lapsu scripsit Scaliger ad Græca Eusebii p. 412. Græce non amplius exstat si discesseris à paucis fragmentis quæ servavit Lactantius lib. II. cap. 16. lib. IV. cap. 6. lib. VII. cap. 13. & 18. & Stobæus florileg. serm. 119. Latine habetur ex versione quam communis codicum consensus refert ad Apulejum Madaurensem.

II. Casp. Barthius quidem fallitur, qui Augustini testimonio ait versionem istam Apulejo tribui. Nusquam enim hoc facit Augustinus. At non minus falluntur Colvius, Schickardus, Wovverius & alii, qui admodum recentem putant istam translationem, cum ab Augustino lib. VIII. de Civ. Dei cap. 23. 24. & 26. & orat. de quinque hæresibus cap. 3 lectam esse constet. Idem Colvius, Wovverius, Elmenhorstius causantur orationem siccam & exsanguem nihilque simile habentem cum Apulejana ubertate & lætitia. Ob eandem causam Apulejo hanc versionem abjudicabat Lambecius in prodromo historiæ literariæ p. 141. Sed merito ista ratio parvi momenti visa est Cudvvortho in genuino Systemate νοητῷ universi p. 324. Quis enim miretur magis caste & sobrie loqui Apulejum si is esset autor, quod nec ipse tamen mihi persuadeo, philosophantem serio de natura Dei & aliis rebus graviss imis, quam ludentem fabulam Milesiam?

III. Pro-

* Asclepii Medicinæ inventoris nepote. Ita enim in Dialogo illo Hermes laudans & ipse patrem avumque Hermetem: *Avus enim tuus O Asclepi, Medicinæ primus inventor, cui templum consecratum est in monte Libyæ, circa litus Crocodilorum* &c.

2011 Ministerio de Cultura

III. Prodiit Asclepius sæpissime cum Poemandro Ficini, & in Patricii nova Philosophia de universis, ex utraque editione, & in editione Operum Apuleji Aldina 1521. Basiliensi 1597. & Elmenhorstiana Francof. 1621. 8vo. Sed Latine tantum, nam Græce, ut dixi, intercidit.

IV. Porro non contemnendum judicium H. Conringii, quod de hoc dialogo tulit lib. I. de Medicina Hermetica cap. 5. *Est libellus Ægytiacæ* * *εἰδωλομανίας plenus quidem, adeoq; non est dubitandum ex Ægypto illum esse. Num autem multum sit antiquior Lactantii ævo, haud definire est. Sane si verum est fatendum, in Christianum sensum per vim ab Augustino pariter & Lactantio, quæ de Dei filio, deque mundi purgationibus in illo leguntur libello, detorta sunt. Accurate enim Hermetica expendentibus patet, mundum ipsum Hermeti filium Dei dici, minime vero illi sermonem esse de altera sacrosanctæ Trinitatis persona, quam Christiani veneramur; purgationes porro orbis longe diversissimas hîc significari, ab iis malis quæ mundi interitum præcessura Servatore nostro revelante novimus, secus quam visum Lactantio. Mundi ἀποκατάστασιν aliam per κατακλυσμὸν aliam per ἐκπύρωσιν etiam Ægyptios agnovisse testis est Julius Maternus Firmicus lib. III. Mathes. cap. 1.* Cum hoc Asclepio conjungendus monente eodem Conringio est ex superioribus Hermetis libellis XV. & IV.

V. Asclepii quem hîc Hermes affatur, avus in dialogo dicitur Asclepius sive Æsculapius inventor Medicinæ, de quo fuse nuper Daniel Clericus in Historia Medicinæ, & Thomas Guidotus in historia Æsculapii adhuc inedità. Præter hos tertius Asclepius Ἰμαΐδης supra in libello XIII laudatur, inventor Poëtices. Verùm de Æsculapiis * his aliisque multa collegit H. Meibomius commentario ad ὅρκον Hippocratis cap. V.

VI. III.) Ὅροι Ἀσκληπιὸς πρὸς Ἄμμωνα Βασιλέα sive definitiones (etsi

*Possit aliquis suspicari confictum esse sub Imperatoribus Christianis à quodam Ægyptio scriptore Ethnico, qui Christianorum sacra dogmata in Ægypto recipi explosis Ægyptiis ægre ferret. Sane hoc colligere mihi videor ex his dialogi verbis: *Alienigenis enim regionem istam teramque complentibus non solùm neglectus religionum, sed quod est durius, quasi de legibus à religione pietate cultuque divino statuetur præscripta pœnâ prohibitio. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumque plenissima. O Ægypte, Ægypte, religionum tuarum sola supererunt fabulæ, eaque incredibiles posteris suis. Solaq; supererunt verba lapidibus incisa tua pia facta narrantibus, & inhabitabit Ægytum Syrus aut Indus aut aliquis talis.*

* Exstat & sub Æsculapii nomine liber *de morborum, infirmitatum, corporisque accidentium origine, causis, descriptionibus & cura* Latine editus Argentorati A. 1544. fol. una cum Trotula, Hildegardi, Octaviano Horatiano &c. Sed prisci illius Æsculapii haud esse nemo est qui non videat.

2011 Ministerio de Cultura

(etsi vix ullæ hic definitiones occurrunt) Asclepii ad Ammonem Regem Libri III. qui licet Asclepio, ut videmus, tribuuntur, tamen ad scripta Hermetis recte referri possunt, qui auctor ipse ad Hermetem Magistrum suum provocat. *Liber primus* in editione Græca Turnebi, Candallæ & in MS. Gesneriano ac Vindobonensi, inscribitur: περὶ Θεοῦ, περὶ ὕλης, (addit MS. Gesner. περὶ καινίας) περὶ εἱμαρμένης, περὶ ἡλίου, περὶ νοητῆς οὐσίας, περὶ ἀνθρώπου, περὶ οἰκονομίας τοῦ πληρώματος τῶν ἑπτὰ ἀσέρων, περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπου. Sed Patricius simpliciorem titulum præfixit: περὶ ἡλίου καὶ δαιμόνων. Locum de Ægyptiacis mysteriis Græca lingua non prodendis allegat Nicephorus in scholiis ad Synesium de insomniis p. 362. In Turnebiana editione p. 95. post verba δέχου ἡ τέλος ἔχει, in quibus desinit Candallæ editio, sequuntur nonnulla, quæ ex alio libro petita esse Patricius suspicatur. Eadem tamen in calce libri hujus primi etiam sine ulla alterius libri nota exhibet MStus codex Vindobonensis, ut testatur Lambecius lib. VII. Commentar. p. 33. Liber secundus & tertius à Turnebo & Patricio editi in Candallæ editione desiderantur. *Libelli secundi* titulus est: περὶ τοῦ ὑποῦ τοῦ παίδος, τοῦ σώματος ἐμπολιζομένης ψυχῆς. In hoc mentio Phidiæ δημιούργου occurrit qui sculptor Periclis tempore fuit Athenis, & alluditur ad narrationem de Eunomio Locro citharœdo, unde longe juniora hæc opuscula esse quàm ut ad Hermetis vel Asclepii ætatem referri queant, pridem arguit Casaubonus, cui assentiens Jul. Cæsar Bulengerus *recentiorem*, inquit, *illum auctorem fuisse opinor, qui Phidiæ & Eunomii Locri citharœdi meminerit, & trophæa, per quercum vaticinia, prytanea commemorat.* Adde Conringium p. 61. sq. Patricius tamen quo hæc argumenta evadat, incassum objicit, Phidiam forte antiquiorem quendam Ægyptium Musicum intelligi, vel nomen hoc in locum Ægyptii alicujus Musici irrepsisse. Similiter quod citharœdo alicui contigisse narrat Asclepius, ut chordæ defectum suppleret cicada citharæ insidens, idem forte prius Ægyptio alicui eveniisse, quod Græci, ut alia multa, ad se transtulerint. *Libellus tertius* περὶ εὐφημίας ἢ κρείττονος καὶ ἐγκώμιον βασιλέως. In hoc desinit editio Græco-Latina Turnebi, qui Asclepii definitiones Poemandro subjecit, Patricii item, qui in nova de universis Philosophia editionis utriusq; hosce Asclepii libellos edidit, MStum quoque Vindobonense, cujus meminit Lambecius. Sed in MSto Gesneriano post Hermetis Poemandrum quatuor λόγοι sive libelli fuere, quorum *quartus* inscribebatur, μέθοδος εἰς πᾶσαν καταρχὴν ἐπιτήδειος.

2011 Ministerio de Cultura

VII. Libros, de quibus hactenus egimus, Poemandrum præcipue & Asclepium, genuinos esse contendunt Augustinus Steuchus Eugubinus, lib.I. cap. 8. & 25. de Perenni Philosophia, Marsilius Ficinus, Candalla & Franciscus Patricius editores ; Joh. Baptista Crispus de Philosophis Ethnicis caute legendis p 469. Mutius Pansa in osculo Ethnicæ & Christianæ Theologiæ p. 161.172. præ cæteris Athanasius Kircherus in Oedipo Ægypt. & Obelisco Pamphilio p. 35. sqq. Sed, uti jam ostensum, reclamat res ipsa, & eruditiorum consensus, qui hæc scripta sic ab Hermete non profecta sed supposititia uno ore pronunciant, sive auctore *Judæo*, ut contendit Isaacus Vossius cap. 8. de Sibyllinis Oraculis, sive *semi-Platonico* quodam itemque *semi-Christiano*, qui circiter secundi à Christo nato seculi initia vixerit, ut post Is. Casaubonum statuunt Vossius Pater lib.I. de Idololatria cap. 10. Petavius T. II. dogm. Theol. de Trinitate p. 8. sqq. Natalis Alexander select. Hist. Eccles. capitûm Sec. 2. Georgius Bullus defens. Concilii Nicæni p. 45. & 51. Elias du Pin Biblioth. scriptor. Ecclesiast. T. I. p. 23. sq. Lambecius in prodromo hist. literar. p 139. quem totum de Hermete locum iterum inseruit libro VII. Commentar. de Bibl. Vindobonensi pag. 22—32 Herm. Witsius in Ægyptiacis lib. II. cap. 5. Johann. Henricus Ursinus & alii.

Quamvis vero, supposititia hæc quisquis non odorabitur, is obesæ naris homo utique sit , ut ait Huetius Alnetan. quæst. p. 123. maxime tamen probanda videtur eorum sententia, qui cum Conringio & Cudvvortho in his ipsis libellis alios ab aliis distinguunt , & quosdam aperte Christianis auctoribus effictos , quosdam non Hermetis quidem esse, at Ἑρμαϊκὰς δόξας complecti , Pythagoricæque non tantum ac Platonicæ sed antiquissimæ Ægyptiacæ doctrinæ λείψανα complecti existimant , ut supra de Poemandro agentes observavimus. Vel qui cum Borrichio Hermeticas sententias illis contineri affirmant, sed longo ævo varie interpolatas, aliis atque aliis hinc inde assutis. pag. 83. de Hermetis & Ægyptiorum sapientia, & libro de ortu ac progressu Chemiæ pag. 70.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT IX.

Hermetis Jatromathematicon argumentum. 1. *Editiones.* 2. *De libro illo judicium.* 3. *Libri duo de revolutionibus nativitatum.* 4. *Centum Aphorismi Astrologici.* 5. *Trutina Hermetis.* 6. *De terræ motuum significationibus carmen.* 7. *Curanides unde dicti.* 8. *An iidem sint cum Physicis Hermetis à Zosimo laudatis.* 9. *Græce exstant in variis Bibliothecis. Latina editio duplex.* 10. *Titulus & interpres libri.* 11. *Argumentum.* 12. *An iidem sint Latini Curanides cum Græcis MSS. vel iis quos veteres legerunt.* 13. *An ex hymnis quibus in MStis herbæ singulæ celebrantur, possit probari auctor Persa. Carminis vocabulum de scripto prosario.* 14. *Curanides non sunt fragmenta σωαγωγῆς ἱερᾶς τ̃ ϖερσικῶν Eusebio memoratæ.* 15. *Reinesii & Conringii controversia, utrum ex Arabica an Ægyptiaca lingua derivati fuerint.* 16. *Harpocration Alexandrinus.* Coeranus *nomen Ægyptiis familiare.* 17. *Indiculus Simlerianus scriptorum Hermeticorum parum accuratus.* 18.

I.

HERMETIS *Jatromathematica* sive *ϖερὶ καταυλίσεως νοσ̃ντων ϖρογνωστικὰ ἐκ τ̃ μαθηματικ̃ς ἐπισήμης ϖρὸς Ἄμμωνα Ἀιγύπτιον*, quo libello doctrina pronunciandi de morborum eventu ex observatione motus & aspectuum planetarum regnantium ea hora, qua decubuerit æger adjunctis breviter remediis recensetur.

II. Hunc primus sub titulo : *Mercurii Trismegisti de decubitu infirmorum* Latine, cum Tho. Boderii libro de ratione & usu dierum Criticorum excudit Andreas Wechelus Parisiis Anno 1555. 4to. Liberiore interpretatione donavit, qui plurimum eis tribuit & in praxi vera deprehendisse se affirmat Johannes Stadius Lœnhuthesius A. 1570. & Ephemeridibus suis inseruit. Exhibetur & Latine apud Andream Argolum lib. II. de diebus Criticis p. 18. sq. Primus Græce ex codice Bibl. Norimbergensis (quem manu sua descripserat Johannes Regiomontanus) edidit Joachimus Camerarius ap. Joh. Petrejum Norimb. 1532. 4to una cum aliis opusculis Astrologicis, quæ libro sexto recensemus. Græce cum Latina versione & altera Stadii ad calcem jubjecta notisque suis, emendatiorem plenioremque ex MSto

2011 Ministerio de Cultura

Auguſtano vulgavit David Hoeſchelius Auguſtæ Vindel. 1597. 8o. Memini & videre me hunc libellum Anglice translatum & ſubjectum rariorib usPhyſicis lingua illa editis à Radulpho Williamo Lond. 1652. 120.

III. Cum vero nulla ejus fiat mentio non tantum in Ptolemæo, ſed etiam in Julio Firmico ſtudioſiſſimo Ægyptiacæ Aſtrologiæ, qui tamen Æsculapii, Petoſiris, Necepſi, Abrahami aliorumque opera laudat, imò cum nec alibi ejus memoria reperiatur, ſatis vel hinc appareret, ut notat Conringius p. 51. de Medicina Hermetica, etiam poſt optimorum Aſtrologorum Græcorum & Latinorum tempora à neſcio quo ſuppoſitum eſſe. Accedit, quod doctrina non conveniat cum iis quæ ex Petoſiri & Nicepſo bona fide Firmicus paſſim adducit, & in Manethonis Apotelesmaticis leguntur, aut cum iis quæ in fragmentis Hephæſtionis Thebani, Dorothei Sidonii atque aliorum hodie ſuperant. Gemini argumenti libellus inter Hippocratis ſcripta occurrit latine ex verſione antiqua Gulideoli Mordici *de ſignificatione vitæ & mortis ſecundum motum lunæ & adſpectus planetarum* T. 1. edit. Lindenianæ p. 422. Cui adde librum Aphrodiſio dicatum qui exſtat inter Galeni opera T. 4. edit. Baſil. p. 473. ſqq. ubi male editum περὶ καταυρίσεως pro περὶ καταυλίσεως νοσούντων προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἄπιστήμης. Sed nulla in illo Hermetici libelli mentio. Labbeus in Bibliotheca nova MStorum p. 102. memorat Petoſiris & Mercurii Trismegiſti Canonia cum Epitome ex Pancharii ſcripto de decubitu ægrotantium ſecundum duodecim ſigna, cujus libri Panchariani meminit iterum p. 126. Ἰατρομαθηματικὰς συντάξεις Ægyptiorum præter Ptolemæum lib. I. Tetrabibli cap. 2. commemorat Hephæſtion Thebanus præfat. libri primi, conf. Salmaſium de annis Climactericis p. 47. 52. & Conringium p. 63. & 72. Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 117. ſq. & p. 124. qui Hermetis Aſtrologiam ſive de judiciis aſtrorum Arabice exſtare refert p. 257. Memoratam etiam inter libros MSS. à Golio ex oriente allatos in Octav. Ao. 55. Nec diverſam forte ab opere de quo jam dicemus.

IV. Hermetis *Libri duo de* * *revolutionibus nativitatum* ſive de horoſcopo poſt ſingulorum annorum revolutionem conſtituendo, ferendoque de hoc judicio, Latine pridem translati auctore incerto: emendati editique ab Hieron. Wolfio Baſileæ apud H. Petri 1559. Fol. una cum Porphyrii Iſagoge & anonymi ἐξηγήσεα in tetrabiblon Ptolemæi. De auctore ita Wolfius in præfat. ad Paulum Haintzelium Patricium Auguſtanum:

* In Conringii lib. I. de Hermetica Medicina p. 52. male excuſum *de revelationibus nativitatum.*

2011 Ministerio de Cultura

num: *Etsi, quis Hermes iste fuerit ignoro, (τρισμέγιστον quidem illum non fuisse persuasum habeo) nec fuisse Græcum, sed alterius alicujus nationis, sive Arabem sive Saracenum, ex multis ejus locis intelligi potest: tamen latinæ conversionis vestigia eo me ducunt, ut hoc opus è Græco translatum esse credam, fide sane optima vel immodica potius religione, unde ipsa dictio alicubi & obscurata & prope contaminata est* Sane ut Conringio jam notatum fuit, non modo Hermes allegatur lib. II. p. 266. sed & lib. I. cap. 3. adducitur in testimonium Ptolemæus, quem Philosophi nomine innuit, ejusque Canones atque Almagestum laudat, *quod Græci*, inquit, *magnam constructionem appellant*, unde suspiceris, auctorem hunc non Græce scripsisse, sed Arabice: passim vero de Babyloniorum, Ægyptiorum, Persarum præcipue Indorumque observationibus Astrologicis, tanquam multorum usu jam comprobatis, differentem licet observare. Nescio Christianumne arguat, quod lib. II. c. 7. legitur: *& laudabitur à pluribus, & bonitatem & utilitatem habebit occasione miraculorum & prodigiorum & locorum Ecclesiasticorum propitiatoriorum* &c Eorundem mentio p. 265. *erit etiam liberalis, & propter aliquam justitiam & sanctimoniam peregrinabitur apud divina propitiatoria.* Introductionem suam Astrologicam laudat quisquis est auctor lib. II. p. 261. aliosque tractatus in quibus egit de directionibus planetarum, p. 247. præterea p. 264. promittit librum traditurum causas ferdariæ * planetarum.

V. Hermetis *Aphorismi* sive *centum sententiæ Astrologicæ*, diversæ à Centiloquio Ptolemæi, (licet cum hoc à nonnullis viris doctis confunduntur) tum à Centiloquio Bethemi Arabis. Latine tantum exstant, & Arabis alicujus fœtus, sub falso Hermetis nomine prodiere Venetiis 1493. Fol. una cum tetrabiblo Ptolemæi & Basil 1533. cum Julii Firmici Astrologicis, Fol. Deniq; Ulmæ 1551. & 1674. 12. cum Aphorismis Astrologicis Ptolemæi, Ludovici de Rigiis, Almansoris, auctoris innominati & Hieron. Cardani. Hermeti quoque tribuuntur hi Aphorismi à Stephano de Messana, qui primus latine vertit & obtulit Manfredo Siciliæ Regi, tum à Thaddeo Hagecio ab Hagek cujus commentarius in Aphorismos Hermetis editus Pragæ Anno 1564. 4to. Confer & si placet Vossium de

* Unusquisque septem erraticorum, caput etiam & cauda draconis, habent quosdam annos determinatos, & quilibet planeta disponit natum secundum ferdariam suam. Solis quidem ferdaria sunt anni decem, Veneris autem octo, Mercurii tredecim, Lunæ novem, Saturni undecim, Jovis duodecim, Martis Septem, Capitis tres, & Caudæ duo, qui simul sunt omnes anni septuaginta quinque. *Pseudo Hermes ibid.*

2011 Ministerio de Cultura

scientiis Mathematicis p. 206. 370. & Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 118.

VI. Ut vero Centiloquium Ptolemæi cum Aphorismis hisce Hermeticis confunderent nonnulli, inducti videntur hac ratione, quod ex Haly & aliorum, Arabum maxime, exemplo, rectificandarum Geneseon ratio Astrologis notissima, licet non usquequaque certa atque accurata, vulgo vocatur *Trutina Hermetis*. Illa vero in centiloquio Ptolemæi aphorismo LI. occurrit his verbis: Ἔνθα ἔστιν ὁν τῷ καιρῷ τῆς γεννήσεως ἡ σελήνη, ἐκεῖνο τὸ ζῴδιον ἐν τῇ συλλήψει ὡροσκόπησε· καὶ ἔνθα ἐπὶ τῆς σπορᾶς ἔτυχεν, ἐκεῖνο ἐν τῇ ἀποκυήσει ὡροσκόπησεν, ἢ τὸ τούτῳ διάμετρον. *In quo signo Luna est genituræ tempore, illud in conceptu fuit ascendens: Et in quo signo inventa fuit in conceptu, illud aut ejus oppositum fuit ascendens in partu.* Eundem locum respicit Cardanus ad Ptolemæi tetrabiblum lib. III. text. 3. ubi ait: *etiam Haly judicio Centiloquium esse Hermetis, & non Ptolemæi.*

VII. Præcepta Περὶ σεισμῶν sive *de significationibus terræ motuum*, Versus Hexametri LXVI. In Anthologia Epigrammatum Græcorum p. 285. edit. Aldinæ, vel in Appendice Anthologiæ Francof. 1600. Fol. cum notis Brodæi & Obsopæi editæ p. 4. sq. leguntur sub nomine Hermetis Trismegisti. Mox additur, eos alio in codice Orpheo tribui. Vide quæ de hoc carmine dicimus infra cap. XVIII. num 6. Sane vix alibi Hermeti poëmata sive versus metro adstricti tribuuntur.

VIII. Κυρανίδες, quod nomen non auctoris nec à Kyrano Rege Persarum petitum, sed scripti esse, pridem eruditi observarunt. Etsi vero Salmasius prolegom. ad Solinum, Reinesius lib. I. cap. 2. Var. Lect. & ante hos Scaliger ad Græca Eusebii p. 409. contendunt esse vocabulum Arabicum, ac si dicas συναγωγὰς sive collectiones, tamen Jacobus Goar p. 12. ad Georgium Syncellum (nescio an verisimilius) ex Allatii sententia ostendit esse vocem Græcam Astrologicam à Κύριος, Κυρὰ, ut notetur liber quo vires dominium ac potestates astrorum describuntur. Idem vocabulum κυρανίδες Græcis notum esse docet ex Herodoti lib. IV. c. 19. Græcam Etymologiam sed alio sensu confirmat auctor Kyranidum quæ latinè exstant p. 3. *Kyranides verò dictæ sunt eò quod aliorum meorum librorum istæ sunt reginæ.* Hermetem ἐν τοῖς Κυρανίζι βίβλοις laudat Syncellus p. 35. & 52. ὡσπερ καὶ ἐν τοῖς γενικοῖς τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ἐν τοῖς Κυρανίζι βιβλίοις εἴρηται· & ante Syncellum Olympiodorus, cujus verba adduxit Reinesius p. 7. Var. Lect. πάλιν ἐν τῇ Κυρανίδι ὁ Ἑρμῆς &c.

IX. Eun-

2011 Ministerio de Cultura

IX. Eundem librum à Zosimo ipso allegari sub nomine *Physicorum Hermetis*, putabat sed parum verisimiliter Morhofius ὁ μακαρίτης lib. I. polyhistoris p. 99. Chemici enim argumenti esse constat Physicos illos Hermetis libros.

X. Exstat etiamnum Κυρανὶς liber in variis Bibliothecis Græcè manu exaratus, quo usus est Gilbertus Gaulminus in notis ad Psellum & Theodorum Prodromum &c. Carolus du Fresne in glossario infimæ Græcitatis & alii. Fertur & latina editio duplex, una Lipsiensis, cum notis Andreæ Rivini, quæ ex codice MS. Henrici Ellenbergeri aulæ Magdeburgicæ Archiatri, quem Ellenbergerus ab Eleonora Hasiæ Landgravia dono acceperat, Ellenbergeri filius Rivino concesit, Rivinus donavit Bibliothecæ Paulinæ Lipsiensi ubi adhuc servatur, expressa vulgataque est sub hoc titulo: *Kirani Kiranides & ad eas Rhyakini Koronides* Lipsiæ 1638. 8vo. Altera Francofurtensis 1681. 12mo *iterata vice è membranis Latinis*, ut habet titulus, *edita*.

XI. Græcus titulus ita se habet: Βίβλος κοιρανὶς φυζικῶν συμπαθειῶν καὶ δυσπαθῶν, σύνταγμα κοιράνου βασιλέως περσῶν. Labbeo p. 123. Bibl. nov MSS. *Coeranici liber naturalium virtutum de sympathiis, antipathiis &c. ex primo libro Coerani Regis Persarum & Harpocratione Alexandrino de elementis.* Latinus Interpres Christianus gente Italus qui hisce siglis RA. PA. se occultavit, (unde Reinesius docet errare eos qui existimant esse Gerhardum Carmonensem) in præfatione ait perlatum hunc librum è CPoli in Italiam Manuele Imperante anno Mundi 6677. anno vero Christi 1168. indictione secunda. *Liber Physicalium virtutum, compassionum & certationum, collectus ex libris duobus, experientia videlicet Kyrannidarum Kyrani Regis Persarum & ex libro Apocrationis Alexandrini ad propriam filiam*, quæ inscriptio ex asse convenit cum titulo Græco quem exhibet Cangius in appendice ad glossarium Græcum p. 117. Addit Latinus interpres plurima libri Kyrani auctorem agnoscere Hermetem Trismegistum, & Syriacis characteribus sculpta fuisse in columna ferrea.

XII. Scriptum ipsum quatuor partibus absolvitur, quarum prima agit de viginti quatuor gemmis totidemque herbis, avibus & piscibus, & quæ sint singulorum Magicæ virtutes Medicæque. Secunda similiter agit de quadraginta generibus animantium quadrupedum, tertia de avibus quadraginta & quatuor, quarta denique de quatuor & septuaginta piscibus.

VIII. Hanc

2011 Ministerio de Cultura

XIII. Hanc Latinam editionem omninò ejusdem esse notæ ait Conringius p. 53. de Medicina Hermetica, cum illis Kyranidibus quarum meminerunt veteres, nisi quod non integræ forte ad nos pervenerint. Unde nulla in illis mentio χημείας quæ in antiquis illis Olympiodoro laudatis manifeste stylo Chemico introducitur. Quamvis ex hoc ipso conatus est probare Borrichius p. 81. De Hermetis Ægyptiorumque sapientia, alias omnino illas veteres Κυρανίδας βίβλους fuisse. Quod rectius forte dijudicare possit si quis incidat in MStum codicem Grelotio laudatum hoc titulo: Ἐπιτομὴ χρυσέη ἢ τῦ βιβλίου τῶν ἀρχαίων Κυρανιδῶν. Sane pars eorum quæ Olympiodorus è Kyranidibus profert, in editis legitur sub extremum partis secundæ, præterea cum Græca editione Gaulmino & Cangio inspecta satis convenire Latinæ videtur, nisi quod nec hanc integram reddit, sed multa è Plinio aliisque, multa ex ineptiis sæculi sui addidit, muscerdamque piperi admiscuit, ut queritur Reinesius p. 565. Var. Lect. nec pauca omisit & mutavit ut notat Morhofius, qui p. 100. lib. I. Polyhist. desiderat in Latina editione hymnos singulis herbis subjectos, illarum vires numinumque quibus sacræ sunt potestatem celebrantes, quos in Græco MSto Gaulminus legisse se testatus est, & ex eo editurum se recepit.

XIV. Ex hisce hymnis Persam auctorem confirmat VirClarissimus W. E. Tentzelius in dialogis vernaculis anni 1695. p. 30. quod Persæ inprimis soliti fuerint arborum plantarumque & herbarum vires hymnis decantare. Sed nec aliis hoc inauditum gentibus, Orientalibus non modo, ut vel Salomonis exemplo apparet, qui à Cedro ad hysopum usque nihil plantarum incantatum reliquit; tum Babyloniis, quos Plutarchus VIII. 4. sympos. narrat palmæ arboris virtutes CCCLX. decantasse hymno: Sed & Græcis atque Ægyptiis ut infra patebit ubi Dioscoridis editionem Aldinam recensebimus: ne dicam veteres Persas prosa non versibus usos in hymnis, si credimus Thomæ Hydeo de religione veterum Persarum pag. 340. qui tamen præter rem ibi reprehendit Curtium, quod Magos *patrium carmen* ceciniisse scripsit, uti enim *carmen* dictum est quasi *canimen*, ita hoc nomine vocatur quicquid canitur vel recitatur sive prosa decurrat sive pedibus adstrictum sit. Sic Plinius dixit Christianos Christo *carmen quasi Deo dicere secum invicem.* Et apud Livium passim *carmen solenne* dicuntur verba concepta non versu sed prosa. Similiter apud Senecam Epist. 98. Sed nec *longum illud carmen comitiorum,* quod Trajanum Imperatorem in comitiis præiisse ait idem Plinius in panegyrico, metro constabat, neque *carmen evocationis* deo-

2011 Ministerio de Cultura

Deorum quod refert Macrobius lib. III. Saturnal. c. 9. neque *ſolenne carmen precationis*, quod ab Africano mutatum narrat Valerius Maximus lib. IV. cap. 1. Deniq; liber Catonis qui inſcriptus fuit *carmen de moribus*, proſa conceptus fuit ut docet Gellius lib. II. cap. 2. & Cicero 2. de legibus c. 23. affirmat ſe puerum leges duodecim tabularum *ut carmen neceſſarium* didiciſſe.

XV. Quod vero idem doctiſſimus Tentzelius Kuranidas putat eſſe fragmenta ex Zoroaſtris σωαγωγῆ ἱερᾶ τ̃ Περσικῶν, ex qua locum producit Euſebius Lib. I. præparat p. 42. nemo facile illi accredet. Nam longe aliud illius operis argumentum fuit: unde Vigerus in Latina verſione reddidit *ſacrum Perſicorum rituum commentarium*. G. J. Voſſius, *Hiſtoriam ſacram de ritibus Perſarum*. Præcipue ſi vera ſit Illuſtris Huetii conjectura, qui in demonſtratione Evangelica p. 160. Perſicarum legum Codicem, Perſis *Zundavaſtaw* appellatum eundem eſſe cum illa Euſebio, memoratâ collectione ſacra exiſtimat, quam ſententiam infra in Zoroaſtre paucis expenſam videas licet. Quid enim legibus ſacrisque ritibus commune cum libro Medico Phyſico & Magico?

XVI. Ex Arabum Perſarum Ægyptiorumq; ſcriniis qui Magiæ naturalis & alterius impuræ per multa ſæcula fuere promi condi, congeſtum eſſe Kyranidon librum, Reineſii eſt ſententia Lib. III. cap. 15. Var. Lect. quo ipſo pluribus in locis hoc opus caſtigat & illuſtrat. Sæpe etiam ad partes vocatur ab Ulyſſe Aldrovando in voluminoſo de animalibus opere. Conringio autem, qui ex Ægyptiaca potius lingua, quam ex Arabica Græcè verſum eſſe ante Olympiodori ætatem pertendit, quod Arabica illis temporibus non fuiſſent tanti quæ vertiſſes, ita occurrit idem Reineſius in defenſione variarum lectionum, editori Kyranidon Andreæ Rivino oppoſita p. 150. *Vir clariſſimus qui ad Ægyptios referre mavult, & è vetere Ægyptiaca translatas Kuranides, non adeo adverſatur mihi, admitto enim & ipſe facile etiam Ægyptios quorum ματαιοτεχνία nota eſt, hic ſuas partes egiſſe: hoc ſaltem requiro, ut nomen Kyranides ex Ægyptiaca tam planum faciat, quam ex Arabica feci ego. Si poſt ortum Mohammedem demum literatura Arabica in aliquo cœpit pretio eſſe, uti argumentatur, id non infert illiteratos fuiſſe Arabas priores, & inertes prorſus, neque impedit quo minus diu ante, naturalium rerum ſtudium excoluerint iuxta cum Græcis, etſi quid ſcriptis tradiderint hodie, ignoremus, iſtud enim è Dioſcoride, Plinio, Apulejo de herbis, qui ſubinde Arabicas earum nomenclaturas tanquam partem eruditionis advocant, conſtat.*

2011 Ministerio de Cultura

XVII. *De Arpocratione Alexandrino*, ex cujus libro ad filiam, partem Kyranidum concinnatam esse affirmat auctor præfationis Latinæ, dicemus infra, cum Valerii Harpocrationis περὶ τ̃ λέξεων librum recenſebimus, cum quo eundem esse hunc ſuſpicabatur Mausacus in diſſ. Critica p. 379. edit. Blancardi. Vide interim Barthium Lib. XI. Adversar. c. 17. *Coerani* nomen Ægyptiis non ignotum ostendit *Coeranus* Ægyptius Philoſophus, cujus meminit Eunapius & Ammianus, Suidas item in φῆς: tum alter *Coeranus* Ægyptius temporibus Severi, quem memorat Dio. Ut taceam *Coeranum* Plinio laudatum Muſonii Philoſophi æqualem, quem Græci generis fuiſſe teſtatur Tacitus Lib. XIV.

XVIII. Claudam hoc caput indice ſcriptorum Hermeticorum, quem licet parum accuratum reperi in continuatione Bibliothecæ Geſnerianæ quam adornavit Joſias Simlerus, Hermetem Ægyptium Platonis diſcipulum falſo appellans. *Fertur ſcripſiſſe*, inquit, *imaginum ſive præſtigiorum (an præſagiorum) libros. De anulis Lib. I. De charactere Lib. I. De ſigillis Lib. I. De ſole Lib. I. De imaginibus Martis Lib. I. De imaginibus Jovis Lib. I. De imaginibus Saturni Lib. I. De ſeptem anulis planetarum Lib. I. De medicinis & conjunctionibus planetarum Lib. I. De confectionibus (an conjunctionibus) ad capiendum animalia ſilveſtria Lib. I. De verbo perfecto Lib. I. Ad Aſclepium Lib. I. De matheſi, Lib. II.*

CAPUT X.

De ſcriptis Chemicis quæ ſub Hermetis nomine exſtant. Capita VII. de lapidis Philoſophici ſecretis. 1. *Chemicæ Hermetis ſententiæ à variis ſcriptoribus laudatæ.* 2. *Secreta ſecretorum.* 3. *Tabula ſmaragdina.* 4. *E Phœnicio ſermone translata videtur Kriegsmanno.* 5. *An Græcis innotuerit.* 6. *Teſtimonia de ejus antiquitate.* 7. *Smaragdi & aliæ gemmæ mira magnitudine.* 8. *Mos libros & tabulas una cum defunctis in ſepulchro condendi* 9. *incerta ſaltim eſt γνησιότης ſmaragdinæ tabulæ.* 10. *Hermetis de tincturis Phyſicis. Liber Iſidis ad Horum & alia Græca Chemica MSS.* 11. *Libellus de lapidibus pretioſis.* 12.

I.

TRactatus HERMETIS *Chemicus* ſive *capitula VII. de lapidis Philoſophici ſecretis.* Hæc manu exarata viderat Gesnerus ut in Bibl. teſtatur. Edita ſunt Latinè, adjunctis ab anonymo ſcholiis

2011 Ministerio de Cultura

ſcholiis in tomo quarto theatri* Chemici Argent. 1613. 8vo. Prodierant & Lipſiæ Dominico Gnoſio curante A. 1610. 8vo, ut Germanicas, Anglicas, Belgicasque verſiones omittam. Sed junioris cujusdam ſcriptoris eſſe res ipſa loquitur. Quanquam enim modus docendi reconditum quiddam ſpirat, & ſatis Ægyptium, quia tamen priſcorum ille autor meminit Philoſophorum, aliosque citat Philoſophos, imo ipſum Avicennam, quia in quatuor elementorum pugnâ multus eſt, quia literas Græcas ad partes vocat, quæ ævo Thaautico fuere nullæ, quia toto opere Chriſtianiſmum redolet, neutiquam genuinus Hermetis vetuſtiſſimi ſed recentioris Arabis in artis operibus verſati cenſendus fœtus, uti Borrichius ipſe haud diffitetur libro de ortu & progreſſu Chemiæ, p. 71.

II. Paſſim tamen alibi Hermes in Chemicis citatur à Syneſio περὶς Διόσκορον, Zoſimo, & Olympiodoro, qui etiam Hermetis ἀρχαϊκὴν βίβλον laudat, item ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν Φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα. Quibus adde varias ſententias Hermeticas hinc inde allatas in libris Chemicis, turba ** Philoſophorum, in Margarita pretioſa Petri Boni Lombardi, in libro ſecretorum Calid, in ſeniore Zadith, Haled, Hortulano, Roſario, Rupeſciſſa, Iſaaco Hollando, Alberto Magno, Arnoldo Villanovano, Ariſtotele Chemico, Bernhardo Treviſano aliisque, ſed quas ipſas quoque, utrum ex Germanis Hermetis ſecundi ſcriptis hauſtæ ſint, ambiguum eſſe affirmat in conſpectu ſcriptorum Chemicorum idem Borrichius.

III. Feruntur & *ſecreta ſecretorum* Raymundi Lulli & Hermetis in tres libros diviſa & cum opusculo Thomæ Aquinatis, de eſſe & eſſentia mineralium & Cornelii Alvetani de conficiendo divino Elixire libello edito Latinè Colon. 1592. 8vo, ut præteream ejusdem Lulli poteſta-

* Francofurti quoque A. 1605. 8vo prodiere quatuor ſcripta Chemica ex Arabico verſa hoc titulo: Senioris Zadith filii Hamuelis tabula Chymica. Anonymi expoſitio tabulæ. *Hermetis Trismegiſti liber de Compoſitione*, Anonymi veteris Conſilium Conjugii ſeu de maſſa ſolis & lunæ libri III.

** In hoc libro recentioris cujusdam GræcArabis introducitur Pythagoras turbam diſcipulorum ſuorum docens jubensque & ipſos differere atque conferre inter ſe de rebus Phyſicis ac Chemicis, præſentibus ſententiamque dicentibus etiam aliis Philoſophis, & dicta illorum congregante quodam Arisleo. Vocatur & hic liber *tertia ſynodus Pythagorica de occulta ſapientia*. In altero exemplari ejus (duplex enim exſtat) Arisleus inducitur *Hermetis diſcipulos* congregans & ſententias eorum de lapide & arte Chemica inquirens. Videntur duæ priores ſynodi Pythagoricæ ejusdem argumenti intercidiſſe.

2011 Ministerio de Cultura

tem divitiarum & expositionem *testamenti Hermetis* de lapide Philosophico conficiendo editam cum turba Philosophorum, Rosario aliisque scriptis hujus commatis Basil. 1610. 8vo. Hermetis *librum de corporibus transmutandis* & ejus generis alia.

IV. *Tabula Smaragdina*, magnæ apud Chemicos auctoritatis, quæ in valle Hebron in sepulchro & in manibus cadaveris Hermetis, à Sara (Abrahami uxore, ut in tabula Smaragdina vindicata non dubitat affirmare Christophorus Kriegsmannus) reperta esse dicitur, Continet verbis obscuris (uti solenne est Chemicis multum fumi parum lucis dare) totius ut ajunt magisterii Chemici metalla perficiendi fundamentum, & modum componendi quandam medicinam universalem, sed generalissime descriptum. Quia paucis verbis absolvitur, nihil impedit, quin & hoc loco integra legatur. *Verum sine mendacio, certum & verissimum: quod est inferius, est sicut id, quod est superius, & quod est superius, est sicut id, quod est inferius ad perpetrandum miraculum unius rei: Et sicut res omnes fuerunt ab uno mediatione unius, sic omnes res natæ ab hac re adoptatione. Pater ejus est sol, mater ejus luna: portavit illud ventus in ventre suo. Nutrix ejus terra, pater omnis telesmi totius mundi est hic. Virtus ejus integra est, si versa fuerit in terram. Separabis terram ab igne, subtile à spisso suaviter cum magno ingenio. Ascendit à terra in cœlum, iterumque descendit in terram & recipit vim superiorum & inferiorum. Sic habebis gloriam totius mundi, ideo fugiet à te omnis obscuritas. Hæc est totius fortitudinis fortitudo fortis, quia vincet omnem rem subtilem, omniaque solida penetrabit. Sic mundus creatus est. Hinc erunt adoptationes mirabiles, quarum modus hic est. Itaque vocatus sum Hermes Trismegistus habens tres partes Philosophiæ totius mundi. Completum est quod dixi de opere solis.*

V. Kriegsmannus, qui non è Græco sed è Phœnicio translatam esse contendit, existimavit se non mediocrem lucem tabulæ huic allaturum, si Phœnicii ut ait contextus proprietate servata eandem interpretaretur in hanc sententiam: *Vere non ficte certo verissimeque ajo. Inferiora hæc cum superioribus illis, istaque cum iis vicissim vires sociant, ut producant rem unam omnium mirificissimam. Ac quemadmodum cuncta educta ex uno fuere verbo Dei unius, sic omnes quoque res perpetuo ex hac una regenerantur, dispositione naturæ. Patrem ea habet solem, matrem lunam, ab aëre in utero quasi gestatur, nutritur à terrâ. Causa omnis perfectionis rerum ea est per universum hoc. Ad summam ipsa perfectionem virium pervenit, si redierit in humum. In partes tribuito humum ignem passam, attenuans densitatem ejus re omnium suavissimâ. Summa ascende ingenii sagacitate à terra in cœlum, indeque rursum in terram descende ac vires superiorum inferiorumque coge in unum, sic*

potiere

2011 Ministerio de Cultura

potiere gloria totius mundi, atque ita abjectæ ſortis homo non amplius habebere. Iſthæc jam res ipſa fortitudine fortior exiſtet, corpora quippe tam tenuia quam ſolida penetrando ſubiget. Atque ſic quidem quæcunque mundus continet creata fuêre. Hinc admiranda evadunt opera, quæ ad eundem modum inſtituuntur. Mihi vero ideo nomen Hermetis Trismegiſti impoſitum fuit, quod trium mundi ſapientiæ partium (h. e. Theologiæ, Phyſicæ & Aſtrologiæ) *Doctor deprehenſus ſum. Hæc ſunt, quæ de Chemicæ artis præſtantiſſimo opere conſignanda eſſe duxi.*

VI. Borrichius in conſpectu ſcriptorum Chemicorum illuſtriorum negat ſe in ſcriptoribus Chemicis Græcis hanc tabulam inveniſſe, utcunque ab illis ſpectatam eſſe, & ad latinos derivatam non dubitet: Sed nimirum quis MSta Græcorum Chemica excuſſit omnia? niſi malis cum Gaulmino ſtatuere tabulam illam à victoribus Perſis vel in Ægypto vel vicinia repertam, in Perſidem jam olim translatam fuiſſe, eoque nomen ejus diu Græcis ignoratum. Videtur tamen tabulam hanc inſpexiſſe Anonymus Chemicus Græcus, cujus verba ex MSto Vindobonenſi affert Lambecius Lib. VI. Commentar. p. 175. *Πρῶτος τοίνυν Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος προσαγορευόμενος ἀναφέρεται πεποσενευκασμένην τὴν ἐπωνυμίαν διὰ τὸ κζ' τρεῖς τινας τῆς δυνάμεως ἐνεργείας τὴν παρεῖζαν πίνζιν γινομένην, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω τούτης καὶ τρεῖς διεσώζας τῶν ὄντων ἐσίας ἀναιρίνας. Οὗτος πρῶτος γενόμενος συγγραφεὺς τῆ μεγάλη τέτη μυσηρίη ἀπόλεθρον ἔχεν κ.τ.λ.*

VII. Meminit ejusdem tabulæ Ariſtoteles junior, Chemicus, de perfecto Magiſterio, meminit Senior Zadith, Mag. Ortholanus ſive Hortulanus, neſcio quis, cujus commentarius in tabulam exſtat: Avicenna, Arnoldus de Villa Nova, Iſaacus Hollandus, Albertus Magnus, Bernhardus Treviſanus, & anno Chriſti 1330. Petrus Bonus Lombardus, ut poſteriores fere infinitos prætéream. Athanaſius Kircherus ipſe qui tabulam hanc ſuppoſitam, & à Bernardo Caneſio Alchymiſta primùm mundo oblatam falſò * contendit, in eodem quo hoc ſcripſit Oedipo Ægyptiaco teſtatur prope Memphin ſaxo hæc verba inſculpta legi: *Cœlum ſurſum, cœlum deorſum, quod ſurſum id omne deorſum, hæc cape & beaberis.* Unde integritas & antiquitas tabulæ ſmaragdinæ non parum confirmari eidem Borrichio videtur, qui illam pluribus adverſus Kircherum vindicat in lib. de ortu & progreſſu Chemiæ p. 72. ſqq. Et in conſpectu ſcriptorum Chemicorum notat ſolenne fuiſſe antiquis, rariora legum, geſtorum, artium, lapideis tabulis, columnis

* T. II. Oedipi Ægypt. part. 2. p. 427.

2011 Ministerio de Cultura

mnis, obeliſcis committere: quam rem pluribus tangimus infra cum de columnis Mercurii ſive Hermetis agimus.

VIII. Ac ne quis obducat ſmaragdos ejus magnitudinis quæ tot ſententias caperent non inveniri, cum, Theophraſto περὶ λίθων auctore, ſigilli magnitudinem raro excedant, is norit, inter artificia Chemica etiam eſſe ſimiles gemmas efficere, ut Seneca Epiſt. 90. teſtatur Democritum inveniſſe *quemadmodum decoctus calculus in Smaragdum converteretur.* Et Theophraſtus ipſe tradit in Ægyptiorum commentariis reperiri, regi eorum à rege Babylonio miſſum Smaragdum munere, quatuor cubitorum longitudine & trium latitudine. Et fuiſſe apud eos in Jovis delubro obeliſcum e quatuor Smaragdis, 40. cubitorum longitudine, latitudine vero in parte quatuor, in parte duorum. Se autem ſcribente, eſſe in Tyrii Herculis templo ſtantem pilam è ſmaragdo cujus & apud Herodotum lib. II. cap. 44. mentio, niſi potius pſeudoſmaragdus ſit. Nam & hoc genus reperiri, & in Cypro inventum ex dimidiâ parte Smaragdum, ex dimidia Jaſpidem, nondum humore in totum transfigurato. Addit Plinius Lib. XXXVII. cap. 5. ex Apione Pliſtonice, fuiſſe ſua ætate in labyrintho Ægypti coloſſeum Serapin è Smaragdo novem cubitorum. Sic Epiphanius de gemmis cap. 6. Anaſtaſius Nicænus qu. 38. Svidas in Μωυσῆς Nilus Rhodius Metropolita lib. de lapidibus eorumque theoria, & ex Judæis plurimi, ut R. Simeon in Jalkuth, & R. Bechai ad Exod. XXIV. 12. & paraphraſis Chaldaica ad Cantic. I. 11. tabulas Decalogi ex ſaphiro factas fuiſſe referunt.

IX. Denique nec hoc inſolens eſſe obſervat Borrichius tam egregium repertum in Hermetis tumulo abſconditum fuiſſe: nam ſic & Archimedem ſummo ſepulchro ſuo ſphæram ac cylindrum juſſiſſe imponi, ut auctor eſt Cicero Lib. V. Tuſc. Quamvis hoc πρόβλημα & externum πρίσμου ſepulchri Archimedis longe diverſum videri poteſt à tabula Smaragdina cum Hermete ut ferunt ſepulta ac recondita, cui affinis magis eſt tabella ænea literis ſcripta incognitis, quam in Alcmenæ ſepulchro repertam & à Chonuphi Propheta explicatam refert Plutarchus lib. de genio Socratis p. 577. 578. ſeq.

X. Verum de his quisque ſentiet ut volet, cum nec adverſus pertinaces tabulæ aſſertores evidenter demonſtrari poſſit illam nuper confictam eſſe, nec hi viciſſim argumentis & teſtimoniis exceptione majoribus poſſint ejus γνησιότητα tantamque antiquitatem confirmare & oſtendere.

XI. Hermetis φυσικὴ βαφὴ ſive *de tincturis Phyſicis* liber Chemici

2011 Ministerio de Cultura

mici argumenti, MStus exſtat in Bibl. Regis Galliæ teſte Borrichio p. 81. de Hermetis & Ægyptiorum ſapientia. Hermetem ἐν τοῖς Φυσικοῖς citat Zoſimus Panopolita (apud Syncellum p. 13.) ἐν τῷ ἐννάτῳ τῆς Ἰμὲθ βίβλῳ πρὸς Θεοσέβειαν. Hujus Ἰμέθης filius fertur Aſclepius ſupra memoratus. In Scholiis ad Apollonium Rhodium Lib. II. ubi ad verba: τὸν ῥὰ χρύσεον ἔθηκεν Ἑρμείας, hæc annotata leguntur: χρύσεον δέρας λέγεται τῇ ἐπαφῇ ϛ Ἑρμῆ τὸ δέρας ϛ κελῆ ψυεδϛ χρυσῆν, forte pro τῇ ἐπαφῇ legendum τῇ βαφῇ. Exſtant & Hermetis Iſidisque ab Hermete edoctæ nomine ſcripta Chemica inedita in variis Bibliothecis, quale eſt quod inter alios Chemicos ἀνεκδότους Græcos in Bibl. Sereniſſ. Electoris Bavari legit, Latineque vertit Simon Wagnereckius Jeſuita, qui illud in literis ad Alex. Barvoëtium teſtatus eſt ſe pro genuino habere. De libro qui in Bibl. Regis Galliæ MStus exſtat, & inſcribitur Ἴσις πρὸς Ὧρον τῷ υἱῷ Ὥρῳ ita Borrichius in conſpectu ſcriptorum Chemicorum: *Eſſe ſcriptum illud quod in lararіis doctorum cuſtoditur, ſpurium, multa ex ipſo textu allata docuerint, licet ſua Venere & arte nequaquam deſtituatur. Vox Iſidis inter cætera:* πρεῖπον ὁλὶ ὁ σὸς σὸν γυνᾶ καὶ ἄνθρωπ ἄνθρωπον πείρει, ὅτως καὶ ὁ πείρων θελίζει ὅμοιον τὸ ὅμοιον. *Quæ vel una ſententia ſi preſſius animo infigatur, plurimos in ſubjectis haud raro abſurdis laborantes in rectiorem viam reduxerit. Nec inconſultum illud:* ἡ δὲ Φύσις τῇ Φύσῃ τέρπε, καὶ ἡ Φύσις τὴν Φύσιν νικᾷ. *Accedit horribile illud ſacramentum, quo obligatur Horus, ne commiſſum ſibi arcanum cuiquam patefaciat, niſi vel taciturno filio ſuo, vel amico ſecuriſſimo.* Sacramentum illud ſive jusjurandum ex libro Iſidis MSto Græce affert idem Borrichius lib. de Hermetis & Ægyptiorum ſapientia p. 47. Hermetis Alchemiam ex codice 236. Regis Galliæ memorat Labbeus p. 273. Bibl. nov. MSS. Plura de Chemicis Græcis ineditis diximus libro poſtremo hujus Bibliothecæ. Vide ſis interim Cangii gloſſarium in voce ποιητής. Conringium de Medicina Hermetica, pag. 34. Borrichium pag. 80. Labbeum p. 128. ſeqv.

XII. *Libellus de lapidibus pretioſis* ſub Hermetis nomine, fuit in Bibliotheca Thomæ Erpenii, Arabice ſcriptus A. Hegiræ 749. h. e. anno Chriſti 1348. quem ex Græca non ex Ægyptiaca verſum lingua hoc argumento lubrico probat Conringius p. 55. quod auctor Hermes appelletur, non Ægyptio nomine Thoth. Uſus libello videtur Albertus Magnus, qui in doctiſſimo de mineralibus libro frequenter Hermetis ſententias citat, præſertim de gemmis agens. Cum autem ex illo opuſculo adferantur quæ Kyranidum libro & Ægyptiorum de gemmis doctrinæ ſunt ſimilia, Ægyptiacæ forte foeturæ eſt, etſi minime ſit à manu aut etiam ab ævo Hermetis.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XI.

De ſcriptis Hermeti olim tributis, quæ perierunt. Mercurii columnæ in terra Seriadica. 1. *Mos veterum, inventa & leges columnis inſculpendi.* 2. *Columnæ Herculis, & Darii. Ægyptiorum Obeliſci.* 3. *Libri Hermetici memorati Cyrillo, Plutarcho & Galeno.* 4. *Clementi Alexandrino.* 5. *Jamblicho & Julio Firmico.* 6. *Immanis numerus Hermeticorum librorum.* 7. *Interpretes librorum Hermeticorum Græci, Arius Megapolitanus, Bitys, Didymus, Evander ſive Evanthus & Seleucus Theologus.* 8. Ἑρμαϊκαὶ Ἀναπάξεις, Σαλμενιχιακά, *Liber ſeptem Planetarum.* Γενικὰ *ſive* Γενικοὶ λόγοι *&c.* 9. *Locus ex Hermetis κρυφίῳ λόγῳ apud Chariſium emendatus.* 10.

I.

POſt hæc quæ de ſcriptis ſub Hermetis nomine hodieque exſtantibus dicenda habui, conſequens eſt ut deperdita quoque illius breviter commemorem, in quibus primo ſtatim loco occurrunt I. *Mercurii columnæ* literæque arcanæ, quibus ad philoſophiam velut Magiſtris uſi feruntur Pythagoras, Plato & alii. Vide Ammianum Marcellinum Lib. XXII. cap. ult. Ex his columnis Thothi ſive Mercurii Sanchoniathon quoque profecit, ſi credimus Philoni Byblio apud Euſebium Lib. I. præparat. c. 9. p. 31. ſqq. & Svidæ in Σαγχωνιαθών. Ex iisdem Manetho Sebennyta cujus Ἐπιτομὴ τῶν Φυσικῶν laudat Laërtius in proœmio, (eundem enim innui non dubito) & cujus Mythologumena de Iſide, Oſiride Apide & Sarapide aliisque Diis Ægytiorum memorat poſt Clementem Alex. 1. Strom. Euſebius in præparat. Lib. I. & IV. Theodoritus Lib. II. θεραπ. &c. concinnavit librum Σώθεως Regi Ptolemæo Philadelpho dicatum, ut eſt apud Syncellum p. 40. ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαραγμένων ὑπὸ Θωὺθ τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ καὶ ἑρμηνευθέντων μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν ἑλληνίδα φωνὴν, γράμμασιν ἱερογλυφικοῖς καὶ ἀποτεθέντων ἐν βίβλοις ὑπὸ τοῦ Ἀγαθαίμονος τοῦ δευτέρου Ἑρμοῦ πατρὸς ὃς καὶ Τὰτ ἐν τοῖς αὐτοῖς τῶν ἱερῶν Αἰγυπτίων. Easdem στήλας Manetho vocat ἱερὰ βιβλία γραφέντα ὑπὸ τοῦ πεντάτερου τρισμεγίστου Ἑρμοῦ. Confer Syncellum p. 124. Terram Seriadicam in quibus hæ columnæ repertæ dicuntur, in Ægypto quærendam

2011 Ministerio de Cultura

rendam recte post alios viros eruditos docet H. Dodvvellus in Appendice ad dissertationes Cyprianicas, nisi Eusebius quem Syncellus sequitur, columnas Mercurii confudit cum columnis posterorum Sethi, quas Josephus testatur positas κ τὴν Συριάδα, sive ut Eustathius Antiochenus in Josepho legisse videtur, κ τὴν Σηιρειάδ: unde If. Vossio de LXX. interpretibus p. 271. & Marshamo p. 39. Canonis Chronici in mentem venit intelligi Sehirath locum in Galgalis, in quo lapides sculptos memorat liber Judicum III. 26. H. Valesius notis ad Ammian. apud Syncellum legebat ἐν Συριγγικῇ γῇ, parum verisimili conjecturâ.

II. De eodem argumento consulere juvabit Illustris doctrinæ Virum Huetium in demonstratione Evangelica p. 93—97. ubi fuse etiam agit de more antiquissimo ante papyri usum recepto, præclara inventa, leges aliaque posteris tradendi in columnis, saxis, parietibus, tabulis æneis, de quo videndus insuper Lucas Holstenius ad Vitam Pythagoræ scriptam à Porphyrio p. 67. 68. Humfredus Prideaux in limine notarum historicarum ad Epochas marmoreas Arundelianas, Hermannus Hugo de prima scribendi origine cap. 10. & Petrus Holmius de scriptione c. 4. editus à Cl. V. Tho. Crenio in Analectis, p. 440. seqv. Singillatim de Ægyptiis Proclus Lib. I. in Timæum: Αἰγυπτίοις δ' ἔτι καὶ τὰ γεγονότα διὰ τὴν μνήμης ἀεὶ νέα πάρεσιν, ἡ δὲ μνήμη διὰ τὴν ἱστορίας, αὕτη δὲ διὰ τὴν σηλῶν ἐν αἷς ἀπεγράφοντο αἱ δόξαι καὶ τὰ θαύματα· ἄξιαι δ' εἰσὶν ἐν πράξεσιν εἰσὶν ἐν εὑρέσεσιν. Galenus initio Apologiæ Aphorismorum Hippocratis contra Julianum: Ἐν Αἰγύπτῳ πάλιν τῶν κ τὰς τέχνας ἐυρισκομένων ἕκαστον ὑπὸ κοινῆ συνεδρίᾳ τῶν πεπαιδευμένων κριθὲν ἐνεγράφετο σηλαῖσι πισὶν ἀποκειμέναις ἐν ἱεροῖς χωρίοις. In libro *Minerva mundi*, Hermes ipse inducitur ἃ ἐνόησεν χαράξαι καὶ χαράξαντα κρύψαι, & alio loco de Iside & Osiride, ἔστι, inquit, τὰ κρυπτὰ τῶν ἐμῶν ἐπιγνώσονται γραμμάτων πάντων, καὶ διακινῆσι, καὶ ἵνα μὴ αὐτοὶ κατέξωσι, ἃ ἦ καὶ πρὸς ἐυεργεσίας ἴνητῶν φθάνει, σήλας καὶ ὀβελίσκοις χαράξωσιν. Et paucis interjectis: ἔστι τὸ πρειέχον ὅλη δαιμόνων ἐπληρώθη, παρ' Ἑρμῆ μαθόντες κρυπταῖς σήλαις ἐχάραξαν.

III. Ex columnis Mercurii veteres Græcorum Philosophos profeciisse auctor est Jamblichus lib. de Mysteriis Ægyptiorum sect. I. cap. 2. Φιλόσοφον δ' εἴ τι προβαλλεις ἐρωτημα, διακρινῶμέν σοι καὶ τοῦτο κ τὰς Ἑρμῆ παλαιὰς σήλας ἃς Πλάτων ἤδη πρόσθεν καὶ Πυθαγόρας μαγόντες φιλοσοφίαν συνεσήσαντο. Idem Proclus ex Crantore refert Platonem à Prophetis Ægyptiorum furti reum peractum, quod sermonem Atlanticum ab Ægyptiis hausisset quæ ἐν σήλαις ἔτι σωζομέναις insculpta legerentur, perinde ut apud Clementem Alex. 1. Strom. p. 303. arguitur Democri-

2011 Ministerio de Cultura

tus ex Babylonii Acicari columna libros ſuos morales incruſtaſſe. Confer quæ de columnis Mercurii & Ægypti Syringibus atque obeliſcis collegere Valeſius ad Ammianum Marcellinum Lib. XXII. cap. 15. & Tho. Gale ad Jamblichum p. 185. qui apud Theophilum Antiochenum pro στήλας Ἡρακλέους legit Ἑρμοῦ, quamvis fuere etiam Herculis columnæ, non tantum illæ Geographis celebratiſſimæ prope Gades *Abyla* & *Calpe*, ſive ut alii vocant *Alyba* & *Abenna*, ſed & aliæ ex auro argentoque confuſo factæ & in templo aſſervatæ, quas neque Ægyptiis neque Indicis ſed ignotis vulgo literis ab Hercule inſcriptas explicavit Apollonius Tyanenſis apud Philoſtratum l. V. c. 1. Confer Strabonem in extremo lib. III. de Steelis Ægytiorum ſtemmata Deorum continentibus Martianum Capellam lib. II. p. 35. De Darii Perſarum Regis columnis binis ad bosphorum exſtrui juſſis è candido lapide, quarum una literis Græcis altera Aſſyriacis inſcripta erat, Vide Herodotum Lib. IV. c. 87. Alius columnæ ab eodem Dario prope Tearum fluvium erectæ inſcriptionem refert cap. 91. Quales porrò fuerint veteres illi Ægyptiorum obeliſci, à Meſtre, Sothi, Ramiſe, Mnevide, Smarre aliisque Ægypti Regibus poſiti & literis exornati hieroglyphicis, apparet ex Athanaſii Kircheri Oedipo * Ægyptiaco & Obeliſco Pamphilio, quibus figuræ illorum literis hieroglyphicis refertæ exhibentur, etſi expoſitiones Kircheri parum probantur viris eruditis, Joh. Ovveno in Theologumenis p. 82. 84. 283. 286. 291. 313. Jac. Windeto lib. de vita functorum ſtatu p. 17. Cheuræo in Chevræanis, T. II. p. 173. ſq. Iſ. Voſſio de LXX. interpretibus p. 330. &c.

IV. Apud Cyrillum 1. contra Julianum p. 30. memoratur ὁ ζυντεθεικὼς Ἀθήνῃσι τὰ ἑπτάκλην Ἑρμαϊκὰ πεντεκαίδεκα βιβλία, *qui opus quindecim librorum Hermeticorum Athenis compoſuit*, ex cujus libro primo affert Cyrillus præclara quædam de Hermetis inventis: ἆρ' οὐχὶ καὶ τὸν ἡμέτερον Ἑρμῆν ἀκούεις τήνδε Αἴγυπτον εἰς λῆξιν καὶ κλήρους ἅπασαν τεμεῖν, χοίνῳ τὰς ἀρούρας καταμετρῆσθαι, καὶ διώρυχας τεμέσθαι ταῖς ἐπαρδεύσεσι, καὶ νόμους θεῖναι, καὶ τὰς χώρας ἀπ' αὐτῶν πεφυτεικέναι, καὶ καταφήσασθαι τὰς συναλλάξεις τῶν συμβολαίων, καὶ νεωστὶ φύσασθαι καταλόγου τῆς τῶν ἄστρων Πτολεμαίου, καὶ βοτάνας τεμεῖν, ἢ πρός γε ἀριθμοὺς καὶ λογισμοὺς καὶ γεωμετρίαν, ἀστρονομίαντε, ἀστρολογίαν, καὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὴν γραμματικὴν ἅπασαν εὑρόντα πλάσθαι. Hos XV. libros Hermaicorum dogmatum Platoni inſpectos putat Tho. Galeus ad Jamblichum de Myſteriis p. 296. quo argumento, neſcire me fateor. Forte ex illis fuere libri quos Hermetis nomine laudat Plutarchus & Galenus, Plutarchus de Iſide & Oſiride p. 375. Ἐν ταῖς Ἑρμοῦ λεγομένοις βιβλίοις ἱερεῦσι γεγράφθαι φεὶ

* Tomo III.

2011 Ministerio de Cultura

περὶ τῶν ἱερῶν ὀνομάτων κ. τ. λ. Galenus Lib. VI. de simpl. Medicamentorum facultatibus cap. I. Ἐν τινι τῶν εἰς Ἑρμῆν τὸν Αἰγύπτιον ἀναφερομένων βιβλίων περιέχοντι τὰς λ' τῶν ὡροσκόπων βοτάνας &c. mox addit huic *libro de XXXVI. horoscoporum herbis* quo velut Hermetis, Pamphilus usus fuerat, nihil se tribuere, αἱ ἔνδηλον, inquit, ὅτι λῆρός ἐισι καὶ πλάσματα τὰ συνήθη. Videtur in illo libro similia de herbis legisse Galenus, qualia hodie in Kyranidum opusculo occurrunt, de quo supra dictum est. Rejicit & ibidem *Ophionica Conchlacis*, nominis commentitii, & ad deridendos lectores comparati.

V. Clemens Alexandrinus sexto Stromateon p. 633. sq. Ægyptiæ Philosophiæ discendæ tradendæque methodum recensens, libros XLII. Hermetis refert, quorum plures paucioresve, alii itemque alii addiscere debuerint. Quia locus notissimus est & paulo prolixior, nolui integrum eundem hic repetere, tamen cum à Joh. Marshamo p. 241. sq. Lambecio p. 137. sq. & aliis numerus librorum XLII. non satis bene nec ex mente Clementis computetur, observabit lector eum quam optime prodire sic:

1. Ὕμνοι θεῶν.
2. Ἐκλογισμὸς βασιλικὸς βίβ.

Ἀστρολογουμένων βιβλία δ'.

3. Περὶ τῆς διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων.
4. Περὶ τῶν συνόδων ἡλίου καὶ σελήνης.
5. Περὶ τῶν φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης,
6. Περὶ τῶν ἀνατολῶν ἡλίου καὶ σελήνης.

Τὰ ἱερογλυφικά, βιβλία ί.

7. Περὶ κοσμογραφίας.
8. Περὶ γεωγραφίας.
9. Περὶ τῆς τάξεων ἡλίου καὶ σελήνης.
10. Περὶ τῶν ἐ πλανωμένων.
11. Χωρογραφία τῆς Αἰγύπτου
12. Ἡ δὲ Νείλου διαγραφή.
13. Περὶ τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερέων.
14. Περὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων.
15. Περὶ μέτρων.
16. Περὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων.

Τὰ παιδευτικὰ καὶ μοχθοφραγιτικά (ita enim recte ex Herodti l. II. 39. & Porphyrii IV. περὶ ἀποχῆς p. 366. legit Marshamus p. 242. & Conringius p. 57. non μοχθοζφαγιτικά) βιβλία ί τὰ εἰς τὴν τιμὴν ἀνήκοντα τῶν παρ' αὐτοῖς Θεῶν καὶ τὴν Αἰγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα, οἷον

2011 Ministerio de Cultura

17. περὶ θυμάτων.
18. περὶ ἀπαρχῶν.
19. περὶ ὕμνων.
20. περὶ εὐχῶν.
21. περὶ πομπῶν.
22.—26. περὶ ἑορτῶν καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων.

Τὰ ἱερατικὰ, βιβλία ἑ. περὶ νόμων καὶ Θεῶν καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων. 27.—36.

Τὰ ἰατρικά, βιβλία ς'.
37. περὶ τῆς τοῦ σώματος καταςκευῆς.
38. περὶ νοςων.
39. περὶ ὀργάνων.
40. περὶ φαρμάκων.
41. περὶ ὀφθαλμῶν.
42. περὶ τῶν γυναικείων.

VI. Jamblichus de Myſteriis Ægyptiorum ſect. VIII. c. 1. viginti millia librorum ab Hermete ſcripta refert ex teſtimonio Seleuci, vel ex Manethonis teſtimonio libros 36525, quæ eſt ſumma annorum quos 30. dynaſtiis Ægypti idem Manetho & vetus Chronicon apud Syncellum p. ς 1. tribuit, unde viro docto in mentem venit ſuſpicari quod non libri intelligendi ſint, ſed orbium cœleſtium περίοδοι. Sed aliud omnino ſuadent Jamblichi verba: Τὰς μὲν ἓν ὅλας ἀρχὰς Ἑρμῆς ἐν ταῖς δισμυρίαις βίβλοις, ὡς Σέλευκος ἀνεγράψατο, ἢ τῆς τριςμυρίας τε καὶ ἑξακισχιλίας καὶ πεντακοσίας καὶ εἴκοσι πέντε, ὡς Μανεθὼς ἱςορεῖ, τελέως ἀνέδειξε· τὰς δ' ὑπὸ τῶν κθ' μέρος ἑξιῶν ἄλλοι ἄλλας παραβάλλοντες τῶν παλαιῶν πολλαχῶς διερμηνεύσι. Jamblicho ſuccinens Julius Firmicus, *Mercurius Ægyptius*, inquit, *conſcripſerat viginti millia voluminum de variis ſubſtantiis & principiis & poteſtatum ordinibus cœleſtium, quæ aliæ atque aliæ traditæ fuerant, in quibus Aſtrologia & Theologia Ægyptiorum explicabantur, quas artes docuerat Æſculapium & Anubium.* Idem alibi referre ſe ait mundi genituram ex Æſculapio & Anubio, *quibus potentiſſimum Mercurii numen iſtius ſcientiæ ſecreta permiſit.* Et paucis interjectis: *ſicut in illo libro continetur Æſculapii, qui Myriogeneſis appellatur*, Lib. II. Matheſ.

VII. Numerus tantus librorum Hermetis merito multis incredibilis viſus eſt. Itaque Bochartus Lib. I. Chanaanis cap. 15. verſus ſive ςίχους interpretatur, G. Hornius Lib. I. cap. 6. Hiſtor. Philoſ. poſt Steuchum Eugubinum & Gilb. Genebrardum, papyri folia. Galeus ad Jamblichum p. 295, breviores λόγους, qualia ſunt capita Poemandri Ficiniani.

2011 Ministerio de Cultura

niani. Potest etiam facilis error irrepsisse in numeris, præterea constat, quorumlibet sapientum Ægyptiorum scriptis & inventis augustum Hermetis nomen præfixum olim fuisse, ita enim diserte Jamblichus in limine libri de Mysteriis: Θεὸς ὁ τῶ λόγων ἡγεμὼν ὁ Ἑρμῆς πάλαι δέδοκται καλῶς ἅπασι τοῖς ἱερεῦσιν εἶναι κοινός. Ὁ δὲ τῶ περὶ Θεῶν ἀληθινῆς ἐπιστήμης προηγησάμενος εἷς ἦν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις, ᾧ δὴ καὶ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰ αὐτῶν τῶ σοφίας εὑρήματα ἀνέθεσαν, Ἑρμῆ πάντα τὰ οἰκεῖα συγγράμματα ἐπονομάζοντες. Idem sect. VIII. c. 2. ait Hermetem reliquisse libros mille de diis cœlestibus, centum de Diis empyreis, totidemque de Diis æthereis: ἅπαντα μὲν ἐν εἰσὶν δεκαὶ πρεσβύταται πάντων, ἃς Ἑρμῆς περὶ τῶ ἀιθερίων καὶ ἐμπυρίων Θεῶν πρότατάξατο καὶ τῶ ἐπουρανίων. Ἑκατὸν μὲν περὶ τῶ ἰσοδίας τῶ ἐμπυρίων, καὶ ἰσάριθμα τούτοις περὶ τῶ ἀιθερίων συγγράμματα φέρεται, χίλια δὲ περὶ τῶ ἐπουρανίων.

VIII. Cap. 4. fatetur idem Jamblichus, Hermeticos libros quod Græce ex Ægyptiaco translati sint, passim loqui linguam Græcorum Philosophorum, tamen Ἑρμαϊκὰς δόξας sive Hermeticas Opiniones illis tradi & contineri. Τὰ μὲν δὴ φερόμενα ὡς Ἑρμοῦ Ἑρμαϊκὰς περιέχει δόξας, εἰ καὶ τῇ τῶ φιλοζόφων γλώττῃ πολλάκις χρῆται. Μεταγέγραπται δὲ ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας γλώττης ὑπὸ ἀνδρῶν φιλοσοφίας οὐκ ἀπείρως ἐχόντων. Ab Hermæo puta, Didymo, Ario Megapolitano, Evandro cujus Theo meminit, & quem Evanthum Porphyrius suspicante Galeo appellat. His adde *Bityn*, quem cap. 5. Jamblichus ait Hermetis libros hieroghyphicis literis scriptos interpretatum esse Ammoni Regi: ὑφηγήσατο δὲ καὶ τοιῦτον τρόπον ὁδὸν Ἑρμῆς. Ἡρμήνευσε δὲ Βίτυς πρόφητης Ἄμμωνι βασιλεῖ ἐν ἀδύτοις εὑρὼν ἀναγεγραμμένα ἐν ἱερογλυφικοῖς χαράγμασιν κζ΄ Σάϊν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, ὅ, τε τοῦ Θεοῦ ὄνομα παρέδωκε τὸ δῆκον δι ὅλου κόσμου. & cap. 7. αὐτὸ δὴ τ' ἀρχῆν τὸ μὲν θεῖον ἡγεῖται τὸν προεννοούμενον Θεὸν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν, ὅπερ Βίτυς ἐκ τῶ Ἑρμαϊκῶν βίβλων μεθηρμήνευσεν. *Seleucus* porro quem de tanto Hermaicorum librorum numero testem Jamblichus laudat, Alexandrinus sine dubio ille est, quem centenos de Diis libros scripsisse refert Svidas, Hermeticorum ejusdem argumenti voluminum (ut recte conjiciebat Galéus) Epitomen. Hunc Seleucum Theologum laudat Porphyrius libro περὶ ἀποχῆς secundo. Memoratur & Seleucus Magus Theodoro Meliteniotæ in præf. ad Astronomiam.

IX. Porro Jamblichus sect VIII. cap. 6. ex Hermeticis libris profert dogma de duplici hominis anima, & cap. 4. Σαλμυιακὰ memorat partem quandam exiguam Ἑρμαϊκῶν Διατάξεων, sive observationum Hermetis Astrologicarum. Σαλμυιακὰ vocantur etiam apud Hephæstionem Thebanum, quam Salmasius p. 605. de annis Climactericis,

2011 Ministerio de Cultura

genuinam esse lectionem putat, quod Persæ isthâc voce appellent commentaria, quibus continentur, quæ ad stellarum ortus & occasus pertinent & lunæ incrementa & decrementa, & ex his tempestatum prædictiones ab Astrologis fieri solitæ. In Epistola Porphyrii ad Anebonem Ægyptium quam refert Eusebius Lib. III. præparat. cap. 4. legitur ἐν τοῖς Ἀλμωιχιακοῖς, quod notius vocabulum est Arabum, qui Persicam appellationem ita corruperunt, & Calendarium Almanach nominant. Ἑρμαϊκὰς illas Διατάξεις idem Salmasius putat esse inscriptas Γενικὰ. Sane in Hermetis Γενικοῖς καὶ τῆς ἀποκαταστάσεως ζωδίων de Decanis & similibus argumentis actum fuisse, ex Syncello & aliis Γενικῶν fragmentis apparet, quod non male convenit cum his quæ de Ἑρμαϊκαῖς Διατάξασι habet Porphyrius. Ὅσοι γὰρ πλάνητας καὶ τὸν ζωδιακὸν τέσσαρε Δεκανοὺς καὶ ὡροσκόπους, καὶ τοὺς λεγομένους κεντρικοὺς ἡγεμόνας παραδιδόασι (male παραδίδωσι excusum in Jamblicho in edit. Galei p. 160.) τὰς μεριστὰς τῶν δεκῶν Διανομὰς ἀναφαίνουσι. Mercurii *librum septem Planetarum* laudat Guilelmus Parisiensis part. 2. Opp. p. 232. Γενικὰ allegantut in libello qui exstat sub Hermetis nomine, & inscribitur κλεῖς ad Tatum, cum quo etiam habiti fuerunt οἱ γενικοὶ λόγοι, quorum Epitome esse, statim in limine, clavis ista dicitur. ἐπεὶ καὶ τὰ Γενικῶν λόγων τῶν πρὸς αὐτὸν (τὸν Τὰτ) λελεγμένων ἐστὶν Ἐπιτομή. (Lib. IV. edit. Patricii) οὐκ ἤκουσας ἐν τοῖς γενικοῖς ὅτι ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τὰ πάντα πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν &c. Idem locus affertur à Stobæo p. 128. Eclog. physic. Citantur & Γενικὰ Hermetis in limine libelli VII. (edit. Patricii) ἐν τοῖς Γενικοῖς ὦ πάτερ, αἰνιγματωδῶς καὶ ὑπαλλαγῶς ἔφρασας περὶ θεότητος Διαλεγόμενος κ. τ. λ. In fragmento Hermetis quod ex Schedis Stobæanis Is. Vossii adducit Galeus ad Jamblichum p. 296. Ἐπεί μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν Γενικοῖς λόγοις ὑπέσχε δηλῶσαι περὶ τῶν τριάκοντα ἐξ Δεκανῶν. Horum Decanorum nomina Ægyptiaca vide apud Salmasium libro de annis climactericis p. 610. sqq. Γενικὰ Hermetis porrò laudat Georgius Syncellus p. 35. & 52. Scaliger ad Græca Eusebii p. 409. putat in Hermetis Γενικοῖς (qui plures λόγοι fuerunt non unus liber) origines contentas fuisse (κοσμογονίαν Cudvvorthus p. 327.) ut prima pars libri primi Mosis dicitur ספר תולדות βίβλος γενική: sic & per γενεὰς digesta fuisse tempora à Manethone. Jacobus Goar ad Syncellum p. 12. generales Astrologiæ regulas complexos sive Genethliacos tractatus fuisse suspicatur. Sane ut ex epitome γενικῶν quam extare diximus recte colligunt Conringius & Galeus, in Genicis sive Genericis (ut vertit Patricius) agebat Hermes de principiis rerum generalibus, Deo, Intelligibili, Mente, mundi anima, natura, mundo, animali, homine

2011 Ministerio de Cultura

mine & ſimul complectebatur principia Aſtrologica, Medica & Phyſica, Myſticaque, quæ argumenta junctim in libris Ægyptiacis tractata fuiſſe notat ſcriptor Anonymus ſcholiorum in Ptolemæi tetrabiblon p. 15. *οἱ Αἰγύπτιοι ἐγνωκότες τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἀγνοίας, οὐκ ἰδίᾳ μὲν τὰ ἰατρικὰ συνέταξον, ἰδίᾳ δὲ τὰ Ἀστρολογικὰ καὶ τὰ τελεστικὰ, ἀλλ' ἅμα πάντα συνέγραψαν, ἵνα τὰ ζυγενῆ καὶ ἐφεξῆς τεταγμένα εἰς καὶ ὁ αὐτὸς εἰδὼς μὴ ὢν δὲ τὴν ἄγνοιαν τῶν κοινῶν τούτων αὐτισῆναι τοῖς ἔπειτα μὴ δυνήσε.* Porro illa *Γενικὰ* Hermetis notante eruditiſſimo Galeo Jamblichus *περὶ ὅλων δεκτῶν βίβλους* vocat, ſive *ὅλας δεκτὰς* ab Hermete explicatas teſtatur, quo titulo Origenes, Porphyrius, Damaſcius aliique uſi ſunt in ſcriptis ejusdem argumenti. Ut erat argumentum generale, ita & modus tractandi communis. Multa proponebant magis quàm explicabant, Inde eſt quod ipſe vel Pſeudo Mercurius in aliis ſcriptis nonnulla ex *Γενικοῖς* repetit & particularius tractat, velut in *διεξοδικοῖς* quæ laudat Cyrillus. Dicta igitur ſunt *Γενικὰ* ad diſtinctionem *τῶν μερικῶν* quæ ab aliis poſt Hermetem ſcriptoribus pertractata idem Jamblichus innuit eodem loco ſect. VIII. cap. 1. *τὰς δ' ἐπὶ τῶν κζ μέρους δεσιῶν δεκτὰς ἄλλοι ἄλλας λαμβάλλοντες τῶν παλαιῶν πολλαχῶ διερμηνεύσασι.* Hoc plane ſenſu Ptolemæus in tetrabiblo *περὶ τῶν καθόλου* & *περὶ τῶν κζ μέρους* agit Lib. II.

X. Flavius Soſipater Chariſius laudat Hermetem *ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ.* Adſcribam locum ut emendandum eſſe conjicio, quia depravatus apud Chariſium legitur Lib. II. Inſtitutionum Grammaticarum p. 213. edit. Putſchii : *Fufu* (dicimus) *cum putoris aliquid perhorreſcimus, quæ vox numquid Ægyptium παθος ducit ? Nam ut Hermes ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ ſcribit, ὑὸς ἐλέχθη ζαπερὶ σπορά. Τὸ γὰρ ὕσαπρόν ἐστιν, τὸ ἢ ὂν ἐσία, καθάπερ τὸ γένος ἀνθρώπων ἐκ πυρὸς καὶ θανάτου σολῆς ἐγένετο. Numquid ergo poſterior ætas f literam addidit, & pro y, u loquens, fu loqui cœpit,* (ſic Græci dicunt φῦ φῦ) *cum antea ſola u litera vituperatio videatur.*

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XII.

De inventis Hermeti tributis. Literæ è volatu gruum. 1. *Grammatica.* 2. *Quid antrum Hermetis apud Orpheum?* ibid. *Eloquentia.* 3. *Arithmetica.* 4. *Leges.* 5. *Deorum cultus & sacrificia.* 6. *Geometria.* 7. *Horæ diei.* 8. *Astronomia & Astrologia.* 9. *Medicina.* 10. *Lyra septem chordarum.* 11. *Talorum & tesserarum ludus.* 12. *Palæstra.* 13. *Obiter de Hermis sive statuis Mercurialibus. Hermes Vius.* ibid *Oleæ usus, & tollenonis.* 14. *Mercatura.* 15. *Variæ hinc inde observationes.*

INventa quoque Hermeti sive Thoyto Ægyptiorum tribuuntur haud pauca, & præstantissima.

I. *Literæ* * tum ab aliis tum à Mnasea apud Melampodem in Scholiis ineditis ad Dionysium Thracem. In aliis ad eundem Dionysium Scholiis MSS. τινὲς ϑ' φασὶν τὰς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων τὰς παρ' ἡμῖν ὑπὸ Ἑρμοῦ ἐκ Φοίνικος Φύλλων γεγραμμένας καταπεμφθῆναι τοῖς ἀνθρώποις, διὸ καὶ Φοινίκικα λέγονται γράμματα. Cassiodorus Lib. VIII. Variar. Epist. 12. *Has primum, ut frequentior tradit opinio, Mercurius reparator artium multarum volatu Strymoniarum avium collegisse memoratur.* (Alii hoc tribuunt Palamedi, unde grues aves Palamedis dicuntur Martiali Lib. XIII. Epigr. 75.) *Nam & hodie grues qui classem consociant, alphabeti formas natura imbuente describunt, quas ordinem in decorum redigens vocalibus consonantibusque congruenter admixtis, viam sensualem reperit, per quem alta petens penetralia prudentiæ mens possit velocissime pervenire.* De volatu literato gruum videndus præ cæteris Jacobus Gaffarellus curiositatum inauditarum p. 250. seqv. Meminit & Martialis Lib. IX. Epigr. laudans nomen Earini dignissimum *quod penna scribente grues ad sidera tollant.* Ulysses quoque apud Philostratum in Heroicis ait non à Palamede sed à gruibus repertas literas.

II. *Ars Grammatica*, à Platone in Phædro ac Philebo, Tzetza Chiliad. V. hist. 26. aliisque quam plurimis. *Antrum Hermetis* apud Orpheum in λιθικοῖς idem Tzetza Chil. XII. hist. 431. exponit libros, sive scripta.

III. *Elo-*

* Athanasius Kircherus non dubitat etiam Hieroglyphicas Ægyptiorum literas ab Hermete fuisse repertas. De literis Alphabeti Græci & Copti cum Charactere Hermetico (ut putat) Zoographico collatis Vide eundem T. 3. Oedipi p. 47. seqv.

2011 Ministerio de Cultura

III. *Eloquentia*, ** teſte Diodoro Siculo Lib. I. cap. 16. Tzetza Chiliad. 6. hiſt. 89. &c. Unde paſſim audit Ἑρμῆς λόγιος, λόγος præſes, & ἡγεμών, ἀπὸ τοῦ διδάξαι αὐτὸν τὴν Ἑρμαϊκὴν τοῦ ἀνθρώπους. Legationum quoque ac pacificationum auctor ac repertor κηρυκείου ſive caducei, ut narrat Diodorus Sic. Lib. V. p. 341. unde κοινὸς Ἑρμῆς quod utrique parti proſit. Etiam huc ſpectat quod viri eloquentes dicuntur Ἑρμαϊκὴ σειρά, qua de re notavi ad Eunapium. Tum proverbium, *virga Mercurialimovere & excitare* apud Julianum Epiſt. 40. Ex Odyſſ. ε. Paulus quoque Apoſtolus Lyſtrenſibus Hermes audiit, ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. Actor. XIV. 12. Confer Tzetzam Chil. XII. hiſt. 429.

IV *Numeri & Arithmetica*, ab eodem Platone in Phædro.

V. *Leges*, teſte iterum Platone in Protagora, Cicerone & Æliano Lib XIV. Var. cap. 34. & Lib XII. cap. 4. ubi perperam irrepſit nomen *Seſoſtris*, & νοήματα vitioſe in quibusdam excuſum pro νόμιμα.

VI. *Deorum cultus & ſacrificia.* ut eſt apud Diodorum Sic. Lib. I. cap. 16. cujus locum laudat etiam Euſebius Lib. II. præparat. cap. 1.

VII. *Geometria* teſte Platone in Phædro, cui ſuccinens Plutarchus, πάσης, inquit, τῆς μετρήσεως εὑρετὴς Ἑρμῆς ὁ Ἰβιακός. Et Diodorus Siculus Lib. V. p. 341. inter Hermetis reperta refert μέτρα καὶ σταθμά, *pondera ac menſuras.*

VIII. *Horæ diei, & duodecim anni menſes.* Marius Victorinus in 1. Rhetoricor. Ciceronis p. 151. *Quodam tempore Hermes Trismegiſtus cum eſſet in Ægypto, ſacrum quoddam animal Serapi dicatum quod in toto die duodecies urinam feciſſet pari ſemper interpoſito tempore, per duodecim horas diem diviſum eſſe conjecit, & exinde hic horarum numerus cuſtoditur.* Animal illud * Cynocephalum eſſe notavit ex Horapolline Lib. I. cap. 16. Pierius Lib. VI. Hieroglyph. c. 4. & Kircherus Tom. 2. Oedipi parte II. p. 43. & pag. 230 & 339. ſq. Alii ἄϋλαρον, ſi credimus Ægidio Strauchio breviar. Chronolog. p. 30. De Menſibus anni & duodecim partibus Zodiaci ab

L Herme-

** Plutarchus lib quod Philoſopho converſandum ſit cum Principibus: ὅτι δύο λόγοι εἰσὶν ὁ μὲν ἐνδιάθετος ἡγεμόνος Ἑρμοῦ δῶρον, ὁ δ' ἐν προφορᾷ διάκτορος καὶ ὀργανικός. Idem poſtea queritur ἀμουσίαν καὶ ἀπειροκαλίαν τὸν κοινὸν Ἑρμῆν ἐμπόλαιον καὶ ἔμμισθον γενέσθαι.

* Alioqui ſacra ex animalibus Hermeti ſunt Ibis avis, & ſcarabæorum genus μονόκερως Vide Horum lib. I. c. 10. ſed neutrum horum urinam reddit. Singulare quoque eſt quod de tauro Ægyptio lunæ ſacro legas in ſcholiis Anonymi ad Ptolemæi tetrabilon p. 2. ἦν δέ τι καὶ ἱερὸν ζῶον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ταῦρος ἀνακείμενος τῇ Θεῷ, ὃς ἡ σόβη σωήυξανεν αὐτῇ καὶ σωεμείδετο.

2011 Ministério de Cultura

Hermete repertis tradit idem Kircherus T. 2. Oedipi part. II. p. 152. 160. 165. T. 3. p. 172. 188. 206. 217. seq. 248. 263.

IX. *Astronomia* & *Astrologia.* Teste eodem Platone, & Firmico, ac Diodoro, quibus accedit Manilius Lib. I. 33.

Tu Princeps, auctorque sacri Cyllenie tanti.
Per te jam cœlum in terris, jam sidera nota.

Strabo Lib. XVII. p. 816. de anni periodo & Astronomicis observationibus locutus, *αἰνατιῆσαι*, inquit, *τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην σοφίαν.* Vide & Kircherum T. II. Oedipi part. 2. p. 145. seq.

X. *Medicina*, hanc enim ab Hermete dicitur didicisse Æsculapius, quem pro artis iatricæ repertore haberi tritum est ac pervulgatum. De *Chemica* arte ab Hermete reperta vide Kircherum T. 2. Oedipi Ægypt. part. 2. p. 392. seq.

XI. *Musica*, teste Diodoro, qui *φωνῶν* harmonias & naturam ab Hermete primum observatas narrat.

Lyra, * quam ex testudine commentus est post Apollinis cum Marsya disputationem, teste Diodoro Siculo Lib. V. p. 342. Fuit autem lyra ab Hermete inventa septem Chordarum, *λύρα ἀρχαιότερος βαρυτέρα ἑπτάχορδος*, sive *ἑπτάτονος*. Hæc enim quam Orpheo alii, alii Terpandro tribuunt, ad Hermetem veluti primum auctorem pridem refertur, teste Bryennio p. 362 Nicomacho Lib. II. init. aliisque etiam Alexandro Ætolo & Eratosthene apud Chalcidium p. 156. tum Hygino Lib. II. Poetic. Astronom. cap. 7. Quibus omnibus antiquior Homerus, si modo is auctor, hymno in Mercurium ubi Chelyn ab eo inventam prolixe & eleganter describit, septem chordarum diserte meminit v. 51. confer Horatium Lib. III Oda II. Neque obstat (imo confirmat potius) quod Diodorus ait Mercurium lyræ à se repertæ tres chordas induxisse; confer Gisb. Cuperum ad *ἀποθέωσιν* Homeri p. 43. sqq. Cum enim antiquissima lyra *duabus*, * *tribus*, *quatuor* chordis in-

* Lyræ ex testudine factæ figura occurrit passim, ut apud Kircherum T. 2 Musurgiæ. p. 185. Lyram & citharam promiscue sumi apud veteres, notatum Clariss. Perizonio ad Ælian. lib. III. Variar. c. 32. & lib. XIV. c. 23. Ottoni item Sperlingio ad numum Furiæ Sabinæ Tranquillinæ conjugis Gordiani III. Imp. Cæterum distinguendus est chordarum numerus à numero tonorum, etsi hæc sæpe confunduntur. Enim vero una Chorda in quibusdam saltem citharis ad hoc comparatis diversimode tacta plures potuit dare tonos. Sic Terpandro *λύραν τρίχορδον* tribuit Plutarchus de Musica p. 1137. cum *ἑπτάτονον* ipse sibi vindicet in versibus quos laudant Strabo & alii & *ἑπτάφθογγον* vocet ipse Plutarchus p. 1141.

* *Διχόρδων* & *τριχόρδων* figuram vide apud Marium Mersennum de Instrumentis Harmonicis p. 38. 61. *τετραχόρδων* p. 46.

2011 Ministerio de Cultura

instructa esset, Hermes tribus additis *septenarium* chordarum numerum implevit, quemadmodum Pythagoras addita una chorda προσλαμβανομένῳ reperit ὀκτάχορδον, quod iterum addita ἑπταχόρδῳ perfectum denique systema disdiapason chordis *quindecim* constans absolvit. In Chalcidensium Numis Apollo cernitur cum lyra *novem*, aliâ *decem* nervorum apud Clariss. Begerum p. 21. spicilegii Antiquitatis. Orpheo etiam lyra *septem*, ab aliis *novem* chordarum tribuitur ut notavi infra cap. XX. num. 2. *Decimam* & *undecimam* chordam addidit Timotheus Milesius, teste Suida. De *decachordo* Jon Tragicus apud Euclidem & Bryennium:

Ἐν δεκαχόρδῳ τὴν δεκαβάθμονα τάξιν ἐχέσῃ
Τὰς συμφωνέσας ἁρμονίας τελόδες
Πεὶν μὴ σ' ἑπτάτονον Ψάλλον Διὸ πάσαρα πάντες
Ἕλλωες ἀπανίαν μέσων ἀειράμενοι.

Etiam instrumenta *quatuordecim* & *duodeviginti*, *undeviginti*, imo *duodetriginta*, *triginta quinque* & *quadraginta* nervorum, progressu temporum à veteribus fuisse adhibita docet Is. Vossius de viribus rythmi p. 92. seq. Quod vero Diodorus addit Hermetem, cum tres chordas lyræ superinduceret, totidem anni ὥρας esse imitatum, tenendum est vetustissimas gentes annum in tres non in quatuor partes divisisse, ** ut patet ex eodem Diodoro lib. I. cap. 12. ubi ait Aërem vocari *Tritogeniam* quod ter in anno naturam mutet, vere, æstate, hyeme. Confer Kircherum T. 2. Oedipi parte II. p. 132. & Hieron. Aleandrum in expositione tabulæ Heliacæ p. 58. qui *tres Horas* ideo à veteribus dictas esse observat. Orpheus ad Jovem pro æstate ponit autumnũ his versibus:

Σὸν μὴν ἔαρ λάμπῃ νέον ἄνθεσι ποικιλίοισι.
Σὸς χειμὼν ψυχρῇσιν ἐπερχόμενος νεφέλῃσιν.
Ἃς ποτε βακχεύσας βρόμιος διένειμε ὥρας.

Satis vero ex jam dictis constat falli eos ex quorum sententia apud Boëthium lib. I. de Musica c. 20. *quadrichordi ad imitationem Musicæ mundanæ quæ ex quatuor constat elementis, Mercurius dicitur inventor.* Neque adeo fidem merentur omnia quæ de reliquis deinceps chordis habet idem Boëthius, etsi quæ de nona, decima & undecima tradit, bona fide repetiit è Nicomacho l. II. Harm. p. 35. ubi ad octavum decimum chordarum numerum perventum esse notat. *Quintam* vero chordam post Chorebus Atys filius adjunxit*

** Idem fere de Abyssinis notat Jobus Ludolfus Hist. Æthiop. lib. I. c. 5. De Germanis Tacitus c. 26. Vide & Æschylum in Prometheo vincto p. 31. edit. H. Steph.

* Apud Begerum p. 93. spicilegii statua Apollinis cum lyra quinque chordis instructa. Pollux lib. IV. c. 9. Pentachordum ait esse inventum Scytharum.

2011 Ministerio de Cultura

junxit, qui fuit Lydorum Rex. Hyagnis vero Phryx sextum his apposuit nervum. Sed septimus nervus à Terpandro Lesbio adjunctus est, secundum septem scilicet planetarum similitudinem — — His octavum Samius (Pythagoras) *adjunxit — Theophrastus autem Pieriotes ad graviorem partem unam addidit chordam, ut faceret totum Enneachordum, Hestiæus Colophonius decimam in graviorem partem cooptavit chordam, Timotheus vero Milesius undecimam.* Minus etiam fidei tribuerim auctori fragmenti Censorino subjecti qui c. 12. ait lyram ab Apolline repertam habuisse tres intensiones, gravem mediam & acutam, quartam additam à Chrystemide, à Terpandro quintam, sextam denique & septimam à Timotheo. Lyræ τριχόρδε, πεντάχορδε & ἑπτάχορδε imaginem videbis, ubi lubebit, apud Clarissimum Perizonium ad Ælian. p. 259. & in eruditissimi Ez. Spanhemii notis ad Callimachum p. 476. *Decachordi* etiam & *Heptachordi*, duplici ἠχείῳ instructi apud Is. Vossium de poëmatum cantu & viribus rythmi p. 97. *Pentachordi* apud Mersennum de instrumentis Harmonicis p. 7. & 10.

XII. *Talorum & alearum ludus* (πεττεία τε καὶ κυβεία) teste Platone in Philebo & Phædro. De hisce ludis Cœlius Calcagninus singulari libello, Delrio ad Senecæ Herculem furentem p. 242. sqq. Salmasius ad Vopiscum, Meursius in Græcia ludibunda, Souterius in Palamede & Thomas Hyde in libris duobus de ludis Orientalium.

XIII. *Palæstra* aliaque exercitia ad ἐυρυθμίαν robur & decus corporis facientia, teste iterum Diodoro, Horatio & antiquo scholiaste Homeri, qui propterea *Hermas* sive statuas lapideas Mercuriales quadratas fieri solitas memorat, quod Mercurius dum inter homines ageret hæc quatuor præclara reperisset, *Literas, Musicam, * palæstram & Geometriam.* Aliam causam reddit Svidas, quod nempe Mercurius esset λόγε καὶ ἀληθείας ἔφορος. Videant itaque qui mendaciorum, fraudum furtorumque architectum faciunt. Cæterum de Hermis illis sive statuis διγλύφοις è lapide vel ligno faciem Hermetis à fronte retroque referentibus, sed desinentibus in epistylium quadrangulare, quas in viis, in vestibulis ædium, in gymnasiis veteres collocabant, vide sis Langbænium ad Longinum p. 30. edit. Tollii, Hieron. Aleandrum in tabulæ Heliacæ explicatione, Menagium p. 223. ad Demetrium Phalereum Laertii, Kircherum T. I. Oedipi Ægypt. p. 388. 390. sqq. T. 3. p. 511. Johannem Nicolai libello singulari de hoc argumento Lipsiæ 1687. 12mo edito,

* Apud Græcos Theseus à Minerva edoctus παλαισικῆς inventor celebratur. Vide Meursium in Theseo c. 7. T. 10. Antiquitat. Græcar. p. 103.

2011 Ministerio de Cultura

edito, & quem primo nominare loco debebam Nicolaum Bergierium virum doctiſſimum libro quarto de publicis & militaribus Imperii Romani Viis cap. 43. & elegantiſſimi Henninii notas ad Bergierium. Mercurius etiam dictus *Vius* in veteri Epigrammate, à viis nempe, ut ad Manilium notat præſtantiſſimus Huetius.

XIV. *Oleæ uſus.* teſte Diodoro.

Tollenonem ſive inſtrumentum ingentibus ponderibus in altum tollendis idoneum ab Hermete inventum memorat Hero Byzantinus in Mechanicis. Idem Inſtrumentum in veteri obeliſco Ægyptiaco obſervare ſibi videtur Kircherus T. 3. Oedipi p. 173.

XV. *Mercatura* quoque & *furtum* inter Mercurii artes vulgo refertur, ut à Diodoro Siculo lib. V. p. 341. à Tzetza Chil. XI. hiſt. 389. & aliis.

CAPUT XIII.

Heſiodus utrum Homerum ætate præceſſerit, diſquiſitum. 1. *Horus ſive Orus. Scripta Horo, Oſiridi & Iſidi tributa.* 2. *Hori Apollinis Hieroglyphica. Philippus interpres Græcus.* 3. *Auctor non videtur eſſe Horapollo Grammaticus qui ſub Theodoſio vixit.* 4. *Nomen Horapollinis compoſitum è duobus nominibus Deorum, quod frequens apud Ægyptios fuiſſe oſtenditur variis exemplis. Horapulus nomen nihili.* 5. *Hieroglyphicorum Horapollinis editiones.* 6. *Varii recentiores ſcriptores Hieroglyphicam veterum Ægyptiorum literaturam illuſtrantes.* 7. *Plures Hori. Liber de polyſemis dictionibus ſub Hori nomine.* 8.

I.

HESIODUS à multis jam olim antiquior habitus fuit Homero, ita enim ſenſerunt L. Accius Poëta Latinus, & Ephorus Græcus hiſtoriæ ſcriptor apud Gellium lib. III. cap. 11. Idem confirmat marmor Arundelianum quod triginta minimum annis Heſiodum Homero antiquiorem facit & Nicocles Grammaticus * qui ait primum omnium Heſiodum etiam ante Homerum ῥαψῳδῆσαι. Confer Jul. Cæſ. Scaligerum p. 101. Poëtices

* Schol. Pindari Nemeonic. Od. 2.

2011 Ministerio de Cultura

tices, cui Hesiodus & ipsi Homerum ætate præcessisse videtur, p. 24. Sextus Empiricus lib. I. contra Mathematicos p. 41. οὐχ ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται ποιητὴς ἀρχαιότατος εἶναι Ὅμηρος. Ἔνιοι γὰρ Ἡσίοδον προήκειν τοῖς χρόνοις λέγουσιν, Λίνοντε καὶ Ὀρφέα καὶ ἄλλους παμπληθεῖς. Johannes Tzetza prolegomenis ad Hesiodum: Συμπεπλεγμένην δ' αὐτὸν οἱ μὲν Ὁμήρῳ φασὶν, οἱ δὲ καὶ Ὁμήρου πρεσβύτερον εἶναι διϊσχυρίζονται. Καὶ οἱ μὲν πρεσβύτερον εἶναι τοῦτον Ὁμήρου διϊσχυριζόμενοι ἐν ἀρχαῖς εἶναί φασι τῆς Ἀρξίππου ἀρχῆς, Ὅμηρον δὲ ἐν τῷ τέλει. Ὁ δ' Ἄρξιππος ἦν υἱὸς μὲν Ἀκάστου ἄρξας Ἀθηναίων ἔτη λε. Confer Chiliad. XII. v. 165. Ejusdem Grammaticorum litis, quam duplici dialogo περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας Heraclidem Ponticum disceptasse Laërtius auctor est, meminit Pausanias in Boeoticis p. 768. & Seneca Epist. 88. qui non magis hoc putat ad rem pertinere, quam si scias minorne Hecuba fuerit quàm Helena. Proclus in vita Homeri ab Allatio edita refert ex quorundam opinione Homerum fuisse Hesiodi ἀνεψιὸν sive *fratris filium*, quam sententiam velut imperitam eodem in loco explodit. Τοσοῦτον δέ, inquit, ἀπέχουσι τῷ ψεύδει προσήκειν, ὅσον ἡ ποίησις διέστηκεν αὐτῶν. Scriptor certaminis Homeri & Hesiodi: Τινὲς μὲν Ὅμηρον νεώτερον Ἡσιόδου φασὶν εἶναι καὶ συγγενῆ. Γενεαλογοῦσι τε ὅτως: Ἀπόλλωνος φασὶ καὶ Θοώσης τῆς Ποσειδῶνος γενέσθαι λῖνον, Λίνου μὲν πάτερον, πατρὸς δὲ καὶ Νύμφης μελπόνης οἰάγρου, οἰάγρου δὲ καὶ καλλιόπης Ὀρφέα, Ὀρφέως δὲ Ὀρτιν, Τοῦ δὲ Ἁρμονίδην, τοῦ δὲ Φιλοτέρπην, τοῦ δὲ Εὐφημον, τοῦ δὲ Πιερίδην, τοῦ δὲ Μελαίνωπον, τούτου δὲ Δῖον καὶ Ἀπέλλαιον. Δίου δὲ καὶ Πυκιμήδης τῆς Ἀπόλλωνος θυγατρὸς Ἡσίοδον καὶ πέρσην, πέρσου δὲ μαίονα, μαίονος δὲ θυγατρὸς καὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ Ὅμηρον. Justus Lipsius in notis ad Lib. I. Velleji, affirmat *majorem simplicitatem & rudiorem antiquitatem in Hesiodo comparere quam in Homero.* Contra Salmasius ad Solinum p. 867 Lipsii judicium (nomine ejus præterito) refellens, contendit longe svaviorem Hesiodum, & comptiorem, eoq; minus antiquitatis redolentem censeri debere, quod Dionysio Halicarnassensi * judice καὶ ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος καὶ συνθέσεως ἐμελέτησε. Quam Salmasii sententiam amplexus nuper Clarissimus vir Ludolphus Neocorus in historia Critica Homeri, *Si ex scriptis*, inquit, *utriusque Poëtæ judicium ferendum est, Homerus sane ob majorem * simplicitatem remotiorem antiquitatem redolet. Comtior enim Hesiodus & rotundior &c.* Sed quod pace doctissimorum virorum dictum esto, magna in utroque simplicitas

* T. 2. Opp. p. 68. edit. Wechel.

* Aliud visum viro docto qui in Ephemeridibus Parisiensibus Anni 1702. p. 314. *Si la simplicité du stile estoit une marque d'antiquité, il n'y a personne qui pût douter que Hesiode ne fût plus ancien que Homere.*

2011 Ministerio de Cultura

tas, nec minor elegantia nativa in utriusque poëmatis comparet: ut ætatem diversam ex adeo diversi argumenti scriptis tam parum diversis conjicere, fortassis sit operam perdere. Præcipue cum omnes fere qui Hesiodum Homero antiquiorem negant, illum tamen putent vel aliquo eodem tempore cum Homero vixisse, vel non ita multis annis post, quæ exigua temporis diversitas non adeo diversum statim scribendi characterem induxerit. Cæterum cum major omnino nobis esse videatur auctoritas illorum, qui Homerum *primum doctrinarum & antiquitatis parentem* cum Plinio lib.XXV. cap. 2. faciunt, reliqua quæ de Hesiodi ætate & scriptis afferre animus est, non hoc loco, sed congruentiore infra, libro secundo, post Homerum trademus.

II. HORUS sive ORUS Samius à Tatiano numeratur inter scriptores quos Homerum antecessisse affirmat. Equidem apud Ægyptios celeberrimum fuit nomen Hori, & qui Ægyptium fuisse Homerum contendunt, nutricem quoque ipsi assignant Hori filiam. Sic Alexander Paphius apud Eustath. ad Odyss. μ′ p. 397. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πάφιος ἱστορεῖ, τὸν Ὅμηρον υἱὸν Αἰγυπτίων Δμασιγόρᾳ καὶ Ἄιθρας, τροφὸν δὲ αὐτῷ προφῆτίν τινα θυγατέρα Ὥρου ἱερέως Ἴσιδος, ἧς ἐκ τῶν μαστῶν μέλι ῥεῦσαι ποτὲ εἰς τὸ στόμα βρεφικόν. *Or* sive *Orus* nomen Ægyptium notante Pausania in Corinthiacis p. 181. confer Jos. Scaligerum ad Eusebii Chron. p. 33. edit. secundæ. Affine Hebræo אור quod lucem denotat. Horus enim cognomen Apollinis, & pro * sole ponitur, ut ostendit Gisb. Cuperus in Harpocrate p. 4. sq. Vide Horapollinem de quo mox Lib.I. cap. 17. Inde Orion, Origenes & similia Etiam Horas ab Horo, id est sole nomen accepisse tradit Beda de ratione temporum, & ante Bedam Macrobius Lib.I. Saturnal. cap. 21. Orus Ægyptiorum Rex Telegori pater memoratur Manethoni apud Josephum, Herodoto, Diodoro, Eusebio & aliis, diciturque annum trimestrem instituisse apud Censorinum cap. 19. Æyptiorum Theologiam de Osiride, Iside & Oro singulari libro exponit Plutarchus, qui p. 410. edit. Ald. præter ἱερὸς ὕμνους Ὀσίριδος laudat & librum inscriptum Γενέθλια Ὥρου. Ex libris Ori & Matris ejus Isidis in adytis subterraneis Αἰγύπτιος παιδεία docebatur, ut notat post alios Gilb. Gaulminus ad vitam Mosis p. 236. sq. Celebrantur & à quibusdam Ori χημευτικά. Ori onirocritica laudat Dio Chrysostomus in oratione de Ilio non capto, nam pro ἐν χάρτοις σαρῷ γεγραμμένοις ὀνείρασιν legen-

* Etiam mundi Hieroglyphicum Horum fuisse Ægyptiis, contendit Kircherus quem vide T. 1. Oedipi p. 152. & 214. seq. T. 3. p. 262. T. 2. part. 2. p. 24. 101. Cum Setho Adami filio confert T. 1. p. 179.

2011 Ministerio de Cultura

gendum ἐν γὰρ τοῖς Ὥρῳ, ut præter Scaligerum ad Euſeb. & Epiſtola centeſima, vidit in ſua Dionis editione Iſaacus Caſaubonus. Hori Aſſyriorum Regis inventum ebrietati arcendæ medicamentum, laudat Plinius Lib.XXX.cap.15.

III. Exſtant & ſub Hori Apollinis nomine duo libelli de Hieroglyphicis Ægyptiorum, quos hoc titulo primus Græce edidit Aldus Anno 1505. fol. cum Phornuto, Palæphato, Heraclidis Ponstici allegoriis Homericis, proverbiis Tarrhæi & Didymi, fabulisque Æſopi, Gabriæ & aliorum: Ὥρῳ Ἀπολλωνος Νειλώῳ ἱερογλυφικὰ ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτος Αἰγυπτία φωνῇ, μετέφραζε δὲ Φίλιππος εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσαν. Et iterum: Ὥρῳ Ἀπόλλωνος Νειλώῳ τῆς τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἱερογλυφικῶν γραμμάτων Ἑρμηνείας βιβλίον δεύτερον. Quis fuerit iſte *Philippus* qui Horum ex Ægyptiaco Græce transtulerit, vel ut ait Pierius Valerianus Lib.XVII.Hieroglyph.cap.4. fragmenta quædam ex hieroglyphico literarum Ægyptiacarum interprete cui Horapollinem nomen faciunt, ſatis curioſe collegerit & Græco ſermone ſcripta poſteritati commendaverit, non ſatis conſtat. Haud valde antiquum eſſe conjicias ex eo quod Græco-barbaris quandoque vocibus utitur, ut Lib.II.cap.94. ait grues ex cubias agere κατ' ὄρδινον *per vices* quod ἐναλλάξ dixerat Ariſtoteles Lib.IX.hiſt.animal.cap.4. Non magis autem liquet quis ſit Horus ille Apollo. Nam Hœſchelii ſententiæ, quam plerique ſequuntur, vix audeo ſubſcribere. Hic quidem non dubitat eum ipſum eſſe *Horapollinem* Grammaticum Pehnebythitem quem Svidas ait ſub Theodoſio docuiſſe Alexandriæ primùm deinde CPoli, & ſcripſiſſe πεμενικὰ ſeu de delubris & locis conſecratis, tum commentarios in Sophoclem, Alcæum & Homerum. Sed nullam Hieroglyphicorum mentionem hic facit Svidas, & parum veriſimilis * videtur conjectura ejusdem Hœſchelii, Hieroglyphica quæ exſtant ſuspicantis partem eſſe πεμενικῶν. Præterea Horus Apollo ſupponitur ſcripſiſſe Ægyptiacè, non Græce, ut Grammaticus iſte Alexandrinus, cujus meminit etiam Stephanus Byz. in Φενέβηθις, qui Philoſophum appellat, & Photius cod. CCLXXIV. p.479. qui ejus περὶ παιδιῶν Ἀλεξανδρείας & δράματα memorat.

IV. Malim itaque per Horum iſtum intelligere *Horum* Iſidis filium, ex cujus ſcriptis antiquiſſimis Ægyptiaca lingua exaratis perhibeatur (vere an falſo, non disputo) Philippus neſcio quis non tam fidelem verſionem quam excerpta Græca, quæ habemus, concinnaſſe. Aut vero Apollonidem cognomento *Hornpium*, ex cujus libro *Semenuthi* quædam

* Ambiguus hæret Voſſius lib.I.Ariſtarchi cap. 41.

2011 Ministerio de Cultura

dam profert Theophilus Antiochenus lib. II. ad Avtolycum f. 85. Non diverſum porro iſtum putaverim ab Apollonio Ægyptio, qui memoratur lib. III. f 127. Reineſio autem cui liber Semenuthi, Chemici argumenti eſſe viſus eſt Lib. III. Var. Lect. p. 380. nolim aſſentiri, cum hiſtorica ſint, quæ utroque loco inde profert Theophilus.

V. Horus Apollo ſive Horapollo eſt nomen ex duobus idem ſignificantibus concinnatum, qualia plura colligens Euſtathius ad Iliad. δ'. p. 332. οὐκ ἀπέοικε δ' τ' ποιήτων, inquit, ἑ δὲ ὡρ ἀπόλλων, ἔ ἡ σύνθεσις ἐκ ἑ ὥρ καὶ ἀπόλλων ἃ καὶ ἄμφω δ' πίθετα εἰσὶ Φοίβ. Nihil porro frequentius eſſe Ægyptiis quam nomina Deorum ſibi imponere & nomina propria ex binorum nominibus Deorum compingere obſervat Henr. Valeſius ad Ammiani Lib. XIX. cap. 12. qualia ſunt Hermanubis apud Plutarchum de Iſide & Oſiride p. 375. Serapammon & Heraclammon apud Vopiscum, Sarapammon & Potammon Epiſcopi apud Athanaſ. Epiſt. ad ſolitariam vitam degentes, Hermammon in hiſtoria Euſebii, Cronammon, cui librum ſuum inſcripſit Paulus Alexandrinus, Garapammon memoratus Pauſaniæ I. Eliac. c. 21. p. 433. Apammon & Hermanubis apud Gregorium in carminibus de vita ſua, Phoebammon Sophiſta, cujus χόλια θεῖ χημάτων ῥητορικῶν edita leguntur: Phoebammon & Nilammon apud Sozomenum VIII. 19. & in Syneſii atque Iſidori Peluſiotæ Epiſtolis, Hermapion * apud Ammianum Marcellinum &c. Pro Horo Apolline Horapulum in MSto ſuo codice reperit Jacobus Schegkius, librarii potius vitio, quam ex more recentium Græcorum, qui ut pro Moſcho dicunt Moſchopulum, pro Xantho Xanthopulum, ſic pro Horo dicerent Horopulum non Horapulum.

VI. Hieroglyphica Hori *Græce*, ut dixi, vulgavit Aldus Ao. 1505. fol. primus ** A. 1515. Auguſt. Vindel. *Latine* vertit *Bernardinus Trebatius* Vicentinus, cujus translationem Conradus Peutingerus Johanni Frobenio excudendam conceſſit. Prodiit itaque Peutingero ab auctore inſcripta Baſileæ 1518. 4to. ſeparatim, & 1534. 8vo cum Auguſtini

M Ni-

* Hunc Hermapionem cum Apione quem Cymbalum mundi vocavit Tiberius Imp & cum Hermotele Tertulliani confundit Kircherus in propylæo Agoniſtico ante Oedipum Ægytiacum præfixo c. 1 & paſſim alibi præcipue T. 3. p. 250. ubi expoſitionem Obeliſci ab Ammiano allatam explodit, explodendus & ipſe.

** Fallitur Garaſſius Doctrin. Curioſ. p. 1024. ubi affirmat Ori Hieroglyphicorum primum interpretem fuiſſe *Johannem Mercerum* Pariſ. 1548.

2011 Ministério de Cultura

Niphi libris II. de auguriis, poſtea Lugd. 1542. 8vo & ad calcem hieroglyphicorum Pierii Valeriani Francof. 1678. 4to. Græcis etiam addita prodierat Pariſ. 1521. 8vo. *Cœlius* præterea *Calcagninus* vir doctiſſimus Lib. II. Epiſtolicarum quæſt. Epiſt. I. teſtatur ſe Hori hieroglyphica Latine vertiſſe & commentario illuſtraſſe, eodemque in loco veluti compendium quoddam breve Hieroglyphicorum Hori exhibet. Verſio autem illa una cum commentariis nunquam lucem adſpexit quod ſciam, etſi Calcagnini de rebus Ægyptiacis commentatio inter alia ipſius ſcripta edita eſt Baſileæ 1544. fol. Transtulit & Horum *Philippus Phaſianus* Bononienſis, cui codicem non malum fuiſſe ait Hœſchelius. Græca idem *David Hœſchelius* fide codicis MSti Auguſtani emendavit, ſupplevit & cum Bernardini (non Joh. Merceri ut habet Labbeus in mantiſſa antiquariæ ſupellectilis) verſione, notis ſuis & Merceri edidit Auguſtæ Vindel. 1595. atque iterum 1605. 4to.

Cum eadem verſione & *Joh. Merceri* notis prodierant Pariſ. 1551. 8vo. apud Chriſtianum Wechelum. Præterea Græce & Latine cum commentario non magni momenti ad Lib. I. exſtant ad calcem Hieroglyphicorum Pierii edit. Lugd. 1626. fol. *Nicolai Cauſſini* Polyhiſtori Symbolico præmittuntur itidem Græce & Latine ex Hœſchelii editione, additis ejusdem Cauſſini notis & obſervationibus Pariſ. 1618. 4. *Gallice* & Latine una cum iconibus ſive imagunculis prodiere, ibidem 1574. 4to.

VII. In Hieroglyphicis Ægyptiorum illuſtrandis præter *Johannem Pierium Valerianum* ſive Petrum Valerium Bellunenſem, qui viginti quatuor annos in quinquaginta ſex circiter commentariis libris hieroglyphicorum contexendis periiſſe ſibi affirmat Lib. VI. cap. 22. magnam & invidioſam operam poſuit *Athanaſius Kircherus* in Oedipo Ægyptiaco, præcipue Tomi ſecundi claſſe 1. * 3. 7. ſeq. & Tomo integro tertio, tum alio in opere quod Obeliſcum Pamphilium inſcripſit, ſed Davus ſæpenumero videtur non Oedipus, adeo multæ ejus expoſitiones ſubnixæ ſunt lubricis & incredibilibus conjecturis, ut innui etiam ſupra c. XI. num. 3. Binorum librorum libris duode ſexaginta Pierianis ſubjectorum auctorem ferunt *Cœlium Auguſtinum Curionem*, quibus in Lugdunenſi Ao. 1626. & Francofurtenſi Ao. 1678. editione adnexa ſunt

* Claſſem tertiam tomi ſecundi inſcripſit *Sphyngem Myſtagogam.*

2011 Ministerio de Cultura

sunt Collectanea Hieroglyphica sex libris undique digesta sub titulis ordine Alphabetico dispositis, nescio quo auctore. **Sunt & in manibus eruditorum hominum *Laurentii Pignorii & Johannis Macarii, Chifletiiq;* scripta quibus lucem arcanis quibusdam & obscuris Ægyptiorum literis & figuris afferre conati sunt, è quibus Pignorius in expositione Mensæ Isiacæ p. 44. non diffitetur Horapollinis nostri auctoritatem magnam apud se fuisse. Utinam vero in lucem prodiissent *Jacobi Vindeti* Angli observationes quas ad Plutarchi librum de Iside & Osiride vir doctus conscripserat, Kircheroque opposuerat, ut ipse testatur Lib. de vita functorum statu p. 17. Denique *Jacobus Masenius* in speculo imaginum veritatis occultæ libro & capite sexto Hieroglyphica Hori Apollinis brevi epitome complectitur, & hinc inde illustrat.

VIII. Fuere & præter supra nominatos alii plurimi olim Hori nomine, * ut Horus Cynicus quem loquentem inducit in Saturnalibus Macrobius, Hor sive Horus Episcopus Origenista apud Hieronymum ad Ctesiphontem contra Pelagianos. Orus quem laudat Stephanus Byzantinus in Ἄθηναι. Alius item Horus sive Orus sive Orion Grammaticus Milesius, & alter Thebanus, & tertius Alexandrinus, de quibus Sylburgius ad Etymologicum Magnum. Nescio utri ex his tribuenda quæ sub Ori nomine exstant de *polysemis dictionibus* in codice Regis Galliæ 604. His adde Horum Mendesium juniorem Medicum cujus meminit Galenus Lib. II. de antidotis cap. 7. etsi Daniel Clericus in historia Medicinæ parte 3. Lib. II. c. 1. p. 69. suspicatur *Bolum* forte Mendesium (Medicum Democriteum Theophrasto juniorem) esse rescribendum, de quo infra Libro II. cap. 11. Fuit & Horapollo alius, Philosophus sub Zenone Imp. cujus meminit Svidas, locum de eo producens ni fallor è Damascio in vita Isidori.

** Excerpta ex Chæremonis ἱερογλυφικοῖς evolvisse se refert Erasmus in Adagio *festina lente.*

* De Horo Valentinianorum vide Epiphan. hæres. XXXI. c. 15. Nempe Christus ipsis erat ὅρος & ὁροθέτης. ibid. c. 7.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XIV.

De Hostane Mago & scriptis ei tributis. Plures hoc nomine. 1. *Hystaspes itidem Magus, num diversus a Dario Rege, Xerxis Patre.* 2. *Vaticinia Hystaspis commendata à Christianis Scriptoribus ex Apocrypha Apostoli Petri prædicatione.* 3. *Isatis sive Isis & scripta ad eam relata.* 4. *Mensa Isiaca.* 5. *Lini tres. Threnodia Ægyptiis* Μανέρως *Græcis* Λῖνος. 6. *Varia scripta sub Lini nomine à veteribus memorata, & ex iis fragmenta quædam.* 7.

I.

HOSTANES seu ut alii *Ostanes* vel ut apud Herodotum Lib. III. id nomen scribitur, & apud Theodorum Meliteniotam præfatione in Astronomiam, *Otanes*, Magus, Zoroastris * præceptor fuisse, adeoque Homerum ætate superasse nonnullis est existimatus. Magum antiquissimum multi memorant, Apuleius in Apologia, Tatianus, Tertullianus de anima c. 57. Arnobius Lib. I. Cyprianus de idolorum vanitate, Minucius Felix in Octavio, Augustinus Lib. VI. contra Donatistas c. 44. Lutatius ad 1. Thebaidos, v. 710. & alii. Plinius Lib. XXX. cap. 1. Homero juniorem testatur his verbis: *Primus quod exstet ut equidem invenio, de Magia commentatus Osthanes, Xerxem Regem Persarum bello quod is Græciæ intulit comitatus, ac velut semina artis portentosæ sparsisse obiter infecto quacunque commeaverat mundo. Hic maxime ad rabiem, non aviditatem modo scientiæ ejus Græcorum populos egit.* Meminit & Plutarchus de defectu oraculorum. Et Jamblichus in Theologumenis Arithmeticæ ex Nicomacho Gerasseno p. 43. Καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ Ὀστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγέλας Κυρίως καλεῖσθαι τὰς ἀστρικὰς σφαίρας. Mox alterum præterea Hostanem Plinius memorat, *qui Alexandri M. ætate non levem auctoritatem addiderit Magicæ professioni*: & Laërtius in proœmio integram refert Magorum successionem quos Ὀστάνας vocat multitudinis numero, & Svidas: Ὀστάνης, inquit, ἔτοι πρώην τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου Μάγοι ἐλέγοντο, quam in sententiam scholion græcum se in MStis Tatiani codicibus reperisse testatur Gesnerus. Astrorum quoque cognitionem à Zoroastre & post hunc ab Ostane primum

* Ex Ægypto in Persiam venisse videtur, nec fuisse præceptor primi Zoroastris Nino æqualis sed alterius Persæ vel ne hujus quidem fortasis: nam ut Plinius, *diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroastrem.*

2011 Ministerio de Cultura

mum excultam tradit Suidas in Ἀστρονομία. Librum de arte Chemica inter antiquos Persarum libros sub Ostanis Magi & Philosophi qui Zoroastris præceptor fuerit, nomine ferri, testatur Thomas Hyde in præf. ad librum de religione veterum Persarum. Sed & inter Græcos libros Chemicos Ostanis nomen occurrit, ut docet Reinesius p. 155. Var. Lect. & in Catalogis MStorum Lambecius, Labbeus, Du Fresnius. Apud Syncellum & in Scaligeri Eusebio p. 53. hæc legas, quibus nullam fidem habent Scaliger in notis & Bochartus Geographiæ sacræ p. 235. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης Φυσικὸς Φιλόσοφος ἤκμασεν ἐν Αἰγύπτῳ μυηθεὶς ὑπὸ Ὀσάνου τοῦ Μήδου καλέντος ἐν Αἰγύπτῳ τῶν τηνικαῦτα Περσῶν ἄρχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ Φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφὴ, καὶ Παμμένης, συνέγραψε περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων καὶ πορφύρας λόξως. Ὁμοίως ἦ καὶ Μαρία ἐπηνέθησαν παρ' Ὀσάνου, ὡς πολλοῖς καὶ σοφοῖς αἰνίγμασι κρύψαντες τὴν τέχνην, Παμμένους δὲ κατέγνωσαν ἀφθόνως γράψαντος. Suppositium Hostanis de Maria oraculum ex MSto codice sexcentorum annorum Græce edidit Clarissimus vir Rich. Bentleius in Epistola Malalæ subjecta p. 10. Hostanis Octateuchum laudat Eusebius libro præparationis Evangelicæ primo extremo.

II. HYDASPES, HISTASPES sive potius HYSTASPES, (ita enim scribendum docuit Theodorus Canterus Lib. II. c. 19. Var. lect.) Magus & vates habitus antiquissimus, utpote qui multo antequam Trojana gens conderetur, præfatus esse dicitur sublatum iri ex orbe imperium nomenque Romanum, ut refert Lactantius Lib. VII. cap. 15. & à Persis existimatus æqualis fuisse Zoraastris, ut docet Agathias Lib. II. p. 58. qui tamen addit incertum esse quis demum sit ille Hystaspes. Alii enim eundem faciunt longe juniorem Homero, Darii Regis patrem, de quo Herodotus Lib. I. cap. 209. Sed errant saltim in eo, quod Regem * faciunt & ipsum, ut Ammianus Marcellinus Lib. XXIII. p. 374. Lactantius autem qui longe vetustiorem Darii parente habuit, antiquissimum Medorum Regem appellat, nescio quam vere. Machagistiæ sive Magiæ post Zoroastrem præcipuus auctor traditur, qui, si credimus Ammiano, *cum superioris Indiæ secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandam venerat solitudinem, cujus tranquillis silentiis præcelsa Brachmanorum ingenia*

* Ex Thoma Hydeo de religione veterum Persarum cap. 23. quod est de *Gushtaspe* sive *Hystaspe*, apparet hunc Hystaspen Magum à Persis scriptoribus eundem haberi cum ipso Dario Xerxis Patre & sub ejus regno fuisse etiam Zerdusht sive Zoroastrem, novæ apud Persas religionis institutorem, cujus præceptor Hostanes de quo jam dixi.

2011 Ministerio de Cultura

potiuntur : eorumque monitu rationes mundani motus & ſiderum purosque ſacrorum ritus , quantum colligere potuit eruditus ex his quæ didicit aliqua ſenſibus Magorum infudit , quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura per ſuam quisque progeniem poſteris ætatibus tradunt. Sed & Darius Rex ſepulchro ſuo inſcribi juſſit ὅτι μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος , ſive *quod Magica & ipſe docuiſſet*, teſte Porphyrio Lib. IV. περὶ ἀποχῆς , ut vel hoc nomine probabile multis fuerit Hyſtaspen illum celebrem Magum non diverſum fuiſſe à Darii parente, quod & Thomæ Stanlejo placuit l. II. Philoſophiæ Orientalis cap. 2.

III. Qualiscunque vero fuerit iſte Hyſtaſpes , ejus vaticinia non modò à Lactantio laudantur , ſed & Juſtino Martyre Apologia prima, (quæ ſecunda vulgo audit) duobus locis, quorum unus exſtat f. 66. Σίβυλλα ἢ καὶ Ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. Ubi clariſſimus Grabius eum putat præ oculis habuiſſe Apocryphum Petri Apoſtoli prædicationem, quam mox è Clemente Alex. memorabo. Alter locus Juſtini exſtat f. 82. ubi ait malorum dæmonum opera effectum eſſe, ut mortis ſupplicium conſtitueretur adverſus librorum Hyſtaſpis aut Sibyllæ aut Prophetarum lectores. Denique Clemens Alex. Lib. VI. Stromatum p. 636. ex Apocrypha Petri prædicatione teſtatur Paulum ipſum Apoſtolum Sibyllinorum & Hyſtaſpis lectionem commendaſſe. Δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρῳ κηρύγματι ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος· Λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους , ἀπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα Θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι , καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες ἀνάγνωτε καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν λόγον περὶ Θεοῦ. Quamvis enim Cotelerius non Pauli hæc , ſed Clementis verba eſſe contendit , & illa ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος ad præcedentia apud Clementem referri debere putat , in judicio de Epiſtola ſecunda Clementis Romani f. 182. tamen veriſimiliorem eſſe communem aliorum ſententiam qui hæc ex Apocrypho neſcio quo libro tanquam Pauli verba à Clemente Alex. laudari exiſtimant, probavit Beveregius in codice canonum vindicato part. 1. cap. 14. §. 7. * Cæterum Davidi Blondello Lib. I. de Sibyllis cap. 5. & 26. Petro Petito Lib. III. de Sibylla cap. 17. abſurdum videtur quod Paulus Apoſtolus Hyſtaſpis & Sibyllinorum lectionem commendaverit, quaſi debuerit omnia in illis ſcriptis probare qui veritatem de uno Deo in iis agnoſcendam gentibus prædicavit. Contra plurimum illi teſtimonio tribuunt Baronius apparat. num 18. Montacutius in Analectis p. 143. & qui idem prope liber eſt in Apparatu p. 134. Iſaacus Voſſius in reſponſione ad iteratas Simonii objectiones p. 368. & de Sibyllinis Oraculis c. 6. Joh. Erne-

* Dixi etiam de hoc loco in Codice Apocrypho N. T. p. 797.

2011 Ministerio de Cultura

Erneſtus Grabe T. I. ſpicilegii Patrum p.66. Nihiloſecius cum certum ſit ſcriptores Chriſtianos illius ætatis paſſim ad incertas Apocryphas ſcripturas provocare, præcipue Clemens Alexandrinus non raro illas advocet, haud miror adeo traditionem iſtam Caſaubono Exercitat. 1. ſect. 10. nulla fide dignam viſam fuiſſe.

IV. ISATIDEM neſcio quam inter ſcriptores ante Homerum refert, quem ſæpius nominavi, Tatianus, & è Tatiano Euſebius Lib. X. præpar. Certe illius vix alibi mentio occurrit, unde ſunt qui pro Iſatide legunt *Iſidem*, ut intelligatur mater Hori, à quâ filius edoctum ſe non diffitetur, quemadmodum Iſis in Epitaphio teſtatur ſe edoctam ab Hermete, ut ex Diodoro Siculo cum de Hermetis ſcriptis agerem * obſervavi. Μελη ad ſuam usque ætatem in Ægypto uſitata Iſidos ποιήματα eſſe teſtatur Plato Lib. II. de legibus, quem locum non de carminibus ſed modulis Muſicis intelligendum eſſe, quæ apud Platonem præcedunt ſuadent. Iſidis ſacra Romam perlata refert in Caracalla Spartianus. Svevis celebrata, Tacitus c. 9. de moribus Germanorum. Sibylla Libro V. p. 553. edit. Gallæi ſe vocat Ἴσιδ@ γνωσὴν ſive familiarem. Libros Ori & Iſidos memoravi etiam ſupra cap. XIII. num. 2.

V. De *menſa Iſiaca* præter Kircherum T. 3. Oedipi & Pignorium videndus Wagenſeilius libro de Norimberga p. 83. ſqq. Neque inprobaverim ſententiam Olai Rudbeckii, qui part. 2. Atlanticæ cap. 11. contendit menſa Iſiaca nihil aliud contineri quam figuras duodecim anni menſium. Sane teſtari poſſum eandem conjecturam mihi antequam Rudbeckium inſpicerem in mentem veniſſe. Nec dubito facilius eam probatum iri viris doctis, quam Kircheri triades vel quod Joh. Fridericus ** Hervvartus ab Hohenburg in admirandis Ethnicæ Theologiæ Myſteriis, Monachii Ao. 1626. 4to editis contendit non menſa Iſiacâ tantum, ſed multis aliis quoque abſtruſis figuris fabulisque, *magnetis* pyxidisque nauticæ naturam & admirandos effectus & uſum in navigatione à veteribus adumbratos fuiſſe.

VI. LINI nomine tres antiquiſſimi fuiſſe perhibentur, unus Chalcidenſis, Pſamathes & Mercurii vel Apollinis & Terpſichores ſive ut Pauſanias auctor eſt Uranies & Amphimari filius (vide Menagium ad Laërt. Lib. I. ſect. 4.) alter Ismenii, Thebanus, & tertius Linus Narciſſus quem addit Euſtathius ad Iliad. Σ. p. 1223. In primum ab Apolline ut ferunt (quod Chordæ uſum vice filorum è lino in cithara primus docuiſſet

* Supra cap. VII. num. 5.

** Explodit Herwartum Kircherus ipſe T. 3. p. 255.

2011 Ministerio de Cultura

cuiſſet) interemptum ac ſepultum Thebis ferebatur olim ſolennis* threnodia Ægyptiis Μανέρως, Græcis Λίνος dicta, & in Phœnice etiam, Cypro & aliis locis decantata, cujus poſt Homerum Iliad. Σ. v. 570. meminere Herodotus Lib.II. c.79. Pauſanias p. 766. Athenæus Lib.XIV. p. 619. Suidas & alii. Euſtathius : λίνος εἶδος ᾠδῆς ἢ Ἀρίσταρχον ἢ ὕμνος, ὡς καὶ ὁ παιὰν καὶ ὁ διθύραμβος. ὠνόμασται ἢ λίνος ἢ τὸ τιθέμενον ᾠδικὸν εἶδος ἢ ὡς μέν τινες λίνος ἤτοι χορδῆς ἀδόμενος (conf. Ez. Spanhemium ad Callimachum p.466. ſq.) ἢ ἀπό τινος Λίνου ἀνδρὸς ἥρωος. Φασὶ δέ οἱ παλαιοὶ ποιημάλιόν τι ἐπὶ τῷ Λίνῳ εἶναι, ὃ Σφᾶιρα μὲν καλεῖται, εἰς Ὀρφέα δὲ ἀναφέρεται. Φιλόχορος δὲ καὶ Ἀπόλλωνος αἰνιρεθῆναι τὸν Λίνον φησὶ διὰ πρῶτος τὸν λίνον καταλύσας χορδῇ ἐχρήσατο εἰς Μουσικῆς ὄργανον. Ἐπάφη δὲ ἐν Θήβαις, καὶ ἐλιμᾶτο καὶ τῶν ποιητῶν θρηνῳδέσιν ἀπαρχαῖς. Heſiodus :

Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱόν.
Οὐ δὴ ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταί,
Πάντες μὲν θρηνεῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε χοροῖς τε,
Ἀρχόμενοι δὲ Λίνον καὶ λήγοντες καλέουσι.

Pamphi ſive Pamphoi threnum in Lini funus, quem ob miſerum caſum οἰτόλινον vocavit, memorat Pauſanias Bœoticis pag. 767. Vetus Epigramma :

Ὦ Λίνε πολλὰ θεοῖσι τελημένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν
Ἀθάνατοι πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ἀείδειν.
Ἐν πρώτοις δεξιτερῷ, Μοῦσαι δέ σε θρηνέεσκον αὐταὶ
Μυρόμεναι μολπῇσιν ἐπεὶ λίπες ἠλίκα παῖδας.

Clariſſimus Joh. Clericus ad Heſiodum p 329. & ante eum Voſſius de arte Poëtica cap. 13. ſect. 3. obſervant לין Phœnicia lingua ſignificare *ejulatum, gemitum,* ſed hoc forte non obſtat quominus à Lino illo celebri Ieſus iſte nomen acceperit, ut diſerte tradit Pauſanias. Et obſervat ex Euripide Athenæus, λίνον & αἴλινον cantari ſolitum ὃ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπῇ. Pauſanias addit Ægyptio nomine carmen illud dictum *Maneros.* Καλεῖσι δὲ τὸ ἆσμα Αἰγύπτιοι τῇ Ἑλληνικῇ φωνῇ Μανέρωνα. Mentio hujus etiam apud Plutarchum Lib. de Iſide & Oſiride, p.357. Svidam in Μανέρως & πεῖμανὼς, Theophilus Lib.II. ad Autolycum p. 139. auctor eſt cultum qui Saturno deferebatur, ex quorundam ſententia introductum eſſe à Lino quem *Ilium* quoque vocatum refert. (fortè αἴλινον.)

VII.

* Poëtis quibusdam etiam Tragœdiæ argumentum præbuit Linus, ut Achæo Eretrienſi, cujus Αἶνον memorat Athenæus Lib. XV.

2011 Ministerio de Cultura

VII. Apud Laertium in proœmio Linus dicitur carmine ſcripſiſſe κοσμογονίαν ἡλίȣ καὶ σελήνης περέαν καὶ ζώων καὶ καρπῶν ϕυέσεις. Additur & initium poëmatis Lini quod ita ſe habet: ὦ τοτέτοι χρόνος ἔτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει, & ex hoc Anaxagoram docuiſſe ὅλα πάντα χρήματα γέγονεν ὁμȣ̀. Pauſanias tamen p. 767. diſerte tradit Linum non iſtum modo ſed & alterum juniorem Ismenii filium nihil ſcripſiſſe, vel ſaltim illorum ſcripta ætatem non tuliſſe. Et Origenes Lib. I. contra Celſum p. 14. καὶ Λίνȣ μὲν ὃν ποιήσαξεν ἐν οἷς ὠνόμασεν ὁ Κέλσος, ἄτε νόμοι ἄτε λόγοι φέροντες, ἀπατρέψαντες καὶ θεραπεύσαντες ἔθνη. Verum à Sexto Empirico aliisque refertur inter eos, quos ante * Homerum carmina ſcripſiſſe fama fuerit, tum verſus aliquot Lini producuntur ab Euſebio ac Stobæo quos habes etiam in Poëſi Philoſophica H. Stephani p. 112. ſq. quibus adde verſus duodecim è Lini περὶ Φύσεως κόσμȣ, adductos à Stobæo Phyſ. tit. 13. Virgilius Ecloga IV. *Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus.* Diodorus Siculus Lib. III. p. 140. ex Dionyſio Mythologo refert Linum primum inventorem fuiſſe ῥυθμῶν καὶ μέλȣς, primum literas à Cadmo è Phœnicia allatas Græcæ applicaſſe dialecto & nomina ſingulis impoſuiſſe & characteres διατυπῶσαι, quod & Suidas teſtatur, additque eum μȣ́σης λυρικῆς πρῶτον ϕυέντα ἡγεμόνα. Diodorus porro memorat eundem poëſi & cantu admirandum plures habuiſſe diſcipulos, ſed in his celeberrimos tres: Herculem, Thamyrin & Orpheum, quorum Hercules cum diſceret canere cithara, ingeniique tarditate diſciplinam non caperet, & à Lino plagis caſtigatus eſſet, in iram effuſus magiſtrum interfecit, ut narrat etiam Pauſanias, ſed id alteri Lino juniori Ismenii filio accidiſſe teſtatur. Herculem Lini diſcipulum notavit quoque Clemens Alexandrinus primo ſtromate p. 323. Orpheum & Linum primo loco inter ſeptem Græciæ ſapientes numerat Hippobotus apud Laërtium in Thalete. Eundem Linum addit Diodorus literis Græcis conſcripſiſſe primi Dionyſi ſive Bacchi res geſtas, aliasque mythologias commentariis complexum. Jamblichus cap. 28. de vita Pythagoræ affert duos verſus, quos ait eſſe auſpicium ἐπῶν quæ Pythagoræi referebant in autorem Linum, etſi illa ex ſua ipſorum ſchola prodiiſſe, forte non ignorabant. Adſcribam hos quoque, quia corrupti in editione Arcerii leguntur:

* Apud Bochartum lib. I. Chanaan c. 20. ubi ſcriptores quosdam Homero antiquiores recenſet, pro *Lycus Orpheus Muſæus* legendum *Linus, Orpheus* &c. etſi ſphalma illud ſervatum quoque in editione operum Bocharti Leusdeniana.

2011 Ministerio de Cultura

Ἕλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ θεὸν ἐς δόδεν ἄελπτον,
Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνύσσαι δόδεν.

Damascius in opere inedito quod inscribitur ἀπορίαι καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν· ὁ γὰρ ὂν ἕνδι ἀλλὰ πάντα ἕν, ὡς Λῖνός τε ἔλεγε καὶ Πυθαγορικός. Linum Theologum ἐν τῷ περὶ ὑμένιον δευτέρῳ Θεολογικῷ allegat autor Theologumenon Arithmeticæ & ipse Pythagoricus ubi de Heptade agit p. 51. Ad locum fragmenti Censorino adjecti in quo Linus lyram tribus tonis instructam ab Apolline parente accepisse dicitur, confer Cuperi ἀποθέωσιν Homericam p. 32. seq. Fuit & Linus quidam Historicus Oechaliota, Stephano Byzantio in Οἰχαλία & Eustathio ad Iliad. β. p. 226. memoratus, sed quem longe minorem suspicor. Philippi quidem Cluverii sententiam, qui in Germania antiqua Lib. I. cap. 24. p. 206. Linum illum veterem & Zoroastrem pariterque Adamum unum eundemque esse hominem conjicit, ut parum versimilem prætereo, non minus quam eorum qui nullum unquam fuisse Linum arbitrantur, nec Musæum, nec Orpheum, quæ Vossii sententia est Lib. de arte Poëtica p. 78. Meminit Lini etiam Propertius Lib. II. Elegia 10.

Sed magis ut nostro stupefiat Cynthia versu
Tunc ego sum Inachio notior arte Lino.

Chalcidius p. 220. *Simul exponit ea quæ Orpheus, & Linus & Musæus de divinis potestatibus vaticinati sunt, non quo delectaretur aut crederet, sed quod tanta esset auctoritas vaticinantium, ut iis adseverantibus parcius credi non oporteret.*

CAPUT XV.

De Melampode Amythaonis F. 1. Hesiodi Μελαμποδία. *ib. Alius junior Melampus scriptor* μαντικῆς περὶ παλμῶν. *Ejusdem fragmentum de nævis oleaceis in corpore hominis. 2. Editiones, 3. Alii scriptores* περὶ παλμῶν, *Melampodes alii, 4.*

I.

MELAMPUS Amythaonis filius augur & vates simulque Medicus feliciſſimus, quæ duo valde cognata esse observat Eustathius ad Iliad. α. p. 36. ab Homero, Theocrito III. 43. & aliis Poëtis & scriptoribus passim celebratur, ac proverbio locum dedit, ut res perceptu difficilis dicatur Melam-

2011 Ministerio de Cultura

Melampode & Pollete indigere. Vide Marinum in vita Procli cap. 10. Synesium de insomniis p. 154. Suidam in Μελάμπους. Brodæum ad Anthologiam Epigrammatum Græcorum p. 529. & Gyraldum dialogo 2. de Poëtis, ubi & de Proeti filiabus furentibus elleboro à Melampode curatis, de qua re Epigramma Græcum exstat apud Vitruvium Lib. VIII. cap. 3. Proverbii etiam vice Chironem & Melampodem pro Medicis præstantissimis dixit Lactantius de mortibus persecutorum c. 33. cujus locum corruptum ex Georgicis Virgilii optime restituit elegantissimus Cuperus in Δαιμονιώδη Homeri p. 4. & in suis ad Lactantium notis.—

— — *Cessere Magistri Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.*

Hesiodi μελαμποδίαν sive in μαντὶν Melampodem carmen memorat Pausanias in Bœoticis p. 771. sq. Athenæus Lib. II. p. 40. & Lib. XI. p. 498. ubi laudat Hesiodum ἐν δευτέρῳ Μελαμποδίας & Lib. XIII. p. 609. ubi tertii libri meminit, & Clemens Alex. Lib. VI. Stromatum p. 628. Eustathius ad Iliad M. p. 858. & ad Odyss. O. p. 565. Videndi etiam de Melampode Viri doctissimi Petrus Bælius in dictionario historico Critico editionis secundæ, & Daniel Clericus in historia Medicinæ Gallice scripta partis primæ libro I. cap. 9. ubi inter alia observat elleborum herbam à nostro Melampode dictam *Melampodium*. Diodoro Siculo teste Lib. I. f. 61. Melampus ab Ægyptiis in Græciam transtulit sancita Baccho sacra, fabulosas de Saturno & Τιτανομαχίαις narrationes καὶ τὸ σιώλον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν Θεῶν ἰσοτιμίαν. Unde aliquid in literas misisse creditum olim, licet conjicere. Clemens 1. protrept. p. 10. ait Melampodem ex Ægypto in Græciam transtulisse τὰς Δηοῦς Interpres (*Cereris*) ἑορτὰς καὶ τὸ πένθος ὑμνούμενον. Confer Herodotum Lib. II. cap. 49. Tertullianus Apologetico: *Orpheus Pieriæ, Musæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Bœotiæ, initiationibus homines obligaverunt.*

II. Exstat & hodie, sed longe junioris * Melampodis, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit libellus qui inscribitur: Μελάμποδος ἱερογραμματέως περὶ ψαλμῶν μαντικὴ πρὸς Πτολεμαῖον Βασιλέα. Huic ex palpitationibus divinationi subjicitur breve de nævis oleaceis in corpore hominis sive περὶ ἐλαιῶν ἐν σώματι fragmentum, sed cujus stylus Sylburgio videtur multo recentior phrasisque magis barbara. Divinationi ** è palpitationibus sive saliss ationibus membrorum, plurimum olim

 tri-

* Alius nescio sitne Melampus, quem præcepta symmetriarum scripsisse testatur Vitruvius præfat. libri VII.

** Alia est divinatio ex pulsibus, Medicorum filiis familiaris, de qua ante Galenum scripserant Heliæus quidam Ægimius, Archigenes, Agathinus, Alexander Herophileus cognomento Philalethes, & alii.

2011 Ministerio de Cultura

tribuisse veteres docent Casaubonus lection. Theocrit. p. 51. ad hæc verba Idyllii III. v. 37. ἄλλεπαι ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιὸς ἄρτι γ' ἰδησῶ αὐτάν. Cotelerius ad Patres Apostolicos T. I. edit. Clerici p. 413. Magius Lib. IV. Misc. c. 21. Bulengerus de ominibus Lib. IV. cap. 3. Melampus initio libelli plures se libros Ptolemæo obtulisse ex arcanis columnis descriptos & excerptos significat his verbis: ὅζα μὲν τοῖς ἔμπροσθεν βίβλοις, κρᾶτιστε βασιλεῦ Πτολεμαῖε συνέγραψάσοι ἐκ τ' ἀδύτων σηλῶν τὰ τέρατα σημειωσάμενος καὶ τὰ σύμβολα συνέγραψα, ἐπεὶ δὴ καὶ νεῦ ἀπέστειλάς μοι συγγράψασθαί σοι περὶ τ' γιγνομένων παλμῶν ἐν τοῖς μέλεσι τ' ἀνθρώπων &c. In libello ipso auctores laudat * Phemonoën, Ægyptios, & Antiphontem. Docet & inter alia quinam digiti quibus sacri sint Planetis. Melampodem ἐν τῷ περὶ τεράτων καὶ σημείων ἢ περὶ νυῶν laudat Artemidorus Onirocrit. III. cap. 28. Ex eodem libro videtur petitum quod ex Melampode affert Tzetzes ad Hesiodum p. 180. b. edit. Heinsii. Etsi Tzetzes ibi inepte Melampodem istum Hesiodo antiquiorem facit. Quemadmodum Ludovicus Septalius Mediolanensis in libro de nævis sect. 2. præter rem existimavit Melampodem Homero Lib. XV. Odysseæ laudatum fuisse, cujus libellum sive partem libelli de nævorum in quaque corporis parte significatione habemus.

III. Μαντικὸν περὶ παλμῶν & de nævis corporis, fragmentum, primus Græce edidit Camillus Perusçus, una cum Æliani variis historiis, Heraclide de politiis, Polemonisque & Adamantii Physiognomonicis Rom. 1545. 4. Deinde Fridericus Sylburgius in luculenta sua Aristotelis editione Græca, Philosophi Physiognomonicis subjecit Francof. ap. Wecheli hæredes 1587 4. In latinam linguam transtulit & una cum Meletio de natura hominis, Hippocrate de natura humana, Dioclis Carystii libello de sanitate tuenda & Polemonis Physionogmicis edidit Nicolaus Petreius Corcyræus Venet. 1552. 4to. Ante Petreium Augustinus ** Niphus ea quæ de saltibus tremoribusque qui in hominum membris fiunt à Melampode scripta sunt, libro primo de auguriis capiti nono inseruerat, Basil. 1534 8vo. Porro Græcè & Latine una cum Hieron. Cardani Metoposcopia edidit Claudius Martinus de Laurendiere Paris. 1658. fol. Germanicè præterea redditus exstat ad calcem

* Phimonem augurem vocat Augustinus Niphus lib. I. de auguriis cap. 9. Sed vide quæ infra dicimus in Phemonoë.

* Niphi liber occurrit etiam in Tomo quinto thesauri antiquitatum Romanarum Græviani, ubi vide pag. 330. seq.

2011 Ministerio de Cultura

cem trifolii Chiromantico-Phyſiognomici una cum Joh. Sigismundi Elsholtzii libro de ſymmetria corporis humani Norimb. 1695. 8vo.

IV. Scripſerat & Poſidonius quidam olim παλμικὸν οἰώνισμα cujus meminit Svidas in παλμικὸν, & Ποσειδόνιος & οἰωνιστικὴν, teſtatus præterea Sibyllam περὶ παλμῶν ſcripſiſſe. Quod divinationis genus rejicitur in iis quæ habemus Sibyllinis Lib. III. p. 232. ubi pro ὑ πλαρμῶν σημεῖα, in Codice Regis Galliæ legitur ὑ παλμῶν οἰώνισμα teſte Opſopœo. Vide & Juſtini quæſt. XIX. ad Orthodox. Alius *Melampus* Grammaticus, cujus Scholia in Dionyſium Thracem manu exarata exſtant in variis Bibliothecis. Ne dicam de *Melampode* Ithagenis filio, quem inter Homeri majores refert Herodotus ſive quis alius ſcriptor vetus in Poëtæ vita.

CAPUT XVI.

Meliſander Mileſius. 1. *Mochus Sidonius.* 2. *Muſæus Athenienſis.* 3. *Scripta ejus apud veteres memorata, itemq; obiter de Laſo Hermionenſi.* 4. *Muſæi à Meurſio & aliis præter rem multiplicati.* 5. *Poëma longe junioris Poëtæ de amoribus Herus & Leandri.* 6. *Editiones.* 7.

I.

MELISANDER MILESIUS ab Æliano Lib. XI. cap. 2. Variæ hiſtoriæ accenſetur Poëtis qui Homerum ætate præceſſerint, diciturque Lapitharum & Centaurorum pugnam ſcripſiſſe.

II. De MOCHO Sidonio Vide quæ dicimus infra in *Sanchoniathone.*

III. MUSÆUS Philoſophus & ἐποποιὸς Athenienſis, Eumolpi ſecundi & * Selenes filius ſive per Antiphemum nepos (diverſæ enim jam olim de hoc fuere ſententiæ, ut notatum Menagio ad Laërtii prooem. ſect 3.) Orphei imitator (vide Pauſaniam p. 813.) & diſcipulus fuiſſe fertur, quo ſenſu accipiendum putaverim, cum à Platone, Diodoro & aliis Orphei filius appellatur, & Juſtinus Martyr Orpheum

 ſcri-

* Hinc Σεληνιακὸς dicitur Proclo I. in Timæum.

2011 Ministerio de Cultura

ſcripſiſſe ait πρὸς τὸν ἱὸν αὐτῆ Μυσαῖον, καὶ τὰς λοιπὰς γνησίας ἀκροασεις.

— — σὺ δ' ἄκυε Φαεσφόρε ἔκγονε Μήνης
Μυσαῖε. — — — —

Confer Orphei εὐχὴν πρὸς Μυσαῖον quæ incipit: μάνθανε δὴ Μυσαῖε. Caſſiodorum Lib. II. Variar. Epiſt. 40. Servius ad VI. Æneidos v. 667. ubi in campis Elyſiis Sibylla non Homerum ſed Homero antiquiorem Muſæum primum ante omnes vates affata inducitur: *Eum alii Lunæ filium, alii Orphei volunt, cujus eum conſtat fuiſſe diſcipulum, nam ad ipſum primum carmen ſcripſit quod appellatur Crater.* Homerum ex Muſæo quædam deſcripſiſſe ac ſuis intexuiſſe poëmatis, contendit Clemens Alex. 6. Strom. p. 618. quemadmodum Heſiodum p. 628.

IV. Scripta Muſæi hæc apud veteres commemorantur:

Χρησμοὶ ſive Oracula, quorum mentio apud Ariſtophanem in ranis, ad quem locum Scholiaſtes p. 171. Τὸν Μυσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν. ἔτι δὲ καὶ Δαλύσεις καὶ τελεταὶ καὶ καθαρμοὶ συντέθεικεν, ὁ δὲ Σοφοκλῆς χρησμολόγον αὐτὸν φησίν. Meminit Muſæi Χρησμῶν etiam (qui illos legiſſe ſe teſtatur) & ex iis quædam adducit Pauſanias in Phocicis p. 820. & 828. & Philoſtratus Heroicis, in Proteſilao, Herodotus autem Lib. VII. cap. 6. affirmat Onamacritum, qui Orpheo etiam (ut infra dicemus) oracula ſuppoſuit, χρησμοὺς ſub Muſæi nomine concinnaſſe, & ἐπαυτοφώρῳ deprehenſum à Laſo * Hermioneo, ejectum eſſe Athenis à Piſiſtrato. Clemens quoque Lib. I. Stromatum p. 332. ſq. ubi perperam tradit Orpheum Muſæi diſcipulum fuiſſe, auctor eſt τὰς ἀναφερομένας εἰς Μυσαῖον χρησμοὺς Onomacrito ab aliis tribui. Muſæum inter Vates ſive auctores oraculorum refert etiam Strabo Lib. XVI. & Herodotus Lib. VIII. c. 96. Orpheum Linum & Muſæum de divinis poteſtatibus vaticinatos Platonique laudatos narrat Chalcidius p. 220. Meminit Muſæi Plato in Apologia, in Jone, in 2. de Rep. & in Protagora, ubi τελετάς τε καὶ χρησμωδίας Orpheo & Muſæo tribui teſtatur.

Ὑποθῆκαι ſive *Præcepta ad Eumolpum tertium, filium ſuum*, Svidæ memorata, ἔπη δ'. *verſus quatermille.* Hoc opus Pauſanias plus ſimplici vice memorat, & à Græcis decantatum teſtatur, nomine Εὐμολπίων carminum p. 809. Videtur tamen & ipſe hæc ad Onomacritum referre in Atti-

* De hoc Laſo primo Muſices ſcriptore multis agunt Leopardus Lib. II. emendatt. cap. 13. Voſſius Poëtic. III. p. 87. Tan. Faber Lib. I. Epiſt. p. 69. Meurſius ad Ariſtoxenum p. 141. ſeq. Meibomius p. 78. Fuit & alter Laſus Magnes quem Phænomena ſcripſiſſe refert auctor vitæ Arati.

2011 Ministerio de Cultura

in Atticis p. 53. Lambecius p. 185. prodromi hiſtoriæ literar. male diſtinguit ὑποθήκας haſce ab Eumolpiis Muſæi carminibus. Fuere & Eumolpi *verſus ter mille*, quibus myſteria Cereris tradiderat, ut ex Svida jam ſupra notavimus: Hos alios longe fuiſſe ab Eumolpiis iſtis Muſæi carminibus non modo colligo ex eo quod numerus verſuum utroque in loco diverſus eſt, ſed & auctor atque argumentum. De myſteriis enim ſingulari opere Muſæus egerat quod infra commemoramus. In hiſce autem ὑποθήκας videtur præcepta ad vitam neceſſaria complexus fuiſſe & filio tradidiſſe.

Hymnus in Cererem, in Lycomidarum gratiam (de quibus Meurſius Lib. II. cap. 19. Atticar. Lect. & Kühnius ad Pauſaniæ Meſſenica cap. I.) concinnatus, quem ſolum pro Muſæi illius priſci ſcripto certo ac genuino habet Pauſanias in Atticis, atque iterum laudat in Meſſenicis p. 281. reliqua univerſa ab Onomacrito Muſæi nomini ſuppoſita teſtatus.

Ἐξαιρέσεις νόσων ſive *de morbis curandis præcepta* memorata Ariſtophani in ranis, & Euſtathio proœmio in Iliadem p. 3. In hoc libro ni fallor dixerat de polio herba, quod ex Muſæo repetit Theophraſtus Lib. IX. hiſt. plantar. cap. 21. Plinius Lib. XXI. cap. 7. & 20. Lib. XXV. cap. 2. Schol. Apollonii in Lib. IV. ἡ δὲ ἄρκευθος δένδρον τι ἀκανθῶδες Ἀπόλλωνος ἴδιον, ὡς ἱστορεῖται ἐν τρίτῳ τῶν εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένων.

Theogonia quam memorat Laërtius in proœmio, atque ut Meurſio videtur Harpocration & Svidas in Μελίτη. Idem Muſæi opus puto reſpici ab Eratoſthene c. 13 Cataſteriſm. Ex eodem petita videntur Lambecio, quæ de duabus γενέσεσι Μουσῶν profert Scholiaſtes Apollonii Rhodii ab Lib. III. Addit Laërtius Muſæum docuiſſe, ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι καὶ εἰς ταυτὸν ἀναλύεσθαι.

Τιτανογραφία, cujus librum tertium allegat Scholiaſtes Apollonii Lib. III.

Sphæra, de qua idem Laërtius in proœmio, ubi de Muſæo agit: ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον, quanquam dubitari poſſit hisne verbis ſcripto ſphæram cœleſtem expoſuiſſe dicatur, (Uti Linus præter κοσμογονίαν ſcripſiſſe ab eodem Laërtio dicitur de curſu ſolis & lunæ,) an Sphæram ipſam primus reperiſſe, quod Atlanti tribuit Diodorus Siculus Lib. III. p. 193. quem inde dictum humeris cœlum portare narrat idem Lib. IV p. 233. ſq. Confer Plinium Lib. II. cap. 8. qui Lib. VII. cap. 56. Sphæram ſcribens inventam ab Anaximandro, ſigniferum dicere voluit

2011 Ministerio de Cultura

luit, etſi ſphæram ab Anaximandro κατεσκευασμένην tradit etiam Laërtius quod de libro accepit Svidas, minus ni fallor ad Laërtii mentem.

Παραλύσεις καὶ τελεταὶ καὶ καθαρμοί, quæ à Muſæo compoſita refert auctor ſcholiorum Ariſtophanis in loco paulò ante adducto. Eadem tria jungit Plato, de Muſæo & Orpheo agens Lib. II. de Rep. Παράλυσις ſive καθάλυσις dicuntur quod homines & civitates docerent religione abſolvi & liberari à peccatis criminibusq; quibus ſe obſtrinxerant. Τελεταὶ ſive Myſteria à Muſæo inſtituta multi memorarunt, ut idem Plato duobus in locis, Lucianus περὶ ὀρχήσεως & alii. Hæc ipſa ſunt Myſteria Eleuſiniæ Cereris, de quibus exſtat liber integer Meurſii, quem vide cap. 2. Καθαρμοὺς etiam ſcripſit Empedocles ut infra notavi libro II. c. 11.

Ex quibus porro Muſæi ſcriptis hauſta ſint verba verſiculive quos adducunt Ariſtoteles Lib. VIII. politic. cap. 5. & Lib. VI. cap. 6. Hiſt. animal. Plutarchus in Mario, Clemens Alex. Lib. VI. Strom. p. 618. & 628. ubi Homerum ac Heſiodum ex Muſæi carminibus profeciſſe contendit, nemo eſt, qui nos doceat. Verſus plerosque Muſæi ex Clemente, Pauſania, quem ex Oraculis Muſæi nonnulla producere diximus, & Ariſtotele collectos exhibet H. Stephanus in poëſi Philoſophica p. 109. Eundem eſſe puto Muſæum ex quo Clemens Alex. p. 628. notat integrum librum de Thesprotiis *Eugamonem*, ſive ut Euſebius Lib. X. cap. I. præparat. *Eugrammonem* Cyrenæum tranſcripſiſſe. Forte in Muſæi χρησμοῖς quædam legebantur ex lebete Thesprotio, cujus celebris antiquiſſimi oraculi mentio apud Theodoritum Lib. X. Therapeut. & alios.

V. Neutiquam vero aſſentiendum eruditiſſimo Meurſio, qui in Bibliotheca Attica ex uno nobis Muſæo ternos, & Lib. II. c. 19. Atticar. Lect. quaternos confinxit, Antiphemi filium, Selenes ſive Lunæ filium prioris nepotem, tertium filium Orphei, & quartum denique quem Eugamon exſcripſit. Neq; video cur Voſſius libro de quatuor artibus popularibus p. 40. ſeqv. Muſæum ab Ariſtotele citatum & Theogoniæ Sphæræque auctorem diverſum eſſe exiſtimet ab altero quicunque is etiam fuerit χρησμῶν auctore. Mentio veteris illius Muſæi etiam in marmore Arundeliano. Vide Palmerii Exercitationes ad auctores Græcos p. 609. ſq. Fuit & alius Muſæus Thebanus, Thamyræ & Philammonis filius, quem ante Trojana tempora ſcripſiſſe & μέλη atque ἄσματα compoſuiſſe Svidas narrat. Tertius porro Epheſius ſed longe junior de quo idem Suidas narrat: Μουσαῖος Ἐφέσιος ἐποποιὸς, ὃς εἰς τὸν Περγαμηνὸς καὶ αὐτὸς κύκλος, ἔγραψε περιήγησιν βιβλία δέκα καὶ εἰς Εὐμολπίην καὶ Ἄτταλον. Neſcio an diverſus ab his fue-

2011 Ministerio de Cultura

fuerit, isque Grammaticus, cujus περὶ ἰαθμίων laudat Arsenius ad Euripidis Medeam, auctor scholiorum ad Apollonium Lib. III. & Varinus in Ἴαθμια.

VI. Exstat & Musæi nomine carmen Epicum, Græcis versibus mollissimis *de amoribus Herus & Leandri* compositum, quod Michaël Sophianus (teste Casaubono ad Laërtium) Leo Allatius & Jac. Gronovius, (teste Adr. Relando in notis ad Tan. Fabrum de Poëtis Græcis) in MSS. codd. inscriptum repererunt, Μουσαίου Γραμματικοῦ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Antiquissimus qui id diserte laudet est Johannes Ttetzes Chiliad. 2. hist. 38. v. 435. Chil. 10. hist. 337. v. 519. & Chil. 12. hist. 453. v. 943. Ovidio antiquiorem auctorem facit Guil. Canterus Lib. I. Novar. lectionum, cap. II. Quin prisco illi Musæo Orphei æquali tribuere non dubitat Julius Cæsar Scaliger Lib. V. Poëtices p. 494. ejusque Stylum longe esse Homerico politiorem atque comtiorem contendit, & Homerum plures ex isto carmine versus mutuatum affirmat. Sed in eo omnino falsum fuisse magnum illum Criticum omnes fere consentiunt, filius ipse Josephus Scaliger Epist. 247. ad Salmasium, Casaubonus & Menagius ad Laërtium, Barthius in Adversariis Lib. II. cap. 7. & Leo Allatius de patria Homeri p. 71. sqq. (qui de re levi nimis profecto petulanter summo viro insultat) Vossius, Lambecius aliique quos enarrare nihil attinet. Matthæi Sladi Epigramma Græcum illi Julii Scaligeri sententiæ oppositum exhibet Joh. Jensius Lectionum Lucianearum p. 190. Meursio quidem non absurde auctor poëmatis istius videbatur esse Musæus, cujus *pathicissimos libellos, qui certant Sybariticis libellis, & tinctas sale pruriente chartas* memorat Martialis Lib. XII. Epigramm. 97. Sed nec sine ratione Gyraldus existimavit Musæum illum Martialis scripsisse Latine, non Græcè. Et alii emunctæ naris Critici observarunt characterem poëmatis de Hero Leandro, quam proxime accedere ad Poëtam Alexandrinum recentioris ætatis vel talem qualis est Nonnus qui Dionysiaca scripsit. Ita Casaubonus, Heinsius, Tanegui-dus Faber, & qui hos sequuntur.

VII. Lucem adspexit Musæi cujuscunque demum sit non certe invenustum carmen Græce, literis capitalibus in 4to: hinc una cum Procli hymnis & Orpheo apud Aldum 1517. 8vo & cum Orpheo atque Homeri Batrachomyomachia Florent. 1519. 8vo. & inter H. Stephani Poëtas principes Heroici carminis Parisiis 1566. fol. Cum Metaphrasi poëtica Guil. de Mara Canonici Constantiensis Colon. 1526. & commentariis Johannis Vatelli Paris. apud Wechelum 1538. 8vo. Græce & Latine una cum Æsopi, Babriæque fabulis, Paris.

2011 Ministerio de Cultura

1549. Basil. 1574. 12mo. Cum Moschi Bionisque Idylliis per Joh. Crispinum Genev. 1584. 12mo. Cum Metaphrasi poëtica Andreæ Papii Gandensis ejusque notis Antvverp. 1575. 8vo ad calcem Dionysii periegetæ. Cum versione & notis Casp. Barthii Ambergæ 1608. 8vo. Cum notis Joh. Weitzii ibid. 1613. 12mo. Cum commentario Danielis (non Davidis, ut est in Bibl. Philosophica Lipeniana) Parei & indice omnium verborum, Metaphrasi Guilelmi de Mara, Barthii Leandride, Ovidii Epistolis mutuis Heronis & Leandri, & Clementis Maroti Musæo, Gallico carmine expresso, Francof. 1627. 4to. Cum notis Pauli Voëtii, Traject. 1645. 8vo. Cum eleganti Metaphrasi poëtica Davidis Withfordi, præmissum Moschi & Bionis Idylliis Lond 1659. 4to. Cum notis Jac. Rondelli 1678. 8vo. Marci Musuri scholia in Musæum MSS. in codice Regis Galliæ 1917. Isaaci Casauboni commentarium parenti suo Philippo in Gallia coram ab auctore monstratum testatur Daniel Pareus, sed is nunquam lucem adspexit.

CAPUT XVII.

Olen. 1. Ejus hymni. 2. Olympi duo. 3. Oracula varia & de illis scriptores. 4. De Bacide, obiter, ib. Orybantius Trœzenius. 5.

I.

OLEN antiquissimus vates & ἐπωπιὸς, quem hymnorum vetustorum qui in Delo canebantur auctorem, & primum hexametros versus commentum nonnulli prodiderunt. De hoc satis diligenter egit Gyraldus dialogo tertio de poëtarum historia, nisi quod verba ipsa auctorum cum quibusdam observationibus apponere in usum lectoris hic maluimus. De patria sic Svidas: Ὠλὴν Δυμαῖος ἢ ὑπερβόρειος, ἢ Λύκιος, ἐπωπιὸς. Μᾶλλον ἢ Λύκιος ἀπὸ Ξάνθε ὡς δηλοῖ Καλλίμαχος καὶ ὁ πολυΐστωρ (Alexander Ephesius) ἐν τοῖς περὶ Λυκίας. Locus Callimachi quem respicit hic est hymno in Delum v. 304.

Οἱ μὲν ὑπαείδεσι νόμον Λυκίοιο γερόντος·
Ὃν τοι ἀπὸ Ξάνθοιο θεοπρόπος ἤγαγεν Ὠλήν.

Ad quem locum Scholiastes: Ὠλὴν γάρ τις Λύκιος ἔυρε τὸν ὕμνον τοῦτον.

2011 Ministerio de Cultura

τον. Νόμον pro hymno poni notarunt præstantissimi Callimachi interpretes Anna Daceria & Ez.Spanhemius : etsi proprie ac sæpius usurpatur pro modulatione Musica , sive pro lege præscripta regulaque sonorum,ut præter alios docentSeldenus &Prideaux adEpochas marmoreas p. 170. seqv.

II. Hymnorum ab Olene editorum testis locupletissimus Herodotus Lib. IV. c. 35. Καὶ γὰρ ἀγείρειν σφι (ἐν Δήλῳ) τὰς γυναῖκας ἐπονομαζούσας τὰ ὀνόματα ἐν τῷ ὕμνῳ τὸν σφι Ὠλὴν ἀνὴρ Λύκιος ἐποίησε. Παρὰ δὲ σφέων μαθόντας νησιώτας τε καὶ Ἴωνας ὑμνέειν Ὦπίν τε καὶ Ἄργην ὀνομάζοντας. Οὗτος δὲ ὁ Ὠλὴν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποίησε ἐκ Λυκίης ἐλθὼν τοὺς ἀειδομένους ἐν Δήλῳ.

Ejusdem hymni in Lucinam à Deliis cantari soliti meminit Pausanias in Atticis p.42.& in Arcadicis p.639.ubi pro Λύκιος Ὠλὴν male legebatur ὃς ἦν ut notavit doctissimus Kühnius ὁ μαναξίτης. Primum in Delo vaticinatum Olenem & Hexametro carmine primum cecinisse, ex Bœonis mulieris vatis testimonio refert idem Pausanias in Phocicis p. 809. Βοιὼ δὲ ἐπιχωρία γυνὴ ποιήσαζα ὕμνον Δελφοῖς ἔφη κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ Θεῷ τοὺς ἀφικομένους ἐξ ὑπερβορέων , τούς τε ἄλλους , καὶ Ὠλῆνα. Τοῦτον γὰ καὶ μαντεύσασθαι πρῶτον καὶ ἆσαι πρῶτον τὸ ἑξάμετρον,

Ὠλήν θ' ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο θεοφάτας
Πρῶτος δ' ἀρχαίων ἐπέων τεκτήνατ' ἀοιδάν.

Hæc *Boeo* male *Boco* dicitur apud Gyraldum, etiam in luculenta nupera editione Jensiana. Βοιὼ vocatur quoque apud Clementem 1.Strom.p.333. Idem Pausanias in Bœoticis p.762. Λύκιος δὲ Ὠλῆν ὃς καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἀρχαιοτάτους ἐποίησεν Ἕλλησιν, ἔστι δὲ ὁ Ὠλὴν ἐν Ἐλευθύαις ὕμνῳ μητέρα ἔρωτος τὴν Ἐλείθυιαν φησὶν εἶναι. Hymnum Olenis in Junonem laudat idem in Corinthiacis p. 140. & hymnum in Achæiam in Eliacis prioribus p. 392. Fuit & *Olenus* Calenus Hetruriæ celeberrimus vates , cujus mentio apud Plinium Lib. XXVIII. cap. 2.

III. OLYMPI nomine duo memorantur à Plutarcho Lib. de Musica. *Prior* , à quo montem Olympium dictum volunt , est Mysius Marsyæ discipulus Hyagnidis filii , qui primus artem tibia canendi invenit. Hic ante Trojanum bellum floruisse fertur , & lyrica carmina atque elegias scripsisse. Svidæ certe in Ὄλυμπος , dicitur ποιητὴς μελῶν καὶ ἐλεγείων. Plutarchus auctor est quod in Apollinem aliosque Deos composuerit νόμους sive hymnos , & quod Stesichorus Himeræus non Antilochum , Orpheum , Terpandrum , Thaletem sed vero Olympum

2011 Ministerio de Cultura

hunc fuerit imitatus. Svidas in ξυναυλίαν ei tribuit νόμους ἀυλητικούς & θρηνιτικούς. Etiam Aristoxenus tradit Olympum de morte Pythonis primum ἀυλῆσαι ἐπικήδειον λυδιστί quod ex eo idem Plutarchus repetit. Laudatus hic Olympus Marsyæ discipulus Platoni in Jone, in Minoë & 3. de legibus: Aristophani in equitibus, Aristoteli Lib. VIII. Politic. cap. 5. qui meminit Ὀλύμπου μελῶν, Ovidio Lib. III. de ponto Eleg. 3. Philostrato & aliis. Sed forte alii suspicabuntur, Musicos potius concentus modulatum esse, quam carmina vel poëmata composuisse, perinde ut *alterum Olympum* juniorem, Phrygium tibicinem, quem Midæ temporibus floruisse Svidas notavit. Prætereo *Hyagnem* Phrygem patrem Marsyæ, non tibiarum modo, sed & variorum νόμων musicorum & harmoniarum in Matrem Deum, Bacchum, Pana, aliosque repertorem, de quo tum apud eundem Plutarchum, tum in Epochis Marmoreis Arundelianis: quibus jungendus Spanhemii commentarius ad Callimachum p. 296. tum Olympi senioris discipulos * *Cratetem* & *Hieracem* à quibus nomos (h. e. modulationes) *Polycephalum* & *Hieracium* inventos esse testantur Plutarchus & Pollux Lib. IV. cap. 10. ubi & de aliis νόμοις Musicis, & inter alia: νόμοι δὲ Ὀλύμπου καὶ Μαρσύου Φρύγιοι καὶ Λύδιοι, καὶ Ὀλύμπου ἐπιτύμβιοι. Fuit & tertius Olympus, Philosophus Alexandrinus, de quo præclara quædam idem Svidas. Olympus poëta citatur à Lutatio ad Statii 2. Thebaidos p. 47.

IV. Versum Heroicum Pythio nos Oraculo debere scripsit Plinius Lib. VII. cap. 57. & Isidorus Lib. I. Origg. cap. 38. versus Heroicos ante Homerum Pythios dictos, quod illo metro oracula edita fuissent. Præterea ORACULA varia apud Græcos Homero antiquiora jactantur, ut *Phemonoes*, *Orphei*, *Zoroastris*, *Sibyllæ*, *Eucli*, *Musæi*, de quibus suo loco diximus. Musæo *Bacidem* adjungit Herodotus libro VIII. ejusque oracula quædam ab eventu comprobata recitat, quod facit & Pausanias non uno in loco. Multi tres fuisse Bacides referunt, Bœotum, Atheniensem, Arcadem, ut docet Jac. Nicolaus Loënsis Lib. III. Epiphyllid. cap. II. Sed verisimilius est, unum fuisse hoc nomine antiquissimum Bœotium vatem, cujus etiam meminit Cicero I. de divinatione, à quo reliqui

* Fragmentum elegans ex Cratetis Μουσικοῖς παιγνίοις servavit Julianus Orat. 6. idemque repetit Oratione 7. constans decem versibus Hexametris ac pentametris. In eadem Oratione sexta proferuntur quoque versus quidam è Cratetis hymno in frugalitatem. Sed fallitur Meursius qui in Bibliotheca Græca p. 1329. putat à Juliano respici Cratetem hunc discipulum Olympi. Intelligitur enim Crates Cynicus.

2011 Ministerio de Cultura

reliqui ad tempus afflati ſimiliter dicti ſunt Bacides. Quod pluribus oſtenſurus erat doctiſſimus Petrus Petitus in diſſertatione de Bacide, quam promittit libris de Sibylla p. 27. & 274. Etiam Piſiſtratum Bacidem cognominatum teſtatur Svidas & Scholiaſtes Ariſtophanis. Qui forte fuit Athenienſis ille Bacis Philetæ apud Svidam memoratus. Arcadici Bacidis oracula à Pauſania proferuntur non uno in loco, meminitque ejus Clemens quoque 1. Stromatum. Verſus à ſe compoſitos Bacidi tribuit Lucianus de morte Peregrini, quos falſò jactatis à Theagene Sibyllinis opponit. Svidas oraculorum auctorem præterea celebrat *Glanidem* Bacidis fratrem, Lycophron v. 222. *Prylin* filium Hermetis, *Lycum* quoque Pandionis filium, antiquiſſimum vatem memorat, ſed oracula ejus vidiſſe ſe negat Pauſanias in Phocicis p. 828. Verſus Thebis Bœotiæ in Apollinis Ismeni templo, ante Homeri tempora tripodibus inſcriptos literis Cadmeis refert Herodotus Lib. V. c. 59. Oraculum Cadmo redditum Tzetzes Chil. 5. hiſt. 28. & Chil. 12. hiſt. 398. Scholia ad Ariſtoph. ranas p. 177. ad Phœniſſas Euripidis v. 641. Oracula alia vetuſta, ſed quorum major pars Homero ætate cedit, ad calcem Sibyllinorum collecta ſunt à *Johanne Obſopœo* Græce & Latine, Pariſ. 1599 & 1607. 8vo. cum notis, in quibus loca auctorum è quibus petita ſunt, indicantur. Videas & in illis verſo quosdam antiquiſſimarum vatum fœminarum, tum aliarum tum *Xenocleæ*, *Phaënnidis* & *Peliadum*, è Pauſaniæ Phocicis. Poſt Obſopœum eadem oracula vetera cum Sibyllinis Græce & Latine edidit *Servatius Galæus* Amſt. 1689. 4to. Alios vates priſcos refert Clemens Alex. 1. Strom. p. 331. Hyginus fab. 127. & è recentioribus *Julius Cæſar Bulengerus* Lib. II. de ſortibus cap. 2. & *Joh. Jacobus Boiſſardus* libro de divinatione. Catalogum locorum ſacrorum in quibus oracula edita olim ſunt dedit præter eundem Bulengerum & Dan. Claſenium libro II. *Antonius Van Dale* Medicus Harlemenſis libro de oraculis veterum Ethnicorum p. 560. ſeqv. editionis ſecundæ. Exſtat & Hiſtoria oraculorum ex eodem VanDalii libro excerpta & Gallice edita à *Fontenello*, & *Georgii Mœbii* δ μακαρίτε tractatus de oraculis, Vandalio meras hominum fraudes in illis obſervanti oppoſitus, tum *Danielis Claſenii* de oraculis Gentilium libri III. *Gaſparis Gevartii* liber de oraculis veterum, quem memorat ipſe in Papinianis lectionibus p. 229. nunquam quod quidem ſciam lucem adſpexit. Non minus dolendum eſt temporum injuria intercidiſſe *Oœnomai* veteris Cynici φωραγοήτονα ſive detectionem præſtigiatorum de oraculorum falſitate, Porphyrio memoratam & Euſebio, qui loca quædam ex illo producit l. V. præparationis: tum *Philemonis* Athenienſis

2011 Ministerio de Cultura

opus περὶ παντοδαπῶν χρησηρίων laudatum Athenæo Lib. III. & quæ de oraculis ſcripta fuerunt à *Chryſippo*, ac *Nicandro* Colophonio, cujus libros tres περὶ χρησηρίων πάντων Svidas memorat, denique quæ περὶ μαντικῆς diſputaverant Diogenes Babylonius, Antipater & Poſidonius teſte Cicerone 1. de divinat. Conſulendus interim præter eundem Ciceronem Plutarchus de oraculorum defectu, & in libro cur verſibus oracula fundere deſierit Pythia, ut alios jam omittam.

V. OROEBANTIUS Trœzenius cujus ἔπη Ælianus Lib. XI. cap. 2. Var. Hiſtor. narrat exſtitiſſe Homericis antiquiora, ὡς φασιν Τροιζήνιοι λόγοι. Verum illis Troezeniorum res ſuas quam maxime amplificantium narrationibus non multum fidei habendum, probe ex Pauſaniæ Corinthiacis obſervat doctiſſimus Perizonius.

CAPUT XVIII.

De Orpheo Scriptores. De ejus nomine, ætate &c. 1. Dialectus quâ uſus eſt Orpheus. 2. Scripta quæ exſtant. Argonautica. 3. Hymni. 4. De lapidibus. 5. Fragmenta ab H. Stephano collecta. Carmen περὶ σεισμῶν. Prognoſtica ex Orpheo & aliis. 6. Orphicorum editiones quædam promiſſæ. 7.

I.

ORPHEUS Libethrius, * Thrax, qui ante Trojanum bellum vixiſſe fertur, multis antiquis pariter ac recentibus multam ſcribendi materiam præbuit, quæ ſingula vel repetere vel ad examen revocare non eſt noſtri inſtituti. Homerum ex Orpheo quædam deſcripſiſſe & poëmatis ſuis intexuiſſe contendit Clemens Alex. Lib. V. Strom. p. 618. Hiſtoriam Orphei & Muſæi olim ſcripſerat Herodorus teſte Photio cod. 80. Epigenes ** περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως, quo in libro de auctoribus ſcriptorum qui ſub Orphei nomine ferebantur egiſſe, & verba ipſi peculiaria expoſuiſſe videtur, ut colligo ex Clemente Alex. Lib. I. ſtrom. p. 333. Lib. V. p. 571. Alius ἐξηγητικὸς in Orpheum auctor videtur laudari à Svida & Etymologo in περιβάρες & Joh. Malala in Chronico p. 88. ſqq. Sandonem Hellanici F. Philoſophum Svidas teſtatur compoſuiſſe Θεογονίας εἰς Ὀρ-

* A ſuis occiſus fertur, unde proverbium ἀμυσότερος Λειβηθρίων. Vide Zenobium.

** Ab hoc Epigene librum ſuum de Poëſi ac Philoſophia Orphica *Epigenem* inſcripſit Andreas Chriſtianus Eſchenbachius Vir Cariſſ. Norimb. 1702. 4to.

2011 Ministerio de Cultura

εἰς Ὀρφέα, βιβλίον ά. Apollonius Aphrodisiensis scripserat teste eodem Svida περὶ Ὀρφέως καὶ τ̃ τελετῶν ἀυτ̃, ita enim lego, non κζ. Syrianus & Proclus scripserunt in Orphei Theologiam ut ex Marino in Procli vita cap. 27. refert idem Suidas qui etiam utrumque ait scripsisse συμφωνίαν Ὀρφέως, πυθαγόρε καὶ Πλάτωνος, ut Hierocles libro quarto de fato ac providentia consensum Platonis cum Orpheo & Oraculis demonstraverat, quod Photius notatum reliquit. Quanti præ libris aliis omnibus Orphicam poësin fecerit & unice lectitaverit Serapion Alexandrinus docet Svidas in Σαραπίων ex Damascio in vita Isidori. Orphei scripta congesfit, si Svidæ credimus Pherecydes * quidam antiquissimus Athenienfis Φερεκύδης Ἀθηναῖος πρεσβύτερος ἢ Συρίε (negant hoc alii, vide Menagium p. 68. ad Laërt. & Meursium in Bibliotheca Attica p. 1583.) ὃν λόγος τα Ὄρφεως συναγαγεῖν. E contrario, *Orpheum Poëtam Aristoteles docet nunquam fuisse*, inquit Cicero I. de Natura Deor. sect. 108. quæ verba non ita intelligenda sunt, ac si nullus unquam fuerit Orpheus, sed quod nullus fuerit Poëta illo nomine, poëmataque quæ illi tribuuntur alium habeant auctorem. Quemadmodum nec Androtion apud Ælianum negat Orpheum Thracem fuisse, sed fuisse sapientem. Lib. VIII. Var. Hist. cap. 6. Viro docto tamen Lib. I. de artis Poëticæ natura nomen ipsum totum videtur confictum, ** quod *Arifa* Arabibus est *scire, novisse*, unde *Arif*, sive Orpheus *sciens, eruditus, doctus*. Quemadmodum & nullum ait fuisse Musæum sed & id nominis effictum à Musa sive Μῶσα quod à מוסר *ars, disciplina*. Quod argumentum si valet, exspectabis ut veniat qui similiter probet etiam nullum fuisse Moysen. Sane non defuerunt jam qui Musæum cum Mose confunderent. Alii non unum sed plures antiquissimos ἐποποιὸς Orphei nomine fuisse contendunt, ut patet vel è Svida multos *** Orpheos memorante sive fingente potius. Alii alia nominis Orphei etyma commenti sunt. Vide Olaum Rudbeckium T. 2. Atlanticæ p. 443 Utcunque autem ista se habeant, uti in Hermete supra feci, ita hic quoque enarrabo scripta, quæ sub Orphei nomine exstant vel à Veteribus laudata reperi, tum de inventis Orpheo tribu-

tis

* Plures Pherecydes commemorat, & eorum scripta recenset Meursius ad Helladii Chrestomathiam p. 58.

** Recte à Vossio dissentit Thomas Burnetus cap. 9. Archæologiæ Philos. cui adde Observatores Hallenses VI 29.

*** Vide etiam si placet Kircherum Lib. II. Oedipi part. 1. p. 150. ubi corruptissima de Orpheo traduntur. Orphei alterius meminit & Svidas in Δεωός.

2011 Ministerio de Cultura

tis quædam ſubjungam. Equidem Lambecius qui de Orpheo fuſe egit p. 168. ſqq. prodromi hiſtoriæ literariæ, ferias mihi feciſſe videatur, ſed poterit forte aliquid plenius, diſtinctius & accuratius de Orphei ſcriptis lectori à me offerri & exhiberi.

II. Orpheum antiquiſſimum Poëtarum, dialecto Dorica ſcripſiſſe teſtatur Jamblichus cap. 34. de vita Pythag. ex Metrodoro Medico Pythagoreo Epicharmi F. Verum illam dialectum neque in libris qui ſub ejus nomine exſtant, neque in fragmentis reperio, ſi à λόγῳ ἱερῷ diſceſſeris, ſed quem à Pythagoræo aliquo ſuppoſitum Orpheo fuiſſe, infra c. XIX. ſum notaturus. Orphicos *per Symbola*, ſive ut Dionyſius Halicarnaſſ. *per allegorias*, Pythagoræos *per imagines* divina adumbrare ſolitos, obſervat Proclus Lib. I. cap. 4. Theologiæ Platonicæ.

III. Ex iis quæ ſub Orphei nomine hodieque exſtant, occurrunt

(1) *Argonautica*, Carmine Epico, ut ſunt præter ἱερὸν λόγον omnia quæ Orpheo tribuuntur, (qui & ipſe traditur inter Argonautas cum Tyndaridis & Hercule navigaviſſe, ut poſt alios auctor eſt Lactantius Lib. I. cap. 5.) Græce edita Florentiæ cum Hymnis Ao. 1500. 4to & ab Aldo Venet 1517. 8vo & iterum Florent. 1519. 8vo. & inter Poëtas Principes H. Stephani una cum ejus caſtigationibus Pariſ. 1566. Fol. Latina proſa utcunque vertit Renatus Perdrierius Pariſienſis, quam editam vidi Baſil. 1555. 8vo cum præfatione Bernardi Bertrandi: Græce cum Perdrierii verſione exſtat in Jac. Lectii corpore Poëtarum Græcorum T. 1. p. 480. Metaphraſis Poëtica Anonymi prodiit ad calcem Argonauticon Valerii Flacci illuſtrati commentariis Joh. Baptiſtæ Pii, Bononiæ 1519. fol. & in minore Flacci editione apud Aldum 1523 8vo & Lugd. 1548. 12mo. Incipit: *Orex & vates Pythonis maxime Princeps.* Græcè cum eadem Metaphraſi Argonautica ſeorſim excuſa Baſileæ apud Cratandrum 1523. 4to. Edita & Metaphraſis iſta Venetiis anno eodem cum Valerio Flacco, in 8vo. Cæterum in noviſſima quæ Trajecti prodiit Orphei editione 1689. 12mo. addita eſt Græcis Argonauticis ex H. Stephani editione expreſſis Perdrierii verſio ſed ab Andrea Chriſtiano Eſchenbachio Norimbergenſi paſſim emendata, H. Stephani notæ, & ejusdem Eſchenbachii * eruditus commentarius. Non pauca Ἀργοναυτικῶν

* Idem vir Clariſſimus MStorum codicum ope quos interjecto tempore inſpicere ipſi datum eſt, emendatiorem Argonauticorum editionem & commentarium in illa locupletiorem vulgaturum ſe recepit.

2011 Ministerio de Cultura

τικῶν loca illuſtrat & emendat Holſtenius in notis ad Stephanum Byz. quæ jam in editione ſua annotavit Clariſſimus Eſchenbachius. Svidas Argonautica tribuit Orpheo juniori Crotoniatæ, qui vixerit temporibus Piſiſtrati, iisdem quibus & Onomacritus, hymnorum ut plerique exiſtimant ſcriptor.

IV. (II.) *Hymni* * LXXXVI. quibus præmittitur Εὐχὴ πρὸς Μουσαῖον, Græce itidem ab Aldo Venetiis, à Juntis Florentiæ A. 1519. & ab H. Stephano, qui ſuas etiam caſtigationes addidit Pariſiis editi, latine ex Perdrierii verſione non optima Baſileæ, tum Græce & Latine cum eadem verſione in corpore Poëtarum Græcorum Genevenſi vulgati p. 502. Inde Joſephus Scaliger, intra quinque dierum, velut ipſe teſtatur, ſpatium hæc Orphei initia ſive indigitamenta Muſæo inſcripta verſibus antiquis Latinis expreſſit doctiſſime & feliciſſime, etſi hæc illius Metaphraſis lectorem requirit non è vulgo. Lucem adſpexit auctore jam defuncto inter alia ejus opuscula ab Iſ. Caſaubono edita Pariſ. 1610. 4to additis brevibus Scaligeri ejusdem annotationibus. Quinquennio pòſt Petrus Scriverius ad calcem poëmatum Joſephi Scaligeri hymnos Orphei Græcè ex H. Stephani editione recudendos dedit, iisque Scaligeri metaphraſin ſed emendatiorem, ejusque notas adjecit, Lugd. Bat. ex officina Plantin. 1615. 12. Eandem Scaligeri Metaphraſin & notas (ut H. Stephani quoque) in ſua Orphei editione ſervavit Eſchenbachius, ipſe quidem nihil in hymnos commentatus, quibus *veram Satanæ Liturgiam* contineri ſcripſit Daniel Heinſius in Ariſtarcho, ſublimem ac reconditam Theologiam in illis videre ſibi viſi ſunt Johannes Picus Mirandulæ Comes in Concluſionibus, & Kircherus T. 2. Oedipi parte I. p. 151. ſequ. qui poſt unum itemque alterum hymnum ſuo more illuſtratum atque expoſitum p. 156. promiſit ſe alibi oſtenſurum eſſe quod Sephiroticæ ſive Cabaliſticæ veterum Hebræorum & hieroglyphicæ Ægyptiorum doctrinæ maxime & clariſſime per omnia congruant. Et pridem ante Kircherum Cornelius Agrippa Lib. II. occultæ Philoſophiæ c. 60. ſcripſit Orphicos hymnos qui intelligat, eum revera magnam naturalis magiæ intelligentiam conſecutum. Pauſaniæ judicio Lib. IX. p. 771. Orphei hymnis elegantiores exiſtimantur Homerici, Orphei

* Tot ſane invenio, etſi Kircherus T. 2. Oedipi parte 1. p. 151. ex numero hymnorum Orphei LXXXIV. neſcio quod exſculpit myſterium. Et Picus Mirandulanus in concluſionibus ſuis p. 71. *tantus eſt*, inquit, *numerus hymnorum Orphei, quantus eſt numerus cum quo Deus creavit triplex ſæculum ſub quaternarii Pythagorici formâ numeratus.*

2011 Ministerio de Cultura

θεολογικώτεροι * & forte quæ Allatii Lib. de patria Homeri p. 281. ſuſpicio eſt, compoſiti (ab Onomacrito) ad Homeri æmulationem. Meminit hymnorum Orphei Plato, octavo de legibus, & Pauſanias in Boeoticis p. 770. qui paucos & breves fuiſſe refert, unde non alios habuiſſe videtur quam nos hodie legimus. Teſtatur etiam à Lycomedis decantatos in ſacris Cereris, qui honos non habitus hymnis Homericis quamvis elegantioribus. Philoſtratus in Heroicis ex Proteſilai judicio ait Homerum μεγαλορρημοσυνίῃ ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα ἀσκῆσαι. Et paucis interjectis de Homero loquens: Ὀρφέα γ', inquit, ἐν πολλοῖς τ' καὶ τὴν Θεολογίαν ὑπερῆρε, Μουσαῖον γ' ἐν ᾠδαῖς χρησμῶν. Complures Orphei hymnos laudat Stobæus. Vide Excerpta Grotii è Stobæi florilegio p. 246. ſq. p. 250. p. 56. p. 54. quibuscum confer Orpheum ex edit. Eſchenbachii p. 150. ſq. p. 154. p. 158. & 160. Meminit & Orphei hymnorum Cyrillus contra Julian. Lib. I. p. 25. Iſaac. Tzetzes prolegom. ad Lycophronem. Ex hymno in ſolem verſus quosdam profert Joh. Tzetzes p. 268. ad Heſiodum. Ὕμνον νόμῳ qui exſtat eadem pagina 160. Latina Metaphraſi donavit Grotius in florum ſparſione ad jus Juſtinianeum p. 65. Svidas hymnos refert inter ſcripta Orphei Ciconæi, qui & ipſe vixerit ante Homerum & duabus γυναιξὶ antiquior fuerit bello Trojano, ſcripſeritque fabulas etiam & Epigrammata. Sed profecto haud diverſus à noſtro fuit Orpheus Ciconæus ſive Κικόνεσσι πολυρρῆνοισιν ἀνάσσων ut vocatur in Argonauticis v. 77. quem à Ciconum mulieribus diſcerptum laniatumque ferunt. Idem Svidas inter Orphei Libethrii ſcripta memorat τελετὰς & Onomacrito à quibusdam tributas teſtatur. Et Scaliger hos qui exſtant hymnos τελεταὶς potius eſſe ait, quia in illis tantum fere invocationes Deorum continentur, qualibus initiati in myſteriis uti ſolebant, non vero celebrantur Deorum natalia, geſta aliaque, ut in hymnis fieri conſvevit. Loca quædam hymnorum Clariſſimo Eſchenbachio intacta relicta, ex MSto quo in Gallia uſus eſt, emendaverat & ſuppleverat Guil. Canterus Lib. II. cap. 3. Novarum Lectionum.

V. (III.) *De lapidibus* eorumque virtutibus præcepta, commendata à Theodomante Priami filio, præmiſſo proœmio duplici, quorum prius lectu digniſſimam ſapientiæ prædicationem continet. Argumentum præfixit *Demetrius Moſchus* Grammaticus, cujus etiam gloſſulæ in librum ipſum habentur in Bibliotheca Regis Galliæ teſte Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 273. Stobæus plus ſimplici vice hoc poëma allegans,

** Origenis tamen judicio Lib. VII. contra Celſum p. 368. longe pejora πολλῷ χείρονα de putatitiis gentium Diis cecinit Orpheus quam Homerus.

2011 Ministerio de Cultura

legans, "Ορφεως, inquit, ἢ μᾶλλον Ὀνομακρίτου. Vide Grotii excerpta è Stobæi florileg. p. 27. 23. 129. & confer editionem Orphei Trajectinam p. 190. 193. Laudat & Orpheum ἐν λιθικοῖς Tzetzes ad Lycophronem p. 30. edit Potteri, & Johannes Tzetzes Chil. 2. hiſt. 57. Chil. 4. v. 287. & 402. Chil. 6. hiſt. 57. 65. 66. Chil. 12. v. 183. & 608. Mirum vero quod habet Svidas de Orpheo Libethrio agens: ἔγραψε καὶ τελετὰς, ὁμοίως ἤ φασι καὶ πάντας Ὀνομακρίτου. Ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ λίθων γλυφῆς, ἥτις ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται. Sane diverſum hoc fuiſſe opus videtur à libro quem habemus de lapidibus, quia hic nec de octoginta lapidibus nec de illorum ſculptura agit, ſed vix duodeviginti lapidum genera recenſet, quorum ope vel ſacra qui faciunt, voti compotes fieri poſſint, vel venenatis morſibus mederi valeant. Exſtat & iſte liber Græce in ſupra memoratis Orphei editionibus, & Latine à Perdrierio verſus eſt, cujus translationem Eſchenbachius hinc inde à ſe interpolatam ſervavit, & ſolas H. Stephani caſtigationes, nullas vero ſuas notas addidit. Metaphraſis Latina poëtica hujus libelli, auctore *Hannardo Gamerio*, qui Orpheum trismegiſtum ſubinde appellat, cum ejus Scholiis & D. Wendalini Cronobachii Medici animadverſionibus vulgata eſt Leodii 1578. 8vo. Incipit; *Jupiter à miſeris cladem mortalibus arcens.* Gesneri in hunc librum ſcholia lucem non viderunt. Cæterum fallitur Bochartus, qui parte 2. Hierozoici Lib. III. c. 16. Librum de lapidibus Timocli tribuendum, Suida auctore affirmat. Non enim librum de lapidibus, ſed Σωτήρια Orphei Svidas auctor eſt à quibusdam tributa Timocli Syracuſano vel Pergino Mileſio. Judicent alii num Paulus Epheſ. VI. 16. ut contendit idem Bochartus, palam alluſerit ad hæc libri de lapidibus proœm. v. 48. ſq.

Ῥοῖζόντε ξῆσαν καμὴ ἐρχομένοιο δράκοντος
Εἰσεται ἠδ' ὄφεων ἰὸν σβέσαι ἐρπυσήρων.

VI. *Fragmenta Orphei* quæ in H. Stephani & Eſchenbachii editione ſubjiciuntur, vix exigua pars ſunt eorum quæ ipſe Stephanus in poëſi philoſophica pag. 78. ſqq. exhibuit, unde potius deſcribi à noviſſimo editore, & quæ deſunt plurima è Proclo, Joh. Tzetza aliisque addi, ordine disponi, & loca auctorum ſingulis fragmentis adnotari potuiſſent. Viciſſim ibi nonnulla male inter fragmenta Orphei referuntur, ut verſiculus primus p. 245. edit. Eſchenbachii eſt verſus duodecimus hymni in ſomnium, qui jam exſtat p. 180. & ſeptem primi p. 246. plane non ſpectant ad Orphica. Poterant & adjungi verſus LXVI. περὶ σεισμῶν ſive *prognoſtica de ſignificationibus terræ motuum* in appendice Anthologiæ

2011 Ministerio de Cultura

GræcorumEpigrammatum obvii,qui licetHermeti * in quibusdam,in aliis tamen codicibus tribuunturOrpheo,& cum verſione metricaJoh.Antonii Baifii ſub Orphei nomine prodierunt Pariſ.apud Morellium 1586.4to. Vertit & Zenobius Acciajolus teſte Gyraldo. Apud Labbeum p. 122. Bibl. nov. MSS.memorantur prognoſtica ſereni aëris ex diverſis auctoribus collecta, Arato, Africano, Apulejo, Anatolio, Ariſtotele, Beterio ſive Berytio,Varrone,Demogeronte,Didymo,Diophane,Florentino, Neſtore, *Orpheo*, Paxamo, Plutarcho, Ptolemæo, Pamphilo, Platone, Sotione, Tarantino, Theophraſto, Vindanionio, Zoroaſtre aliisque. Horum omnium nomina occurrunt in Græcis Geoponicis, in quibus prognoſtica illa Labbeo memorata exſtare non dubito. Orphei tamen nihil in Geoponicis legitur, quod prognoſticon aliquod complectatur, ſed tantum ſemel ejus fit mentio Lib. II. p. 70. ubi verſus ipſi tribuuntur:

Δειλοὶ, πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι

Itemque alter:

Ἶσον τῶν κυάμων φαγέειν κεφαλάς τε τοκείων.

At priorem ex hiſce Gellius non Orpheo ſed Empedocli addicit Lib. IV. cap. 11. quem etiam alterius auctorem eſſe non eſt dubitandum.

VII. Sed hæc & quicquid præterea in editione Trajectina adhuc deſiderari poſſint,in ſecunda editione exſpectare nos jubet Clariſſimus Eſchenbachius,*quam*,inquit, *cum nova verſione & uberioribus ad omnia notis, ſi Deus vitam & occaſionem ulterius proſequendi hæc ſtudia conceſſerit, aliquando publicabo.* ** Idem recte negat editionem Orphei Commelinianam lucem vidiſſe, etſi index librorum à Commelino excuſorum Gnomographis Græcis A. 1597. (qui Hieronymo Commelino emortualis fuit) præfixus memorat Orpheum ex MStis Palatinis auctum & emendatum. Gothofredus Jungermannus in literis ineditis ad Putſchium datis Heidelbergæ Cal. Nov. 1603. *Contuli Orphei ſive Onomacriti hymnos & Argonautica, editionem Stephani cum duobus MSS. Palatinis, ex quibus aliquot verſus ſupplevi, ubi H. Stephanus ipſe interdum ſuſpicatus fuerat defectum, & alia notavi lectionum καθῃρήματα, quibus ad θαυμάσιον illum Grotium qui edere co-*

* Vide ſupra Cap. IX. num. 7.

** Hoc promiſſum ex parte jam implevit Vir Clariſſimus edito Noribergæ Ao. 1702. 4to. Epigene ſive commentario ſuo de poëſi Orphica, in quo Philoſophiam Orphicam expoſuit, & fragmenta collegit diligenter, licet non ſemper certum ſit, fuerintne ex libris Orphicis aliis depromta, quam ſub quorum titulis à doctiſſimo Eſchenbachio exhibentur. Ille liber ad me allatus demum eſt, cum iſta jam ſcripſiſſem.

2011 Ministerio de Cultura

ogitat, aditum mihi paro. Contuli dein Homeri hymnos, Muſæum, Nicandrum, & notavi quædam certe non κακῶς κόμματα. Confero jam Theognin, Dionyſiumque periegetem, quia uno libro compacti ſunt. Inter ſcripta inedita Hugonis Grotii quæ à vidua quam ille moriens reliquerat emit Regina Sueciæ Chriſtina, memorantur etiam notæ in Orphei hymnos. Lucas Holſtenius ad P. Lambecium prid. Kal. April 1646. *Habeo & Orphei exemplar non contemnendum, ex quo Argonautica plurimis locis emendavi. Auctor ille huc usque à Criticorum & Conrectorum vulgo derelictus tuam expoſcere videtur operam. Hymni autem reconditæ antiquitatis pleniſſimi juſtum commentarium merentur, quem vel unius Procli ſcripta αἰνέκδοτα tibi inſtruent, ut ex notis meis ad Salluſtium Philoſophum proſpicies: ne quid de cæteris, quos apud me habeo, Platonicis nunc dicam, in quibus τῆς μυθικῆς θεολογίας theſaurus latet.* Confer Lambecii prodromum Literar. p. 181. & Lib. 6. de Bibl. Vindob. p. 242. In deſignatione librorum, quos ad editionem parare ſe profeſſus nuper eſt Henricus Leonhardus Schurtzfleiſchius, Conradi Samuelis, viri docti frater, occurrunt etiam *Orphica & Sapphica cum diſſertatione Critica & novis annotationibus ac ſupplementis, ex MSS.* Sed an unquam ab eo ſperanda ſint, ad aliud præcipue ſtudiorum genus jam vocato, non facile dixerim. Prætereo quod Johannes quoque Ulricus Meurerus, qui Valerium Flaccum ante aliquot annos vulgavit Francofurti, ſpem fecit novæ editionis Argonauticorum Orpheo adſcriptorum.

CAPUT XIX.

Utrum Pythagoras fuerit auctor poëmatum Orpheo tributorum. Jonis τριαγμοὶ.
1. *Ἱερὸς λόγος ſive liber περὶ Θεῶν Pythagoræ nomine olim jactatus diverſus fuit a libris XXIV. ἱερῶν λόγων Orphicorum. Cecrops Pythagoricus.* 2. *Catalogus ſcriptorum deperditorum quæ Orpheo apud veteres tribuuntur, literarum digeſtus ordine, cum variis Obſervationibus.* 3. *Nomina eorum qui ſub Orphei nomine varia ſcripta ſuppoſuiſſe dicuntur.* 4.

I.

PYthagoram auctorem habere poëmata quæ ſub Orphei nomine circumferuntur, ſuſpicabatur Joh. Baptiſta Criſpus de Philoſophis caute legendis p. 473. quod ni fallor ex Laërtio hauſit, qui in Pythagora ſect. 8. ex Jonis Tragici τριαγμοῖς

2011 Ministerio de Cultura

ἀγμοῖς * refert Pythagoram nonnulla scripsisse & ad Orpheum auctorem retulisse. Idem ex Jone refert Clemens I. Strom. pag. 333. ubi interpres eruditus minus bene vertit : *Jon refert Pythagoram hæc quoque Orpheo tribuere*, nam ambiguitatem omnem tollit Laërtius, cujus hæc sunt verba : Ἴων δὲ ὁ χῖος ἐν τοῖς τριαγμοῖς φησὶν αὐτὸν ἔνια ποιήσασθαι ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα. Apud eundem Clementem male τριγράμμοις editum est pro τριαγμοῖς. Nec melius in Codicibus Svidæ & Laërtii τριασμοῖς vel τριαγίνοις. Vide Menagium ad Laërt. p. 351. & Rich. Bentleji Epistolam ad Millium Malalæ subjectam p. 67. seqv. Ex loco isto vel Laertii vel Clementis perperam intellecto Svidas Τριαγμὸς inter scripta Orpheo tributa inepte retulit, aliisque post se præbuit errandi occasionem, usque adeo, ut non deessent qui singulari hocce opere sacrum de Triuno Deo Mysterium ab Orpheo proditum scriberent. Vide Naudæi Apologiam de viris doctis Magiæ accusatis p. 138.

II. Quæ vero scripta Pythagoras sub Orphei nomine edidisse creditus olim fuerit, conjectura attingere licet ex Jamblicho p. 134. 135. de vita Pythag. & Proclo Lib. 5. in Timæum p. 291. nempe λόγον ** ἱερὸν sine librum περὶ Θεῶν, quamvis hunc quoque non Pythagoræ sed Cercopis

* Harpocration in Ἴωνι vocat scriptum Philosophicum & ab aliis Τριαγμὸν numero singulari inscriptum testatur, Callimachoque teste Joni à quibusdam abjudicatum & tributum Epigeni qui de Poësi Orphica scripsit. Prima quoque verba ejusdem libri recitat, ex quibus apparet & prosa scriptum fuisse, & ternarii numeri vires in rebus omnibus, sive πάντα τρία ubique observasse. Vide etiam quæ de Jonis scriptis dixi infra Lib. II. cap 19. in notitia Tragicorum.

** Diodorus Sic. lib. I. extrem. refert videri quibusdam Πυθαγόραν τὰ κατὰ τὸν ἱερον λόγον (hoc est doctrinam de rebus divinis in libro illo contentam) καὶ τὰ κατὰ γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τὰς ἀριθμὰς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. Sed ab Orpheo hæc edoctum Pythagoram narrant Jamblichus & Proclus. Jamblichi ex vitæ Pythagoræ p. 135. locum adscribam uti est à viris doctissimis Gisberto Cupero, Rich. Bentleio & Godfrido Oleario emendatus : περὶ Θεῶν Πυθαγόρας ὁ τῶ Μνησάρχω τᾶτο ἐξέμαθον ὀργιασθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμω τελετὰς μεταδόντ@. ὡς ἄρα Ὀρφεὺς ὁ Καλλιόπας κατὰ τὸ πάγγαιον ὄρ@ ὑπὸ τᾶς ματρὸς πινυθεὶς ἔφα τὰν ἀριθμῶ ὐσίαν ἀΐδιον εἶναι κ.τ.λ. Proclus in Timæum Lib. V. p. 291. Πυθαγόρειος ὁ Τίμα@ ἕπεται τᾶις Πυθαγορείων ἀρχαῖς, αὗται δέ εἰσιν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις. Ἀγαὰρ Ὀρφεὺς δὶ ἀπορρήτων λόγων μυσικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν ὀργιαθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις, Ἀγλαοφάμυ τελετὰς μεταδιδόντ@, ἦν περὶ Θεῶν σοφίαν παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύθη. Confer quæ diximus supra cap. XVIII. num. 1. de convenientia doctrinæ Orphicæ cum Pythagorica & Platonica. Idem Proclus: Ἅπασα ἡ παρ' ἕλλησι Θεολογία τῆς Ὀρφικῆς ἐσι μυσαγωγίας ἔκγον@, πρώτυ μὲν Πυθαγόρυ παρ' Ἀγλαοφήμυ τὰ περὶ Θεῶν Ὄργια διδαχθέντ@,

2011 Ministerio de Cultura

Cercopis Pythagorici esse contendit olim Epigenes in libro de scriptis Orpheo tributis, alii Hippasi, ut Laertius, τὸν ὃ Μυστικὸν λόγον, inquit, Ἱππάσου φασὶν εἶναι, alii Arignotes Pythagoricæ, ita enim videntur capienda verba Svidæ in Ἀρειγνώτη, etsi aliter Menagius ad Laertium p.350. Falluntur autem qui Cercopis nomen cum Lescaloperio ad Ciceron.p.157. habent pro appellativo * & impostorem denotare existimant, nam non tantum apud Ciceronem occurrit libro de Natura Deorum primo: *Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujusdam fuisse Cercopis*, sed & apud Clementem Alex. I. Strom. p. 333. Epigeni sententiam hancce tribuentem, & apud Svidam in Ορφέυς, cum ἱερὸς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις καὶ memorasset, λέγονται δέ, inquit, εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. Citatur & in testimonium Κέρκωψ ab Athenæo Lib. XIII. & ab Apollodoro plus simplici vice libro secundo Bibliothecæ. Orpheum in Octavo τοῦ ἱεροῦ λόγου laudat auctor Etymologici magni in Γίγας & duos versus Hexametros ex illo adducit. Laertius quoque versibus scriptum testatur ἱερὸν λόγον Pythagoræ tributum, Lib. VIII. sect. 7. producto operis initio quod ita se habet:

Ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίας τάδε πάντα.

At ἱερὸς λόγος qui ad Pythagoram auctorem relatus à Pythagoricis ferebatur, & laudatur etiam ab Hierocle in aurea carmina Pythagoræ ubi de tetractye agit p. 225. scriptus erat prosâ Doricâ. Id tum ex Jamblicho tum ex auctore Theologumenon Arithmeticæ patet, qui ex scripto Pythagoræ περὶ Θεῶν quod cum ἱερῷ ejus λόγῳ idem fuisse Jamblichus testatur, profert nonnnlla p.19. Ἐν τῷ δηλουμένῳ περὶ Θεῶν συγγράμματι ὁ Πυθαγόρας ὕτως διορίζεται. Τέσσαρες μὲν καὶ σοφίας ἐπιβάθραι, ἀριθμητικαὶ, μουσικαὶ, γεωμετρία, σφαιρικὰ α, β, γ, δ, τεταγμέναι. Proclus ad Euclidem p. 7. διὸ δὴ καὶ ὁ Πλάτων πολλὰ καὶ θαυμαστὰ δόγματα περὶ Θεῶν διὰ τῶν μαθηματικῶν εἰδῶν ἡμᾶς ἀναδιδάσκει, καὶ ἡ τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφία παραπεπάσμαι τέτοις γεγωμένη τὴν μυσταγωγίαν καταφύπτει τῶν θείων δογμάτων. Τοιοῦτος δὴ καὶ ὁ ἱερὸς σύμπας λόγος, καὶ ὁ Φιλολάου ἐν ταῖς Βάκχαις, καὶ ὅλος ὁ τρόπος τῆς Πυθαγόρου περὶ Θεῶν ὑφηγήσεως. Hinc λόγον ἱερὸν qui Orpheo tribuitur à Svida & Etymologo, atque XXIV. constitit libris sive rhapsodiis, diversum fuisse haud dubito à λόγῳ ἱερῷ Pythagoræ inscripto. Longe magis ab hoc diversa sunt, quæ sub

* Equidem notum proverbium ἀγορὰ κερκώπων, & κερκωπίζειν, ac similia de quibus Andreas Schottus ad Zenobium & ad Apostolium Pantinus. Sed nihil hoc impedit quo minus fuerit etiam homo quidam proprio Cercopis nomine.

2011 Ministerio de Cultura

ſub Orphei nomine hodie exſtant, ut præter rem ſuſpicatus fuerit Crispus, hæc Pythagoram forte auctorem habere.

III. Titulos aliorum ſcriptorum quæ ſub Orphei nomine olim exſtiterunt, perditaque pridem ſunt, præſenti loco annotare juvat Alphabeti ordine. Sunt autem hæc:

Ἡ εἰς ᾅδδ * καταβασις, cujus ſcripti meminit Argonauticorum ſcriptor v. 40. ſeqq. Alii teſte Svida tribuebant Herodico Perinthio, alii Orpheo Camarinæo ἐποποιῷ, alii teſte Clemente Alexandrino retulerunt ad Prodicum Samium, Epigenes ad Cercopem Pythagoræum. Vide Clementem I. Strom. p. 133. Diodorus Siculus Lib. I. Fol. 58. & 60. ſq. auctor eſt ex Ægypto in Græciam Orpheum induxiſſe τὰς καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐν ᾅδδ τιμωρίας, καὶ τὰς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας καὶ τὰς ὡδὲ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιίας. Notiſſima alioqui fabula de Eurydice uxore ex inferis ab Orpheo reductâ, de qua infra quædam ſum dicturus.

Ἀμοκοπία, ** ſive legendum Ἀνεμοκοπία, apud Svidam, qui ſolus quod ſciam hujus libri inter Orphei ſcripta meminit.

Ἀστρονομία memoratur à Svida, & in Tzetzæ prolegomenis ad Lycophronem.

Βακχικά *** quæ neſcio an diverſa fuerint ab Orphei τελεπῶν. Videtur illa reſpicere Orpheus in Argonauticis v. 9. ſeqv. & 29. Ex iisdem Arnobius profert nonnulla Lib. V. p. 169. ſq. & p. 175. verſus quosdam latine adducit ex aliquo, ut conjicit Heinſius, qui Orphica latine verterat. Græcos Orphei verſus habet Clemens Alex. in protreptico f. 13. Illuſtrant præter Heinſium ad Clementem, Salmaſius ad Tertull. de pallio & Ez. Spanhemius ad Callimachi hymnum in Cererem. Γένεσιν Bacchi & ſacra ab Orpheo ex Ægypto in Græciam translata & Cadmeis prodita affirmat etiam Manetho apud Euſebium Lib. I. præparat. p. 47. ſq. Cæterum Bacchica non Orpheo ſed *Niciæ* Eleati quidam olim tribuebant, ut auctor eſt Svidas.

Περὶ βοτανῶν utrum ſingulari volumine egerit Orpheus non conſtat, etſi primum omnium quos memoria novit, *de herbis* aliqua curio-

* In hoc opere omnem de inferis doctrinam ab Orpheo tractatam ſuſpicatur Clariſſimus Eſchenbachius in ſuo Epigene p. 178.

** Idem Eſchenbachius p. 178. legit Ἀμνοκοπία & rei pecuariæ præcepta hunc librum continuiſſe opinatur. Apud Heſych. ἀμνοκόπος, ποιμήν.

*** Eſchenbachius p. 31. ſq. colligit loca complura Orphei ex Clemente, Macrobio, Diodoro Siculo & Juſtino, quæ etſi Bacchi mentionem faciunt, nolim omnia ex Βακχικοῖς deſumta præſtare. Nam & in hymnis & in Theogonia & in τελεταῖς & in aliis ſcriptis de Dionyſo actum conſtat.

2011 Ministerio de Cultura

curioſius prodidiſſe teſtatur PliniusLib.XXV.cap.2 Forte hoc fecerat in Phyſicis, vel in libro de medicamentis. Laudatur & Orpheus à Plinio Lib. XX. cap. V. & Lib XXVIII. cap.IV.

Διαθῆκαι *ad Muſæum*, quarum primi verſus aliquammulti afferuntur à Juſtino Martyre Lib. de Monarchia Dei fol. 104. & in cohortatione ad Græcos fol. 15. à Clemente Alex. protreptico ad gentes fol. 48. & Lib. V. Stromatum pag. 607. ſeqv. Ariſtobulo Peripatetico apud Euſebium Lib. XIII. præparat. cap. 12. & ab Euſebio cap. 13. p. 685. Cyrillo 1. contra Julianum p. 26. Theodorito Lib. II. Θεραπευτ. p. 25. ſq. &. Incipiunt: φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἀπίθεσθε βέβηλοι. Ita enim legendum, non βεβήλοις, ut notatumEz.Spanhemio adCallimachum p.49. & Ism. Bullialdo ad Theonis Smyrnæi Mathematica p. 216. Μωνοχωής τις ἀπορρὼξ φύλα ἄνωθεν χαλδαίων qui in iisdem Orphei verſibus memoratur, *Abrahamus* eſt, uti ὑλοχωὴς vel ut ut alii legunt ὑδοχωὴς, *Moyſes*. Vide Scaligerum ad fragmenta libro de emendatione temporum ſubjecta p.48. At exinde Poëma hoc ne cab Orpheo nec ab Onomacrito ſcriptum, ſed à Judæo aliquo vel Chriſtiano ſcriptore ſuppoſitum arguit Cudvvorthus p. 302. * Apud Juſtinum de Monarchia Dei inſcribitur Διαθῆκαι, ſed apud Euſebium p. 664. ποιήματα τὰ κζ τὸν ἱερὸν λόγον οὕτω λεγόμενα.

Δίκτυον, memoratur à Svida, qui auctor eſt *Zopyro* Heracleotæ ab aliis tributum fuiſſe. AriſtotelesLib. II. de generatione animalium cap. 1. ἢ χάρτοι πάντα γίγνεται τὰ μόρια —— —— ἢ ἐφεξῆς, ὥσπερ ἐν τοῖς καλυμμένοις Ὀρφέως ἔπεσιν. Ἐκεῖ γὰρ ὁμοίως φησὶ γίγνεσθαι τὸ ζῶον τῇ ἐκ δικτύου πλοκῇ. Forte igitur aliud fuit argumentum hujus libri quam quod conjicit doctiſſimus Eſchenbachius in Epigene. Sane loca Orphei quæ è Proclo & Tzetze colligit p. 54 ſqq. atque ex Peplo atque hocce δικτύῳ petita ſuſpicatur, nihil vetat ad Theogoniam vel alia ſcripta referre.

Orpheus ἐν τῷ περὶ Διὸς γάμου Ἥρας laudatur ab Euſtathio in limine commentarii ad Dionyſium periegetem, qui verſus binos ex illo adducit. Sed non putaverim ſingularem librum, verum partem poëmatis cujusdam (Theogoniæ forte) reſpici, etſi aliud videtur Cl. Eſchenbachio, qui ſacras & allegoricas nuptias, ſive naturæ in producendis rebus operationes hoc libro traditas exiſtimat p. 60. integrumq; titu-

Q lum

* A Judæo Ariſtobulo interpolatum contendit Clariſſ. Eſchenbachius in Epigene p. 148. ſeq. Idem p. 137. putat proœmium hocce à Iuſtino & aliis productum fuiſſe initium τῶν ἱερῶν λόγων Orphei quorum ῥαψῳδίας XXIV. memorat Svidas. Addit etiam à nonnullis laudari ſub titulo Θεολογιῶν.

2011 Ministerio de Cultura

lum fuisse putet Διὸς καὶ Ἥρας ἱερὸς γάμος, nisi pars hæc fuerit operis majoris sed nulli veterum memorati sub titulo ἱερῶν γάμων.

Διφυεῖς. Plinius indice auctorum externorum, è quibus desumserit ea, quæ libro XXVIII. persequitur, *Orpheum qui Diophios*, Archelaum qui item scripserit, laudat. Reinesius Lib. II. Var. Lect. pag. 127. pro *Diophios* certo certius legendum esse monet διοφυεῖς *de rebus singularis naturæ & potestatis.* Sed propius accedit ad codicum lectionem, Harduini δίφυεῖς, *de iis animalibus qui sunt ancipitis naturæ*, præcipue cum à Scholiaste Nicandri ad Theriaca p. 38. laudetur & Archelaus ἐν διφυέσι.

Δωδεκαετηρίς, sive Genethliaca Duodecim annorum * periodus. Svidas inter scripta Orphei Crotoniatæ, (Pisistrati æqualis) refert Δεκαετηρίων ubi legendum δωδεκαετηρίων jam monuit Lambecius p. 176. prodromi. Tres Primos versus ex hoc opere profert Joh. Tzetzes Chil. 12. hist. 399. Fallitur porro idem Lambecius qui apud Tzetzen ibi pro δωδεκετηρίδες urget scribendum δωδεκαετηρίδες, si enim hoc facias utroque loco versus politicus abundabit syllabâ. Allegantur & Orphei Δωδεκαετηρίδες ab Is. Ttetza in Lycophronem p. 13. & 62. edit. Potteri. Onomacritum sub nomine Orphei δωδεκαετηρίδας scripsisse non dubitat Scaliger in prolegomenis ad libros de emendatione temporum.

Ἐπιγράμματα Svidas refert inter scripta Orphei Ciconæi, quem cum Libethrio eundem esse supra observavimus.

Ἔργα sive περὶ Γεωργίας, quo ex opere primos decem versus recitat Joh. Tzetzes proœmio ad Hesiodum, quos Latine habes apud Jac. Nic. Loënsen Lib. II. cap. 2. Epiphyllidum. Luculentos versus vocat Scaliger ad Manilium p. 103. Nescio an ex eodem opere an ex ἡμέραις sint alii versus septem Orphei, quos Hesiodum expressisse & imitatum esse notat idem Tzeztzes p. 125. Laudat iterum Orpheum Thracem ἐν τῇ περὶ γεωργίας p. 175. & Chiliad. 4. hist. 128. v. 173. sq.

Ἐφημερίδες sive ἡμέραι, ex quibus Josephus Scaliger qui Onomacrito tribuit, Lib. I. de emendat. temporum p. 10 profert versus primos undecim, quorum quinque priores petiit ex Joh. Tzetzis prolegomenis in Hesiodum, & Chil. 12. v. 151. 152. 153. reliquos ex ejusdem Tzetzæ Scholiis ad Hesiodum p. 170. b. qui idem opus forte respicit etiam p. 130. b. 167. b. 168. b. 182. b. ut Proclus ad eundem Hesiodum p. 178. b. 180. & ejus exscriptor Moschopulus p. 177. b.

Θεογονία sive Origines mundi & Deorum, κόσμου κτίσις καὶ αἱ τῶν θεῶν

* Vide Jos. Scalig. Can. Isagog. p. 181. 182. & ad Manilium Lib. III. v. 533. --- 543.

2011 Ministerio de Cultura

Θρώσων πλασσργία. Vide quæ ex Timotheo Chronographo Johannes Malalas p 88. sqq. & Cedrenus f. 46. sq. ubi initium operis Orphici adfertur. Male apud Svidam legitur Θεογωσίας λόγοι pro Θεογονίας, quo in loco Orphei sententiam de Chao, æthere &c. expositam videbis. Versus ipsos Orphei, de Jove, primo * ovo, Phanete Hericapæo &c. habes apud Aristotelem ** & Apulejum Lib. de mundo, Athenagoram, Stobæum Eclog. Phys. Eusebium Lib. III. præparat. cap. 9. Macrobium Lib. I. Sat. cap. 18. Proclum Lib. II. & V. in Timæum, Svidam in Φάνης. Confer Leopardum Lib XII. c. 2. emendat. Cotelerium ad Patres Apostolicos T. I. edit. Clerici p. 585. 589. 664. sq. 665. 667. 669. Videtur & Orphei Theogonia respici ab Hesiodi, *** (Orphei ut volunt imitatoris) interpretibus p. 39. a. 249. b. 303. b. edit. Heinsii. Trecentos & sexaginta Deos in hoc opere Orpheum induxisse testatur præter Theophilum Antiochenum Lib. III. aliosque Justinus Lib. de Monarchia Dei f. 104. Lutatius ad 3. Thebaidos p. 144. *Cum Magi vellent virtutis Dei ut putabant sese comprehendere singulas appellationes, quas per naturarum potestates abusive modo designarunt, & quasi plurimorum Deorum nobilitate Deum appellare conati sunt, quasi ab effectu cujusq; rei ductis vocabulis, sicut Orpheus fecit, & Moyses Dei summi Antistes, & Esaias, & his similes.* Laudatur Orphei Theogonia à Clemente Alex. Lib. VI. Strom. p. 628. ubi Homerum Orphei & Musæi vestigiis institisse contendit. Orphei esse negat Pausanias in Atticis p. 34. Apud Macrobium Lib. I. in somnium Scipionis c. 2. *Ut Hesiodi & Orphei quæ de Deorum progenie actuve narrantur*, nescio an potius sit legendum *auctuve*, neque enim gesta Deorum ab illis descripta constat. Videtur Theogoniam respicere Orpheus Argonauticorum scriptor v. 12——20. Impia de Diis commentum ac propterea, Philosophi nomine vix dignum arguit Laërtius in proœmio.

* Hoc ovum ex Æthere Chao Nocte productum, receptaculum commune mundi νοητῶν pariter & αἰσθητῶν, qui ex illo prodierunt. Huc spectavit aliud Orphei scriptum ὠοθυτικὰ ἢ ὠοσκοπικά quæ infra memoramus. Confer Cl. Eschenbachii Epigenem p. 95. seq. 111. seq.

** De illis versibus qui incipiunt Ζεὺς πρῶτος γένετο, Vide eundem p. 68 seqv. qui illa ex Orphei Cratere petita esse existimat, cum multis aliis versibus Orphicis ex Interpretibus Hesiodi, Proclo, Porphyrioque collectis sed quos ex Cratere Orphei petitos esse omnes nec ipse p. 81. audet affirmare. Fragmenta ê Theogonia Vide apud eundem p. 98--110.

*** Arguitur Hesiodus Orphei Theogoniam non tam imitatus esse quam corrupisse. Vide Thomæ Galei notas ad Apollodorum, quibus λείψανα Theogoniæ Orphicæ diligentissime collegit vir doctissimus, & cum magna rei literariæ jactura superiore Anno 1702. denatus.

2011 Ministerio de Cultura

Θρονισμοὶ μητρῷοι sive *solennes initiationes in sacris Matris Deûm* inter Orphei scripta referuntur ab eodem Svida. Nescio illosne respexerit Orpheus in Argonauticis v. 21. seq. ubi ait se tradidisse ὀργεσιδρόμια ἠ λατρείαν Μητρός.

Θυηπολικόν sive *de sacrificiis* eorumque generibus ac cerimoniis *liber* à Suida memoratur, cujus forte animo obversabantur hæc Platonis Lib. II. de Rep. Βίβλων ἢ ὁμαδὸν παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων ὡς φασι, καθ' ἃς ΘΥΗΠΟΛΟΥΣΙ, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων, διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν, εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν αἳ τῦ ἐκεῖ κακῶν ἀπολύσουσιν ἡμᾶς. Μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ πείσεσθαι.

Θύμια ἀρώματα. Auctor allegoriarum in Hesiodi Theogoniam, p. 267. cum Planetarum vires in hæc inferiora enarrasset, ἔνθεν τοι, inquit, καὶ κοσμοκράτορας διὰ τοῦτο καὶ σημάντορας ἔργων, καὶ Φερεσβίους, καὶ καρπίμους, καὶ ἀρχάς, καὶ δεσπότας κόσμου, καὶ πρὸς Φύλακας, καὶ ῥιζωτῆρας πυρόεντας, καὶ ὡροτρόφους (lat. ὡροτρόπους) καὶ χρόνου πατέρας ἀθανάτους προσαγορεύει ὁ Ὀρφεὺς ἐν τοῖς θυμίοις ἀρώμασι. Σύγγραμμα δὲ τοῦτο Ὀρφαϊκῶν. Nullum vero hîc deperditum scriptum intelliges, sed editos Orphei hymnos, quorum plures ita inscribuntur, θύμια ἀρώματα, sive ut vulgati libri habent θυμίαμα, ἀρώματα.

Ἱερὸς λόγος de quo diximus abunde supra, Num. 2.

Τὰ ἱεροσολικά, vel potius ut editio Aldina Svidæ, ἱεροσολικά.

Καταζωστικόν * sive liber de variis vestibus atque ornatibus ad sacra requisitis.

Κλίσεις κοσμικαίναι, aut potius forte κλήσεις κοσμόκοινοι. **

Κορυβαντικόν. Hæc quatuor scripta Orphei qui memoret præter unum Svidam, nullus mihi occurrit, Nisi quod Orpheus ipse in Argonauticis hujus postremi faciat mentionem v. 25. quo eodem in loco longe plura ceciniſse se affirmat tum de aliis argumentis tum de variis mysteriis & divinationum generibus. Sed flagitium fuerit de Orphei scriptis

* Vide Eschenbachii Epigenem pag. 38. qui pag. 198. pro ἱεροσολικὰ legit ἱεροσκόλια.

** Clarissimus amicus noster Godfridus Olearius in diss. de scriptis Socratis legit κοσμικὰ vel κόσμου καιναί. Eschenbachius p. 199 Κτίσιν Κοσμου, καὶ νεοτευτικὰ. Hoc enim vocabulum apud Svidam statim sequitur.

2011 Ministerio de Cultura

ſcriptis accuratius agere inſtituentem verſus ipſos poëtæ etſi plusculos non adſcribere:

Ἔφρασ' ὅταν Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος ἄνακτος
Κέντρῳ ἐλαυνόμενος φρενικώδεα κῆλ' ἐπίφασκον,
Θνητοῖς ἀνθρώποιζιν ἄκη, μετὰ θ' ὅρκια μύσαις.
Ἀρχαίῃ μὲν πρῶτα χάος ἀμέγαρτον ἀνάγκην
Καὶ Κρόνον ὃς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοισιν ὑφ' ὅλκοῖς
Αἰθέρα, καὶ διφυῆ πελωπέα κυδρὸν ἔρωτα
Νυκτὸς ἀεὶγενέτης πατέρα κλυτὸν, ὃν ῥα Φάνητα
Ὁπλότεροι καλέουσι βροτοὶ, πρῶτος δ' ἐφάνθη,
Βριμῆς τ' εὐδυνάτοιο γονὰς ἠδ' ἔργ' ἀϊδήλα
Γιγάντων ὃς λυγρὸν ἀπ' ἀρανῆ ἐσάξαντο
Σπέρμα γονῆς τὸ πρόσθεν ὅθεν γένος ἐξεγένοντο
Θνητῶν, οἳ κεῖναν ἀπείρονα αἰὲν ἔασι,
Θητείαν τε ζηνὸς, ὀρεσσιδρόμου τε λατρείαν
Μητρὸς ἀτ' ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην
Φερσεφόνην πρὶ πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος.
Μηλίδ τ' Ἡρακλῆος πελίφημον ἄμυξιν
Ὄρκιά τ' Ἴδαίων, Κορυβάντων τ' ἄπλετον ἰχύν.
Δήμητρός τε πλάνην, καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος
Θεσμοφόρος τ' ὡς ἦν, ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων
Χρησμούς τ' ἀῤῥήτους νυκτὸς πρὶ Βάκχου ἄνακτος
Λήμνου τε ζαθέην, ἠδ' εἰναλίην Σαμοθρᾴκην
Αἰπεινήντε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην,
Ὄργια Πραξιδίκης καὶ Ἀρείνης νυκτὸς Ἀθήνης
Θρήνους τ' Αἰγυπτίων καὶ ὁσίης ἱερὰ κύτλα:
Ἀμφὶ δὲ μαντείης ἐδάην πολυπείρονας ὁρμούς,
Θηρῶν οἰωνῶν τε· καὶ ἡ σπλάγχνων θέσις ἐστίν
Ἠθ' ὅσα θεσπίζουσιν ὀνειροπόλοιζιν ἀταρποῖς
Ψυχαὶ ἐφημερίων ὕπνῳ βεβολημέναι ἦτορ
Σημείων τεράτων τε λύσεις ἄρρωντε πορείας
Ἀγνοπόλον τε καθαρμὸν Ἀπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ,
Ἱλασμούς τε Θεῶν, φθιμένων τ' ἀπονήχυτα δῶρα.
Ἄλλα δέ σοι κατέλεξ' ἅπερ εἴζιδον ἠδ' ἐνόησα,
Ταίναρον ἠνίκ' ἔβην σκοτίην ὁδὸν Ἄϊδος εἴσω
Ἠμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ δι' ἔρωτ' ἀλόχοιο
Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα

2011 Ministerio de Cultura

Μέμφιν ἐς ἠγαθέην πελάσας ἱερούς τε πόληας
45. Ἄπιδ', ὡς περὶ Νεῖλ' ἀγαύρο' ἐστεφάνωται.

Confer Natalem Comitem Lib. VII. cap. 14. Mythologiæ, ubi p. 767. pro *Judæorum & Corybantum sacrorum* lege *Idæorum.* Ab Idæis enim Dactylis Orpheus mysteria & sacras initiationes edoctus esse traditur. Cæterum Eschenbachius in laudato suo Epigene p. 45. & 121. contendit per sacra Corybantum quæ hoc scripto tradiderat Orpheus, expressam fuisse Mundi genesin & originem, perinde ut per sacra Bacchica, vitam Mundi & mutationes, per sacra Cereris, Vitam hominis.

Κρατὴρ sive * Κρατῆρες *Major, & minor,* Zopyri Heracleotæ esse dicebantur teste Clemente Alex. Lib. I. Strom. p. 333. & Svida. Versus quatuor ex Cratere Orphei affert auctor allegoriarum ad Hesiodi Theogoniam p. 279. & alios undeviginti p. 305. ex *Cratere minore*, ἐκ τοῦ μικροτέρου κρατῆρος. Hoc carmen ut alia Orphei, Musæo dicatum fuisse testatur Servius ad Æneid. VI. p. 451.

Μυθοποιΐα, inter Orphei Ciconæi scripta recensetur à Svida. Sed illum haud diversum esse à Libethrio nostro jam diximus. Orphei μῦθοι videntur etiam memorari ab Æliano Lib. VIII. cap. 6. Var. hist. sed verba: ἀλλ' ἄλλως τοὺς μύθους αὐτοῦ καταψεύσασθαι, ita intelligo, ut μύθους αὐτοῦ idem sonet quod περὶ αὐτοῦ, sensusque sit fabulas sive sermones de Orpheo ejusque sapientia ab aliis esse confictos. Clarissimus Perizonius legit ἄλλως καταψεῦδαι *temere confictos ementitosque esse*, sensu eodem.

Νεοτευτικά ab eodem Svida memorantur. Forte Νεωτευκτικά *de templis ac delubris Deorum constituendis & rite dedicandis.*

Ὀγδοηκονταλίθου, ἢ περὶ λίθων γλυφῆς. Vide quæ diximus supra ad librum Orphei, qui exstat, de lapidibus.

Ὀνομαστικὰ ἔπη * ᾱσ, versus 1200. cujus operis solus quantum novi meminit idem Svidas.

Ὀρφικὰ sive τὰ Ὀρφέως λεγόμενα, vel εἰς τὸν Ὀρφέα φερόμενα ἔπη passim allegantur à scriptoribus vetustissimis nullo singulari titulo poëmatis adscripto. Platone non uno in loco, Aristotele Lib. I. de anima

* In hoc Opere de Mundanæ & aliarum animarum origine, productione & πράγματι sive conjunctionibus egisse Orpheum recte observat Cl. Eschenbachius quem vide p. 62. sqq.

* h e. περὶ τῶν θείων ὀνομάτων, ut titulum istum exponit Cl. Eschenbachius in Epigene p. 133. Observat enim ex Athenagora, quod Orpheus τὰ ὀνόματα Θεῶν πρῶτος ἐξεῦρεν, *primus reperit nomina Deorum.*

2011 Ministerio de Cultura

anima cap. 5. Lib. II. de generat. animal. cap. I. Lib. de mundo cap. ult. Plutarcho VIII. 4. ſympoſ. &c. Onomacritum ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς laudat Sextus Empiricus Lib. III. Pyrrhon. Hypotheſ. cap. 4. Citatur & Lyſias ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς apud Clementem Alex. Lib. VI. p. 626. Sed legendum Ὀρφανικοῖς *in orationibus pro pupillis*, ut notavit Meurſius in Bibliotheca Attica p. 1534. Ex Ὀρφικοῖς ὄρκοις tres verſus producit Theo Smyrnæus Mathematic. p. 164. alios tres Cyrillus I. contra Julian. p. 33. Non putaverim autem peculiare hoc ſcriptum fuiſſe ceu conjecit Gyraldus, ſed τελεπῆς vel ἱερῷ λόγῳ præmiſſos vel annexos. Firmicus in limine Libri VI. Aſtrolog. *Cum incognitis hominibus Orpheus ſacrorum cerimonias aperieret, nihil aliud ab his quos initiabat in primo veſtibulo ac unius jurisjurandi neceſſitatem, & cum terribili auctoritate religionis exegit, ne profanis auribus inventæ ac compoſitæ religiones proderentur.* Sic cum Tzetzes præf. ad Lycophronem, γράφει δ' inquit ὁ Ὀρφεὺς χωρὶς τ' ἀστρολογικῶν καὶ ἐπῳδικῶν καὶ Μαγικῶν καὶ ἑτέρων καὶ ὕμνους εἰς Δία καὶ τοὺς λοιπούς &c. Non putaverim peculiare opus Orphei inſcriptum fuiſſe Μαγικὰ vel Ἐπῳδικὰ, ſed è Tzetzæ ſententia in Orphicis paſſim Μαγικὰ & ἐπῳδικὰ contineri.

Orphei Πέπλος (quo titulo etiam inter Ariſtoteli tributa ſcripta exſtat libellus diſtichis ſingulis perſequens memoriam Heroum Trojanorum) Brontino olim tributus eſt ab Epigene, ſed ab aliis, ut refert Svidas, Zopyro Heracleotæ. Notiſſimum eſt quod Natura peplo obnupta apud veteres fertur, ut apud Plutarchum de Iſide & Oſiride: καὶ τὸν ἐμὲ πέπλον οὐδεὶς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν, unde facile mihi perſuaſerim Phyſica quædam arcana hoc in ſcripto tradita fuiſſe. Aut potius in illis deſcriptus fuit ſacer habitus cujus in Myſteriis uſus eſſet. Vide verſus Orphei apud Macrobium 1. Saturnal. cap. 18. ubi jubet:

Πρῶτα μὲν ἀργυφέαις ἐναλίγκιον ἀκτῖνεσιν
Πέπλον φοινίκεον πυρίπνελον ἀμφιβαλέσθαι.

In aliam ſententiam abit Clariſſimus Eſchenbachius in Epigene pag. 51. qui huc advocat ſolennem pepli deductionem in Panathenæis de qua Meurſius in libro de hoc feſto cap. 17. putatque in hoc ſcripto Orphico expoſitam fuiſſe miram illam tot pugnantium inter ſe in natura rerum conciliationem quæ fit per νόησιν Δημιουργικὴν ſive Minervam & in Panathenæis ſymbolice adumbrabatur.

Σφαῖρα, Vide Euſtathii locum adductum à me ſupra c. XIV. num. 6.

Σωτήρια, quæ neſcio an diverſum opus fuerint à libro de quo mox, περὶ Φαρμάκων, continuerintque carmina vel hymnos Euchariſticos,

2011 Ministerio de Cultura

ſticos, aut feſti Euchariſtici, (Soteriorum) cerimonias tradiderint. Timocli Syracuſano vel Pergino Mileſio tributa Svidas memorat.

Τελεται. Vide quæ ſupra de Βακχικοῖς, Θρονισμοις Μητρῴοις, θυητολικῷ & mox de χρησμοῖς, & quæ ad hymnos Orphei editos. A quibus omnibus ſi diverſæ fuere hæ τελεταὶ, traditam in illis credibile eſt Orphicorum ſacrorum & ἐργιασμων rationem, quibus alios qui initiabant apud Theophraſtum in characteribus capite de ſuperſtitione vocantur *Orpheoteleſtæ*, de quibus Vide Naudæum in Apologia pro viris doctis Magiæ accuſatis cap. IX. Cæterum ob hæc ipſa ſcripta & Theogoniam, videtur potiſſimum Orpheus apud Virgilium tuliſſe nomen Threicii Sacerdotis, & apud alios nomen Θεολόγυ, pro quo ηθολόγ perperam legitur apud Sextum Empiricum Lib. II. contra Rhetores p. 70. Iſidorus Lib. VIII. cap. 7. Origg. *quidam poëtæ Theologi dicti ſunt, quoniam de Diis carmina ſcribebant.* Ex hiſce τελεταῖς, * quas laudat Plato, & Onomacrito olim tributas eſſe Svidas memorat, petiti verſus Orphei, quos affert Macrobius in extremo capitis 18. Lib. I. Saturnal.

Τελαγμοὶ. De his quoque dictum eſt ſupra, num. 1. oſtenſumque inter ſcripta Orphei perperam referri.

Περὶ σωθέτων θανασίμων φαρμάκων. *De venenis* ſive *compoſitis medicamentis venenatis* ac mortiferis. Galenus Lib. II. de antidotis p. 445. T. 2. edit. Baſil. Περὶ ὧν τ σωθέτων λεχθήσεται, ἐπίδειξαι ὧν τὰς τότων σκευασίας μοχθηρόν μοι δοκεῖ, καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ταῖς τότων συγγραφαῖς, ὧν ἔστιν Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Θεολόγ, καὶ Ὧρ Μενδήσι ὁ νεώτερ, καὶ Ἡλιόδωρ ὁ Ἀθηναῖ, Τραγῳδιῶν ποιητὴς, καὶ Ἄρατ, καὶ ἄλλοι τινὲς τ τοιότων συγγραφεῖς. Pauſanias quoque in Boeoticis p. 768. ait Orpheum inter alia credi inveniſſe νόσων ἰάματα.

Φυσικά, Brontini eſſe contendebat Epigenes ap. Clementem Alex. I. Strom. p. 333. Eandem ſententiam memorat Svidas in Ὀρφεύς qui in τελεσπάδες, ex Orphei Φυσικῷ nonnulla affert de tribus cuſtodibus & moderatoribus ventorum, quæ ex Orpheo habet & Tzetza ad Lycophronem p. 81. edit. Johannis Potteri, & Etymologicum magnum in τελεσπάδες, quo in loco fit & mentio ἐξηγητικ ſive commentarii in illum Orphei librum, ſed pridem pariter ut liber ipſe deperditi.

* Cl. Eſchenbachius in Epigene p. 9. ſuſpicatur in hiſce τελεταῖς traditam fuiſſe clariorem quandam expoſitionem τῶν ἱερῶν λόγων. Tum forte ordinem & apparatum, quo ſacra, Myſteria, Initiationes & ſimilia peragenda eſſent. Chryſippus apud auctorem Etymol. M. τὸς περὶ τῶν θείων λόγς εἰκότως καλεῖσθαι τελετάς· χρῆναι γὰρ τότς τελευταίς καὶ ἐπὶ πᾶσι διδάσκεσθαι.

2011 Ministerio de Cultura

perditi. Heraclitum Physicum τὰ τελεῖσθαι ab Orpheo accepisse affirmat Clemens Alex. Lib. VI. Strom. p. 692.

Χρησμοί qui in Onomacritum olim referebantur teste Svida, ut solebant pleraque sub Orphei nomine vulgata scripta Onomacrito Atheniensi, qui Pisistratidarum temporibus vixit, tribui, quod notum est ex Herodoto, Plutarcho, Tatiano & aliis. Τελετὰς & χρησμῳδίας Musæi & Orphei laudat Plato in Protagora. Scholiastes Euripidis ad Hecubam v. 1267. περὶ τὸν Αἶμον, ἔνθα εἰσὶν αἱ Ὀρφέως ἐν σανίσιν ἀναγραφαί. Confer Josuam Barnes ad Alcestin Euripidis v. 968. Memorantur χρησμοὶ etiam in Orphei Argonauticis v. 28.

Ὠοθυλικὰ ἢ ὠοσκοπικά sive de ovo Symbolico in Bacchicis Mysteriis, ejus præferendi ritibus, & enarratione mysticâ, Carmen, ab eodem Svida inter Orphei scripta commemoratur, de quo vide quæ supra in Theogonia Orphei observavi. Feruntur sub Orphei nomine quoque *Chemica* quædam & *Apotelesmatica* inedita, in codicibus manu exaratis. Vide Philippi Labbei Bibliothecam novam MStorum p. 128. 168.

IV. Auctorum nomina quos sua scripta Orpheo prisco supposuisse jam olim creditum fuit, hæc sunt: Arignote Pythagorica, Brontinus, Cercops Pythagoræus, Herodicus Perinthius, Hippasus, Nicias Eleates, Onomacritus, Orpheus Camarinæus, Orpheus junior Crotoniata, Perginus Milesius, Prodicus Samius, Pythagoras, vel potius Pythagoræus aliquis auctor ἱερῷ λόγῳ, Theognetus Thessalus, Timocles Syracusanus, & Zopyrus Heracleota.

CAPUT XX.

Inventa Orpheo à veteribus tributa. Literæ. 1. *Musica. Lyra septem chordarum,* 2. *Hexametrum carmen.* 3. *Mysteria ac Theologia.* 4. *Medicina* 5. *Magia ac divinatio.* 6. *Astrologia.* 7. *Dogma Orphicum de pluribus orbibus habitabilibus.* 8. *Ei assentientes plurimi veterum.* 9. *Hæresis Orpheorum apud Augustinum.* 10. *Recentiores idem dogma Orphicum probantes.* 11. *Judæi, Sinenses & Brachmanes.* 12. *Alia quædam.* 13. 14. 15.

POrro dicitur Orpheus fuisse auctor vel potius ad Græcos propagator variarum rerum & artium.

2011 Ministerio de Cultura

I. *Literarum & ſapientiæ*, ut eſt in veteri Epigrammate Græco, in quo Orpheus dicitur reperiſſe γράμματα καὶ σοφίαν.

II. *Muſicæ*, qua ſic valuiſſe ajunt, ut non modo * ſilvas, ſaxa, ferasque traheret, piſces, volucres & torrentes ſiſteret, ventos componeret, ſed & ſtupentes inferos ipſos mulceret Euridicen ſuam repetituros, ceu narrant Diodorus Siculus Lib. IV. cap. 25. Ovidius Lib. X. Metam. Seneca Hercule Oeteo & furente, & in Medea, Boëthius Lib. III. metr. 12. ne alios jam commemorem. *Lyra* ſive *cithara* ejus ſeptem ** chordis inſtructa quam à Mercurio accepit, Orpheo a Bacchis discerpto, in Apollinis templo à Lesbiis dedicata fertur, ut narrat Lucianus adverſus indoctum T. 2. p. 385. Confer Humfredum Prideaux ad Epochas Marmoreas p. 198. ſq. ubi refellit Boëthium lyram quatuor chordarum Orpheo tribuentem. Sane ſeptichordem Orpheo addicit ipſe Nicomachus (à Boëthio laudatus) Lib. II. Harmonic. Enchirid. c. 1. Vide & quæ diximus c. XII. n. 11. & infra n. 7 & cap. XXXIV. n. 5.

III. *Hexametri carminis.* Antipater Sidonius de Orpheo:

Ὃς ποτε καὶ τελετὰς μυσηίδας εὕρετο Βάκχῳ
Καὶ σίχον ἡρώῳ ζώνην ἔτάξε ποδί.

Lib. III. Antholog. p. 388. Equidem Pauſanias p. 768. putat Orpheum non primum ἐποποιὸν, ſed qui ἐπῶν νόσμῳ τὸν περὶ αὐτὸ ſuperaverit.

IV. *Myſteriorum ac Theologiæ.* Vide Diodorum Siculum Lib. I. f. 61. Pauſaniam in Boeoticis p. 768. & quæ de ſacris Samothracum, Orphicis, Bacchicis paſſim ſunt obvia. Theodoritus Lib. I. Therapeut. p. 7. Καὶ τὰ Διονυσίων, καὶ τὰ παναθηναίων, καὶ μύστοι καὶ τὰ Θεσμοφορίων καὶ τὰ Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς αὐτὸς Ὀδρύσης εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν.

V. *Medicinæ.* Nam & Pauſanias tradit Orpheum νόσων ἴαματα inveniſſe, Boeotic. p. 768. & Plinius, primum de herbis aliqua curioſius prodidiſſe. Lib. XXV. c. 2. Ad Medicam quoque ejus peritiam referendum videtur quod Euridicen uxorem ex inferis revocaſſe ajunt, etſi Magicis hoc incantationibus tribuit Tzetzes Chiliad. 1, hiſt. 54.

——τοῦ Ὀφέως αὐτῷ τῷ ὄνῳ δεδηγμένου
Καὶ κινδυνεύσαν θανεῖν, ταῖς ἐπῳδαῖς αἷς οἶδε
Καὶ ἀγχινοίᾳ Μούσητε καὶ τῇ πολυμαθείᾳ
Αὐτὸν ἐζωοποίησεν —— —— —— —— ——

Nam

* Confer Kircheri Oedipum T. 2. part. 2. p. 135. ſeq.

* Nicephorus ad Syneſium de inſomniis p. 364 cum octavam προσλαμβανομένην à Pythagora additam dixiſſet, ἡ γὰρ, inquit, ἀρχαιότροπος λύρα τὸ Ὀρφέως ἑπτάχορδος ἦν. Confer Manuelem Bryennium p. 361. Harmonic.

2011 Ministerio de Cultura

Nam ita Æsculapius quoque & alii Medici dicuntur in vitam reduxisse homines, quos morti vicinos à gravibus morbis liberarunt.

VI. *Magiæ ac divinationis.* Ægyptius nescio quis apud Pausaniam in Eliacis posterioribus p. 505. affirmat Orpheum non minus atque Amphionem μαγεῦσαι δεινὸν, atque inde feras saxaque movisse. Sed Orpheum à Magiæ crimine facile absolvit Gabriel Naudæus in Apologia pro viris doctis Magiæ accusatis cap. 9. quicquid in contrariam sententiam differat Martinus Schoockius fabulæ Hamelensis parte 3. cap. 2. De Orphei adyto & capite oracula fundente in Lesbo, nota res è Philostrati Heroicis in Philoctete, & Lib. IV. de vita Apollonii Tyanensis cap. 4.

VII. *Astrologiæ.* Lucianus de Astrologia T. 1. p. 851. ἔλλωες ἦ ἥτε παρ' Αἰθιόπων ἥτε παρ' Αἰγυπτίων Ἀστρολογίης πέρι ἐδὲν ἤκουσαν, ἀλλὰ σφίσιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης πρῶτος τάδε ἀπηγήσατο, ἐ μάλα ἐμφανέως ἐδὲ ἐς φάος τὸν λόγον προλιέγκειν, ἀλλ' εἰς γοητείην, καὶ ἱερολογίην οἱη Δημονόη ἐκεινε. Πηξάμενος δ' λύρῃ, Ὄργιά τε ἐποιεέτο, καὶ τὰ ἱερὰ ἤειδεν. Ἡ δ' λύρη ἑπτάμιτος ἐοῦσα τῇσι τῶν κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίῃ συνεβάλλετο. Vide sis ibidem plura, est enim locus luculentus. Servius in sextum Æneidos pag. 450. *Orpheus Calliopes Musæ & Oeagri fluminis filius fuit, qui primus Orgia instituit, primus etiam deprehendit harmoniam, i. e. circulorum mundanorum sonum, quos novem esse novimus, è quibus summus quem ἄνασσον dicunt, sono caret, item ultimus qui terrenus est. Reliqui septem sunt quorum sonum deprehendit Orpheus, unde utiq; septem fingitur chordis.* Vide si lubet Kircherum T. 2. Oedipi parte 2. p. 131. Lyram Orphei novem chordis instructam relatamque inter sidera celebrat Eratosthenes cap. 24. Catasterismor. & Manilius Lib. I. v. 324. sqq.

VIII. Primus quoque visus est fuisse Orpheus, qui lunam & reliquas stellas credidit perinde ut terram nostram incoli & habitari. Sane dogma hocce in Orphicis olim lectum testatur Plutarchus Lib. II. de Placitis Physicis Philosophorum cap. 13. & ex eo Eusebius Lib. XV. præparat. cap. 30. Galenus hist. Philos. cap. 50. Stobæus Eclog. Phys. 54. ubi Heraclides & Pythagorei (Ocellus v. g. Philolaus, Nicetas sive Icetas Syracusius, Oecetes, Empedocles aliique istam sententiam ex Orphicis hausisse dicuntur. Ἡρακλείδης καὶ οἱ πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν, γῆν περιέχοντα ἀέρα τε καὶ αἰθέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι, ταῦτα ἢ τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεται, κοσμοποιεῖσι δ' ἕκαστον τῶν ἀστέρων. Versus nonnullos Orphicos quibus lunam habitari docemur, servavit Proclus Libro IV. in Timæum p. 283.

2011 Ministerio de Cultura

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἣν τε σελήνην
Ἀθάνατοι καλέζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην
Ἣ πολλ' ἄρε ἔχει, πολλ' ἄστεα πολλὰ μέλαθρα.

Idem Libro V. p. 292. ἔστι δὲ καὶ ἐν γῇ οὐρανὸς καὶ ἐν οὐρανῷ γῆ, καὶ ἐνταῦθα μὲν ὁ οὐρανὸς χθονίως, ἐκεῖ δ' οὐρανίως ἡ γῆ. Καὶ δὲ οὐρανίαν γῆν καὶ τὴν σελήνην Ὀρφεὺς προσηγόρευσεν. Respicit & Macrobius Lib. I. in somnium Scipionis c. 11. & Plutarchus libro de Oraculorum defectu. Cæterum in libro Procli edito malè omissum est vocabulum γῆν.

IX. Hanc opinionem de astris habitabilibus amplexi sunt præter Orpheum & * Pythagoræos, (de quibus vide Aristotelem Lib. II. de cœlo, cap 13.) plurimi veterum, Anaximander, (a) Anaximenes, (b) Anaxagoras, (c) Aristarchus, (d) Archelaus, (e) Xenophanes, (f) Democritus, (g) Heraclitus, (h) Metrodorus Chius, (i) Leucippus, (k) Epicurus (l) ejusque sectatores Metrodorus Lampsacenus

* Suspicantur nonnulli viri docti Pythagoræos etiam Solem in centro mundi collocasse, eique tanquam Vestæ cœli in medio quietem, telluri motum adscripsisse. Sed illam sententiam non inficiandis argumentis refellit illustris doctrinæ vir Ezech. Spanhemius de Vesta & Prytanibus Græcorum pag. 688. T. V. thesauri Antiqu Rom. Græviani, ubi docet per Vestam eos intellexisse vel terram, quam ignem in se habere dubium non est, *Deam ignis* propterea appellatam à Servio; vel lucem sive ignem elementarem ejusque δημιουργικὴν δυνάμιν ex mundi centro per totum qua patet systema ipsius sese diffundentem, cujus ὑπερφανίας ἑστίας radios in Sole velut in vitro quodam colligi atque inde ad nos remitti docuit olim Empedocles, cujus dogma confirmandum & illustrandum sibi nuper sumsit ingeniosissimus & Mathematicæ rei peritissimus Eimmartus. Non omittendum quod Plutarchus de facie in orbe lunæ p. 923. testatur Cleanthi Samio qui terram moveri contendebat, ab Aristarcho exprobratum quod moveret τῷ κόσμῳ τὴν ἑστίαν *Vestam Mundi*. Cæterum Pythagoræ sententiam de lunari & aliis cœlestibus globis habitabilibus diserte tradit Chalcidius p 288. 216.

(a) Cic. I. de natura Deor. p. 7. Irenæus II. 19. Stobæus p. 52. Eclog. phys.
(b) Stobæus.
(c) Plutarch. & Laërtius. Svid. in ὁμοιομέρεια.
(d) Vives ad Augustin. VII. 9. de C. D.
(e) Stobæus.
(f) Stobæus, Cic. 2. Academ. qu. Lactant. III. 13.
(g) Stobæus, Plutarch. II 1. de placitis & VIII 9. sympos. p. 733 Philastrius hæres 112 A. Schottus Lib. II. c. 7. nodor Ciceronian.
(h) Plutarch. II. 25. sed videtur legendum ex Stobæo ἡρακλείδης.
(i) Euseb. XV. 33. præparat.
(k) Stobæus
(l) Stobæus. Cic de natura Deor. Plutarch. II. 1. Laërt. Hermias irris. gentil. Nicol. Hill Philosoph. Epicuri p. 434. Gassendus &c.

2011 Ministerio de Cultura

cenus (m) & alii, Diogenes Apolloniates, (n) Zeno Eleates, (o) Seleucus, (p) Plato, (q) & è Platonicis non pauci ut Alcinous (r) & Plotinus (s) tum Plutarchus, (t) qui & Petronis cujusdam (u) meminit, & Lucianus. (x) Eandem rem Alexandrum Magnum docuit Anaxarchus, (y) sollicitum quod cum tot sint mundi, nec unum adhuc ipse occupasset. Video & hanc sententiam nescio quam vere tribui (z) Thaleti.

X. Porro apud Augustinum in libro ad quod vult Deum cap. 77. ubi dogma istud Philosophicum perinde ut in jure Canonico Causa 24. qv. 3. c. 39. hæresibus adscribitur, pro hæresi *Opheorum* vel ut nonnulli scribunt *Orpheorum*, legendum aliquis suspicetur *Orphicorum*, sed legendum *Philosophorum*, ut patet è Philastrio cap. 112. Confer auctorem prædestinati cap. 77. ubi eadem hæresis *Ametritarum* dicitur, quod nempe infinitæ potentiæ infinitos tribuerint effectus, infinitosque mundos admiserint. Idem docentes præter eo Manichæos, de quibus Archelaus apud Epiphanium T. 1. p. 645.

XI Ex recentioribus scriptoribus non aliud senserunt & astra habitari docuere Nicolaus Cusanus, infelix Jordanus * Brunus, Tycho Brahe, Thomas Campanella, Guilelmus Gilbertus, Renatus des Cartes & qui eum sequuntur, tum Johannes Keplerus, Galilæus Galilæi, & David Fabricius, qui suis se oculis incolas lunæ vidisse temere ja-

ctavit,

(m) Plutarch. II. 1.
(n) Stobæus p. 52.
(o) Lindebrog. ad Ammianum f. 13.
(p) ibid.
(q) in Conviv. adde Macrob. 1. 11. in somnium Scip. Scaligerum Exerc. 62. Plutarch. de defectu Oraculor. f 290.
(r) Cœlius Rhodiginus Lib. I. c. 4.
(s) ibid.
(t) Lib de facie lunæ.
(u) Lib. de defectu oraculor. f. 282. adde Gassendum T. 1. Opp. p. 139. sq.
(x) Lib I. veræ hist. quamquam ibi non serio agit.
(y) Lindebrog. ad Ammiani lib. XV. c. 1.
(z) Vide Bynæum de Calceis Hebræor. p 140. Cæterum Stobæus p. 52 Eclog. Phys. contrariam Thaleti sententiam tribuit, uti Heraclito quoque.
* Combustus Romæ 9. Febr. Ao 1600. Dogma suum imprimis exposuit in libris octo de innumerabilibus immenso & infigurabili sive de universo & mundis. Francof. 1591 8. Alia ejus scripta commemorantur in Hendreichii pandectis Brandenburgicis. Adde Nic. Toppium & Leonardum Nicodemum in Bibliotheca Neapolitana. Clarisș. Bælii Dictionarium Historico Criticum T. 1, p. 679. Huetii censuram Philos. Cartes. p. 122.

2011 Ministerio de Cultura

ctavit, teſte Joh. Argolo & Hieron. Vitali, velut alter Lynceus orbem lunæ viſu ſe transmiſiſſe profeſſus, ut eſt apud Plinium Lib. II. c. 7. hiſt. Natural. tum Otto Guerickius, Petrus Gaſſendus, Antonius Reita, Dominicus Gonſalez, Mæslinus, & in Coſmotheoro per Dufourium Gallice nuper reddito Chriſtianus Huygenius &c. Angli quoque plurimi, ut Franciſcus Godvvinus, Wilkinſius Epiſcopus Ceſtrienſis, libro Anglice vulgato de novo in luna orbe, ſive de luna habitabili, qui Gallicum in idioma Anno 1656. translatus eſt à Michaële Montano: Rob. Burtonus, Nicolaus Hill, Robertus Flud de Fluctibus (ut per multa alia capita, ita in hoc quoque Jacobum Boehmium ſuum ſecutus) Jacobus Hovvellus, C. Potterus, & auctor libri Gallice nuper ex Anglico * translati de ſtatu beatorum poſt hanc vitam, quorum felicitatem majora ſubinde incrementa capturam vix dubitat ex tot mundorum propiore contemplatione. Eadem de pluribus orbibus habitabilibus ſententia hodie placet Philoſophis & mathematicis Clariſſimis, Iſaaco Nevvtono, Thomæ Burnetto, Whiſtono, Nicholſono, Petro Bælio, Fontenello (cujus dialogi ingenioſiſſimi de pluribus mundis Gallice editi & in varias linguas translati exſtant) Georgio Chriſtophoro Eimmarto in Ichnographia novâ contempletionum de Sole, Nehemiæ Grevv in Coſmologia ſacra, aliisque innnumeris, quibus bonitati ſapientiæ & Majeſtati divinæ congruentius videtur, tam vaſtæ molis corpora non fruſtra nec inania à ſummo opifice condita fuiſſe. Nec dubitavit eandem ſententiam pro cathedra Eccleſiaſtica in ſuis adverſus Atheos concionibus non ita pridem inculcare Richardus Bentlejus.

XII. Judæos Cabbaliſtas non modo, ſed nec alios ab hæc ſententia omnes alienos eſſe, diſces è Buxtorffii Lexico Talmud. p. 1620. Wagenſeilii Sota p. 221. 1163. ſq. Quibus adde quod in Bechinat Olam p. 95. & apud Maimonidem in doctore dubitantium parte 3. cap. 14. legitur, illos qui ſtellas non niſi exiguæ (quam vix dant nobis pleræque) lucis ſtricturæ cauſa creatas contendunt, ſummo opifici non plus ſapientiæ tribuere, quam ſi quis artificem dicat comparare inſtrumenta, quæ pretio æquent, aut pondere, decem mille talenta argenti, ad unam acum ferream conficiendam. In Zohar *Deus Mundorum* dicitur *tum revelatorum tum abſconditorum*, quæ *verba* ab auctore libri Botril ita explicantur è ſententia ſuorum quos dicit ſapientum, ut hos ab Orphei ſententia non valde diverſos abiiſſe appareat. Vide Kircherum T. 2. Oedipi parte I. p. 437. à quo

* De Anglica editione vide T. 12. Bibl. Univ p. 61. De Gallica Hiſt. Opp. Eruditor. A. 1699. p. 471.

2011 Ministerio de Cultura

à quo tamen p. 254. dum de uno tantum orbe noſtro cogitat, fruſtra abſurditatis arguitur R. Tarphon, quod dixerat *tot creaturas ſpecie diſtinctas à Deo conditas fuiſſe, quot poſſint confici voces è 22. literis* quomodocunq; diſpoſitis.* Non dubito fore alios, quibus ſi peccaſſe R. Tarphon videbitur, videbitur peccaſſe in eo, quod licet bene magnum, nimis tamen anguſtum operum Dei numerum definiverit. A Tſchinenſibus quoq; innumeros orbes habitabiles ſtatui è Trigautio & aliis eſt notiſſimum. De Brachmanibus idem comperi ex Memoriis literariis, Trevoltii editis A. 1701. I. p. 402.

XIII. Unum Deum pluribus ſufficere mundis oſtendit Plutarchus libro de Oraculorum defectu p. 285. edit. Aldinæ. Athanaſius Lib. I. contra gentes T. 1. p. 43. οὐχ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ δημιουργὸς, διὰ τοῦτο καὶ εἷς ἐστιν ὁ κόσμος, ἐδύνατο γὰρ καὶ ἄλλους κόσμους ποιῆσαι ὁ Θεός. *Non quia unus eſt Creator, propterea etiam unus eſt mundus, potuiſſet enim etiam alios mundos condere Deus.* De Pythagoræorum ſententia, qui præter ſeptem planetas terramque noſtram etiam ἀντίχθονα ſive aliam terram in cœlo ferri docebant nobis inviſibilem, quæ cum orbe ſtellarum inerrantium ſacrum orbium denarium abſolveret, vide Ariſtotelem Libro I. Metaphyſ. cap. 5. & Lib II. de cœlo cap. 13. Plutarchum Lib. III. c. 2. de placitis Phyſicis Philoſophorum, & è recentioribus Jac. Thomaſium τὸν μαθητὴν in diſſ. de Antichthone * Pythagoræorum, quæ Hallenſium Obſervationibus, ad rem Literariam ſpectantibus, à filio Chriſtiano inſerta legitur, T. IV. Obſ. 19.

XIV. Habitus præterea Orpheus fuit repertor *Vitæ humanioris legumque ac politiæ.* Horatius in Arte poëtica:

Silveſtres homines ſacer interpresque Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire tigres rapidosque leones.

Ὀρφικὸς Βίος apud Platonem 6. de legg. pro vita frugali & ſobria.

XV. *Pæderaſtiæ* denique primum apud Thraces auctorem Orpheum faciunt nonnulli ſcriptores, neſcio quam hac in parte fide digni, ut Ovidius X. Metam. v. 83.

Omnemque

* Kircherus notat prodire numerum 1124000727777607680000. Merſennus in Harmonicis Lib. VII. propoſ. 9. ex 23. literis ait prodire dictiones 154600749 126 726 2147905 433. *quas*, inquit, *etiam minutiſſime ſcriptas vix tota tellus complectatur.* Syllabarum numerum Xenocrates apud Plutarchum VIII. 9. ſympoſ. iniit 100200000, centies millenum millium & ducentorum millium.

* Veriſimile eſt Pythagoram per hanc antichthona non peculiarem orbem ſed faciem lunæ à nobis averſam intellexiſſe.

2011 Ministerio de Cultura

— — — Omnemque refugerat Orpheus
Fœmineam Venerem, ſeu quod male ceſſerat illi,
Sive fidem dederat: Multas tamen ardor habebat
Jungere ſe Vati, multæ doluere repulſæ.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares — — — — —

Ante Ovidium Phanocles apud Stobæum ſerm. 64. ideo à Threiſſis mulieribus diſcerptum Orpheum narrat

Οὕνεκα πρῶτον ἔδειξεν ἐνὶ Θρήκεσσιν ἔρωτας
Ἄῤῥενας, ἠδὲ πόθους ἥνεσε ϑηλυτέρων.

Mares modis ſuis effæminaſſe, atque hinc à Ciconum matribus nuribusque interfectum tradit Johannes Sarisberienſis Lib. I. cap. 6. policratici. Verùm de Orpheo hactenus.

CAPUT XXI.

Palæphatus Athenienſis. Ejus ſcripta. 1. Libri quinque περὶ ἀπίςων, è quibus primus hodie exſtat. 2. Librum etiam dici, opus pluribus conſtans libris. 3. Palæphatum eſſe, ſed incertum quem, vel cujus ætatis, ſcriptorem libri περὶ ἀπίςων. 4. Proverbium: καινὸς παλαίφατος. 5. Loca veterum, Palæphatum laudantium, cum libro qui exſtat comparata. 6. Palæphati editiones. 7.

I.

PALÆPHATUS Athenienſis quoque non prætereundus, quem Homero antiquiorem olim habitum fuiſſe à nonnullis, patet ex Svida, cui dicitur ἐποποιὸς, ὁς Ἀχαιῶν καὶ Βιῶς; οἱ δὲ Ἰοκλέους φασὶ, καὶ Μεταυείρας, οἱ δὲ Ἑρμῶ. Γέγονε δὲ κατ᾽ μέν τινας μετ᾽ Ὁμηρον, κατ᾽ ἄλλους καὶ πρὸ αὐτοῦ. De hoc puto intelligendum diſtichon Chriſtodori, quod exſtat libro quinto Anthologiæ p. 522.

Δάφνη μὲν πλοκαμῖδα Παλαίφατος ἔπρεπε μάντις
Σπεῦδον, δόκεεν δὲ χέειν μαντώδεα φωνήν.

Addit Svidas hunc Athenienſem Palæphatum ſcripſiſſe κοσμοποιΐαν verſibus quinquies mille, Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος γονὰς verſuum tribus millibus,

2011 Ministerio de Cultura

millibus, Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος καὶ Φωνὰς καὶ λόγους, versibus itidem quinquies millenis, Ἀθηνᾶς ἔριν καὶ Ποσειδῶνος, versibus mille, & Λητοῦς Πλόκαμον. Mox testatur ad eundem referri non modo Τρωϊκὰ quæ alteri Grammatico Ægyptio vel Athenienſi juniori ab aliis tribuuntur, & quorum librum primum laudat Harpocration in δυσαύλης, ſeptimum Stephanus Byz. in χαιμάται & idem Svidas atque Harpocration in μακροκέφαλοι.

II. Sed & *libros quinque* ἀπίστων ſive *de incredibilibus* Svidas tribuit Palæphato huic Athenienſi, * quorum *primum* non periiſſe patet ex initio libri Palæphatii, quem de illo argumento habemus diſtributum in capita quinquaginta & unum. Hic enim ſimplici more vetuſtiſſimorum ſcriptorum ita incipit: πάνδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα. Integrum autem Palæphati opus ad nos haud perveniſſe, præter librorum apud Svidam numerum, oſtendunt loca quæ ex Palæphato à ſcriptoribus veteribus adducuntur nec in noſtro comparent, Et quod in quibusdam Codicibus teſte Clariſſimo Galeo inſcribitur: ἐκ τῶν Παλαιφάτου περὶ τῶν ἱστορικῶν. III. Neq; obſtat quod Theo Sophiſta** in Progymnasmatis *unum* tantum *librum* comemorare videtur, cum p. 69. capite περὶ ἀνασκευῆς καὶ κατασκευῆς poſt varia commemorata μυθολογούμενα, καὶ Παλαιφάτῳ, inquit, τῷ Περιπατητικῷ ὅλην ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται, οἷον ὅτι Κένταυροι μὲν ὑπελήφθησαν οἱ πρῶτοι ἐπὶ ἵπποις ὀχούμενοι ὀφθέντες. (Ex Palæphati cap. I. Idem reſpicit Euſtathius ad Iliad. α p. 76. & *ex libro primo incredibilium Palæphati* allegat Oroſius Lib. I. c. 13.) Διομήδης ὁ Θρᾷξ εἰς ἱπποτροφίαν ἐξαναλωθεὶς ἐλέχθη ὑπὸ τῶν αὐτοῦ ἵππων ἀπολωλέναι (cap. 4.) καὶ ὁ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν Κυνῶν (cap. 3.) Ἡ ὁ Μήδεια βάπτουσα τὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν ἀνθρώπων πολιὰς καὶ μελαίνας ποιοῦσα ἐφημίσθη τοὺς γέροντας κατακόπτουσα νέους ποιεῖν· (cap. 44.) Καὶ τὰ ἑξῆς ἀπολήσια τούτοις. Notum ſane eſt βίβλον & βιβλίον etiam dici de opere in plures libros diſtributo. Ut adeo Hilarius olim non plane invicto argumento uſus ſit, cum diviſionem Pſalmorum in quinque libros rejiciendam ſenſit ex eo quod Actor. I. 20. & Luc. XX. 42. legatur ἐν βίβλῳ ψαλμῶν. Similiter enim dicitur βίβλος Μωϋσέως Marc. XII. 26. & βίβλος Προφητῶν Act. VII. 42. etſi nemo neſcit Moſis & Prophetarum ſcripta in plures libros diviſa eſſe. Vide etiam quæ notant Benedictini ad Ambroſium in Pſalmum XL.

* Seleucus Grammaticus Alexandrinus Svidâ teſte librum ſcripſerat περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων.

** Non refragabor tamen, ſi quis Theoni unum tantum modo quem hodie habemus palæphati librum inſpectum eſſe dixerit.

2011 Ministerio de Cultura

IV. Cæterum patet præterea ex hoc loco Theonis, idem plane opus ſive ejusdem operis Palæphatii partem ad nos perveniſſe, quâ veteres uſi ſunt, nec cauſam fuiſſe cur vir magnus Epiſtolæ 117. ad Gallos * ſecutus Scaligerum ad Cirin p. 51. exiſtimaret, hujus auctorem ſcripti, alienum Palæphati nomen occupaſſe. Quod vero à Theone, uti à Johanne Tzetza quoque Chiliad. 1. v. 558. Palæphatus iſte Peripateticus Philoſophus dicitur, hoc movit virum doctiſſimum Gerh. Joh. Voſſium, ut Lib. III. de Hiſtor. Græcis p 395. diſcederet à ſententia eorum, qui cum Svida, Cœlio Rhodigino, Gyraldo, opus de incredibilibus referunt ad Palæphatum Parium ſive Prieneum, quem Axtaxerxis temporibus floruiſſe idem Svidas auctor eſt. Longe juniorem enim eſſe oportet ſi fuerit Peripateticus, aut ſi Stoicos fuerit ſecutus, ut tradit Tzetzes ad Lycophronem v. 1206. licet eo in loco codex Baroccianus non legit Παλαίφατ@ ** ὁ Στωϊκὸς ſed ὁ ἰσοελικός. At Stoicum & ἐκ Στωϊκῶν ἕ γένος appellat etiam Joh. Tzetzes Chil. 2. v. 838. Chil. 9. v. 408. 414. & 445. & Chil. 10. v. 426. ubi ἰσοελικὸν vocabulum reponi non patitur verſus politici ratio, ut præteream quod poſtremo loco etiam Phyſicum Palæphatum dicit. In quamcunque partem autem nos vertamus, de auctore & tempore nihil certi reperiemus, cum Svidas alium præterea narret Ægyptium ſive Athenienſem ut ait Grammaticum Palæphatum, cui præter Troica de quibus jam dixi, Hypotheſes ſive themata in Simonidem, Theologiam Ægyptiacam & hiſtoriam ſingulari libro expoſitam tribuit, μυθικῶν βιβλίον ἀ, & λύσεις τ μυθικῶς εἰρημένων qui tituli non parum affinitatis cum ſcripto Palæphati quod exſtat habere videntur. Quando autem vixerit hic Palæphatus non docet. Quisquis tamen eſt ἀπίστων ſcriptor vetuſtiſſimus eſt, quem ſecuti Apollodorus & Diodorus Siculus notante Scaligero, laudat Virgilius in Ciri v. 88. reſpiciens ad ea, quæ de Scylla dixerat Palæphatus cap. 21. Etiam apud Plinium in Indice Libri XXIX. inter ſcriptores externos, terni codices manu exarati quos inſpexit Harduinus, pro *Philopatore* legunt *Phalapato*, unde *Palæphato* forte legendum ſcribendumque conjicit vir eruditiſſimus. Ab illo ἀπίστων opere quo poſt *Meliſſum* quem laudat Euboicum, & *Lamiſcum* Samium fabulas & incredibiles narrationes ad ſenſum verum phyſicum, hiſtoricum vel moralem reducere conatus eſt, in proverbium deinde abiit, ut, quicunque ejus exemplo incredibilia belle incruſtare, vel rebus abſurdis & fabulo-

ſis

* Grotius Epiſt. 264. in majori collectione.

** Meurſius in Bibl. Attica putat legendum παλαίφατ@ Τρωϊκοῖς. Cujus operis ſeptimum librum allegat Svidas in μακροκέφαιλοι.

2011 Ministerio de Cultura

sis colorem addere & verisimilitudinem nosset, is novus quidam Palæphatus esse diceretur, cujus proverbii meminit primus forte ejus auctor, Athenion Comicus apud Athenæum sub extremum Libri XIV. p. 661.

Καινὸς γάρ ὅδιν ἔτοσὶ Παλαίφατος.

Profecto hic nobis alter est Palæphatus. Eustathius ad Odysseæ Τ' p. 688. Παλαιφάτους ἤ μέμνηται καὶ Ἀθήναιος, ἔνθα μαγείρους σοφιζομένους καὶ τὴν οἰκείαν τέχνην ἀποσεμνύοντος ἔφη τό· καινὸς ἔτοσὶ παλαίφατος. ὁ ἢ καὶ παροιμιάζεται τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μὴ οἰάτε ὄντα προσοχλεῖν ἔχειν. Sunt qui ejusdem proverbii testem etiam laudent Plutarchum Libro XXVII. Symposiacon, quem allegari videas in fronte * editionis Palæphati quæ inter opuscula Mythologica Physica & Ethica Cantabrigiæ & Amstelodami excusa, primum locum obtinet, & in Gnomologia Homerica viri eximii Jacobi Duporti p. 263. Sed nusquam exstat liber ille sympositacon Plutarchi vigesimus septimus; neque Plutarchus Palæphati aut proverbii illius mentionem facit, sed error natus est ex obiter inspecto Casauboni ad Athenæum commentario Lib. XIV. cap. 23. Ubi post allegata ex octavo Symposiacorum Plutarchi verba sequitur: *Vigesimo septimo:* καινὸς γάρ ὅδιν ἔτοσὶ παλαίφατος. Sed non Plutarchi liber intelligitur, nec Plutarchi verba deinde addducit Casaubonus, sed pergit commentari in versus Athenionis Comici, quos Athenæus ex ejus Samothracibus adduxerat, cum eleganti Metaphrasi etiam exhibitos à Grotio in excerptis è Tragicis ac Comicis Græcis p. 981. Horum versuum Athenionis *vigesimus septimus* est iste:

Καινὸς γάρ ὅδιν ἔτοσὶ παλαίφατος.

VI. Quæ Eusebius sive Hieronymus in Chronicis ex Palæphato profert, in libro qui exstat reperiuntur omnia, excepto eo quod ad annum 843. auctorem Palæphatum laudans notat *Sirenas fuisse meretrices, quæ deceperunt navigantes* quod legas in Heracliti libro ejusdem argumenti è Palæphato plura mutuati cap. 14. Confer Hieronymi Chronicon ad A. 630. cum Palæphati cap. 31. ad A. 675. cum cap. 29. ad A. 695. cum cap. 6. ad A. 736. cum cap. 28. ad A. 756. cum capite 7. ad A. 772. cum cap. 1. ad A. 843. ubi liber primus incredibilium allegatur, cum cap. 21. Quæ Johannes Malalas de Sphinge è Palæphato adduxit T. I. Chronographiæ p. 60.—63. itemque Eustathius ad Odyss. λ. p. 434. ξ. p. 556. habentur cap. 7. Quæ idem Eustathius in Iliad. ω. p. 1507. de Niobe, cap. 9. Sed quæ Malalas affert de cerbero p. 75. longe alia leguntur cap. 40. Et quod p. 267. ait eum Persei meminisse, factum deprehenditur

* Omitto editionem Pauli Patris, aliasque in quibus similiter legitur.

2011 Ministerio de Cultura

cap. 32. Sed longe alius is fuit Perſeus. Fruſtra vero in Palæphato noſtro quæras quæ idem Malalas ex eo producit p. 26. de Martis Venerisque adulterio à ſole deprehenſo & p. 36—38. de inventione purpuræ, quæ duo loca etiam habentur in Chronico quod Alexandrinum vulgo audit, & à Viris Clariſſimis Tollio, Brunnero, Galeo, Paulo quoque Patre ſunt Palæphati libro ſubjuncta, neque cauſa eſt cur alterius eſſe Palæphati videantur. Incertum tamen eſt, an è Palæphato petita ſint, quæ de Vulcano ferri inventore in eodem Chronico leguntur, certe id nec verbulo innuit auctor, nec Svidas in Ἥφαιστος. Non exſtat denique in noſtro Palæphato quod idem Malalas p. 101. profert de Ledâ à Jove verſo in cygnum. Nec quod Euſtathius ad Iliad. β. p. 246. de Proteſilao per Æneam occiſo, & p. 275. de Alopes habitatoribus, & ad Odyſſ. α. p. 8. de Ilio ab Apolline & Neptuno condita, quod ex Palæphato forte repetiit anonymus Allatianus de incredibilibus cap. 4. Quæ vero Tzetzes ad Lycophronem è noſtro habet, exſtant in Palæphati libello cap. 6. Idem caput reſpicit Joh. Tzetzes Chil. X. v. 426. qui interdum expoſitiones Palæphati rejicit & exagitat. Quemadmodum Ludovicus Vives quoque non omnino ſiniſtre Palæphatum Poëtarum fabulas ad congruentem quandam hiſtoriæ ac veritatis applicationem traduxiſſe profeſſus, addit in nonnullis aliàs deficere eum conjecturas, aliàs fallere. Cæterum confer ſi placet Tzetzæ Chil. VII. v. 10. - 19. & Chil. IX. v. 411. ſeq. cum Palæphati cap. I. Chil. I. v. 558. cum cap. 8. Chil. II. v. 838. & Chil. IX. v. 410. cùm cap. 41. Apoſtolium Centur. 2. prov. 86. cum cap. 46.

VII. Prodiit primùm is quem ſæpius jam dixi Palæphati liber Græcè cum Æſopi fabulis aliisque ſcriptis, quæ ſupra cap. XIII. num 3. indicavimus, ex Aldi officina Venet. 1505. fol. deinde ſeorſim Baſileæ apud Joh. Oporinum. Latine vertit Philippus Phaſianinus Bononienſis, cujus translatio plus ſimplici vice excuſa eſt Baſileæ, Pariſiis & aliis in locis in forma quarta & octava, modo ſeorſim, modo adjuncta Hygino, Fulgentiique Mythologicis, vel Phornuti libello de Diis. Ab eo tempore Græcè cum nova verſione & notis ſuis Palæphatum ſeparatim edidit & ex MSto Arundeliano variis in locis caſtigavit Cornelius Tollius Amſtel. 1649. 12mo. Nam Lipenio cave credas, qui in Bibl. reali Philoſophica p. 1079. tradit vulgatum à Tollio cum Hygino aliisque Pariſ. 1578. quo tempore Tollius ne natus quidem erat. Tollii verſionem retinuere, qui poſtea Palæphatum Græce & latine ediderunt, Martinus Brunnerus Græcæ linguæ in Academia Upſalienſi Profeſſor, Paulus Pater

2011 Ministerio de Cultura

Pater Hungarus, & Thomas Galeus Anglus vir doctissimus & humanissimus. A Brunnero notæ novæ additæ sunt, quibus præter res quas tractat dictio imprimis scriptoris illustratur, quo facit etiam index vocum phrasiumque Græcarum ab illo adjectus Upsal. 1663. 8vo. Usus est Brunnerus codice MSto, quem CPoli secum attulerat Christianus Ravius. Paulus Pater capita singula in minores sectiones divisit, Brunneri notas fere integras retinuit, quibus nonnullas adsperšit, *adjecturus forte rectiora ex codicibus Bibliothecæ Gvelpherbytanæ vel Augustanæ, modo typographus moram aliquam indulsisset*, quæ ipsius verba sunt præfantis ad editionem suam Francof. 1685. 8vo. Idem Pater deinde singulari volumine vulgavit doctrinas morales ex singulis Palæphati copitibus erutas, Indicesque verborum ac phrasium itemque rerum copiosos. Denique Galeus Palæphatum jussit familiam ducere in collectione opusculorum Mythologicorum Physicorum & Ethicorum quam Græcè & Latine vulgavit cum notis, Cantabrigiæ 1671. 8vo. & Marco Meibomio curante recudendam dedit Amsterd. 1678. 8vo. apud Henr. Wetstenium. Paucas quidem sed eruditas notas atque castigationes Galeus adjecit, usus quinque codicibus MStis, Cantabrigiensi uno è Collegio S. Trinitatis, tribus Oxoniensibus, quarum variantes lectiones ab Ed. Bernardo viro summo acceperat, & uno Arundelianæ Bibl. Londini, eodem quem in suis annotationibus Tollius laudavit.

CAPUT XXII.

Alii ἀπίστων scriptores. Heraclitus Grammaticus. 1. *Idem cujus Allegoriæ Homericæ exstant.* 2. *Anonymus de incredibilibus ab Allatio & Galeo editus.* 3. *Scriptores θαυμασίων.* 4. *Obiter de Palæphato Abydeno.* ibid. *Et de Abydeno Historiæ Assyriacæ conditore.* 5.

I.

PRæstantissimus Galeus Palæphato in sua editione addidit alios duos libellos veterum scriptorum ejusdem argumenti, quos ex Vaticano codice in lucem primus emiserat & versione donaverat aliaque eis adjunxerat Leo Allatius Romæ 1641. 8vo. De his in præsenti agere, utpote parum certæ

2011 Ministerio de Cultura

certæ ætatis, licet multum junioribus, non ab re fuerit. Prior libellus capita complexus undequadraginta, auctori *Heraclito* inscribitur. Ἡρακλείτου περὶ ἀπίστων. Eustathius ad Odyss. Δ. Ὁ Ἡράκλειτος οὐχὶ ὁ σκοτεινὸς ἀλλ' ἕτερός τις ὁ τοῖς ἀπίστοις περθέμενος ἐμφῆναι πίστιν. Idem ad Odyss. τ. p. 688. cum Palæphatum commemorasset ἄνδρα σοφὸν θεραπεύσαντα μύθους πρὸς ἱστορίαν, addit idem elaborasse Heraclitum & Characem. ὡς ὁ καί τις Ἡράκλειτος ἐπονήσατο, ἔπ᾽ ἴ καὶ χάραξ. Patet hinc falli doctissimum Galeum, cum libelli hujus auctorem Heraclidem Ponticum suspicatus est, sive Agatharchidem Cnidium, qui Heraclidis θαυμάσια & ἐκλογὰς ἱστοριῶν in compendium hoc redegerit. Sed ut omittam capite ultimo laudari Aratum, qui post Heraclidem vixit, profecto aliud fuit argumentum θαυμασίων Heraclidis, neque ex eo quod caput 21. Heracliti tribus verbis agentis de reductis per Herculem & Orpheum Cerbero & Eurydice, inscribitur περὶ τῶν ἐν ᾅδου, & Laertius Lib. V. sect. 87. testatur Heraclidem scripsisse singulare opus περὶ τῶν ἐν ὑφάνῳ καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, quicquam colligi potest, imò ex ipso capite illo 21. perspicue apparet, inscribendum esse περὶ τῶν ἐξ ᾅδου, non ἐν ᾅδου, ut lectorem eruditum spero mihi assensurum.

II. Facile quidem adducor, ut credam hunc quisquis demum fuerit libelli περὶ ἀπίστων auctorem Ethnicum, non Heraclidem Ponticum, neque Lembum, sed Heraclitum ut constanter legitur in Codd. MSS. eundem esse qui allegorias Homericas scriptum eruditum & elegans nobis reliquit: sane ita manifeste sensit Eustathius ad Odyss. Δ. allegoriarum auctorem ajens haud esse veterem illum σκοτεινὸν sed alium * qui de incredibilibus scripserit. Eandem sententiam amplexi sunt ex recentioribus Leo Allatius, Lucas Holstenius, Ægidius Menagius: licet has quoque Allegorias Heraclidi Pontico Gesnerus tribuit & sub ejus nomine cum versione sua vulgavit Basil. 1544. 8vo: cujus exemplo Johannes Meursius in præfatione ad Apollonii Dyscoli historiam mirabilem; novam

* Variis Heraclitis supra c. 1. à me laudatis addes quatuor Heraclitos, de quibus Laertius IX. 17: 1. lyricum, 2. elegiarum poëtam Halicarnassæum Callimachi æqualem, 3. Lesbium scriptorem Macedonicæ Historiæ 4. è Citharredo σπερδογελοῖον. Tum alios tres observatos à Menagio: Heraclitum Tyrium philosophum Academicum Antiochi familiarem de quo Cicero 4. Academ. Heraclitum Sicyonium cujus 2. de lapidibus laudat Plutarch. de fluminibus. Tum Heraclitum Perinæum cursorem de quo Zenobius IV. 35. & Svidas in Θᾶττον.

2011 Ministerio de Cultura

novam illarum editionem pollicitus , * germanum titulum esse contendit λύσεων ὁμηρικῶν, quia nempe penes Laërtium legerat , Heraclidem Ponticum duos ** eo titulo libellos scripsisse. Sed ne dicam parum huic scripto convenire titulum λύσεων, Heraclidem illum allegoriarum Homericarum quas habemus auctorem, non esse, constat ex eo, quod in illis memorantur multi Heraclide juniores, ut Aratus, Callimachus, Eratosthenes, Epicurus, Apollodorus, Crates ejusq; discipulus Herodicus. Confer Menagium ad Laërtium p. 226. & 399. edit. Wetstenianæ, & Anti-Bailleti cap. 10. Cui adde quod observat Galeus (qui allegorias *** in eadem quam dixi collectione cum Gesneri versione, notisque suis & insignibus ex codice MSS. castigationibus vulgavit.) *Heraclidem Ponticum Platonis Scholam sectatum esse, allegoriarum auctorem adeo non esse Platonicum , ut quasi ex professo adversus Platonem hanc esse susceptam disputationem suspicari merito aliquis possit.* Neque opus est ut cum Gerh. Joh. Vossio Lib. I. de historicis Græcis cap. 9. juniorem quendam Heraclidem Ponticum, Imperatorum Caji, Claudii & Neronis æqualem vel Heraclidem Lembum , aut alium quempiam hoc nomine auctorem suspicemur. *Nescio,* inquit Holstenius de Porphyrii vita p. 44. *quâ de causa Heraclidi Pontico adscribitur, reclamantibus præter temporis rationem quinque MStis, quos in variis Bibliothecis vidi & Eustathio ad Ilid α p. 40. ubi Heraclito alicui tribuitur.* Gesnerus quidem hunc titulum præfixit: Ἡρακλείδε τ Ποντικ ἀλληγορίαι σοφώτατα κὴ ἰδιικώτατα εἰς τὰ τ Ὁμήρε περὶ Θεῶν ἐρημένα, κὴ αὐλιρρήσες τ καθ' αὐτὸ βλασφημησάντων. Sed in limine

* Huic editioni Meursius præmittere volebat librum de variis Heraclidis, qui ex ejus Chirographo editus est T. 10. Antiquitatt. Græcarum Viri celeberrimi Jacobi Gronovii. Recensuerat varios Heraclides idem Meursius ad Chalcidium p. 10. seqv. cui addes Joh. Jonsium de scriptoribus Hist. Philos. Lib. II. c. 11. & Menagium ad Laertium p. 227. seqv.

** Idem Meursius post Gesnerum suspicatur libro priore Allegorias in loca Iliados, posteriore in loca Odysseæ complexum fuisse Heraclidem , itaque scriptum quod habemus distinguendum esse in duos libros quorum prior desinat p. 484. edit. Galei Amstelod. Alter incipiat à verbis ead. pag. Ἀρ' ἂν ἀποχρῆ δι' ὅλης τῆς Ἰλιάδ κ. τ. λ. Posteriorem autem librum esse extrema parte mutilum , non enim totam Odysseam persequitur , sed deficit in vers. 22. Odys. κ'. Ἢ μὲν παυέμεναι , ἡ δ' ὀρνίμεν ὅν κ' ἐθέλησιν.

*** Poterat etiam addere Anonymi (ejusdem forte Heracliti) libellum qui inscribitur Ἐπίτομ διήγησις εἰς τὰς καθ' Ὅμηρον πλάνας τ Ὀδυσσέως μετά τιν θεωρίας Ἠθικωτέρας φιλοπονηθεῖσα. Græce prodiit Hagenoæ Ao. 1531. Latine Conr. Gesnero interprete Tiguri Ao. 1542. 8. Græce & Latine cum notis Joh Columbi, Aboæ Ao. 1678. 8.

2011 Ministerio de Cultura

ne caſtigationum ipſe teſtatur in codice Græco ſcriptum fuiſſe *** Ἡρακλείτου, nullo autem alio codice uſum eſſe ſe fatetur in præfat. quam editione Græca Aldina, (cum Palæphato & aliis Venet. 1505. fol.) in qua p. 96. diſertè legitur Ἡράκλειτος. Et in iis, quos Holſtenius & Galeus inſpexit MStis auctor itidem vocatur Heraclitus. Ἡράκλειτος ὄχι ὁ σκοτεινὸς ὁ τοὺς κατ' Ὅμηρον βλασφημήσαντας ἀλληγορίαν φυσικὴν σοφώτατα ἐξαναγκάσας. Ipſe quoque auctor cum alterum Heraclitum veterem allegat, velut à ſe diſtincturus ſemper addit notam Ἡρακλείτου vocatque vel σκοτεινὸν ut p. 442. edit. Galei, vel Φυσικὸν Ἡράκλειτον ut p. 468. Meminit ejusdem Heracliti junioris & alibi Euſtathius ut ad Iliad. Σ. p. 1192. ἐν ᾧ τῷ· μιᾷ δ' ἐν νυκλὶ ἐγκύνου, Ἡράκλειτος παρετήρησε καὶ ἀστρολόγον εἶναι τὸν ποιητήν. Non itaque audiendus eſt Vir doctus Johannes Jonſius, qui p. 173. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. contendit apud Euſtathium ad Iliad. α. p. 30. pro ζητητέον ἐν τοῖς Ἡρακλείτου εἰς τὸν Ὅμηρον omnino ſcribendum eſſe ἐν τοῖς Ἡρακλείδου. Quanquam enim Heraclides quidam Grammaticus qui in Homerum ſcripſit (ſive Mileſius quem laudat ad Iliad. θ'. p. 589. ſive Alexandrinus quem nominat ad Iliad. ί. p. 628. & Iliad. λ. p. 820. ſive Mopſveſtenus denique, cujus meminit Stephanus in Μόψος ἑσία) frequentiſſime ab Euſtathio allegatur in Iliad. p. 18-22. 25. 40. & alibi, quadragies minimum: nihil tamen impedit quo minus loco illo lectorem ſuum ad Heracliti allegorias Homericas remittere potuerit. Quæ enim ibi reſpicit de Sagittis Apollinis, leguntur in Allegoriis hiſce p. 425. edit Amſtelodamenſis. *Salluſtii* Philoſophi in Heracliti problemata Homerica ſummarium MS. vidiſſe ſe in Bibl. Lud. Saregi Peruſiæ & Umbriæ præfecti, teſtatur Juſtus Rycquius Epiſtola XXIX. ad Marcum Velſerum.

III. Libellus alter de incredibilibus diviſus in capita XXII. quem à Galeo poſt Allatium in lucem editum diximus, nullum auctoris nomen habet præfixum. Equidem Euſtathius ut paulo ante indicavi teſtatur *Characem* quendam περὶ ἀπίστων ſcripſiſſe poſt Heraclitum ac Palæphatum, itaque ſuſpicari aliquis poſſet Characem eſſe illius libelli auctorem, niſi cap. 15. & 16. bis laudaretur Charax ἐν Ἑλληνικοῖς. Citat auctor quisquis eſt & Platonem c. 12. & τὸν εἰς τὰς δὴ Πλάτωνι παροιμίας γράψαντα c. 10. Plutarchum περὶ ἀρετῆς γυναικῶν. c. 8. Alexandri

*** *Heraclitu* cujusdam *Pontici* meminit Plutarchus de Iſide & Oſiride p. 361. Sed *Heraclidis* legit interpres, & ſane paſſim hæc duo nomina inter ſe confunduntur. Apud Macrobium Lib. I. in Somnium Cic. cap. 14. *Animam Heraclitus Ponticus dixit lucem, Heraclitus Phyſicus ſcintillam ſtellaris eſſentiæ.*

2011 Ministerio de Cultura

dri Aphrodiſei Phyſica c. 16. Strategica Polyæni c. 11. & Proclum deniq; c. 19. unde quam non veſtutiſſimus ſcriptor ſit apparet. Prima duo capita aliena ab argumento de incredibilibus eſſe, recte obſervavit Galeus, qui auctorem Chriſtianum eſſe ſuſpicatur ex eo, quod cap. 14. Ἕλληνας dicat de Icaro μυθολογῆσαι, quaſi Græcos innuat non gente ſed religione. Neque Heracliti neque Palæphati vero meminit hic ſcriptor, etſi utroque uſus videtur. Quædam plenius habet Heraclito, ut videbis ſi hujus cap. 22. cum Anonymi capite 13. comparaveris: quædam rectius explicat, confer Heracliti cap. 38. cum Anonymi cap. 12. Sed nec Heraclitus Palæphati mentionem facit, pleraque aliter tradens quam ille, in non paucis tamen eum ut videtur ſecutus. Anonymi quædam verbatim in Lexico ſuo repetiit Phavorinus, ut notatum Galeo, qui ex cap. 2. Ampelium capite de miraculis mundi emendari poſſe obſervavit. Quod vero eidem viro doctiſſimo videtur libellus Anonymi excerptus ex opere majori, non facile crediderim, potius habuerim illum pro obſervationibus collectis è variis ſcriptoribus, quos laudat, aliisque, in quibus fabulas auctor ipſe reperire ſibi viſus eſt non abſurdo ſenſu explicatas. Ejusmodi obſervationes ſubinde inchoant ſcriptores ſolenni illo ὅτι, ut vel ex Æliani variis conſtat, quas majoris operis eſſe epitomen recte negavit inſignis doctrinæ vir Jacobus Perizonius.

IV. Fuit etiam alius quidam Palæphatus Abydenus hiſtoricus, quem Alexandri Magni ætate floruiſſe Svidas teſtatur & ſcripſiſſe Κυπριακὰ, Δηλιακὰ, Ἀτθικὰ, Ἀραβικά. Addit hunc Palæphatum fuiſſe delicias Ariſtotelis Philoſophi, auctoribus hujus rei laudatis Theodoro Ilienſe in ſecundo Troicorum & Philone ἐν τῷ ει στοιχείῳ ὃ καὶ ἀπιστιῶν ἱστορίας πρώτου h.e. *in litera* ει *libri primi de mirabilibus*, qui Alphabeti ſerie procedebat. Hic eſt Philo Heracleota, quem ἐν τῷ πρὸς Νύμφιον καὶ ἀπιστιῶν allegat Porphyrius apud Stobæum Eclog. Phyſ. p. 130. *Ad Nymphin* legit Jonſius Lib. II. cap. 12. ubi alios ἀπιστιῶν & ἀπιστιῶν ἱστοριῶν ſcriptores colligit, quibus Anthemium ἀπιστογράφον memoratum Tzetzæ Chil. 2. v. 151. Antiphanem Bergæum de quo Scymnus Chius * v. 657. ſeq. Ariſtoclem cujus Lib. II. ἀπιστιῶν laudat Stobæus ſerm. 62. Antonii Diogenis ** libros XXIV. de inſula Thule Photio cod. 166. recenſitos, Appionem in libris de quibus Gellius Lib. IV.

* Verba Scymni hæc ſunt: Ἐφ' ᾧ κατὰ μεσόγαιον Ἀντιφάνης πατρὶς
Κεῖται λεγομένη Βέργα τῇ δὴ γεγραφότι
Ἄπιστον, ἱστορίας τερψιθυμίας γέλων.

** Porphyrio in vita Pythag. p. 6. laudatur Διογένης ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην ἀπίστοις.

2011 Ministerio de Cultura

c.14. Archelai Poëtæ ἰδιοφυῆ, Lysimachi παράδοξα Θηβαϊκὰ in Scholiis ad Euripidem & ad Apollonium laudata, Myrsili ἱστορικὰ παράδοξα, quæ allegat Athenæus, Michĕlis Pselli ineditum opus περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων ad Mich. Cerularium Patriarcham CPol. aliosque addere liceret si id ageremus.

V. Diversus à Palæphato Abydeno fuit Abydenus Ἀσσυριακῶν sive Assyriacæ historiæ conditor, quam MStam in Italiæ Bibliothecis exstare scripsit Scipio Tettus apud Labbeum Bibl. Nov. MSS. p. 167. nisi forte fucus illi factus fuit, vel sola fragmenta exillis vidit, qualia exstant apud Eusebium, Cyrillum & Georgium Syncellum, vel qualia sunt fragmenta libris de emendatione temporum à Scaligero subjecta & notis illustrata. A præstantissimo autem Huetio, qui p.99. præparat. Evangelicæ Abydenum hunc cum Palæphato Abydeno eundem esse putat, recte dissentire me existimo, non sane propter varietatem scripturæ, quam in nomine Abydeni observavit Scaliger ad Græca Eusebii p. 409. & Vossius de Historicis Græcis, sed quod Abydenus testatur se profecisse è Beroso, qui scripsit sub Antiocho Sotere vel filio ejus Θεῷ, at Palæphatus Abydenus æqualis fuit Alexandri Magni: Deinde incredibile videtur patriam solam ab Eusebio & reliquis semper exprimi, nunquam nomen proprium, denique inter Palæphati Abydeni scripta nulla apud Svidam mentio fit Assyriacæ historiæ.

CAPUT XXIII.

Palamedis Argivi scripta. 1. *Num literas Græcas repererit. Obiter de Cadmo ac de aliis literarum Græcarum inventoribus.* 2. *Tabula Palamedis.* 3. *Alia ipsius inventa.* 4. *Palamedes alii.* 5.

I.

PALAMEDES Argivus Agamemnonis Regis consobrinus, Corinni de quo supra dixi præceptor, ob singularem sapientiam & carminum svavitatem vocatur πάνσοφος ἀηδὼν μοῦσα in notissimis Euripidis versibus, quos refert Laërtius Lib. II. sect. 44. & Tzetzes ad Lycophronem v. 384. Svidæ audit ἐπωποιός, qui testatur poëmata ejus per invidiam abolita fuisse

2011 Ministerio de Cultura

isse vel ab Agamemnonis posteris, vel ab ipso Homero. Τὰ ᾧ ποιήματα ἀυτοῦ ἠφανίδη ὑπὸ τ Ἀγαμέμνονος ἀπογόνων Διὰ βασκανίαν. Ὑπολαμβάνω ᾧ καὶ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ποιῆσαι δαι (ita locum hunc supplet Allatius p. 51. de patria Homeri.) Ἠφανίδη τὰ παλαμήδες ποιήματα Διὰ βασκανίαν ὑπὸ ὁμήρε, ἄπεσαι ᾧ καὶ τ μεγίστων ἀνδρῶν ὁ φθόνος. Apollonius Tyanensis apud Philostratum Lib. IV. cap. 4. vocat ἀγαθὸν ἄνδρα δι' ὃν πᾶσι σοφία. Idem restitutâ ejus statua illi supplicat, ut denique propitius iterum esse velit Græcis, pluresque viros sapientes ipsis impertiat. Ναὶ παλάμηδες, δι' ὃν λόγοι, δι' ὃν Μοῦσαι, δι' ὃν ἐγώ.

II. Secundum Stesichori multorumque aliorum veterum testimonium Palamedes literas Græas reperit. *Quæ res si forte sit dubia, tamen certum est* ϑ, φ, χ, *ab hoc inventas cum aspiratione*, si credimus Servio ad Æneid. 2. Sed & hasce tres alii non ad Palamedem sed Cadmum * Phœnicium, Lini, (ut tradit Zenobius IV. 45. proverb.) æqualem atque interfectorem referunt, ceu patet è Tzetza Chil. 5. hist. 28. & Theodosio Alexandrino in Scholiis ineditis ad Dionysium Thracem. Svidas inventas à Palamede tradit literas ζ, ϖ, φ, χ. Confer quæ de literarum Græcarum inventoribus notarunt Josephus Scaliger ad Eusebium num. MDCXVII. Meursius ad Hesychium illustrem pag. 179. sequ. Salmasius ad inscriptionem Herodis Attici p. 230. sq. Sam. Petitus Lib. II. Observatt. cap. 1. Ezechiel Spanhemius de usu numismatum diss. 2. Olaus Rudbeckius part. I. Atlanticæ cap. 38. Bochartus Lib. I. Chanaan c. 20. Thom. Münkerus ad Hyginum fab. 277. & Johannes Marshamus Canonis Chron. p. 123. sq. ubi speciatim de Cadmo Phoenicio, à quo literas Φοινικικὰ σήματα Κάδμε vocat Timon apud Sextum Empiricum adversus Grammaticos cap. 2. Confer Plutarchum Lib. IX. Symposiacon cap. 2. Epiphanium hæres. XXXIV. 11. Leo quoque Allatius paravit tractatum de origine Græcarum literarum, in quo earum antiquitatem

* Sub antiqui cujusdam Cadmi nomine libri olim ferebantur, quos in Epitomen redegit Bion Proconnesius Pherecydis Syrii æqualis ὁ προκοννήσιος Βίων, ὃς καὶ τὰ Κάδμε τ παλαιᾶ μετέγραψεν κεφαλαιώμενος. Clemens 6 Strom. De Cadmo literarum, lapicidinæ & Metallorum repertore Eusebius X. 26. præparat. Sex porro Cadmos refert Annii Viterbiensis pseudo Xenophon in libello de æquivocis, quorum primus Phoenicius iste, postremus Cadmus Milesius qui prosam orationem condere primus instituit teste Plinio Lib. V. c. 29. & Solino c. 40 Idem tamen Plinius Lib. VII. c. 56. *Prosam* inquit, *orationem condere Pherecydes Syrius instituit, Cyri Regis ætate. Historiam Cadmus Milesius.* De Pherecyde est etiam apud Apulejum 2. Florid. & Isidorum Lib. I. Orig. cap. 37. Strabo Lib. I. p. 18. ait primos omnium poëtas scribendo approbationem meruisse, deinde Cadmum Pherecydem, Hecatæum metri numeros solvisse, reliqua poëticæ dictionis servasse.

2011 Ministerio de Cultura

& usum & ut immutatæ fuerunt post Scaligerum ad Euseb. p. 110. sequ. aliosque viros doctos explicaverat, ut ipse testatur libro de patria Homeri p. 88. Sed ille Allatii liber quod sciam lucem non adspexit, neque Isaaci Vosii dissertatio de literis & vera pronunciatione linguæ Græcæ quam promisit ad Melæ Lib. I. cap. 12.

III. Præterea Palamedes *tabulam* invenisse dicitur *ad compri-mendas*, ut Servius ait, *otiosi seditiones exercitus*, quod de calculorum lusu adhibitis tesseris per fritillum jactis de victoria certantium accipiendum, nam & Suidas Palamedi tribuit ψήφων τε καὶ πασῶν καὶ κύβων inventionem, & tabulam illam late describit in Τάβλα, de qua videbit lector ubi lubebit Epigramma Latinum vetus quod edidit Salmasius ad Vopisci Proculum, tum Græcum illustratum à Bullialdo ad Theonem p. 196. Isaaci Porphyrogeniti characteres Græcorum & Romanorum & Cedrenum in eumque Xylandri & Goari notas, Eustathium ad Iliad. β. p. 172. Johannemque Malalam p. 129. sq. Chronographiæ. Hinc ansam sumsit Daniel Souterius libros tres quos de tabula lusoria, alea & variis ludis veterum edidit, inscribendi *Palamedem*. Vide & Meursii Græciam ludibundam in πεττεία, qui Græcorum & Ægyptiorum ludum à Suida & aliis confundi observat, Thomam Hyde libro II. de ludis Orientalium p. 58. & 111. seqq. & Lib. I. p. 31. ubi contra Souterium negat Schachiludium * à Palamede inventum fuisse. Docetur autem ex illa ipsa tabula, quam ab alea nostra longe diversam fuisse res ipsa loquitur, Philosophiæ operam dedisse, & rerum naturam isto in ludo adumbrasse Palamedes. Nam *tabula*, inquiunt, *iste terrestris mundus est*, *numerus duodenarius casuum sive loculorum in tabula*, *Zodiacus*, *psephobolum sive fritillum & septem granula in eo*, *sidera errantia quæ gaudia & dolores hominibus distribuunt*, *turris denique*, *altitudo cœli ex quo mala & bona notis exhibentur*.

IV. Numeros ponderumque rationem à Palamede inventam tradit Athanasius Lib. I. contra gentes p. 20. Γεγράμματα μὲν γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες — — — τὴν γὰρ γραμμάτων τε καὶ συντάξιν καὶ ἀριθμὸς καὶ μέτρα καὶ σταθμία Παλαμήδης ἐφεῦρε. Astrologiæ quoque peritum testatur Philostratus in Heroicis, ubi inter alia refert eum eclipseos solaris ratione explicata territos militum animos incredibili metu liberasse. Sophocles de Palamede:

Ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ πεντηκοντάς
Τάξεις τε τούτων ἐξανιάτε σήματα.

Idem

* In Chronico Martini Poloni Lib. I. p. 28. edit. Suffridi Petri, ubi de temporibus Trojanis agitur, *ibi*, inquit, *primo inventa fuerunt scacorum solatia: quidam tamen asserunt ea longe antea fuisse in Chaldæâ inventa.*

2011 Ministerio de Cultura

Idem Philostratus Medicinam & plurima alia illi tribuit reperta præclarissima. Πρὸ γὰρ δὴ ἔτι παλαμήδης ὦεσαι μὲν ἔπω ἦσαν ἔσαι, μέλων ἦ ἔπω κύκλῳ, ἑνιαυτὸς ἦ ἔπω. ἔπω ὄνομα ἐν τῷ χρόνῳ. ἐδὲ νομίσματα ἐν, ἐδὲ σαθμὰ καὶ μέτρα, ἐδὲ ἀριθμοί. Σοφίας τε ἔτω ἔρως, ἐπεὶ μήπω ἐν γράμματα. Plura dixerant Sophocles & Euripides & fortassis Æschylus in dramatibus quibus nomen inscripserant Palamedem.

V. Fuit & alius Palamedes Eleaticus quem Ονοματόλογον h. e. Lexicographum vocat Athenæus Lib. IX. p. 397. Quintilianus Lib. III. cap. I. *Et Hippias Eleus, & quem Palamedem Plato appellat Alcidamas Eleates.*

CAPUT XXIV.

Pamphus Athenienſis, ejusq; hymni. 1. Paridis hymnus & encomium in Venerem. 2. Phaënno ejusque oracula. Phaënnis. 3. Phanothea, utrum carmen Hexemetrum invenerit. 4.

I.

PAMPHUS Lini æqualis, Pausaniæ Πάμφως, Philostrato παμφώ) Athenienſis, ante Homerum ἔπη & ὕμνους composuisse dicitur, quos Lycomedi cum hymnis Olenis & Orphei inter sacra Eleusynia decantarunt, à quorum daducho Pausanias illorum lectionem impetrasse se testatur in Bœoticis p. 762. Vetustissimorum apud Athenienses hymnorum auctor appellatur ab eodem Pausania in Achaicis p. 577. & in Bœoticis p. 767. qui post Olenem tamen scripsisse in iisdem Bœoticis docet p. 762. Idem in Atticis p. 92. & 94. hymnum ejus in Cererem memorat, hymnum in Neptunum, in Achaicis p. 577. in Dianam (quam καλλίστω primus appellavit) in Arcadicis p. 672. εἰς ἔρωτα in Boëoticis p. 762. Primum Charites celebrasse, neque tamen eorum definivisse numerum neque nomina apposuisse, ibid. p. 780. Lini funus quem Ὀιπόλινον dixit threno prosecutum p. 767. Denique Proserpinam Cereris filiam à Dite cum luderet & narcissos legeret raptam decantasse p. 775. Pamphoi hymnum in Jovem quem Homerus imitatus fuerit memorat Philostratus in Heroicis ubi de Protesilao agit, binosque ex illo versus recitat, quos respici puto à Gyraldo cum dialogo 2. de Poëtis de Pampho agens, *quædam adhuc*, inquit, *hujus carmina ipse legi.* Nam alia quidem

2011 Ministerio de Cultura

antiquiſſimi illius poëtæ ſive fragmenta ſive integra carmina unde nactus fuerit vel ubi legerit, fateor me ignorare. Pamphi nomen in marmore Arundeliano ſupplendum quibusdam viris doctis videri, dixi ſupra in Eumolpo.

II. PARIS Trojanus Priami filius, *Alexander* deinde cognominatus, variisque artibus excultus λόγον ἐγκωμιαστικὸν in Venerem composuit, ſi credimus Johanni Malalæ p. 115. Chronographiæ, quo illam prætulit omnibus Deabus, Junoni etiam ac Minervæ. Scripſit & hymnum in ejusdem laudes Veneris, quem à varietate & elegantia argumenti ceſtum appellavit. Hinc Junoni ac Minervæ inviſus,

Belli cauſa Paris, patriæ & funeſta ruina,

ut canit Pſeudo Pindarus in carmine de bello Trojano.

III. PHAENNO Epirotica, Vates perantiqua fuiſſe fertur & Sibyllæ æqualis, Homero ipſi à nonnullis præponitur. At ſi eadem eſt Φαεννὶς Regis Chaonum filia, cujus meminit Pauſanias, juniorem eſſe conſtat Homero multis ſæculis. Ita enim Pauſanias in Phocicis p. 828. Τῆς μὲν δὴ πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν, καὶ ἐπιλέξασθαι ῥᾴδιον οὐδὲν ἐς χρησμούς. Ἀνιόχῃ δὲ μετὰ τὸ ἀλῶναι Δημήτριον αὐλίνα ἐς τὴν ἀρχὴν καθισταμένῳ γέγονε Φαεννίς. Oraculum Phaënnidis refert idem p. 833. Alia quædam ejusdem Phaënnus vide apud Tzetzem, Chil. VII. hiſt. 143. & Chil. IX. hiſt. 288. Meminit illius præter Zoſimum Libro II. p. 690. (ubi pro Φαελλῆς τῆς Ἠπειρώτιδος legendum Φαεννῆς) idem Tzetzes, & Homero Orpheo atque Sibyllæ adjungit Chiliad. X. hiſt. 302. Etiam alteri Gratiarum Alcmanis verſibus celebratarum quas colebant Lacedæmonii, nomen erat Phaënna, alteri Cleta ſive Clita, ut teſtatur Pauſanias in Laconicis p. 254. & in Boeoticis p. 780.

IV. PHANOTHEA, Icarii uxor, carmen Heroum ſive Hexametrum quo deinde uſus Homerus, reperiſſe à quibusdam credita fuit, ut auctor eſt Clemens Alex. Lib. I. Strom. p. 309. Alii hoc tribuerunt *Themidi* uni è Titanibus. ἔτι φασὶ τὸ Ἡρῶον Φανοθέαν τὴν γυναῖκα Ἰκαρίου, οἱ δὲ Θεμιν μίαν τῶν Τιτανίδων εὑρεῖν. Alii Phemonoæ, de qva vide Voſſium Lib. III. Inſtitutt. Poët. cap. 3. & quæ mox ſum dicturus. Alii *Peleadibus*, quas ante Phemonoën dicunt primas mulierum, hoſce verſus decantaſſe, ut narrat Pauſanias in Phocicis p. 828.

Ζεὺς ἰὼ, ζεύς ἐστι, Ζεὺς ἔσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ·
Ἀ καρπὸς αὐίει, διὸ κλήζετε μητέρα γαῖαν.

Alii *Thaleti* Mileſio, ſi credimus Gyraldo dialog. 2. de Poëtis & Menagio ad Laërtium p. 23, ſed ſine auctore fide digno hoc, ni fallor, affirmantibus.

2011 Ministerio de Cultura

tibus. Omnibus metris prius & antiquius heroicum fuisse scribit Isidorus Lib. I. Originum cap. 38. quem si audimus, *hoc primum Moyses in cantico Deuteronomii longe ante Pherecydem & Homerum ceciniſſe probatur. Unde & apparet antiquius fuisse apud Hebræos ſtudium carminum quàm apud Gentiles. Siquidem & Job Moyſi temporibus adæquatus Hexametro verſu dactylo ſpondæoq; decurrit. Hoc apud Græcos Achateſius* (i.e. Hecatæus, pro quo Gyraldus videtur legisse Thales) *Mileſius fertur primus compoſuisse, velut alii putant Pherecydes Syrius, quod metrum ante Homerum Pythium dictum eſt, poſt Homerum heroicum nominatum. Pythium autem vocatum volunt eo, quod hoc genere metri oracula Apollinis ſint edita. Nam cum in Parnaſſo monte Pythonem ſerpentem in vindictam matris ſagittis inſequeretur, accolæ Delphici hôc illum metro hortati ſunt, ut ait Terentianus.* Terentiani verba hæc sunt:

Quum puer infeſtis premeret Pythona ſagittis
Apollo, Delphici feruntur accolæ
Hortantes acuiſſe animum bellantis, ut illos
Metus habebat aut propinqua adorea
Tendebat geminas pavida exclamatio voces
Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.

Unde apparet Isidorum falli cum de Heroico carmine Hexametro intellexit quod de Hexametro sive senario Jambico dixerat Terentianus. Licet Atilius quoque Fortunatianus eundem errorem errat in arte p. 2691. edit. Putschii. Sed & in aliis parum accuratum se præbet hoc loco Isidorus. Equidem versum heroicum Pythio nos oraculo debere, hoc est primos versus Græcos Heroicos ex vatibus Delphicis auditos dixit etiam Plinius Lib. VII. cap. 57. Sed Moysis & Jobi carmina quis nisi inepte cum Heroicis versibus Græcorum comparaverit? Pherecydes porro & Hecatæus non Hexametros invenisse primi, sed primi prosa oratione Græca libros scripsisse dicuntur, ab auctoribus multò quàm Isidorus fide dignioribus. Vide Menagium ad Laërt. p. 68. & Salmasium ad Solin. p. 845. sq. edit. Parisiensis. Phanotheæ meminit & Porphyrius apud Stobæum, cujus verba adduxi infra in *Phemonoë.*

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXV.

Phantasia Memphitis. 1. *Nomen fictum mulieris, ut Eumelia, Poësis, Natura &c. in veteri monumento ἀποθέωσιν Homeri referente.* 2. *Phemius Ithacensis, & de Phemio Ciceronis obiter.* 3. *Phemonoë, ejusque versus & oracula.* 4. *Phemonoës Orneosophium.* 5. *Rei accipitrariæ scriptores à Rigaltio editi recensentur cum nonnullis observationibus.* 6. *Phemonoës dictum γνῶθι σεαυτόν. Phemonoë pro quâvis vate.* 7.

1.

PHANTASIA Memphitis, de qua sic scribit Photius cod. 190. excerptis è libro quinto Ptolemæi Hephæstionis. Ὅτι Φαντασία τις Μεμφῖτις Νικάρχῳ θυγάτηρ συνέταξε περὶ Ὁμήρου (perperam in editione Clarissimi Galei p. 328. sed librarii vitio περὶς Ὁμήρου) τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ τινὶ περὶ Ὀδυσσείας διήγησιν, καὶ ἀποκεῖσθαι φασὶ τὰς βίβλους ἐν Μεμφίδι. Ὅμηρον δὲ θεασάμενόμενον καὶ τὰ ἀντίγραφα λαβόντα παρὰ Φανίτου τοῦ ἱερογραμματέως, συντάξαι ἐκείνοις ἀκολούθως. Eustathius prooemio in Odysseam: Φασὶ δὲ Ναυκράτην τινὰ ἱστορῆσαι, ὡς ἄρα Φαντασία γυνὴ μεμφῖτις, σοφίας ἐπώνυμος τις, Νικάρχου θυγάτηρ, συντάξασα τόντε ἐν Ἰλιάδι πόλεμον καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, ἀπέθετο τὰς βίβλους εἰς τὸ κατ' Μέμφιν τοῦ Ἡφαίστου ἄδυτον· ἔνθα τὸν ποιητὴν ἐλθόντα λαβεῖν παρά τινος τῶν ἱερογραμματέων ἀντίγραφα, καὶκεῖθεν συντάξαι τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδυσσείαν. Cæterum non intercedam si quis cum Lipsio syntagm. de Bibliothecis c. 1. & Theodoro Rycquio p. 431. de primis Italiæ Colonis, totam hanc narrationem de Homero à Phantasia Memphitide poëmata sua mutuante habuerit pro commento sive Ptolemæi Chenni fabulosi scriptoris, seu alius Poëtæ cujusdam vel Grammatici, qui Homerum Ægyptium esse ratus est, quam multorum sententiam fuisse patet ex Allatio cap. 4. de patria Homeri.

II. Sane Phantasia non magis videtur fuisse fœmina aliqua vel poëtria, quam *Eumelia*, *Historia*, *Poësis*, *Fabula*, *Natura*, aliæque ejusmodi, quæ muliebri habitu Homero inter Deos relato laurum imponere, accinere & sacra facere finguntur in veteri monumento elegantissimo, quod post Kircherum in Latio exposuerunt viri nostra ætate doctissimi,

2011 Ministerio de Cultura

ctiſſimi, Ezechiel Spanhemius diſſertatione quinta de uſu & præſtantia numismatum, Joh. Rudolphus Wetſtenius in diſ. de fato ſcriptorum Homeri p. 153. Gisbertus Cuperus in luculento Commentario ἀπο-θέωσις Homeri * inſcripto, Raphaël Fabrettus ad calcem expoſitionis columnæ Trajanæ, p. 346. ſeq. Laurentius Begerus in bello & excidio Trojano ex Antiquitatum reliquiis delineato & illuſtrato & Jacobus Gronovius T. 2. Theſauri Antiquitatum Græcarum, imagine XXI.

III. PHEMIUS ITHACENSIS ab ipſo Homero ** celebratur pluribus in locis Odyſſ. ά. v. 155. & 337. ρ. v. 263. & χ. v. 331. tanquam ἀοιδὸς ſvaviſſimus & θείλατος. A Tatiano autem & aliis diſerte refertur inter ſcriptores Homero vetuſtiores. Platoni in Jone dicitur Ἰθακήσιος ῥαψῳδός. Plutarchus libro de Muſica ex Heraclidis teſtimonio refert eum carmine expoſuiſſe νόσον τ ἀπὸ Τροίας μεθ' Ἁγαμέμνονος ἀναπομισθέντων, quod petitum ex Odyſſ. ά. v. 337. ſqq. Ab aliis ut ab auctore vitæ Homeri quæ ſub Herodoti ambulat nomine, dicitur Smyrnæ juventutem literas & Muſicen docuiſſe, acceptaque in uxorem Critheide Homeri matre, filium illum adoptaſſe & inſtituiſſe. Idem fere tradit Ephorus Cumanus apud Plutarchum in limine libri de Homero. Euſtathio ad Odyſſ. ά. p. 38. Philoſophus audit, perinde ut quilibet non ineptus ἀοιδὸς ſive Muſicus ac Poëta. Confer eundem p. 60. & ad Odyſſ. χ. p. 789. Pro quovis Muſico ſive cantore præſtanti, nomen Phemii ponitur apud Ovidium Lib. III. amor. Eleg. 7.

Quid juvat ad ſurdas ſi cantet Phemius aures?

Qualem vero intelligat Cicero Lib. V. ad Atticum Epiſt. 20. & 21. & Lib. VI. Epiſt. 1. cum ait, *Phemio quæritur* κέρας atque iterum: *tum Phemio diſpiciam* κέρας *Aonium*, Et: Κέρας *Phemio mandatum eſt: reperietur: modo aliquid dignum canat*, Obſcurum eſſe fatetur P. Victorius vir de Cicerone optime promeritus: Simeon vero Boſius ſuſpicatur libertum Attici intelligi, à ſtudio Muſices Phemium Tullio appellatum. Κέρας quidem inſtrumentum Muſicum eſſe inter omnes convenit, quo qui utebantur, cornicines dicti fuerunt.

IV. PHEMONOE Apollinis filia Sibylla Cumana fuit, ſi fidem habemus Servio ad Æneid. III. v. 445.

Quæcunq; in foliis deſcripſit carmina virgo.

V Vel

* Editus eſt Amſt. 1683. 4. & præterea p. 193. ſq. Illuſtris Ezechielis Spanhemii, p. 195. ſqq. Raphaëlis Fabretti obſervationes cum Ampliſſimo Cupero communicatas exhibet.

** Confer Ariſtidem T. 3, p. 40. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Vel certe Sibylla Samia, si sequimur Isidori quosdam codices Lib. VIII. Orig. cap. 8. Sed pernegat hoc Petrus Petitus Lib. I. de Sibylla cap. 5. qui non magis Phemonoën Sibyllam fuisse contendit quam Cassandram, Diotimam, Mantonem, Nicostratam quæ Carmenta deinde dicta est, & alias faticidicas mulieres, tum Phaënnidem & Peleades quas Sibyllas nominatas diserte negat Pausanias in Phocicis p. 828. Idem p. 809. testatur primam Pythiam vatem fuisse Phemonoën, & primam hexametro versu oracula ceciniſſe. Μεγίστη δὲ δόξα πολλῶν ἐς Φημονόην ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη ἐν Θεσπρωτοῖς, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ἦσε. *Vates prima Pythia Phemonoë*, etiam Straboni Lib. IX. p. 419. & Eusebio in Chronico, aliisque. Quia vero hæc Phemonoë prima heroico versu usa fuisse fertur, hinc versum heroicum Pythio nos oraculo debere dixit Plinius Lib. VII. cap. 57. Proclus in Chrestomathia apud Photium cod 239. ὅτι τὸ μέλος (ἔπος ex iis quæ sequuntur legendum) πρῶτον μὲν ἐφεῦρε Φημονόη ἡ Ἀπόλλωνος προφῆτις, ἑξαμέτροις χρησμοῖς χρησαμένη, καὶ ἐπειδὴ τοῖς χρησμοῖς τὰ πράγματα εἶπετο καὶ σύμφωνα ἦν, ἔπος τὸ ἐκ τῶν μέτρων κληθῆναι. Eadem tradit Eustathius prolegom. ad Iliadem. Delphis responsa dedisse præter Strabonem testatur Clemens Alex. I. Strom. p. 334. Pausanias Phocicis p. 812. & Scholiastes Euripidis ad Oresten v. 1094. ubi pro Φημῖνον Barnesius recte rescripsit Φημονόλω, ᾧ φασι πρώτῳ ἑξαμέτρῳ χρῆσαι. Porphyrius apud Stobæum serm. 21. celebre præceptum Delphicum γνῶθι σεαυτὸν commendans, ἀλλ' εἴτε Φημονόη, inquit, ὅπερ πάντα λυσιτελῶν τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο ἐθέσπισεν, ὅτι ἧς πρώτης ὁ Πύθιος λέγεται τοὺς εἰς ἀνθρώπους Διὸς δῶναι χάριτας, εἴτε Φανοθέα ἡ Δελφὴ &c. Sed Atilius Fortunatianus in arte p. 2690. edit. Putschii videtur in Delo potius eam vaticinatam innuere. *Heroicum Hexametrum Ennius longum vocat, Græci Deliacum* (nisi legendum sit Delphicum) *quia hoc genere Phemonoë Apollinis vates vaticinata est: & Pythicum à Pythone. Nam cum arcum in eum intenderet Apollo, nymphæ eum hoc versu hortatæ dicuntur.* Quando vixerit Phemonoë, diversas veterum fuisse sententias notavit Scaliger ad Euseb. p. 41. etsi in hoc conveniunt, quod Homerum ætate præcesserit. Vide Clementem Alex. I. Strom. p. 323. Svidam in παλαίφατος. Primum versum Heroicum hunc auditum testatur Plutarchus libro cur Pythia desierit oracula versibus reddere.

Συμφέρετε πτεράτ' οἰωνοὶ, κηρόντε μέλισσαι.

A Phemonoë autem prolatum non addit, quod aliis postea visum est ex iis quæ diximus verisimillimum. Aliud Phemonoës oraculum tribus Hexame-

2011 Ministerio de Cultura

xametris versibus constans, quod Delphis reddidit de Crii filio templi Apollinis violatore, refert Pausanias in Phocicis pag. 812. Citatur & Phemonoë à Melampode in libro περὶ παλμῶν.

V. Plinius Lib.X. c. 3. & 8. Hist. Nat. ex Phemonoë Apollinis dictâ filiâ, adducit nonnulla de genere quodam aquilarum & accipitrum, quæ Johannes Harduinus in Elencho Scriptorum a Plinio allegatorum petita esse putat ex *Orneosophio*, quod Græcè sub Phemonoës nomine manu exaratum exstare testatur Scipio Tettius apud Philippum Labbeum Bibl. MSS. p. 172. Videant qui possunt utrum hoc diversum sit ab Orneosophio alterutro eorum, quæ edidit Rigaltius, & quorum neutrum ætatem illam ferre videtur, alterum certe recentissimum, vocibusque Græcobarbaris scatens compositum est jussu Michaelis Palæologi Imperatoris.

VI. Edidit autem *Nicolaus Rigaltius* ex Bibliothecæ Regis Galliæ, cui præerat, & Mediceæ codicibus collectionem scriptorum * *de re accipitraria & venatica* Paris. 1619. 4. in qua continentur (1.) *Demetrii Pepagomeni* qui Imperatoris jam dicti Medicus fuit, & circa A. C. 1270. floruit, ἱεροκοσόφιον sive liber περὶ τῆς τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς τε καὶ θεραπείας. (2.) Ὀρνεοσόφιον ἀγροικότερον. (3.) Ὀρνεοσόφιον, κελεύσει γεγονὸς τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως Κυρίου Μιχαήλ. (4.) Κυνοσόφιον ἢ περὶ κυνῶν θεραπείας, quod in codice Regio sine auctoris nomine reperit Rigaltius, *Andreas Aurifaber* Uratislaviensis Medicus latine vertit, illustravit ediditque sub nomine *Phæmonis* Philosophi, (forte in MS. Codice erat: Φημονόης Φιλοσόφου) Witeb. 1545. 8vo postea Græce & latine iterum prælo subjecit & suis, *Rudberti à Musshaim* & Rigaltii notis, eruditaque introductione ornavit *Andreas Rivinus* Lips. 1654. 8vo. qui suspicatur eundem forte Demetrium, quem Michaëlis Imp. jussu etiam librum de podagra concinnasse constat, hujus quoque Cynosophii auctorem fuisse. Confer Lambecium Lib. VII. Commentar. p. 399 qui p. 261. etiam memorat *Anonymi* ἱεροκοσόφιον ** MS. in Bibliotheca Cæsarea obvium. Sequitur in Rigaltii collectione (5.) *Demetrii* itemque aliud alterius scri-

 pto-

* *Leonis* quoque *Imp.* liber de aucupio manu exaratus fuit in Bibl. Antonii Augustini. Prætereo utpote Latine scripta *Friderici II.* Imp. *reliqua librorum de arte venandi avibus* edita Augustæ Vindel. 1569. 8vo cum additionibus *Manfredi* Regis.

** Gallice hoc argumentum tractarunt duo nobiles Galli *Gaces de la Vigue* cujus poëma *le Roman des oiseaux* huc spectat, & *Johannes Francierius*, cujus liber inscriptus *la fauconerie* prodiit Pictavii Ao. 1567. 4. Vide librum Gallicum, Essais de literature T. I p 310. seq.

2011 Ministerio de Cultura

ptoris ἱεροσυοσόφιον à *Petro Gillio* translatum & cum Æliano de animalibus, & ejusdem Demetrii CPolitani libello de cura & medicinia canum latine editum Lugd. 1562. 8vo. (6.) *Cynosophium* ex Aurifabri de qua diximus versione. (7.) Epistola sub ficto & inepto titulo *Aquilæ*, *Symmachi & Theodotionis* ad Ptolemæum Regem Ægypti de re accipitraria, Catalonico idiomate. (8.) De diversis generibus falconum sive accipitrum, item de infirmitatibus & medicinis eorum, secundum *Aquilam, Symmachum & Theodotionem* in Epistola ad Ptolemæum Regem Ægypti, latinè ex libro incerti auctoris de natura rerum.

VII. Verum ut missis hisce, denique ad Phemonoën redeat nostra oratio, Antisthenes de successionibus apud Laërtium in Thalete egregium illud dictum γνῶθι σεαυτὸν, quod alii Thaletis, alii Chilonis esse affirmant, tribuit Phemonoæ, ex qua sententia forte Poëta Juvenalis idem dictum *cælo delapsum* vocavit, utpote prolatum à fatidica. Phemonoën pro quavis vate, quæ plena laborat Phœbo, posuit Lucanus Lib. V. v. 126. & 186. Statius Lib. II. Sylv. 2. & Synesius de insomniis, p. 154.

CAPUT XXVI.

De Philammone. 1. *Piero.* 2. *Pisandro Camiræo*, 3. *& Pitthæo Troezenio.* 4.

I.

PHILAMMON Delphicus qui & ipse à Tatiano inter scriptores Homero antiquiores refertur, Apollinis è Chione Nympha, vel ut alii è Philonide filius, Thamyræ de quo deinde dicam, pater, *carmine vocali clarus, citharaque*, ut ait Ovidius Lib. II. Metamorph. v. 318. Primus apud Pythium sive templum Delphicum choros instituit, ut ait Plutarchus libro de Musica & Eusebius in Chronico, pro quo in quibusdam Eusebii ab Hieronymo translati codicibus vitiose legitur: *primus apud Delphos Pythiorum ludos instituit*, quod falsum & ridiculum esse notavit Scaliger ad Euseb. p. 44. Pausanias in Phocicis p. 813. memorat in antiquissimo certaminis genere, quo præmiis propositis hymni in laudem Apollinis ad lyram

2011 Ministerio de Cultura

lyram ſive citharam decantabantur * primum viciſſe *Chryſothemin* Cramanoris filium, deinde *Philammonem*, tum filium hujus *Thamyram*. *Orpheum* quidem σεμνολογίᾳ ἅτε πελεπῆς καὶ ὑποφρονήματος καὶ ἄλλα noluiſſe in illud certamen deſcendere, nec *Muſæum*, qui ſolebat ad Orphei exemplum in omnibus ſe componere. *Eleutherum* vero propter vocis ſvavitatem palmam aliquando tuliſſe, etſi hymnum ab alio compoſitum decantaſſet. Unde non immerito colligas à Philammone & reliquis hymnos non ut ab Eleuthero alienos, ſed quos ipſi elaboraverant cantatos fuiſſe. Cæterum addit eodem in loco. Plutarchus, Heraclide teſte, Philammonem, Latonæ, Dianæ & Apollinis natales δηλῶσαι ἐν μέλεσι. Et aliquibus interjectis narrat ex ſcriptorum nonnullorum ſententia, quosdam citharœdicorum nomorum à Terpandro excultorum Philammonem auctorem agnoſcere. Etiam Lernæorum Myſteria ſive πελεπαὶ ad Philammonem olim referebantur. Sed Pauſanias in Corinthiacis p. 199. docet Arriphontem quendam obſervaſſe Myſteria illa proſario partim, partim ligato ſermone inſcripta cordi ex orichalco facto, omniaque ſcripta fuiſſe Dialecto Dorica, cum tamen conſtet ante Heraclidarum reditum atque adeo Philammonis ætate non Dorica dialecto uſos Argivos, ſed eadem lingua qua Attici. Scholiaſtes Apollonii ad Lib. I. notat ex Pherecydis (Athenienſis, ni fallor) ſententia non Orpheum ſed Philammonem navigaſſe cum Argonautis.

II. PIERUS Lini pater, ſi audimus Tzetzen Chil. VI. hiſt. 90. vel potius Laſicium Tzetzæ interpretem, nam in Græco legendum videtur Λίνου Φυτόπορος *Lini filius* non Φυτοσπόρος, *pater*. Sane Pierum Lini filium fuiſſe alii ſcriptores tradunt, ut videre licet vel apud Gyraldum, qui addit primum Pierum de Muſis poëma ſcripſiſſe, ab eoque nominatum Pierium montem & Muſas Pierias. Vide Pauſaniæ Bœotica p. 765. ſq. & in libro de Muſica Plutarchum, non longe ab initio.

III. De PISANDRO Camiræo quem Heſiodo antiquiorem atque Eumolpi æqualem nonnulli fecerunt, conſulendus Johannes Meurſius in Rhodo Lib. II. c. 11. Poëma ſuum *de geſtis Herculis* in duos libros diſtributum Ἡράκλειον inſcripſerat, & ab aliis longe junior Homero exiſtimatus eſt, qui eum Svida teſte referebant ad Olympiadem XXXIII.

IV. PITTHEUS TPOEZENIUS Pelopis filius, Æthræ (è qua Theſeus) pater, ut docet Euripides in Heraclidis v. 208. ſeqv.

*De illo certamine Pythico conſer Humfredum Prideaux ad Epochas marmoreas p. 202. ſq.

2011 Ministerio de Cultura

Idem Hippolytum à Pittheo inſtitutum docet, ubi Scholiaſtes p. 218. edit. Barneſii: *ὧν ἦ ὁ Πιτθεὺς σοφὸς καὶ χρησμολόγος καὶ ἱερὸς θεοῖς, ὃς καὶ ἔλυσε τὸν χρησμὸν τῷ Αἰγεῖ καὶ τὴν θυγατέρα ἔδωκεν, εἰδὼς τῇ σοφίᾳ οἷος ἔσται ὁ τεχθησόμενος. Παρ' αὐτῷ ἦ, Πλάταρχός φησιν, ὁ Θησεὺς ἐπαιδεύετο, ὡς καὶ Καλλίμαχος μαρτυρεῖ.* Confer Plutarchum in Theſei vita ſub initium, ubi poſtquam dixiſſet Pittheum omnibus ſuæ ætatis ſapientia & eloquentia præſtare viſum, ex Ariſtotele obſervat Heſiodum potiſſimum ejus ſapientiæ genus & characterem in ſcriptis ſuis expreſſiſſe, integrasque ejus ſententias repetiſſe, qualis eſt hæc v. 370. *ἔργων* hodieque occurrens:

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ ἐρεμνῷ ἄρκιος ἔσω.

Pauſanias in Corinthiacis pag. 184. auctor eſt ſua etiamnum ætate à Troezeniis oſtenſam cellam, in qua dicendi artem Pittheus tradiderit, cujus librum ab Epidaurio homine editum ipſe ſe legiſſe teſtatur. Librum illum præcepta Rhetorica complexum, Pauſaniæ vero ab homine illo Epidaurio fucum factum non dubitat Voſſius Libro de Rhetorices natura cap. 9. Sane Troezenios quorum finitimi erant Epidaurii, res ſuas quantum qui maxime prædicare & amplificare ſolitos monuerat ipſe Pauſanias p. 181.

CAPUT XXVII.

De Prometheo 1. *& Pronapide.* 2. *Varii ſcribendi modi expoſiti è ſcholiis ineditis ad Dionyſium Thracem.* 3. *Deiisdem modis nonnullæ obſervationes.* 4.

I.

PROMETHEUS quando vixerit perquam eſt incertum, adeò Protei inſtar illum in mille formas verti videas. Nam aliis (ut Madero, & Joh. Conrado Dieterico) eſt primus hominum Adam, aliis Noah, ut Keckermanno & Chytræo: Bocharto Magogus Japheti filius, Huetio Moyſes. Alii nullum unquam fuiſſe Prometheum exiſtimant, ſed meras eſſe fabulas quæ de illo feruntur, per rationem vero, conſilium, ac providenti.

2011 Ministerio de Cultura

dentiam quam humano generi largitus est Deus, quamque προμήθειαν Græcis appellare tralatitium est, nullas non artes repertas esse, mortalibusque innotuisse. In Homilia sexta Clementinarum p. 668. προμηθὴς ἡ σοφία, ὑφ' ἧς τὰ πάντα ἐγνώσθ. Confer Julianum Orat. 6. pag. 182. Plotinum Ennead. 4. Lib. III. cap. 14. Nicephorum ad Synesium de insomn. p. 403. sq. Et è recentioribus Cœlium Rhodiginum Lib. VII. cap. 19. seq. Augustino Steucho Eugubino Lib. IX. de perenni Philosophia cap. 4. Prometheus est Deus ipse universi hujus artifex. Qui Prometheum hominem ajunt extitisse, plerique Thessalum fuisse narrant Japeti filium, fratrem Epimethei & Atlantis, qui ob insignem Astronomiæ peritiam dictus est cœlum humeris ferre, patrem Deucalionis (confer Genealogiam Promethei apud Humfredum Prideaux notis historicis ad Epochas marmoreas Arundelianas p. 107.) literarum, numerorum, Medicinæ, Astronomiæ & omnis sapientiæ inter Græcos repertorem. Hic Prometheus ipse apud Æschylum in Prom. vincto v. 441. seqv. reperta sua commemorans inducitur, quæ pulcherrimis versibus latinis expressit Grotius in excerptis è Tragicis & Comicis Græcis p 8. seq. Vide & Lucianum in Prometheo & in libello ad eum qui dixerat *Prometheus es in verbis*, Svidam & Varinum in Προμηθεύς.

II. PRONAPIDES Athenienſis, ita enim hoc nomen ſcribitur apud Diodorum Siculum & Theodoſium Grammaticum, etſi in editis Tatiani codicibus eſt PROSNAUTIDES, apud Euſebium PROTÆNIDES pro quo Gyraldus dial. 2. de Poëtis p. 58. apud Tatianum legit PROSMANTIDES, probante hanc lectionem Voſſio libro & capite primo de Hiſtoricis Græcis. Eidem tamen Gyraldo p. 89. PRONOPIDES veluti diverſum quoddam nomen memoratur, excellenti vir ingenio, qui mundi principium verſibus ſit complexus opere quod πρωτόκοσμον inſcripſit. Sed idem plane eſt quem inter ſcriptores Homero antiquiores Tatianus refert, & quem Homeri Magiſtrum fuiſſe tradit Diodorus Siculus Lib. III. p. 140. vocans eum εὐγενῆ μελοποιόν literisque Pelasgicis (Orphei & Lini exemplo) uſum teſtatus.

III. In ſcholiis ineditis Theodoſii Grammatici ad Dionyſium Thracem fertur Pronapides iſte inveniſſe modum ſcribendi στίχους διεζευγμένους æquales, à ſiniſtra ad dextram quo etiamnum in linguis Europæis utimur. Διεταξε δὲ τα στοιχεῖα γράφεσθαι ὡς γράφομεν νῦν, Προναπίδης ὁ Ἀθηναῖος. Τῶν Ἀρχαίων δὲ οἱ μὲν βουστροφηδὸν ἔγραφον, οἱ δὲ βουστροφηδόν, οἱ δὲ κιονηδόν.

2011 Ministerio de Cultura

νηδόν. ΣΠΥΡΙΔΟΝ ἤτοι δίκην σπυρίδος ἀπὸ πλάτους ἀρχομένης καὶ εἰς στενὸν κομιδῇ λῆγούσης. Τὸ ᾧ σπυρίδιον χῆμα ἑξάστιχόν ἐστι, γράφεται ᾧ ὅτως·

Κύριος εἶπε πρὸς μὲ
Υἱός μου εἶ σύ
Ἐγὼ σήμερον
Γεγέν
νηκά
σε.

ΠΛΙΝΘΗΔΟΝ ἤτοι τετραγώνως μέσον ἔχῆματος· τετραγώνου ταῦτα διέγραφον. Τὸ ᾧ τετράγωνον τὸ κῷ πλινθηδὸν ἐκ ἰσόπλευρον. Τὰς μὲν γὰρ δύο πλευρὰς τὰς ἐπαλλήλους ἴσας ἔχει καὶ πάσας τὰς παραλλήλους ἴσας, πλὴν ἐκ ἰσομήκεις ταῖς ἐπαλλήλοις. Αἱ μὲν γὰρ ἐπάλληλοι μακραὶ, αἱ ᾧ παράλληλοι μικραί. Γράφεται ᾧ ὅτως·

Κύριος εἶπε πρὸς
μὲ υἱός μου εἶ σὺ
ἐγὼ σήμερον
Γεγεννηκά
σε, αἴτησαι
παρ' ἐμοῦ καὶ
δώσω σοι.

ΒΟΥΣΤΡΟΦΗΔΟΝ ἦγουν ἐναλλήλως καὶ κῷ τὰς αὐλακας, αἵτινες ἀνέχονται ἀλλήλαις καὶ ἐδέν ἐστι μέσον αὐτῶν τὸ διὰ χῆμα μόνε ἔτ φαινομένε γραφήματος ἔτ διαγνωρίζοντος ἑκάτερον αὔλακα. Γράφεται ᾧ ὅτως.

Κύριος εἶπε πρὸς μὲ

υἱός μου εἶ σὺ
ἐγὼ σήμερον
γεγέννηκά σε.

ΚΙΟΝΗΔΟΝ, δίκην κίονος, ἤτοι ἐναλλήλως κῷ γραμμὴν, καὶ ᾧ διαμεμελισμένως ἔγραφον. Γράφεται ᾧ ὅτως.

2011 Ministerio de Cultura

κ	π	μ	σ	γ
υ	ϱ	ϗ	η	ε
ϱ	ο	ϛ	μ	ν
ι	ς	σ̄	ε	ν
ο	μ	υ	ϱ	η
ς	ε	ε	ο	κ
ϛ	ϒ	γ	ν	α
π	ο	ω	γ	σ
ε	ς		ε	ε

IV. In hoc loco recte à Grammatico exponuntur duo genera ſcribendi *βουϛροφηδὸν* & *κιονηδὸν*, quorum priore Græcos olim uſos etiam ex Pauſaniæ Eliacis, Feſto in Tæpocon, aliisque ſcriptoribus conſtat, quos laudant Bochartus Lib. I. Chanaan c. 20. Voſſius Lib. I. artis Grammaticæ c. 34. Valeſius ad Harpocrationem in *ὁ κάτωθεν νόμος*, Sam. Petitus ad Leges Atticas p. 104. Meurſius Attic. Lect. Lib. I. c. 22. Edmundus Dickinſon Delph. Phœniciz. c. 10. At *Κιονηδὸν* ſcripſiſſe veteres teſtatur Euſtathius ad Iliad. ψ. p. 1420. *σίχες οἱ παλαιοὶ ὡς νῦν ἡμεῖς κζ μέτωπον ἀλλὰ κζ βάθος ἔγραφον. ἓν φασιν* (ſcil. *γράμμα*) *εἶτα ἕτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ παλαιοὶ, ἐξ ὧν ἔστι νοῆσαι ὡς ὁ κζ τὸ λεγόμενον ἐνορδίνως ἵστατο ἤτοι* (*ἵππους* nempe apud Homerum, confer Sixtum Arcerium ad Æliani Tactica p. 119.) *κζ πλάτος, ἀλλ' ὁ μὲν ἔμπροσθεν, ὁ δ' ὄπισθεν, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἄλλος, καὶ ἑξῆς, ἕως ξ κζ ὁ βάθος τελευτᾷ. — — Ὅτι δέ ποτε καὶ ἡ ἐν βίβλοις γραφὴ ὕτως ἐτάττετο, ὁ μόνον πυριδὸν καὶ πλινθηδὸν χημαλιζομένη, ἀλλὰ καὶ πυργηδὸν κζ βάθος* (hocidem eſt quod Theodoſius Grammaticus magis appoſite vocat *κιονηδὸν*) *ὅθεν ἐξέλιπον καὶ τὰ κοινῶς διπάγια λεγόμενα καὶ τριπάγια,* (*διπάγινα καὶ τριπάγινα* legit Meurſius gloſſar. in *παγίνη*) *ἑτέρωθέν ὅτι γνῶναι.* Prætereo quod Diodorus Siculus Lib. II. p. 98. cum narraſſet incolas Taprobanæ inſulæ uti literis ſeptem, quarum ſingulæ quatuor modis (ſitu diverſo ni fallor) transfigurarentur, ut adeo revera 28. literas habuerint, hæc addit: *γράφουσι δὲ τοὺς σίχες οὐκ εἰς τὸ πλάγιον ἐκτείνοντες ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἄνωθεν κάτω καταγράφοντες εἰς ὀρθόν.* Notum eſt eodem ſcribendi genere etiamnum uti Tſchinas ſive Sinenſes. Quod vero ad reliquas duas ſcribendi ratio-

2011 Ministerio de Cultura

nes attinet, quas Dionysii Thracis Scholiastes & Eustathius vocant σπυρι-δὸν & σπινθηδὸν, eas nondum intelligere me fateor, nec à Theodosio satis explicatas puto. Pro σπυριδὸν Johannes Crojus Obs. in N.T. cap. 9. p. 70. & 71. apud Eustathium legit σπειρηδὸν & exponit à vocabulo σπεῖρα, *per catervas, per cohortes.* Sed apud Eustathium in utraque edit. & in Theodosii codice non tantum constanter scribitur σπυριδὸν sed & deducitur ἀπὸ τῆς σπυρίδος *à corbe* in angustum desinente, cujus figuram nempe retulerit illa scriptio. Sane hodieque non inusitatas ejusmodi corbes memini, superiore parte amplas, deinde paulatim deficientes in acutum. Si vero ita, non aliter, scripserunt veteres Græci hoc quod σπυριδὸν vocat Theodosius, illa scribendi ratio hilum non differebat à nostra, nisi brevitate decrescentium subinde versuum, adeoque dici etiam possit Theocriti poëma quod inscribitur Syrinx, σπυριδὸν scriptum esse. Quod si vero Σπειρηδὸν dicamus esse à σπεῖρα *spira*, interpretabimur illud de spirali illo scribendi genere quo usi sunt veteres Gothi, uti patet ex plurimis saxis & monumentis Runicis, quæ etiamnum superstita, cum in Svecia versarer, oculis usurpavi, & magno numero ab Olao Verelio, Rudbeckio, aliisq; vulgata constat. Id gen⁹ his verbis è Theodori Zvvingeri theatro Vitæ humanæ exposuere Vossius & alii: *Secundum longitudinem à summo ad imum, & hinc rursum ascendendo veluti per spiras (quales sol annuo motu per Zodiacum facere dicitur) scripsisse Gothos veteres in saxis vetustissimis, quæ etiamnum exstant.* Rationem scribendi πλινθηδὸν Theodosius ita explicat, ut similiter nihil differre videatur ab ea, qua nos hodie utimur, nam in libris nostris vere scribimus πλινθηδὸν, h. e. figurâ quam refert πλίνθος * sive later, quadrata nempe, ita tamen, ut sit longior quam latior, πλαίσιος ἰσόπλευρος Xenophonti libro III. ἀναβάσ. ut notat Svidas in πλινθωτόν. Potest tamen & σπειρηδὸν istud sive σπυριδὸν & πλινθηδὸν ita intelligi, ut salva Theodosii expositione, licet non per omnia differret à nostra ratione scribendi, diversum tamen fuerit in eo, quod ante repertos sub Attalo Rege libros quadratos, larga illa & lata volumina non una serie à sinistra ad dextram perscripta fuerint, sed quemadmodum in volumine legis, quo utuntur in Synagoga Judæi, per plures πλίν-

* Judæis etiam versus scripti (sive ut vulgo dicimus, lineæ) æqualis longitudinis vocantur לבנות seu *lateres*: Sic qui duo cantica legis describunt, jubentur quo illorum scripturam à reliqua lege distinguant, *laterem dimidium super integro ponere*, h.e. integro versui superponere dimidium, ut vides apud Carpzovium τὸν μαχαρίτην, notis ad Schickardi משפט המלך p. 113. 114.

2011 Ministerio de Cultura

πλίνθων laterumve formas ac πεζογραφὰς, σελίδι sive spatio singulis * interposito, vel per figuras στειρῶν *cohortium* in angustum desinentium, vel σπυρίδων *corbium*. Nihilominus supereſt adhuc, quod quæratur. Itaque totum hoc doctiorum judicio lubens relinquo. De aliis scribendi modis præter Vossium Lib. I. Aristarchi cap. 54. videri possunt Hermannus Hugo de prima scribendi origine cap. 8. & Petrus Holmius de scriptura cap. 5. recusus in Tho. Crenii Viri Cl. Analectis p. 461. sqq.

CAPUT XXVIII.

De Sanchoniathone Berytio. Ejus ætas & nomen. 1. Phœnicia Historia à Philone Byblio in Græcam linguam conversa vel potius conficta. 2. Joh. Henr. Ursini & Henrici Dodwelli de pseudo Sanchoniathone judicium. 3. Sonchis Ægyptius. ibid. Mochus Sidonius & alii Phœnicini Historici. 4. Sarpedon Rex Lyciæ, ejusq; Epistola Plinio memorata. 5.

I.

SANCHONIATHON Berytius, sive ut Athenæus innuit & Suidas diserte tradit, Tyrius, diu ante Iliaca tempora, Semiramidis ætate vixisse perhibetur à Porphyrio Lib. IV. adversus Christianos apud Eusebium Lib. I. præparat. p. 31. & Lib. X. p. 485. Theodoritum Lib. II. de curat. Græcarum affect. p. 28. atq; adeo æqualis fuisse Gedeonis, ut notant Bochartus, Huetius, Lemonius & alii. Licet Porphyrius ipse etiam, & Suidas κζ' πὸ Τρωϊκά, sive circa tempora Trojana, hoc est multis post Semiramidem non annis sed sæculis, vixisse memoret, & Josephus Scaliger in notis ad fragmenta Græca libro de emendatione temporum subjecta p. 40. eumque secuti Vossius de Hist. Græcis Lib. I. c. 1. Conringius de Medicina Hermetica p. 5. aliique viri doctissimi, vel hoc ipsum vocent in dubium, quia conditæ anno 91. vel 76. vel 65. demum ante Trojanum excidium, Tyri, velut rei antiquissimæ Sanchoniathon meminit. Hoc vero argumentum revincit Bochartus, docens plures urbes Tyri nomine fuisse, & Palæo Tyri jam fieri mentionem Jos. XIX. 29. Vide Lib. II. Chanaanis cap. 17. Eodem Porphyrio apud Theodoritum notante (apud Eusebium enim locus corruptus) nomen Sanchonia-

* Vide Raph. Fabrettum p. 348. ad veterem tabellam Iliadis.

2011 Ministerio de Cultura

choniathon Phœnicum lingua φιλαλήθη ſignificat, ſive ut Bochartus סנקנאתו *lex Zelus ejus.* Confirmat & Porphyrii Etymologiam Bernardus Aldrete Canonicus Cordubenſis in Antiquitatibus Hiſpaniæ & Africæ, patria lingua editis. Joh. Henrico Urſino autem in libro de Zoroaſtre Hermete & Sanchoniathone qui prodiit Norimbergæ Ao. 1661. 8. *San - chuni - athon* p. 185. exponitur *ſcopulus præparatus aſinæ*, & cum ludibrio Chriſtiani nominis creditur excogitatum à Philone Byblio nomen, nimis quidem violenta expoſitione, ut docet Olaus Borrichius de ortu ac progreſſu Chemiæ p. 68.

II. *Phœnicia* ſcripſiſſe narrat Athenæus ſub extremum libri tertii, ubi male ſcriptum Φοινικὰ & Σανιαθωνι pro Φοινικικὰ & Σαγχουνιαθωνι recte monuit Caſaubonus ad Athenæum Lib. III. c. 37. qui tamen memoria lapſus eſt, cum affirmavit Sanchoniathonis multis locis meminiſſe Philonem, Joſephum & alios. Nam Joſephus nusquam ejus mentionem facit, nec Philo, niſi Philonem intellexit non Hebræum ſed Byblium, qui tamen & ipſe haud ejus meminit multis locis, ſed ut mox dicemus Sanchoniathonis opus è Phœnicia in Græcam linguam transtulit. Hoc à Porphyrio Lib. II. de abſtinentia ab animantibus p. 94. vocatur Φοινικικὴ ἱστορία. A Theodorito p. 34. ἡ Φοινίκων θεολογία. Svidas ait Sanchoniathonem ſcripſiſſe περὶ τῆς Ἑρμοῦ Φυσιολογίας, ἥτις μετεφράσθη πατρίᾳ Τυρίων τῇ Φοινίκων Διαλέκτῳ, tum Αἰγυπτιακὴν Θεολογίαν καὶ ἄλλα τινά. Quicunque vero fuit titulus operis, ex fragmentis, quæ ex illo producuntur à Porphyrio, Euſebio & Theodorito patet illud continuiſſe Origines hiſtoriam & religionem antiquiſſimorum Ægyptiorum pariter ac Phœnicum. Præcipuas rerum quæ tradidit memorias ſive ὑπομνήματα fertur accepiſſe ab *Hierombalo* Dei ſummi ſacerdote, εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως Θεοῦ τοῦ Ἰαῶ. Quin iſte Hierombalus fuerit Gideon qui in libro Judicum plus ſimplici vice Jerobaal nominatur, haud dubitant Bochartus, & Huetius demonſtrat. Evangel. p. 84. Dicitur & Sanchoniathon adhibuiſſe acta & hiſtorias variarum urbium, & monumenta in templis hinc inde aſſervata τὰ κατὰ πόλιν ὑπομνήματα καὶ τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφὰς, τὰ ἀπὸ τῶν ἀδύτων ἐυρεθέντα ἀπόκρυφα Ἀμυνέων γράμματα, ſingillatim κοσμογονίαν Taauti (qui Ægyptiis Thoth, Græcis Hermes) aliaque ejus commentaria, per quæ idem Huetius libros Moyſis intelligit. Fragmentum Sanchoniatonis lingua Aramæa ſcriptum habere ſe teſtatus eſt Kircherus Obeliſci Pamphilii p. 111. Idem alibi affirmavit Sanchoniathonem à ſe neſcio ubi conſpectum, ſed inveſtigantis deinde oculis ſubductum, cujus rei fidem apud ipſum

2011 Ministerio de Cultura

ipſum eſſe lubens jubeo. Hoc Sanchoniathonis opus dedicatum Regi Berytio Abibalo (quod nomen etiam Hirami Regis parenti fuiſſe ex Dio Phoenicum hiſtorico narrat Joſephus I. contra Apionem p. 1042.) & Phœnicia lingua ab auctore ſcriptum, in Græcam linguam tranſtulit *Philo Byblius* Grammaticus, digeſſitque in libros *novem* ut refert Euſebius Lib. I. præparat. p. 31. quamvis *octo* computat Porphyrius Lib. II. de abſtinentia p. 94 ſive quod nota numeralis θ in η mutata ſit à librariis, ut putat Reineſius cap. 12. de lingua Punica, ſive quod librum Philonis Byblii quem citat περὶ Ἰουδαίων una computaverit Euſebius, quæ Dodvvelli conjectura eſt, ſive quod Sanchoniathonis librum primum Theologicum à reliquis octo hiſtorici argumenti Porphyrius exemit, ut ſuſpicatur Bochartus Lib. II. Chan. c. 17. p. 856. ſq. Sane quæ ex primo referre ſe ait Euſebius, Coſmogoniam & Theogoniam ex mente Phœnicum exponunt. Phœnicia quæ in illis Sanchoniathonis fragmentis occurrunt illuſtrat idem Bochartus in Chanaan libro & capite ſecundo. Cyrillus Alexandrinus Lib. VI. contra Julianum p. 205. Sanchoniathi (Σαγχονιάθε) hiſtoriam è Phoenicum idiomate in Græcum à Joſepho Judæo translatam ſcribit, teſte allato Clemente in Stromatibus. Sed memoria fefellit optimum præſulem, neque enim Clemens Sanchoniathonis meminit, neque Joſephus ejus hiſtoriam Græce transtulit, tum ῥῆσις quam mox velut è Sanchoniathone producit, petita eſt è Philonis Byblii, quæ exſtat apud Euſebium, præfatione.

III. Cæterum non modo Urſinus, quem ſupra dixi, univerſa, iſta, quæ de Sanchoniathone feruntur fabulis accenſet, Sanchoniathonemque nulli ante viſum lectumve, primum à Philone Byblio putat confictum fuiſſe, ſed idem quoque ante decennium ſingulari diſſertatione Anglicè edita, variis rationibus, veterum præcipue ſilentio evincere eſt conatus Hibernorum doctiſſimus Henricus Dodvvellus, Cujus argumenta cui videre volupe eſt, is (ni liber Anglicus ad manum ſit) evolvet ſupplementa ad Acta Eruditorum, quæ Lipſiæ cum magno rei literariæ fructu jam pridem colliguntur, T. 2. p. 512. ſeq. Imprimis ſingulare eſt quod *Philonem* iſtum *Byblium*, qui ſub Nerone & deinceps ad Hadrianum usque vixit, & de rebus ejus commentatus eſt, non diverſum eſſe docet ab *Herennio Philone*, ſuſpicaturque ab eo totius fraudis unico auctore & architecto παραβολιμαῖον iſtum Sanchoniathonem oppoſitum fuiſſe libris, quos contra Apionem non diu ante ſub Domitiani

2011 Ministerio de Cultura

Imperio Josephus Judæus scripserat, nomen vero effictum sive detortum ex *Sonchide*, Saite, sacerdote sapientissimo & Archipropheta Ægyptio, cujus meminit libro de Iside & Osiride Plutarchus.

IV. De reliquis Phoenicum historicis antiquissimis, Theodoto, Hypsicrate, Mocho sive Moscho, (quorum scripta in Græcam linguam transtulit Lætus) tum de Dio & Menandro Ephesio Annalibusq; Tyriorum, abunde dixerunt Scaliger ad fragmenta Berosi Abydeni & aliorum, subjecta operi imcomparabili de emendatione temporum, Bochartus Lib. II. Chanaan c. 17. Vossius de historicis Græcis &c. De *Mocho* Sidonio speciatim, quem similiter ante Trojana tempora vixisse Strabo auctor est Lib. XVI. p. 757. & quidam recentiores confundunt cum Moyse, videndus Reinesius addendis ad librum de lingua Punica, elegantissimi Grævii cura nuper in Belgio recusum: Seldenus de jure naturæ & Gentium Lib. I. cap. 2. & Huetius demonstrat. Evangel. pag. 88. Etiam Βαβυλωνίων ἱερὰ sive sacra monumenta memorat Jamblichus in vita Pythagoræ c. 34. ex Metrodoro Epicharmi filio Pythagoræo.

V. SARPEDON Jovis inclyta proles, Rex Lyciæ & Trojanorum strenuus hyperaspistes à Patroclo tandem interfectus, Homero multis memoratur. Illius Epistola adhuc superfuisse credita, Plinii propemodum ætate, ut ipse auctor est libro & capite decimo tertio. *Mutianus ter Consul prodidit nuper se legisse cum præsideret Lyciæ, SARPEDONIS è Troja scriptam, in quodam templo, Epistolæ chartam. Quod eo magis miror, si etiamnum Homero contendente non erat, aut cur, si jam hic erat usus, in ipsa illa Lycia Bellerophonti codicillos datos* (Iliad. ζ. v. 169.) *non Epistolas prodidit.* Alius Sarpedon Catonis pædagogus, laudatus Tzetzæ, Chiliad. III. v. 194.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXIX.

De Sibyllis Teſtimonia ſcriptorum veterum qui ante Homerum Sibyllam fuiſſe contendunt, 1. *& Poëtam ex ea profeciſſe.* 2. *Antiquiſſimus qui Sibyllæ meminit Heraclitus, cujus tria loca afferuntur, & poſt Heraclitum alii.* 3. *Numi antiqui Sibyllam referentes.* 4. *Utrum una tantum Sibylla fuerit.* 5. *Ambigitur.* 6. *Scriptorum veterum de numero Sibyllarum diſſenſus.* 7. *Nominis Sibyllini Etymologiæ prope viginti. Græcæ* 8. *ibiq; obiter de nominibus variis in ignominiam detortis. Latinæ.* 9. *Hebraicæ.* 10. *Arabicæ & Perſicæ, ubi & de ſententia Viri Clariſſ. Thomæ Hydei.* 11. *Num Spiritu divino agitante incaluerint Sibyllæ,* 12. *an malo dæmone.* 13. *Fortiorine phantaſiæ ſint adſcribendæ ipſarum divinationes & enthuſiaſmo naturali,* 14. *an meræ fuerint fraudes.* 15. *Noſtrum judicium.* 16. *Utrum & qua in re Sibylla à Pythia & aliis vatibus differret.* 17.

I.

SIBYLLAM quoque Tatianus refert inter ſcriptores Homero antiquiores, quin Orpheum ætate præceſſiſſe affirmat Clemens I. Strom. p. 323. Auguſtinus Lib. XVIII. de Civ. Dei c. 23. *Nonnulli ſane Erythræam Sibyllam non Romuli ſed belli * Trojani tempore fuiſſe ſcripſerunt.* Ac præter ea quæ ſupra in *Daphne* è Diodoro Siculo dixi, apud Solinum cap. 8. legas: *Delphicam autem Sibyllam ante Trojana bella vaticinatam Bocchus (Boëthus) autumat, cujus verſus plurimos operi ſuo HOMERUM inſeruiſſe manifeſtat. Hanc Herophile Erythræa annis aliquot intercedentibus inſecuta eſt de ſcientiæ paritate.* Idem de Delphica Sibylla refert Iſidorus libro originum & capite octavo. Lactantius Lib. I. cap. 6. ex Varrone plures memorat Sibyllas, *quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus affirmat ſuam fuiſſe civem, eamque Grajis Ilium petentibus vaticinatam, & perituram eſſe Trojam, & HOMERUM mendacia ſcripturum.* Vide Lib. III. Sybyllin. p. 232. 247. ſq. Lib.

* Non majorem fortaſſe fidem hoc mereri dixeris, ac quod ante annos quingentos Nicolaus quidam Reuclerus in poëmate Leonino quo Hiſtoriam Hannoniæ perſecutus eſt, finxit vatem quendam inſignem Bavaſii conditorem *Bavonem*, Priami patruum, qui miſerabile Trojæ fatum prævideriit Priamoque ſed non credenti prædixerit, quæ fabula exploditur à Nic. Bergierio de publicis Imperii Rom. viis Lib. I. ſect. 26.

2011 Ministerio de Cultura

Lib. VII. p. 352. Pausaniam in Phocicis p. 826. Dionysium Halicarnassensem Lib. I. p. 39. & 44. sq. scriptorem latinum de origine gentis Romanæ num. 14. Agathiam Lib. I. p. 16. Svidam &c.

II. Eustathius ad Iliad. ύ. p. 1285. exponens versus Poëtæ:

** Νῦν ὴ δὴ Αἰνείαο βίη Τρωέσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων τοίκεν μετόπισθε γένωνται.

Τοῦτο ὴ λέγεται διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἣν φασιν εἰκὸς εἰδέναι τὸν ποιητὴν ἐκ τῶν τῆς ΣΙΒΥΛΛΗΣ χρησμῶν. Recte hoc nullo pacto verisimile videtur eruditissimo Bocharto, in dissertatione qua Æneæ adventum in Italiam dubium reddere conatus est: Nicolaus vero Sudorius præfat. ad Pindarum de eodem loco agens, *Quod quidem*, inquit, *si oraculum est, & non Romanæ jactantiæ commentum aliquod Iliadi artificiosè insertum.* Quanquam hodieque legitur in Oraculis Sybyllinis sub initium Libri V.

Ἔσονται γενεῆς τε καὶ αἵματος Ἀσαράκοιο
Οὓς τέξει Τροίην ὅστις πυρὸς ἔρυσεν ὁρμήν.

Stylum Homericum & Hesiodeum Sibyllino haud multum esse dissimilem, visum etiam Erasmo Schmidio viro Græce doctissimo Orat. 2. de libris Sibyllinis p. 1496. Confer & Eduardum Simsonum part. 2. Chron. Cathol. p. 89. Clasenium de oraculis p. 538. Homerum Sibyllæ * imitatorem esse & hemistichia multa suæ poësi inseruisse, *aperte constare* ait Guil. Canterus Lib. V. cap. 17. Cui viro doctissimo si dicamus, potius *aperte constare* Sibyllinorum quæ habemus carminum auctores ab Homero plura mutuatos fuisse, quod reponat, nihil habebit.

III. Cæterum antiquissimus ni fallor eorum qui Sibyllæ mentionem faciunt ex iis, quorum scripta vel fragmenta habemus, est *Heraclitus*, cujus tria loca observavi. Unum apud Plutarchum lib. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν. ΣΙΒΥΛΛΑ μαινομένῳ στόματι καθ' Ἡράκλειτον ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύητα φθεγγομένη χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν Θεόν. Alterum in Clementis Alex. Lib. I. Strom.

** v. 307. 308. Hos Poëtæ versus ita expressit Virgilius 3. Æneid. v. 97. & 98.

Hæc domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Respexit etiam Sibylla apud Silium Italicum XIII. 790. de Homero dicens Scipioni:

-- -- Et vestram tulit usque ad sidera Romam.

Ita enim illum locum legit Illustris Cuperus ad ἀποθέως. p. 128. Sed in melioribus editionibus *Trojam* reperio, non *Romam.*

* Julius Firmicus Lib. V. Mathes. p. 77. Homerum vocat *divinum in Iliade Cumæi carminis interpretem.*

2011 Ministério de Cultura

Strom. p. 304. Ἡράκλειτος γοῦν φησὶν ἀνθρωπίνως φησὶν ἀλλὰ θεῖον μᾶλλον ΣΙΒΥΛΛΗ πεφάνθαι. Tertius exstat in Epistola ultima earum quæ nescio quam vere sub Heracliti nomine feruntur, ad Hermodorum: ΣΙΒΥΛΛΑ ἐν πολλοῖς καὶ ὅτο ἐφράσθη.

Ἐξ ἱερὸς χώρης ἵξει σοφὸς ἱπαλίησιν.

Εἰ δέ σε περὶ τοιούτου αἰῶνος, Ἑρμόδωρε, ἡ Σίβυλλα ἐκείνη, (supple πεφήνωσκεν vel simile aliquid) καὶ τότε ἦθα. Post Heraclitum Sibyllæ ejusque vaticiniorum meminere Aristophanes, Plato, Aristoteles, & infiniti alii.

IV. In numis Gergithiorum una facie exstabat Sibylla, alterâ Sphinx, ut testatur Phlegon apud Stephanum Bryz. in Γέργις, cujus generis numum Romæ à triumviro monetali Carisio cusum vide apud Ezech. Spanhemium diss. 3. de præstantia numismatum p. 217. Numos duos Cumanorum capite fœmineo ex una parte, ex altera conchylio conspicuos Sibyllæ Cumanæ imaginem referre putabat Hubertus Goltzius in historia urbium populorumque Siciliæ & magnæ Græciæ è numismatibus illustrata p. 219. sed incerta conjectura, ut ostensum Johanni Reiskio Lib. de Sibyllinis p. 156. qui plus tribuit alii cuidam numismati Commodi, in cujus aversa parte legitur COL. AUG. TROAD. & exstat mulier obliquo pronoque corpore nuda, comâ in nodum compositâ, ut dextro pede ad scabellum reclinet, manuque dextra exserta, & laureo quem tenet ramusculo subtus propendeat. Hâc Sibyllam Herophilen notari, cum Tristano & Patino * persuasus est, variis in hanc rem adductis argumentis, alii item p. 173. numo M. Aurel. Antonini Caracallæ, in quo eadem mulieris effigies cum laureo ramo & saxo crudo scabelli instar fœminæ supposito apparet.

V. Meminit Sibyllæ ** Eratosthenes quoque teste Svida, & Heraclides Ponticus in libro περὶ χρησμῶν, ut auctor est Clemens 1. Strom. p. 323. Atque hic quidem plures unâ Sibyllas commemoravit, quemadmodum Apollodorus quoque & Aristonicus teste Lanctantio, & è Romanis Varro ac Fenestella, aliique complures. Ut Taciti jam ætate ambiguum fuerit, *una seu plures fuerint*, veluti ipse testatur Lib VI. Annal. sect. 12. Sic Augustinus Lib. XIII. contra Faustum Manichæum

* Vide & Raph. Fabrettum ad Vet. tabulam Iliadis p. 317. seq.

** Nicolaus quoque Damascenus in Excerptis Peirescianis p. 458. refert oraculum Sibyllæ Croesum comburendum prohibentis. Idem p. 454. eandem Sibyllam Herophilen vocat & Epheso ait accersitam à Cyro Rege Persarum.

2011 Ministerio de Cultura

cap. 15. *Sibylla porro vel Sibyllæ* &c, Neque adeo verisimilitudine destituitur sententia Salmasii ad Solinum p. 80. sq. & Petri Petiti, (qui perperam Dionysius Petitus vocatur apud Thom. Hydeum p. 394. historiæ religionis veterum Persarum) in libris tribus de Sibylla, unam fuisse antiquissimam Erythræam fatidicam mulierem putantium, nomine proprio (quale etiam visum Arriano apud Eustathium ad Iliad. β. p. 266.) Sibyllam dictam, & à variis locis quæ obierit, nomina varia patronymica consecutam, à qua deinde aliæ quoque vates fœminæ dictæ fuerunt Sibyllæ.

VI. Attamen ambiguum hoc dubiumque reddit multorum scriptorum veterum non contemnendorum auctoritas, qui cum Pausania in Phocicis p. 825. cujus locum perperam hactenus intellectum exposuit Jac. Perizonius ad Ælianum p. 723. aliam Sibyllam Erythræa antiquiorem memorant, aliud quoque nomen Erythrææ proprium referunt Herophilen, denique cum Varrone, Lactantio, Servio, Isidoro Sibyllam habent pro nomine appellativo, quod diserte tribuunt pluribus fœminis fatidicis, ut Albuneæ sive Leucotheæ, Amaltheæ, (quidam Servii codices Malthæam, Rutilius Althæam vocat) Dianæ sive Artemidi, Athenaidi, Carmentæ, * Cassandræ, Daphnæ, Deiphobæ, Demo sive Demoni, seu Demophilæ: Helissæ, Lamiæ, Lampusæ, Mantoni, Pytho sive Pythoni, Sabbæ (Reginæ Sabæ quæ *Nicaula* dicitur Josepho Lib. VIII. Antiqv. pag. 269. de qua confer Bochartum in Chanaan Lib. II. cap. 26. & Clasenium Lib. III. de oraculis pag. 518.) Sambethæ, Sarbidi, Svanichildæ, Symmachiæ, Taraxandræ, Xenocleæ & aliis. Ut Deboram, Mariamnem & Oldam præteream, quas Sibyllas recte dici ait Onufrius, repugnante nec immerito Davide Blondello Lib. I. cap. 26. de Sibyllis. At enim fuere qui omnes ἐνθουσιώσας ac fatidicas mulieres Sibyllas dicendas putarent, ut Servius, & Svidas in Βρύλλες: imò qui id nominis darent veneficis quoque & spectris fœmineis, ut Delrio disquis. Mag. Lib. II. qu. 27. Apud Herman visione 2. memoratur anus ipsi Cumis versanti offerre librum, atque ille rogatus, *anum illam, à qua accepisti libellum, quam putas esse? Sibyllam respondit. Ernas, inquit, Ecclesia Dei est.*

VII.

* Carmentam tamen à Sibylla distinguit Livius Lib. I. cap. 7. agens de Evandro *Venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ adventum miratæ hæ gentes fuerant.* Sic Pausanias in Phocicis Phaënnidem & Pelias Dodonæas vatum more divinasse ait, sed Sibyllas vocatas negat. Ἐμαντεύσαντο μὲν ἐκ Θεοῦ καὶ αὗται, Σίβυλλαι δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων οὐκ ἐκλήθησαν. Vide quæ dixi infra §. 17.

2011 Ministerio de Cultura

VII. Quot vero fuerint, si fuerunt plures Sibyllæ, quæ singularum nomina, quod genus patriaque, quibus (nam *binas* Marcianus Capella Lib. II. pag. 40. *tres* Ausonius in gripho ternar. & Scholiastes Aristophanis ad aves p. 406. *quatuor* Ælianus Lib. XII. Var. hist. c. 35. plerique alii *denas* numerant, ut ostendit Onufrius libro de Sibyllis) temporibus & locis oracula fuderint, opus sit alia Sibylla, quæ ista non ænigmatis obscuris & lubricis, sed certo & perspicue nobis tradat atque exponat. Equidem postquam ea, quæ de hoc argumento à priscis & recentibus scriptoribus prodita sunt, non indiligenter excussi, nihil iis quæ de Sibyllis feruntur incertius reperio.

VIII. De Nomine ipso vide quam in diversum abeant scriptores. Alii græcum esse contendunt ab Æolico vel Dorico σιὸς * i. e. Θεὸς & βαλὴ *consilium*, (quæ Varronis fuit sententia, quam amplectuntur Lactantius, Hieronymus, Servius & Isidorus: ex recentioribus Erasmus Schmidius & multi alii) Unde in quibusdam codicibus Constitutt. Apostol. L. V. c. 7. per contemtum dicitur Ἄβουλα quasi *inconsulta* prophetis, non Σίβυλλα *Dei consulta*. Qua ratione solenne fuit antiquis nomina in ludibrium & ignominiam ** detorquere, ut pro Platone dictus Σάθων, (a) pro Democrito Ληρόκριτος vel Λημόκριτος, (b) pro Antidoro, Σανιδώρος vel Σανίδωρος, pro Chrysippo *Chesippus*, (d) pro Timæo Ἐπτίμαιος, (e) pro Heraclide Pontico Πομπικὸς, (f) pro Alexino Ἐλεγξῖνος, (g) pro Cleante Phreantles, (h) pro Labieno *Rabienus*. (i) Aristotelem quoque Narristolem dixit Lutherus & Werdenhagenius. Sic μήλινθον sive laqueum dixere alii pro Cerintho, *Amacarium* pro Macario. Etiam in Apocalypsi IX. 11. Apollo est Ἀπολλύων. Et in Prophetarum

* Similiter *Sisyphum* quasi *Theosophum* dictum nonnulli existimarunt. Vide Cœlium Rhodiginum Lib. XXIV. Antiqu. Lect. cap 5. Sophoclis Tragici pater, Svidæ & aliis dicitur *Sophilus*, Diodoro Siculo Lib. XIII. *Theophilus*, in quibusdam Codicibus Laërtii II. 120. *Diphilus*.

** Confer quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Testamenti p. 344. & Cotelerium T. I. Patrum Apostolicor. p. 335.

(a) Laërt. III 35. & VI. 16 Athenæus V. 10. & XI. 15.
(b) Laërt. X. 8. Hesych. Illustris.
(c) Laërt. & Hesych. ibid.
(d) Cic. I. natur. Deor. sect. 94.
(e) Strabo, Diodor. Siculus, Svid.
(f) Laërt. V. 86.
(g) Laërt. II. 109. Hesychius illustr.
(h) Svidas in φρεάντλης & κλεάνθης, Laërtius V. 168.
(i) Senec. V. Controvers.

2011 Ministerio de Cultura

libris nomina Idolorum & Regum, qui Judæos vexarunt, ita passim proferuntur, ut in dedecus deflexa esse appareat: * Talia sunt *Beelphegor*, *Beelzebub*, *Baal Pharasim*, *Beseth* (confer Bochartum Geogr. sacr. p. 858. Josephum Medum in fragmentis sacris p. 248.) *Misraim*, *Nechao*, *Nabuchodonosor*, *Evilmerodach*, *Chusanrasathaim*, *Chodorlaomor*. Sic *Phænon* sive Saturnus à splendendo dictus, Aquilæ dicitur σκοτασμός, Amoso כיון verbo à caligine ducto. Etiamnum enim Arabibus כאה est caligare, ut observat Salmasius in Epist. ad Crojum, post Hotomannianas pag. 480. Sic pro Photino Photioque dixere alii Scotinum, Adoxium pro Eudoxio, pro Eusebio Asebium, Satanasium pro Athanasio, pro Cypriano Coprianum, (vide Lactant V. 1.) pro Sebasteno Asebastenum, Atychem & Dystychen (confer Svidam in Σευῆρος) pro Eutyche, Anoëtum pro Noëto, pro Eutacto Atactum. Sic Catagnosticos Epiphanius pro Gnosticis, denique Dormitantium pro Vigilantio dixit Hieronymus, & quidam recentiores pro Bodino & Balduino Badin, pro Calvino Cav vin, pro Ramiresio Rabiresium &c. Epiphanius quoque notante Cotelerio Epimenidem vocavit μιᾶερέα τῶν ἀπὸ Κρητὸν εἰδωλίων, & in Const. Apost. Lib. II. c. 27. Sacerdos idoli cujuscunque dicitur μιᾶερεύς. Ita Clemens Alexandrinus p. 10. protreptici μυσήρια Ethnicorum appellat μυσήρια. Et p. 9. διήγησαι ἡμῖν, inquit, καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς μᾶλλον ἢ μανικῆς τὰ ἀχρεῖα χρησήρια. Cæsarius quæst. L. p. 110. Κρονος μᾶλλον ἢ ὄνος, ὁ Διόνυσος τοῖς σέβεσι παθος ἀνίατον καὶ δύσοδμον, Ἡρακλῆς μᾶλλον ἢ Ἡράκλης, Ἀσκλήπιος ὁ ταῖς Φρεσὶ νήπιος. Καὶ Σύροι μὲν οἱ Φερώνωμοι συροφοινικοῖ τὸν τῶ ἄδω ἐπώνυμον Ἄδωνιν ἐξεθείασαν κακῶς &c. Sed ut ad Sibyllæ nomen revertar, id alii deducunt à solo vocabulo Σίβη (Æol. pro σίδη *malum punicum*) perinde ut ab Ἥρη Ἥρυλλα, à σηκὸς σήκυλλα, quæ Salmasii opinio est ad Solinum: Alii à solo σιὸς, ut Sibyllæ dicantur Lacedæmonio idiomate veluti Θίβυλλαι *parvæ quædam Deæ*, ita enim la Cerda ad Virgil. 3. Æneid. p. 333. Alii ab ἰβύειν *clamare*, ut Isaaco Vossio placuit ad parentis sui Etymologicum, sive à σίνειν τὴν βλήν quam suspicionem suam affert Petitus Lib. I. de Sibylla cap. 6. sive à σέβω & σέβομαι, *colo*, *veneror*, usitatissima in derivationibus literæ ε in ι mu-

* Etiamnum hac detorsione nominum ignominiosa nihil frequentius est apud Judæos, ut patet vel ex blasphemis illorum in Servatorem nostrum, in sanctum Evangelium & omnia sacra nostra annominationibus, quarum pars exstat in Ieberide Samuelis Friderici Brenzii ex Judæi, sed quem adversarius illius Salomon Zevi simili allusione Sammaëlem appellat. Confer si placet Joh. Wulferum in theriaca Judaica ad examen revocata p. 39. 47. 112. Augusti Pfeifferi τῦ μαχαιρίτα Operum Philologicorum Tomum 1. p. 615.

2011 Ministerio de Cultura

i. mutatione, de qua originatione mentionem injicit eruditissimus Perizonius ad Ælianum p. 722. qui præterea putat Pausaniam in Phocicis p. 825. scripsisse ἀπὸ non ὑπὸ τῶν Λιβύων Sibyllam dictam, ut sit quasi Λιβυλλα, quod nempe ex Libya in Græciam venerit. Vel denique à σίω *agito*, & βυλλὸς full / *plenus*, quod agitante & concitante spiritu plena esset, quæ Matthiæ Martinii originatio est, laudata Hottingero p. 58. pentadis dissertationum.

IX. Alii latinum esse nomen affirmant, quod Prophetidem sonet, ita enim Hesychius illustris & Svidas, tum Marcus Antimachus proœmio in Sibyllina: sive quod à Romanis passim Sibyllam celebrari sentientes, nullo in Græca lingua ipsis occurrente etymo, latinum vocabulum esse perperam concluserunt, sive quod vere latina vox credita sit, vel à *sibus* quod acutum sive callidum significare Festus docet in *sibus & persibus*: vel quod *sub illa* Deus aliquis latere putaretur.

X. Alii maluerunt nomen esse Hebraicum vel à קבל *accepit*, ut Caspar Peucerus p. 160. de divinat. Michael Neander in Apocryphis de Christo p. 419. appendice ad Erotemata Ebr. p. 517. & alii: vel à סבל *portavit*, quæ conjectura est Hottingeri loco laudato; Antonii Thysii cap. 13. Misc. Exerc. & Nicolai Loydii in notis ad Caroli Stephani dictionarium historicum. Vel à בעלה quæ vox pro fatiloqua ponitur 1. Sam. XXVIII. 7. præfixo ש demonstrativo: ita Georgius Horn. Lib. II. histor. Philos. cap. 1. His adde etsi nihilo magis verisimile, quod vir doctus Bochartus Lib. I. Chanaan cap. 27. p. 559. fabulam de Lilybæo *Sibyllæ Cumææ* sepulchro, inde ortam suspicatur, quod Sibyllæ nomen alludat ad Hebræum זבל *habitatio*, ut ex *Zebul gumaa* sive *habitatione universitatis*, h. e. sepulchro, facta sit *Sibylla Cumæa*. Prætereo quod Georgius Cedrenus & Michael Glycas in Annalibus Reginam *Sabæ*, metropoleos Sabæorum celeberrimæ, 3. Reg. X. memoratam, à Græcis Sibyllam dictam notant, & Pausanias in Phocicis p. 828. refert ab Hebræis qui supra Palæstinam sunt, in fatidicarum numerum referri *Sabbam*, quæ dicta viris eruditis videtur à סבא *vino se ingurgitare*, unde Bacchus Σαβάζιος & Σάββοι Βάκχοι notante Plutarcho Lib. 4. c. ult. Sympos. Svidæ *Sambethe*, B priore in M. mutato, ut pro *Abbacuc* alii Ἀμβακὺμ, pro *Dibon* Es. XV. 9. *Dimon*, & pluria ejusmodi apud Reinesium defens. Var. Lect. p. 103. Drusium Lib. X. Obs. sacr. c. 17. Vossii Etymolog. in *Ambubaja*, Perizonium denique p. 724. ad Ælianum, qui Σαμβάθειον sive *Sambethes sacellum* præterea observat in inscriptione Thyatirenâ apud Sponium T. 1. Itinerar. p. 398.

2011 Ministerio de Cultura

XI. Aliis denique Sibylla vocabulum Arabicum visum est, vel à *Sabal*, *dicavit*, seu *consecravit in usum religiosum*, vel à *Sab* & *Aloah* quibus verbis denotatur *vas electum Dei*. Ita Servatius Gallæus ad oracula Sibyllina p. 3. festive professus se plures ejusmodi bellas ex lingua Arabica posse cudere Etymologias. Sed & novissime Thomas Hyde vir doctus & ingeniosus libro de religione veterum Persarum cap. 32. p. 391., observat apud Arabes & Persas signum Virginis in Zodiaco à spicâ quam manu tenet synecdochice vocatum Sumbul, seu Sumbula. A Phœnicibusque & Chaldæis ita in Zodiacalium animalium seriem insertam esse Virginis spicilegæ *spicam erectam*, quam dicunt שבולה Σίβυλλα seu Σίββυλα. *Hinc*, inquit, *Sibyllinæ fabulæ origo. Visum enim est huic spicæ seu virgini aliquod* תומה Θαῦμα *tribuere, quasi esset abscondita revelans & occulta retegens reseransque, adeoque vatem seu Prophetissam eandem appellare. Nam cum ab astris suam præteritorum & futurorum scientiam illæ gentes semper peterent, non erat illepidum nec veterum ingenio incongruum, huic Virgini, tanquam scientiæ cœlestis fonti, sub Sibyllæ seu spicæ nomine rerum indicationes & revelationes attribuere, & astute ad delusionem vulgi (ut solebant) multa futilia de ea prædicare.* Ex antiquissima hac Chaldæorum & Phœnicum Theologia porro ait factum esse, ut non modo in illis gentibus quævis deliræ & mente captæ virgines de futuris & abstrusis rebus capitis sui Chimæras evulgando, vates videri vellent ac Sibyllæ, sed & ad Græcos ac latinos res illa pervenerit, ut virginalia oracula jactarent, publicarentque. Germanos quoque narrat Tacitus fœminis ac speciatim puellis omnibus tribuisse vim quandam μαντικήν. Ita enim ille c. 8. de moribus Germanorum: *Inesse quin etiam sanctum quid & providum putant, nec aut consilia earum aspernantur aut responsa negligunt.* Et Lib. IV. histor. c. 60. *Velleda virgo nationis Bructeræ late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque fœminarum fatidicas & augescente superstitione arbitrantur Deas.* Cui adde quæ de Germanorum sacris fœminis futura prædicentibus tradit Clemens I. Strom. p. 305.

XII. De spiritu quo actæ fuerint Sibyllæ, non minor dissensio est, quæcunque enim fere in omnes partes dici possunt, dicta sunt jam tum ac defensitata. Dubius hæret Dionysius Halicarnass. Lib. IV. p. 529. qui cum ἀντύχημα oblatorum Tarquinio Sibyllinorum referre vellet, εἴτε Θεῶν, inquit, εἴτε δαιμόνων ἐννοίᾳ δωρηθέν, quo in loco ut sæpe apud Ethnicos scriptores, δαίμονες sunt boni spiritus intermedii, quia plerisque non pro majestate Deorum superorum sive cœlestium esse videbatur *Sibyllæ fatiloquia versificare*, ut Apuleji verbis utar libro de Deo Socra-

2011 Ministerio de Cultura

Socratis. Cæterum *Deo agitante* incaluiſſe Sibyllam, perinde ut Balaamum, contendunt omnes, qui Deum ſolum futuras res incertas prænunciare poſſe perſuaſi, Sibyllas ex verô multa vaticinatas eſſe, & priusquam evenirent prædixiſſe credunt. Ita non Ethnici tantum, ut Heraclitus apud Clementem, Plato in Phædro, & Jamblichus p. 73. de Myſteriis Ægypt. ſed & multi ex veteribus Chriſtianis ſenſiſſe videntur, Juſtinus, Clemens, Hieronymus & alii. Ex recentibus Sebaſtianus Caſtellio prolegomenis ad Sibyllina. Sixtus Senenſis Lib. II. Bibl. S. Baronius Apparat. ad Annales num. XI. Cudvvorthus in ſyſtemate νοητῷ univerſi p. 282. Alius ſcriptor Anglus (Rob. Boylius ut audio) in disquiſitione de Sibyllis A. 1662. 8vo. edita cap. 2. Jonas Veliſius Lib. III. cap. 14. lectionum Criticarum, eique adſtipulatus Daniel Claſenius Lib. III. de oraculis p. 497. 500. 511. 550. Richardus Montacutius analect. Exerc. 3. & apparatu 3. ad Origg. Eccleſiaſticas.

XIII. *Malo Dæmone inſpirante* ſive inſtinctu Dæmonum locutam Sibyllam putat Lactantius Lib. VII. c. 18. & auctor commentariorum in Epiſtolas Paulinas qui ſub Ambroſii nomine ambulant in 1. Cor. 2. Quorum ſententiam è recentibus tuentur Blondellus Lib. I. cap. 21. ſeqv. Tobias Wagnerus disquiſit. in Sibyllina pag. 101. Petrus Petitus de Sibylla p 91. & Lib. III. c. 7. ſq. Alii oracula Sibyllarum diſtingunt, & *quædam* Sibyllas *ex Dei inſtinctu*, *alia malo Dæmone dictante* protuliſſe affirmant. Sic Franciscus Collius de Sibyll. c. 35. p. 226.

XIV. Alii cum Thoma Hydeo de religione veterum Perſarum p. 387. 393. *Fortiori phantaſiæ atq; imaginationi* tribuunt, vel ad *Enthuſiaſmum* quendam & *furorem* recurrunt *naturalem*, vimque *μανικὴν* in certo temperamento, vitæ ac diætæ genere, homini in natura quandoque ineſſe diſputant. Ita ex Ethnicis ipſis non pauci, ſecuti Ariſtotelem ſect. 30. problem. 1. Ammianus Marcellinus Lib. XXI. c. 1. *Aperiunt tunc quoq; futura, cum æſtuant hominum corda, ſed loquuntur divina. Sol enim, ut ajunt Phyſici, mens mundi, noſtras mentes ex ſeſe velut ſcintillas diffunditans, cum eas incenderit vehementius, futuri conſcias reddit. Unde Sibyllæ crebro ſe dicunt ardere, torrente vi magnâ flammarum.*

XV. Alii denique *meras fuiſſe fraudes atq; impoſturas* contendunt, quibus arbitrio ſuo plebem rexerint & Remp. moderati fuerint homines callidiſſimi. Hanc ſententiam Cicero olim amplexus videtur libro II. de divinatione, & ex recentioribus alacriter defenſitavit Antonius Vandalen libro de oraculis Diſſ. 1. cap. 18. p. 405. ſeq. editionis ſecundæ.

XVI.

2011 Ministerio de Cultura

XVI. Sed quemadmodum multos passim oracula ad mentem suam vel confinxisse olim vel interpretatos esse fraude politica non est dubium, ut de Sibyllinis apud Romanos jactatis, affirmat etiam Thomas Hyde libri laudati p. 388. Ita omnia & singula quæ quocunque tempore & loco prædicta inter Ethnicos feruntur, ejusmodi impostoribus addicere, nimis confidens forte dixeris ac temerarium: præcipue cum multa in rebus magni momenti mirando more eventus comprobaverit. *Neq; casui* vel *fortunæ* hæc universa ac singula adscribi possunt, cum non pauca sint adeo determinata, alia viciſſim tam inexpectatum quid insolitumque contineant, ut qui vel fraudibus vel casui tribuunt memorata apud veteres vel recentiores etiam vaticinia omnia, ab eo non rem explicari, sed lectores suos derideri existimem. Neque vero indignum est Parente ac conditore humani generis Deo, casus magnos & mutationes Rerumpublicarum per varios ut ipsi visum est modos mortalibus præsignificare, cujus rei in omnium gentium historiis non inficianda vestigia exstare puto: Neq; absurdum est malorum dæmonum quandoq; maligna sentiri ludibria, aut furore naturali fortioreque imaginatione actos homines mira quædam & stupenda vaticinari, ut à Nostradamo & ejus similibus factum constat. Si itaque de Sibyllinis & quæ passim apud scriptores memorantur oraculis sententiam dicere jubear, sæpenumero sane fraudes & casum, sed ista quoque tria interdum, in aliis quidem aliud principii loco fatebor me agnoscere.

XVII. Quæsitum etiam est quà in re Sibylla à Pythia & reliquis vatibus differret, quanquam enim plerisque ut jam * ostendi fatidicæ mulieres totidem etiam visæ sunt Sibyllæ, tamen alii, præ cæteris vir magni ingenii Petrus Petitus non dubitavit plurimum inter Sibyllam & reliquam vatum turbam interesse. Negat enim, Pythiæ instar alligatam certo loco, & de rebus sæpe levibus quærentes responso dignatam fuisse: sed ubique terrarum etiam non rogatam prædixisse prodigia, magnos eventus, longeque post ** eventuros, & de rebus quibuscunque maximi momenti oracula fudisse, rationemque placandorum Deorum demonstrasse. Vide eum Lib. III. cap. 1. seq. Furorem

* Supra §. 6.

** Hoc etiam Bacidi tribuit Aristides T. 3. p. 22. Οὐ μόνον τοῖς ἐφ' αὐτῶν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕστερον πολλὰ δὴ καὶ θαυμάσια προεῖπον Βάκις, Σίβυλλα, ἕτεροι μετὰ τούτων. Orat. 1. Platonicâ.

2011 Ministerio de Cultura

rem quoque Sibyllæ negavit Janus Veliſius ut ex ejus lectionibus Criticis notavit Dan. Claſenius Lib. III. de oraculis, qua in parte diverſus abit non tantum ab Heracliti, Platonis & omnium pæne veterum ſententia etiam Chriſtianorum (vide Blondellum Lib. I. c. 24.) ſed & Sibyllæ ipſi adverſatur, quæ certe voluit videri enthuſiaſmo correpta ac divino furore. Sic enim illa apud Phlegontem Trallianum de longævis pag. 120.

Μαινομένη μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄπτερα μυθήσασθαι

Et Lib. II. Sibyllinor. ſub initium:

Παῦσόν μου ἐκστηθείσης τάδε πάντα· ἴστε γὰρ οἶδα
Ὅτι λέγω, κέλεται γὰρ Θεὸς τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν.

CAPUT XXX.

De Sibyllinis Oraculis. Utrum ipſæ oracula ſua in literas retulerint Sibyllæ. Folia Sibyllina. 1. *An ab aliis excepta digeſtaque fuerint* 2. *Furor Sibyllarum à Cicerone negatus, provocante ad Acroſtichides.* 3. *De his plura, & Dionyſii Halicarnaſſei locus explicatus.* 4. *Acroſtichis de JEſu Chriſto Servatore, jam Conſtantini ætate ſuſpecta falſitatis.* 5. *Ciceroni inſpectam præter rem affirmat Conſtantinus.* 6. *Quodnam vaticinium Sibyllinum de Rege, & quam acroſtichin reſpexerit Cicero.* 7. *Locus Suetonii de natura Regem Populo Rom. parturiente.* 8. *De oraculo quo regnum tribus Corneliis portendebatur, Lentulo id interpretante de ſe.* 9. Τρία κάππα κάκιστα *tres Cornelii in libris Sibyllinis.* 10. *Imperium Hadriano Imp. prædictum è libris Sibyllinis.* 11. *Oraculum Sibyllinum de Rege reſtituendo* 12. *Oraculum de Rege ex Oriente profecturo.* 13. *Ecloga quarta Virgilii non reſpicit Oraculum Sibyllæ, ſed Heſiodi fabulam de quatuor ætatibus, quod late oſtenſum* 14. *Loca Sibyllinorum de variis ætatibus explicata.* 15. *Locus Juvenalis.* 16. *Oracula Sibyllina an concepta etiam verſibus jambicis, vel proſâ? Verſus Oraculorum vitioſi.* 17.

I.

SUpereſt de ſcriptis Sibyllæ (unius ſive plurium) pro inſtituto noſtro breviter agamus. Utrum ab aliis excepta fuerint oracula ex ore Sibyllarum vaticinantium, an ab ipſis relata in literas, dubium videri poſſit, cum Varro apud Ser-

2011 Ministerio de Cultura

vium in 3. Æneidos Sibyllam ſcribere ſolitam teſtetur in foliis palmarum, quæſi primum cultri dorſetto lævigentur ſcribendo aptiſſima eſſe adverſus Melch. Guilandinum docet Joſephus Scaliger de papyro p. 15. Chryſoſtomus Homil. de mulieribus & pulchritudine: πρίν σὺν αὐτῆς καλέσασθαι δαίμονας καὶ τὰ πέπλα γράφεσθαι καὶ τὰς Σιβύλλας ἐρμασαμένη. Virgilius III. Æneid. v.443.

Inſanam vatem adſpicies quæ rupe ſub ima
Fata canit, foliisq; notas & nomina mandat.

Juvenalis VIII. 126,

Credite me Vobis folium recitare Sibyllæ.

Virgilius iterum VI. 74.

— — — foliis tantum ne carmina manda.
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Dixerat idem Lib. III. v. 445. ſeqv. carmina in foliis notata, à Sibylla etiam digeri in numerum atque antro ſecluſa relinqui, ſi vero vento impellente folia turbari contingat, Sibyllam nec revocare ſitus nec jungere carmina iterum poſſe.

II. Ab horum ſententia recedunt illi, qui Sibyllam furentem oracula ore fudiſſe contendunt, quæ à tachygraphis utcunque excip-erentur, à Sibylla ipſa, quod dictorum memoriam ſtatim poſt impetum τῆς Σιβυλλικῆς perderet, emendari, & ſi forte librarius aliquid omiſiſſet ſuppleri non poſſent. Ita Heſychius Illuſtris, & in admonitione ad gentes p. 36. Juſtinus. Quibus præter Svidam accedit M. Antimachus in prolegomenis ad Sibyllina Lactantium laudans auctorem, etſi verba illa quæ affert apud Lactanctium non leguntur. Sic Socrates de Vatibus apud Platonem in Apologia, verbis etiam à Juſtino laudatis: λέγεσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ, ἴσασι δ' οὐδὲν ὧν λέγεσι. Montanus ſimiliter teſte auctore Synopſeos Prophetarum ab Hœſchelio Græce & à Rittershuſio Græce & Latine editæ, docebat τοὺς θεοφόρους καταχομένους ὑπὸ θεοῦ μὴ εἰδέναι ἃ λέγουσι. Alii utroque modo uſam Sibyllam ſibi perſvadent, quibus Servius in 3. Æneidos addit tertium per notas hieroglyphicas, vel per ſiglas. *Tribus modis futura prædicit, aut voce, aut ſcriptura, aut ſignis, id eſt quibusdam notis, ut in obeliſco Romæ videmus: vel ut alii dicunt, notis literarum, ut per unam literam ſignificet aliquid.*

III. At enim Sibyllam ipſam non furore percitam effudiſſe, ſed magno ſtudio compoſuiſſe & ſcripſiſſe pleraq; oracula ſua, Cicero Lib.II. de divinatione probavit ex eo, quod artem potius & diligentiam quàm incitationem & motum teſtentur Acroſtichides in Sibyllinis obviæ.

Quod

2011 Ministerio de Cultura

Quod argumentum ſicco pede tranſilit Petrus Petitus Lib. III. de Sibylla c. 12. & tantummodo furorem poëtis familiarem eſſe oſtendit, ſine quo nihil magni exſpectandum à Poëta idem Petitus docuit ſingulari libello de furore Poëtico, quod à Cicerone nunquam fuit negatum. At enim Acroſtichides merito inficiatus fuit opus eſſe furoris & incitationis, artis vero & diligentiæ eſſe affirmavit. *Tum vero ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis quæ Ennius fecit, id certe magis eſt attenti animi quam furentis. Atq; in Sibyllinis ex primo verſu cujusq; ſententiæ primis literis illius ſententiæ carmen omne pertexitur. Hoc ſcriptoris eſt, non furentis, adhibentis diligentiam, non inſani.*

IV. Ex his acroſtichidibus Varro apud Dionyſium Halicarnaſſeum Lib. IV. p. 260. teſtatur verſus quosdam ſingulos inſititios & ſpurios convictos olim fuiſſe, ſi nempe primæ illorum verſuum literæ alienæ eſſent ab illa voce ſive ſententia quam exhibere debebat ἀκροστιχὶς. Nam ſi tota conficta fuiſſet ab impoſtore quodam ἀκροστιχὶς una cum verſibus illam referentibus, quî quæſo revinci hæc impoſtura potuit per acroſtichides? Perperam autem If. Voſſius cap. 4. de Sibyllinis oraculis, Eraſmus Schmidius Orat. 2. de Sibyllinis p. 1501. Antonius Vandale de Oraculis p. 410. & alii ex hoc loco ſcripſere Varronem Acroſtichidas Sibyllinas teſte Dionyſio eſſe inficiatum. En tibi verba Dionyſii: Ἐν οἷς (χρησμοῖς) ἐυρίσκονταί τινες ἐμπεποιημένοι τοῖς Σιβυλλείοις, ἐλέγχονται δ' ταῖς καλουμέναις ἀκροστιχίσι. Viciſſim omnia Sibyllina ex meris conſtitiſſe acroſtichidibus neſcio an recte ex Cicerone & Dionyſio colligat Gallæus de Sibyllis p. 132. & ante eum Blondellus Lib. I. c. 12. Quin diſerte videtur certam partem Sibyllinorum Cicero, non univerſa Sibyllarum oracula denotare cum ait: *Tum vero ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur* &c. Ac quotusquisque eſt, qui neſcit multa proferri etiam ab Ethnicis ſcriptoribus oracula, in qua nullum acroſtichidis veſtigium.

V. Illam vero Acroſtichidem quæ Græce occurrit apud Conſtantinum Orat. ad Sanctorum cœtum cap. 18. & majorem partem ex neſcio cujus translatione *verſibus malè Latinis non ſtantibus* affertur ab Auguſtino Lib. XVIII. c. 23. de Civ. Dei, & in oratione ad Catechumenos contra Judæos Paganos & Arianos cap. 16. & à Proſpero Lib. III. de promiſſionibus, Bedâ in calce T. 2. Opp. edit. Colon. jam Conſtantini temporibus à multis vocatam fuiſſe in dubium, ipſe teſtatur cap. 19. Ὑποπτεύουσι δέ τινα τῶν ἡμετέρων θρησκείας ποιητικῆς μέσης οὐκ ἄπειρον τὴν ἔπη τοῦτα πεποιηκέναι, νοθεύεσθαί τε αὐτὰ καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι.

VI. Addit quidem Ciceronem jam illam legiſſe, & Latine verſam

2011 Ministerio de Cultura

versam scriptis suis inseruisse. Sed mirabitur tam audacter hoc à Constantino affirmari, qui noverit nihil amplius apud Ciceronem exstare, quam hæc verba: *Sibyllæ versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur. Quorum interpres nuper falsa quadam hominum fama dicturus in Senatu putatur eum quem revera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus.* In his ubi de Rege à Sibylla memorato agit, non respicit ad secundum in acrostichide Constantini versum, ut putavit Eusebius:

Ἥξει δ' ἀφανόθεν Βασιλεὺς — — —

neque ad hunc Lib. III. Sibyllin. pag. 239. qui de Cyro accipiendus videtur:

Καὶ τότε δὴ Θεὸς ἀφανόθεν πέμψει Βασιλῆα

sive ad istum p. 268.

Καὶ τότ' ἀὼ' ἠελίοιο * Θεὸς πέμψει Βασιλῆα.

Neque ad alium, quem notat Is. Vossius p. 230. de Sibyllinis oraculis ex libro II. p. 219.

Ἥξει δ' ἀγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων.

Sed ut recte Casaubonus ad Baron. p. 83. ad illud oraculum, quo ut est apud Dionem Lib. XLIV. p. 247. Sibylla Parthos in quos bellum tum parabatur, nisi à Rege vinci posse negaverat. Svetonius in Julio Cæs. cap. 79. *Proximo autem Senatu L. Cottam Quindecimvirum sententiam dicturum, ut quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi à Rege non posse vinci, Cæsar rex appellaretur.* Hoc ægre ferens Cicero, *cum antistitibus*, inquit, *agamus, ut quidvis potius ex illis libris quam regem proferant, quem Romæ posthac nec Dii nec homines esse patientur.* Acrostichis illa de qua apud Ciceronem sermo est, non videtur continuisse nomen Julii Cæsaris, ut suspicatur Valesius p. 266. ad Eusebium, ita enim Cicero non potuisset addere: *hoc si est in libris, in quem hominem & in quod tempus est? callide enim qui illa composuit perfecit, ut quodcunque accidisset prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata.* Ex quibus verbis recte etiam colligit Joh. Smetius Antiquitatt. Neomagens. p. 36. Constantinianam Acrostichiden Ciceroni visam haud fuisse. Sed potius videtur his verbis: ΤΟΥΣ ΠΑΡΘΟΥΣ ΕΙ ΜΗ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΟΥΚ ΑΝ ΝΙΚΗΣΕΙ, Vel aliis ejus sententiæ expressa fuisse, quam Dio sic exposuit: μήποτ' αὖ τοὺς πάρθους ἄλλως πως πολεμεῖ ὑπὸ βασιλέως ἁλῶναι, Plutarchus in Cæsare, sic p. 73. ὡς ἀλώσιμα τὰ πάρθων φαίνοιτο Ρωμαίοις σὺν βασιλεῖ στρατευομένοις ἐπ' αὐτούς, ἄλλως ἄφυκτα ὄντα. Quod vero Blondellus p. 55. Acrostichin Constantinianam ideo suppositionis arguit, quod primus illius versus non complectatur primas literas

* i.e. ab Oriente, Vide Lemonii notas ad Varia Sacra p. 632.

2011 Ministerio de Cultura

teras reliquorum, haud valde moror, nam *primus versus* apud Ciceronem potest exponi de στίχῳ, non de versu numeris adstricto, & ex Constantino non absurde colligas acrostichidi illi, versus primi instar inscripta fuisse verba, quæ deinde primis versuum literis redduntur : *Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός.*

VIII. Cæterum miror Is. Vossium cap. 4. pro Sibyllino oraculo venditare quod apud Svetonium legitur de natura Regem populo Romano parturiente. Nam Svetonii verba hæc sunt in Augusto c. 94. *Auctor est Julius Marathus ante paucos quam nasceretur menses prodigium Romæ factum publicè, quo denunciabatur, regem populo Romano naturam parturire.* Nihil hic de Sibylla, nihil de oraculo, sed de prodigio publicè facto, Octavii nascituri imperium portendente, quod & aliis ominibus prænotatum refert Dio sub initium libri XLV.

IX. Aliò quoque pertinet quod Cornelius Lentulus ex fatis sive libris Sibyllinis sibi persvaserat *regnum Romæ tribus Corneliis portendi*, ut narrat Sallustius in Catilinar. Cicero Orat. 3. in Catilin. p. 692. edit. Grævii & 696. & Appianus Lib. II. de bellis civil. f. 430. Falliturque iterum vir doctus, cum ex eo quod Cicero aruspicum responsa simul memorat, colligit ab his Corneliorum nomen definitum, non à Sibyllinis, in his vero tantum fuisse, si quando Ægyptus Romanis pareret, tum adventurum magnum regem (Julium Cæsarem) hinc tres fore (triumviros Augustum, Lepidum, Antonium) qui Romanam affligerent & perderent Rempublicam, Lib. II. Sibyllin. extrem. p. 219.

Τρεῖς Ῥώμῃ οἰκτρῇ μοίρῃ καταδηλήσονται.

Verum enim vero Lentulum in Corneliorum nomine libris Sibyllinis definito præcipuam spem posuisse, præter Sallustium diserte testatur Plutarchus in Cicerone f. 869. Innuit Florus, à quo Lib. IV. c. 1. Lentulus destinatum familiæ suæ Sibyllinis versibus regnum sibi vaticinatus fuisse dicitur. Itaque ex haruspicum responsis videtur hoc tantum hausisse Lentulus, quod addit Sallustius : *Præterea ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem sæpe ex prodigiis haruspicum respondissent bellô civilî cruentum fore.*

X. Alium Sibyllinorum locum respicit Augustinus sive quisquis auctor libri de Grammatica p. 239. *inde est illud :* τρία κάππα κάκιστα, *i. e. tria Cappa pessima, de Cornelio Sylla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo, hi enim per tres literas designati sunt in libris Sibyllinis.*

XI. Sic nonnullis traditum fuit sortem Imperii ex Sibyllinis versi-

2011 Ministerio de Cultura

versibus Hadriano proveniſſe, ut auctor Spartianus in Hadriano, ad quem locum notarunt viri docti verſus qui de Adriano hodieque legitur in Sibyllinis Lib. V. p. 304.

XII. Ab his omnibus longe diverſum fuit oraculum, de quo idem Cicero Lib. I. Epiſt. 7. ad P. Lentulum ubi agit de Ptolemæo Auleta in regnum reſtituendo: *& ſine multitudine reducatur, quemadmodum homines religioſi Sibyllæ placere dixerunt.* Quo in loco homines religioſi non ſunt, ut vult vir doctus, Alexandrini ſacerdotes, hos enim à victoribus non rogatos veriſimile eſt, ſed quindecimviri inſpiciendis Sibyllinis Romæ conſtituti. Hoc non obſcure docet, & Oraculi ipſius ſententiam his verbis refert Dio Lib. XXXIX. p. 98. *αὐὸ τῆς Αἰγυπτίας βασιλεὺς βοηθείας τινὸς δεόμενος ἔλθῃ, τὴν μὲν φιλίαν οἱ μὴ ἀπαρνήσασθε, μὴ μέντοι καὶ πολέμιά τινι ἀπειρήσετε, εἰ ἢ μὴ, καὶ πόνες καὶ κινδύνους ἕξετε.* Lucanus Lib. VIII. v. 824.

Haud equidem immerito Cumæa carmine vatis
Cautum, ne Nili Peluſia tangeret ora
Heſperius miles, ripasq; æſtate tumentes.

XIII. Aliud iterum oraculum fuit, cujus meminit Tacitus Lib. V. hiſtor. c. 13. *Pluribus perſvaſio inerat, antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret oriens, profectiq; Judæâ rerum potirentur.* Svetonius in Veſpaſiano c. 4. *Percrebuerat oriente toto vetus & conſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano quantum eventu poſtea patuit prædictum, Judæi ad ſe trahentes, rebellarunt.* Hegeſippus Lib. V. de excidio Hieroſol. cap. 44. *Inter quæ illud præcellentiſſimum, quod in literis æque vetuſtis quas ſacras vocabant manebat impreſſum, quod ſecundum illud tempus futurus eſſet vir qui de regione eorum* (Judæorum) *imperium aſſumeret in orbem terrarum.* (Apud Joſephum Lib. VII. de bello Jud. cap. 31. p. 961. *λῃσμὸς ἀμφίβολος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐυημέρου γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης.*) *Quæ res eos in tanto furore poſuit, ut ſibi non ſolum libertatem ſed etiam regnum pollicerentur. Id alii* (Svetonius v. g. & Joſephus) *ad Veſpaſianum referendum putarunt, prudentiores ad Dominum JEſum* (confer Caſaubonum ad Sveton. & Wagenſeilium tel. ign. Satanæ p. 30. ſqv.) *qui eorum in terris ſecundum carnem genitus ex Maria, regnum ſuum per univerſa terrarum ſpatia diffudit.*

XIV. Hæc de oraculis Regem quomodocunque vel promittentibus vel ſpectantibus, quæ multum inter ſe diverſa parum accurate confundunt viri eruditi, non minus ac de Ecloga quarta Virgilii mira quædam

2011 Ministerio de Cultura

quædam & aliena commentantur, cum ſimpliciſſima ſit altera Probi expoſitio non ad Sibyllam ſed ad Heſiodum referentis carmen Cumæum, ut Virgilius, nihil aliud dicere voluerit, quam nato Pollionis filio Saturnium ſæculũ ab Heſiodo deſcriptum orbi iterum promitti. *Ultima ætas* idem eſt ac ſi dixiſſet *prima & antiquiſſima*, ut cum dicimus *ab ultima* * *origine rem repetere*, & *altum mare* id eſt *profundum*. Aut certe *venit*, id eſt *fuit* jam ac *præteriit*, ætas nempe poſtrema ferrea. Hanc expoſitionem plane confirmat quod ſequitur *Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo*, i. e. nova ſeries ætatum aureæ, argenteæ, æneæ & ferreæ ſeſe excipientium denuo incipit. Magnus id eſt fauſtus & auſpicatiſſimus. Sic paulo poſt *magni menſes* i. e. læti, pulchri & auſpicati, perinde ut Hebræis *magnus dies* pro feſto, quod imitati Chriſtiani dixerunt & *hebdomadem magnam*. Etiam Lib. II. Sibyllinor. p. 195. occurrit μέγας αἰών. Sed fallitur qui claram illam ex Evangeliis judicii extremi deſcriptionem Virgilio inſpectam exiſtimat, & Turnebus eundem locum longe aliter conſtituit, in hanc nempe ſententiam, pro αἰὼν ſcribendo ἀγών:

Καὶ τότε ἦ μέγας αὖθις ἀγὼν ἐσελασικὸς ἔσαι

Ut alludatur ad Iſelaſtica certamina, quorum victoribus fas erat triumphantium ritu per mœnia in urbem εἰσελαύνειν. Vide Gallæi diſſ. de Sibyllis p. 481. ſeqv. Mox in verbis Poëtæ *jam redit & virgo* intelligitur Aſtræa ſive Juſtitia, quæ *aurea virgo* Pedoni Albinovano dicitur Elegiâ in Mæcenatem, Heſiodo quoque & Arato παρθένος, quæ in deteriore ſæculo * cœlum petierat, ſed jam iterum in terras reverſa à Virgilio fingitur: Sic Ammianus Marcellinus Lib. XXII. c. 10. *Æſtimabatur per hæc vetus illa juſtitia quam offenſam vitiis hominum Aratus extollit in cœlum, imperante eo reverſa ad terras.* Confer Eratoſthenis Cataſteriſmos cap. IX. & Lactantium Lib. V. cap. 5. In eo quod ſequitur apud Virgilium: *redeunt Saturnia regna*, quid clarius quam reſpici ad Heſiodi homines aurei ſæculi οἱ μὲν δὴ Κρόνῳ ἦσαν ὅ τ' ὐρανῷ ἐμβασιλευεν. Cornelius Severus in Ætna:

Aurea ſecuri quis neſcit ſæcula regis?

Jam nova progenies i. e. novi ac meliores homines aureum ſæculum victuri. Pari ſenſu Cicero in Arateis *ferream prolem* pro hominibus ætatis ferreæ

* Sic *ultima certámina* pro antiquiſſimis dixit Cornelius Severus in Ætna v. 17. ubi vide notas Theodori Goralli, ſive qui ſub nomine illo latet Johannis Clerici, Viri Clariſſ.

** Cicero in Arateis:

Deſeruit properè terras juſtiſſima Virgo.

2011 Ministerio de Cultura

reæ & Horatius *progeniem vitiosiorem* dixit pro posteris. Falluntur qui de uno homine & de novo rege nascituro hic agi existimant, ajuntque Poëtam in animo habuisse hæc Sibyllina:

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο Θεὸς πέμψει βασιλῆα
Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

Quos versus nunquam probari poterit à Virgilio lectos fuisse. Quod sequitur: *cœlo dimittitur alto*, divinam novæ progeniei originem indicat, perinde ut Hesiodus à Diis tanquam auctoribus repetit χρύσεον γένος μερόπων ἀνθρώπων. Mox ait:

— — — *Quo ferrea primum*
Desinet ac toto surget gens aurea mundo.

Ex quibus verbis patet non decem ætates ex carmine Sibyllino agnovisse Virgilium, ut putat vir doctus: sed cum Hesiodo quatuor: *auream*, *argenream*, *æneam*, *ferream*. Sic ordine sæculorum ab integro iterum nascente ferream aurea excipit. Ausonius Epist. 16. de Probo:

Generi hic superstes aureo
Satorque prolis aureæ
Convincit Ascræum senem
Quoi sæculum omne ferreum est.

Similiter Porphyrio Optatiano prædicanti felicitatem temporum Constantini Aug. Imperator est *Aurea perpetuo restaurans sæcula mundo.* Sic *aureum sæculum* in numo Hadriani de quo Tristanus T. 1. p. 475. & Andreas Morellus specim. p. 65.

XV. Neque usqnam in Sibyllinis mentionem factam decem ætatum illo sensu, nedum Hesiodum (ut Erasmo Schmidio in mentem venit) à Sibylla, quæ de ætatibus diversis scripsit, mutuatum probare poterunt viri eruditissimi. Nam quod apud Phlegontem in longævis pag. 120. Sibylla ait se δέκα γενεὰς καθ' ἀνθρώπους γεγονέναι, aliò longe spectat, nempe ut ostendat se vixisse inter homines, annos prope mille, quemadmodum Phlegon exponit, ita ut singulæ γενεαὶ complectantur annorum ἑκατονταέτη. Confer Salmasium ad Solin. p. 77. edit. Paris. Vel ut non mille quidem, valde longum tamen & plurimorum annorum senium attigisse se doceat. Sane centum anni potuerunt dici à Sibylla, decem γενεαὶ, quemadmodum in Epistola Apocrypha Jeremiæ v. 3. ἕως γενεῶν ἑπτὰ ab Olympiodoro recte exponitur *usque ad annos septuaginta* (in Sibyllinis Lib. III. p. 239. ἑπτὰ χρόνων δεκάδες) ut γενεὰ sit tempus decem annorum, quo sensu occurrit etiam apud Diogenem Laer-

2011 Ministerio de Cultura

Laertium Lib. VIII. Sect. 45. Fruſtra ſane Phlegon ut probet Sibyllæ γενεὰν eſſe tempus centum annorum provocat ad oraculum ejus quod exhibet etiam Zoſimus Lib.II. c. 6. & Politianus elegantibus verſibus latinis reddidit cap. 58. Miscell. Quis enim non videt aliud eſſe γενεὰν, vocem ſi ulla alia ambiguæ ſignificationis, ut multis exemplis oſtendi libro & capite tertio ſacrarum Obſervationum, aliud vero μήκιστον χρόνον ζωῆς ἀνθρώπις. Non alio ſenſu accipe quod Lib. II. Sibyllin. ſub initium legas δὴ τότε καὶ γενεὴ δεκάτη μετὰ τοῦτα φανεῖται, innuit enim à Chriſto nato tot interceſſurum generationes ad diem exrremum, ut libro octavo p. 379. ἀλλ' ὅταν ἡ δεκάτη γενεὰ δόμον αἴδε ἔσω. ſic libro quarto p. 227. ait ſibi à Deo expoſita, quæcunque debeant

Ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις ἐνδεκάτης ἀφικέσθαι.

p. 228. Aſſyrios futuros

Ἐξ γενεὰς κόσμοιο δαμεέντας ἐν ἀρχῇ,

Medis γενεὰς δύο μούνας Perſis γενεὰν μίαν. Decima γενεὰ Perſas ſervile jugum ſubituros. Unde ſuſpicor eâdem pagina pro ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτῃ γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται legendum ἀλλὰ τὰ δ' ἐνδεκάτῃ, aut certe in priore verſu pro ἄχρις ἐνδεκάτης ſcribendum αὖ δεκάτης. Similiter libro III. p. 224. quo δεκάτῳ γενεῷ μερόπων ἀνθρώπων memorari video, innuitur in decimam generationem à diluvio diſperſionem Babylonicam incidere. Confer Lactantium Lib.I. cap. 14. Apud Tertullianum ſimiliter Lib. II, contra nationes c. 12. occurrit hoc Sibyllinum: *Decimâ genitura hominum ex quo cataclyſmus prioribus accidit, regnavit Saturnus & Titan & Jamfetus, Terræ & Cœli fortiſſimi filii.* Viciſſim ſcriptor vetus recognitionum quæ ambulant ſub nomine Clementis Romani Lib. I. 29. diluvium incidiſſe ait in decimam generationem, ab orbe condito nempe. Quæ omnia nihil habent commune cum ætatibus de quibus ex Heſiodo, Cumano vate, Virgilius, & Heſiodum imitatus Pſeudo Sibyllinorum ſcriptor Lib. I. p. 164. ſqq. quatuor ante diluvium memorans ætates ſive γένη hominum tum quintam peſſimam quæ in diluvio perierit p. 168 ſeqv. ſextam denique, novam poſt diluvium quam χρυσείῃ πρώτῃ vocat p. 183. Lib. II. p. 211. ait ſeptem ſæcula hominibus data ſpacium ad reſipiſcendum:

Ἑπτὰ γὰρ αἰώνων μετανοίας ἦμαρ ἔδωκεν·

quod exſtat & Lib. VIII. p. 391. Neque vero audiendus Servius qui de Sibyllinis parum accurate ſcripſit, nec quicquam niſi commenta inania affert, cum ait *Sibyllam ſæcula per metalla diviſiſſe, dixiſſe etiam quis quo ſæculo imperaret, & ſolem ſive Apollinem ultimum id eſt decimum voluiſſe.* His enim

2011 Ministerio de Cultura

verbis non plus fidei tribuendum videtur, quam fabulæ quæ legitur ad calcem T. 2. Opp. Bedæ Venerabilis, de somnio centum Romæ Senatorum, qui omnes una nocte videre sibi visi sunt novem in cœlo soles, quos rogata Sibylla de totidem generationibus interpretata est, in quarta venturum affirmans Christum, in nona post varios Reges, quorum primas literas indicat, Antichristum.

XVI. Quod porro vir doctus Isaacus Vossius nullum dubium esse ait, Juvenalem, ubi nonæ ætatis meminit, Cumanam secutum esse vatem sive Sibyllam, aliter forte videbitur ei qui verba ipsa Satyrici attentius consideraverit. Ita vero ille Sat. XIII. v. 28.

Nona ætas agitur, pejoraq; sæcula ferri
Temporibus, quoniam sceleri non invenit ipsa
Nomen, & à nullo posuit natura metallo.

Jam olim Hesiodus cum quatuor memorasset ætates, conquestus fuerat in deteriore illis omnibus quinta * cui nec ipse nomen imponit, se miserum vivere Ἔργ. v. 174.

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

Hoc imitatus Juvenalis est, sed ita ut conceptionem Hesiodi augeret, nonamque diceret ætatem pro quintâ, ostensurus tempora in quibus viveret longe adhuc magis corrupta ac perdita esse, adeo quidem ut licet non quatuor tantum sed pro numero septem ut vulgo numerantur metallorum tot etiam fingerentur ætates, tamen nulli earum congruerent, ac ne proximo quidem intervallo distarent à deterrima etiam & infima ex illis septem, sed adhuc corruptiora pro nona ætate habenda essent. Etiam in hoc fugit ratio virum doctum, quod decimam sive ultimam γενεὰν ex mente Sibyllæ optimam fingit, nam si audias ea quæ supersunt Sibyllina Lib. II. p. 199.

Ὑστατίης γενεῆς Φῶτες κακοεργέες, αἰνοὶ,
Νήπιοι, — — — —

Quod etiam observandum adversus ea quæ Clarissimus Beveregius disputat in codice canonum Ecclesiæ primitivæ cap. 14. §. 9. p. 63. ubi ea quæ de ultimo sæculo in Sibyllinis dicuntur, eadem esse ait cum iis quæ de ultima ætate Virgilius affirmat. Reliqua apud Poëtam perspicua sunt:

Teq;

* Olaus Rudbeckius in parte 3. Atlanticæ sex ætates persequitur quas proximas à diluvio numerat, auream, argenteam, saxeam, æream aut vero fraxineam, Heroicam, & ferream.

2011 Ministerio de Cultura

Teq; adeo, decus hoc ævi, te consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.

Ait enim hisce verbis jam fore ut consule te, ô Pollio, decus hoc ævi i.e. ævum istud felicissimum atque aureum incipiat. *Inibit* rectè à Servio exponitur *exordium capiet*, diciturque eodem modo quo Germani es wird angehen. Dicitur autem per ellipsin, *inibit*, cursum nempe. *Magni menses* non sunt menses anni magni, qui huc non magis spectat quam Julius & Augustus: sed menses fausti & auspicati, quibus auream ætatem inchoandam & feliciter continuandam ominatur. Versu proximo *tuus jam regnat Apollo*, ad Consulis cui adulatur *Asinii Pollionis* nomen alludit Poëta, eumque ostendit velut solem sive Deum aliquem faustissima quæque & partui & ætati polliceri.

XVII. Nolo in præsenti plura ad illustrandam Virgilii Eclogam adjungere, ut revertar ad Sibyllas, quarum oracula omnes sciunt versibus Græcis Hexametris concepta fuisse. Etymologici magni auctor tamen hunc Jambicum versum Sibyllæ excidisse testatur in Ἀρόη. Ἀρόη τρίπυργος ἔσετ' εὐδαίμων πόλις. Equidem alia oracula non modo Hexametris versibus sed Jambicis quoque & prosaico sermone edita fuisse variis exemplis constat, & notavit Scholiastes Aristophanis ad nubes f. 67. & ante eum Plutarchus in libro περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν. Cicero 2. de divinat. *Præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat.* Idem Plutarchus, & Strabo Lib. IX. p. 419. testantur oracula Pythiæ prosaria à Poëtis ad hoc constitutis excepta & in versus redacta fuisse. Talis Poëta fuit *Sophon Cnosius*, Pausaniæ in Atticis p. 84. memoratus, qui oracula versibus Hexametris exposuit. Versus malos oraculorum, hypermetros, defectivos, & in metri leges peccantes ridet Lucianus in Jove Tragœdo, & apud eundem Plutarchum Diogenianus. De cætero Sibyllam Svidas auctor est scripsisse non modo χρησμοὺς οἱ ἐπῶν sed & μέλη, & περὶ παλμῶν. * Præstantissimus vir Guilimus Caveus in parte 2. historiæ literariæ scriptorum Ecclesiasticorum p. 17. putat quæri posse an vaticinia sua carmine semper tradiderint Sibyllæ, cum Josephus Lib. I. Antiqv. cap. 5. pag. 12. cujus verba repetit Eusebius Lib. IX. c. 15. præparat. & Hieronymus de locis Hebr. voce *Babel*, Sibyllam inducat prosâ vaticinantem de turri Babylonica, non Sibyllæ ipsius libris usus, sed ex Alexandro Polyhistore istud mutuatus, ut ex Cyrillo Alex. Lib. I. in Julian. p. 9. colligo, nisi memoria lapsus Cyrillus Alexandrum pro Josepho laudavit, quæ sententia est Cotelerii ad Hermæ pastorem p. 78. Verum non Josepho tantum & Alexan-

* Vide quæ supra c. XV. num. 4.

2011 Ministerio de Cultura

dro ſed & aliis ſcriptoribus ſolenne eſt proſario ſermone brevius complecti, quæ pluribus verſibus in Sibyllinis vel aliis oraculis ac Poëtis ſcripta repererant. Sane verſus Sibyllinos ejusdem argumenti cum oraculo quod Joſephus refert, producit Theophilus Lib. II. ad Avtolycum fol. 107. & allegavit ipſe Caveus ex Libr. III. Sibyllin. pag. 223. ſeqv.

CAPUT XXXI.

De libris Sibyllinis eorumque uſu apud Romanos. Libri à Sibylla Tarquinio oblati. 1. *Eorum in Capitolio aſſervatio.* 2. *Cauſæ ob quas libri Sibyllini conſulerentur.* 3. *Conſulendi modus & poteſtas, & quod auctoritate Senatus aut Imperatorum Sibyllina vel vera publicarentur, vel falſi rumores de iis ſpargerentur.* 4. *Duumviri, & poſtea Decemviri inſpiciendis Sibyllinis.* 5. *Poſt Tarquinianos Libros Sibyllinos Syllæ tempore cum Capitolio combuſtos, alia Sibyllina Erythris & undecunque arceſſita.* 6. *Quindecimviri Sacrorum.* 7. *Sibyllina ab Auguſto Imp. ſelecta & in templo Apollinis aſſervata, reliquis flammæ datis.* 8. *Etiam hæc uni alterique templi incendio erepta denique conflagrarunt ſub Honorio Imp.* 9. *Alia quædam recentiora oracula, pro Sibyllinis jactata, præcipue in Oriente.* 10. *Auguſti & Tiberii Imp. in deſcribendis veris & non ſupponendis falſis Sibyllinis cura. Oraculum Sibyllinum à Nerone rejectum.* 11. *Varia falſa Sibyllina jactata apud Romanos.* 12. *Chriſtianis idem ab Ethnicis exprobratum. Sibylliſtæ.* σιβυλλιᾶν, σιβυλλαίνειν. 13.

I.

QUamvis jam tum Æneas * Sibyllam conſuluiſſe fertur, Vaticiniorum tamen Sibyllinorum in libros relatorum nulla mentio ante tempora *Tarquinii Superbi*, poſtremi Romanorum Regis, cui Dionyſius Halicarnaſſeus Lib. IV. p. 259. Gellius Lib. I. cap. 19. Plinius, Solinus, & Iſaacus Tzetzes ad Lycophron. v. 1279. ſive *Tarquinii Priſci*, cui Varro apud Lactantium Lib. I. cap. 6. Iſidorus Lib. VIII. Orig. c. 8. Suidas, & in prolegomenis ad Sibyllina Marcus Antimachus, *libros novem* (ita Varro, Dionyſius

* Vide Aurelium Victorem de origine gentis Rom. cap. 10.

2011 Ministerio de Cultura

nyſius, Gellius, Iſidorus, Servius ad 6. Æneidos, Svidas) ſive *tres* (ut Plinius Lib. XIII. c. 13. & ex eo Solinus cap. 8.) ab anu hoſpita & incognita (non ipſa Sibylla Vide Salmaſ. ad Solin. p. 76. Petr. Petitum Lib. II. c. 4.) venales oblatos fuiſſe ferunt, cumque magnum pretium (trecentorum ut notat Lactantius & Servius Philippeorum) poſceret, ridente immenſum nimium rege, duas tertias librorum partes exuſſiſſe, & pro parte ſuperſtite (non tantum centum Philippeos, ut tradit Antimachus) ſed integram * quam deſideraverat pecuniæ ſummam iterato petiiſſe & tuliſſe. Harduinus ad Plinii Lib. XIII. p. 85. ex Digeſtis Lib. I. tit. 2. de orig. juris §. 2. poſt Cujacium obſervat quod Tarquinius Priſcus quoque Superbi cognomine venerit: ſed perſpicuum eſt Dionyſium Halicarnaſſenſem ſaltim non agere de Tarquinio Priſco, de quo pridem dicere deſierat: ſed de altero Tarquinio. Eundem ſcriptorum diſſenſum circa fundamenta Capitolii ſive ſub Priſco ſive ſub Tarquinio Superbo jacta obſervavit Juſtus Rycquius lib. de Capitolio cap. IX. Sed libros Sibyllinos Tarquinio Superbo potius oblatos quam Priſco crediderim, & novem potius quam ternos, quia major eſt ſcriptorum prioris ſententiæ auctoritas, & Plinius tres videtur libros dixiſſe veluti tres librorum triades. Apud Svidam pro ἔκαυσε βιβλία β' legendum ε' vel pro ἐννέα βιβλία χρησμῶν, ſcribendum τρία, hoc eſt γ' pro θ'. Aut ἔκαυσε βιβλία β' exponendum *duos librorum terniones*, ſive duas partes tertias. De numero librorum Tarquinio traditorum ambiguus hæret etiam Tzetzes ad Lycophronem p. 139.

II. Libri iſti *fatales* ſive Sibyllini diligentiſſime ſervati ſunt & arctiſſime cuſtoditi à Romanis, incluſi arcæ lapideæ, & ſub templo Jovis Capitolini in delubro Junonis, in cella quadam ſubterraneâ reconditi, ut teſtatur Dionyſius Lib. IV. p. 260. diſerte mentionem faciens λιθίνης λάρνακος, ut præter rem utique Alexandrum Alexandrium eo nomine reprehendat Tiraquellus ad Lib. III. genialium dierum c. 16. Linteis textis ſcriptos ex Symmachi Lib. IV. Epiſt. 34. & Claudiani de bello Getico obſervavit Demſterus ad Roſinum p. 498.

III. Conſulti ſubinde ſunt, jubentibus maxime Pontificibus, in rebus arduis, ſi in magno periculo Resp. verſaretur, ** ſi gravis aliquis motus exſtitiſſet, ſi bellum ſuſpiciendum, ſi peſtilentia ingruiſſet, ſi terræ motus contigiſſet, ſi magna clades accepta, ſi magnum incendium vaſtaſſet urbem, ſi quid in ſacris non rite factum eſſet, maxime

* Similis narratio apud Svidam in εὐελθ.

** Ut Annibale Italiam devaſtante. Adi Victorem de Viris illuſtribus cap. 46.

2011 Ministerio de Cultura

ſi portenta ac prodigia nunciata eſſent,& monſtra animos hominum attonitos reddidiſſent, ſi caritate laboraretur annonæ: ex illis enim intelligere ſe non dubitabant, quo pacto poſſent Numina læſa placare, & rem feliciter gerere, ut multis exemplis è Livio, Dionyſio, Plutarcho, Dione & aliis ſcriptoribus oſtendit Eraſmus Schmidius Orat. 2. de Sibyllinis p. 1498. ſeqv. Gallæus de Sibyllis p. 271. ſeqv. 279. ſeqv. videndus etiam Salmaſius ad Vopiſci Aurelianum cap. 19. & 20. quitamen nimis videtur cauſas inſpiciendorum Sibyllinorum in arctum conſtringere, eo quod Livius libro XXII. affirmet inſpectionem illorum *non ferme decretam niſi cum tetra eſſent prodigia nunciata.* Nam licet Varro quoque de re ruſtica libro & capite primo ad Sibyllæ libros redire ſolitos Romanos affirmat, cum deſiderarent *quid faciendum ſit illis ex aliquo portento*, alias tamen quoq; cauſas adeundorum Sibyllinorum notant Livius ipſe, Dionyſius & alii.

IV. Cæterum conſulti ſunt libri Sibyllini ſupplici veneratione & *velatis manibus* ut in Vopisci Aureliano legendum docuit idem Salmaſius p. 461. Neque vero adire illa licebat, niſi ex decreto Senatus viris ad hoc conſtitutis. Nam citra illud nefas erat ullos è Sibyllinis libris verſus prodere. Dio lib. XXXIX. p. 98. ἐξ οὗ δ' ἐξῆν ἁδὲν τῶν Σιβυλλείων, εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἐς τὸ πλῆθος ἐξαγγέλλεσθαι. Hinc Sibyllinum carmen Tertullianus *ſenatorium verſum* vocat Lib. II. contra Nationes, cap. 12. Sub Cæſaribus quoque uti Cæſaris juſſu ſic (ad ſpeciem ſaltim) Senatus conſenſu opus fuiſſe docet Tacitus Lib. VI. Annal. & idem Vopiſcus in Aureliano. Neque vero in populum efferebantur ipſi verſus Græci ſive concepta verba oraculi, ſed tantum ſenſus ſive νοῦς τῶν ἐπῶν, verbis latinis, ut idem Dio teſtatur. Ex eodem loco apparet oraculum à quindecimviris Senatui communicatum, quandoque ejus judicio ſuppreſſum fuiſſe, ſi id populo ut vulgaretur è re ſua eſſe haud putarent. Itaque Cato merito verebatur ne oraculum de Ptolemæo Aulete copiis haud juvando à ſenatu ſupprimeretur, quamprimum illi hoc innotuiſſet. Perperam interpres Dionis verba p. 98. D. ἐπειδὴ δὲ πάχιστα ὁ νοῦς τῶν ἐπῶν διεθρυλλήθη ὥσπερ εἴωθε γίνεσθαι, ἔδεσε μὴ συγκρυφθείη, *ut primum ſententia oraculi, quod fieri aſſolet, vulgo innotuit, veritus Cato ne id ſupprimeretur, ſacerdotes ad plebem produxit &c.* Rectius ſane *ut primum ſententia oraculi* in ſenatu *increbuit.* Nam ſi vulgo, cujus nulla in Græcis verbis mentio, jam innotuiſſet, quomodo ſupprimi poterat, & quid attinebat ad plebem producere ſacerdotes. Neque hoc fieri ſolebat, ut vulgo prius niſi per antiſtites ſacrorum promulgaretur, etſi quandoque etiam falſos rumores de oraculis

2011 Ministerio de Cultura

oraculis per illos vulgandis in vulgus ſparſos obſervat idem Dio Lib. XLIV. p. 247.

VI. Conſtituti fuere ad inſpicienda & vulganda Sibyllæ oracula à Tarquinio primum ex nobilibus non *Quinqueviri* ut Tho. Hyde affirmat p. 387. de relig. vett. Perſarum, ſed *Duumviri ſacris faciundis*, ut vocantur Livio Lib. V. cap. 13. (& aliis in locis) additique totidem *miniſtri ſacrorum*, ut idem Dionyſius auctor eſt Lib. IV. p. 260. narrans alterum ex primis Duumviris M. Attilium viſum non bona fide rem gerere, & per unum è miniſtris delatum parricidii, à Tarquinio juſſum culeo bubulo inſui & projici in mare. Nimirum Attilius iſte (ſive ut à Tzetza nominatur Aquilius) librum Sibyllæ, ſecreta civilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus, Sabino cuidam viro, cui Petronio nomen, deſcribendum dederat. Vide Valerium Max. libro & capite primo, in cujus codicibus vitioſe *M. Tullium* pro *M. Attilio* exſtare video. Poſt expulſos Reges Senatus populusque Romanus hoc munus librorum Sibyllinorum inſpiciendorum non ſtatim dedit *decemviris ſacrorum* qui ex ſolis Patribus ſive nobilibus legerentur, ut viſum Eraſmo Schmidio Orat. 2. de Sibyllis p. 1498. ſed per duumviros adhuc adminiſtrari curavit, donec A.U.C. 385. lege à C. Licinio & L. Sextio tribunis plebis latâ, *Decemviri ſacrorum*, quini nempe ex patribus, reliqui totidem ex plebejis creari juberentur, teſte Livio Lib. VI. cap. 47. Verba Livii clariſſima ſunt: *Hujus generis orationes ubi accipi videre, novam rogationem promulgant, ut pro duumviris ſacris faciundis decemviri creentur, ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fiat.* Decius Mus apud eundem Lib. X. 8. *Decemviros ſacris faciundis carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes antiſtites eosdem Apollinaris ſacri ceremoniarumque aliarum plebejos videmus, nec tum patriciis ulla injuria facta eſt, cum duumviris ſacris faciundis adjectus eſt propter plebejos numerus.* Hi erant *interpretes & arbitri Sibyllæ oraculorum*, ut dicuntur Gellio Lib. IV. cap. 1. Conf. Pſeudo Feneſtellam de ſacerdotiis Romanorum cap. 13. Ab hiſce ipſis verò ſive duumviris ſive decemviris non fas erat Sibyllina inſpici, niſi in præſentia aliorum, qui ſubinde (quoties Senatus juſſiſſet illa adire) publica auctoritate ad hoc deſtinabantur, ut docet Dionyſius Halicarnaſſ. Lib. IV. p. 260. Καὶ δημοσίᾳ αὐτοῖς ἐψηφίσησιν, ὧν χωρὶς οὐκ ἐξῆν ποιεῖσθαι τῶν ἱερῶν τοῖς ἀνδράσι ποιεῖσθαι.

VI. Temporibus Syllanis cum Capitolium A. U. C. DCLXX. conflagraſſet, una cum aliis ἀναθήμασι & ſimulacro ipſo Jovis, quod incendio tum periiſſe notat Plutarchus libro de Iſide & Oſiride, etiam flammis

2011 Ministerio de Cultura

flammis absumti sunt Sibyllini libri, quemadmodum idem Dionysius & Solinus c. 8. testatur. De illo incendio & Capitolii restauratione videndus Rycquius lib. de Capitolio cap. XI. *Post exustum sociali* (h.e. civili) *bello capitolium* (verba Taciti sunt Lib. VI. Annal. p. 194) *quæsita Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas Colonias carmina Sibyllæ, una seu plures fuere, datumque sacerdotibus negotium, quantum humana ope potuissent, vera discernere.* Idem testatur Varro & Fenestella, qui sub Tiberio scripsit, libro de undecimviris, cujus verba ex Lactantii Lib. I. cap. 6. apponam: *Restituto Capitolio retulit ad senatum C. Curio Cos. ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita Romam deportarent: itaque missi P. Gabinius, M. Octacilius, L. Valerius, qui descripta à privatis versus circa mille Romam deportarunt.* Dionysius Halicarnasseus Lib. IV. p. 260. οἱ δὴ νῦν ὄντες (Σιβύλλειοι χρησμοὶ) ἐκ πολλῶν εἰσι σύμφοροι τῶν τόπων, οἱ μὲν ἐκ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων κομισθέντες, οἱ δὲ ἐξ Ἐρυθρῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ κατὰ δόγμα βουλῆς ἀποσταλέντων πρεσβευτῶν ἐπὶ τὴν ἀντιγραφὴν, οἱ δὲ ἐξ ἄλλων πόλεων, καὶ παρ' ἀνδρῶν ἰδιωτῶν μεταγραφέντες, ἐν οἷς εὑρίσκοντό τινες ἐμπεποιημένοι τοῖς Σιβυλλείοις κ. τ. λ. Hæc Sibyllina prioribus exustis undecunque congesta, primùm itidem A. U. C. 678. reposita sunt in Capitolio, quod L. Sylla iterum instauravit, templum novum Jovis Capitolini Q. Catulo dedicante. Fenestella apud Lactantium de ira Dei c. 22. *legati Erythras à Senatu missi, ut Sibyllæ carmina Romam deportarentur, & ea Consules Curio & Octavius in Capitolio quod tunc erat curante Q. Catulo restitutum, ponenda curarent.*

VII. Dicitur & Sylla loco decemvirorum *quindecimviros sacrorum* constituisse. Saltim ab illo tempore non decemvirorum mentio in historia Romana, sed quindecimvirorum. *Sic P. Dolabellam quindecimvirum factum* Ciceroni narrat Cœlius Epist. 4. Quamvis autem Petrus Taffinus Lib. de anno sæculari & ludis sæcularibus Romanorum cap. 5. rectè incertum esse statuit, à quo demum illi quinque additi fuerint, non temere tamen fides habenda Servio, qui in VI. Æneid. p. 418. *sciendum*, inquit, *primùm duos librorum fuisse custodes, inde decem, inde quindecim usque ad tempora Syllana, postea crevit numerus. Nam & Sexaginta* (alii codd. *quadraginta*, XL pro LX) *fuerunt, sed remansit in his quindecimvirorum vocabulum.* Sane quindecimviri ante Syllana tempora non memorantur, ita ut decemviros adhuc nominet Cicero Lib. I. de divinatione: post Syllam sæpissime. Vide Nicolaum Heinsium ad Valerii Flacci Lib. I. v. 5. Primus qnindecimvirorum collegium uno addito auxit Julius Cæsar, paulo ante expeditionem in Africam, post Syllam jam

2011 Ministerio de Cultura

jam pridem defunctum, ut patet è Dione Lib. XLII. pag. 209. Ab eo tempore, A. U. C. 725. Augustus accepit potestatem sacerdotes (adeoque etiam quindecimviros) quoscunque & quotcunque vellet neglecto avito numero constituendi. Idem Dio Lib. LI. pag. 457. ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν ὅσους αὖ ἀεὶ ἐθελήσῃ προαιρεῖσθαι προσκατεστήσατο ὅπερ τινὲς ἐξ ἐκείνου προσδοθὲν ἐς ἀόριστον ἐπηυξήθη, ὥστε μηδὲν ἔτι χρῆναι μετὰ τοῦ πλήθους αὐτῶν ἀκριβολογεῖσθαι. Notandum præterea quod pro Quindecimviris aliquando etiam Sibyllina inspexisse dicuntur Pontifices, ut apud Vopiscum in Aureliano, non quod Pontifices & Quindecimviri nihil differrent, notum enim est diversa fuisse collegia Pontificum, augurum, septemvirorum & quindecimvirorum, quæ quatuor memorat Dio in limine Libri LIII. neque quod Pontificum fuerit aliquando libros Sibyllinos inspicere, semper enim hoc terquinorum virorum fuit officium, sed quod multi ex Pontificibus iidem etiam Quindecimviri essent, ut ostendit Salmasius ad Vopiscum p. 464.

VIII. Idem Augustus cum instituisset omnes libros fatidicos, qui tunc ferebantur, examinare, Sibyllinos quos servandos ratus est, non in templo Jovis Capitolini, sed in templo Apollinis quod in palatio exstruxerat reposuit. Svetonius in Augusto c. 31. *Postquam vero pontificatum maximum quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit, quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique Generis* (Martiorum puta, Bygoës nymphæ, Hetruscorum carminum & aliorum) *nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undiq; cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito: condiditq; duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.* Hoc respicit non Virgilius modo Lib. VI Æneid. v. 72. sed & ni fallor etiam Tibullus Lib. II. eleg. 5. ad Phœbum:

Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est
Abdita quæ sacris fata canit pedibus.

Sane perperam vulgo legitur *sævis*, etsi non displicet vir magnus, qui legit *senis*, * ut non ad pedes sive basin Apollinis Palatini, sed carmen Hexametrum respiciatur. Servius ad VI. Æneidos iterum fallitur & confundit priora tempora cum posterioribus, cum bis affirmat post incensum Apollinis templum ex Erythra insula Sibyllinos versus Romam allatos fuisse. Capitolium enim pro Apollinis templo dicere debuit, ut monuit Salmasius p. 78. ad Solin.

* Sic Apud Papinium V. 3. Silvar.
Quis honor Aonios seno pede ducere campos.

2011 Ministerio de Cultura

IX. Equidem Apollinis Palatini templum quoque conflagraſſe conſtat, non ſub Nerone tantum A.U.C. 817. 11. Cal. Aug. ubi totus mons Palatinus incendiô abſumptus teſte Dione Lib. LXII. pag. 709. Sed & ſub Juliano A.C. 363. 14. Cal. April. Verum ſervata in illo incendio Sibyllina carmina teſtatur Ammianus Lib. XXIII. cap. 3. *Eadem nocte Palatini Appollinis templum præfecturam gerente Aproniano, in urbe conflagravit æterna, ubi ni multiplex juviſſet auxilium, etiam Cumana carmina conſumſerat magnitudo flammarum.* Denique nihilominus, quæ aliis pandere fata ſolebat, ad propriam cladem cœca Sibylla tacuit, exuſta enim ſunt Sibyllina carmina à Stilicone, res novas moliente ſub Honorio Imp. ut notarunt viri docti ex Rutilii Itinerar. Lib. II. v. 41.

Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum
Proditor Arcani quô fuit Imperii.
Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes
Crudelis ſummis miſcuit ima furor.
Dumq; timet, quicquid ſe fecerat, ipſe, timeri,
Immiſit Latiæ barbara tela neci.
Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis
Ante Sibyllinæ fata cremavit Opis, *
Odimus Althæam conſumti funere torris
Niſæum crimen flere putantur aves:
At Stilico æterni fatalia pignora regni
Et plenas voluit præcipitare colus.
Omnia Tartarei ceſſent tormenta Neronis
Conſumat ſtygias triſtior umbra faces.
Hic immortalem, mortalem perculit ille,
Hic mundi matrem perculit, ille ſuam.

Rutilium mentiri arbitratur Montacutius p. 127. Apparatus ad Origines Eccleſiaſticas, tum Blondellus Lib. I. cap. 9. eumq; ſecutus Gallæus de Sibyllis p. 278. contendit in odium Ethnicorum Sibyllina exuſta juſſu Honorii Imp. quem ipſum perſtringere Rutilius veritus fuerit. Sed nullo argumento idoneo horum ſententia probari poteſt, quæ enim de oraculo Chriſtianiſmi interitum falſô ominante, & de templis Deorum Carthagine everſis & ſimulachris ibi à comitibus Honorii fractis ex Auguſtini Lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 54. & aliis monumentis afferuntur,

* h. e. Nymphæ, ut exponunt Servius & alii.

2011 Ministerio de Cultura

tur, parum ad rem faciunt. Vide interim, si placet quæ de illo pseudo oraculo scripsit Christianis Kortholtus ὁ μαιναξίπης in obtrectatione pagano cap. 14.

X. Post Sibyllina à Stilicone combusta tamen adhuc aliquid tributum carminibus Sibyllinis per traditionem vel utcunque servatis docet Procopius Lib. I. de bello Gothorum duobus in locis pag. 174. & p. 203. edit. Hoeschelii. Etiam apud scriptores Historiæ Byzantinæ memorari videas oracula, quibus successiones Imperatorum notabantur, quæ Sibyllæ tribuunt Zonaras, Johannes Curopalates, & alii, Johannes Tzetzes quoque Chil. IX. hist. 288. E Latinis scriptoribus Luitprandus Ticinensis, in legatione sua CPolitana: *Habent Græci & Saraceni libros quos ὁρᾴους sive visiones Danielis vocant, ego autem Sibyllinos, in quibus scriptum reperitur, quot annis Imperator quisq; vivat, quæ sint futura eo imperitante tempora, pax an simultas, secundæ Saracenorum res, an adversæ.* Verum hisce oraculis non magis quam oraculis Leonis sapientis aliisque de quibus meminere Nicephorus Gregoras libro V. extrem. Ducas Hist. Byz. p. 179. sq. Bullialdus in notis p. 274. Laonicus Chalcondylas Lib. VIII. de rebus Turcicis, Niceras Choniates pluribus in locis &c. nihil quicquam fuit commune cum priscis illis Romanorum Sibyllinis sive libris fatalibus, quos sub Cæsaribus passim usque ad Theodosium consultos patet ex Dione, Svetonio, Tacito, ex Vopisco in Aureliano, ex Trebellio Pollione & Sexto Aurelio Victore in Gallienis, Capitolino in Gordiano juniore, Ammiano Marcellino denique Lib. XXIII. c. 1.

XI. Minime vero prætereundum, quod tradit Dio Lib. LIV. p. 532. Augustum Imp. jussisse carmina Sibyllina vetustate jam detrita à sacerdotibus (quindecimviris sacrorum) sua ipsorum manu describi, ne quisquam alius illa legeret: τὰ ἔπη τὰ Σιβύλλεια ἐξίτηλα ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγονότα τοὺ ἱερέας αὐτοχειρία ἐγγράψασθαι ἐκέλευσεν, ἵνα μηδεὶς ἕτερος αὐτὰ ἀναλέξηται. Tiberii temporibus A. U. C. 785. Caninius Gallus quindecimvir librum novum inter Sibyllinos recipi voluit, intercedente nec ferente Imperatore: qua de re ita Tacitus Lib. VI. *Relatum inde ad patres à Quintiliano tribuno plebei de libro Sibyllæ, quem Caninius Gallus quindecimvir recipi inter cæteros ejusdem vatis, & eâ de re senatus consultum, postulaverat. Quo per discessionem facto misit literas Cæsar modice tribunum increpans ignarum antiqui moris ob juventam: Gallo exprobrabat, quod scientiæ cerimoniarumque vetus, incerto auctore ante sententiam collegii, non ut assolet, lecto per magistros æstimatoque carmine, apud infrequentem senatum egisset. Simul commonefecit, quia multa vana sub nomine celebri vulgarentur, sanxisse Augustum, quem intra*

2011 Ministerio de Cultura

diem ad prætorem urbanum deferrentur, neq; habere privatim liceret, (Sic A.U. C. 541. cum externis religionibus populus turbaretur, præfectus urbis in concione SCtum recitavit, & edixit, ut quicunque libros vaticinos precationesve aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Calend. Aprilis deferret, ut narrat Livius Lib. XXV. cap. 1.) *quod à majoribus quoq; decretum erat post exustum sociali bello Capitolium: — — — Igitur tunc quoq; notioni quindecimvirorum is liber subjicitur.* Tredecim annis ante (U. C. 772.) Idem Tiberius occasione oraculi cujusdam quod veluti Sibyllinum ferebatur, (Imperator vero falsum esse contendebat) omnes libros fatidicos similiter inspexerat, aliis probatis, aliis rejectis, ut auctor est Dio Lib. LVII. pag. 615. λόγιόντε τι ὡς καὶ Σιβύλλειον ἄλλως μὲν οὐδὲν τῷ τῆς πόλεως χρόνῳ προσῆκον, προὔς ἦ τὰ παρόντα ἀδύνατον οὐχ ἥκιστα ἐκίνει. ἔλεγε γάρ, ὅτι

Τελὸς ἦ τριηκοσίων προτελλομένων ἐνιαυτῶν
Ῥωμάων ἔμφυλον ὀλεῖ σάος, ἀ Συβαρίλις
Ἀφροσύνη — — —

Ὁ δὲ Τιβέριος ταῦτα τε τὰ ἔπη ὡς καὶ ψευδῆ ὄντα διέβαλλε, καὶ τὰ μὲν ὡς οὐδενὸς ἄξια ἀπέκρινε, τὰ ἦ ἐνέκρινε. Ad eundem modum Nero cum ejusdem oraculi memoria post incensam urbem suis temporibus refricaretur, illud rejecit & nusquam reperiri edixit, in cujus locum *μεταβάλλοντες ἕτερον λόγιον ὡς καὶ Σιβύλλειον ὄντως οὐκ ἦδον*, ut narrat idem Dio Lib. LXII. p. 709. hoc nempe:

Ἕξατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

XII. Equidem multos fuisse Romanis Pseudomantes falsorumque oraculorum Sibyllinorum concinnatores, ex variis quæ jam produxi Ciceronis, Dionysii, Svetonii, Taciti, Dionis locis patet, quibus accedit Plutarchus in Cicerone f. 869. ubi de Lentulo: τοῦτον ὄντα τῇ φύσει τοιοῦτον προσδιέφθειραν ἐλπίσι κεναῖς ψευδομάντεις καὶ γόητες, ἔπη περιλασμένα καὶ χρησμοὺς ἄδοντες ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων προδηλοῦντα κ.τ.λ. Lucianus de morte Peregrini T. 2. p. 579. affert versus Sibyllinos à Theagene Cynico confictos, quibus ipse alios versus à se compositos veluti Bacidis oraculum opponit. Idem in Alexandro pseudomante T. 1. pag. 754. Εὑρὴς ἦ χρησμὸς ἤδη ὡς Σιβύλλης προμαντευσαμένης·

Εὐξείνῳ πόντοιο παρ' ἠιόσ' ἄγχι Σινώπης
Ἔσαι τις κατὰ Τύρσιν ὑπ' Αὐσονίοισι Προφήτης
Ἐκ πρώτης δεικνὺς μονάδος τριάδων δεκάδων τε
Πεντ' ἑτέρας μονάδας καὶ εἰκοσίδα τριπέλεθρον
Ἀνδρὸς ἀλεξητῆρος ὁμωμίλῳ τετρακυκλον.

Quo

2011 Ministerio de Cultura

Quo in fictitio oraculo per Τύρσιν intelligitur Abonitichus Alexandri Paphlagonis patria, τύρσις enim idem quod τεῖχος, deinde πρώτη μονὰς, πρωταὶ δεκάδες, πέντε μονάδες, & εἰκοσὰς τρισσάριθμος notant more Græcorum per literas numerantium primas quatuor literas nominis Ἀλεξάνδρου & simul vocabuli ἀλεξητήρ, ut recte monuit Lambertus Bos in diatribis ad sacros novi fœderis libros p. 36. 37. Prætereo alia Theagenis commentitia oracula, pro quibus singulis drachmam & duos obolos captasse ait idem Lucianus p. 762. neque enim addit Alexandrum pro Sibyllinis illa venditasse. Quare etiam in præsenti omitto, quod Ammianus Marcellinus Lib. XXII. c. 12. scribit sub Juliano Imp. *quemcunque, cum impræpedite liceret,* (sub Constantio enim capitale fuerat) *scientiam vaticinandi professum, juxta imperitum & docilem oraculorumque permissa scitari responsa.*

XIII. Utinam vero inter Christianos etiam ipsos non fuissent olim similes falsorum Sibyllinorum architecti. Sane hæc suspicio non heri vel nudius tertius oborta est viris doctis, sed sua jam ætate Christianis objectum fatentur Origenes, Lactantius, Constantinus, Augustinus, Sozomenus: ut aperte fallantur Rich. Montacutius, Ed. Simson & alii viri docti, qui negant Sibyllina ab antiquis producta Christianis apud Ethnicos vel unquam vocata fuisse in dubium, vel ab uno Celso hoc factum affirmant, ut Beveregius. Constantini verba produxi cap. XXX. num. 5. ubi egi de Acrostichide, de Sozomeno dicturus infra cap. XXXII. num. 8. Lactantius Lib. IV. c. 15. *His testimoniis revicti* SOLENT *eo confugere, ut ajant esse ea carmina Sibyllina, sed à nostris conficta atque composita.* Augustinus Lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 47. *Sed quæcunque aliorum Prophetiæ de Dei per Christum Jesum gratia proferuntur, possunt putari à Christianis esse confictæ. Ideo nihil est firmius ad convincendos quoslibet alienos, si de hac re contenderint, nostros fulciendos, si rectè sapuerint, quam ut divina prædicta de Christo ea proferantur, quæ in Judæorum scripta sunt codicibus.* Idem c. 46. *nisi forte quis dixerit illas prophetias Christianos finxisse de Christo, quæ Sibyllæ nomine vel aliorum proferuntur,* præter illas nempe sine controversia certissimas, quæ exstant in codicibus ipsorum Judæorum, sive in scriptis Veteris Testamenti. Celsus Epicureus apud Origenem Lib. VII. contra Celsum p. 368. ὑμεῖς δέ καὶ Σίβυλλαν ἤ τινα ἄλλην τῶν ὑμῶν εἰκότως ἂν μᾶλλον προσήσασθε ὡς ἔνθεον παῖδα, νυνὶ δὲ παρεγγράφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκῇ δυνάσθε. Ad quam criminationem pag. 369. nihil aliud respondet Origenes, quam à Celso non indicari, quæ demum à Christianis adjuncta & Sibyllæ suppositia fuerint, *quod fecisset,* inquit,

2011 Ministerio de Cultura

quit, *si incorruptiora antiqua exemplaria habuisset.* Sed forte rem manifestam Celsus putavit non longa demonstratione indigere, neque Origeni ad manus erant illa omni exceptione majora antiqua exemplaria, neque adeo causa hæc ab Origene valde urgetur. Certe hoc tibicine non nititur Christianæ religionis veritas. Idem Celsus apud Origenem Lib. V. p. 272. Cpristianos vocat Σιβυλλιστάς, non alio sensu utique quam quod tantum tribuerunt variis incertæ fidei, quæ Sibyllarum nomine ferebant oraculis, perinde ut *Sibyllam* dictum accepimus Cornelium Rufum Decemvirum, corrupto mox nomine Syllam, qui ex Sibyllinis libris Apollinares ludos instituendos suaserat populo Romano. Vide Macrobium Lib. I. Saturnal. cap. 17. Sic Σιβυλλιᾶν est vaticinari, χρησμὸς φαντάζεσθ ut explicat Scholiastes Aristophanis ad Equites pag. 195. Adde Brodæum Lib. I. Misc. c. 35. *Sibyllistarum* vocem etiam apud Plutarchum observavit Budæus, & exponit divinos χρησμολόγους. Nam Σιβυλλαίνειν quidem Diodoro Siculo Lib. IV. p. 269. est ἐνθεάζειν *Numine agitante incalescere*, sive *furore divino corripi.*

CAPUT XXXII.

De Sibyllinis Oraculis quæ hodie exstant, eorumque editionibus, ac versionibus. 1. Proœmium M. Antonii Antimachi. Sibyllæ adhortatio de uno Deo colendo. Προοίμιον τῶν ἐ ἀνάρχου Θεοῦ. *2. Argumentum & dogmata libri primi Sibyllinorum, cum variis Observationibus. 3. Libri secundi. 4. Tertii. 5. Quarti. 6. Quinti. 7. Sexti. 8. Septimi. 9. Et Octavi. 10.*

I.

REstat ut agam de collectione Sibyllinorum quæ hodieque exstat carmine Græco Hexametro, distributa in Octo libros, cujus editiones primum expositurus sum, deinde argumenta ordine perstringam, dogmataque præcipua perlustrabo, denique quid de illâ sentiendum sit, per aliqvot observationes ostendam. Primam editionem debemus Xysto Betulejo, qui ex codice Bibl. Augustanæ Vindelicor. Græce

2011 Ministerio de Cultura

Græcè edidit, additis ſuis caſtigationibus, Baſil. apud Oporinum 1545. 8vo. Mox latinam Metaphraſin Heroicam (paucis locis, quæ non cepiſſe ſe vir ingenuus fatetur, exceptis) adornavit Sebaſtianus Caſtellio, editque cum notulis quibusdam eodem loco formaque anno proximo 1546. Hinc Græce & Latine cum Betuleji & Caſtellionis caſtigationibus recuſa ibid. 1555. 8vo. Loca quæ de Chriſto & rebus Chriſtianis agunt excerpſit & cum protevangelio Jacobi atque aliis Apocryphis recudenda dedit Michael Neander ibid. 1564. 8vo. Prodierunt etiam Sibyllina Græce ac latine in Orthodoxographis utriusque editionis Baſil. 1555. & 1569. Fol. Et in Appendice ad Bibliothecam Patrum Græco-latinam Bigneanam Pariſ. 1634. Fol. Elegans imprimis & emendata editio Sibyllinorum eſt, quam præmiſſo Onufrii de Sibyllis libello, cum Sebaſtiani (non Johannis, ut perperam ſub init. notarum excuſum eſt) Caſtellionis Metaphraſi notisque, Notis item Betuleji, ac ſuis, tum locis fragmentisque Sibyllarum atque aliis priſcis oraculis ex antiquitate undique conquiſitis in lucem emiſit Joh. Opſopœus, Medicus ac Philoſophus Palatinus, Pariſ. 1589. 1599. 1607. * 8vo. uſus libris Turnebi, Ranconeti & Joh. ** Aurati, MSto item codice Regis Galliæ atq; alio P. Pithoei. Apud Blondellum Lib. I. de Sibyllis c. 29. ubi Opſopœus typographus Baſileenſis dicitur Sibyllina inſeruiſſe Orthodoxographis, duplex error commiſſus eſt, nam & Opſopœus confunditur cum Oporino, & editio Oporini cum editione Henrici Petri quæ in Orthodoxographis habetur. Denique Servatius Gallæus, Paſtor Eccleſiæ Walonicæ Harlemenſis, cujus exercitationes XXII. de Sibyllis earumque oraculis prodierant Amſt. 1688. 4to. Opſopœi editioni integræ nitidis typis iterum ſubjectæ adjunxit uberiores annotationes, ex variis ſcriptoribus, recentibus maximam partem, ad loca non difficillima, neſcio quo diſcrimine collectos, & loca quædam emendavit ope codicis MS. quem antiquiſſimum vocat, & à viro doctiſſimo Eduardo Bernhardo accepiſſe ſe fatetur. Amſterd. 1689. 4to. Prætereo editiones Metaphraſeos Caſtellioneæ, ſine contextu Græco editæ, ut quæ in Bibliothecis Patrum exſtat, & quæ à Dan. Claſenio curata

* Hanc tertiam editionem vitioſiſſime curatam notat Vir Cl. Th. Crenius I parte 10. Animadverſ. philolog & hiſtor. p 73. ſq.

** Stuckius in Epiſt. ad Goldaſtum (XIII. inter editas Francof. 1688.) *Quam doleo*, inquit, *me Joh. Aurati præceptoris mei viri ingenioſiſſimi & in emendandis antiquis Poetis Græcis acutiſſimi dictata & annotationes in Sibyllina carmina ante multos annos ex ejus ore calamo exceptas Lutetiæ amiſiſſe.*

2011 Ministerio de Cultura

curata est ad calcem libri tertii de oraculis, qui ipse de Sibyllis ac Sibyllinis totus agit, Helmst. 1673. 4to. Tum Gallicas Sibyllinorum versiones *Symphoriani Champerii*, & *Johannis Roberteti*, de quibus auctor libri Gallici *Essais de literature* mense Februario anni 1703. p. 86. denique Germanicam *Joh. Christiani Nehringii* editam Essendii A. 1702. 8vo. notisque illustratam.

II. In quibusdam Græcolatinis editionibus præmittitur *Marci Antonii Antimachi*, qui medio seculo decimo sexto Græcas literas Ferrariæ docuit, *proœmium* Græca prosa scriptum, Itemque Sibyllæ (Erythrææ, si credimus Lactantio) *adhortatio ad humanum genus de uno Deo colendo*, octoginta quatuor versibus Hexametris constans, qua eam ἐν ἀρχῇ θεοφητείας αὐτῆς usum testatur Theophilus Antiochenus Lib. II. ad Autolycum f. 112. Versus quosdam ex eodem exordio allegantibus etiam Justino, Clemente Alex. Lactantio & Eusebio. Docet inter alia pios habitaturos paradisum ἐρυθηλέα κῆπον, & pane de cœlo cibandos, quod de paradiso terrestri, sive ex quo Adam pulsus, acceperunt veteres, Tertullianus, Origenes, Theophilus, Lactantius & alii apud Blondellum Lib. II. de Sibyllis cap. II. Vide & Valesium ad Euseb. p. 257. seqv. Huetii Origeniana p. 149. seqv. *Septem versiculi* sive θεοίμιον περὶ τῆς ἀνάρχου θεοῦ libro primo Sibyllinorum præfixum, collectum est è Lactantio, penultimus versus legitur etiam Lib. II. p. 216. edit. Opsopœi, quam semper hic sequimur.

III. *In libro primo* Historia creationis, lapsus Adami ad imaginem divinam conditi, tum diluvii ita describitur, ut ex Geneseos libro petitam clarissime appareat. Negat etiam Sibylla corvum à Noacho emissum rediisse, secuta plerosq; codices Græcos Genes. VIII. 7. confer Joh. Clericum ad h. l. & Bochartum part. 2. Hierozoic. Lib. II. c. 12. Similiter sacris literis debentur alia pleraque, ut nomen Dei Σαβαὼθ p. 184. & Σαβαὼθ Ἀδοναῖ p. 204. & quæ Deus de se p. 171.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐών, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον,
Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι περιβέβλημαι ἠδ' ἁλάασαι,
Γαῖα δέ μοι σφέλγμα ποδῶν περὶ σῶμα κέχυται
Ἀὴρ δ' ἠδ' ἄστρων με χοροὶ περιδέδρομε πάντη.

Ænigma de Dei nomine novem literarum, optime mihi videtur explicari à Johanne Aurato, ut intelligatur Θεὸς σωτήρ, vel certe P. Morelli ἀνέκφων. quod placet Is. Vossio cap. 8 de Sibyllinis, reliquæ enim ab Opsopœo memoratæ expositiones longius petitæ sunt, maxime vero quæ

2011 Ministerio de Cultura

quæ afferuntur à Morhofio τῷ μακαρίτῃ p. 105. libri primi Polyhiſtoris & doctiſſimo Wedelio decad. IX. diſſertationum Medico Philologicarum Exercit. 7. de ænigmate Sibyllino Chymico. Vocabulum ἄδης p. 164. Sibylla ait dictum, quod primus illam ſubierit Adamus omnes ſecum poſteros tracturus, quæ mirifica profecto etymologia eſt. De dogmate ipſo quod in aliis etiam Sibylliniorum locis & apud Tertullianum multosque alios veteres ſcriptores Eccleſiaſticos reperitur, omnes nempe hominum animas atque adeo piorum quoque non confeſtim in paradiſum ſed εἰς ἀΐδαο δόμους ἐς δ' Ἀχέροντα ἰένας κελεύθους, Vide Blondellum Lib. II. de Sibyll. cap. 9. & 30. & 33. ſeq. Voſſium Theſ. Theolog. pag. 90. ſequ. Allatium de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 266. ſeqv. 298. ſq. Elmenhorſtium ad Gennadii dogm. Eccleſ. cap. 78. Overalli Epiſcopi Norvicenſis diſſertationem apud Montacutium Apparat. p. 51. ſq. Lud. Capellum Opp. poſthum. p. 243. ſeqv. H. Dodvvelli diſſ. Cyprian. 12. Γρήγοροι ἀλφυσῆρες quos p. 167. Sibylla memorat, angeli ſunt ἐγρήγοροι dicti in fragmento Henochi & Dan. IV. 13. ut legit Clemens Lib. II. cap. 9. pædagog. Porro ex Novo fœdere manifeſte hauſta ſunt, quæ diſerta nimis ad finem usque libri primi in Sibyllinis ſuccedunt vaticinia de Jeſu Chriſto, ejus vita, morte, reſurrectione, ceſſatione Prophetarum, Apoſtolorum prædicatione & vaſtatione Hieroſolymæ. Equidem p. 191. in verſu:

Ἀλλάγε καὶ μὴ ταῦτα Σόλοι καθοδηγοὶ ἔσονται

pro Σόλοι ſuſpicetur aliquis legendum ϛόλοι, h.e. *miſſi*, ut Apoſtoli intelligantur.

IV. *Libro ſecundo* continentur oracula de die extremo, quem præcedet μέγα σῆμα ex Matth. XXIV. 30. conf. Voſſii theſes Theolog. pag. 228. ſeq. Fallitur enim Gallæus, qui ad hunc Sibyllinorum locum p. 192. ſq. multa diſputat de ſtella, quæ apparuit Magis, Matth. II. Pergit Sibylla de Belial ſive Anti-Chriſto, de reditu Iſraelis, de Elia venturo. (Conf. Lactantii fragmentum apud Baluz. T. 2. Miſc. p. 46. Grotium ad Sirach. XLVIII. 10. Huetium ad Origenem pag. 53.) hinc de reſurrectione, judicio, præmiisque bonorum ac malorum pœnis. Pag. 196. poſt verſum κ' ϛ' ϑέμις in codice Bibliothecæ Regis Galliæ inſeruntur verſus parænetici LXXXIV. qui exhibentur ab Opſopœo p. 404. ſeq. à Gallæo ſtatim illo loco inſeruntur pag. 203. ſqv. multa gemina continentes carmini Phocylidis, cujus κεφάλαια inde ex Sibyllinis κεκλεμμένα tradidit Svidas. Verſus Ἠκαρ' ἐρομιὴλ p. 203. ita legendus eſt:

Ἠεφκιὴλ, Ῥαμιὴλ, Οὐριὴλ, Σαελὴλ Ἀζαὴλ τε.

2011 Ministerio de Cultura

p. 204. οὐ μετ' ἠρεμίαν est intelligendum de suscitatis *post quietem* sepulchri judicandis. Pag. 207. ait omnes ante judicium deducendos διὰ αἰθρμὸς πυρμοῖο καὶ φλογὸς ἀσβέστε. pios quoque p. 211. veluti per ignem quendam purgatorium, quod à Sibylla mutuati sunt Irenæus, Origenes & alii veteres. Vide Blondellum Lib. II. cap. 10. Huetii Origeniana Lib. II. qv. XI. num. 8. Spencerum ad Origenem contra Celsum p. 49. & Benedictinorum prolegomena ad Hilarium p. 72. seqv. Longe diversus tamen est hic ignis à purgatorio igne Romanæ Ecclesiæ, ut ostendit Vossius Thes. Theolog. pag. 99. Gerhardus Titius de phrasibus Patrum cap. 18. Vide & Forbesium Lib. XIII. Instruct. Historico-Theol. cap. 2. seqv. Hottingerum in Wegweiser parte 3. pag. 343. seqv. Blondellum Lib. II. cap. 28. seq. & 43. Et ex ipsis Romanæ Ecclesiæ scriptoribus Eliam Dupin in responso ad Petit-didierii objectiones ad calcem Tomi 6. Bibl. Eccles. p. 20. ubi ingenue negat, purgatorium confirmari posse vel ex visione Perpetuæ, quæ suis precibus fratrem Dinocratem, de loco tenebroso ad meliora loca promotum animadvertit, vel ex igne judicii, quem admisit Origenes, Lactantius aliique prisci Patres, vel denique ex epistola 55. Cypriani ad Antonianum pag. 109. edit. Oxon. quem locum alio spectare ostendit etiam Rigaltius & Benedictini prolegom. ad Hilarium pag. 71. Porro, malorum pœnas εἰς αἰῶνας ὅλες duraturas Sibylla affirmat eadem pag. 207. εἰς αἰώνων ἐνιαυτὸν Lib. VII. pag. 359. ita tamen ut piorum precibus possint ex inferis liberari pag. 212. ad quem locum qui incipit à verbis Τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ in codice Regio hanc αὐτόῤῥησιν reperit Oporopœus:

Ψεύδη σαφῶς· οὐδὲ μὴ λήξει ποτὲ
Τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.
Καὶγὼ μὲν αὐτὲ ὐξαίμι τῷ θ' ὕτως ἔχειν,
Ὀυλαῖς μεγίσαις σφαλμάτων ὄντι μένοι
Αἱ μείζονος χρήζεσι φιλανθρωπίας.
Ἀλλ' αἰσχυνέσθω φλιναφῶν ὠρυγμὸς
Πέρας μὲν εἶναι τῶν κολάσεων λέγων.

Quos versus ita utcunque transtuli:

Hæc falsa perspicue: nec unquam desinet
Ille impiorum tortor ignis fervidus.
Optarem & ipse equidem, ista sic contingerent,
Nam maximis qui stigmatis sunt criminum
Inusti, iis majore gratiâ est opus.

Verum

2011 Ministerio de Cultura

Verum erubesce nugigerule Origenes
Qui desituras esse pœnas dictitas.

Cotelerius vir doctissimus ad Epist. 2. Clementis Romani in versu quarto rectius legit ἀσιγμάτῳ, ut sensus sit:

Qui maximis maculis inustus criminum
Deformor ipse, queis plus gratiæ est opus.

Quanquam videtur paulo durius, auctorem se ipsum inter damnatos computasse, & à sola pœnarum, quam mox negat, cessatione vanum solatium sibi quæsivisse. Cæterum Origenes cui velut præcipuo propugnatori doctrina illa tribuitur, Lib. VI. contra Celsum p. 301. fatetur *minus tutum esse eandem propalare*, Διὰ τοῦτο μόγις φόβῳ τῆς αἰωνίου κολάσεως *se à flagitiis absterreri patientes.* Facile tamen crediderim, eos, qui non modo amore Dei, monitis, ac promissis sempiternæ salutis duci se haud patiuntur, sed tanta etiam sunt malitiæ pertinacia, ut pœnas longissimas & exquisitissimas, quas impiis paratas esse omnes fatentur, floccifaciant, etiam minime curaturos esse, si quis omni fine carituras è sacris literis ostendat. Cæterum damnatis etiam ac jam defunctis preces superstitum Christianorum & eleemosynas quodammodo prodesse ac ὠφελεῖσθαι quandam illis conciliare, Chrysostomus hom. 3. in Epist. ad Philipp. & ab eo tempore alii quidam affirmare non dubitarunt, ut ostendit Blondellus Lib. II. c. 15. & 32. Et Petavius Lib. III. de Angelis cap. ult. rectius hoc negantibus reliquis propemodum omnibus, adeo ut auctor Constitutionum Apost. Lib. VIII. c. 43. doceat impios, si quis pro eorum salute post mortem non preces modo offerat, sed universas mundi opes elargiatur pauperibus, ne hilum quidem juvari. Verum Sibylla non de precibus hominum degentium in hac vita, sed beatorum jam, & in paradiso sive campo ut vocat Elysio versantium agit, quibus damnatorum etiam pœnas dicit Deo concedente mitigandas ac finiendas. De sanctorum vita functorum precibus ad Deum vide Apoc. VI. 9. Origenem libello de Orat. num. 34. Cæsarium quæst. 78. pag. 210. Grotium appendice de AntiChristo pag. 63. Philo quoque ait animas sanctorum Patrum ἀλαλύπτους pro gente sua orare. Ignatius in extremo Epistolæ ad Trallenses ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ μόνον οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ὅπου Θεὸν ἅπτυχω. Aliud omnino genus precum & primis Christianis ignotum est, quo à vivis ac spirantibus orantur defuncti, absentes, nos, nostrasque preces vel ignorantes, vel non curantes Es. LXIII. 16. Pag. 211. sqv. & alibi statum beatorum ita describit Sibylla, ut

2011 Ministerio de Cultura

ſententiæ eorum qui de futuro regno Chiliaſtico in his terris ſvavia, quædam & mira ſibi promiſerunt, prælufiſſe videatur. Confer Blondellum Lib. II. cap. 12. Certe ad illam diſerte provocat Lactantius Lib. VII. cap. 24. atque inde Sibyllæ teſtimonio plurimum ſe tribuere, etiam noſtra ætate eſt teſtatus Joh. Wilhelmus Peterſenius in nube teſtium de regno Chriſti glorioſo Lib. I. pag. 131. ſeqv. Lib. II. p. 125.

Pag. 212. Sibylla magnorum ſe criminum ream faſſa confugit ad Servatorem, perinde ut Lib. VII. p. 361. Sequitur inde Dei conditoris laus, illum ſolum colendum, non idola, in quorum veneratores frequentiſſime vehementiſſimeque invehitur. Denique p. 219. legitur oraculum de magno Rege & tribus Romanam Rempublicam peſſumdaturis, de quo ſupra c. XXX. num. 9.

Pag. 216. nomen Adami tetragrammaton ait quatuor plagas mundi ſignificare, *ἀνατολὴν*, *δύσιν*, *ἄρκτον*, *μεσημβρίαν*, unde forte auctor Geoponicon Lib. XIV. cap. 5. columbarii quatuor angulis jubet inſcribi nomen Adam, ut inde ſerpentes beſtiæ fugentur. Eadem Cabbaliſtica argutia occurrit apud Auguſtinum tract. 10. in Johannem & in tractatu de montibus Sina & Sion qui legitur ad calcem Cypriani. Ut omittam Amalarium Fortunatum Lib. I. c. 7. de Eccleſ. Offic. & Iſidorum Hiſp. c. 11. de ordine creaturarum T. 1. ſpicilegii Dacheriani p. 295. ſeq. Æque acutum eſt quod Angelus Rocha de Bibl. Vaticana p. 93. ideo primum hominem Adam, fœminam primam Evam per myſterium dictos perhibet, quod infantes mares cum primum lucis uſura frui incipiunt A. fœmellæ autem E. ſonare deprehendantur, quod explodit Wagenſeilius in Sota p. 112. riſurus forte ſi vidiſſet Johannem Petrum Ericum in humanæ linguæ geneſi p. 1. & 4. ſerio ſcripſiſſe, primam Adami vocem fuiſſe admirantis, ὦ, alteram cum Eva oculis ipſius ſe offerret, olfacientis pariter & admirantis, ὖ. Lepidus etiam eſt Elias de S. Tereſia, cum in legatione Eccleſiæ triumphantis ad militantem pro liberandis per preces animabus ex purgatorio p. 1151. ita ſcribit: *Hoc quidam ſcioli ſugillant, quia Adam Ebræum tribus literis conſtans, at iſta verba quatuor græca. Sed bene Eugubinus in cap. 1. Geneſ. tales vanitatis arguit, quaſi Deus cui omnia futura ſunt præſentia, non potuiſſet reſpexiſſe etiam myſterium aliquod linguæ Græcæ, quam ſuo tempore prævidebat oriundam.* Belle ſane. Sic Franciſcus Bivarius non dubitavit affirmare virum neſcio quem Apoſtolicum Cæcilium, Hispanice locutum, & Apocalypſin Johannis commentario illuſtraſſe, linguâ quæ nondum exſtabat, ſed

qua

2011 Ministerio de Cultura

qua olim essent usuri Hispani. Vide quæ notavi in codice Apocrypho N. T. pag. 962. Rectius Eugubinum eo nomine reprehendit Erasmus Lib. XXVI. Epist. 34. & ad Johannis 2. probat Hieronymum, ridentem græcam allegoriam in vocabulis Hebraicis.

V. *Liber tertius* incipit à vaticinio de Anti Christo, quem locum absurde de Luthero accepit Guilelmus de Alabastro Anglus apparatu in revelationem Jesu Christi Antvverp. 1607. 4to. Nempe verba Ἐκ τῶν Σεβαστηνῶν Castellio vertit: *Ex Augustinis* (sic apud Sveton. Nerone c. 25. *Augustiani*, ut Cæsareani, Pompejani) &c. i. e. ex Cæsaribus sive ex Augusti familia, quod lepidus ille homo de ordine Augustinianorum interpretatus est, in quo fuit, cum Papismi abusus primum aggrederetur Lutherus. Non hoc autem loco tantum, sed pluribus aliis, ubi de Belial & Anti Christo Sibyllini libri loquuntur, intelligunt *Neronem*, quem vates quidam prædixerant imperio Romano destituendum, sed postea orientis dominationem & nominatim regnum Hierosolymorum occupaturum, teste Svetonio c. 40. Vide & Sibyllina Lib. V. p. 319. sq. p. 331. Lib. VIII. p. 368. Neque vero defuerunt olim hujus sententiæ de Nerone Antichristo Patroni, ut testatur Augustinus Lib. XX. de Civ. Dei cap. 19. qui locum Apostoli ad Thessalonicenses enarrans, *quidam*, inquit, *putant hoc de imperio dictum fuisse Romano, & propterea Paulum Apostolum non id aperte scribere voluisse, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optaverit, cum speraretur æternum: ut hoc quod dixit*, jam enim mysterium iniquitatis operatur, *Neronem voluerit intelligi, cujus jam facta velut Anti Christi videbantur. Unde nonnulli ipsum resurrecturum & futurum Anti-Christum suspicantur. Alii vero nec eum occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus, & vivum occultari in vigore ipsius ætatis, in qua fuit cum crederetur extinctus, donec suo tempore relevetur & restituatur in regnum.* (Conf. Svetonium in Nerone cap. 57.) *Sed multum mihi mira est hæc opinionum tanta præsumtio.* Etiam Paulum de Nerone agere crediderunt Chrysostomus ad 2. Thess. 2. & sermone secundo de Eleemosynis, tum Theodoritus, Theophylactus, Oecumenius, & è Latinis Sedulius, quibus Severum * Sulpitium addit Grotius, ipse agi putans de Cajo Cæsare Caligula, qui non minus è Neronum familia fuit. Sed & Commodianus instructionibus à Rigaltio editis c. 41. Neronem pro Antichristo

* Verba ejus sunt Lib. II. c. Hist. 40. *Nero -- -- dignus exstitit qui persecutionem in Christianos primus inciperet; nescio an & postremus explerit* (expleturus sit) *siquidem opinione multorum receptum sit, ipsum Antichristum venturum.*

2011 Ministerio de Cultura

habet. Ut omittam Pseudo Linum de passione Petri ac Pauli. Hieronymus in Danielis 2. *Multi nostrorum putant ob sævitiæ ac turpiditudinis magnitudinem Domitianum Neronem Antichristum fore.* Drusius ad Sulpic. Sever. legit *Domitianum aut Neronem* quod locum Hieronymi ita laudat glossa ordinaria in 1. Maccab. 1. Neronem pro typo Antichristi habuit Haymo ad locum Epistolæ ad Thessalonicenses. Succedunt inde in Sibyllinis Oracula de turri Babylonica & multiplicatis ad illam linguis, de prole Saturnia primoque bello. Hinc de variis regnis, quæ subinde se exceperunt, eorumque fatis. De Judæis multa p. 232. seqv. quos Sibylla p. 236. ait ex Palæstina pellendos quod simulacra coluissent p. 239. Eodem in loco p. 232. seqv. omne genus superstitiosarum divinationum damnatur ac proscribitur, quod ex Sibylla laudat etiam Lactantius Lib. II. cap. 17. Binorum versuum in avaritiam qui p. 235. ex Phocylide petiti notantur, neque exstant in codice Regio MS. vix gemina sententia v. 38. seqv. in Phocylidi adscriptis carminibus reperitur, sed & alibi in avaritiam invehitur Sibylla, ut Lib. III. p. 268. Lib. VII. p. 363. P. 240. ait se frustra à Deo petiisse ut deinceps desisteret vaticinari, sed iterum iterumque jussam esse προφητεῦσαι κατὰ πᾶσαν γαῖαν. Sic p. 256.

Ἠνίκα δή μοι θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσιν
Ἵστατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ γαῖαν.

Multa igitur hîc legas vaticinia contra Babylonem, Ægyptum, Gog & Magog, Libyam, Asiæ urbes, tum Romam aliasque civitates, regiones, insulas, ubi & celebre illud: Ἔσαι καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται ἠΔῆλος ἄδηλος cui geminum legitur Lib. VIII. pag. 375. Ἔσαι καὶ Ῥώμη ῥύμη, καὶ Δῆλος ἄδηλος, καὶ Σάμος ἄμμος, quæ loca præter Lactantium respexit Tertullianus de pallio cap. 2. *cum inter insulas nulla jam Delos, harenæ Samos, & Sibylla non mendax.* Sequitur de Alexandro M. vastaturo Asiam, atque iterum de peritura Troja & Homero svaviſſima mendacia scripturo. Denique omnibus gentibus cladem imminere ait pag. 258. In Idololatriam Græcorum invehitur p. 260. Ibidem mille & quingentos annos effluxisse affirmat, ex quo regnaverint Reges Græcorum, h.e. ex quo Reges gentium Idololatriam commendaverint generi humano. De quadruplici initio regni Græcorum vide Vossium de Poëtis Græcis p. 4. sqv. De Judæis iterum agit Sibylla pag. 263. seqv. Vel Clemente Alexandrino teste in protreptico, etsi in ora Libri Sibyllini

2011 Ministerio de Cultura

byllini adſcriptum eſt περὶ χριστιανῶν. Sed & alibi paſſim fallunt notæ illæ margini appoſitæ. Ad colendam juſtitiam pietatemque ſeriò hortatur Sibylla ſtataque Deo jubet offerre ſacrificia p. 267. ſq. & p. 279. Ad Spiritum Dei ἄψοφον provocans p. 273. Judæis Hieroſolymam Palæſtinamque reſtitui jubet p. 276. his verbis:

Στεῖλον δὴ πάλιν δὲ πόλιν τὸν λαὸν ἄβγλον
Ὅς Θεῷ ἐξ ὁσίης χαίλω πέλεται μεγάλοιο.

Eccleſiam affatur p. 280: Ἐυφράνθητι κόρη &c. Pag. 283 ait ſe eſſe Nurum Noachi, ex Aſſyria Babylone veniſſe in Græciam, Græcis Eyythræam appellari,

— — — — οἱ δέ με Κίρχης
Μητρὸς καὶ Γνώσιο πατρὸς φήσουσι Σίβυλλαν.

VI. *Libro IV.* negat ſe vatem eſſe Phœbi mendacis, ſed Dei veri, qui ſibi manifeſtaverit, quæ debeant ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις ἑνδεκάτης ἀφικέσθαι. Præmiſſa inde adhortatione ad pietatem de regnis variis & futuris cladibus vaticinatur, librumque concludit iteratâ ad pietatem admonitione, & deſcriptione Diei extremæ, reſurrectionis & futuri judicii, ita quidem, ut p. 299. dicat pios in terris iterum victuros ſeſeque agnituros, impios vero terra obruendos:

— — — ὅσοι δ' ὑπὸ δυσεβίῃσιν
Ἥμαρτον θνητοὶ, τοὺς δ' αὖ πάλι γαῖα καλύψει.
Ὅσοι δ' εὐσεβέεσι, πάλιν ζήσουσ' ὑπὸ γαίαν
Πνεῦμα Θεοῦ δόντος ζωὴν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς
Εὐσεβέσι, πάντες δὲ τότ' εἰσόψονται ἑαυτούς.

De impiis non reſurrecturis, idem Judæos quosdam ſentire notum vel ex Menaſſe Ben Iſraël Lib. II. de reſurrectione c. 7. Et Pocockii Miſcellaneis c. 6. & Reverendi Theod. Daſſovii diatriba de reſurrectione. Sed & Chriſtianos nonnullos ex Pſal. I. 5. idem collegiſſe, docet ad eum locum Origenes hoc refellens apud Epiphanium hæreſi 64. num. 10. Horum è numero Lactantium fuiſſe apparet ex ejus Lib. VII. cap. 20. qui tamen cap. 21. perſpicue illam ſententiam ita explicat, ut non doceatur impios propterea annihilari, verùm tantum à beata altera in his terris vita excluſos in tenebras recondi *ad certa ſupplicia deſtinatos*. Neque Irenæus neq; Juſtinus impios in nihilum redire ſenſit, etſi hoc utriq; à multis

2011 Ministerio de Cultura

tis, & noviſſime ab Elia du Pin tribuitur, non ſatis veriſimiliter utique, quemadmodum de Irenæo oſtendit accuratiſſimus Tillemontius in Memoriis ad Hiſt. Eccleſ. ſpectantibus Tom. 3. p. 626. ſeqv. de Juſtino Albertus à Felde in Epiſtola qua dialogum cum Tryphone adverſus incredibiles C. G. Kochii conjecturas ſuſpicionesque certiſſimis argumentis Juſtino vindicatum ivit p. 110. ſeqv. Sane ambo pluribus locis ſupplicia impiorum fine caritura adſtruunt. Inter Muhamedanos illam de annihilatione impiorum ſententiam in mentem quibusdam veniſſe docet Abi Jaafar Ebn Tophail in Epiſtola à Pocokio ſub titulo Philoſophi *αὐτοδιδάκτου* edita p. 16. qui eam opinionem tribuit Abu Naſri cuidam & deteſtatur tanquam errorem non remittendum. In Eccleſia haud reperi qui hoc diſerte tradidiſſet & propugnaſſet ante Socinum, quem ſecuti ſunt Smalcius, Oſtorodus, Crellius, Brenius, Felbingerus: Voelkelio, Schlichtingio & aliis inter ipſos Unitarios hanc doctrinam rejicientibus.

VII. *Libro quinto* Sibylla, quæ p. 304. *ἰσόθεον γνώμην* ſe eſſe ait, quod Caſtellio reddidit *Iſidis ſororem*, de Romanorum Origine pauca quædam præfatur, hinc Imperatores refert prima nominis ſingulorum litera indicata à Cajo Julio Cæſare usque ad Adrianum & tres inſecuturos, Antoninos nempe duos & L. Verum, de quibus oraculum etiam legitur Lib. VIII. p. 367. Spartianus in Adriani vita cap. 2. auctor eſt ei *ſortem Imperii ex Sibyllinis verſibus proveniſſe*, ſed aliud fuiſſe illud & antiquius oraculum exiſtimo, hoc vero poſt Adrianum demum ſcriptum, unde totius collectionis Sibyllinorum ætatem (non plane certiſſimo argumento) ſe tenere credidit Blondellus Lib. I. c. 10. & Lib. II. c. 6. & Elias du Pin in reſponſione ad objecta Petit didierii ad calcem Tomi 6. Bibl. Eccleſ. p. 31. ſeqv. Sed & Probum Imp. Sibyllinis libris ex quorundam ſententia promiſſum narrat Vopiſcus in Floriano. Videtur etiam ex Sibyllino oraculo depromtum eſſe quod Antonius Caracallus dictus fuit *Αὐσόνιος θήρ*, apud Xiphilinum p. 435. Succedunt inde vaticinia in Ægyptios, quorum idololatriam reprehendit, inque alias gentes & urbes. Hæc excipit Oraculum de Nerone, qui poëta eſſe affectabat & citharœdus, & poemata pulchre decantabat, ut Svetonius & alii teſtantur, deque excidendo per ipſum templo *θεοτεύκτῳ* ſive cœleſti ut exponit Lactantius de mortibus perſecutorum c. 2. & de incendio vexata Româ, quam Babylonem vocat perinde ut veteres multi ipſeque Petrus fortaſſis 1. Epiſt. c. 5. v. 13. certe Johannes in Apocalypſi c. 17. & 18. Vide præter Grotium de Anti-Chriſto, Rigaltium ad ſcriptores finium regun-

2011 Ministerio de Cultura

regundorum p. 282. edit. Goëſianæ & Valeſium ad Euſeb. p. 33. Memi-nit etiam Sibylla cometæ de quo eſt apud eundem Svetonium in Nero-ne c. 36. & Romam propter perſecutiones atque immania ſcelera fundi-tus delendam atque igne evertendam vaticinatur p. 315. & 332. La-ctantius Lib. VII. c. 25. *Cum caput illud orbis occiderit, & ῥύμη eſſe cœpe-rit, quod Sibyllæ fore ajunt.* confer Apocal. XVII. 16. XVIII. 8. ſeq. Sed & alibi Sibylla eam igne perituram dixit Lib. II. p. 195. & 219. Lib. VIII. p. 371. & 375. ubi addit temporis notam, quando hoc ſit futurum, cum nempe impleverit numerum nominis ſui h. e. annos 948. tot enim ex literis Græcis Ῥώμη prodeunt, quam prædictionem quomodo eventus comproba verit non intelligo. Ejusdem commatis eſt, quod nonnulli dixere Moſaicam religionem tot floruiſſe annis, quot complecteretur nomen Μωϋσῆς (1648.) Chriſtianam vero religionem duraturam divi-narunt tot annos quod referet nomen χριστὸς (1480.) vel σταυρός (1271.) Vide Cotelerium notis ad Barnabæ Epiſtolam pag. 45. edit. Joh. Clerici. Ad incendium quoque Romæ referendum putem verſum hunc Sibylli-num, quem in aliam ſententiam paulo longius petitam trahit Heidegge-rus Myſter. Babylonis magnæ T. 2. p. 741.

Ἄιλιν ἔκποτε καιρὸς ὅπι λίν ἀυτὸν ὀλεῖται.

Porro Sibylla in hoc libro quinto oracula fundit in Memphin Thebasque & alias gentes atq; urbes. Judæorum feliciorem ſtatum futurum videtur prædicere p. 320. ſeq. etſi locum illum ad Chriſtianos applicavit Lactan-tius Lib. IV. cap. 20. De variis urbibus inſulisq;, ac ſpeciatim de Ephe-ſino Dianæ templo terræ motu concutiendis oracula exſtant p. 324. ſq. & 336. De templo veri Dei in Ægypto exſtruendo pag. 340. Preces pro Judæis ut illorum regioni Deus parcat, leguntur p. 327. Denique p. 332. ſq. ſecundum templum exuſtum ſe vidiſſe teſtatur, quod non de templo ſecundo Veſtæ Commodi Imp. temporibus Romæ exuſto acci-piendum eſt, ut Cotelerio, G. J. Voſſio, Poſſevino, Opſopoeo & aliis quibusdam placere video, ſed potius de templo Hieroſolymitano quod delevit Veſpaſianus, in hoc enim quadrat quod ait in eo non culta eſſe idola

Ἀλλὰ μέγαν χρετῆρα θεῶν πάντων ἱεροσύλων.

Confer Blondellum Lib. II. cap. 5.

VIII. *Liber ſextus* perbrevis, duodetriginta versibus totus abſol-vitur, ſed in quibus clariſſime agitur de filii Dei baptiſmo ad Jordanem, & ſpiritu ei ſuperveniente. Locus corruptus forte ita reſtituendus:

2011 Ministerio de Cultura

Ἐκ πατρὸς ἐκ πρώτου πρῶτος Θεὸς, ᾧ τε καὶ ἡδὺ
Πνεῦμ' ἐπιγινόμενον λευκῆς περύγεσσι πελείης.

Ex hoc Sibyllæ loco Lactantius Lib. IV. cap. 15. *Spiritus Dei descendit super eum formatus in speciem columbæ candidæ.* Non minus perspicuum de apparitione illa vaticinium, sed itidem confictum legas in testamento quod fertur sub nomine XII. Patriarcharum, testamento Levi §. 18. Οἱ οὐρανοὶ ἀνοιγήσονται, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς δόξης ἥξει ἐπ' αὐτὸν ἁγίασμα μετὰ φωνῆς πατρικῆς ὡς ἀπὸ Ἀβραὰμ πατρὸς Ἰσαάκ. Pergit Sibylla haud obscuris verbis celebrare Servatoris miracula, gravesque pœnas minatur Judæis qui Christo coronam spineam imposuerint felleque ipsum potarint & cruci affixerint. Mirum sane est quod affirmat Sozomenus Lib. II. Hist. Eccles. cap. 1. etiam gentiles agnoscere & σωωμολογῆσαι quod Sibyllæ sit versus ex hoc libro sexto p. 347. petitus : ὦ ξύλον μακαρισὸν, ἐφ' οὗ Θεὸς ἐξετανύσθη. Sed jam pridem toto illo capite quæ de cruce inventa narrat Sozomenus, parum fidei mereri videntur hominibus eruditis, & potius deberi fraudibus Episcopi cujusdam Hierosolymitani, qui Sæculo quinto post Christum natum fuit, & hoc commento sedi suæ voluit auctoritatem comparare ac conciliare. Vide Salmasium Epistola 1. de Cruce ad Tho. Bartholinum p. 269. seqv. 279. seqv. Eqvidem Petavius Lib. XV. de incarnat. cap. 8. provocat ad Eusebium Lib. III. de vita Constantini cap. 29. seq. Sed ibi tantum de monumento sive sepulchro Christi sermo est, cui reperto martyrium h.e. templum (confer Huetii demonstrat. pag. 1017. ubi locum Sophon. III. 8. ex Græca versione huc à veteribus acccommodatum esse notat) inædificare jussit Constantinus, de cruce altum silentium. Illud tamen ex Sozomeni loco recte colligi posse videtur, ipsum quoque minime ignorasse, quod non omnibus quæ Christiani proferrent Sibyllinis carminibus acquiescerent gentiles, sed alia respuerent tanquam spuria atque subdititia, ut Origenis, Lactantii, Augustini & Eusebii testimoniis supra demonstravi.

IX. *Liber septimus* incipit à descriptione diluvii, diversisque oraculis cladem variarum gentium & urbium præsignificantibus. Postea pag. 352. seq. non obscure exponitur doctrina Christiana de Patre Filio & Spiritu S. qui ad Jordanem in baptismo se manifestaverunt, deque Christo DEO ante sæcula, & in cœlos recepto. Pro Ἰορδάνου ἐν περιπέτοις legendum putem ἐν περοχοαῖσι & in eodem versu ἐπ' αὐτῷ pro πολλῶ. Porro si quis ad Deum accedere velit, ei negat Sibylla opus esse thure & sacrificiis, sed ut baptizetur & pietatem colat. Ad baptismum quem commen-

2011 Ministerio de Cultura

commendat & proſelytis impertiendum eſſe ait, jubet pag. 355. ignem una cum aqua adhiberi

ὕδωρ ἢ πυρὶ πάσεισι καθαρῷ πυρί — — —

atque iterum:

ῥαίνων σὺν βάπτισμα δ' ἐξ πυρὸς ἐξεφαάνθης.

Ni fallor ex more veterum quorundam hæreticorum, qui huc traxere locum Matth. III. 11. Sic Valentinus apud Tertullinum:

Bis docuit tingi tradu&to corpore flamma.

De Carpocratianis diſcipulos ſuos cauterio inurentibus Irenæus Lib. I. cap. 24. Heracleon apud Clementem Alex. Epiphanius hæreſi XXVII. §. 5. &c. Confer quæ de Seleucianis & Hermianis Philaſtrius cap. 55. Auguſtinus & auctor prædeſtinati cap. 59. Bernardus Ochinus libro de cœna Domini Hetruſca lingua edito p. 19. teſtatur ſuis ſe oculis in Italia vidiſſe baptizatos inuſtos cauterio. *In alcune parti del mondo ſi battezano col fuoco. Et io ne ho gia viſti in Italia con eſſo battezzati, i quali hanno nella fronte o nel mento un ſegno celeſtro fatto col fuoco in teſtimonio della fede che hanno à Chriſto.* Sic & olim apud Ethnicos ſacrandus ſive initiandus accipiebat ſphragitidas teſte Prudentio περὶ στεφάνων hymn. 1.

Acus minutas ingerunt fornacibus
His membra pergunt urere, utq; igniverint
Quamcunq; partem corporis fervens nota
Stigmavit, hanc ſic conſecratam prædicant.

Similiter Jacobitæ atque Æthiopes videntur cauterio uti in baptiſmate, verum hos non ſuperſtitione ſed ratione Phyſica ad hoc impulſos, ut nempe à catarrhis ac deſtillationbus præſervent, infantum προτάφιδας ſive temporum venas cauterio inurere notant Joſephus Scaliger Lib. VII. de emendat. temporum p. 682. ſq. Jobus Ludolphus Hiſt. Æthiop. Lib. III. cap. 6. num. 42. & Steph. Lemonius notis ad Varia ſacra p. 726. Perinde ut de Nomadibus quibusdam refert Herodotus IV. 187. quem vide. Etiam à Seculo IV. usque in Eccleſia paſſim in Baptiſmo catechumenorum, ignis ſive luminis uſus obtinuit cereorumque accenſorum, veluti ſymbolum illuminatæ mentis, à qua baptiſmus dictus φωτισμὸς, φώτισμα, baptizati φωτισθέντες ex Hebr. VI. 4. & X. 32. item νεοφώτιστοι. Vide Vicecomitem de antiquis ritibus baptiſmi Lib. V. c. 20. ſeqv. Svicerum in theſauro & obſervatt. ſacr. cap. 3. Verum nihil hoc ad locum Sibyllinorum, non magis certe ac quæ de aqua igne calefacta

2011 Ministerio de Cultura

facta in baptiſmo adhibita recentior tradidit ætas: imprimis autem ad verba Sibyllæ facit quod de Simonis Magi ſectatoribus narrat auctor tractatus à Rigaltio primum editi, Cypriano ut videtur æqualis, *de non rebaptizandis iis qui ſemel in nomine Domini noſtri JEſu Chriſti ſunt tincti:* Ait enim jactare illos, quod ſoli integrum atq; perfectum, non ſicut alii mutilatum & decurtatum baptiſma tradant, baptiſmi candidato quippe in aquam deſcendente, *ſtatim ſuper aquam ignem apparere. Quod ſi aliquo luſu perpetrari poteſt, ſicut affirmantur plerique hujusmodi luſus Anaxilai eſſe* (confer Plinium Lib. XXVIII. c. 11. Lib. XXXV. c. 15. Irenæum Lib. I. c. 8. Epiphan. hæreſ. XXXIV. p. 232.) *ſive naturale eſt, quo pacto poſſit hoc contingere, ſive illi putant hoc ſe conſpicere, ſive maligni opus & magicum virus ignem poteſt in aqua exprimere.* (confer Huetium Lib. II. Alnetan. quæſt. p. 216. ſequ. Bælii dictionar. in voce Egnatia) *illi tamen talem fallaciam & ſtrophan prædicant perfectum baptiſma eſſe. Eſt autem adulterini hujus imò internecini baptiſmatis ſi quis alius Auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipſis hæreticis propter hunc eundem errorem conflictus liber, qui inſcribitur Pauli prædicatio, in quo libro contra omnes Scripturas & de peccato proprio confitentem invenies Chriſtum, qui ſolus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Johannis baptiſma pœne invitum à Matre ſua Maria eſſe compulſum, item cum baptizaretur, ignem ſuper aquas eſſe viſum, quod in Evangelio nullo eſt ſcriptum.* Hæc eſt illa Paulo ſive Petro (utrumque enim conjungit Lactantius Lib. IV. cap. 21.) adſcripta prædicatio, in qua Sibyllæ lectionem à Paulo Apoſtolo commendatam eſſe narrat Clemens Alex. Lib. VI. Strom. p. 636. de quo loco nonnulla dixi ſupra c. XIV. num 3. In præſenti tantum addo Clariſſimum Grabium haud valde firmo argumento niti, cum prædicationis hujus primos auctores non hæreticos ſed Catholicos fuiſſe colligit ex eo, quod Clemens & alii Orthodoxi doctores Eccleſiæ illi testimonio uſi fuerint. Non enim fugit virum doctiſſimum, etiam hæreticorum Apocrypha ab Orthodoxis primorum ſæculorum allegari. Certe magis cadit in Orthodoxorum ſimplicem pietatem, Apocrypha citra examen in teſtimonium citare, quam ipſa comminiſci, ſanctiſſimisque nominibus ſupponere. Sed ut ad Sibyllina redeam, in illis p. 356. ſeqv. iterum ſuccedunt oracula in varias gentes, regiones, urbes, oracula, præcipue in falſos vates, qui Δι' ἡδονὰς αἰσχρὰ ψευδηπεύσασι. In Metaphraſi Caſtellionis p. 358. turpis error typographi, epetitus etiam in editione Gallæi pag. 672. Ita vero legendum:

Inprimis autem angentur qui nomine lucri
Turpia prædicent, augentes tempus acerbum.

Hebræi

2011 Ministerio de Cultura

Hebræi ſane ſciderint cum tergus ovile
(Vide Jerem. XXVIII. 10.)
Mendaces referent quæ non ſunt dicere juſſi.

Denique liber ſeptimus deſinit in extremorum temporum, ſive alterius potius ævi (confer Clariſſ. Jac. Rhenferdium de *ſæculo futuro)* & regni millenarii felicitate, cui ſe ſe ipſam vix propter ſcelera interfuturā putat, ni filiiDei beneficio poſt fata olim, beatæ vitæ, quod ſperat, reſtituatur.

X. *Libri octavi*, qui ultimus eſt Sibyllinorum quos habemus, initio, futurum prædicat judicium, deinde invehitur in avaritiam, Romæque perniciem ominatur, additis de Adriano ac Nerone oraculis. Tum de judicio futuro iterum locuta, Romam perituram divinat, cum numerum nominis ſui h.e annum nongenteſimum duodequinquageſimum impleverit, cui vaticinio eventum non reſpondiſſe ſupra diximus. Hinc denuo nobis deſcribit conditionem noviſſimorum temporum, & judicium extremum, de quo agit etiam celebris illa quæ hoc loco p. 380. ſequitur Acroſtichis, majoremque partem Latine exſtat apud Proſperum & Auguſtinum, integra Græce producta eſt à Conſtantino in λόγῳ βασιλικῷ, primoribusq; literis exhibet hæc verba: Ἰησοῦς χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός, quorum quinque priorum primæ literæ reddunt vocabulum ἰχθύς. Verſus quosdam ſingulos ex ea adducit Lactantius Lib. VII. c. 10. 19. & 20. ſed nullam acroſtichidos mentionem facit, & in ejus codicibus verſus octavus incipit à verbo ἐίψασιν pro quo acroſtichis requirit πείψασιν. Non ignoratam tamen etiam antiquioribus Conſtantino ſcriptoribus Acroſtichin iſtam fuiſſe, colligunt viri docti ex eo quodapud Tertullianum jam Chriſtus vocatur ἰχθὺς Lib. de baptiſmo cap. 1. *Sed nos piſciculi ſecundum* ἰχθῦν *noſtrum* JEſum *Chriſtum in aqua naſcimur*, quibus verbis Sibyllam procul dubio reſpici ait Joh. Smetius p. 41. Antiquitatt. Neomagenſium. Idem nomen ἰχθύϛ in veteri gemma obſervatum de Chriſto explicat Janus Rutgerſius libro & capite primo, eique aſſentiens Thomas Reineſius libro & capite ſecundo variarum lectionum. Similiter in veteri gemma carniola piſciculos ex utroque crucis latere expreſſos de Chriſtianis recte exponit idem Smetius p. 33. Optatus libro III. adverſus Parmenianum cap. 2. *Hic eſt piſcis, qui in baptiſmate per invocationem fontalibus undis inſeritur, ut quæ aqua fuerat, à piſce etiam piſcina* (κολυμβήθρα pro baptiſterio occurrit apud Athanaſium & paſſim apud ſcriptores Græcos Chriſtianos. Vide Svicerum & Cangii gloſſar.) *vocitetur. Cujus priſcis nomen ſecundum appellationem Græcam in uno nomine per ſingulas literas turbam ſanctorum nominum continet* Ἰχθὺς, *quod*

2011 Ministerio de Cultura

eſt Latinum: JESUS CHRISTUS DEI FILIUS SALVATOR. Confer Zenonem Veronenſem homil. 5. ad Neophytos. Hinc forte Hieronymus Bonoſum vocat *filium* ἰχθῦος i. e. Chriſtianum Epiſt. 43. Certe Auguſtinus quoque Lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 23. notat nomine piſcis Chriſtum myſtice intelligi, *eo quod hujus mortalitatis abyſſo velut in aquarum profunditate vivus, h.e. ſine peccato eſſe potuerit.* Sunt tamen qui aliam originem exponant unde *piſcis* dictus fuerit Servator, quod nempe de eo David dixerit Pſ. LXLII. 17. יבון שמו ויתברכו quarum vocum primæ literæ reddunt nomen ישו Prima vero voy יבון *foboleſcet* à Chaldæo בון quod piſcem denotat, & quo animantium genere nullum aliud eſt fœcundius. Vide Raymundi Martini pugionem fidei pag. 583. edit. Carpzovii. Sed non eſt credibile, Tertulliano & aliis veteribus tam ſubtilis & abſtruſæ rationis in mentem potius veniſſe, quam obviæ alterius & facillimæ. Potuit tamen in hanc etiam ſine Sibyllini carminis inſpectione aliquis incidere, ut ex illo ſenſu Myſtico vocabuli ἰχθὺς forte non plane certum ſit Acroſtichidem Sibyllinam Tertulliano fuiſſe lectam & conſultam. Quod deinceps p. 383. ait Sibylla crucem Chriſti adumbratam à Moſe extenſis manibus orante adverſus Amalekitas Exod. XVII. 11. antiquiſſimis Chriſtianorum ſuffragiis comprobatur. Vide Barnabæ Epiſt. p. 39. edit. Clerici, Juſtinum dial. cum Tryphone p. 264. ſq. Tertull. adverſus Judæos & 3. contra Marcionem, Cyprianum Lib. II. teſtimon. contra Judæos & in exhortat. martyrii pag. 175. ut Nazianzenum, Arnoldum Carnotenſem & alios recentiores omittam. Plura deinde in carminibus Sibyllinis leguntur de paſſione Chriſti, tenebris per tres horas ingruentibus, de Chriſti deſcenſu ad inferos, miraculis, reſurrectione, tum quomodo hic Rex à Sione excipiendus, verusque Deus colendus ſit ab homine ad imaginem ipſius condito, relictis ac repudiatis idolis. Tradit etiam diſſertiſſime de nativitate Chriſti ex Maria virgine, quam nominetus compellat, & à Gabriele Angelo de illa re certiorem redditam teſtatur. Chriſtum ubique deſcribit ut Deum & Dei Filium, qui ἐξ ἀνόδεν μολὼν ἐρότειλα ἐνεδύσατο μορφὴν. Denique merito ſe ait cum reliquis Chriſtianis religionem à JEſu traditam colere, & à Chriſti nomine vocari:

Τέκνα δ' ἄρ' ἡμεῖς καὶ ὅσοις χρισοῖο γένηλης
Οὐρανίης πεφυῶτες, ἐπικλεόμεθα σώφρονες,
Μνησὶν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείησιν ἔχοντες.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXXIII.

De Collectione Sibyllinorum quæ hodie exstat, judicium, deductum per observationes sedecim. 1. — — — 16. *Pœna capitis num proposita iis qui Sibyllina legerint.* 17. *Utrum Augustinus novam quandam concinnaverit συναγωγὴν Sibyllinorum.* 18. *Possevini de Sibyllinis seligendis & juventuti proponendis consilium improbatur.* 19. *De Sibyllinis nonnullis quæ Latine tantum exstant.* 20. *Lyra triquetra à Sibylla reperta.* 21. *Recentiorum de Sibyllinis scriptorum elenchus.* 22.

RElíquum jam est, ut qnid de hac quæ exstat collectione Sibyllinorum sentiendum sit, cum bona lectoris venia distincte & per aliquot observationes deducamus.

I. *Non continentur hac collectione libri Sibyllini Tarquinio oblati*, quod duobus argumentis clarissime patet, nam & illi libri Sibyllini diligentissime custoditi & ἐν ἀπορρήτοις habiti sunt, donec cum Capitolio deflagrarent, ut supra demonstravi: deinde argumentum longe diversum complectebantur, quomodo nempe sacra idololatrica facienda, quomodo Dii placandi, ut ex Livio aliisque historicis Romanis apparet, à quibus memoratorum oraculorum ne γεὺ quidem in nostra collectione occurrit, contra frequentissimæ in idololatras invectivæ, & assidua religionis atque sacrorum Christianorum commendatio.

II. *Negς carmina Sibyllina altera, Erythris & undecunque Romam perlata post restitutum Capitolium.* Ad quod probandum non memorabo quod Fenestella apud Lactantium Libro I. c. 6. auctor est *versus circa mille* Erythris Romam allatos, cum in nostra collectione plures, quàm termille versus compareant. Quanquam enim hoc argumento utuntur viri docti, tamen ex aliis etiam urbibus ac regionibus allata Sibyllina narrat Tacitus, deinde si plures habemus, quam mille versus, nonne etiam mille illos habere possumus? Sed observo, quod & hæc Sibyllina Romanorum (quæ secunda vocare fas est) non vulgo legebantur, & quæcunq; à Dione, Svetonio, ex illis prolata memorantur, non minus diversi argumenti à nostris comperies, quam priora illa. Et ubi forte idem etiam in nostris legitur, aliis tamen legitur verbis. Exempli causa in collectio-

2011 Ministerio de Cultura

lectione quam habemus Nero plus ſimplici vice perſtringitur ut μητροκτόνος quæ loca reſpiciens Lactantius Lib. de mortibus perſecutorum cap. 2. dixit Sibyllam affirmare *matricidam perfugum à finibus eſſe venturum*, nusquam tamen in illis legas λόγιον quod Neronis temporibus vulgatum Dio refert Σιβύλλειον ὄντως ὄν Lib. LXII. p. 709.

Ἕκατος Αἰνειαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονέυσει.

III. *Negs alia Ethnica integra Sibyllinorum oraculorum συναγωγή.* Plures quidem fuiſſe teſtatur Zoſimus libro ſecundo p. 690. πολλάς τε βίβλους ἱερολικὰς καὶ χρησμῶν συναγωγὰς ἀνελίξας, χρόνον τε ἐν τῷ περὶ τούτων ἀπορεῖν δαπανήσας ἐνέτυχον μόλις χρησμῷ τινι Σιβύλλης εἶναι λεγομένῳ ἢ Φαεννὺς τῆς Ἠπειρώτιδος. Et Svetonius cap. 31. narrat ab Auguſto combuſta ultra librorum fatidicorum duo millia. Sed ex tota quam habemus collectione manifeſtiſſimum eſt, non Sibyllam, non Ethnicum fatidicum fuiſſe, qui illam compoſuit, ſed Ethnicismo infeſtum Chriſtianum. Tum oracula quæ tanquam Sibyllina ex ſuis συναγωγαῖς proferunt idem Zoſimus, Phlegon & alii, in noſtra non habentur. Itaq; licet forte quædam hinc inde ex Ethnicis oraculis noſter deprompſerit, diligenter tamen cavit, ne quicquam quod Ethnicismo ſtabiliendo faceret retineret.

IV. *Operam & oleum perdunt qui certæ Sibyllæ, Erythrææ alia, alia Samiæ, alia neſcio cui alii adſcribunt oracula quæ habemus*, ut fecerunt Joh. Jacobus Boiſſardus libro de divinatione, Sixtus Senenſis in Bibl. Sancta, Johannes Aitzma in ſpeculo Sibyllarum Belgice edito multiq; alii. Cum enim veteribus etiam incertum fuerit, fueritne una Sibylla an plures, tum noſtram collectionem nulli Sibyllæ deberi, & Romanis Græcisque ante Chriſtum natum inviſam fuiſſe certum eſt. Lactantius pleraque citat ſub Erythrææ Sibyllæ nomine, quæ ex noſtris libris profert. Ea tamen quæ in ſexto Libro exſtant, alterius eſſe fatetur, & hodieque Libro ſexto inſcribitur: ἑτέρας εἶναι ταῦτα δοκεῖ, *Hæc alterius eſſe videntur.* Idem Lactantius Lib. I. c. 6. diſerte teſtatur jam ſuo tempore libros Sibyllæ confuſos fuiſſe nec ſuum cuiq; poſſe aſſignari niſi Erythrææ: In codice 170. Regis Galliæ teſte Labbeo exſtant *Erythrææ Sibyllæ de Trojanorum & reliquorum principum eventu oracula*, quibus eadem quæ edita ſunt vel ſaltim partem eorum * contineri mihi perſvadeo. Et hæc ipſa quæ Erythrææ tribuit Lactantius, Cumanæ à quibusdam adſcripta teſtatur Auguſtinus Lib. XVIII. de Civitate Dei c. 23. Sed profecto perinde eſt ſub cujus Sibyllæ nomine laudantur, dummodo nulla fide digna auctoritate id fiat, & à nulla Sibylla ſive fatidica muliere Ethnicâ profectum eſſe totum opus conſtet.

V. *Nullum*

* Eadem fortaſſis quæ illuſtravit *Lud. de Tovar*, de quo infra num. 22.

2011 Ministerio de Cultura

V. *Nullum verſum in hac collectione pro Sibyllino & antiquo oraculo apud Ethnicos ante Chriſti nativitatem exaudito haberi oportet, niſi peculiariter de eo conſtet ex aliis monumentis antiquioribus & indubitatis.* Quia enim totum opus ſuppoſitum eſt, & Chriſtianiſmum in illo multa produnt manifeſtiſſime, nihil æquius videtur hoc poſtulato.

VI. *Sunt nonnulla in hac collectione, quæ auctor de induſtria inſperſit ex antiquis oraculis Ethnicis, ex Orpheo, Homero, & aliis Poëtis.* Sic Lib. VIII. pag. 392. Οἶδα ἐγὼ ψάμμων τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης, qui verſus exſtat in oraculo quod Cræſo redditum narrat Herodotus libro I. & poſt eum multi alii, quemadmodum ille quoque qui eadem pagina paucis interjectis ſequitur: καὶ κωφὸν ξυνιέναι καὶ φωνέοντος ἀκοῦσαι. Lib.IV. p.292. Occurrunt bini verſiculi:

Ἔστεαι ἐσσόμενος ὅτε πύραμος ἀργυροδίνης
Ἠιόνα ποδαχέων ἱερὴν εἰς νῆσον ἵκηται.

Qui iisdem verbis tanquam vetus oraculum referuntur à Strabone Lib.I. p.53. & Lib.XII. p.536. atque inde ab Euſtathio, ac Joh. Tzetza Chiliad. 7.v.575. niſi quod pro νῆσον legunt κύπρον. * Libro tertio Sibyllinorum p. 276. occurrit oraculum notiſſimum:

Μὴ κίνει Καμάρειναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων,

quod præter Lucianum de Apophrade, Silium Lib.XIV. v. 199. Stephanum Byz. in Καμαρίνα; Svidam & Zenobium in μὴ κίνει memorat Virgilius III. Æneid. v. 700.

— — — *& fatis nunquam conceſſa moveri*
Apparet Camarina procul — — —

Lib. I. pag. 172. exſtat proverbium Σαρδόνιον μείδημα γελάσετε de quo prolixe & docte ut ſolet vir ſummus Eraſmus in adagiis: Meminit & Dio Chryſoſtomus f. 669. & Zacharias Scholaſticus p. 216. edit. Barthii. Quæ libro V. p. 324. ſeq. & alibi de Cumis, Rhodo, Samo pluribusque inſulis ac regionibus terræ motu delendis vel quocunque modo vaſtandis leguntur, vix dubitem ex antiquis quæ in Ethnicorum manibus fuere oraculis eſſe petita, nam ad illa paſſim reſpiciunt ſcriptores antiquiſſimi. Zous apud Plutarchum libro cur Pythia non reddat oracula carmine, Sibyllina de illis cladibus vaticinia ab eventu comprobata teſtatur his verbis: ἀλλὰ τῆς τε μαντείας ἁπμαρτυρῶσι πολλαὶ μὲν ἀναστάσεις καὶ μετοικισμοὶ πόλεων Ἑλληνίδων, πολλαὶ δὲ βαρβαρικῶν σφαλιῶν ἁπφάνειαι καὶ αἱρέσεις ἡγεμονικῶν. Ταυτὶ δὲ τὰ ποτόφατα καὶ νέα πάθη ποτέ τε Κύμῃ καὶ Δικαι-

* Ad Locum Tzetzæ conferendus Joh. Meurſius in Cypro Lib. II. c. 18.

2011 Ministerio de Cultura

Δικαιαρχίαν δὲ ὑμνήματα πάλαι καὶ ἀδόμενα διὰ τῶν Σιβυλλείων ὁ χρόνος ὥσπερ ὀφείλων ἀποδέδωκεν; ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου καὶ ζέσεις θαλάσσης, καὶ πέτρων καὶ φλεγμονῶν ὑπὸ πνεύματος αἰωρήσεις, καὶ φθορὰς πόλεων ἅμα πεσόντων καὶ πηλικότων, ὡς μεθ' ἡμέραν ἐπελθεῖν ἄγνοιαν εἶναι καὶ ἀσάφειαν ὅπου κατῴκηντο, τῆς χώρας συγκεχυμένης. Ταῦτα δὲ εἰ γέγονε, πιστεῦσαι χαλεπὸν ὅτι μήτοι γε πεφεισπεῖν αὐτὰ θειότητος. Pauſanias in Corinthiacis pag. 126. Ἐκάκωσε δὲ (ὁ σεισμὸς) καὶ τὴν Καρίαν καὶ Λυκίαν τὰς πόλεις, καὶ Ῥοδίοις ἐσπίθη μάλιστα νήσων, ὥστε καὶ τὸ λόγιον πεπλέσθαι Σιβύλλῃ τὸ ἐς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν. Confer de illa inſularum clade Salmaſium ad Tertull. de pallio p.99. ſeq. & Jac. Godofredum p.48. ad hæc verba periegetæ veteris Latini ab ipſo editi: *Namq; Rhodum inſulam & civitatem maximam* (ex nomine dicere neceſſarium eſt) *quas prophetavit Sibylla ab ira Dei eſſe perituras. Eſt autem in ipſam civitatem ſtatua quam omnes Coloſſeum nominant, novum mirum magnitudinis, dolus enim in ipſa fuit ſecundum Prophetiam Sibyllæ.* Ita legendus hic locus, non ut edidit Godofredus *novum virum* & Græcè vertit: καινὸν ἄνδρα μεγέθους. Libro tertio Sibyllinorum pag 266. Hi duo verſus leguntur:

Ἀλλὰ σὺ μὴ πολλῶν βροτὲ ποικιλόμητα κακόφρον
Ἀλλὰ λιπὼν πλοῦτον στρέψας Θεὸν ἱλάσκοιο.

Quos Opſopœus probe annotavit geminos eſſe hiſce Orpheo tributis apud Clementem Alexandrinum in protreptico p.49.

Ἀλλὰ σὺ μὴ μέλλων βροτὲ ποικιλόμηδι βεβούνε
Ἀλλὰ παλίμπλαγκτος στρέψας Θεὸν ἱλάσκοιο.

Homericæ Poëſeos tot ſunt in collectione Sibyllinorum veſtigia, ut illa inter ſe conferre res eſſet non brevis laboris, & Guilelmus Canterus Lib. V. Var. Lect. cap. 17. notaverit ex Homero multa Sibyllinorum loca poſſe reſtitui: etſi quod idem vir doctus addit aperte conſtare quod Homerus multis in locis illa ſit imitatus, neminem qui à nobis dicta diligentius perpenderit ei exiſtimem temere accrediturum. Longe profecto veriſimilius eſt, auctores hujus collectionis Sibyllinæ tot novitatis documenta in ſe gerentis ex iſthac Homeri & aliorum poëtarum Ethnicorum imitatione, tum adjunctione quorundam oraculorum celebrium inter Græcos ac Romanos eam gentilibus probabilem reddere, auctoritatemque conciliare voluiſſe.

VII. *Longe plurima autem ſunt in hac collectione, nominatim atque ipſis verbis petita ex ſacris literis, non veteris tantum ſed & Novi Teſtamenti.* Hinc recte divina ſapientia apud Nazianzenum in erudito carmine quo Nemeſium ad amplectendam Chriſti religionem adhortatur T. 2. p. 144.

Ἑρμῆς ὁ τριπάλαιστος ἐμοῖς ἐπέεσσιν ἀρήγοι
Οὐδ' ἐθέλων σαυρὸν σέβοι μέτροισι Σίβυλλα

Τῆς

2011 Ministerio de Cultura

Τῆς μεγάλης θεότητος ἐλαυνόμενοι βελέεσσιν
Οὐδὲν ὑπερφέρομαι, καὶ εἰ ἴνις ἄσσον ἱκοίνς,
Οὐ θεόθεν, βίβλων ὃ δολοβλέψαντες ἐμοῖο.

P. Garcias Galarza Theologus ac Philosophus Hispanus in Evangelicis institutionibus carmina Sibyllina cum S. Scripturæ locis conferre ac comparare conatus, laudatur ab Antonio Possevino Lib. II. Bibl. select. cap. 71.

VIII. *Non complectitur hæc collectio omnia & integra Sibyllina, quibus veteres usi sunt Doctores Ecclesiæ.* De Ethnicis nolui verbum addere, quoniam res clara ex iis quæ dixi, & ex tot Sibyllæ oraculis quæ apud Græcos Latinosque Scriptores memorata in nostris nulla exstant. Servius ad 3. Æneidos: *Sane sciendum est*, inquit, *omnia responsa Sibyllæ plus minusve centum contineri sermonibus*, ita enim potius legendum quam cum Gyraldo dialogo 2. de Hist. Poëtar. pag. 110. *non contineri.* Sed jam sæpe vidimus Servium exiguam mereri fidem in iis, quæ de Sibylla tradit, neque ejus sententiam probant hæc Virgilii Æneid. 6.

Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Unde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.

Quin ridiculum sit affirmare in singulis ostiis tantum semel per omnem vitam consultam fuisse & responsa dedisse. Enimvero aliunde satis constat innumeros fuisse libros sub Sibyllarum nomine ab Ethnicis jactatos, etsi non nisi pauciissimos contigit à Romanis recipi auctoritate Reip. Hoc multis jam testimoniis evicimus, & inter paganos exstitisse complures variis temporibꝰ pseudomantas sive falsorum oraculorum Sibyllinorum concinnatores demonstravimus. Hæc omnia, vel majorem saltim eorum partem, qui in nostra brevi collectione quæsiverit, sine dubio turpiter se fefellerit. At nec Christianorum veterum Sibyllina omnia nobis esse reliqua perspicue patet. Λόγοι πλείους sive *plures libri* Sibyllæ Phrygiæ memorantur à Clemente Alexandrino. Svidas Chaldææ Sibyllæ tribuit libros XXIV. complectentes oracula πεὶ πάντος ἔθνους καὶ χώρας. Lactantius cum decem Sibyllas enumerasset, *Harum omnium*, inquit, *carmina & feruntur & habentur, præterquam Cumææ, cujus libri à Romanis occuluntur, nec eos ab ullo nisi à Quindecimviris inspici fas habent. Et sunt singularum singuli libri, qui quia Sibyllæ nomine inscribuntur, unius esse creduntur* (hinc Justinus in cohortatione ad Græcos de una Sibylla loquens, ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει) *suntque confusi, nec discerni ac suum cuique assignari potest nisi Erythrææ, quæ & nomen suum verum carmini inseruit, & Erythræam se nominat ubi prælocuta est, cum esset orta Babylone. Sed & nos confuse*

2011 Ministerio de Cultura

Sibyllam dicemus &c. Cum ait ſingularum Sibyllarum eſſe ſingulos libros, hoc non neceſſe eſt ita intelligere, ut novem ſoli prodeant & unicuique unus tribuatur, ſed quod exſtiterint peculiares ante atque ſeparati ab aliis libri ſub cujusque Sibyllæ nomine, quo obliterato incertum jam ſit cui demum ſingulos tribuere oporteat. His adde quod in Bibliotheca Vaticana Romæ feruntur exſtare quatuordecim libri Sibyllini. Eſt & alterius voluminis titulus, qui à Gesnero affertur: *ἐν τῷ πρὸς Φηλικῶν Σιβύλλης λόγος θ΄ μέχρι ιε΄. liber nonus ad quintum decimum.* Præterea multa ac bene longa oracula Sibyllæ nomine à Theophilo Antiocheno & aliis antiquis Eccleſiæ Doctoribus proferuntur, quæ in noſtra collectione deſiderantur.

IX. *Complectitur tamen hæc collectio partem magnam Sibyllinorum quibus uſi ſunt Patres.* Plurima enim quæ tanquam Sibyllæ laudant, in ea leguntur ipſis verbis, unde corrupta paſſim emendari potuerunt. Hoc tanquam manifeſtum & à nemine in dubium vocatum, longiore probatione indigere haud arbitror. Tantum adſcribam verba Auguſtini Lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 23. qui poſt adductam acroſtichidem, *hæc autem Sibylla*, inquit, *ſive Erythræa, ſive ut quidam magis credunt Cumana, ita nihil habet in toto carmine ſuo, cujus exigua iſta particula eſt, quod ad Deorum falſorum ſive fictorum cultum pertineat, quinimo ita etiam contra eos & contra cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda videatur qui pertinent ad civitatem Dei.* Quod judicium huic quam habemus collectioni optime convenire, nemo qui evolverit, dubitabit.

X. *Sed plurimum confuſam, librariorum culpâ paſſim depravatam, ac mutilam.* Hoc lectio ipſa ſatis quemque docere poteſt, nullus paſſim ordo, multi verſus repetiti, multa hiulca nec ſanum ſenſum fundentia, & quæ ſine ope codicis manu exarati reſtituere nemo queat. Librorum quoque diſtinctio in ſcriptis libris diverſa eſt, ut Opſopœus ad initium libri ſecundi & aliis in locis annotavit. Quid porro eſt illud Lib. II. p. 215? *πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτῆς τόμῳ ταῦτα φησὶν ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου πρὸς Θεόν.* Et quod libro tertio præfigitur: *μὴ ταῦτα προσβαίνουσι τοῖς λόγοις πρὸς τοῦ ἀπατεῶνος δαίμονος τοῦ Ἀντιχρίστου φησὶν ὧδέπη.* Et p. 223. in medio libro: *λείπει ἡ ἀρχή.*

XI. *Chriſtiani antiquiſſimi qui Sibyllæ meminerunt, non habuerunt totam hanc qualis hodie exſtat Sibyllinorum collectionem, ſed partem tantum quæ aliis poſtliminio additis in hanc συναγωγὴν coaluerunt.* Ut omittam ſuſpectum Apocryphæ prædicationis Pauli teſtimonium, Sibyllam com-

2011 Ministerio de Cultura

commendantis, Clemens Romanus in parte deperdita primæ illius & aureolæ ad Corinthios Epistolæ, Sibyllæ testimonio usus est, ut ex Irenæo & Justini junioris quæstionibus ad Orthodoxos ostendit Beveregius in codice canonum vindicato Lib. I. cap. 14. num. 8. Barnabam quoque ad Sibyllæ testimonium respicere in verbis ὅταν ξύλον κλιν.θῇ καὶ ἀναςῇ suspicatur annotator Oxonienſis, quod ideo non credo, quia præcedunt verba: λέγει Κύριος, quomodo non loquuntur Christiani cum Sibyllæ verba recitaturi sunt. Meminit Sibyllæ etiam Hermas in Pastore, ut supra notare me memini. Horum omnium jam dictorum neminem puto legisse ea quæ post eorum mortem demum scripta necesse est, non magis quam Josephum qui Sibyllæ meminit Lib. I. cap. 5. Antiqv. Sibyllina Oracula de Antoninis & Lucio Vero, neque credo ab iis visam quæ libro Octavo exstat acrostichidem, memorabilem utique si legissent, sed nemini memoratam ante Eusebium, & qui in Græco codice carminum Sibyllæ Erythrææ vidisse eam se testatur Augustinum. Ita fortassis subinde alia atque alia Sibyllino nomini suppositа sunt inter Christianos, jam sæculo primo *multa*, de quibus objicit Celsus, quem sub Adriano ac deinceps floruisse testatur Origenes Lib. I. p. 8. alia sæculo secundo, qualia sunt illa quæ dixi de Antoninis ac L. Vero, alia sæculo tertio, ut Acrostichis. Clementem vero Romanum & reliquos quos nominavi, uti Josephum quoque, quoniam nihil de Sibylla proferunt quod non ex Sibyllinis apud Gentes peti potuerit, quare suppositis per Christianos oraculis usos affirmare debeam, non video. Sane gentibus etiam de uno Deo summo constitit, & quod Clemens Romanus videtur ex Sibylla attulisse de mundo conflagraturo, quid aliud est, quam quod in iisdem forte Sibyllinis libris legisse se innuit Ovidius Lib. I. Metamorph. v. 256.

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Ac libellus pæne impleri posset gentilium de mundi futuro incendio testimoniis. Denique quod de turri Babylonica profert ex Sibylla Josephus, nonne Abydeno & Eupolemo etiam innotuisse docent Eusebius Lib. IX. cap. 14. Lib. XX. cap. 17. præparat. & Cyrillus 1. contra Julian. Nescio autem an satis firmum argumentum sit Vossii Lib. de Poëtis Græcis cap. 1. p. 6, qui auctorem vel consarcinatorem Sibyllinorum post

2011 Ministerio de Cultura

Conſtantini M. tempora demum vixiſſe arguit ex eo, quod Sibylla Lib. III. p. 283. affirmat ſe eſſe nurum Noachi, & Patres Conſtantino antiquiores aperte ajunt nullam ex Sibyllis eſſe Moſe antiquiorem. Eidem rationi plurimum ſe tribuere teſtatur Cotelerius in prolegomenis ad Epiſtolam poſteriorem Clementis Romani. Sed profectò verſus qui eadem pagina in Sibyllinis exſtant à Lactantio allegantur, & multis alioqui exemplis conſtat pugnantia inter ſe à Patribus quandoque affirmari, præcipue in iis quæ rationem temporum ſpectant.

XII. *Etiam illa quæ à Juſtino & reliquis ſecundi & ſequentium ſæculorum Patribus adducuntur Sibyllina, minime omnia auctores habuere: Sibyllas ſive mulieres fatidicas Ethnicas.* Juſtinus Martyr ſub extremum cohortationis ad Græcos ait Sibyllam non modo adventum Servatoris noſtri Jeſu Chriſti σαφῶς & φανερῶς prædicere, ſed & aliquibus interjectis addit eam non minus σαφῶς & φανερῶς tradere καὶ πάντων τῶν ὑφ' αὐτῆς γίνεσθαι μελλόντων. In eodem libro p. 17. profert oraculum de deſerendis templis arisque, quæ incaſſum ſpurcatæ fuerint cruentis victimis, & de colendo uno Deo magno. Ejusdem argumenti eſt quod Lib. II. adducit Theophilus Antiochenus pag. 144. ubi piis Dei cultoribus promittit paradiſum. Lactantius & alii diſertiſſima de Chriſti miraculis & paſſione loca producunt ſub Sibyllæ nomine. Hæc omnia & ſingula qui ab Ethnica vate profecta, & inter Gentes pro Sibyllinis agnita ſentiat, nihil ſentiat. Incaſſum ſane hoc adſtruere laborarunt tum alii tum Johannes Craſſetus Jeſuita, cujus exſtant bini de Sibyllinis libri Gallice editi, quorum unum Blondello A. 1678. alterum illius ὑπεράσπισιν Johanni Markio A. 1684. oppoſuit.

XIII. *Suppoſita igitur fuere quædam à Juſtino & aliis poſt eum Patribus laudata oracula. Non autem ſuppoſita fuere ab Ethnicis*, neque enim ſibi ipſi adverſatur Satanas. Matth. XII. 26. At pleraque in his Sibyllinis plane pugnant cum Ethniciſmo.

XIV. *Neque ſuppoſita fuere à Judæis*, quamvis ita ſenſit vir magnus Hugo Grotius ad Matth. II. 1. eumque ſecutus Iſ. Voſſius libro de Sibyllinis Oraculis, ut Marcum Zuerium Boxhornium in Hiſtoria univerſali & alios omittam. Intelligo autem una cum illis viris doctis Judæos, non qui Chriſtianiſmo nomen dederunt, illi enim rectius dicentur Chriſtiani, ſed qui ante Chriſtum fuerunt, vel in Judaismo ſubſtiterunt. Ab his non fuiſſe ſuppoſita illa quæ à Patribus citantur Sibyllina, paucis oſtendam, neque enim placet huc referre argumenta non æqualis omnia ponderis, quæ Voſſianæ ſententiæ in Exercitationibus de Vatici-

2011 Ministerio de Cultura

ticiniis Sibyllinis Lipsiæ 1688. 8vo. editis opposuit vir eruditus Johannes Reiskius, tum scriptores Galli Richardus Simon & Elias Du Pin. Nunquam soliti sunt Judæi falsas gentibus venditare prophetias, quibac in parte religiosissimi semper fuerunt, & cum haberent veros ac divinos Prophetas domi, nihil illis detrahendum, nihil adjiciendum putaverunt. Nulla est Sibyllinorum apud Judæos auctoritas ac vix mentio. Josephus semel obiter Sibyllæ meminit, Philo nusquam, Talmudici aliique Judæi doctores quantum rescire diligenter inquirendo potui, nullam habent rationem Sibyllinorum. Nusquam gentes leguntur objeciisse Judæis quod Sibyllæ carmina supposuerint aut ea interpolaverint, sed Christianis hoc exprobratum legitur. Incredibile est, legatos Romanorum, Octacilium Crassum aliosque, Erythris vel alibi, sive in Græcia sive in Ægypto à contemtis & exosis oracula collegisse & emendicasse Judæis. Unde facile responderi posse puto ad ea, quæ Reiskio objecit vir clarissimus Wilh. Ernestus Tentzelius in cogitationibus vernaculis menstruis anni 1689. p. 309. Denique quæ à Patribus afferuntur Sibyllæ de Christo testimonia, passim ita comparata sunt, ut tam σαφῶς καὶ φανερῶς quemadmodum Justinus loquitur, nec ab ullo Judæo ante Christum natum scribi potuerint.

XV. *Restat igitur ut à Christianis ficta, & Sibyllæ nomini falso subjecta fuerint, ad confundendos Ethnicos.* Hoc svadet ipsum oraculorum argumentum, hoc verisimile reddunt tot alia primorum sæculorum Apocrypha, tot fraudes profectæ à præpostera pietate, quæ veritatem fulcro mendacio indigere sibi persuadebat. Hoc ab Ethnicis statim objectum fuisse constat ex testimoniis Origenis, Lactantii, Eusebii, Augustini, Sozomeni, quæ produxi cap. XXX. 5. & XXXI. num. 13. Hujus sententiæ subscriptores approbatoresque viri doctissimi sunt, Is. Causaubonus ad Baronium, Jacobus Capellus vindic. pro Casaubono Lib. I. cap. 12. Blondellus, Petrus Petitus, & paucis exceptis omnes qui rem diligentius considerarunt. Quod si cui incredibile & reverentia piis sanctisque majoribus fidei nostræ debita indignum judicet, ut Justinum, Athenagoram, Theophilum, Clementem, Lactantium aliosque statuamus fucum sibi facere passos & hypobolimæa Sibyllina jactasse pro veris: is velim cogitet quod nihil minus quam acres & accuratos Criticos se esse ostendant in suis scriptis, quod frequenter ad Libros omnium confessione Apocryphos provocent, quod putaverint argumentis quibuscunque recte se uti, modo pro veritate facerent quam defensitabant. Neque istud hilum officit causæ

2011 Ministerio de Cultura

cauſæ Evangelii in ſe, etſi forte plurimum offecit progreſſui Chriſtianiſmi apud Ethnicos, qui fucum hunc ſentiebant, & ex hoc reliquorum etiam longe veriorum ac ſolidiorum argumentorum judicabant vim pondus ac momentum. At enim Apoſtoli gentilibus ac Judæis multis millibus perſvaſerunt Evangelium, virtute divina, non ementito ejusmodi Sibyllæ, Hermetis, Hyſtaspis, Orphei, vel alio undecunque inveſtigato dubiæ fidei teſtimonio nixi.

XVI. *Quando confictа fuerint, & à quo, quove in loco, non plane explorатum videtur.* De tempore vide tamen quæ ſupra dixi num. XI. & cap. XXXII. num. 7. At quis demum, vel qui hujus fuerint fraudis auctores, Orthodoxi an hæretici, quod eorum nomen, quæ ſecta, nemo eſt qui nos certo doceat. *Hermæ* qui tribuunt cum Blondello Lib. II. c. 7. non videntur cogitaſſe quod tam elegantes verſus Græci vix exſpectari poſſint ab auctore Paſtoris. Alius quoque viſionum Hermæ, alius Sibyllinorum eſt genius. Plures ſunt qui ſuppoſita hæc eſſe conjiciunt ab hæreticis veteribus. Ita Reineſius in diſſertatione Critica de Sibyllinis oraculis, quam cum ſua de diluvio Deucalionis diſſertatione vulgavit Georgius Schubartus, Jenæ 1685. 4to. Ex hæreticis quidam nominant Gnoſticos vel Montaniſtas. Quia *Gnoſticorum* nomen latiſſime patet tum quod ad tempus, tum quod ad dogmata attinet, ſat generalem quoque, adeoque parum certam conſtat eſſe illam conjecturam. De *Montaniſtis* minus veriſimile eſſe videtur, quod poſt alteram Blondelli ſuſpicionem opinati ſunt Sam. Mareſius ſylloge Diſpp. parte 2. pag. 489. ſeqv. & Joh. Marckius in diſpp. de Sibyllis Franequeræ editis Ao. 1682. 8vo. Non tantum quod ante exortum Montanum Sibyllina allegaverit Juſtinus, adeoque prius orbi innotuerint, ut Marckio objecit Guil. Caveus in part. 1. Hiſt. Literariæ ſcriptorum Eccleſiaſticorum, cui nonnulla, at quæ difficultatem omnem non tollunt repoſuit Vir doctus in exercitationibus textualibus ad quinquaginta loca ſelecta Scripturæ pag. 475. ſeqv. Sed inprimis obſervo nullius inter Montaniſtas pretii fuiſſe Sibyllina, & Montaniſtam Tertullianum aliquoties quidem ad Paracletum in Priſca & Maximilla, nusquam ad Sibyllina illa à Chriſtianis ſuppoſita provocare. Quod enim in libro Tertulliani de pallio cap. 2. dicitur vaticinata *Sibylla non mendax*, oraculum inter Ethnicos celeberrimum ſpectare notavi cap. XXXII. num. 5. Quod denique ad locum attinet, urbem, vel regionem, in qua confictа primum illa de Chriſto Sibyllina fuerint, idem Reverendus ac de Hiſtoria Eccleſiaſtica præclare promeritus Caveus parte 2. Hiſt. Literariæ *Chriſtianum aliquem Alexan-*

2011 Ministerio de Cultura

Alexandrinum conjicit illam Sibyllinorum farraginem confinxiſſe, ex vaticiniis, hiſtoriis, dogmatibus librorum ſacrorum utriusque Teſtamenti, inſertis quibusdam hinc inde ex veterrimis oraculis, quo ſpecioſius orbi obtruderetur. Neſcio tamen an neceſſe ſit affirmare, quod omnes fraudum architecti fuerint Alexandrini. Aliqua vero ex veterrimis Ethnicis & Chriſti nativitatem præcedentibus oraculis inſerta fuiſſe, jam probatum dedi ſupra num VI. & agnoſcunt Tobias Wagnerus inquiſitione in Oracula Sibyllina Tubingæ 1664. 4. editâ pag. 38. Joh. Henr. Urſinus parte 2. Analect. ſacr. Lib. IV. cap. 8. itemque alii.

XVII. *Non fuit ullo edicto Romæ capitis pœna propoſita iis, qui hæc Sibyllina quæ nos habemus, vel illa quæ Patres allegarunt legerent.* Neminem certe hoc nomine capite minutum in veteri hiſtoria offendimus. Nec usquam ejusmodi legis vel edicti mentio. Et quorſum pœnam capitis ſanciviſſent lectoribus ſuppoſititiorum ſcriptorum, qui veros libros Propheticos & Apoſtolicos à Judæis & Chriſtianis legi patiebantur. Neque primi Chriſtiani toties, tamque audacter allegaſſent etiam in ſuis ad ipſos Imperatores Apologiis, ſi hoc capitis ſupplicio luendum ſciviſſent. Equidem libri Sibyllini arcana civilium ſacrorum continentes, ἐν ἀπορρήτοις habebantur, neque ulli niſi quindecimviris patebant, ex politica cauſa: ſed jam demonſtratum eſt longe alios hos fuiſſe, tum argumento, tum eo ipſo etiam quod vulgo ferrentur, ab alteris differentes. Aurelianus quoq; Imperator apud Vopiscum increpat Senatum de inſpiciendis libris Sibyllinis diutius dubitantem *perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia* res ageretur: ſed his verbis non ait prohiberi Chriſtianos edicto ſingulari à Sibyllinis conſulendis, ut putabat Baronius Apparat. ad Annales num. 20. Montacutius pag. 132. Apparat. ad Origenes Eccleſ. & pag. 156. Analect. ſed potius Chriſtianos in ſuis conventibus Sibyllina nunquam conſulere, nec ad ea in ullo periculo recurrendum ſibi exiſtimare. Vide Caſaubonum ad Baron. pag. 81. Blondellum Lib. I. cap. 19. Etiam Juſtinus Martyr Apologia prima pag. 82. ait opera malorum dæmonum effectum eſſe ut mors conſtituta eſſet lectoribus Hyſtaſpis, Sibyllæ ac Prophetarum. Κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων θάνατος ὡρίσθη τοῖς τὰ Ὑστάσπου ἢ Σιβύλλης ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινώσκουσιν. Sed eo in loco dolet tantum Juſtinus non jampridem cuivis licitum fuiſſe evolvere libros omnes ac ſingulos quos fatales Romani habebant ſanctiſſimeque cuſtodiebant, nec niſi decreto Senatus vel juſſu Imperatorum permittebant inſpici à Quindecimviris ſacrorum. Suſpicatus nempe eſt vir optimus, ex iis, quæ ipſe legerat Sibyllinis, & quæ invitis Romanis in

2011 Ministerio de Cultura

vulgus manasse putabat, etiam in alteris, quæ adhuc occultabantur, multa exstare veritatis testimonia, prohibitam autem fuisse eorum lectionem ὅπως μὴ φόβῳ *metu pœnæ* ἀποτρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοῦ ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς ὑπ' δολεύοντας κατέχωσιν. Non potuisse tamen *ad plenum* illa clam haberi quin aliqua saltim in hominum manus venirent: ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. ἀφόβως μὲν γὰρ (hoc est, *sine metu pœnæ* sive *impune*) ὰ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς ὡς ὁρᾶτε εἰς ἀπόκρυψιν φέρομεν, ἀπιστούμενοι πᾶσιν εὑάρεστα φανήσεσθαι. Hic quin germanus sensus verborum Justini sit, Casaubono etiam maximam partem probatus Exerc. 1. ad Baron cap. 11. equidem non dubito, & lectori docto facile me persvasurum confido, nec vereor ipse rogare ut conferantur quæ ad hunc locum disputant Baronius Apparat. num. 20. Montacutius in Analectis p. 154. sq. & qui idem prope liber est in Apparatu ad Origines Ecclesiasticas pag. 130. seq. Petrus Halloisius T. 2. scriptor Oriental. pag. 399. Petrus Lanselius in dispunctione calumniarum quas vocat Casauboni cap. 6. Habuisse vero Romanos præter Sibyllina etiam alios libros fatidicos, quos sacros nec vulgo inspiciendos servabant, & quos θεσφατῶν βίβλους h. l. Justinus vocat, ex Svetonio, Plinio, Servio aliisque constat, porro capitali supplicio affectum eum qui fatales libros aliis legendos dedisset jam Tarquinii temporibus novimus Attilium, ut ex Dionisio & Valerio Maximo notavi supra cap. XXXI. num. 6. Videtur tamen in eo falsus esse Justinus, quod hæc quæ gentibus objectabat Sibylina ejusdem esse putabat generis cum eis quæ Romani occultabant. Rectius utraque inter se distinguit Lactantius Lib. I. cap. 6. *Harum omnium*, inquit, *Sibyllarum carmina & feruntur & habentur præterquam Cumanæ, cujus libri à Romanis occuluntur, nec eos ab ullo nisi à Quindecimviris inspici fas habent.* At lepidus prorsus est Lanselius, qui ex eo quod Justinus dixerat malorum dæmonum instinctu interdictam à Romanis fuisse Sibyllinorum lectionem, concludit *facile apparere, Romanæ Ecclesiæ sanctionem de non concedenda promiscue Bibliorum in vulgari idiomate lectione, æquissimam esse atque sanctissimam.* Eodem velut non contemnendo argumento utuntur Ledesma, Heskinsus, Peresius & alii. Sed judicet lector utrum è Justini verbis rectius sequatur, quod Usserius in historia dogmatica de Scripturis & sacris vernaculis pag. 253. ex iisdem colligit, ab eodem nempe spiritu actos fuisse, & illos qui Sibyllinorum, & hos qui sacrorum Bibliorum lectionem interdixerunt, atque adeo eundem habuisse finem sibi propositum, *at per timorem ab illis homines absterrerent, quo minus scripta ea legentes*

2011 Ministerio de Cultura

gentes rerum bonarum notitiam perciperent, sed in servitute potius à se retinerentur, quæ ipsa verborum Justini sententia est.

XVIII. *Non est ab Augustino singularis quædam Sibyllinorum concinnata συναγωγή.* Eam periisse dolet Erasmus Schmidius vir doctissimus, cujus Orationes tres de Sibyllinis earumque Oraculis vulgatæ sunt Witebergæ primum Ao. 1618. deinde ad calcem commentariorum ejus posthumorum in N. T. Norimb. 1658. fol. Ita vero ille Orat. 2. pag. 1501. *Scribit D. Augustinus Lib. XVIII de Civ. Dei cap. 23. se carmina Sibyllina non eâ serie quâ apud Lactantium leguntur ponenda censuisse, sed qua aptissime fieri posse sibi videretur contexuisse ac capitibus distinxisse, si modo scriptores eam seriem deinceps servare non neglexissent. Utinam Beati Patris præstita hac in re opera frui nobis hodie liceret!* Sed alius sensus est verborum Augustini, & præstitâ ejus circa Sibyllinos versus operâ plane frui nobis licet, quæ non alia fuit, nisi quod versus quosdam sparsim variisq; locis à Lactantio Græce productos ipse eodem capite 23. libri XVIII. una serie conjunctim Latinis verbis retulerit. Ecce Augustini locum integrum & Sibyllina Lactantii una serie, suis distincta capitibus, quod librarii & editores servare postea, ut ipse merito veritus fuerat, neglexerunt: *Inserit etiam Lactantius operi suo quædam de Christo vaticinia Sibyllæ, quamvis non exprimat cujus. Sed quæ sigillatim ipse posuit, ego arbitratus sum* (hoc ipso in loco) *conjunctim esse ponenda, tanquam unum sit prolixum* (carmen) *quæ ille* (variis in locis) *plura commemoravit & brevia.* *

In manus iniquas, *inquit*, infidelium postea veniet, & dabunt "
Deo alapas manibus incestis, & impurato ore exspuent venenatos spu- "
tus, Dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum. "

Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat quod verbum "
vel unde venit ut inferis loquatur, & corona spinea coronabitur. "

Ad cibum autem & fel, & ad sitim acetum dederunt, inhospi- "
talitatis hanc monstrabunt mensam. "

Ipsa enim insipiens gens tuum Deum non intellexisti lu- "
dentem mortalium mentibus, sed & spinis coronasti, & horridum fel "
miscuisti. "

Templi vero ** velum scindetur, & medio die nox erit tene- "
brosa nimis in tribus horis. "

Et morte morietur tribus diebus somno suscepto, & tunc ab "
inferis regressus ad lucem lætam veniet primus, resurrectionis princi- "
pio vocatis ostenso. *Ista Lactantius carptim per intervalla disputationis suæ,* "

* Lactant IV. 18. ** id. IV. 19.

2011 Ministerio de Cultura

ſicut ea poſcere videbantur quæ probare intenderat adhibuit teſtimonia Sibyllina, quæ nos, nihil interponentes, ſed in unam ſeriem connexa ponentes, ſolis capitibus, (h.e. ut primum verbum ſingulorum locorum majusculis literis ſcriberetur, vel ſinguli loci à Lactantio citato novum veluti caput ſive novam ut vulgo loquimur lineam inchoarent, quemadmodum hîc lector factum videt) *ſi tamen ſcriptores de inceps ea ſervare non negligant* (imo vero neglexerunt etiam editores & interpretes, Vives ac Coquæus, ne ipſis quidem Benedictinis exceptis) *diſtinguenda curavimus.*

XIX. Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro ait melius fuiſſe pauca Sibyllina de multis ſecernere, collecta ex Patribus, notisque vel paraphraſi illuſtrata, quam totam farraginem qualis exſtat in lucem dare: confiditque operam iſtam ſuſceptum iri ab aliquo docto & Catholico viro, uſui futuram in ſcholis ad puerorum ingenia per ſolidam doctrinam excitanda ad Chriſtianam fidem fovendam, & optimis moribus in rem conferendam. Utrum quisquam id conſilium hactenus ſecutus ſit me latet, etſi ſcio ipſum (nec male ut arbitror) improbari à Blondello Lib. I. cap. 29.

XX. Præter libros octo Sibyllinorum Græce exſtantium, de quibus hactenus egi, habentur & alia Latine, quæ commentis recentiorum, quam Græca illa, temporum adſcribenda eſſe non dubito.

Hæc ſunt (1) *Hexaſticha* carmina de Chriſto *duodena*, verſu Hexametro, quorum ſingula ſingulis tribuuntur Sibyllis: Perſicæ, Libycæ, Delphicæ, Cimmeriæ, Samiæ, Cumanæ, Helleſpontiacæ, Phrygiæ, Europææ, Tiburtinæ, Agrippinæ, Erythrææ. Edidit hæc ex veteri codice Opſopœus pag. 458. ſeq. & ſparſim in diſſertationibus de Sibyllis Gallæus.

(2.) *Narratio* proſâ ſcripta, quam ex codice Johannis Nicotii Opſopœus edidit pag. 515. ſeq. Gallæus ſuæ oraculorum Sibyllinorum editioni præfixit, editores Operum Bedæ Venerabilis minus emendate deſcriptam rejecerunt ad calcem Tomi ſecundi. In hac cum de decem Sibyllis quædam auctor præmiſiſſet, narrat Tiburtinam Sibyllam innumeras orbis terrarum regiones vaticiniis ſuis impleviſſe, & famam ejus attigiſſe etiam Romanos, qui miſſis ad eam legatis magno cum honore in urbem deduci curaverint. Hinc centum Senatores in una nocte per ſomnum videre ſibi videntur novem ſoles, quos Sibylla de totidem generationibus ſive generibus hominum ſeſe inſecuturis interpretata quales ſingulæ futuræ ſint exponit. De *quarta* ſic ſcribit: *Quartus autem ſol quarta generatio eſt, in qua erunt homines quod verum eſt abnegantes. Et*

in

2011 Ministerio de Cultura

in diebus illis exsurget mulier à meridiano de stirpe Hebræorum nomine M. habens sponsum I. & procreabitur ex ea, sine commixtione viri, de Spiritu sancto nomine JEsus, & ipsa erit virgo ante partum & virgo post partum. Plura ibidem subjicit de Christo, & in *quinta* generatione de Apostolis ituris in omnem mundum & per LXXII. linguas subjecturos sibi omnes nationes. Quo in loco secutus est auctor veterem sententiam de 72. linguis totidemque gentibus orbis terrarum, de qua vide Bocharti Phaleg. Lib. I. c. 15. Petavium ad Epiphan. pag. 6. & Buxtorfii dissertatt. Philologico Theologicas pag. 83. præ cæteris Ludolfum commentar ad Hist. Æthiop. pag. 210. sequ. Cæterum cum vix tribus verbis perstrinxisset pseudoSibylla hæc octo priores generationes, de *nona* agit prolixissime, & Imperatores plerosque ut Constantinum, Carolum & alios primis designans literis, ultimum H. nomine ait fore Regem Romanorum & Græcorum, & regnaturum annos CXXII. Sub hoc aureum sæculum pollicetur, omnes paganos ad Christum revocandos, & post illorum CXXII. annorum spatium Judæos convertendos ad Dominum, venturum tunc quoque Antichristum de tribu Dan (Hæc quoq; multorum veterum fuit opinio, Irenæi, Hippolyti, Ambrosii, Augustini, Prosperi, Theodoriti, Gregorii M. & aliorum) cujus Magicis artificiis multi deludendi sint, & gentes ab Aquilone spurcissimas, quas Alexander Rex incluserit, Gog videlicet & Magog. *Cum autem audientur hæc, Rex Romam convocato exercitu debellabit eos atque prosternet usque ad internecionem. Et postea Rex veniet Hierusalem & ibi deposito capitis diademate & omni habitu regali regnum Christianorum Deo Patri relinquet & filio ejus JEsu Christo. Et cum cessaverit imperium Romanum, tunc revelabitur manifeste AntiChristus, & sedebit in domo Domini in Hierusalem. Regnante autem eo egredientur duo clarissimi viri Helias & Henoch* (confer de hac sententia, quam constanti traditione in Ecclesia celebratam nimis liberaliter Arethas affirmat, interpretes ad Apoc. XI. 3. Pseudev. Nicodemi p. 291. Hippolytum de AntiChristo pag. 27. Damascenum Lib. IV. O. F. c. 28.) *ad annunciandum adventum Domini & Antichristus occidet eos, & post dies tres à Domino resuscitabuntur.* Denique cum dies persecutionis AntiChristi electorum gratia à Divino abbreviandos, & AntiChristum à Michaële Archangelo in monte Oliveti occidendum dixisset, hæc somnia concludit celebri illa Acrostichide, non alia usus versione quam allatâ ab Augustino, Lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 23. Mentio hujus narrationis etiam apud Martinum Polonum Lib. II. Chronici pag. 102. edit. Suffridi Petri. Ejusdem generis est Prophetia Sibyllæ memorata in Chronico S. Benigni Divionensis ad A. C. 561. apud Dacherium T. 1. spicileg.

2011 Ministerio de Cultura

pag. 367. *Venit Bruna de partibus Hiſpaniæ, ante cujus conſpectum gentes peribunt. Hæc vero equitum calcibus disrumpetur.*

(3). *Vaticinium* Sibyllæ, *de ſeptem ſtatibus Eccleſiæ*, quod protulit Johannes Chemenſis Epiſcopus in libro qui inſcribitur *onus Eccleſiæ*, & ſæpius ſine nomine Auctoris lucem adſpexit, cap. 65. ex eo Joh. Wolfius Centur. 3. Memorabilium pag. 54. ſeq. & Daniel Claſen libro III. de oraculis p. 577. ſeqv.

XXI. Atque hæc de Sibylla atque Sibyllinis ſatis, vel etiam plus ſatis. Operæ pretium tamen exiſtimavi argumentum quot tot ſcriptores, multa perperam vel non plene tradentes occupaſſet, paulo accuratius & diſtinctius perſequi in uſum ſtudioſorum. Nunc ad alios ſcriptores qui ante Homerum fuiſſe feruntur cum bona ut ſpero lectoris venia me confero, modo notaverim quod imago *lyræ triquetræ* quod genus à Sibylla primum repertum Svidas tradidit, exſtat apud Sponium pag. 21. Miſcellan. & Clariſſimum Perizonium ad Æliani Variarum Lib. III. cap. 32. p. 260.

XXII. Optandum erat *Claudii Salmaſii* opus de Sibyllis, quod vir magnus promittit pag. 78. ad Solin. lucem vidiſſe: Cæterum alii recentiores qui ſingularibus ſcriptis editis de Sibyllis earumque oraculis agendum in ſe pridem ſuſceperunt, hi fere ſunt: *Johannes Aitzma* in ſpeculo Sibyllarum, ſive tractatu de Sibyllis Belgice edito, *David Blondellus* libris de Sibyllis qui Gallice prodierunt Pariſ. 1649. 4to. Anonymus (*Rob. Boyle* ut fert fama) in disquiſitione de Sibyllis & Sibyllinis ſcriptis, contra objecta Opſopœi, Caſauboni, Blondelli & aliorum. Anglicè Lond. 1662. 8vo. *Joh. Craſſetus* Jeſuita in diſſertatione de oraculis Sibyllinis adverſus Blondellum, Gallice, Pariſ. 1678. 12mo & cum appendice Joh Marckio Viro Cl. oppoſita. ibid 1684. 12mo. *Servatius Gallæus* in diſſertationibus de Sibyllis Amſt. 1688. 4to. *Joh. Marckius* * in diſputationibus de Sibyllinis Carminibus Franeqv. 1682. 8vo. *Onuphrius Panvinius* in libro de Sibyllis & Sibyllinis oraculis, frequenter edito. *Petrus Petitus* libris III. de Sibylla, Lipſ. 1686. 8vo. *Thomas Reineſius* diſquiſitione Critica poſthuma de Sibyllinis Jen. 1679. 4to. Joh. Reiskius ** in exercitationibus de vaticiniis Sibyllinis, pluribus q; quot quot Chriſti natalem præceſſiſſe leguntur, Lipſ. 1688. 8vo. *Eraſmus Schmidius* in Oratio-

* Conſer ejusd. Marckii Exercitationes textuales ad 50. ſelecta S. Scripturæ loca p 475. ſq. & præf. ad Exercitationes juveniles, Groning. 1686. 8.

** Impugnat potiſſimum ſententiam Iſ. Voſſii, de qua ut de aliorum quoque plerorumq; hîc memoratorum dixi ſupra hoc ipſo capite ſuo loco.

2011 Ministerio de Cultura

Orationibus tribus de Sibyllinis Oraculis Witeb. 1618. 8vo. & ad calcem commentariorum in novum fœdus Norimb. 1658. fol. *Edwardus Simſon* in disquiſitione de Sibyllis, ſubjecta parti poſtremæ Chronici Catholici Oxon. 1652. fol. *Iſaacus Voſſius* de Sibyllinis & aliis quæ Chriſti natalem præceſſere oraculis Oxon. 1680. 12mo & poſt ejus varias Obſervationes Lond. 1685. 4to. *Tobias* denique *Wagnerus* inquiſitione in Oracula Sibyllina de Chriſto, Tubing. 1664. 4to.

Infiniti præterea ſunt, qui licet non ſingularibus libris, tamen fuſe ſatis hoc argumentum in ſcriptis ſuis attigere, ut Joach. Camerarius, Joh. Jacobus Boiſſardus, Julius Cæſar Bulengerus & Caſpar Peucerus libris de divinatione: Auctor hiſtoriæ Deorum fatidicorum, vatum, Sibyllarum & Phœbadum apud priſcos illuſtrium Francof. 1680. 4to. P. Molinæus libro quem Vatem inſcripſit, Antonius Vandalen, Daniel Claſen & Georgius Mœbius libris de Oraculis: Samuel Mareſius in Sylloge diſpp. parte 2. p. 489. ſeqv. Baronius in apparatu ad Annales & adverſus eundem Is. Caſaubonus, Rich. Montacutius & Cauſauboni contra Rosvveidum Hyperaſpiſtes Jacobus Capellus. Gvil. Beveregius in Codice Canonum Vindicato Lib. I. c. 14. Joh. Henr. Urſinus libro de Moſis antiquitate p. 225. ſq. & Chriſtoph. Arnoldus in ſpicilegio p. 70. Lilius Gyraldus dialogo 2. de Poëtis, Guil. Caveus, Elias du Pin & alii pleriq; qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis egerunt, Rich. Simon contra Is. Voſſium, Thomas Hyde de Veteri Relig. Perſarum, &c. Prætereo Sibyllinorum editores ſupra cap. XXXI. num. 1. à me laudatos quibus adderem hoc loco *Ludovicum de Tovar* Palentinum Hiſpanum, Ordinis S. Dominici, cujus commentaria in revelationes Erythrææ Sibyllæ à bello Trojano ad diem judicii futura prædicentes lucem viderunt Senis 1508. 4to. Verum illa non * integros octo Sibyllinorum libros à Betulejo primum A. 1545. editos, ſed tantum exigua quædam Sibyllæ Erythræa fragmenta ex Euſebio, Lactantioque excerpta perſequuntur. Porro Notæ Johannis Savanorolæ in Sibyllina, quas Pariſiis A. 1607. & 1610. editas memorat Bibliotheca Theologica Martini Lipenii *ſ. μαναείτε*, nusquam exſtant, ſed pro Savanorola, Opſopœi nomen ibi reponendum.

* Confer quæ dixi ſupra, num. IV.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXXIV.

Sidonis hymni. 1. *Sisyphi Coi Ilias. Alii hoc nomine.* 2. *Syager, belli Trojani scriptor, in Laërtii codicibus vitiose Sagaris, in scholiis ad Aristophanem Satyrus.* Μετὰ Τ̃τον, *cum hoc.* 3. *De Terpandro, ejus ætate, & poëmatis.* 4. *Terpandri Lyra* ἑπτάφθογγος. 5.

I.

SIDONEM Ponti filiam hymnos inveniſſe affirmat Sanchoniathon ſive Philo Byblius apud Euſebium Lib. II. præparat. Evangel. p. 38. Ἀπὸ δὲ Τ̃ Πόντ̃ γένεται Σιδὼν, ἣ καθ' ὑπερβολὴν εὐφωνίας πρώτη ὕμνον ᾠδῆς εὗρε.

II. SISYPHUS COUS, Teucri ſcriba fuiſſe & Iliadem ante Homerum condidiſſe dicitur. Johannes Malalas T. 1. Chronographiæ p. 167. ταῦτα δὲ Σίσυφος ὁ Κῶος συνεγράψατο ἐν τῷ πολέμῳ ὑπάρχων τοῦ Τεύκρου, ἥντινα συγγραφὴν εὑρηκὼς Ὅμηρος ὁ ποιητὴς τὴν Ἰλιάδα ἐξέθετο, καὶ Βεργίλιος τὰ λοιπὰ ἅπινα καὶ ἐν ταῖς Τ̃ Δίκτυος ἐμφέρεται συγγραφαῖς. Eadem fere ex Chronographo MSto affert Allatius Lib. de Patria Homeri p. 54. Johannes Tzetzes ad Malalam auctorem provocans Chil. V. hiſt. 29.

Σίσυφον Κῶον λέγουσι Τ̃ Τεύκρου γραμματέα
Καὶ τοῦτο Ὁμήρου γράψαι Τ̃τον τὴν Ἰλιάδα
Τεύκρῳ συνεκστρατεύσαντα καὶ καθορῶντα πάντα
Ἀφ' ὧν τοὺς πολλοὺς ὕστερον Ὅμηρον μεταφράσαι.

Laudat hunc Siſyphum plus ſimplici vice idem Malalas p. 142. 152. ut illa ætate libellum de rebus Trojanis ſub Siſyphi nomine exſtitiſſe non ſit dubitandum. Feruntur & alii Siſyphi, ut celebris ille Æoli filius conditor & Rex Ephyræ ſive Corinthi, auctor ludorum Iſthmiorum: & Siſyphus latro atque inſeſſor viarum Corinthi, qui apud inferos ingens cogitur rediturum ſaxum volvere, quamvis hoc priori quidam tribuunt, & ſolenni Mythologorum ac Poëtarum more micantes in tenebris, diverſa inter ſe confundunt. Vide Scaligerum ad Euſeb. p. 38.

III.

2011 Ministerio de Cultura

III. SYAGER ſive * SYAGRUS de quo Ælianus Lib. XIV. Variar. capite 21. ὅτι Σύαγρός τις ἐγένετο ποιητὴς μετ' Ὄρφεα καὶ Μουσαῖον ὃς λέγεται τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον πρῶτος ᾄσαι, μεγίστης δὲ τοῦ θέσεως λαβόμενος καὶ Πτολεμαίους ταύτῃ. Neutiquam tamen videtur Syagri librum ipſum vidiſſe Ælianus, uti nec Euſtathius qui in prolegom. ad Iliadem p. 3. ὅτι δὲ καὶ ἕτεροι, inquit, τοῦ Ὁμήρου ἦσαν ποιηταὶ, ὧν καὶ Μουσαῖος ἀκέσεις νόσων συγγραψάμενος, καὶ ὅτι ὡς καὶ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ μετ' Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον Σύαγρος γέγονε ποιητὴς, ὃς πρῶτος τὸν Τρωϊκὸν ἦσε πόλεμον. Verba μετ' Ὄρφεα καὶ Μουσαῖον Julius Cæſar Scaliger Poëtices Lib. I. p. 10. non cum Vultejo eumque ſecutis omnibus Æliani editoribus reddit *poſt*, ſed *ante Orpheum & Muſæum*: quo nomine reprehenditur ab Allatio de patria Homeri pag. 63. & 76. ſeqv. Sed ita quoque viri quidam docti exponendum rati ſunt locum Actor. cap. V. verſu 37. μετὰ τοῦτον *ante hunc*. Vide Valeſium ad Euſebium pag. 31. etſi locus Clementis Alexandrini quem affert aliter longe accipitur ab Henr. Dodvvello diſſertatt. ad Irenæum p. 36. & ab alio viro docto cujus mentionem facit in addendis ad illum locum. Rectius ni fallor μετὰ τοῦτον vertendum *cum hoc* vel *præter hunc*. Sic Homerus Odyſſ. λ. 468.

Αἴαντός θ' ὃς ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα.

Locus Luciani à Lamberto Boſio in diatribis ad N. T. p. 53. adductus huc non facit, nam ibi μετὰ τούτους vertendum eſt *poſt hos* (à me jam commemoratos duos) ἄκουσον ἤδη τρίτου ἄλλου *audi jam tertium*. At Chryſoſtomus ad Danielem pag. 191. in loco quem Cotelerius difficillimum eſſe queritur in notis pag. 227. μετὰ Αἴγυπτον per metalepſin dixit *poſt populi Judaici ex Ægypto liberationem*. Ut ad Ælianum redeam, verba μετ' Ὄρφεα καὶ Μουσαῖον reddenda puto *cum Orpheo & Muſæo*, ſive *iisdem quibus illi temporibus*. Sic Svidas ait Athenienſem Palæphatum fuiſſe μετὰ Φημονόην h. e. *eadem ætate* quâ Phemonoë: & Dictyn, quem Homero antiquiorem facit ſcripſiſſe τὰ μετ' Ὅμηρον i.e. *eadem cum Homero*, ſive de eodem quod Homerus tractavit argumento. Photius Cod. 262. de Lyſia qui Demoſthene ſine controverſia antiquior, ὁ μετοίκησε Δημοσθένην ὅτε μόνον τ' ἄλλων ῥητό-

* Alios hôc nomine memorat Athenæus Lib. IX. p. 401. Cæterum idem haud dubie eſt Syager qui in Codicibus Laërtii vocatur Σάγαρις & Homeri adhuc vivi ac ſpirantis æmulus fuiſſe traditur Lib. II. in Socratis vita ſect. 46. In Thomæ Magiſtri argumento ranarum Ariſtophanis idem vitioſe vocatur Σάτυρος. Τῷ ὑστὲρ φύσιν Ὁμήρου τις ἀνώνυμος ἤρισε Σάτυρος. Quo in loco ἀνώνυμος eſt ἀκ ὀνομαστὸς, ſcriptor nullius nominis ſive obſcurus.

2011 Ministerio de Cultura

ρων φαίνεται καταρθώσας. Hac ratione nec apud Clementem Alex. Lib. VII. Strom. p. 764. cum Dodvvelli amico pro μεθ' ὃν reponendum μεθ' ᾧ sed etiam illud μεθ' ὃν exponi poterit *cum quo*. Nec jam difficultatis quicquam habebit locus Heſychii Hieroſolymitani in quæſtionibus à Cotelerio editis Tom. 3. monumentor. pag. 7. Καὶ ἕτερος ὁ συνὰ τῷ Ματθαίῳ μὴ τὸν αὐτὸν ἐκ τελωνίου κλῆσιν ἀναγραφείς. *Et alius* (paralyticus) *per Matthæum IX. 2. unâ cum ſua è telonio vocatione IX. 9. deſcriptus.*

IV. TERPANDER ex Methymna vel ex Antiſſa Lesbius, vel ex Arna, Cumâve Boeotus, Thalete Cretenſi de quo mox dicam, antiquior fuit ſi audimus Plutarchum Lib. de Muſica. Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τοῦ τοῖς μουσικοῖς ἐν τῇ Σπάρτῃ Τερπάνδρου καταστήσαντος γενέσθαι, τὴν δευτέραν Θαλήτου τοῦ Γορτύνιος καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος, καὶ Ξενόκριτος ὁ Λοκρὸς καὶ Πολύμνηστος ὁ Κολοφώνιος, καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. Ælianus quoque Lib. XII. Var. cap. 50. Terpandrum Thaleti præponit: μετεπέμψαντό γε μὲν (οἱ Λακεδαιμόνιοι) Τέρπανδρον καὶ Θάλητα καὶ Τυρταῖον καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον καὶ Ἀλκμᾶνα, αὐλῳδὸς γὰρ ἦν. Hieronymo Rhodio viſus eſt Terpander Lycurgi atque adeo Thaletis fuiſſe æqualis, ut teſtatur Athenæus Lib. XV. dipnoſophiſt. p. 635. Lycurgi leges numeris Muſicis adſtrinxiſſe innuit Clemens Alex. Lib. I. Strom. p. 309. ubi & primum poëmatis melodiam applicuiſſe narrat: μέλος τε αὖ πρῶτος ἐπιθεῖναι τοῖς ποιήμασι καὶ τοῦ Λακεδαιμονίους νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος. Hellanico apud eundem Dipnoſophiſtarum ſcriptorem auctore, multis annis Lycurgo atque adeo Thalete fuit junior, nam in Carneorum certamine primus omnium vicit, quod feſtum vigeſima ſexta Olympiade inſtitutum conſtat ex Athenæo, unde hoc repetiit Joſephus Scaliger in Græca quam edidit deſcriptione Olympiadum. Vide de illo feſto ſi placet Meurſium in Græcia feriata p. 178. Mirum vero quod Clemens Alex. 1. Strom. p. 333. ait ab Hellanico Terpandrum referri ad tempora Midæ, qui Olympiades longe ætate antevertit & Homeri æqualis fuit, rogantibusq; affinibus ſuis ab eo mactatus eſt Epitaphio quod refert Plato in Phædro p. 209. Homero tribuit Herodotus in Poëtæ vitâ, & ex recentioribus Scaliger ad Euſeb. pag. 79. etſi Cleobulo ab aliis tributum narrat Laertius Lib. I. ſect. 89. Verum enim vero fuit & alter Midas recentior, cujus mortem ad Olymp. XX. commemorat Euſebius in Chron. Idem Euſebius Terpandrum refert ad Olymp. XXXIII. cui conſentaneum eſt, quod Phanias apud Clementem Archilocho & Leſche juniorem facit, etſi Archilocho antiquiorem ſcripſerat Glaucus Italus apud Plutarchum. Jovem celebrare cœpit Terpander his verbis

2011 Ministerio de Cultura

bis, quæ habes apud eundem Clementem Lib. VI. pag. 658. ζεῦ πάντων ἀρχά, πάντων ἡγήτωρ. ζεῦ σοι πέμπω τούτων ὕμνων ἀρχάν. Elegorum inventorem Terpandrum, nescio quibus auctoribus (Plutarcho forte) tradunt Gyraldus, & in institutionibus Poëticis Vossius. Seditionis à Terpandro Musices ope sedatæ meminit præter Diodorum Sic. & Plutarchum de Musica & Lib. de sera numinis vindicta, Heraclides de Politiis, Λέσβιον ᾠδὸν commemorans, Aristides in orat. de concordia ad Rhodios & Platonica 2. pag. 305. 311. Zenobius, Svidas, Diogenianus & Apostolius in μὴ Λέσβιον ᾠδόν, laudantes Cratinum in Chirone, Hesychius in Λέσβιος ᾠδός. Tzetzes Chil. 1. hist. 16. & alii. Νόμος tantum κιθαρῳδικὸς non etiam αὐλητικὸς ei adscribi etiam in Epochis marmoreis Arundelianis observat Palmerius exercitatt. ad scriptores Græcos p. 700. Vide & Plutarchum Lib. de Musica pag. 1132. sq. edit. Paris. ex quo inter alia disces Terpandrum ejusque imitatores ita Musicos suos modos instituisse, ut primum hymno quodam venerarentur Deos, deinde statim ad Homeri, Orphei vel aliorum Poëtarum carmina decantanda transirent.

V. Lyram septem chordis à Terpandro primum instructam multi memorant, Boëthius Lib. I. de Musica cap. 20. *Septimus nervus à Terpandro Lesbio adjunctus est secundum septem scilicet planetarum similitudinem.* Rectius fortasse *septimum tonum* dixisset. Nam τριχόρδῳ etiamnum λύρᾳ sed ἑπταφθόγγῳ usum testatur Plutarchus. Nihilominus Svidas quoque, cum narrasset eum secundum quosdam ab Hesiodo genus duxisse, secundum alios ab Homero, vocat eum λυρικὸν, ὃς πρῶτος ἑπτάχορδον ἐποίησε τὴν λύραν, καὶ νόμους λυρικούς (hymnos ad Lyram canendos) πρῶτος ἔγραψεν, εἰ καί τινες Φιλάμμωνα φασὶ γεγραφέναι. Terpandri ipsius testimonium exstat apud Euclidem sive Cleonidem introduct. Harmonica pag. 19. & Strabonem Lib. XIII. p. 618.

Ἡμεῖς τοι πατράγρυν ὑποστέρξαντες ἀοιδὴν
Ἑπτάτονῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους.

Sed non omittendus locus Nicomachi Gerasseni, qui librum secundum Enchiridii Harmonici ita incipit: τὴν λύραν τὴν ἐκ χελώνης * φασὶ τὸν Ἑρμῆν εὑρηκέναι καὶ καταστήσαντα ἑπτάχορδον ὑπαδεδωκέναι τῇ μαθήσει τῷ Ὀρφεῖ. Ὀρφεὺς δὲ ἐδίδαξε Θάμυριν καὶ Λῖνον. Λίνου Ἡρακλέα ὑφ' ὃν καὶ αἱρεθῆναι. Ἐδίδαξε δὲ καὶ Ἀμφίωνα τὸν Θηβαῖον ὃς δὴ τὰ ἑπτὰ χορδῶν ἑπτάπυλον τὰς Θήβας ᾠκοδόμησεν, αἱρεθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Θρᾳκικῶν γυναικῶν τὴν

* Vide Figuram ejus in Novellis Reip. literar. A. 1703. Septemb. p. 258.

2011 Ministerio de Cultura

τὴν λύραν αὐτῷ ϐληθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν. Ἐκϐληθῆναι δὲ εἰς Ἄνθισσαν πόλιν τῆς Λέσϐου. Εὑρόντας δὲ ἁλιέας ἐνεγκεῖν τὴν λύραν πρὸς Τέρπανδρον, τὸν δὲ νομίσαι εἰς Αἴγυπτον, εὑρόντα δὲ αὐτὸν ἐκπονήσαντα ἐπιδεῖξαι τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ἱερεῦσιν, ὡς αὐτὸν πρωτεύοντι μεγαλομόν. Adde si lubet quæ de Hermete atque Orpheo supra diximus. XII. 11. XX. 2.

CAPUT XXXV.

De Thaletis Cretensis ætate. 1. Scriptis, & Musica peritia. 2. Obiter de Thalete Milesio & inventis ac scriptis ei tributis. 3. Euphorbus Phryx Geometra, ibid. Thamyris cum Musis contendens & ideo excæcatus. 4. Scripta ad eum relata, & inventa. 5. Alii hoc nomine. 6. Themis. 7. Thymœtes. 8.

I.

DE THALETE CRETENSI ita Svidas: Θαλήτας Κρὴς Ἐλύριος (*ex Elyro Cretæ urbe*, pro quo male in vulgatis ἢ Ἰλλύριος ut monuit Meursius in Creta Lib. I. cap. 9. & Lib. IV. cap. 12.) λυρικὸς, γεγονὼς πρὸ Ὁμήρου. Idem Thaletam Cnossium commemorat, quem vocat Rhapsodum, & poëmata quædam mythica scripsisse affirmat, sed non diversus forte fuit Cnossius iste ab Elyrio uti nec à Gortynio Thaleta, cujus in libris de Musica meminere Plutarchus & Boëthius, & ex Polymnasto Colophonio Pausanias. Nam in hoc quidem convenisse videtur antiquis, quod Cretensis fuerit iste Thales sive Thaletas, alii vero patriam existimabant Elyron, Cnosson alii, alii Gortynam tres Cretæ civitates. Fallitur autem in eo Svidas, quod Thaletem istum Homero antiquiorem facit. Nam antiquus sane fuit, sed æqualis Lycurgi Spartanorum legislatoris, qui Homero junior, utpote cujus poëmata à Creophyli hæredibus redemit, collegit primus, ac Græcis commendavit teste Plutarcho in ejus vita, confer Ælianum Lib. XIII. Var. c. 14. Quin trecentis post Trojam captam annis, vel etiam serius, circa initium Olympiadum floruit, cum Homerus ex plurimorum testimonio vix centum & sexaginta annis à Trojano excidio abfuisse dicatur. Homeri & Hesiodi æqualem facit Laërtius tertium quem Lib. I. commemorat Thalem sive Thaletem, qui ipsi est ἀρχαιότατος, καὶ Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον καὶ Λυκοῦργον, sed illis verbis apparet, eum non minus quam Ciceronem sub initium Libri V. Tusculanarum loqui παχυλῶς, ut unius sæculi vel majorem etiam temporis

2011 Ministerio de Cultura

ris non attenderit differentiam. Quanquam Strabo quoque Lib. X. p. 482, scribit Lycurgum cum Homero in Insula Chio versante esse collocutum. Verum decepit forte Strabonem quod legerat Lycurgum ἐντυχόντα Ὁμήρῳ hoc est *Homeri scriptis*, quæ in Chio insula Creophyli heredes asservabant. Strabonem alii deinde sunt insecuti.

II. Cæterum isti antiquo Thaleti μέλη tribuit Svidas, & Plutarchus in Lycurgi vita non longe post initium eum vocat ποιητὴν λυρικῶν μελῶν, sed quibus Lycurgus feliciter uti potuerit ad animos Lacedæmoniorum componendos, & ῥήτρας legesque suas illis persuadendas. Ἔνια ἦ τῶν νομιζομένων ἐν Κρήτῃ σοφῶν καὶ πολιτικῶν χάριτι καὶ Φιλίᾳ πείσας ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην Θαλήταν ποιητὴν μὲν δοκοῦντα λυρικῶν μελῶν καὶ πρόχημα τὴν τέχνην τούτων πεποιημένον, ἔργῳ ἦ ἅπερ οἱ κρίσεις τῶν νομοθετῶν ἀπεργαζόμενον. Λόγοι γάρ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ πρὸς εὐπείθειαν καὶ ὁμόνοιαν ἀναληπτικοὶ διὰ μελῶν ἅμα καὶ ῥυθμῶν πολύτε κόσμιον ἐχόντων καὶ καταστατικόν, ὧν ἀκροώμενοι καταπραΰνοντο λεληθότως τὰ ἤθη, καὶ συνῳκειοῦντο τῷ ζήλῳ τῶν καλῶν ἐκ τῆς ἐπιχωριαζούσης τότε πρὸς ἀλλήλους κακοθυμίας, ὥστε πρόπον τινὰ τῷ Λυκούργῳ προοδοποιεῖν τὴν παίδευσιν αὐτῶν ἐκεῖνον. Ephorus de Rep. Cretensium apud Strabonem Lib. X. p. 480. ὡς δ' αὕτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι καὶ τὰς ᾠδὰς συντονοτάτοις οὖσιν, ὃς Θάλητα ἀνευρεῖν, ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων. Plura ibi memorat de Spartanorum institutis à Cretensibus acceptis, qua de re vide etiam Nic. Cragium Lib. III. de Rep. Lacedæmoniorum cap. I. Meursii Miscellanea Laconica Lib. II. cap. 5. & Cretæ Lib. III. cap. 8. Idem Strabo p. 482. testatur Lycurgum in Creta πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ. Aristoteli quoque Lib. II. Politicorum c. 10. inter Nomothetas celebres post Onomacritum memoratur Thales, cujus auditor Lycurgus fuerit. Legem quandam hujus Thaletis videtur memorare Sextus Empiricus Lib. contra Rhetoras p. 68. ὁ μὲν Κρητικὸς νομοθέτης εἶρξεν ἐπιβαίνειν τῆς νήσου τοὺς ἐν λόγοις ἀλαζονευομένους. ὁ ἦ Σπαρτιάτης Λυκοῦργος ὡς ἂν ζηλωτὴς Θάλητος ὁ κρητὸς γενόμενος τὸν αὐτὸν τοῖς Σπαρτιάταις νόμον εἰσηγήσατο. Sed possit & de alio legislatore locus iste accipi cujus legum notitia per Thaletam ad Lycurgum pervenerit. Notandum etiam νόμους Musicos forte intellexisse sive certas modulationes Musicas hymnosve, non Leges civiles, qui de Thalete primum quædam prodiderunt. Quanquam apud antiquissimas gentes, antequam literarum usus obtinuisset, leges ad numeros decantari solitas, ut eo melius memoriæ traderentur, constat ex Aristotelis probl. XIX. 28. Musicâ arte pueros Lacedæmone instituisse Thaletam,

2011 Ministerio de Cultura

letam, auctor est Boëthius Lib. I. de Musica p. 1372. *Plato arbitratur Musicam optime moratam prudenterque conjunctam, ita ut sit modesta & simplex & mascula nec effœminata nec fera nec varia. Quod Lacedæmonii maxima ope servavere, dum apud eos Thaletas Cretensic Gortynius magno pretio accitus pueros disciplinâ Musicæ artis imbueret.* Marcianus Capella Lib. IX. p. 178. *Thaletem Cretensem citharæ suavitate compertum morbos ac pestilentiam fugavisse.* Morbum Lacedæmone sedasse refert etiam Pausanias in Atticis pag. 35. sed qua ratione id fecerit, non addit, idem tamen cum Capellâ tradit etiam Plutarchus non longe à fine libri de Musica: Θαλητᾶν δ' τὸν Κρῆτα φασὶ κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίους σχολάζοντα διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε καὶ καταχόντας λοιμὸν τὴν Σπάρτην καθάπερ φησὶ Πρατίνας. Sic Pæanem quendam ad pestilentiam sedandam decantatum memorat Homerus. Confer Eustathium ad Iliad. α. p. 104. Veteres Thaletis pæanas decantare solitum Pythagoram refert Porphyrius in hujus vita p. 21. Tamen dubitatum scribit Plutarchus in eodem de Musica libro p. 1134. utrum pæanes scripserit Thaletas. Καὶ τὸν Θαλήτα δ' οὐ Κρητὸς εἰ παιάνων γεγένηται ποιητής, ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος δ' (Glaucus Italus libro de antiquis Musicis ac Poëtis) μετ' Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτὸν φησὶ τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, σπεύδειν δὲ τὸ μακρότερον ἐκτεῖναι, καὶ Μάρωνα καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιΐαν ἐνθεῖναι. Aliud genus carminis de quo Scholiastes Pindari ad Pythionic. Od. 2. ἔνιοι δέ φασι πρῶτον Κρῆτας τὴν ἔνοπλον ὀρχήσασθαι ὄρχησιν (adde Ez. Spanhem. ad Callimachum p. 22. sq.) ἣν δὲ Πύρριχον Κρῆτα, στῆσαι δὲ Θάλητα πρῶτον τὰ εἰς αὐτὴν παραχρήματα. Plura de his Schol. Homeri Iliad. π. 617. Meursius in Orchestra. Eundem Thaletem innuit Plutarchus, cum in extremo Libri de convenientissima Philosophorum cum Principibus familiaritate scribit eum Lacedæmoniorum seditionem compescuisse ἐπᾴδοντα καὶ παραμυθούμενον.

III. Fuit & alter Thales longe quam Cretensis iste celebrior, sed junior ætate, Solonis nempe æqualis Milesius, gente ut ex Herodoti Lib. I. ab Hygino & Svida notatum est, Phœnicius, quem & ipsum disputationes suas scripto mandasse affirmat Augustinus Lib. VIII. de Civ. Dei. c. 2. innuitque Vitruvius Lib. IX. c. 7. etsi Laërtius in Thaletis vita Lib. I. sect. 23. testatur quosdam statuisse quod nihil omnino scripserit, ut diserte etiam tradit Themistius oratione XXVI. (aliis XV.) p. 317. edit. Harduin. addens Anaximandrum * primum ausum fuisse librum edere quod antea ignominiosum & ab usu alienum habebatur. Θαλῆς μὲν δὴ τοσαῦτα εἰσενεγκάμενος, ὃ κατέθετο ὅμως εἰς συγγραφὴν τὰ εὑρήματα

* Inter Philosophos, puta, ac singillatim Physicos.

2011 Ministerio de Cultura

μαζ ὅτε αὐτὸς ὁ Θαλῆς ὅτε ἄλλος τις εἰς ἐκεῖνον χρόνον. Τοῦτο γνώμων ζηλωτὴς Ἀναξίμανδρος ὁ Πραξιάδου ὁ παῖς ἐζήλωσεν ὅμως, ἀλλὰ τοῦτο εὐθὺς παρήλαξέ τε καὶ ἐξετράπετ, ὅτι ἐθαῤῥησε πρῶτος ὧν ἴσμεν ἑλλήνων λόγον ἐξενεγκεῖν περὶ φύσεως συγγεγραμμένον. Περὶ δὲ εἰς ὄνειδος καθεστήκει τὸ λόγους συγγράφειν, ἀλλ' οὐκ ἐνομίζετο τοῖς πρόσθεν Ἕλλησι. Mox tamen addit Laërtius à quibusdam illi tributa duo ſcripta περὶ τροπῆς de converſione ſolis in tropicis & περὶ ἰσημερίας ſive de æquinoctio. Nauticam vero Aſtrologiam * quæ ſub Thaletis nomine olim ferebatur, *Phocum Samium* auctorem agnoſcere: tum aliquibus interjectis ex Lobonis Argivi teſtimonio refert ſcripta ab eo eſſe ad verſus ducentos τὰ γεγραμμένα ὑπ' αὐτοῦ εἰς ἔπη τείνειν διακόσια. Plutarchus libro quare Pythia deſierit oracula fundere carmine, Thaletem accenſet Orpheo, Heſiodo, Parmenidi, Xenophani, & Empedocli qui philoſophiam ſuam carmine tradiderint. Et Svidas ait eum ſcripſiſſe περὶ μετεώρων ἐν ἔπεσι, περὶ ἰσημερίας καὶ ἄλλα πολλά. Galenus libro de humoribus affert locum ex Thaletis Lib. II. περὶ τῶν ἀρχῶν, proſa conceptum, etſi idem Galenus alibi negat Thaletis de aqua primo principio ſententiam ἐν συγγράμματος αὐτοῦ poſſe oſtendi. confer Menagium ad Laërtium pag. 16. qui pag. 23. neſcio quo auctore ſcribit Hexametri verſus origenem ** Thaleti huic à quibusdam tribui. Falſo ſane, cum Homero ſaltim & Heſiodo fuerit junior. Thaletis Epiſtolam ad Pherecydem quam Laërtius produxit κίβδηλος ſibi ſuſpectam, eſſe teſtatur Huetius p. 77. demonſtrationis Evangelicæ. Idem etiam de altera ad Solonem fortaſſis dicendum, & Joſephus Scaliger Epiſt. 306. ad Everardum Vorſtium omnes illas Epiſtolas quæ Democrito, Soloni, Thaleti & Pittaco Mitylenæo apud Laërtium attribuuntur multis argumentis ait ſe probare poſſe confictas à Græcis, quibus nunquam, ut ait, mentiendi voluntas aut facultas defuit. Verſus Callimachi de inventa à Thalete urſa minore & ſtella polari, quos idem Scaliger ad Manilium p. 40. adduxit, atque Menagius p. 13. ad Laërt. unde petiti ſint negat ſe comperiſſe, exſtant apud Achillem Tatium in Iſagoge ad Aratum p. 123. Negat etiam p. 15. vir doctus ſe meminiſſe quicquam alibi lectum de *Euphorbo* Phryge, quem Laërtius in Thaletis vita ex Callimacho narrat reperiſſe σκαληνὰ καὶ τρίγωνα καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας *rationem ſcalenorum & trigonorum & quæcunque ad Geometricas ſpeculationes ſpectantia habentur.* At legerat haud dubie de Euphorbo Trojano, cujus in ſe animum migraſſe ferebat Pythagoras, & quem à Callimacho innui non eſt dubitandum. Denique Thaletis nomine etiam ſecundum nonnul-

* Simplicius in 1. Phyſ. p. 6.

** Confer quæ ſupra, XXIV. 4.

2011 Ministerio de Cultura

nonnullos venit Zamolxis teſte Porphyrio in Pythagoræ vita p. 186. quo de Zamolxi uti de Lycurgo quoque dixi quædam libro ſecundo, cap. 12. quod eſt de Græcorum legislatoribus.

IV. THAMYRIN Philammonis & Arſinoæ ſive Argiopæ * filium, Thracem, memorat Homerus Iliad. β. v. 595.

\- - - καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,

Ad quem locum Euſtathius hunc vatem ac cantorem cum Muſis contendiſſe ait eâ lege, ut ſi viciſſet, omnium earum poteſtatem haberet, ſi vero eſſet ſuperatus, ab illis quacunque re vellent, privaretur. Victrices itaq; Muſas oculis Thamyrin ſpoliaſſe, & vocem ejus læſiſſe & mente ipſum moviſſe. Alii non cum omnibus ſed cum una Muſarum certaſſe affirmant, propoſito ſi victor abiret præmio nuptiarum. Senſum allegoricum hujus fabulæ quæ apud Diodorum Sic. Lib. III. p. 201. Diogenianum Centur. IV. proverb. 27. Parthenium c. 29. Hyginum Lib. II. c. 6. poëtic. Aſtrolog. Julianum Epiſt. 41. Plutarchum Lib. de Muſica, Oppianum Lib. II. Ixevticorum (in Eutecnii paraphraſi pag. 64.) Lucianum in reviviſcentibus, Apollodorum aliosque occurrit, ita exponit Johannes Tzetzes Chiliad. VII. hiſt. 108. ut notet arrogantem fuiſſe Poëtam, quod verò poëmata ejus perierint, hinc à Muſis excœcatum tradi. Pauſanias in Meſſenicis pag. 363. ex morbo luminibus captum Thamyrin arbitratur.

V. Tzetzæ verba quibus Cosmogeniæ etiam à Thamyri ſcriptæ meminit, hæc ſunt:

— — — — ἦν ποιητὴς γενναῖος
Συγγράψας κοσμογένειαν πενταχιλίοις στίχοις
Ὧν κομπασὴς δ' ἐνόμιζεν ἴσον εἰς νῶν ᾄδειν.
Ἐπεὶ δ' ἐξηφανίσθησαν τὰ τούτῳ γεγραμμένα
Ἔφασαν ὡς ἀντήειζεν ὡς πρὸς ᾠδὴν ταῖς Μούσαις.

Svidas ait Thamyris Theologiam ferri verſibus termille, quæ Theologia ſive Theogonia haud diverſa fuit (ut recte etiam Clariſſimo Bælio animadverſum) à κοσμογενείᾳ illa Tzetze memoratâ, ſed verſuum numerus apud alterutrum vel utrumque falſus, neuter enim opus ipſum Thamyræ inſpexit. Ejus hymnos laudat cumque Orphicis jungit Plato lib. octavo de legibus, & Pauſanias in Phocicis pag. 812. teſtatur eum hymno in Apollinem decantato in certamine Pythio viciſſe. Meminit & Plato in Jone non longè à principio: δεσπότατ' εἶδες ἄνδρα ὅστις πε-
εἰ μὴ

*Schol. Homeri Iliad. κ'. 435. Eratus Muſæ filium vocat, ſed ad Il. Ϛ' Catal. v. 102. Arſiæ Nymphæ.

2011 Ministerio de Cultura

ἐν μὲν Ὀλύμπου δεινός ὅστις ἐξηγεῖται, ἢ περὶ Θαμύρου, ἢ περὶ Ὀρφέως ἢ περὶ Φημίου ἢ Ἰθακησίου ῥαψῳδοῦ. Et in extremo libri ultimi de Rep. ait animam Orphei in Cygnum, Thamyræ in Philomelam post mortem transmigrasse, alienus utique à sententia Prodici Phocaënsis, qui Thamyrin apud inferos pœnas suæ in Musas jactantiæ & insolentiæ luere scripsit, narrante Pausania in Messenicis p. 363. Plutarchus Lib. de Musica pag. 1132. poëma Thamyræ de Titanum bello adversus Deos commemorat, sed quod nec ipse vidit, πεποιημένον ἦθος, inquit, ἱστορεῖται Τιτάνων πρὸς τοὺς Θεοὺς πόλεμον. Prætereo quod de Thamyræ Musica meminere Strabo Lib. X. p. 471. Philostratus Lib. I. Sophist. pag. 488. & 521. & in Epistolis pag. 887. Dio Chrysostomus diss. 69. pag. 622. & Clemens Alex. 1. Strom. pag. 307. qui auctor est Doricam harmoniam à Thamyri inventam fuisse. Ad cœcitatem ejus alludit præter Propertium Lib. II. Eleg. 18. Ovidius Lib. III. Amor Eleg. 7. ita canens:

Quid miserum Thamyrin picta tabella juvat?

Apollodorus Lib. I. pag. 8. itemque alii Hyacinthum deperisse scribunt, atque adeo πρῶτον ἄρξαι ἐρᾶν ἀῤῥένων qua de re Svidas & ex recentioribus Gyraldus multa afferunt quæ ἄῤῥητα ἀμείνω.

VI. Cum hoc Thamyri à nonnullis confunditur *Amyris* quidam, sive is idem fuit, qui famulum in templo Sybaritico verberibus fatalibus excipiens ansam dedit proverbio Ἄμυρις μάγνητα, de quo vide Andream Schottum ad Adagia Græcorum p. 87. & 200. Fuit & *Thamyris* Theclæ Sanctæ sponsus, de quo in actis ejus mentio occurrit. Etiam celebris Scytharum regina Cyri debellatrix Thamyris à quibusdam appellatur, à Lindenbrogio Tamyris, sed hujus nomen rectius effertur *Tomyris*, ut ostendit Valesius ad Ammianum Marcelinum Lib. XXIII. cap. 6. Sed & Cilix *Tamiras* qui aruspicinam Cyprios docuit, apud Tacitum Lib. II. c. 3. Histor. vocatur *Thamyras*, etsi apud Hesychium ab illo sacerdotes Cyprii vocantur Ταμιείδαι non Θαμυείδαι.

VII. THEMIS una ex Titanidibus, carmen Heroicum prima reperisse quibusdam visa fuit, ut auctor est Clemens Alex. Lib. I. Strom. pag. 309. Antiquissimum etiam ferunt fuisse Themidis fatiloquæ oraculum Deucalioni & Pyrrhæ præcipientis ut lapidibus jactis in orbem mortalibus vacuum, genus humanum restauraret, ut præter alios refert Arnobius Lib. V. & Lutatius ad Statii 3. Thebaidos. Sed de Themide ejusque oraculo, cujus crebra apud veteres mentio, agunt Boissardus de divinationibus pag. 97. & Bulengerus Lib. I. de oraculis ac vatibus cap. 2. Vide præterea Stephanum Pighium in li-

2011 Ministerio de Cultura

bro *Themis Dea*, T. IX. Antiqv. Græcar. Jacobum Perizonium dissertatione tertia Triadis p. 249. seq. & Franciscum Bianchinum in Historia universali ex monumentis antiquis illustrata cap. 4. ubi jus naturale sub Themidis nomine à veteribus commendatum ex Festo & aliis docet. Confer Diodorum Siculum Lib. V. p. 335. Theages apud Stobæum: Θέμισγε ὧν φημίζεται ϖρὸς τοῖς ὠρανίοις θεοῖς, δίκα ϑ' ϖρὸς τοῖς χθονίοις, νόμ@. ϑ' ϖρὸς τοῖς ἀνθρώποις. Idem tradit Jamblichus in vita Pythagoræ p. 55. & apud Clementem 6. Stromatum p. 613. δίκα ὁσία ἀγνὰ, εὐνομίας ἀκόλθ@ ϑ@ καὶ πινυτὰς Θέμιδ@. Sacra etiam Themidis olim celebrata fuere, quorum cerimonias quasdam symbolaque prodit idem Clemens in protreptico p. 14. Cæterum apud Johannem Malalam 1. Chron. pag. 181. & priscum Scholiastem laudatum Bulengero Lib. I. de Theatro c. 2. â quo Themis prima τραγικὰς μελῳδίας inveniisse & dramata edidisse traditur, pro Θέμις sive Θεόμις legendus Θέσπις, ex certissima conjectura Clarissimi Bentleji Epist. ad Millium pag. 46.

VIII. De THYMOETE Laomedontis nepote non præterundum Diodori Siculi testimonium quod exstat libro III. p. 201. Πρὸς ϑ' τούτοις Θυμοίτιδ@ τὸν Θυμοίτ@ ἔ Λαομέδοντ@ κζ' τῇ ἡλικίαν γεγονότα ἔ Ὀρφέως, ϖλανηθῆναι κζ' ϖολλὰς τόπ@ς τῆς οἰκουμένης καὶ ϖερβαλεῖν τῆς Λιβύης εἰς τὴν ϖρὸς ἑσπέραν χώραν τῆς οἰκουμένης ἕως ὠκεανοῦ. Ἰεάσασθαι ϑ' καὶ τὴν νῆσον ἐν ᾗ μυθολογοῦσιν ἐγχώριοι δρυάδες τραφῆναι τὸν Διόνυσον καὶ τὰς κζ' μέρ@ ἔ Θεοῦ τούτ@ πράξεις μαθόντα ϖρὸς τ' Νυσαίων, συντάξασθ τὴν Φρυγίαν ὀνομαζομένην ϖοίησιν, δρυϊκῶς τῇτε διαλέκτῳ ἔ τοῖς ᾠδάσμασι χρησάμενον. Eadem de Thymoete scribit sed præterito Diodori nomine Gyraldus dialogo de Poëtis secundo, neque alium quam Gyraldum auctorem laudat Laurentius Crassus, Baro de Pianura, in opere de Poëtis Græcis pag. 515.

CAPUT XXXVI.

Zoroaster unus an plures. 1. *Cum Adamo, Noacho aliisq; temere confunditur.* 2. *Ejus nominis notatio.* 3. *Ætas.* 4. *Scripta ejus Astrologica.* 5. *Physica, ubi etiam de Oraculis, quæ diversa fuerunt ab Apocalypsi.* 6. *Platonicorum junio-rum in Oracula commentarii deperditi.* 7. *Gemisti Plethonis* συγκεφαλαίωσις *dogmatum Zoroastris & Platonic. ibid. Editiones & versiones Oraculorum Zoroastreorum quæ exstant, cum scholiis Plethonis & Pselli.* 8. *De Patricii collectione observationes quædam.* 9. *Utrum è Chaldaico vel Persico translata fuerint, & de oraculis Zoroastris quæ Chaldaice scripta habere se olim testatus est Johannes Picus.* 10. *Oraculorum ut videtur Metaphrastes, Julianus Theur-*

2011 Ministerio de Cultura

Theurgus, de quo pluscula, & num artibus ipsius Magicis potius, quam precibus legionis fulminatricis exoptatum imbrem debuerit exercitus M. Antonini. 11. *Libri Zoroastris de arte Magica.* 12. *Chemica scripta Zoroastri tributa.* 13. *Opus Theologicum de sacris dogmatis & religione Persarum. Liber ZEND VA ESTA ejusq; compendium ab Hydeo Latine vulgatum quod inscribitur SADDER.* 14.

I.

SUpereſt poſtremus ante Homerum dicendus ZOROASTER, de quo tam multa & pugnantia inter ſe traduntur, ut illa dijudicare atque revocare ad examen res majoris ſit operæ quam pretii. Neque enim in illis tenebris antiquitatis plane certi quicquam ex tam diverſis inter ſeque confuſis exſculpere fas eſt. Unus Zoraſter fuerit, an poſtea & alius, non ſatis conſtare ſcripſit Plinius Lib. XXX. cap. 1. Unum fuiſſe ſenſit Goropius Becanus & nuper Thomas Hyde, ſed Scaliger & Bochartus duos, Claudius Salmaſius & P. Lambecius Arnobium ſecuti tres, Franciſcus Patricius, Athanaſius Kircherus, Valeſius ad Ammian. Lib. XXIII. pag. 374. multique alii quatuor, Thomas denique, Stanleius quinque: 1. Aſſyrium, 2. Bactrianum, Nini æqvalem & ab eo vel à Semiramide victum: 3. Perſam ſive Perſomedem, 4. Pamphylium, & 5. Proconneſium, Arnobio Lib. I. & Plinio memoratum, quibus ait ſextum addi poſſe Babylonium omnis divini arcanum Antiſtitem, quo Magiſtro uſum Pythagoram narrat Apulejus in floridis. Sex quoque Zoroaſtres numerat Delrio in diſquiſitt. Mag. explosus à Joh. Henrico Urſino in Exercitationibus de Zoroaſtre Hermete & Sanchoniatone editis Norimbergæ 1661. 8vo.

II. Philippo Cluvero Zoroaſter eſt Adamus, Pſeudo Beroſo & Joh. Caſſiano, Petro Comeſtori, Athanaſio Kirchero & pluribus recentioribus, Chamus Noæ filius, Gregorii Turonenſi Chus, ſcriptori Clementinorum à Cotelerio editorum * Nimrod, auctori Chronici Alex. & Pſeudo Clementi Misraimus: Procopio Gazæo & Epiphanio Nemrodi filius Aſſur, Abrahamus ** aliis, Georgio Hornio Bileamus, Huetio Moyſes, Clementi Alexandrino Ev Pamphylius Platoni memoratus. Bundaro Mahumedano famulus alicujus diſcipulorum Jeremiæ, Abulpharajo ſervus Eliæ, Abunephio ſcriptori Arabi apud Kir-

* Vide & recognitiones Clem. Lib. 1. c. 30.
** Confer Herbeloti Bibl. Or. in vocibus *Abraham, Abeſta, Zoroaſter.*

2011 Ministerio de Cultura

cherum 1. Oedipi Ægypt. pag. 85. 176. Osiris, & ipsi Kirchero p. 216. etiam Mithras: Eduardo Pocockio ad Abulpharajum pag. 147. Hystaspes, Thomæ Hydeo in historia religionis veterum Persarum c. 24. p. 314. fuisse videtur famulus Esdræ Prophetæ, & p. 310. ac 340. idem cum Zoromasdre Chaldæo Svidæ memorato, quibus adde quod multi putant Zoroastrem latere sub Oxyarte Ctesiæ & Diodori Siculi, item sub Zara vel Nazarato Alexandri Polyhistoris, Zabrato Porphyrii, Zarata Plutarchi & Zare, Zarade, Zoroado, vel denique Zasrade & Zarua aliorum. Vide Cotelerium ad Pseudo Clementis recognitiones Lib. IV. cap. 27. Tho Stanleium Histor. Philosophiæ Orientalis Lib. I. cap. 2. Huetii demonstrat. Evangel. pag. 150. sq. & p. 458. sq. quo posteriore loco Zoroastrem confert cum Ezechiele. Petrum Baylium in Lexico Historico Critico editionis secundæ, Bartholomæum Herbelotum denique in Bibliotheca Orientali, qui inter alia refert eum à quibusdam Eliæ & Elisæi, Rechabitarumque discipulum habitum fuisse, ab aliis haud diversum putatum à Smerdi, qui post Cambysen regno Persarum præfuit.

III. Nomen ipsum Zoroastris Pseudo Clementi, Gregorio Turonensi & Abunephio apud Kircherum *vivum sidus* sonat, Dinoni & Hermodoro apud Laërtium ἀστροθύτης, Bocharto Lib. IV. Phaleg. c. 1. ἀστροθάτης שוראסתו, Annio Vitebriensi *magum & veneficum.* Johanni Crojo ad quædam loca Origenis p. 31. *principem secreti* sive *arcani* שר הסתר, Salmasio de Hellenistica p. 368. Henrico Lord in descriptione Religionis veterum Persarum in India c. 3. p. 154. Hottingero Histor. Oriental. p. 364. Texeiræ & aliis *Zanduſt* vel *Zertutscht, amicum ignis:* Kirchero in Obelisco Pamphilio Lib. I. c. 2. §. 1. *Tsainster, fictorem imaginum occulti ignis,* vel *Tsunster, occultarum rerum imaginem.* Thomæ Hydeo pag. 310. *aurum pravum* vel contra *obryzum,* etsi fatetur iste neutram harum expositionum sibi satisfacere.

IV. Similiter de ætate necesse est plurimum abire in diversa, quibus tam varia de Zoroastre vel pluribus hoc nomine in mentem venerunt. Lubet hoc loco illud tantum commemorare, quod Zoroastrem Magiæ inventorem quinque millibus annorum ante bellum Trojanum fuisse falso scripsit Hermippus & Aristoteles apud Plinium, & Hermodorus Platonicus apud Laertium in proœmio. Meminit ejusdem sententiæ quoque Plutarchus de Iside & Osiride pag. 369. neque valde ab ea abhorret, quod apud eundem Plinium Eudoxus Zoroastrem sex millibus annorum ante Platonis mortem floruisse prodidit. Sed juniorem facit Svidas, qui ait fuisse ante bellum Trojanũ annis quingentis, quin longe

2011 Ministerio de Cultura

longe citerior est Xantho Lydio apud Laërtium, qui à Zoroastre ad Xerxis transitum non plures annos quam sexcentos numeravit. Cæterum mihi quidem probabile est, licet plures forte fuerint Zoroastres, tamen scripta & Magiæ in Persida inventionem tribui posse cum aliqua verisimilitudine non nisi uni, Persomedi nempe, qui Darii Hystaspis temporibus claruit, adeoque Homero longe junior fuit. Quis enim non malit credere scriptores nominum similitudine deceptos ad Chaldæum vel Bactrianum res Persici Zoroastris retulisse, quam plures eodem nomine diversis temporibus homines tam similia studia coluisse, tam multa eadem & patrasse & passos esse.

V. Jam quæ scripta ad Zoroastrem veluti auctorem & olim relata sint & hodie referantur videamus. Equidem hîc optem exstare libros περὶ μάγων Hermippi Smyrnæi, qui sub Ptolemæis claruit, & *de tota arte Magica*, ut ait Plinius, *diligentissime scripsit, & vicies centum millia versuum à Zoroastre condita, * indicibus quoq; voluminum ejus positis explanavit.* Sed videtur illud Hermippi opus jam Chrysostomi ætate intercidisse, ut ex hujus sermone in S. Babylam non absurde colligas. Zoroastrem primus Græcis notum fecit Pythagoras teste Clemente, 1. Strom. pag. 304. hinc plures ejus meminere, Plato in Alcibiade, Antisthenes apud Svidam in Ἀνιαθένης, Aristoteles, Hermippus, Hermodorus & Eudoxus apud Plinium ac Laërtium, ut eos, qui post fuêre omittam. Ex recentioribus scripta Zoroastri tributa præ cæteris diligentius retulit Lambecius in prodromo Historiæ literariæ pag. 79. seq. cujus observationibus nonnulla præsenti loco adjungam. Videntur autem universa commode distribui posse in *Astrologica, Physica, Magica & Chemica*, ac deniq; *Politica* & sacra sive *Theologica*. Astronomum & σοφὸν ὡς τὰ ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ Zoroastrem vocat Svidas, Auctor recognitionum Lib. IV. c. 27. *astris multum ac frequenter intentum*. Idem Svidas illi tribuit ἀστροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ *libros quinque* ex quibus depromta esse videntur quæ ex Zoroastre petiit collector Geoponicon non tantum Lib. I. cap. 10. & 12. sed & Lib. II. cap. 13. & Lib. V. cap. 44. Lib. VII. cap. 5. 6. 11. Lib. X. cap. 83. Lib. XI. c. 19. Lib. XIII. cap. 9. & 16. & Lib. XV. cap. 1. & Plinius Lib. XVIII. cap. 24. Neque enim necesse est ut cum Lambecio p. 85. singulare fingamus Zoroastris *opus de re rustica*, cujus nemo veterum meminit, neque Plinius usquam Zoroastrem de agricultura scripsisse dicit,

* Non de solis Oraculis & versibus futurorum prænunciis hoc accipiendum, ut facit Heurnius p. 123. Histor. Philos. Barbar, sed de omnibus scriptis quæ Zoroastris nomine ferebantur.

2011 Ministerio de Cultura

quanquam id affirmat Thomas Hyde pag. 340. Et tametsi libros illos Apotelesmaticos genuinum Zoroastris opus nolim præstare, nihil tamen evincit argumentum Lambecii quo p. 83 & 88. contendit opus illud Zoroastri suppositum fuisse, quod in illis capitibus Geoponicon quæ è Zoroastre petita esse dicuntur, allegatur Democritus & Aristoteles: nam alibi * ostendi titulos capitum in Geoponicis sæpe esse parum accuratos, neque ita intelligendos, ac si toto illo capite deinde scriptoris cujus nomen præfixum est ipsa verba afferrentur, sed potius sententia illius à collectore utcunque expressa & aliorum opinionibus interpolata. In Collectaneis quibusdam Græcis Astrologicis ineditis, quæ in variis Bibliothecis manu exarata occurrunt, inter diversos scriptores ex quibus illa congesta fuere comparet etiam nomen Zoroastris. Vide Labbei Bibl. nov. MSS. p. 122. 168. 278. Olug Beigh in Astrologia Persica inedita apud Thomam Hyde pag. 312. agens de indicatoribus Horoscopi sive signi ascendentis in nativitatibus, Ptolemæo præfert Hermetem, Hermeti Zoroastrem. *Opinione autem Judiciariorum vero propior est indicator Zerdusti Philosophi.* Unde apud Persas opus Astrologicum sub Zoroastris nomine ferri, quo se aliis in hoc doctrinæ genere peritiorem ostenderit, recte ibi vir doctus concludit. Sane Arabicum scriptum hujus argumenti sub Zoroastris nomine memorat Labbeus p. 259. Bibl. nov. MSS. Et libri Zoroastrei celeberrimi, *Zend* Persis dicti, pars undevigesima apud Hydeum p. 340. agit *de Astrologia judiciaria*, uti vigesima *de officio Medici & viribus herbarum.* Confer Henricum Lord de religione veterum Persarum p. 176. Quod si Zomorasdres Svidæ memoratus non diversus est à Zoroastre, ut eidem Hydeo videri diximus, tum Mathematica scripta quæ illi Svidas tribuit accipienda sunt de scriptis Zoroastris Astrologicis, ubi Mathematicos pro Astrologis poni notum est vel ex Codice Justinianeo Lib. IX. tit. 18. Gellio Lib. I. c. 9. Juvenale XIV. 248. quibus addas licet Samuelem Tennulium ad Jamblichi Arithmeticam p. 67. Cæterum Astrologica Persarum doctrina contineri dicitur in libro qui in Bibliothecis quibusdam Galliæ & Italiæ MStus exstat & olim fuit in Palatina, inscribiturque ** βάμβλιον.

VI. Argumenti Physici, hæc ad Zoroastrem referuntur à veteribus: περὶ Φύσεως *de Natura Libri IV.* Suidæ memorati, tum *de lapidibus pretiosis liber* quem præter eundem Svidam qui diserte memorat, videtur respicere Plinius, cum de lapidibus pretiosis agens Zoroastrem aucto-

* In Decade Decadum num 100. & infra ubi de Geoponicis ago libro VI.

** Vide Cangii glossarium Græcum in hâc Voce. Catalogum MSS. Bibl. Palatinæ p. 94.

2011 Ministerio de Cultura

auctorem laudat Lib. XXXVII. cap. 10. Patet vero ex eodem Plinio Perſarum Magos occultis ac mirandis gemmarum effectibus cumprimis multum tribuiſſe, quod ex Zoroaſtris diſciplina hauſere. Neque Magia adeo à Phyſica & Theologia ipſorum diverſa fuiſſe videtur, quæ velut præcipuam partem utique Θεῶν θεραπείαν ut ait Plato, & naturæ intimiorem cognitionem præ ſe ferebat. Nam à Diabolica quidem illa & obſcœna Magia alienum exſtitiſſe Zoroaſtrem, multis argumentis oſtendit Gabriel Naudæus cap. 8. Apologiæ pro viris doctis Magiæ accuſatis. Phyſicis certe ſcriptis annumeremus licet λόγια ſive *Oracula* illa Magica & Chaldaica vulgo dicta, quæ ſub Zoroaſtris feruntur nomine, & olim à Platonicis, Zoroaſtrem tamen raro nominetenus laudantibus, lecta ſunt, & quorum fragmenta nonnulla hodie tenemus, in quibus etiam de lapidibus quædam, ut de Mnezurio. Neque verò dubitandum, aliud longe fuiſſe opus & ab his diverſum Zoroaſtris *Apocalypſes* ** quas pridem jactarunt Adelphius & Aquilinus aliique Gnoſtici, ſive ſingularis cujusdam ac reconditæ ſcientiæ jactatores temerarii. Illas enim impugnavit tota Platonicorum ſchola, Plotinus qui Gnoſticos illos in Libro IX. Enneadis 2. ſeriò confutandos ſibi ſumſit, Amelius & præ cæteris Porphyrius, qui quod confictæ illæ eſſent ſpuriæq;, pluribus eviciſſe ſe teſtatur in vita Plotini cap. 16. Hæc autem oracula fecere ſemper maximi, & tanquam præcipua quædam ac ſapientiæ plena monumenta legerunt, interpretati ſunt & legenda commendarunt, quin etiam ut Pſelli verbis dicam, ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ἐδέξαντο *tanquam totidem divinas voces ſine controverſia receperunt* iidem Plotinus, Porphyrius, Jamblichus, tum hos ſecuti Proclus, Marinus, Damaſcius, Hermias, Simplicius, Olympiodorus, aliique.

VII. Jamblichi prolixos in λόγια commentarios memorat Marinus in vita Procli pag. 61. Opus Porphyrii, quem ſecutus Jamblicus eſt, περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας laudant Euſebius, Auguſtinus, & Julius Firmicus, ut alios jam prætream. Æneas Gazæus p. 56. edit. Barthii: τοῦτό σε καὶ χαλδαῖοι διδάσκουσι καὶ ὁ Πορφύριος, Πυγράφει ἢ καθ' ὅλης τὸ βιβλίον, ὃ εἰς μέσον προάγει τῶν χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γενέναν τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται. Ubi pro καθ' ὅλης non eſt cum Lambecio pag. 112. legendum καθ' ὕλης, etſi Porphyrii libros VI. περὶ ὕλης Svidas memo-

** Haſce cum Oraculis Zoroaſtris perperam confundit Kœnigius in Bibl. itemque alii. Lambecius pag. 89. prodromi Hiſt. literar. Apocalypſes illas veriſimilius easdem putat cum libris Apocryphis Zoroaſtris Perſæ, quos Prodici, Gnoſtici illius Carpocratem ſecuti, diſcipuli poſſidere ſe jactabant ap. Clementem 1. Strom. p. 304.

2011 Ministerio de Cultura

memorat, ſed totus locus ita vertendus præeunte Holſtenio pag. 65. de vita & ſcriptis Porphyrii: *Hoc quidem & Chaldæi te docuerint, & Porphyrius: ille enim integrum librum conſcripſit, quo Chaldæorum oracula producit, quibus materiam genitam eſſe confirmat.* Videtur enim inter ſex illos de materia libros unus fuiſſe, in quibus ſola ex oraculis loca examinabat Porphyrius. De Commentariis Procli in eadem λόγια, quos ex Præceptoris ſui Syriani prælectionibus Jamblicho, Porphyrioque & propria obſervatione hauſit, & in decem libros teſte Svida diſtinxit, agit idem Marinus, cap. 26. eosdemque memorat Proclus ipſe in politiam p. 359. & Simeon Sethi ſive Pſellus in libro de alimentorum facultatibus, ubi de Philomela piſce ei ſermo eſt. Iidem Platonici paſſim in ſuis ſcriptis qua editis qua ineditis ad oracula iſta provocant, iisque vel confirmare illuſtrareque ſua vel de ſuo lucem afferre ſtudent. Hieroclem libro quarto de fato ac providentia conſenſum demonſtraſſe inter oracula, Orpheumque ac Platonem, auctor eſt Photius cod. 214. ad quod argumentum, neſcio an facit *Zoroaſtris & Platonis dogmatum* συγκεφαλαίωσις * *ſive compendium*, quod in Bibl. Auguſtiſſimi Imperatoris & Regis Galliæ Græcè, *Plethone* auctore, MStum exſtare notant Lambecius Lib. VII. pag. 164. ſq. 175. 172. ſeq. & Labbeus pag. 85. Prætereo quæ ex hiſce oraculis affert Syneſius de inſomniis & Nicephorus Gregoras in ſcholiis ad illum librum.

VIII. Proclus teſte Marino ſeptuaginta tetradas oraculorum collegerat & illuſtraverat, hoc eſt verſus Hexametros CCLXXX, ſi ſingulas tetrades ponamus fuiſſe verſuum non plurium quam quatuor. Ex hiſce, ſexaginta verſus, neque integros tamen illos, neque recto fortaſſis ordine deſcriptos habemus cum ſcholiis Græcis *Gemiſti Plethonis* editos primum Græcè à Lodoico Toletano Pariſiis 1538. 4to. præfixo titulo: Μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζ ζωροάστρε Μάγων. Latine vertit oracula pariter & Plethonis ** Scholia *Jacobus Marthanus* Pictavienſis. Exſtat iſta latina Marthani proſaria translatio etiam ad calcem editionis de qua mox dicam Johannis Opſopœi. Græce eadem oracula ſine Scholiis in unico folio edidit *Federicus Morellus*, Pariſ. 1595. 4to. & biennio poſt latinam ſuam metaphraſin verſibus Hexametris, paucis quibusdam notulis & conjectaneis in margine auctam. Ab eo tempore is quem

* Forte nihil aliud continet hæc συγκεφαλαίωσις, quam quæ edita ſunt, in oracula zoroaſtrea, Gemiſti Plethonis ſcholia, de quibus mox.

** Non *Pſelli*, ut legas in Philoſophia Orientali Stanleii p. 132. edit latinæ. *Carolum* quoque *Sammarthanum* (Scævolæ Sammarthani Patruum) Zoroaſtris oracula latine transtuliſſe teſtatur in Scævolæ vitâ Gabriel Michaël Rupimalletus.

2011 Ministerio de Cultura

quem dixi *Opſopæus* ad calcem Sibyllinorum oracula Zoroaſtris cum nova verſione ſua & notis vulgavit non modo additis ſcholiis Plethonis, ſed & *Michaelis Pſelli*, quæ ex Bibl. Regis Galliæ primus Græc. lat. edidit Pariſ. 1589. 8vo. recuſa 1599, & 1607. 8vo. & Servatii Gallæi cura Amſt. 1689. 4to. Porro Pſellus nonnulla aliter legit & alio prorſus ordine ac Pletho, ſequiturq; paſſim Pſellum Nicephorus ad Syneſium. Eadem Zoroaſtris oracula cum Opſopœi & Marthani verſione exhibet *Lambecius* in prodromo Hiſtoriæ literariæ p. 94. ſq. principiumq; & extremam partem ſcholiorum Pſelli pariter ac Plethonis veluti in guſtum lectori Græce ac Latine offert p. 113. ſq. Illam vero Plethonis Pſelliq; collectionem longe vicit *Franciſcus Patricius*, qui non ſolos ſexaginta, ſed trecentos viginti plus minus verſus Oraculorum congeſſit ex Procli Theologia, Commentariis in Parmenidem, Timæum, Remp. & Cratylum: Ex Hermia in Phædrum, ex Olympiodoro in Philebum & in Phædonem, ex Syneſio, ex Simplicio in quartum Phyſicorum, ex Damaſcio & Nicephoro. Cumque ſparſim dimidios ſæpe vel ſingulos verſus apud dictos ſcriptores reperiſſet, pro argumenti affinitate conjunxit, & in undecim ſectiones diviſit, Latine vertit, & præfixa de Zoroaſtre diſſertatione Græce ac Latine edidit in nova de univerſis Philoſophia Ferrar. 1591. fol. & Venet. 1593. fol. Latine ex Patricii verſione recudi in Magia ſua Philoſophica Zoroaſtrem pariter atque Hermetem Triſmegiſtum curavit Illuſtris *Henricus Ranzovius*, Hamb. 1593. 8vo. Leguntur & Græce ac Latine ex Patricii editione apud Lambecium prodromi Hiſt. literar. p. 97. ſeqv. Tum in Hiſtoria Philoſophica *Thomæ Stanleii* tertium nuper Anglice edita Lond. 1701. fol. & in Latina verſione Hiſtoriæ Philoſophiæ Orientalis ejusdem Stanleii, adornata à *Johanne Clerico*, qui notas etiam ſuas Oraculis ſubjunxit, & menda quædam tum in ipſis, tum in Latina verſione ſuſtulit, Amſt. 1690. 8vo. *Otto* quoque *Heurnius* in libro ſecundo Antiquitatum Barbaricæ Philoſophiæ * Oracula à Patricio collecta exhibet, at non ex Patricii ſed ſua verſione, *atque Romana*, ut ait, *lingua donata, & rigidiori limâ expolita, ut clarius ſententiarum lumen fulgeat.* Illa Heurnii interpretatio itidem legitur apud Lambecium p. 107. ſeq. Verum Stanleii judicio, *dum ea nititur ſtylo Heurnius expolire,* ** *& meliori latinitate induere, quæ genuine ac ſincere tradiderat Patricius, inquinavit ac corrupit. Temere præterea continuam orationem ex hiſce fragmentis inter ſe nequaquam connexis & apud varios ſcriptores ſparſis efficere ſtuduit.*

IX. Patricium ipſum reprehendunt viri docti, quod ſcriptores vel plane non vel indiligenter admodum indicaverit, unde Oracula ſingula ſunt ab eo depromta, quanquam in libris ineditis fieri hoc vix ſatis diſtincte potuiſſe fateor, niſi integra auctorum loca tranſcribere voluiſſet: inprimis vero male lectoribus ſuis conſuluit, quod una ſerie deſcripſit quæ divellenda erant, & diverſis in locis aut forte libris ab eo obſervata fuerunt, tum, quod verſus male digeſſit, nec ſatis emendatos vel mutilos, vel allegantium verbis interpolatos, (vide verſ. 155. ſeqv.) aut ad ſententiam ipſorum minus examinatos in collectionem ſuam retulit. Digna autem ſunt præſtantiſſima hæc priſcæ ſapientiæ apoſpaſmatia, quæ poſt Clariſſimorum Virorum conatus etiamnum eruditorum induſtriam & ingenia exerceant, adeo multa adhuc reſtant in illis notanda, quæ ab interpretibus male accepta, & quia argumentum de quo agunt paucis perſpectum eſt, inepta plerisque vel ſenſus expertia videntur. Quosdam verſus

* Prodiit liber iſte Lugd. Bat. 1600. 12mo.

** Sic de fabulis Pilpæi Philoſophi Indi, quas è Perſico Gallice pridem vertit Gaulminus & ante paucos annos neſcio quis elegantiori ſermonis veſte ornatos in lucem emiſit, viri cujusdam eruditi ſententia eſt, *qu' on a gaté, l' ancienne verſion en la mettant en meilleur françois.*

2011 Ministerio de Cultura

bis vel ter posuit Patricius levi mutatione vel memoriæ lapsu deceptus. Conf. ℣. 59. & 66. ℣. 177. & 214.

℣. 148. & 181. ℣. 3. 62. & 85.
℣. 151. seq. & 220. seq. ℣. 44. 179. & 218.

Versus 18. ita est legendus:

Καὶ πηγὴ πηγῶν ἠχὴ πηγῶν πείρας ἀπασῶν

Male enim in editis πείρας omittitur.

Versus 310.

Οὐ γὰρ χρὴ κείνῃς σὲ βλέπειν πρὶν σῶμα τελεσθῆ

Male redditus est sic: *non enim oportet te ab illis cerni*, manifestus enim sensus est: *neque enim fas est te illos cernere (illos à te cerni) priusquam corpus purgatum sit*, ut Plotinus etiam docet libro de pulchro: γενέσθω δὴ πρῶτον θεοειδὴς πᾶς ἠχὴ καλὸς πᾶς, εἰ μέλλοι θεάσασθαι θεόντε ἠχὴ καλόν. Omitto alia ejusmodi plura, alibi & oportuniore loco fortassis notanda. Optimum autem operæ pretium fecerit, qui scriptores ipsos è quibus hausit ista Patricius, ineditos quidem magnam partem at in Bibliothecis variis obvios, (universos enim excepto Proclo in Cratylum Platonis exhibet vel una nostra Bibliotheca Johannea) contulerit, & loca scriptorum non indiligenter inspexerit. Nonnulla oracula Plethonicæ collectionis illustrat *Augustinus Steuchus* Eugubinus in opere de perenni Philosophia & Marsilius Ficinus in libris de animorum immortalitate. *Kircherus* quoque T. 2. Oedipi parte I. p. 131. seq. duas primas sectiones integras & ex reliquis selectos versus sive effata 35. exhibet ex collectione Patricii, versionem ejus hinc inde mutans & suos eis commentarios subjungens, in quibus parum abest quin Zoroastrem contendat fuisse Christianum. Verisimilius est quod Zoroastris doctrinam observat geminam esse Hermeticæ sive Ægyptiacæ veteri, ut ex eodem fonte profecta videatur esse. In quam sententiam addas licet T. 2. part. 2. p. 519. & T. 3. p. 275. ubi exhibet *Ovum Zoroastreum*, Mundi typum continens, cum bonis malisque geniis vim suam exerentibus in hæc inferiora. Est quoque in manibus inedita amici rerum harum periti Paraphrasis, scholia & castigationes in Oracula tam ex plethonis quam Patritii collectione, quæ lectori non inviderem, nisi opportunior occasio expectanda esset qua juvabit integros accedere fontes atque haurire, ex quibus hausit Patricius.

X. De Chaldaico vel Persico ad verbum translata esse quæ supersunt oracula, non crediderim, neque Zoroastrem quicquam carmine scripsisse, sed prosâ merâ audacter affirmat Tho. Hyde p. 340. neque adeo genuinum esse Zoroastris fœtum existimo, at quod de Hermeticis supra ex Jamblicho observavi, indicia & argumenta in illis occurrere Ægyptiacæ veteris Philosophiæ, sic & in his notas ac vestigia latere Philosophiæ priscorum Orientalium non ab re quis sibi persuaserit. Zoroastris oracula Chaldaice scripta se habuisse Ficino retulit Johannes Picus, * *in quibus*, inquit, *& illa quoque, quæ apud Græcos mendosa & mutila circumferuntur, leguntur integra & absoluta, tum est in illa Chaldæorum sapientum brevis quidem & salebrosa sed plena mysteriis interpretatio.* Sed videtur vir summus hæc potius ex conjectura aut vendentis commendatione, quam veluti justus & intelligens arbiter pronunciasse, quia in eadem Epistola addit se demum jam cœpisse se ad Arabicæ & Chaldaicæ linguæ studium conferre. Et *Deus bone*, inquit, *quam Pythagoricæ, quam plena priscorum dogmatum & secretioris disciplinæ invasit statim animam efficax votum, posse hæc per me absque interprete evolvere & perscrutari, atque hoc nunc ago, hoc indefessus assiduusque saxum volvo.* Ergo dum hæc ad Ficinum scripsit, nondum absque interprete evolvere illa potuit

* In Epistola ad Ficinum scriptâ quæ exstat in Operibus Johannis Pici p. 249.

2011 Ministerio de Cultura

potuit. Narrat sane Ficinus post Pici mortem inter ejus scriptorum reliquias repertos esse libros illos Chaldaicos (non commentarios Pici in oracula ut scribit Lambecius p. 91) sed ita detritos lectuque difficiles, ut vix ab ipso Pico legi potuerint, neque hactenus quisquam, qui illa luci publicæ exponeret fuit repertus.

XI. Græcæ collectiones oraculorum Chaldaicorum non unæ fuisse videntur, & forte eadem res à variis varie expressa. *Julianum* autem *Theurgum*, qui sub M. Antonino floruit, & cujus Θεουργικὰ Τελεστικὰ* λόγια δι' ἐπῶν memorat Svidas, solum auctorem & fabricatorem fuisse totius fabulæ, ipsumq; oracula ista primum confinxisse ac commentum esse, quæ habemus, non facile Lambecio accredet, qui sciat λόγια Zoroastris jam laudari à Nicolao Damasceno in Excerptis Peirescianis p. 461. tum qui videat Juliani istius scripta Porphyrio Proclo & aliis Platonicis probe fuisse cognita, oraculis verò de quibus dixi longe majorem auctoritatem apud illos constare. Igitur Julianus iste potius inter Metaphrastas collectores & illustratores illorum nomen aliquod sibi comparasse, quàm tota confinxisse existimetur. Meminit hujus Juliani, sive Patris ejus, Philosophi itidem Chaldæi, inter alios Magos Arnobius Lib. II. p. 31. Sozomenus Lib. I. cap. 18. (Tripart. Lib. II, c. 4.) narrat Julianum Chaldæum βίᾳ λόγου, lapidem manu divisisse. Εἰς τὴν τοῦ Ἰουλιανοῦ τοῦ χαλδαίου φιλοσόφου ἱστορίαν libros quatuor scripserat Porphyrius teste Svida in Πορφύριος. Julianum Theurgum ἐν τοῖς ὑφηγητικοῖς laudat Proclus in Timæum p. 277. Idem alibi: ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ τῶν Θεουργῶν ἀκρότατοι Θεὸν καὶ τοῦτον ὕμνησαν, ὡς Ἰουλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν ζωνῶν. Idem Svidas in Ἰουλιανὸς ait, non deesse qui referant, Exercitu Romano aliquando penuria aquæ laborante, Julianum hunc extemplò imbres largissimos cum tonitru & fulgure de cœlo deduxisse, quod miraculum *Arnuphi* Ægyptio alii tribuunt, tum apud Svidam tum apud Dionem Cassium Lib. LXXI, quem refellit Epitomator ejus Xiphilinus, cum Tertulliano, Apollinari Hierapolitano apud Eusebium, aliisque docens, *legionis* Melitenæ Christianæ precibus quæ inde *fulminatrix* dicta à M. Antonio fuerit, totum illud tribuendum, quemadmodum seriis Eliæ precationibus impetratum imbrem constat ex 3. Reg. XVIII. 45. Jac. V. 18. Addit Xiphilinus Antoninum Magorum opera nunquam usum fuisse, cui nec ipse hoc audet tribuere Claudianus, * ethnicus teste Augustino pervicacissimus, qui miraculum istud probis Imperatoris moribus à Diis concessum potius pronunciat:

- - - - Chaldæa mago seu carmina ritu
Armavere Deos, seu, QUOD REOR, omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.

Memoria rei ipsius adhuc exstat in columna Antoniniana à Baronio primum ad A. C. 176 num. 24. hinc ab Angelo Roccha in descriptione Bibl. Vaticanæ, & elegantissime denique à Joh. Petro Bellorio expressa atque illustrata, in qua videas effusionem Jovis pluvii Romanorum exercitum irrorantis & hostium copias fulmine ferientis: quem iconismum pridem inter res notatu & spectatu dignissimas ex omnibus antiquitatis monumentis Romæ sibi observatum

** Perperam ni fallor Lambecius & alii tanquam tria distincta scripta Juliani memorant Θεουργικὰ, Τελεστικὰ & λόγια.

* Consulat. 6 Honorii v. 347. adde Julium Capitolinum in vita M. Antonini c. 24 Themistium Orat. XV. p. 191. qui id tribuunt precibus Imperatoris. Themistius etiam testatur se vidisse ἐν γραφῇ εἰκόνα τοῦ ἔργου τὸν μὲν αὐτοκράτορα προσευχόμενον ἐν τῇ φάλαγγι, τοὺς στρατιώτας δὲ τὰ κράνη τῷ ὄμβρῳ ὑποτιθέντας καὶ ἐμπιμπλαμένους νάματος ἐκ Θεοῦ δόσεως. Ex quâ descriptione apparet eum minime loqui de columna Antoniniana sed de alia quadam pictura. Perperam quoque idem Themistius Antonino pio adscribit quod alii omnes referunt ad M. Aurel. Antoninum. Mentio etiam hujus rei apud Svidam in χαλάσαι.

2011 Ministerio de Cultura

Peireſcio Scaliger affirmavit, ut refert Gaſſendus in vita Peireskii Lib. I. p. 250. Porro Juliani Theurgi parentem cognominem idem Svidas narrat ſcripſiſſe libros quatuor de dæmonibus, & librum de Κῦφι ** ſive phylacterio teleſiurgico Chaldæorum & Ægyptiorum, confecto è XVI. ſpeciebus, quas enarrat Plutarchus Lib. de Iſide & Oſiride, & comparato ad ſingula membra hominis immunia confervanda.

XII. Verum ut ad Zoroaſtrem redeam, ſub ejus nomine *libros ſuper arte Magica plurimos* olim exſtitiſſe refert auctor recognitionum Clementi tributarum Lib. IV. cap. 27. cui ſuffragatur Hermippus apud Plinium Lib. XXX. cap I.

XIII. *Librum Chemicum* qualis eſt Margarita Philoſophorum ſub Zoroaſtris nomine Arabicé exſtare Romæ, teſtatur Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 259. Occurrit & Zoroaſtris nomen in variis collectionibus Chemicis Græcis ἀνεκδότοις quæ ſervantur in Bibliotheca Auguſtiſſimi Imperatoris & Regis Chriſtianiſſimi.

XIV. Præcipue vero ad Zoroaſtrem velut auctorem jam olim referebantur *libri de ſacris dogmatis & religione Perſarum*, ex quibus Euſebius nonnulla de natura Dei proferens in præparatione Evangelica libro primo extremo, laudat Zoroaſtrem Magum ἐν τῇ ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν, cujus operis mentionem feci ſupra c. IX. num. 15. Quantum autem conjectura aſſequi licet ex libro *Sadder*, quem ante ducentos annos è Zoroaſtris ſcriptis collectum & carmine expreſſum à Perſa quodam veteris linguæ rituumque peritiſſimo, latina proſâ Oxon. 1702. 4to. ad calcem Hiſtoriæ religionis veterum Perſarum vulgavit Thomas Hydeus illa συναγωγὴ quam Græce olim Euſebius legit, aliud argumentum complectebatur quam libri ſacri, quos Perſarum Magi hodieque ſub Zerduſti ſive Zoroaſtris nomine venerantur, & quos pauciſſimi ex illis perſpectos habent, utpote prolixos & lingua incognita veteri, Zundico * charactere ſcriptos, neque temere cuiquam è vulgo prodendos, ita ut plerique ſolo libro recentiore *Sadder* tanquam illorum compendio ſint contenti. Nempe in Opere ſacro Zoroaſtreo quod Perſis *Zend Va Eſta* dicitur, (quaſi igniarium & ignem dicas exponente Hydeo p. 332.) aliis *liber Abrahami* (id. p. 338.) & in 12. tomos diviſum ſcriptos in coriis taurinis, quales ſingulos totidem vituli portare poſſent (p. 313 ſq. & 337. ubi pro 1200. coriis legendum 12. coriis) diſtinctum itidem in partes ſive libros XXI. ſive XXII. (p. 339. ſq.) & in portas ſive ſectiones centum (p. 326.) allatum è paradiſo, & è cœlo per Deum Zoroaſtri miſſus (p. 317. 320. 326.) In hoc, inquam, opere non tam dogmata de Deo & rebus divinis quam leges ae præcepta continentur.

Omnis rei faciendæ & quoque non faciendæ
Explicatio eſt in hoc Centiportali, ô chariſſime,

ut ait auctor libri Sadder in proœmio de libro Veſta va Zend verba faciens. At enim Euſebio lecta συναγωγὴ videtur fuiſſe ἱερὰ συναγωγὴ Περσικῶν δογμάτων de Deo rebusque divinis. Non prætereundum denique quod p. 328. doctiſſimus Hydeus affirmat peculiarem de Zoroaſtre librum Perſico carmine ſcriptum ſe habere, cui titulus *Zerathuſt-nama* auctore *Beratuſt Behram* doctiſſimo Magorum ſacerdote, qui Zoroaſtris hiſtoriam extraxit ex libro proſa exarato charactere & lingua paucis intellecta, in uſum ſacerdotum, de rebus, iniquiſſimis Mundi temporibus geſtis, & de regibus prioribus. Hujus libri argumentum & excerpta quædam apud eundem virum de hiſtoria veteri Orientali meritiſſimum ubi lubebit videre poteris.

** De hôc agit Kircherus T. 2. Oedip. part. 2. p. 539.

* Confer Hydeum p. 337. & 333. ubi refellit Bahlulidis narrationem, qui refert Zoroaſtrem opus ſuum ſacrum compoſuiſſe in ſeptem linguis, Syriaca, Perſica, Armenica, Segiſtanenſi, Marvacenſi, Græca atque Hebraica.

BIBLIO-

2011 Ministerio de Cultura

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER SECUNDUS.

De Scriptoribus ab Homero usque ad Platonem.

CAPUT I.

De Homero, ejusque Vitæ ac laudum Scriptoribus.

Homeri de se nihil commemorantis modestia. 1. *Vita Homeri Herodoto tributa, an genuina ejus sit, disquiritur?* 2. *Plures vitæ Homeri Scriptores deperditi. Epitomator vitæ Herodoto tributæ.* 3. *De vita Homeri duplici quæ extat sub nomine Plutarchi.* 4. *Tres vitæ Homeri ab Allatio editæ.* 5. *Alii Scriptores vitam Poëtæ exponentes.* 6. *Homeri Effigies in numis & monumentis antiquis: Templa, Statuæq; in Homeri honorem. Ejusdem* ἀποθέωσις. *Obiter de Collegio Homerico Tubingensi.* 7. *Patria, Cæcitas, Scindapsus famulus.* 8. *De Homeri genere & ætate. Thema ejus genethliacum.* 9. *Elogia à veteribus & recentibus plena manu in ipsum congesta.* 10.

I.

IPse quidem Homerus tanta fuit modestiâ, ut in laudes aliorum propensissimus, ac veluti Themistio Orat. 21. & Dioni Chrysost. diss. 53. observatum, ne vilissima quidem sine præclaro testimonio solitus transmittere, de se tamen rebusque suis, ne verbulo quidem meminerit. Hinc Lud. Castelvetrius in Commentario ad Aristotelis Poëticam, pag. 129. reprehendit

2011 Ministerio de Cultura

hendit Dantem aliosque Poëtas longè quam Homerus inferiores, qui etiam nominetenus se in Heroico Carmine compellare, laudesque suas celebrare ipsi non dubitarunt. Neque tamen dignissimum laudevatem, atque ut Tzetzes Chil. 10. hist. 319. vocat χρυσόγλωττον Musa mori non vetuit, aut memoriam ejus obliterari permisit; Sed quam latè Græcis gloria fuit literis, per omnia pœnè sæcula admiratores illi innumeros & Encomiastas excitavit, quorum nonnulli etiam vitam ejus singularibus scriptis tradendam in se susceperunt.

II. Ex his notissimus est *Herodotus*, cujus Liber de vita Homeri edi solet unà cum scriptis antiquissimi & suavissimi Historici Herodoti Halicarnassei. Nec Jonicæ dialecti, qua Herodotus usus est, in hoc libello desunt vestigia, & incipit his verbis: Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασεὺς περὶ Ὁμήρου γενέσιος, καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς, τάδε ἱστόρηκε, quæ planè veterem simplicitatem redolent. Alterius tamen Scriptoris videtur viris doctis, Tanaquillo Fabro de poëtis Græcis p. 5. Vossio de hist. Gr. p. 17. & Jonsio de Scriptoribus Hist. Philosoph. p. 334. Observant enim quod nemo ex veteribus illius meminerit, præter Stephanum Byz. in νέον τεῖχος & Svidam in Ὅμηρος, & quod auctor vitæ in extremo libri affirmet, Homerum vixisse circa annum 168. post bellum Trojanum, & ante expeditionum Xerxis 622. * Cum Herodotus in Euterpe sive Lib. II. hist. cap. 53. scribat Homerum ac Hesiodum se antiquiorem esse annis tantum quadringentis, hoc est annis ducentis amplius juniorem, quam auctor vitæ fecerat; Vide & Theodorum Ryckium diss. de Æneæ in Italiam adventu, p. 446. Quamvis vero suspicari possit aliquis, vitam Homeri scriptam ab Herodoto Olophyxio, quem περὶ νυμφῶν καὶ Θεῶν sive ἱερῶν scripsisse iidem Scriptores Stephanus & Svidas in Ὀλόφυξος & Eustathius ad Iliados. ε. p. 452. testantur, tamen fateor, argumenta non sat magni momenti afferri propter quæ vita Homeri certissimè Herodoto Halicarnasseo abjudicanda sit, itaque adhuc censeo ampliandum.

III. Meminit etiam Svidas in ξένη, & Tatianus, cujus non est omittendus locus, Eusebio etiam repetitus Lib. X. præparat. Evangel. cap. 11. quia plures alios vetustissimos scriptores commemorat, qui de Homero egerunt, quanquam horum monumenta non magis tulere ætatem, quam quæ de Homero scripserat Pythagoras quidam & Cynicus Antisthenes, & Artemon Clazomenius, & Democritus Abderita, & Metrodorus

* Scaliger ad Eusebinm p. 102. erratum in numeris esse putat, & pro 622. ψκβ legendum 422. φκβ.

2011 Ministerio de Cultura

trodorus Lampſacenus : *περὶ δὲ τῆς ποιήσεως δ' Ὁμήρου, γλῶς τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, ἀφηρέθησαν οἱ πρεσβύται, Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος ὁ κατὰ Καμβύσου γεγονὼς, Στησιμβρότος τε ὁ Θάσιος καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός * τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλωϊθιος, μετ' ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, Μεταχλείδης ** τε καὶ Χαμαιλέων οἱ ἀρχαιότατοι, ἔπειτα γραμματικοὶ Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος.* Epitomatorem Græcum vitæ Homeri ab Herodoto ſcriptæ allegat Allatius Lib. de Patria Homeri p. 122.

IV. De vita Poëtæ, quæ ſub *Plutarchi* nomine exſtat in Florentina & aliis quibusdam Homeri editionibus, ità habeto. Plutarchum de Homero ſingulari opere egiſſe, certum eſt, cujus librum primum laudat Gellius Lib. IV. c. 11. librum ſecundum idem Lib. II. c. 8. & 9. Nihil autem ex iis, quæ inde profert, in iſta, quam habemus Homeri vita legitur, unde Jonſius p. 237. Plutarcho eam falſo tribui concludit. Recte tamen addit, non eſſe unam, ſed geminam, atque duo diverſa Scripta in unum coaluiſſe, quod & Henrico Stephano pridem obſervatum, qui priorem partem vix duobus vel tribus in octavo foliis conſtantem, quæ agit de Homeri genere, patriaque & Poëſeos ejus explicandæ initium facit, ſub Plutarchi nomine, cui illa pars etiam, ſed pars tantum à Jonſio, Galeo ac plerisque doctis conſtanter tribuitur, Græcè Ao. 1573. 8vo. vulgavit cum Homeri & Heſiodi certamine, in quo & ipſo de vita Homeri agitur, atque aliis quibusdam Scriptis alibi à me *** commemoratis. Deſinit autem Stephani editio in verbis : *καὶ ἐν τοῖς ποιηταῖς μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς πεζῶν λόγων συνθέταις ἰσοφαρίζοντε καὶ θεωρημάτων*, cum forte rectius finem anticipaſſet ante verba, *Ὅμηρον τὸν ποιητὴν χρόνῳ μὲν τῶν πολιόρων δυνάμει δὲ πάντων πρῶτον γνώμονα* &c. Sane ab his nova de genere ætate vita & potiſſimum de dictione, poëſi, ac philoſopia Homeri fuſa aperta & doctiſſima Commentatio incipit. Ab his verbis etiam ſuam Editionem orditur in Opuſculis Mythologicis, Phyſicis & Ethicis, Græcè ac Latinè vulgatis Cantabrig. 1671 & Amſt. 1688. 8vo. Vir Clariſſimus Thomas Galeus. Idem multis argumentis contendit auctorem hujus

* Nulla eſt ratio cur Tatianum dicamus reſpexiſſe non ad librum de vita Homeri ſed ad locum in Euterpe quo obiter de Homero agit, Nam Herodotum commemorat Tatianus cum Theagene & reliquis qui fuſe & ſingularibus etiam ſcriptis egerunt de Homero ejusque Poëſi, genere & ætate.

** Male editur *Μεγαχλείδης ὁ Χαμαιλέων*, ut notatum etiam Meurſio p. 1297. Bibliothecæ Græcæ.

*** Infra cap. 8. num. 2.

2011 Ministerio de Cultura

hujus partis posterioris esse *Dionysium Halicarnassensem*, cui belle congruit, quod pag. 29. auctor τεχνολογίαν suam laudat, quod eodem florido scribendi genere, quo Dionysius, utitur: quod non modo Porphyrius apud Stobæum Eclog. Phys. pag. 141. Longinus pag. 154. edit. Tollii, Heraclitus in allegoriis Homericis passim (vid. notas ad edit. Galei Amstelodamensem pag. 436. 417. 433. 440. 481.) Sed & Plutarcho antiquiores Quintilianus tum alibi tum Lib. X. cap. 1. ubi de Homero agit, & Seneca Epist. 88. produnt illam se legisse. Thomas quidem Gatakerus, p. 95. Adversariorum suspicatus est, Auctorem *Favorinum*, quem περὶ Ὁμηρικῆς Φιλοσοφίας, vel *Apollonium Alexandrinum*, quem περὶ χημάτων Ὁμηρικῶν scripsisse Svidas tradit. Sed quia utrumq; argumentum liber iste persequitur, neutri horum verisimiliter tribui potest. Mirum vero, quod paginæ quædam hujus scripti à verbis λέξει ὃ ποικίλη κεχρημένῳ p. 287. edit. Galei Amst. usque ad paginam 291. extremam, ab Aldo Manutio patre sub *Eustathii* nomine excusæ leguntur ad calcem Lexicorum Græcorum A. 1524. Ἐκ τῶν Εὐσταθίου περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Ἁλιέων. Eadem Aldus filius, sed sub Plutarchi nomine Græcè & Latinè recudit ad Calcem Grammaticæ Græcæ Constantini Lascaris. Porro non hæc tantum, sed & reliqua de Tropis & Schematibus Homericis ex hoc libro petita, sub Plutarchi nomine excerpta legas ad Calcem Lexici Græci Scapulæ, & in appendice Thesauri Græcæ Linguæ ab H. Stephano congesti.

V. Exstat præterea vita Homeri triplex brevior Græcè & Latinè vulgata à Leone Allatio, & præmissa libro de Patria Homeri Lugd. 1640. 8vo. & Tomo. 10. Thesauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani. Primam ex tribus illis, *Procli* esse editor testatur, qui ex suis illam Schedis MSS. in lucem edidit. Fuerit itaque fortassis pars Chrestomathiæ Procli, in qua teste Photio cod. 239. ille non modo de omni genere Carminum; sed & de celebrioribus Poëtis, eorum genere, patria, & gestis quibusdam egerat. Reliquas duas è Bibl. Regis Christianissimi accepit Joh. Bourdelotius, & Allatio communicavit, neque constat, neque multum refert, quibus illæ auctoribus debeantur.

VI. *Johannem Grammaticum* in vita Homeri laudat Eugubinus de perenni Philosophia Lib. I. c. 28. respiciens ad ea, quæ de Poëta differit *Joh. Tzetzes* in limine Commentar. ad Homer. Conferenda etiam sunt, quæ de Homeri genere, Patria, vita & morte ex Charace, Porphyrii historia Philosophica aliisque tradit *Svidas* in Ὅμηρος, & idem Joh. Tzetzes Chiliade XIII. extremâ. E recentioribus *Joh. Sanderus* Brunsvi-

2011 Ministerio de Cultura

Brunſvicenſis in Collectaneis haud contemnendis de Poëtæ vita & Scriptis, quæ lucem adſpexere Magdeburgi Ao. 1661. 4to. ut veluti notiores præteream, *Gyraldi* dialogos doctiſſimos de Poëtis; *Gvarinum* Veronenſem in vita Homeri cum vitis Plutarchi Latine edita, tum Triumviros Clariſſimos, *Politianum*, *Camerarium* & *Joh. Spondanum*, ac denique Clariſſimi *Ludolphi Kuſteri* ſive *Neocori* hiſtoriam Criticam Homeri, quam Ao. 1696. 8vo. Francof. ad Viadrum edidit: ſed longe locupletiorem & emendatiorem variisque præclaris obſervationibus ex monumentis ineditis adauctam prælo iterum ſubjecturum ſe mihi affirmavit.

VII. Homeri *effigies* in variorum populorum numis occurrit ficta ad levandum deſiderium *non traditi vultus*, ut ait Plinius Lib. XXXV. c. 2. ubi narrat, Aſinium Pollionem primum in Bibliothecis Imagines virorum illuſtrium dedicaſſe. *Chiorum* numum Homeri vultu ſignatum, quales memorat Pollux Lib. IX. cap. 6. vulgavit ex Cimeliarchio Barberiniano Allatius, quem vide in præfat. libri de Homeri Patria, & in libro ipſo pag. 231. Eundem numum illuſtrat Scaliger ad Euſebium pag. 47. editionis ſecundæ. *Smyrnæorum* numum Homericum exhibet Ez. Spanhemius de uſu numiſmatum p. 487. Alium Dan. Heinſius p. 345. poëmatum, & in Itinerario Jacobus Sponius part. 1. pag. 119. edit. Germanicæ. Smyrnæos autem non modo delubro honoraſſe Homerum, & Statua (quod etiam à Ptolemæo Philopatore factum narrat Ælianus var. Hiſt. XIII. 22. & Lucianus in Demoſthenis encomio) ſed & numo æreo, Strabonem auctorem habemus Lib. XIV. pag. 646. Quod *delubrum Homeri* vocat Cicero pro Archia cap. VIII. Straboni dicitur Ὁμηρεῖον, ut Auguſti Templum Σεβαστεῖον, Theſei Θησεῖον, Pythii Apollinis Πύθιον, Muſarum Μουσεῖον, Ignis apud Perſas πυρεῖον, Caſtoris & Pollucis ἀνάκων, Ἀνάκειον, Deorum Πάνθειον, Jovis Olympii Ὀλύμπιον, Veneris Ἀφροδίσιον, Pacis Εἰρηναῖον, Iſidis Ἰσεῖον, Plutonis Πλουτώνειον, Sambethes Σαμβάτειον, Aſtartes Ἀστάρτειον, 1. Sam. XXXI. 10. Neptuni Ποσειδώνιον, Ποσείδειον & Ποσιδεῖον, Dianæ *Dianium* apud Livium Lib. I. cap. 48. Luculli Λουκύλλειον apud Svidam, *Serapeum* Serapis apud Eutropium VIII. 15. Marnæ Gazenſium Idoli apud Marcum Diaconum Gazenſem in vita Porphyrii Epiſcopi *Marneum*: Ἀσκλήπιον, Ἀσκληπεῖον & Ἀσκληπίειον Æſculapii. Cujusvis denique Idoli, Εἰδωλεῖον, 1. Cor. VIII. 9. Atergates Ἀπεργατεῖον 2. Maccab. XII. 26. & ſimilia. Etiam Τυραννεῖον Regia Tyranni apud Plutarchum in Dione: Et in Chriſtianis ſcriptoribus Προφητεῖον templum in memoriam Prophetæ, Ἀποστολεῖον in memoriam Apoſtoli, & Μαρτύριον Martyris. Cæterum ut ad Poëtam noſtrum redeam, *Amaſtriano-*

2011 Ministerio de Cultura

ſtrianorum numos Homerum referentes enarrant Harduinus in numis urbium illuſtratis pag. 36. & Fulvius Urſinus notis ad Ciceronem pro Archia p. 312. Inſpiciendos præbent Ramireſius p. 203. pentecontarchi, Spanhemius pag. 448. Patinus introduct. in Hiſtor. numiſmatum pag. 59. &c. Hoſce omnes junctim exhibuit Gisbertus Cuperus in Ἀποθεώσει Homeri pag. 7. ſeq. & Jacobus Gronovius T. 2. Theſauri antiqv. Græc. Imagine XVIII. XIX. XX.. De *Ægienſium* numo Severi temporibus percuſſo, alteroque qui cuſus eſt ſub M. Aurelio Imp. videas licet eundem Illuſtrem Spanhemium. Homeri Icon ſtatuis variis & ſignis marmoreis jam olim celebrata (vide Raph. Fabrettum ad veterem tabellam Iliadis p. 345. 346.) occurrit etiam in curioſiſſima *Tabula Conſecrationis Homericæ*, quæ ab eodem illuſtri Cupero & Gronovio num. XXI. exhibetur atque exponitur, variorumque doctorum hominum ingenia exercuit, ut dixi Lib. I. c. 25. ubi de Phantaſia Memphitide. In transcurſu itidem hôc loco mentio facienda eſt Auditorii Ὁμηρικοῦ in Academia Tubingenſi, quod teſte Martino Cruſio in Germano Græcia pag. 39. ita nominatum eſt, quoniam Ao. 1565. menſe Novembri altero tanto majus ædificari cœpit adjunctione contigui cubiculi facta, cum Cruſio Homerum prælegente auditores antea capi non poſſent, ſed ſtare multi cogerentur. Verum hæc olim fuere. Nunc reconditâ Mæonius ſenet quiete.

VIII. De Patria Homeri celebris eſt & notiſſima vel ex Gellii III. 11. & ſcriptore certaminis Homeri ac Heſiodi ampliſſimarum urbium vetus Concertatio, de qua *Didymus* olim fuſe ſcripſit, à Senecâ Epiſt. 88. hoc nomine deriſus, & recenti Ætate *Leo Allatius* Chius, cujus librum jam memoravi. Hic cum latè impugnaſſet eorum ſententias, qui vel Babylonium (Tigranem nomine) fuiſſe affirmant Homerum, ut Lib II. Veræ Hiſtor. p. 676. per jocum ſcripſit Lucianus, vel Syrum, vel Thebanum Ægyptium, vel Cyprium vel Trojanum ex Cenchreis, vel Æolium Cumanum, vel Rhodium, vel Pylium, vel Salaminium (ex Salamine ſive Cypria ſive Attica) vel Ithacenſem, vel Colophonium, vel Athenienſem, vel Argivum, vel Mycenæum, vel Ietem, vel Smyrnæum denique: Contra multis argumentis contendit eum fuiſſe ſuum, Allatii popularem, ex Chio Inſula oriundum, inter alia memorans cap. 15. quod ipſe de ſe ſcripſerit Hymno in Apollinem v. 172.

2011 Ministerio de Cultura

Τυφλὸς * ἀνὴρ οἰκεῖ ὑ χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ
Τᾦ πάσσι μετόπισθεν ἀοιδαὶ.

Quem locum Thucydidi etiam Lib. III. p. 242. laudatum respiciens Sibyllinorum auctor dixerit Lib. III. p. 251. ubi de Homero vaticinatur:

— — Χῖον ὑ καλέσσει ἑαυτόν.

Sed Hymnos Homero suppositos multi veterum senserunt, & quam plurimis traditum est Homerum Patriæ suæ in scriptis nullam feciſſe mentionem. Unde Cephaleon quoque Historicus apud Photium Cod. LXVIII. Patriam suam silentio involvere se professus est exemplo Homeri. Nec deest ratio suspicandi, Hymnum in Apollinem à *Cinætho Chio* fuisse suppositum, tum Sibyllinorum nulla est autoritas. Nec ab re forte Allatio Chiis suis ** Homerum vindicanti oggesseris, quod ipse p. 123. de Herodoto & Ephoro Cumano, qui Cumanum fuisse Homerum contenderunt: *Digni certe sunt*, inquit, *eorum conatus, qui laudentur ab illis, si veritatis studio tantum opus aggressi, veritatem exposuissent, sed cum Patriæ amore, & propriæ gentis id egerunt, eorum dicta non immerito suspecta esse debent. Ubi enim ratio affectu ducitur, & lingua cupiditatum ductu moderatur, veritas ipsa claudicat, & cœcutit, quæ à nudo & ab omni studio libero homine tantum expectanda est.* Styppam Lydiam, Cretam *** & Romam quoque à nonnullis pro Patria Homeri venditatam notat Brodæus ad Anthologiam Epigrammatum Græcorum pag. 132. Ineptum porro fuerit vel in re incertissima quam Oraculum Adriano

* De Cœcitate Homeri Vide Meursium ad Hesych. illustrem pag. 178. Vossium Institutt. Orator. Lib. I. cap. 5. Section. 21. & Allatium c. 8. Hinc Proverbium apud Tertull. de pallio c. 2. *quod clausis vel in totum Homericis oculis patet.* Vellejus contra & alii cœcum fuisse negant, sic ex recentibus Andreas Wilkius in curatione cœci Homeri, & ante eum Brodæus Lib. V. c. 9. Misc. qui Ciceronem sibi maximè adversarium profitetur. Sed is valideum, nisallor, argumentum præbet contra eos qui Homerum cœcum fuisse putant. *Traditum est*, inquit, *Homerum cœcum fuisse, at ejus picturam, non poesin videmus. Quæ regio? quæ ora? qui locus Græciæ? quæ species formæ? quæ pugna? quæ acies? quod remigium? qui motus animorum, qui ferarum, non ita expictus est, ut quæ ipse non viderit, nos ut videremus effecerit.* Hæc ille Tusc. qu. Libro V.

** Chiis etiam Homerum vindicare voluit Hypermenes in Lib. de Chio, ex quo Ptolemæus Chennus ap. Photium cod. 190. narrat *Scindapsum* Homeri famulum mille drachmis mulctatum à Chiis, quod Herum mortuum non exussisset. Et hodieque quinque vel sex milliaribus à Chio opido, Septentrionem versus, ostenditur locus excisus è vivo saxo, in cujus medio altare, circum illud sedilia, quo in loco Homerum quondam docuisse, natum & sepultum, incolæ fabulantur.

*** Cretenses Homero mille numos præmium εὑρεσείας tribuisse, idque ærea tabulâ testatos refert Sozomenus præf. ad Theodos.

2011 Ministerio de Cultura

redditum pridem ἄγνωστον agnovit, arbitrum se interponere, vel de argumento exigui momenti post Allatii industriam plura coacervare, itaque unum tantum adscribam locum Johannis Tzetzæ, ex inedita ejus exegesi in Homerum, quam Lipsiæ in patria mea servat manuscriptam, sed mutilam, Bibliotheca insignis Paulina: Περὶ μὲν οὖν παρ-ᾴδου καὶ γένους Ὁμήρου πλανομένην εὑρίσκομεν οὐδὲ πολὺ τὴν ἀλήθειαν, ἃ δὲ ὁμοφώνως οἱ ἱστορικοὶ περὶ τούτου παραδιδόασιν. Ἄλλοι μὲν αὐτὸν Χῖον εἶναι φασὶ, καθάπερ καὶ Πίνδαρος, προσέτι καὶ Θεόκριτος Φάσκων ὅπως (VII. 47.)

Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες ὅσοι πολὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀνδία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Ἕτεροι δὲ φασὶν αὐτὸν Κολοφώνιον, οἱ δὲ Αἰγύπτιον ἐκ Θηβῶν. Τοῖς δὲ Ἰήτης δοκεῖ, ἑτέροις Ἀθηναῖος, καὶ ἄλλοις Σμυρναῖος. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναι λέγουσιν, καὶ ἄλλοι ἄλλα μύθια. Ἄλλοι Χῖον αὐτὸν εἰρηκότες Κολοφωνίσαντα, καὶ Σαλαμίνιον, ὡς δέγε τούτοις Κυμαῖον, καὶ ἕτερα δὴ οἶδ' ὅθεν ὁρμώμενοι ἢ πίστεσι τεκμηρίοις χρησάμενοι εἰς τοῦτο προήχθησαν. Οἶμαι δὲ τὸν θειότατον Ὅμηρον διὰ ἐν πάσαις ἐνδιατρίψαι ταῖς χώραις καὶ πόλεσι, τοῦτο εἰρήκασιν, εἰ διὰ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς συμπατρίωτην αὐτὸν αὐτῶν ἐπιγράφουσι· τοὺς δὲ Αἰγύπτιον αὐτὸν εἰρηκότας οὐ νεμεσίζομαι, ἢ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διατριβὴν ἔσχε ἀνδρὸς, καὶ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διέτριβε παῖδας, ἴσως ἐκείνους πεπλάνηκε. Τῷ δὲ σοφῷ Ἀριστοτέλει Ἰήτης τάχα δοκεῖ διὰ τὸ ἐν Ἰῷ τεθάφθαι. Οἱ δέ γε Ἀθηναῖον ὀνομακλῆντες αὐτὸν συλλογιζόμενοι τοῦδε φασίν. Σμυρναῖον γὰρ ἴσασιν, ὡς γε καὶ μοὶ δοκεῖ τοῦδε, ἐπεὶ δὲ Σμυρναῖοι ἄποικοι Ἀθηναίων ἐγένοντο, Ἀθηναῖον ἄρα καὶ τοῦτον εἰκότως φασί. Δηλοῖ δὲ τοῦδε εἰς Πεισίστρατον ἐπίγραμμα.

Τελὶς μὲ τυραννήσαντα τοσαυτάκις * ἐξεδίωξε
Δῆμος Ἐρεχθῆος, ** τρὶς δ' ἐπανηγάγετο
Τὸν μέγαν ἐυβούλαις Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
Ἤθροισα πορφύρων τὸ πρὶν ἀεισόμενον
Ἡμέτερος δ' ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ὦ πολίηται
Εἷπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἐποιήσαμεν.

IX. Magna quoque & parum certa de genere Homeri & Parentibus quæstio est, ut videre licet ex variis sententiis memoratis ab auctore Græco, qui certamen Homeri & Hesiodi descripsit. Nec minor Scriptorum de ætate, qua vixerit, dissensus, etsi adeo exactè illam nonnulli tenere se putarunt, ut & Thema ejus Genethliacum tradiderint,

* Schol MS. Dionysii Thracis, ἐξετίναζε.

** in vitis ab Allatio editis legitur Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐσεσπάσατο. In Anthologia Epigrammatum Græcor. Lib. IV. cap 4 pag. 438. καὶ τρὶς ἐπηγάγετο.

2011 Ministerio de Cultura

rint, quemadmodum Julius Firmicus Lib. V. Mathes pag. 77. cùm dixisset, Saturnum in nono ab horoscopo loco positum, & in Leone constitutum facere divinum Poëtam heroici cujusdam Carminis, ut Martios strepitus pugnarumque metuenda certamina famosi Carminis nobilitate perscribat: *talis*, inquit, *Genitura Homerum*, *Divinum in Iliade Cumei* (Sibyllini) *carminis* * *fecit interpretem.* Sed vix ulla in re magis in diversa abeunt Scriptores, ut facilè intelliget lector, si vel veteres ipsos consuluerit Gellium Lib. III. cap. 11. & Lib. XVII. cap. 21. Tatianum, Clementem, Eusebium, Philostratum in heroicis, ubi de Euphorbo agit, Tzetzam Chil. 12. hist. 399. aliosque: vel è recentioribus adierit Dionysium Petavium Lib. IX. doctrinæ temporum cap. 32. Joh. Rualdum animadvers. ult. in Plutarchum, Joh. Marshami Can. Chronic. p. 437. & quæ nuper Clarisc. Dodvvell⁹ in dissertatione tertia de Græcorum Cyclis. Mihi quidem in præsenti sufficit, in quo conveniunt prope omnes, antiquissimum esse ex auctoribus Græcis, quos habemus, ne Hesiodo quidem excepto, sive post Olympiadem XXIII. demum vixerit, ut vult Dodvvellus, sive ut aliis videtur, longius à nostris temporibus remotus fuerit, vel Olympia ipsa ætate anteverterit.

X. Nullus denique Scriptor est, qui ab omni ætate tantam ingenii, doctrinæ, sapientiæ laudem retulerit, atque unus Homerus, qui ut scitè de ipso est apud Propertium Lib. III. Eleg. 1.

Posteritate suum crescere sentit opus.

Quicquid enim ferè est doctorum, fuitque, in eo celebrando, & laudibus ad cœlum efferendo, adeo conspirarunt inter se, ut certarent. Quorum integrum & benè longum Catalogum texere, hoc loco liceret, nisi præcipua Homeri elogia Alphabetico ordine digesta jam exstarent à Græcantissimo illo & Homeri imitatore felicissimo *Jacobo Du Porto* Anglo in Appendice ad Gnomologiam Homericam, & ad calcem Clavis Homericæ Georgii Perkinsi. Igitur eos tantum in præsenti commemorabo, qui prolixius vel integris Scriptis, orationibusve Poëtam decorarunt, ut ex priscis *Dio Chrysostomus* diss. LIII. & LIV. *Maximus Tyrius* diss. XVI. *Lucianus* in Encomio Demosthenis, ne de variis Epigrammatis Græcis dicam, quæ in Homeri laudem occurrunt in Anthologia & in unum collecta à Johann. Spondano suæ Homeri editioni præfixa sunt. E recentioribus in celebrando Poëtæ ingenio multi fuere *An-*

 gelus

* Vide quæ supra Lib. I. c. 29. num. 2.

2011 Ministerio de Cultura

gelus Politianus * in oratione de Homero, quæ legitur tomo tertio ejus operum, *Antonius Majoragius* in præfationibus, *Joachimus Camerarius* ante Commentarios ad primum Iliados librum. *Nicolaus Majoranus* in præfatione Euſtathio præmiſſa, *Andreas Wilkius* in curatione Cœci Homeri, Plejade ſecunda orationum: Clariſſimus *Ludolphus Neocorus* in hiſtoria Homeri critica, paulò ante à me laudata. *Johannes Rudolphus Wetſtenius* in diſſertatione inaugurali de fato Scriptorum Homeri per omnia ſæcula, editâ cum ejus orationibus Apologeticis pro Græca & genuina linguæ Græcæ pronunciatione Baſil. 1686. 8vo. *Gisbertus Cuperus* præcipuè in doctiſſimo Commentario ad Lapidem antiquum, qui in Marinenſi Columnenſium Principum ditione, in villa Claudii Imp. repertus & erutus, Conſecrationem Principis Poëtarum pulcherrimè imagine expreſſam ſiſtit. Amſt. 1683. 4to.

* Hic Politianus Plagii arguitur à *Budæo* annot. prior. in pandectas p. 547. qui eo loco & ipſe prolixo atque inſigni encomio Homerum mactat. Arguit autem plagii Politianum eo nomine, quod rerum ſummas ex *Plutarchi* libro de Homero, qui tum Latine nondum exſtabat ad verbum transſcribens, & quaſi flores præcerpens non erubuerit id opus pro ſuo edere; in quo nullam præterquam transſcribendi ac vertendi operam navarat. Ex *Herodoto* etiam pleraque in eadem oratione ſurripuiſſe jam a Jano Laſcari monitus eſt Politianus, cui ille hanc ſuis in Homerum prælectionibus Florentiæ præmittenti inter auditores adfuit. Vide Duarenum p. 1478. Opp. cujus locum jam laudavere Colomeſius in Opuſc. p. 66. Thomaſius de Plagio §. 526.

CAPUT II.

De Homeri ſcriptis, editis ac deperditis, genuinis ac hypobolimæis, tum de genuinorum diſpoſitione, Rhapſodis emendatoribus. &c.

Batrachomyomachia num Homeri genuina, an Pigretis cujusdam. 1. *Poëmata ad ejus imitationem ab aliis compoſita, ut Galeomyomachia, aliaq;.* 2. *Batrachomyomachiæ editiones & interpretes.* 3. *De Hymnis, an Homeri ſint, an Cinæti Chii, vel Herodori, dubitatum.* 4. *Epigrammata.* 5. Ἀγὼν *cum Heſiodo.* 6. *De Iliade* 7. *& Odyſſea.* 8. *Num Homerus ipſe auctor diviſionis in libros, an Ariſtarchus.* 9. *Joſephi locus de Poëſi Homerica tantum per memoriam conſervata, non ſcripto ab auctore conſignata, expenſus.* 10. *Rejecta*

2011 Ministerio de Cultura

jecta Peraulti ſententia de Iliade & Odyſſea ex poëmatis ſeparatis & non cohærentibus conſuta adverſus intentionem ipſius auctoris Homeri. De Lycurgi, Piſiſtrati, Solonis & Hipparchi opera in vulgandis & ordinandis Homeri Poëmatis. 11. Διορθώσεις *Homericæ.* Ἡ ἐκ νάρθηκος *Alexandro M. oblata vel ab Ariſtotele, vel à Calliſthene & Anaxarcho.* 12. *De Caſſandro Macedoniæ & Ptolemæo Evergete II. Ægyti Rege dubitatum.* 13. Διόρθωσις Μασσαλιωτικὴ & Σινωπικὴ. 14. *Euripidis.* 15. *Zenodoti Epheſii.* 16. *Ariſtophanis Byzantii.* 17. *Ariſtarchi Samothracis, ubi de obelis ipſius & aſteriſcis, tum de adverſariis, Zenodoto Alex. Ptolemæo Aſcalonita & Philoxeno.* 18. Διόρθωσις *Homerica facta ab Arato Solenſi.* 19. *Antete Mallote.* 20. *A Tyrannione, tum à Nicanore & Cometa qui diſtinctiones addiderunt.* 21. *Homeri Ilias & Odyſſea decantata in Panathenæis per Rhapſodos.* 22. *In ſcholis Propoſita juventuti.* 23. *Scriptorum Homeri deperditorum Catalogus cum variis obſervationibus, ubi de Iliade parva, Poëtis Cyclicis, Cypriis carminibus, Margite &c.*

I.

MAjoribus Operibus præluſiſſe dicitur Homerus compoſita BATRACHOMYOMACHIA, ſive ut apud Svidam vocatur μυοβατραχομαχία, *pugna ranarum & murium*, Carmine Heroico ludicro ingenioſo & amœno: quamvis mallem, ubi riſus captatur, non introductos Jovem cæterosque Deos, ratione multis Poëtis familiari, ſed exitioſiſſima moribus, & impia, ut agnovit Socrates, qui religioni ducebat jocis permiſcere Deos. Hanc Batrachomyomachiam Homero tribuunt è veteribus Herodotus in Homeri vita cap. 24. Martialis Lib. XIV. Epigr. 183. Statius Papinius epiſt. ad Stellam, innuens Culicem Virgilii & Batrachomyomachiam Homeri præludium fuiſſe: Fulgentius Lib. I. Mytholog. ſub init.

Quod Mæonius ranarum
Cachinnavit prælio.

Svidas & alii, auctor item priſci marmoris, in quo ſub Throno Homeri ὑπὸ θεῷ θέντι conſpiciuntur mures, ne de citeriorum ætatum Scriptoribus dicam, ut Johanne Tzetza in Iliade verſibus politicis allegorice expoſita & Michaële Apoſtolio, cujus verſus politicos in laudem Batrachomyomachiæ Homericæ memorat Labbeus pag. 193. Bibl. nov. MSS. Alii tamen auctorem Batrachomyomachiæ voluerunt eſſe *Pigretem*, Artemiſiæ fratrem, ut docent Plutarchus in extremo libri de Herodoti

2011 Ministerio de Cultura

doti malignitate, & Svidas in Πίγρης. Henricus quoque Stephanus Lib. VI. schediasm. 22. testatur se incidisse in exemplar ubi Batrachomyomachia adscripta esset *Pigreti* Cari, quod confirmari video à Labbeo in Bibl. nova MSS. p. 289. De Homero, sitne auctor, dubii hærent Proclus, & alter Anonymus de Homeri vita ab Allatio editus, itemque Eustathius. Auctor vitæ sub Plutarchi nomine editæ, & alter anonymus solam Iliadem & Odysseam pro genuinis Poëtæ fœtibus agnoscens, Homero adscribendam negant, quibus succinens è recentioribus Daniel Heinsius. *Hoc Poëma*, inquit, *qui ad Homerum referunt, magis animi judicio, quam oculis vacillant. Præivit gravioribus Homeri operibus in usum Juventutis, quisquis auctor est, non ætate aut tempore, sed exercitio & argumento.* Jacobus contra Gaddius T. 1. de scriptoribus non Ecclesiasticis pag. 208. *Paradoxon dicere volo, licet verear nasutos Censores vel Momos, Batrachomyomachia videtur mihi nobilior propiorque perfectioni, quam Odyssea & Ilias, imò utramque superat judicio ac ingenio & præstantiâ texturæ, cum sit poëma ludicrum excellens.*

II. Ad imitationem hujus Batrachomyomachiæ ante trecentos circiter annos, nescio, quo auctore composita est, Græcis versibus jambicis; *Galeomyomachia* sive pugna murium & felis, quæ à trabe denique oppressa muribus relinquit victoriam. Hæc cum præfatione Græca * Aristobuli Apostolii, Hierodiaconi, Michaëlis F. subjecta Batrachomyomachiæ & fabulis Æsopicis lucem vidit Paris. 1549. 12mo. Basil. 1574. 12mo. Cum Latinâ versione ab Albano Torino vulgata est Basileæ 1541. 8vo. adjuncta itidem Batrachomyomachiæ & Elysii Calentini libris tribus de bello ranarum & murium; Cebetis Tabula aliisque. Fuere hinc plures, qui ad Batrachomyomachiæ exemplum similia scripta ludicra componerent etiam aliis linguis, qualis est Merlini Cocaji Mantuani *Moschæa*, Carmine Latino elegiaco Macaronico, in quo muscæ, formicis bellum inferentes, vincuntur, regibus utrarumque pereuntibus.

III. Batrachomyomachia ipsa sæpissimè vulgata est cum versione Aldi Manutii Romani. Cum notis Leonhardi Lycii, Lipsiæ 1607. 8vo. Ex Danielis Heinsii recensione cum ejus versione, Æsopicis-

* Eam in plerisque editionibus aliis omissam miror, ut in Græcâ Joh. Kesselhudii, Helmst. 1670. 4to. Cæterum fallitur Labbeus, qui huic Apostolio Galeomyomachiam tribuit, in Bibl nov. MSS. pag. 132. Nam in præfatione de auctore tanquam alio loquitur Apostolius. Τῶν μεταγενεστέρων δὲ τις τὸν ποιητὴν ἀπομιμεῖσθαι βουλόμενος. κ.τ.λ.

2011 Ministerio de Cultura

cisque ſelectis & Avieni fabulis. Lugd. Bat. 1632. 8vo. Latino Carmine reddita à Jacobo Balde Jeſuita, Monachii, Ao. 1647. 12mo. Caroli præterea Aretini Metaphraſin Latino Carmine compoſitam memorat Labbeus p. 67. Bibl. nov. MSS. apud quem p. 201. malè Arſinus legitur pro Aretino. Euſtathius quoque Theſſalonicenſis Archi Epiſcopus Batrachomyomachiam commentario illuſtraſſe fertur, ſed parum certa fama, ut notavi infra cap. 3. ubi etiam de verſione Græcobarbara Demetrii Zeni à Martino Cruſio vulgata & illuſtrata, Gallicisque Macaulti & Royhieri.

IV. HYMNI XXXII. * quorum tres primi in Apollinem, Mercurium ac Venerem prolixiores ſunt, reliqui breviores, utrum Homerum auctorem habeant, ſimiliter jam olim ambiguum fuit. Nam ut vitam Homeri, tum eam, quæ Plutarcho tribuitur, tum alteram Anonymi editam ab Allatio præteream, quæ Hymnos & reliqua Homero adſcripto omnia, ſolis Iliade & Odyſſea exceptis, aliena à tanto auctore eſſe putant, *καὶ τῆς φύσεως καὶ τ̃ δυναμέως ἕνεκα* & propter rem ipſam & propter vim elocutionis: Scholiaſtes Pindari ad Nemeonicas Od. 2. hymnum in Apollinem teſtatur tributum *Cinætho Chio*, qui circa Olympiadem LXIX. floruit. *Ἦν δὲ ὁ Κίναιθος χῖος ὃς καὶ τ̃ ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι.* Sic & Athenæus Lib. I. cap. 19. Homeridarum quendam auctorem ſuſpicatur: *Καὶ Ὅμηρος δ᾽ ἢ τ̃ Ὁμηριδῶν τις ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνοις φησὶν. Φόρμιγγ᾽ ἐν χείρεσσιν ἔχων χάριεν κιθάριζε καλὰ καὶ ὑψιβιβάς.* quæ hodiè leguntur in hymno in Apollinem v. 515. niſi quod pro *χάριεν* ibi occurrit *ἀγαθόν*. *Herodorum* neſcio quem ſcriptorem hymnorum Homero tributorum facere videtur Scholiaſtes Apollonii ad Lib II. v. 1215. *τὰ δ᾽ αὐτὰ περὶ τ̃ Τυρῶνος καὶ Ἡρόδωρος φησὶν, ἔνθα καὶ περὶ τῆς Νύσης ἱστορεῖ λέγων·*

*Ἔστι δέ τις Νύσα ὕπατον * κέρας αἰθέον ὕλῃ.*
Τηλ᾽ ὃ Φοινίκης ἐσχατιὴν Αἰγύπτοιο ῥοάων.

Diodorus Siculus vero eosdem verſus proferens Lib. IV. cap. 2. diſertè laudat Homerum in hymnis, *καὶ τὸν Ὅμηρον ἢ τούτοις μαρτυρῆσαι ἐν τοῖς ὕμνοις ἐν οἷς λέγει· ἔστι δέ τις* &c. Et Lib. III. c. 66. *μαρτυρεῖ ἢ τοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν καὶ ὁ ποιη-*

* Perſvaſum antiquis fuit Deos hymnis magis delectari quam Sacrificiis. Scholia ad Iliad. *ά.* 477. *διδασκόμεθα ὅτι πλέον τῶν θυσιῶν τέρπονται οἱ Θεοὶ τοῖς ἰδίοις ἕκας ὕμνοις.*

* Apud Diodor. Sic. *ἄβατον ὄρ* legitur, *ὄρ* gloſſema eſt pro *κέρας*. Neque enim aſſentior Johanni Jenſio, qui in lectionibus Lucianeis Lib. II. c. 6. p. 184. apud Scholiaſten Apollonii *ὄρ* reſcribendum monet. Viciſſim *ὕπατον* videtur mihi gloſſema eſſe pro *ἄβατον*, & ex Diodoro apud Scholiaſten reſtituendum.

2011 Ministerio de Cultura

ποιητὴς ἐν τοῖς ὕμνοις &c. quo in loco duobus illis versibus sex alios præmittit; sed qui in Hymno in Bacchum, quem hodiè sub Homeri nomine habemus, nulli exstant, non magis quam illi bini quos adscripsi. Sed & Pausanias Lib. II. p. 143. ex Homeri hymno in Cererem tres versus affert, & alios tres Lib. IV. p. 354. qui hodiè inter adscriptos Homero hymnos similiter non comparent, ubi trium tantum versuum ὑμνίδιον in hanc Deam legitur, quiq; sunt insuper diversi ab iis, quos memorat Pausanias, ut post Xylandrum notavit illustris Spanhemius ad Callimachum pag. 2. & 650. Johannes quoque Tzetzes præter Homeri hymnos in Deos memorat etiam ipsius ὕμνους νυμφικούς. Porphyrius Lib. de antro Nympharum pag. 255. laudat hymnum in Apollinem non addito auctoris nomine, & versus quatuor ex eo recitat, qui in Homericis hymnis hodie non exstant. Οἵη ἦ καὶ ταῖς νύμφαις ἀνέτιθεσαν ἄντρα, ἢ τούτων μάλιστα ταῖς ναΐσιν αἱ ἀπὸ πηγῶν εἰσι καὶ τῶν ὑδάτων ἀφ' ὧν εἰσι ῥοαὶ ναΐδες ἐπαλεῖσθαι, δηλοῖ καὶ ὁ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνος, ἐν ᾧ λέγεται. Σοὶ δ' ἄρα &c. Cæterum scriptor antiquissimus Thucydides proferens tredecim versus, qui hodieque in hymno Apollinis occurrunt v. 146.—150. & 165. —— 172. sine tergiversatione auctorem laudat Homerum Lib. III. pag. 243. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα λέγει, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖς δε, ἃ ἔστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος, ad quem locum Scholiastes notat ἐκ προοιμίου idem esse ac ἐξ ὕμνου, ὕμνους δέ, inquit, τὰ προοίμια ἐκάλουν. Ab ὄιμη nempe, quod cantum denotat teste Hesychio. Præterea scriptor Certaminis Homeri & Hesiodi primum versum Hymni in Apollinem memorat qualis hodie legitur: ἐνδιατρίψας δὲ τῇ τῶν Ἀργείων πόλει χρόνον τινὰ, διέπλευσεν εἰς Δῆλον εἰς τὴν πανήγυριν, καὶ ᾠδὴν εἰς τὸν κερατῖνον βωμὸν λέγει ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα, ὃς ἦ δὲ χή.

Μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.

Inde Κοίρανος ὕμνων dicitur Homerus veteri Poëtæ apud Svidam in Μαυσίδης. Pausanias etiam cum Stephano Byz. in Τευμησσὸς, Thucydide ac Diodoro Siculo, non tantum credidit, auctorem hymnorum esse Homerum, verum elegantia versuum, Orphicos etiam hymnos ab Homericis vinci ac superari, licet illi plus religionis præ se ferant, affirmat Lib. IX. pag. 771. κόσμῳ μὲν δὴ τῶν ἐπῶν δεισιδαίμονα Φέροιντο ἂν (οἱ Ὀρφικοὶ) μᾶλλον γε οὖν ὕμνους, τιμῆς δὲ ἐκ θεοῦ καὶ ἐς πλέον ἐκείνων ἔχουσι. Audacter præterea Homero hymnos adscribit Herodotus sive quisquis auctor in Poëtæ vita cap. 9. & a Juvene Homero scriptos innuit. Svidas quoqve inter Homeri Scripta refert hymnos, quorum testimoniis auctorem Sibyllinorum

2011 Ministerio de Cultura

linorum * addit Allatius Lib. de patria Homeri cap. 15. Veterem Inscriptionem apud Gruterum pag. 950. Amplissimus Cuperus ad consecrationem Homeri pag. 108. ubi per *piaCarmina* intelligit hymnos, per *libros* Iliadem & Odysseam, quanquam possit & alius illorum verborum esse sensus si ita distinguantur:

Dogmata Pythagoræ sensi, studiumq; Sophorum
Et libros legi, legi pia Carmina Homeri.

Ait enim se legisse libros Sophorum & evolvisse Homeri Carmina, quæ pia vocat, tum propter illa, quæ in Iliade & Odyssea de Diis scripta sunt reverenter, tum propter loca, in quibus gratam memoriam facit eorum, quibus beneficiis fuit affectus, ut docet Herodotus in ejus vita, cap. 26. ut omittam industriam pietatis Homericæ celebratam Tertulliano Lib. de anima cap. 56. Videtur etiam *Livius Andronicus*, à quo Odysseam Latinis versibus donatam constat, similiter Latina Mataphrasi donâsse hymnos Homeri, ut conjicio è Mario Victorino sub extremum libri I. de arte metrica, ubi versus quosdam profert ex Hymno Dianæ, quos ex Homerico translatos existimo. Ex recentioribus paucissimi sunt è viris doctis, qui hymnos interpretandos in se susceperint, ut videbis infrà cap. 3. num. 19. Cæterum Παίγνια versibus Heroicis, & Hymnos teste Svida scripsit & alter Homerus cognomento Sellus, Grammaticus, Menandro Comico junior.

V. EPIGRAMMATA & POEMATIA VARIA XVI. servata ab auctore vitæ Homeri, quæ Herodoto tribuitur, neque aliis antiquorum testimoniis habentia fidem vel auctoritatem, nisi quod Johannes Tzetzes inter Homeri scripta memorat Ἐπιγράμματα πολλὰ, & unum itemque alterum refertur à scriptore certaminis Homeri & Hesiodi, ac Svida in Ὅμηρ. Ea Seberus in Indice Homerico respicit, cum adscribit numerum XXXIII. usque ad XLIX. Subjecta etiam leguntur hymnis Homeri in Schreveliana & aliis quibusdam poëtæ editionibus.

VI. ΑΓΩΝ, sive *certamen Homeri cum Hesiodo* de quo dixi infra cap. VIII. num. 2.

VII. ΙΛΙΑΣ sive Poëma celeberrimum de bello Græcorum ad Trojam * & rebus gestis ducum Achillis, Ajacis, Hectoris Tro-

 jani

* Vide supra c. 1. num. 8.

* Principalis Poëtæ Actio est Ira Achillis, decimo demum belli Trojani anno sollicitata, eamque secuta clades Græcorum. Sed variis episodiis hæc ab Homero ita exornantur, ut totius belli per decennium gesti historiam attingat. Confer Clariss. Küsteri Historiam Criticam Homeri p. 70. seq.

2011 Ministerio de Cultura

jani aliorumque, quod ante Odysseam scriptum & in vigore ætatis ab Homero compositum non dubitat Longinus καὶ ὕψους sect. IX. p. 66. & idem affirmantem Homerum ipsum inducit Lucianus 2. de Vera Hist. T. 1. p. 676. videturque innuere auctor prisci marmoris consecrationem Homeri continentis, in quo Ilias gladium manu tenens ad dextram Homeri sedet, Odyssea cum aplustri ad Sinistram. Confer Gisberti Cuperi commentar. p. 49. Cæterum dubitatum pridem fuisse à veteribus Criticis, & contrariam sententiam quibusdam placuisse idem Lucianus docet, & præter Eustathium prolegom. ad Iliad. testatur Seneca lib. de brevitate vitæ c. 13. *Græcorum iste morbus fuit, quærere quem numerum remigum Ulysses habuisset, prior scripta esset Ilias an Odyssea: præterea an ejusdem esset auctoris.*

VIII. ὈΔΥΣΣΕΙΑ sive Poëma de erroribus & peregrinatione Ulyssis ex bello Trojano Patriam Ithacam repetentis, quod ἠθικώτερον habitum à veteribus, & Longino judice ab Homero jam sene compositum est, unde in ea prævalet τὸ διηγηματικὸν, ut conrta in Iliade τὸ δραστικὸν & τὸ ἐναγώνιον. Fuerunt etiam qui Iliadem Tragœdiæ, Odysseam Comœdiæ spciem referre affirmarent, à quibus dissentientem vide Vossium de artis Poëticæ natura cap. XI. §. 7.

IX. Homerum ipsum auctorem fuisse divisionis horum amborum poëmatum in libros XLVIII. vetus quidam Grammaticus probavit ex eo, quod Poëta Iliadem auspicatus fuerit à vocabulo μῆνιν, cujus primores duæ literæ numerum duodequadragesimum referunt. Seneca Epist. LXXXVIII. *Appion Grammaticus qui sub C. Cæsare totâ circumlatus est Græciâ & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, ajebat Homerum utraque materia consummata & Odyssea & Iliade, principium adjecisse operi suo quo bellum Trojanum complexus est. Hujus rei argumentum afferebat, quod duas literas in primo versu posuisset, ex industria librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet, qui multa vult scire.* Atque eos quidem qui ab Aristarcho primum ** Iliadem vel Odysseam in libros distinctam

** Plutarch. in Homeri vita: διηρημένη ἑκατέρα ποίησις εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων ἐχ ὑπὸ ξ αὐτὸς ποιητὸς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν περὶ Ἀρίσαρχον. Eustathius: ὅτι ἓν μέν τι σῶμα σωεχὲς διόλε καὶ ἐνάρμοσον (ita legendum videtur pro ἐυάρμοσον) ἡ τῆς Ἰλιάδ@ ποίησις Οἱ δὲ συνθέμενοι ταύτην κατ' ἐπιταγὴν ὥς φασι Πεισισράτε ξ τῶν Ἀθηναίων Τυράννε Γραμματικοὶ ἢ διορθωσάμενοι κατὰ τὸ ἐκείνοις ἀρέσκον, ὧν Κορυφαῖος ὁ Ἀρίσαρχος (atqui hic longe junior fuit Pisistrati temporibus) ἢ μετ' ἐκεῖνον Ζηνόδοτος, διὰ τὸ ἐπίμηκες ἢ δυσεξίτητον ἢ διὰ τῦτο προσκορὲς κατέτεμον αὐτὸ ἐς πολλά. Καὶ τὰ τοιῦτα τμήματα ἢ ἠθέλησαν ὀνομάσαι πρῶτον τυχὸν λόγον, ἢ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τὰ ἑξῆς, καθάπερ ἐποίησεν Κόιντ@ ἐν τοῖς μετὰ τὸν Ὅμηρον. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἡ βίβλ@ ἐξήρκει πρὸς πλείω τμήματα, ἔκριναν σεμνὸν ὀνομάσαι τὰς

2011 Ministerio de Cultura

ctam affirmant, hoc argumento refellit Castelvetrius, quod Homeri ingenio indignum plane sit tam prolixum poëma viginti quatuor libris hodie digestum fine ulla distinctione tanquam uno tempore recitandum vel auscultandum reliquisse, contra existimat Homeri ipsius divisionem interjecto tempore confusam ac turbatam, ab Aristarcho autem deinceps postliminio, non tamen usquequaque feliciter fuisse restitutam. Verum ipsa Ludovici Castelvetrii verba apponere juvat. Ita vero ille in erudito commentario ad Poëticam Aristotelis p. 109. *Jo mi sono maravigliato di coloro che affermano Aristarcho essere stato il primo divisore dell' Iliada & Odyssea d' Homero, dividendo ciascuna delle dette opere in venti & quattro libri. Il che non mi posso indurre à credere, non mi parendo cosa à credere che Homero avedutissimo oltre à tutti gli altri havesse commesso uno errore cosi fatto di continuare venti & quattro libri senza distintione niuna, recitando esse & ascoltando gli altri in una fiata. Anzi mi pare esser certo, che distinguesse con discreto ordine i predetti poëmi, il quale essendo per aventura poi stato confuso dagli scrittori, fu rinovato & rimutato & ridotto in quella forma, nella quale il veggiamo al presente da Aristarcho. Et come che egli sia stimato huomo di agute giudicio, non mostrò percio d' haverne tutto quello che bisognava in far questo partimento, ò in rinovellarlo, percioche la narratione d' Ulisse appresso Alcinoo de suoi errori è divisa in quattro libri, & nondimeno fu fatta da lui in una sera. Adunque o fece male Homero che indusse Ulisse à ragionare in una sera quelle cose, lequali non e verisimile che in cosi picciolo spatio recitasse: O, se le pote verisimilmente recitare, male ha fatto Aristarcho partirle in quattro libri, quasi facciа di mestire recitarle in quattro sere. Ma io non son per dire che Homero habbia fatto male, parendo mi, che senza sconcio di persona si possano i libri quattro predetti recitare in una sera, anzi l' errore sia pure d' Aristarcho, il quale è stato sequito da Virgilio, che non sapendo per che, & guardando simplicemente all' essempio che havendo davanti credeva buono, divise la narratione d' Enea appresso Didone de suoi errori in due libri, non obstante che fatta in una sera.*

X. Non defuerunt equidem, qui plane inficiati Homerum scripto consignasse poëmata sua, affirmarunt eum per partes illa decantasse, quas separatim memoriæ beneficio servatas posteri deinde collegerint, ac denique Grammatici in ordinem ac libros digesserint. Josephus in limine libri prioris contra Apionem: καὶ φασὶν οὐδὲ ἕτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτῶ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ἀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ ἔχειν τὰς διαφωνίας. Sed

τομὰς τοῖς ὀνόμασι τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων τῆς ἀνθρωπίνης ἐναρμονίου φωνῆς: Confer Svidam in Ὅμηρος.

2011 Ministerio de Cultura

parum verisimilis hæc sententia videtur nata ex eo, quod Cinæthus Chius & alii Rhapsodi vulgo post Poëtæ Homeri fata partes ejusmodi διηρημένας decantarent, ut præter alios refert Ælianus XIII. 14. Var. testatus certa nomina partibus illis imposita, de quibus consules ubi lubebit scriptores laudatos à me infra cap. III. num. 28. At enim nihil impedit Rhapsodos, ut aliorum Poëtarum ita partes quoque decantasse Iliadis vel Odysseæ, licet integram utramque Homerus ipse scripto consignaverat, & utraque interjecto tempore confusa ac perturbata indiguit operâ Criticorum.

XI. Primam Homericorum scriptorum συναγωγὴν Græci debuerunt *Lycurgo* Spartanorum legislatori, qui eam à Creophyli posteris acceptam vulgavit, ut narrant Plutarchus * in Lycurgi vita, Ælianus XIII. 14. Var. & Heraclides in Politia Lacedæmoniorum. Post Lycurgum *Pisistrati* cura celebratur, Athenienssium tyranni, qui *sacri lacerum collegit corpus Homeri*, & Cicerone teste 3. de Oratore, *primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur ut nunc habemus.* Confer Meursii Pisistratum cap. VIII. & quæ viri docti ad Ælianum, quæque ex ineditis ad Dionysium Thracem scholiis Langbænius ad Longinum, Allatius de patria Homeri cap. 5. & Clarissimus Gronovius præfat. ad Tomum V. thesauri Antiquitatum Græcarum. Tantum adjungam locum Eustathii ad initium Iliados κ΄. Φασὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν ῥαψῳδίαν ταύτην ὑφ' Ὁμήρου ἰδίᾳ πεπάχθαι, καὶ μὴ ἐγκαταλελεγῆναι τοῖς μέρεσι τῆς Ἰλιάδος, ὕστερον δὲ Πεισιστράτου πεπάχθαι εἰς τὴν ποίησιν. Pisistrati æqualis *Solon* de ordine poëmatum Homericorum non minus sollicitus teste Laertio Lib. I. sect. 57. & Svidâ in ὑστερολή, lege abrogavit malum morem Rhapsodorum, poëmata Homerica canendo mire confundentium, & jam hinc jam inde quicquid placuisset decerpentium, & suos subinde versus, ut de Cinætho Chio notat Eustathius, Homericis affluentium: Τὰ Ὁμήρου ἐξ ὑστερολῆς γέγραφε

* Perraultus qui negat Homeri Iliadem vel Odysseam esse unum corpus ab auctore compositum, sed contra ex variis separatis poëmatis adversus auctoris sententiam à Grammaticis constipatum & passim male cohærentem centonem esse contendit, refellitur à Dacerio ad Plutarch. p. 276. *Avant Lycurgve on n' avoit en Greque que des pieces détachées, à qui on donnoit le nom de ce que elles contenoient, comme la vaillance de Diomede, la rançon d' Hector: mais on ne peut pourtant pas inferer de-là que chaque poëme d' Homere n' est qu' un ramas de pieces qu'on a consues & qui n'ont entre elles aucune liaison. -- -- Avant que l' Eneide fut publique, les Romains en avoient des mourceaux comme celui de Marcellus, celui des amours & la mort de Didon, & celui de l' impie Mezence: Conclura--t--on de là avec quelque apparence de raison, que ce ne sont pas des pieces d' un poeme, qui avec elles ne fait qu' un seul & méme corps?*

2011 Ministerio de Cultura

χαφε ραψωδεῖσθαι, οἷον ὅπῃ ὁ πρῶτος ἔλιπεν ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον, *Homeri poëmata jussit ordine à Rhapsodis decantari, ut ubi prior desisset, inde alter inciperet*, ita enim reddenda Laërtii verba, quibus subjungit: μᾶλλον δὲ Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν ἢ Πεισίστρατος, ὡς φησιν Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. *Itaque Solon magis quàm Pisistratus Homerum produxit in lucem, ut observat Dievchidas quinto Megaricorum.* Pisistrato Patri in tyrannide Athenis Olymp. LXIII. successit filius *Hipparchus*, cui propterea forte quod cœptam auspiciis parentis sui operam prosecutus fuisset & Solonis legem confirmasset, idem quod Pisistrato & Soloni veteres scriptores tribuunt. Plato in Hipparcho: καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐνόμισεν εἰς τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἑφεξῆς αὐτὰ διεξιέναι. Idem è Platone refert Ælianus VIII. 2. Var. Meminit ejusdem legis de Homeri (& solius quidem) Poëmatis in Panathenæorum festo publice per Rhapsodos decantandis Lycurgus Orator, sed à quo lata sit non addit, oratione adversus Leocratem: ἔτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν (τὸν Ὅμηρον) ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνους τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. Respicit & Isocrates in Panegyrico.

XII. Post Hipparchum inclaruit Homericæ Iliadis ἔκδοσις, quam à se emendatam *Aristoteles* Alexandro M. dedit, & quæ editio ἐκ τῆς νάρθηκος appellabatur, quoniam Rex eam in narthecio quod inter spolia Persica acceperat reconditam secum circumducebat. Plutarchus in Alexandro p. 668. Καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων ἔλαβεν μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν, εἶχεν δ' ἀεὶ μετὰ χεῖρας ἐγχειρίδιον κειμένην σὺν τῷ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικρίτης ἱστόρηκεν. Plinius Lib. VII. histor. cap. 29. *Alexander M. inter spolia Darii Persarum Regis ungventorum scrinio capto quod erat auro gemmisque ac margaritis pretiosum, varios ejus usus amicis monstrantibus, quando taedebat unguenti bellatorem & militia sordidum, imo Hercule, inquit, librorum Homeri custodiæ detur, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime diviti opere servaretur.* Hanc editionem ἐκ τοῦ νάρθηκος non Aristotelis (ut præter Plutarchum agnoscit auctor vitæ Aristotelis à Nunnesio editæ, & innuit Scholiastes Theocriti versum Homeri laudans: οὗτος Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψε) sed *Callisthenis* & *Anaxarchi* censuram & manus Criticas expertam tradit Strabo Lib. XIII p. 594. Φέρεται γοῦν τις διόρθωσις τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη, ἣν Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην καὶ Ἀνάξαρχον ἐπελθόντος καὶ σημειωσαμένου τινά, ἔπειτα καταθέντος εἰς νάρθηκα ὃν εὗρεν ἐν τῇ Περσικῇ γαζῃ πολυτελῶς κατεσκευασμένον. Editionem ἀπὸ νάρ-

θηκος.

2011 Ministerio de Cultura

ἔτυμος memorat etiam Eustathius ad Iliad. α. p. 6. Versus quosdam ex illa produci ab Aristotele, quæ hodie in Homeri libris non exstant, contendit Daniel Heinsius ad cap. XXV. Aristotelis Poëticæ. Alia loca Homeri à veteribus allegata quæ in nostris libris hodie frustra quæras, collegit Joh. Hartungus in decuriis locorum memorabilium T. 2. facis artium Gruterianæ pag. 664. Vide & Josuam Barnesium ad Euripidis Orestem T. 1. p. 57.

XIII. De *Cassandro* Macedoniæ Rege incertum plane est quod suspicantur viri docti ipsum vel novam concinnasse vel curasse concinnandam διόρθωσιν Ὁμηρικήν, quamvis Athenæus Lib. XV. p. 620. è Carystio testatur eum non tantum versus Homericos in ore frequenter habuisse, sed & Iliadem atque Odysseam illi fuisse ἰδίως γεγραμμένας. Non enim omnes qui librum in privatos usus vel describunt ipsi vel descriptum habent, eumquoq; recensent Critica industria. Neque occurrit quo auctore Joachimus Camerarius affirmat *Ptolemæum Evergetem II.* Ægypti Regem correctiones Homericas edidisse.

XIV. *Massalioticam* aliquam διόρθωσιν Homeri & *Sinopicam* sive *Sinopensem* memorat præterea Eustathius ad Iliad. α. p. 6. sed ita ut ipsi non inspectam appareat. ἀλλὰ καὶ ἑτέραι Ὁμηρικαὶ διορθώσεις μνημονεύονται, οἷον καὶ ἡ ἰσορεμένη ἀπὸ νάρθηκος, καὶ Μασσαλιωτικὴ δέλτος καὶ Σινωπική. Idem p. 80. Ὅτι κεῖται τὰς παλαιὰς ἡ Μασσαλιωτικὴ καὶ Σινωπικὴ ἔκδοσις τῆς Ἰλιάδος τὸ μαχήσομαι ἀλλὰ τὸ ἡ ἔχει. Cæterum quo tempore vel auctore hæ duæ editiones adornatæ fuerint, non constat.

XV. Euripidis Tragici notissimi, fratris filius, *Euripides*, Tragicus & ipse, Atheniensis, à Svida traditur feciisse ἔκδοσιν Ὁμηρικήν. Mox addit: εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστί *nisi forte alterius sit*, alterius Euripidis puta. Ita enim ille Svidæ locus videtur accipiendus.

XVI. Patet ex jam dictis quam vere idem Svidas scribat *Zenodotum* Ephesium qui Philetæ Grammatici discipulus, sub Ptolemæo Lagida præfuit Alexandrinæ Bibliothecæ, primum fuisse Homeri διορθωτὴν, nisi hoc intelligit de Grammaticis Alexandrinis, quorum complures sunt in recensione Poëmatum Homeri versati. Hanc Zenodoti editionem frequenter advocat, in Iliade præsertim, Eustathius, & subinde lectiones emendationesque ejus refellit, cæterum quando idem Aristarchum κορυφαῖον τῶν διορθωσαμένων, καὶ μᾶλλον ζηνόδοτον laudat, non temporis rationem habuit sed dignitatis, plurimum enim semper tributum est editioni de qua mox dicturus sum Aristarcheæ. Hinc in scho-

2011 Ministerio de Cultura

ſcholiis ad Dionyſium Thracem legas Piſiſtratum * LXX. Grammaticos convocaſſe & ſingulos Homeri poëmata privato ſtudio ordinare ac recenſere juſſiſſe, omnium autem judicio præ cæteris omnibus probatam Zenodoti & Ariſtarchi recenſionem, ſed inter hos duos quoque præcipuum locum datum Ariſtarcho. Καὶ μὴν τὸ πάντας ὃ ποιητὰ σίχας συναγαγεῖν, παρεκάλεσεν ἑβδομήκοντα γραμματικὰς συνθεῖναι τὰ ὃ Ὁμήρε ἕκαστον καθ' ἰδίαν, ὅπερ ἐὰν δόξῃ τῷ συντελεσθέντι καλῶς ἔχειν ὑπὸ μιᾷ τῷ πρέποντι λογικοῖς ἀνδράσι καὶ κριτικῆς ποιημάτων ἐπάσῃ δεδωκὼς καθ' ἰδίαν πάντας τοὺς σίχας ὅσους ἐν συναγαγών, καὶ μὴ τὸ ἕκαστον συνθεῖναι κῆ τὴν ἑαυτὸ γνώμην εἰς ἓν συνήγαγεν πάντας τοὺς συλλεχθέντας γραμματικὰς ὀφείλοντας ὑπιδεῖξαι αὐτῷ ἕκαστον τὴν ἰδίαν συνθεσιν παρόντων ὁμᾶ πάντων. Οὗ τοι ἂν ἀκροασάμενοι ἃ σοὶς ἔφην ἀλλὰ σοὶς τὸ ἀληθὲς καὶ πᾶν τὸ τέχνῃ ἁρμόζον ἐκείναν πάντες κοινῇ καὶ ὁμοφώνως ὑπεκρατῆσαν τὴν συνθεσίντε καὶ διόρθωσιν Ἀριςάρχε καὶ Ζηνοδότε. Καὶ πάλιν ἐκείναν τὰ δύο συνθέσεών τε καὶ διορθώσεων βελτίονα τὴν Ἀριςάρχε. Zenodotum confutat etiam Porphyrius in quæſtionibus Homericis & Ammonius in ἀδέν. Allegatur à Stephano Byz. in Δωδώνη, Tatiano, aliisque. Auſonius in ludo VII. Sapientum:

Mœonio qualem cultum quæſivit Homero
Cenſor Ariſtarchus, normaq; Zenodoti.

Præterea Svidas alterum Zenodotum inducit Alexandrinum juniorem, quem ait ſcripſiſſe πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριςάρχε ἀθετήμενα ὃ ποιητὰ, ſive contra Ariſtarchi in Homero varia rejicientis & obelo transfigentis Criticam audaciam, tum περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας, & λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορρημάτων. Ab alterutro horum nomen Zenodoti pro Critico uſurpari cœptum, ut in trito illo Bibaculi apud Sveton. cap. XI. de illuſtribus Grammaticis:

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!

Fuere præterea Zenodotus Ætolus, laudatus Germanico: Zenodotus Mallotes quem allegat Scholiaſtes Arati Græcus, Zenodotus Theophilus, quẽ citat auctor ſcholiorum ad Nicandri Theriaca, Zenodotus Troezenius cujus mentio apud Dionyſium Halicarnaſſenſem, Zenodotus denique Damaſcii in Philoſophicis præceptor, de quo Photius cod. CLXXXI.

* Zenodotus & Ariſtarchus longe juniores fuerunt quam ut eorum operâ uti potuerit Piſiſtratus. Sed ſimilem anachroniſmum in Euſtathio etiam notavit Langbainius ad Longin. Si pro Piſiſtrato Scholiaſtes Dionyſii nominaſſet Ptolemæum, temporum rationem minus læſiſſet, & apertius innuiſſet originem fabulæ de LXX. Grammaticis ad exemplum LXX. Interpretum librorum ſacrorum confictæ.

2011 Ministerio de Cultura

ut præteream Zenodotum ſive Zenobium Sophiſtam ſub Adriano Imp. clarum, cujus Proverbia exſtant.

XVII. Poſt Zenodoum Epheſium diſcipulus ejus & ſub Ptolemæo Philadelpho Bibliothecæ Alexandrinæ præfectus *Ariſtophanes Byzantinus* novam Homeri διόρθωσιν edidit, quæ ab eo Ἀριστοφάνειος dicta eſt, teſte Hipparcho in vita Arati. Meminit Euſtathius non raro, & ſemel iterumque auctor ſcholiorum minorum in Homerum.

XVIII. Hinc Ariſtophanis diſcipulus *Ariſtarchus* Samo Thrax qui Ptolemæi Philometoris liberos Alexandriæ inſtituit, præceptoris ſui induſtria & judicio non contentus, novam Homeri vulgavit editionem, commentariis ſuis inſtructam. In hac ſeveram plane Criticam exercuit, pluribus verſibus obelo notatis ac rejectis, ita ut etiam in proverbium abierit ejus rigor, * non omnibus tamen æque probatus, nam & *Zenodotus junior Alexandrinus* adverſus Ariſtarchum ſcripſit, ut jam è Svida notavi: & *Ptolemæus Aſcalonites*, eodem Svida teſte ſcripſit περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως, & Lucianus Lib. II. de varia Hiſtoria T. 1. pag. 676. Homerum inducit de ἀφετερμένοις στίχοις interrogatum, eos omnes agnoſcentem pro ſuis, κατεγίνωσκον ἄν, inquit Lucianus, τὰ περὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον γραμματικῶν πολλὴ ψυχρολογία. Forte etiam Ariſtarchi editionem Iliadis ad cenſuram revocaverat *Philoxenus*, qui Svida teſte ſcripſerat περὶ σημείων τῆς ἐν Ἰλιάδι ſive *de locis obelo vel alio ſigno Critico in Iliade notatis*. Plurima exempla Critices Ariſtarcheæ occurrunt in ſcholiis minoribus ad Homerum & apud Euſtathium, ut indicem ſcri-

* Nota ſunt Ciceronis loca, & illud Horatii in Arte: *Arguet ambigue dictum, mutanda notabit: Fiet Ariſtarchus.* Vide Eraſmum proverbio *ſtellis ſignare*. Cæterum de notis Criticis veterum Grammaticorum, quarum uſum ad libros Biblicos etiam interjecto tempore applicavit Origenes, conſulendi Scriptores laudati à Venerando D. Jo Fr. Mayero ad calcem Hiſtoriæ verſionis Germanicæ Bibliorum D. Lutheri. Laërtius in Platone & ad eum locum Caſaubonus ac Menagius; Epiphanius de menſuris ac ponder. Iſidori Origines Lib I. c. 20 Præfatio vetus in Pſalmos apud Cotelerium Tom. 3. monument. p 586. Analecta Græca à Montfauconio edita p. 395. Reineſius Lib. I. Var. Lect c. 7 & Epiſtolis ad Hofmannum p. 93 P. Pithœus Lib. II. c 3. Adverſar. Woweranus Polym. cap 17. Leopardus XIX. 5. emendat. Mich. Meiſnerus ſyntagmate ſuper adnotamentis Philologicis, Claudius Dausquejus in Opere de Orthographia, Clariſſ. Kuſterus in Hiſtoria Critica Homeri p 97. & Carolus du Freſne in appendice ad gloſſarium mediæ & infimæ Græcitatis. De σημείοις Criticis in ora Scriptorum Hippocraticorum olim additis vide Galenum T. 5. edit. Baſil. pag. 399. 404. Scripta Philoxeni περὶ σημείων ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου, uti Diogenis Cyziceni & Svetonii Tranquilli περὶ τῶν ἐν βιβλίοις σημείων, pridem temporum injuria interciderunt.

2011 Ministerio de Cultura

ſcriptorum in utrosque infra à me exhibendum conſulenti patebit. Reſpicitur ab Auſonio Epiſt. XVIII.

Quiq́ notas ſpuriis verſibus appoſuit.

Eugenius præfat. ad Hexaëmeron Dracontii:

Quod ſi Virgilius, & vatum ſummus Homerus
Cenſuram meruere novam poſt fata ſubire
Quam dat Ariſtarchus, Tucca, Variusque, Probusq́.

Neque vero *obelis* tantum notavit Ariſtarchus verſus quos ejiciendos cenſebat, ſed & *aſteriſcis* ſive ſtellulis ornavit loca pulchriora & verſus elegantiores. Scholia ad Odyſſ. τ. οἱ ἀστερίσκοι, ὅτι ἐνθάδε καλῶς ὅτε ἐώρακε τὰ ὦλα. *Euſtathius:* καὶ τισὶν ἐντεῦθα οἱ παλαιοὶ ἀστερίσκον ὅς ἐστιν ἀστέρος σημεῖον χάσον ἔχων ἐν τοῖς γωνίας στιγμὰς ἀπὶ τ ἄρισα ἐχόντων ἐπῶν καὶ ἀστεροειδῶς οἱονεὶ λαμπόντων. Giphanii conjecturam qui Ariſtarchi διόρθωσιν hodie exſtare & manibus ſtudioſorum teri exiſtimabat, refellit Doctiſſimus Kuſterus ſive Neocorus in Hiſtoria Critica Homeri pag. 101. Hic fuit Ariſtarchus, cujus dictum refert vetus Horatii interpres ad Lib. II. Epiſt. 1. *ſe non poſſe ſcribere quod vellet, nec vellet quod poſſet*, licet octingentos ὑπομνημάτων libros eum compoſuiſſe Svidas auctor eſt.

XIX. Ante Ariſtarchum Homeri Poëmata, alterum ſaltim, recenſuit *Aratus* Solenſis, cujus Phænomena habemus, inter cujus ſcripta Svidas refert διόρθωσιν Ὀδυσσείας. Hipparchus in Arati vita: Καὶ τὴν Ὀδυσσείαν ᾗ διώρθωσεν, καὶ καλεῖται τις διόρθωσις ἕτως Ἀράτειος, ὡς Ἀριστάρχειος καὶ Ἀριστοφάνειος. Τινὲς ᾗ αὐτὸν εἰς Συρίαν ἐληλυθέναι φασὶν καὶ γενόμενον παρ' Ἀντιόχῳ καὶ ἡξιῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὥστε τὴν Ἰλιάδα διορθώσασθαι μὲ ὑπὸ πολλῶν λελυμαίνθαι. Hunc Arati laborem Wovverano cap. 18. Philomathiæ ridere viſus eſt Timon Sillographus, qui ut eſt apud Laërtium IX. 113. Arato quærenti quomodo aliquis incorrrupta Homeri poëmata conſequi poſſet, reſpondit: εἰ τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διορθωμένοις. Sed forte Timon ab Arato conſultus fuit antequam ipſe recenſendo Homero operam impenderet, & reſponſo iſthoc non Arati ſed vero Zenodoti Epheſii διόρθωσιν perſtrinxit.

XX. Ariſtarchi æqualis & æmulus fuit *Crates Mallotes*, Grammaticus, idemque Homericus & Criticus appellatus, quem Svidas narrat compoſuiſſe (ante Ariſtarchum, ut è Strabone colligo) διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἐν βιβλίοις θ'. Allegatur plus ſimplici vice in ſcholiis ad Homerum minoribus, tum à Tatiano & Clemente Alex. ubi de ætate Homeri agunt. Cratetem & Ariſtarchum κορυφαίους in hoc Critico genere vocat Strabo Lib. I. p. 30. ubi utriusque diſſidentes ſententias

2011 Ministerio de Cultura

super versu quodam Homeri exponit ac refellit. Idem Lib. III. p. 157. testatur Cratetem ad scientiarum præcepta Poëtam exegisse, illarumque peritum eundem demonstrasse.

XXI. *Tyrannion* quoque Phœnicius, Terentiæ Ciceronis libertus, præter alia scripsit Ὁμηρικὴ προσῳδίαν & διόρθωσιν Ὁμηρικὴ, ut è Svida discimus. Sed neque *Nicanor* Alexandrinus inter Homeri διορθωτὰς prætereundus, qui sub Cæsare Hadriano claruit, & eodem Svida teste scripsit περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ. Hic Nicanor στιγμαλίας inde dictus est, ut narrat Eustathius, & νεὸς Ὁμηρος ut legas apud Stephanum Byz. in ἱεραπολις, licet ibi patria vocatur non Alexandrinus sed Hierapolitanus. Huic addendus *Cometas* est, qui similiter Homeri poëmata recensens interpunxit, ut videre est ex his versibus Jambicis quos exhibet Allatius Lib. de patria Homeri c. V.

Εὑρὼν Κομήτας τὰς Ὁμηρείους βίβλους
Ἐφθαρμένας πεπόδαμῶς ὑστιγμένας
Στίξας διεσμίλευσι ταύτας ἐντέχνως
Τὴν σαπρίαν ῥήξας μὴ ὡς ἀχρηστίαν.
Ἐντεῦθεν οἱ γράφοντες σοῦ ἐσφαλμένως
Μαθητιῶσιν, ὡς ἔοικε μανθάνειν.

XXII. De Homeristis * sive Rhapsodis Homeri poëmata decantantibus, quos à præmio laboris agno, ἀρνῳδοὺς etiam dictos constat è scholiis ad Pindari Nem. Od. 2. diligenter satis egerunt viri docti Jul. Cæsar Scaliger Lib. I. Poëtic. cap. 41. Salmasius ad Solinum & Kusterus Historia Critica Homeri pag 86. seq. Itaque tantum ad scribam locum ex ineditis scholiis ad Dionysium Thracem quæ ad Porphyrium auctorem referuntur. Συνέῤῥαπτον δὲ οὗτοι κατ' ἄλληλον διάνοιαν ἀπαρτίζοντας στίχους Ὁμηρικοὺς καὶ ἔψαλλον τὸ ἐφαρμόζον μέρος πρὸς τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ἑορτὴν. Κατεῖχον δὲ καὶ κλάδους δαφνῶν οἱ Ὁμηρίται ἐν ταῖς χερσὶν, ὅτε τοὺς Ὁμηρικοὺς ὕμνους τοῦ Ἀπόλλωνος ἑορτῇ ἔψαλλον. Δαφνῶν δὲ κλάδους εἶχον διὰ τὸ ἀσφαλὲς τῆς ποιήσεως, καὶ ὅτι ἡ τοῦ Ὁμήρου ποίησις μαντικὴ ἐπέχει. Οἱ δὲ μαντεῖς δάφνῃ ἐστέφοντο τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὴν ἱερείαν Δάφνης τινὸς κόρης. Ὁ δὲ ποιητὴς μαντοσύμβολος φαίνεται καὶ ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς, πλὴν καὶ ἐν τούτοις, φασὶ δὲ πρόσωπον τοῦ Ποσειδῶνος διὰ τὴν Αἰνείαν ** ὅτι Τρώεσσιν ἀνάξει, καὶ παῖδες παίδων τέξεν μετόπισθεν ἕπονται. Ὅτι δὲ ἀληθῆ ἐμαντεύσατο, δηλοῦσι τὰ πράγματα.

* Ὁμηρίδαι sunt Homeri posteri apud Strabonem & alios. Sed Philostrato in Scopeliano p. 519. Svidæ & Pindaro Nem. 2. sic etiam appellantur Rhapsodi qui Athenæo Ὁμηρισταί, Porphyrio Ὁμηρίται.

** Confer dicta supra Lib. I, cap. XXIX, num. 2.

2011 Ministerio de Cultura

Ⓐ. Ἐξ Αἰνείω δ' ἡ Ῥωμαϊκὴ ἀρχὴ, καὶ Αἰνειάδαι οἱ βασιλεῖς. In aliis ad eundem Dionysium scholiis: Οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ χρώμενοι καὶ ᾄδοντες τὰ ἑαυτῶν οὐκ ἐφεξῆς, ὡς νῦν κεῖνται οἱ στίχοι, ὅτως ἔλεγον ἀκολούθως ἀποδεικνύμενοι, ἀλλ' ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν, λόγου χάριν ἀπὸ τοῦδε σελιδίου ἕνα στίχον καὶ ἀφ' ἑτέρου σελιδίου ἕνα, καὶ ἀπ' ἄλλου ἕνα λαβόντες, καὶ ὅτως συνάγοντες οὐ διεζευγμένους στίχους εἰς ἓν οὐ διαμόζοντας τῷ πράγματι, λόγου χάριν εἰς γάμους, εἰς ἄρχοντας, ἢ γυμνοπαιδίας, εἰ ἄλλοτι προσηκόμενον, ὅτως ἐπεδείκνυντο. Ῥάπτειν γὰρ ὅτι τὰ διεζευγμένα συνάγειν, καὶ ἕως νῦν ῥάπτας Φαιδρὸν οὐ διεζευγμένα ἱμάτια εἰς ἓν συνάγοντας ὑγιές τι εἰ ἀποτελοῦντας. Non videtur autem verisimile, post Solonis ltgem latam (de qua supra num. XI.) Rhapsodos amplius centones ejusmodi sive confusum versuum Homericorum chaos decantasse, præcipue in festis publicis ac Panathenæis: quin Dionysius Thrax ipse, itidem ineditus, ῥαψῳδίαν non ait esse centonem ex variis locis consutum, sed partem ex integro poëmate decerptam, quo sensu singuli libri Iliadis vel Odysseæ inscribuntur ῥαψῳδίαι. Ῥαψῳδία, inquit, ἔστι μέρος ποιήματος ἐμπεριειλημμένον ὑπόθεσιν. Εἰρηται δὲ ῥαψῳδία οἱονεὶ ** ῥάβδῳδία, ἅσα ἀπὸ τῆς δαφνίνης ῥάβδου, συμβόλου Ἀπολλωνιακοῦ, προσηκόμενος ᾄδειν τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα.

XXIII. Ab antiquissimis temporibus propositum fuisse Homerum juventuti ediscendum in Græcorum scholis, testis locuples Isocrates, cujus hæc sunt verba in Panegyrico: Οἶμαι δὲ καὶ τὸν Ὁμήρου ποίησιν μείζω λαβεῖν δόξαν, ὅτι καλῶς τοὺς πολεμήσαντας τοῖς βαρβάροις ἐνεκωμίασε. Καὶ διὰ τοῦτο βουληθῆναι τοὺς προγόνους ἡμῶν ἔντιμον αὐτὸν ποιῆσαι τὸν τέχνην, ἔντε τοῖς τῆς μουσικῆς ἄθλοις, καὶ τῇ παιδεύσει τῶν νεωτέρων. Ἵνα πολλάκις ἀκούοντες τῶν ἐπῶν ἐκμανθάνωμεν τὸν ἔχθραν τὸν πρὸς αὐτοὺς ὑπάρχουσαν. Hinc pauper Homerus innumeros alere dictus, qui nempe illum juvenibus prælegendo didactrum merebant: & Alcibiades * ludimagistro alapam inflixit, qui de Homeri codice rogatus eum habere se negaverat. Prætereo quod Romani etiam pueros suos vel in primis Homerum docebant, ut è Quintiliano & aliis constat.

XXIV. Deperdita Homeri Scripta hæc memorari reperi ab antiquis, quorum titulos, in faciliorem usum digessi ordine literarum.

Ἄιξ sive Capra. Vide infra num. 10.

1. ἈΜΑΖΟΝΙΑ. Svidas in Ὅμηρος.

2. ἈΜΦΙΆΡΕΩ ἘΞΕΛΑΣΊΑ Ἡ ἘΙΣ ΘΗΒΑΣ sive ΘΗΒΑΪΣ, constans ἔπεσι septem, cujus hoc initium refert scriptor certaminis Homeri

** Non probatur hoc Vossio III. 7. 16. Inst. Poëtic. licet consentiunt Svidas, Eustathius & alii.

* Plutarch. in Alcibiade & Apothegm.

2011 Ministerio de Cultura

atque Heſiodi: Ἄρχε ἄειδε θεὰ πολυδίψιον· ἔνθα ἄνακτες. Idem poëma memorat Herodotus in vita Homeri cap. 9. Svidas & Joh. Tzetzes. Pauſanias in Bœoticis pag. 729. cum de bello illo egiſſet, ſubjungit: ἐποιήθη δὲ εἰς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαίοις. Τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος ἀφικόμενος αὖτις εἰς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι. Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου καὶ ταῦτα ἔγνωσαν. Ἐγὼ δὲ τῷ ποίησιν ταύτην μετάγε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαγνῶ μάλιστα.

3. ΑΡΑΧΝΟΜΑΧΙΑ. Svid.

4. ΓΕΡΑΝΟΜΑΧΙΑ'. Svid.

5. ΓΝΩΜΑΙ extemporales ** Herodoto cap. 9. memoratæ, utrum ſcripto deindè traditæ fuerint, incertum. Quod ſi factum fuit, fortè non diverſæ ſunt ab opere cujus apud Svidam exſtat mentio, Ἡ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου ἀγὼν ſive Ἆθλα.

6. ΕΙΡΕΣΙΩΝΗ. Herodotus de vita Homeri cap. 33. Fuere & alii de Ireſione verſus, quos in Pyanepſiis præcinebant pueri ramum olivæ omni genere frugum onuſtum ferentes. Hos refert Plutarchus in Theſeo, Clemens Alex. 4. Strom. ſub init. Suidas & Etymol. M. in εἰρεσιώνη & Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum pag. 50. & ad Equites pag. 230. Emendatos exhibet Iſaacus Voſſius ad Melam p. 78. De Ireſione multa etiam Nicolaus Loënſis Lib. IV. Epiphyllid. cap. 10. Meurſius in Græcia feriata pag. 245. & Gatakerus in Adverſariis p. 473. edit. Lond.

7. ΕΠΙΓΟΝΟΙ. Herodotus Lib. IV. cap. 32. Ἀλλ' Ἡσιόδῳ μὲν ὅτι μὴ ἐγένετο περὶ Βορέων εἰρημένα, ἔστι ἃ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὁμήρου ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. Fuerunt ἔπη ſive carmina ſeptem, quorum hoc initium refert ſcriptor certaminis Homeri & Heſiodi apud quem male legitur Ἐπειγομένοι pro Ἐπίγονοι, notante Rich. Bentleio:

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν δεχώμεθα Μέσσαν.

Antimacho Ἐπίγονοι tribuit & idem poëmatis initium refert Scholiaſtes Comici ad Pacem. Sed & Joh. Tzetzes inter ſcripta Homero tributa refert τὴν Ἐπιγόνων μάχην.

8. ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΑ. Svid.

9. ΕΠΙΚΙΧΛΙΔΕΣ, Herodoto in vita c. 24. Svidæ ac Tzetzæ memoratum poëma, quod cum pueris decantaret Homerus, præmii loco ab iis

** Verba hæc ſunt: καὶ περὶ τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν παρεόντων ἐς τὸ μέσον γνωμῶν ἀποφαινόμενος, ἀξιος ἐφαίνετο εἶναι τοῖς ἀκούουσι. Idem c. 12. Κατίζων δὲ ἐν ταῖς λέσχαις τῶν γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ ὁ Μελησιγένης, τὰ ἔπεα τὰ ποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἕτερος τὸς ἀκούοντας.

2011 Ministerio de Cultura

iis tulit κίχλας sive turdos, ut auctor est Athenæus Lib. II. p. 65. è Menæchmi libro περὶ τεχνιτῶν. Rectè igitur Æmilium Portum Svidæ interpretem reprehendit Clarissimus Kusterus in historia Critica Homeri pag. 68. quod in Epicichlidibus hisce putaverit ab Homero actum fuisse de turdis, atque inde nomen operi inditum.

10. ΕΝΤΕΠΑΚΤΙΟΝ ΑΪΓΑ inter Homeri παίγνια memorat Procli codex Allatianus in vita Homeri ubi Allatius legit ἐπαπένλιον ex Hesychio, cui ἐπαπέκτι@ est, Ἡ βαθεῖας τείχας ἔχουσα. Sane inter Homeri scripta Johannes Tzetzes quoq; Αἶγα sive capram refert in hisce versibus quos ex ejus Iliade inedita allegorica protulit Vir doctissimus Rich. Bentleius in Epistola ad Joh. Millium pag. 63.

Τέλα καὶ δέκα γέγραφε μνημόσυνον βιβλία
Μαχίτλω τε καὶ Αἶγάτε καὶ τ̃ μυῶν τλὼ μάχλω
Τλὼ Ἀπιγόνων μάχλω τε χαάφει καὶ Θηβαΐδα,
Τλὼ Οἰχαλίαν, Κέρκωπας, εἰς οὓ Θεός τε ὕμνος
Καὶ τλὼ ἐπαεπάκτιον καὶ τὰς Ἀπικιχλίδας
Καὶ Ἀπιχαάμματα πολλὰ σὼ νυμφικοῖς τοῖς ὕμνοις
Καὶ τλὼ Ὀδυσσείαν αὐτλὼ μ̃ τῆς Ἰλιάδ@.

Cæterum Ἐπαπήκτιον Procli, & Tzetzæ ἐπαεπάκτιον recte fortassis retuleris ad Poëma, quod in vulgatis Svidæ codicibus vocatur Ἠπιέπακτ@, de quo mox.

11. ΗΘΙΕΠΑΚΤΟΣ sive IAMBOI. Vide supra in Γνῶμαι. Vel si Joh. Tzetzæ lectio ἢ Ἐπαεπάκτι@ præferatur, ut sane Proclo quoque & ipsius Svidæ posteriore loco, codicibus suffragantibus videtur faciendum, non improbarim conjecturam doctissimi Bentleji, suspicantis poëma illud fuisse in homines septem qui in litore corpus curabant. Aut vero constabat septem carminibus quos ἐπ' ἀκτῆς sive in litore Homerus effudisse ferebatur.

ΘΗΒΑΪΣ. Vide supra num 2.

12. ΙΛΙΑΣ ΜΙΚΡΑ, ut Svidæ & Hesychio in Διομήδει@ ἀνάγκη, sive ut ab Herodoto in vita Homeri cap. 16. vocatur Ἰλιὰς ἢ ἐλάσσω, ubi refert eam à Poëta compositam, cum apud Ludimagistrum *Thestoridem* versaretur, qui deinde pro sua eandem vulgaverit. Initium Operis hoc fuit teste eodem Herodoto:

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίδω εὐπωλον
Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ θεράποντες Ἄρη@.

Meminit ejus Poëmatis, sed non addito auctoris nomine, Clemens Alex. 1. Strom. p. 321. & Callisthenes* libro secundo ἑλλωικῶν apud auctorem Scholii

2011 Ministerio de Cultura

Scholii veteris ad Euripidis Hecubam v. 914. quod è codice Fulvii Ursini Producit Josephus Scaliger l. V. emendat temporum p. 378. Ἐάλω δ' ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μὴτινες ἱστορικῶν, ὀγδόῃ ἱσταμένῳ, ὡς ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα γράψας, ὀγδόῃ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, Φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, λέγει γὰρ Νὺξ μὲν ἔην μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.

Leschem Pyrrhæum Lesbium parvæ Iliadis auctorem facit Vetus tabella Iliaca illustrata à Raphaële Fabretto, quem vide pag. 342. 349. Eusebius in Chronico ad Olymp. XXX. Scholiastes Pindari & Tzetzes ad Lycophronem v. 344. ubi unum, & v. 1263. ubi undecim ex illa versus producit. Sed quanquam Ἰλίου πέρσιν, Pausaniâ teste, Lesches scripsit Arctinum Milesium æmulatus, longè tamen latius patuit argumentum parvæ Iliadis, ut docet Aristoteles cap. 23. poëtices, unde Ilii πέρσιν à Lesche scriptam, cum parva hac Iliade Homero adscripta neutiquam confundendam, adversus Salmasium in Solin. p. 854. contendit Theodorus Ryckius diss. de Æneæ in Italiam adventu, pag. 445. Initium poëmatis Leschis perstringit Horatius in arte v. 136. scriptorem cyclicum appellans:

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Ἄειστω Πριάμοιο τύχαν πόλεμόν τε κλεεννόν.

Cæterum falsus est Petavius, qui in rationario temporum part. 1. Lib. I. c. 10. part. 2. Lib. II. cap. 9. 10. & alibi pro veteri illa parva Iliade habuit, tum Federicus Morellus qui tanquam veteris Poëtæ Græci cum versione & notis Parisiis in 8vo. edidit poëma Iliacum Græcum eruditi, sed recentis Poëtæ *Laurentii Rhodomanni*, quod sine auctoris nomine edidit Michael Neander Lipsi. 1588. 8vo. unà cum ejusdem Rhodomanni Argonauticis, * Thebaicis & Troicis, sive Epitome Homeri & Cointi totius historiæ Trojanæ, Stylo Homerico elegantissime expressa, Troicis item Manassæ versibus politicis, & poëmate Dorico Rhodomanni de Arione Methymnæo. Troica eadem, præfixo ne quis dubitet Rhodomanni nomine, paululum mutata leguntur cum Metaphrasi Latina poëtica ad Calcem Cointi Smyrnæi, Hanov. 1604. 8vo.

13. ΚΕΡΑΜΙΣ Svidæ memorata non alia est, quam XXIV. versus

* Vossius de hist. Gr. p. 41. ait ex belli Troici historia à Callisthene scripta Plutarchum in Camillo referre quo die capta fuerit Troja: Sed ex hoc loco Scholiastæ Euripidis apparet, scripsisse illud Callisthenem libro secundo Rerum Græcarum. Solum enim Callisthenis nomen nullum vero ejus scriptum laudat Plutarchus, licet apud Ciceronem V. 12 ad famil. exstat historiæ belli Troici à Callisthene scriptæ mentio.

** Hæc pro antiqui scriptoris Anonymi poëmate habuit Clariss. Josua Barnes ad Euripidis Medeam p. 175.

2011 Ministerio de Cultura

versus Hexametri, qui exstant *** apud Herodotum in Homeri vita cap. 32. ubi testatur, titulum illis datum KAMĬNOΣ sive *Fornax*.

14. KÉΡKΩPEΣ ab Herodoto c. 24. & Proclo in Homeri vita qui Κέρκωπας κενὰς vocat, tum à Svida & Johanne Tzetza inter scripta Homeri memorantur. Harpocration quoque memorat τοὺς εἰς Ὅμηρον αἰνιττομένους Κέρκωπας. Fuit autem argumenti ludicri de hominibus callidis ac fraudulentis versutisque: Inde Proverbium κερκωπίζειν, pro *fraudulenter agere*. Vide Eustathium ad Odyss. κ sub extremum, & ad Odysseæ β' p. 74.

15. KÝKΛOΣ etiam à Svida refertur inter scripta Homeri, & Johannes Philoponus in 1. Analytic. testatur Κύκλον Poëma à quibusdam ad alios, à nonnullis ad Homerum auctorem relatum fuisse. Neque alius videtur ab illis intelligi quàm *Cyclus Epicus* (Melicis & elegiacis contra distinctus) sive corpus quoddam ex Cypriis carminibus, parva Iliade, aliisque Poëmatis pluribus variorum auctorum, Hexametro carmine scriptis congestum. ** Proclus in Chrestomathia apud Photium codice 239. auctor est incepisse à Cœli & Terræ congressu, pertexuisseque fabulas Græcorum de Diis, & alias intervalli Mythici narrationes usque ad excidium Trojæ, & qui hoc secutus est reditum Ulyssis in Ithacam. Hoc itaque corpus poëmatum propter consequentiam non interruptam integramque & periodum rerum, quas describebat, & propter amplitudinem operis, dictum est, Cyclus, & Poëtæ, quorum erant illa carmina, Lesches, Antimachus, Eumelus, Stesichorus aliique, Scriptores Cyclici, de quibus consulas licet Jac. Nicolaum Loensem Lib. I.

*** Rectius itaque debebat hoc loco, ubi deperdita Homeri scripta recenseo, prætermitti.

** Primus fortassis, *inquit*, *H. Dodwellus*, corporis hujus collector fuit *Dionysius* seu *Milesius* seu *Samius* seu urbis utriusque civis. Hunc κυκλογράφον alii, alii κύκλων vel κύκλε ἱστορικὸν auctorem Veteres appellant. Non quidem ut opinor quasi alius ab Epico Cyclus ille fuisset Historicus, sed quod Poëtas complecteretur historicos, qua nempe Mythica etiam Historiæ nomine censetur, historia certe in qua versarentur Poëtæ omnino dignissima. Sic enim Eumelus Poëta antiquissimus Historicus appellatur Schol. pindari Olymp. 13. Hujus Dionysii libros septem fuisse auctor Svidas est. Nec illum numerum excedunt veteres qui ex hoc opere testimonia depromserunt Clemens Alex. in protrept. & Athenæus Lib. VII. Dipnos. c. 3. Quo tempore vixerit incertum est. Clemente tamen antiquiorem fuisse constat atque Athenæo. Accessere deinceps alii ad hunc eundem Poëtæ ipsi quoque Epici, collectore fortasse *Polemone*, à quo nomen Cyclicis Polemoniacis. (Confer Scholia ad Iliad. γ. 242.) Illi locum fortassis habebant in Cyclo qualis exstabat ætate Procli. *Hæc doctissimus Dodwellus.*

2011 Ministerio de Cultura

Miſc. Epiphyllidon. c.4. Joſeph.Scaligerum Epiſt. 195. Joh. Wovveranum cap. 24. Polymathiæ, Dan. Heinſium Daceriumque ad Horat.Salmaſium *** p. 597. ſeq. ad Solin. & Henr. Dodvvellum de veteribus Græcorum Romanorumque Cyclis p. 800. ſeq.

16. ΚΎΠΡΙΑ ἜΠΗ, ſive *κυπριακὰ*, quæ à parva Iliade diſerte diſtinguunt Ariſtoteles in poetica cap. 23. Pauſanias Lib. X. Svidas & alii, dicitur Homerus filiæ ſuæ dotis loco dediſſe, cum præ inopia aliter eam elocare non poſſet. Auctor Pindarus apud Ælianum Lib. IX. cap. 15. Variar. Filiæ nomen *Arſephonem* fuiſſe notat Tzetzes Chil. XIII. verſ. 638. Generum Homeri *Staſinum* Cyprium * vocant Grammatici veteres apud Proclum, ajuntque eundem carmina illa edidiſſe, quæ à patria Staſini deinceps Cypria appellarentur. Cui ſententiæ Proclus opponit, quod non inſcribantur *ποιήματα κύπρια* accentu ** in antepenultima. Homerum auctorem illius operis negat Herodotus in Euterpe c. 117. & Clemens Alexandrinus in Protreptico pag. 19. ubi ſcriptorem Cypriorum Carminum ab Homero diſtinguit, perinde ut Svidas in *οἶνος*, cui adde, qui illa retulere ad *Dicæogenem* ut Ariſtoteles cap. 16. Poëtices, vel ad Halicarnaſſeum quendam (*Pigretem* fortaſſis) vel ad *Staſinum* ſub cujus nomine Cypria laudat & verſus quosdam ex illis producit auctor Scholiorum ad Iliad. A. v. 5. vel ad *Hegeſiam Salaminium*, ut refert Athenæus Lib XV. pag. 682. & Proclus in Chreſtomathia ap. Photium Cod. CCXXXIX. vel ad *Theopompum*, cujus Cypriacum carmen laudat Fulgentius 1. Mytholog. cap. 2. vel denique ad *Eucloum Cyprium*, quæ de ſententia Gyraldum conſules. Pluribus opus hoc conſtitit libris, nam librum undecimum Athenæus laudat dicto loco, & duodecim verſus Hexametros ex illo producit. Latinis verſibus jam olim reddiderat Poëta vetus *Nævius*, cujus *Cypriam Iliadem* laudat Chariſius Lib. I. pag. 118.

Hic

*** Idem Salmaſius apud Ariſtotelem de Sophiſt. Elench. Lib. I. cap. 9. ubi Homeri poëſis cui titulus Κύκλος, ſophiſtice *figura* eſſe arguitur, quia circulus figura eſt; pro Ὁμήρου nomine jubet reponere Εὐμήλου. De Eumeli Corinthii poëmatis qui circa Olymp. III. claruiſſe dicitur, agit præter Salmaſium ac de Poëtis ſcriptores Voſſius de Hiſt. Gr Lib. IV. c. 1. Sam. Petitus Lib II c. 2. Obſerv. pro Ὁμήρου apud Ariſtotelem legit ὁ μέρος, quæ conjectura mihi non probatur.

* Herodotus in Homeri vita c 25. auctor eſt è duabus Poëtæ filiabus unam diſcesſiſſe innuptam, alteram viro Chio collocatam fuiſſe. Porro ἐκ τῶν Στασίνου Κυπρίων hi verſus proferuntur in veteri Gnomologico cap. περὶ αἰδοῦς & apud Stobæum:

Ζῆνα δὲ τὸν ῥέξαντα καὶ ὃς τάδε πάντ' ἐφύτευσεν
Οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν, ἵνα γὰρ δέος ἔσκε καὶ αἰδώς.

** Num vero Κυπρία, ut putabat Salmaſius, an Κυπριακὰ, non addit.

2011 Ministerio de Cultura

Hic Nævius à Scaligero ad Catullum p. 112. eumq; secuto Salmasio vitiose Lævius appellatur. Nam & Priscianus Lib. X. Nævium vocat, in testimonium citans librum Iliados secundum, ut observatum Theodoro Ryckio in diss. de Æneæ in Italiam adventu, quem p. 446. sq. de Cypriis hisce Carminibus accuratius differentem vide post Salmasium ad Solin. p. 598. 599. edit. Trajectinæ, & Joh. Meursium in Cypro Lib. I. cap. 1.

17. ΜΑΡΓΊΤΗΣ sive Poëma Satyricum in stultum quendam hoc nomine. Harpocration in Μαργίτης. Ἐκάλουν δὲ αὐτὸν οὕτω, ἀφ' τοῦ εἰς τὸν Ὅμηρον ἀναφερόμενον μαργίτην, ὅπερ ποίημα Καλλίμαχος ἐμφέρεσθαι ἔοικεν. Ad quem locum consules si placet Maussaci & Valesii notas. Dio Chrysostomus diss. 53. Γέγραφε δὲ καὶ Ζωΐλος ὁ Φιλόσοφος εἴτε τῷ Ἰλιάδα καὶ τῷ Ὀδυσσείαν, καὶ περὶ μαργίτου δέ. Δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτο τὸ ποίημα ὑπὸ Ὁμήρου γεγονέναι, νεωτέρου καὶ ἀποπειρωμένου τῆς αὐτοῦ Φύσεως πρὸς ποίησιν. Auctor Certaminis Homeri ac Hesiodi: Κολοφώνιοι δὲ καὶ τόπον δεικνύουσιν ἐν ᾧ φασὶν αὐτὸν γράμματα διδάσκοντα τῆς ποιήσεως ἄρξασθαι καὶ ποιῆσαι πρῶτον τὸν Μαργίτην. Meminere præterea hujus poëmatis Homeroque tribuunt, & quædam ex eo proferunt Plato Alcibiade. 2. Aristoteles in poetic. cap. 4. & Lib. VI. ad Nicomach. c. 7. ibique Eustratius & ad Eudemum Lib. V. cap. 7. Plutarchus in Demosthene, ubi versus quidam ex illo leguntur, quos Demosthenes ad Alexandrum M. applicavit. Scholiastes Aristophanis ad aves, pag. 404. Tzetzes Chiliad. 4. vers. 868. Chil. 6. hist. 62. & Svidas in Μαργίτης: Ex eodem Svida in Πίγρης cognosces poëma hoc à quibusdam non Homero tributum, sed *Pigreti* Halicarnassæo Artemisiæ fratri. Ab Eustathio ad Odyss. κ. p. 413. Laudatur ὁ ποιήσας τὸν Παραφόμενον Ὁμήρου μαργίτην. Similiter ambigui hærent Proclus & anonymus alter ab Allatio editus in Homeri vita & Clemens Alex. 1. Strom. p. 281. Heroicis Hexametris trimetros Jambicos, quatuor breves primo pede habentes, in Margite passim permixtos (ῥωϊάμβους Tzetzes vocat) testatur præter Hephæstionem in Enchiridio p. 64. Marius Victorinus Lib. I. II. & III. artris metricæ pag. 2512. 2524. & 2572. edit. Putschii. Cæterum de Margitæ stultitia, quæ postea in proverbium abiit, videndus Svidas & Adagiorum Scriptores. Dio Chrysost. Orat. 66. Lucianus in Hermotimo. Polybius in Excerptis Peiresc. pag. 59. πῶς γὰρ ἂν οἷόν τε Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. Vide & Petrum Petitum Lib. II. Miscellan. Observatt. capite primo.

2011 Ministerio de Cultura

18. ΝΌΣΤΟΙ. * Svidas. Videntur hi fuiſſe pars Cycli Epici & egiſſe de reditu Græcorum in patriam poſt everſam Trojam. Sine nomine laudantur ab Apollodoro Lib. II. Bibl. & à Scholiaſte Euripidis in argumento Medeæ, ὁ τὸν νόστον γράψας.

19. ΟἸΧΑΛΙΑΣ ἌΛΩΣΙΣ, de hac dixi libro ſuperiore cap. 4. ubi de Creophylo. De argumento hujus Poëmatis confer ſcholia ad Iliad. ε. 392.

20. ΠΑΙΓΝΙΑ Svid. & Herodotus cap. 24. in Homeri vita, ſed ex quo loco ut Proclo etiam in Homeri vita apparet, non fuiſſe ſingulare Scriptum Poëtæ hoc titulo, ſed potius Batrachomyomachiam, Cercopas & Epicichlides generali illo nomine venire. Etiam juniori cuidam Homero παίγνια Svidas tribuit.

21. ΣΙΚΕΛΊΑΣ ἌΛΩΣΙΣ, Svidas, apud quem Οἰχαλίας pro Σικελίας legere ſine ulla dubitatione jubet Richardus Bentlejus Vir Clariſſ. in Epiſtolâ ad Joh. Millium.

22. ῞ΥΜΝΟΙ, plures aliique ſub Homeri nomine olim lecti ſunt, quam hodie exſtant, uti ſuprà, cum de editis Hymnis agerem, annotavi.

23. ΦΩΚΑΪ́Σ. Herodot. c. 16.

24. ΨΑΡΟΜΑΧΙΑ. Svidas.

* Scripſere νόστους Anticlides Athenienſis, Eumelus ſive Eumolpus Corinthius, Lyſimachus Alexandrinus, Symmachus Tzetzæ in Lycophronem laudatus & Steſichorus. Vide Mauſſacum ad Plutarchum de fluminibus ubi de Inacho, & Voſſium de Hiſtoricis Græcis p. 431, Svidam in Νόσ&.

CAPUT III.

De Homeri Scholiaſtis Interpretibus & Metaphraſtis Græcis, qui exſtant vel editi vel MSS. tum de Poetæ verſionibus & editionibus, argumentis, indicibus, lexicisq; in Homerum vulgatis.

De Scriptis Didymi Chalcenteri, qui Homerum aliosq; ſcriptores etiam proſarios commentariis illuſtravit. 1. Scholia brevia tamen quæ ſub ejus nomine in Homerum exſtant, non ſunt hujus Didymi, neq; alterius Didymi Alexandrini junioris. 2. Sed ex Didymo Chalcentero aliisq; priſcis Homeri interpretibus diu

poſt

2011 Ministerio de Cultura

pòst selecta. Num Eustathius ea viderit qualia hodie habemus? 3. *Porphyrium non esse horum scholiorum auctorem.* 4. *Eorum tum separatim tum una cum Homero vulgatorum editiones.* 5. *De Schreveliana, de Oxoniensi & Cantabrigiensi Homeri editione cum scholiis Græcis. Additamenta Schreveliana scholiis Didymo tributis illaudato more inserta.* 6. *Scholia Græca in quosdam Homeri locos à Cantabrigiensibus primum vulgata è codice Aloysii Alemanni.* 7. *De Eustathio ejusq; παρεκβολαῖς in Homerum, editionibus, excerptis Adriani Junii &c.* 8 *Commentariorum Eustathii laus, institutum, versio latina inedita Vincentii Marinerii.* 9. *Scriptores ab Eustathio laudati nominibus propriis haud expressis. Quare nusquam alleget libros Scripturæ Sacræ?* 10. *Commentarius Eustathii in Batrachomyomachiam.* 11. *De Scholiis Græcis incerti auctoris in librum IX. Iliados editis à Conr. Hornejo.* 12. *Scholia & commentarii inediti variorum auctorum anonymorum, tum Porphyrii, Procli, Andronici.* 13. *Johannis Tzetzæ Metaphrasis, ἐξήγησις, allegoriæ in Homerum, item pro Homerica, Homerica, post Homerica. Allegoriæ Homericæ Heraclidis Pontici, Nicephori Gregoræ, Mich. Pselli & Johannis Diasoni Galeni.* 14. *Scholia Georgii Chrysococcæ & quorum pars à Scherpezelio edita est, Manuelis Moschopuli. Mich. Pselli Paraphrasis, & deperdita Demosthenis Thracis. Constantini Hermoniaci Metaphrasis. Scholia Isaaci Porphyrogeniti. Quintus Smyrnæus falsò relatus inter Homeri commentatores.* 15. *Metaphrasis Græcobarbara Nicolai Lucani & Demetrii Zeni.* 16. *Editiones Homeri Græcæ.* 17. *Latinis versibus redditus Homerus.* 18. *Latina prosâ, ubi de Græcolatinis Homeri editionibus, & commentariis, notisq; sive editis sive promissis recentiorum.* 19. *Versiones Homeri Persica.* 20. *Indica.* 21. *Anglicæ,* 22. *Hispanicæ.* 23. *Belgicæ.* 24. *Italicæ.* 25. *Gallicæ,* 26. *Germanicæ.* 27. *Tituli Argumenta & periochæ librorum Homeri.* 28. *Indices,* 29. *Phraseologiæ, Lexica & claves Homericæ,* 30.

I.

POstquam de scriptis Homeri egi, consequens est, ut de Interpretibus ejus pauca addam, ac primum de Græcis qui exstant. In his familiam ducit Auctor brevium Scholiorum, quæ in Iliadem & Odysseam feruntur sub nomine *Didymi*, Alexandrini putâ Grammatici Aristarchei, Chalcenteri à pluribus laboribus literariis appellati, qui sub Augusto Imp. floruit, & plures Poetas Commentariis illustraverat. Commentarium ejus in Iliadem laudat Ammonius in λητουργεῖν & χλαμύς. Ejusdem

2011 Ministerio de Cultura

Ἐξήγησιν Ὀδυσσείας, Etymologicum M. in περισκέπτω & σκύζω. Commentarios in Euripidem, Scholiastes ad Hecubam v. 887. 1039. &c. In Aristophanem, Phrynichum, Jonem, Sophoclem, Athenæus: Libros ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς, Lactantius libro I. cap. 22. In Bacchylidem, Ammonius in ὑπόμνημα. Illustraverat etiam Scriptores Prosarios, ut Isæum, Demosthenem, pluresque Rhetores, quod idem Ammonius in νῆες, Harpocration & alii testantur. Ne de aliis Didymi scriptis in præsenti dicam, quatuor millia enim librorum scripsisse Seneca Auctor est Epistola 88. Etsi Demetrius Trœzenius apud Athenæum Lib. IV. p. 139. Hesychius Illustris & Svidas * tantum computant ter mille & quingentos. Ob quam causam ab eodem Demetrio dictus fuit βιβλιολάθας, quod sui ipsius, puto in tot libris, oblitus, sæpe numero sibi contradixisset. Vide Quintilianum Lib. I. c. 8.

II. Quanquam vero ex dictis constat, Homerum à Didymo hoc illustratum fuisse, non tamen æque certum est, Scholia Græca, quæ habemus, illum Auctorem agnoscere. Nam in illis non exstant, quæ ex Didymi in Homerum ἐξηγήσει profert Ammonius, deinde in iisdem laudantur Scriptores Didymo Juniores, Plutarchus, Cointus, Galenus, Pausanias, Jamblichus & alii: unde juniori cuidam Didymo Alexandrino, quem πλάναι & περὶ ὀρθογραφίας scripsisse Svidas ait, illa tribuebat Meursius in Bibl. Græca pag. 1359. Sed & hoc Didymo juniores sunt Cointus & Jamblichus, nam Apollonium Dyscolum, qui sub M. Antonino vixit in Didymi πλάναι scripsisse idem Svidas notavit. Qvin etiam Didymus ipse (Chalcenterum intelligi non dubito) in Scholiis illis nominetenus laudatur ad Iliad. α. 400. δ. 475. & ad χ. 126. Quod autem Illustris Vir Gisbertus Cuperus ex loco ad Iliad. δ. 379. Schreveliana editionis (in aliis enim hæc frustra quæras) ubi Δίδυμος ὁ ἠμέτερος dicitur, hæc Scholia à Didymi Discipulis collecta esse suspicabatur Lib. II. variarum observationum cap. 8. Virum præstantissimum fefellit additamentum editoris, quod lineolis ille distinxit quidem, cæterum malo more, Græcis verbis, ad antiqua scholia adtexuit. Schrevelii enim hæc verba sunt: ἄλλοθι παρέδωκε Δίδυμος ὁ ἠμέτερος (hunc quippe putabat esse auctorem scholiorum quæ recensebat) συμμάχους εἶναι συστρατιώτας τ' πολιορκόντων, βοηθὸς ἢ δοὺ βοηθοῦντας τοῖς πολιορκουμένοις, respiciturque ad Scholion Iliad. β. Catalog. 310. & γ. 188. Porro Merico Casaubono in diatraba de nupera Homeri editione pag. 44. videntur hæc in Poëtam Scholia respici ab Eustathio, cum in suis ad Homerum Commentariis

* Vide Svidam in χαλίφρονος.

2011 Ministerio de Cultura

tariis ſubinde laudat *σχόλια παλαιά*. Idem obſervat, pleraque illorum Euſtathium in ſuos commentarios transtuliſſe, adeò ut ex hiſce non pauca ſcholiorum loca emendari poſſint, quod aliquot exemplis p. 56 ſeq. oſtendit. Sed & Didymum plus ſimplice vice laudat Euſtathius, ejusque *ἐξηγήσεις* affert ut in Iliad. *β*. p. 274. Iliad. *λ*. p. 818. & aliis in locis, verum ita fere, ut non ipſe fateatur ſe eum inſpexiſſe: *ὁ Δίδυμος δέ, φασι, λέγει*, ut omittam illa quæ affert è Didymo, non reperiri omnia in ſcholiis quæ habemus.

III. Verisimillimè itaq; dici poteſt ſcholia iſta non eſſe Didymi, neq; ex ſolis Didymi commentariis, ſed ex Didymo multisq; aliis *παλαιοῖς & νεωτέροις*, Ariſtarcho, Cratete, aliisq; (plures enim interpretum ſententias paſſim colligit, cujus rei illuſtre exemplum habes Iliad. *Σ*. 486. & Odyſſ. *ι*. 43. *κ*. 1. *μ*. 89. Et ad Odyſſ. *β*. 132. *καθ' ἕνια*, inquit, *τῶν ὑπομνημάτων*, Iliad. *η*. 156. 133. 135. *ἐν ἄλλῳ* ſcil. *ὑπομνήματι*. Sed & *Μεταφράσεις* memorat ad Iliad. *λ*. 232.) incerto auctore, multis forte poſt Didymum ſæculis collecta, interim erudita, & ad intelligendum Poëtam & pernoſcendam Mythologiam & dialectos * utiliſſima, tironibus vel imprimis commendanda. Euſtathius ipſe, quem pleraque illorum in ſuas *παρεκβολὰς* transtuliſſe jam dixi, non pauca præclara ex iisdem omiſit, forte quod illa in codice ſuo non invenit. Qui enim ſcholia Poëtarum in antiquis codicibus evolverunt, ſciunt ea ſubinde ab aliâ manu aucta & plurimum inter ſe diſſidentia occurrere. Ac de his ipſis ſcholiis Didymo tributis Mericus Caſaubonus libello laudato p. 45. *Ejusdem auctoris tam sibi repugnantia esse, non ego præstem.* Nec repugnantia tantum in his ſcholiis offendas ſed eadem quoque bis repetita aliis verbis, ut ad Odyſſ. *χ*. 299. 300. *τ*. 179. Iliad. *Φ*. 194. *γ*. 188.

IV. Deceſſor meus Vinc. Placcius *ὁ μακαρίτης* libro de Anonymis 75. ait è Gesnero ſe didiciſſe quod Porphyrius à quibusdam auctor eorundem habitus fuerit. At enim hæc non à Geſnero ipſo verum à Simlero in Gesneri continuatione memorata ſententia, quàm ſit parum veriſimilis (licet ex Porphyrio plurimum profeciſſe horum Scholiorum auctorem lubenter profiteor) conſtat vel ex eo, quod ſub Porphyrii nomine

*Paſſim notat voces Bœoticas, Æolicas Doricas Jonicas, Cyprias, Theſſalas, Phrygias, Atticas &c. Schrevel ad Il. *ε*. 29. & *κ*. 559. *λ*. 704. ubi notatur dativum à Poëta poſitum eſſe loco genitivi, de ſuo ſubjunxit eam eſſe *γενικὴν ἑβραϊκήν*. Sic *Pſalmus* לדוד *Davidis* Alium Hebraiſmum notat idem Schrevelius Iliad *ε*. 329. Grammaticos & librarios imperitos vetuſtiores præcipue, multa in Homero corrupiſſe queritur Scholiaſtes ad Iliad. *θ* 160. Verſus inſititios & ſuppoſitos notat ad Iliad. *β*. Catal. 35. *ι*. 395. *ο*. 71, Odyſſ. *λ*. 622 &c.

2011 Ministerio de Cultura

mine alia in Homerum ſcholia manu exarata adhuc exſtant in manibus virorum doctorum, ut infra dicam: deinde laudatur in hiſce non modo ipſe Porphyrius Iliad. α. 317. β. 249. 308. γ. 175. 250. 314. ſed & Jamblichus Porphyrio junior Odyſſ. β. 153.

V. Scholia in Iliadem edita primum ſunt additâ ipſâ Iliade, Græcè, Romæ * A. 1517. fol. Σχόλια παλαιὰ τ πάνυ δοκίμων εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα. Præmiſſa duo Jani Laſcaris Epigrammata (non in Didymum ſed) εἰς τὸν ἐν τῇ βίβλῳ Ὅμηρον ἐπομνηματισάς. Scholia in Odyſſeam primus edidit præfixo Didymi nomine Aldus, adjunctis non modo in Iliadem editis jam ante ſcholiis, ſed & *Porphyrii* quæſtionibus Homericis & libello de antro nympharum, Venet. 1521. 1528. 8vo. Scholia in Odyſſeam ſeparatim excuſa Pariſiis Ao. 1538. 8vo. memorat in Bibliotheca Gesnerus. Joachimo inde Camerario & Jac. Micyllo curantibus Homerus integer Græcè cum ſcholiis in Iliadem & Odyſſeam cuivis paginæ in ora libri adjectis, & ſubnexis ad calcem voluminis Porphyrii libellis editus eſt Baſileæ apud Hervagium 1535. 1543. 1551. 4to. ſive parvo fol. Iterum Scholia ſeparatim, Homero quem explicant non addito, emendatius vulgata ſunt à Jacobo Bedroto, Græcè, ſubjunctis iisdem libellis Porphyrii, Argentorati 1539. 8vo. cum Bedroti & Joh. Sturmii præfationibus, ſub titulo: Ὁμήρου ἐξηγητής.

VI. Interjecto majore quam ſæculi ſpatio Cornelius Schrevelius Homero ſuo Græco-Latino eadem Scholia, quæ Didymo audacter tribuit, in imo ſingularum paginarum Græce ſubjecit. Amſtelodami apud Elzevir. ** Et Lugduni Bat. apud Franciſcum Hackium Ao. 1656. 4to. Quanquam vero hæc Editio elegantiſſima eſt, tum diſpoſitionis ratione tum typorum, tamen & in Græcum Homeri Textum vitia typographica non pauca ſuperiorum Editionum & recepit & auxit, tum & Scholia adverſus priorum editionum fidem detorta, depravata, mutilata, plurimis additamentis *** coinquinata exhibet lectori, ut queruntur Mericus Caſaubonus in diatriba de hac Homeri Editione ad virum Clariſſimum Joh. Georg. Grævium edita Londini 1659. 8vo & Cantabrigienſes in præfatione ad ſuum, de quo mox, Homerum; in qua etiam Oxonienſem ἔκδοσιν Iliados, quæ Ao. 1675. 8vo. iisdem Scholiis

* Hanc editionem exſtare memini in Bibliotheca Gudiana.

** Eadem hæc editio eſt, etſi tituli diverſi: Communibus enim ſumptibus Homerum excuderunt Hakius & Elzevirius. Itaque falluntur viri docti, qui de illis loquuntur tanquam de diverſis.

*** Hæc interdum virgulis includit, ut ad Iliad. γ′ 365 ἕτως σωφρονῦσιν οἱ ἐθνικοὶ, οἱ ἄθεοι, καὶ ψευδώνυμος καὶ εἰδωλολατρῦσα σοφία. Sæpiſſime vero ſine nlla notâ antiquis admiſcuit.

2011 Ministerio de Cultura

liis illuſtrata prodiit, Schrevelianæ contagio infectam, ægrè ferunt. Hi vero, quos dixi, Cantabrigienſes omnium præſtantiſſimam Homeri editionem publico bono vulgare cœperunt Ao. 1689. 4to. edita Iliade: (Odyſſea enim ab iisdem promiſſa, quod ſciam, nondum prodiit) ad H. Stephani & alias optimas editiones caſtigata, cum verſione longè emendatiore, in poſterioribus præcipuè libris (nam in primis tribus vel quatuor pleráque Schrevelianæ retinuiſſe ſe non diffitentur,) tum ſcholiis Græcis per ſingulas paginas ſubjectis, & ad veterum editionum fidem recenſitis. Addiderunt etiam varias lectiones, & H. Stephani in Homeri Iliadem notas, quarum vix ſextam partem Schrevelius dederat: Varias præterea lectiones, conjecturas & caſtigationes in Scholia, & ſuppoſitorum Scholiorum à Schrevelio inſertorum elenchum.

VII. Denique in calce voluminis adjunxêre alia quædam Scholia Græca vetuſta, excerpta Ao. 1518. ex optimo Codice ab *Aloyſio Alemanno*, (qui Sophoclis Antigonen Italicè vertit) & adſcripta in marginibus ampliſſimis Florentinæ* Homeri editionis, de quibus ita ſcribunt Cantabrigienſes: *Excerpta illa quovis pretio digna, utpote vetuſtiſſimorum Criticorum & Grammaticorum reliquias, exiſtimatu facile eſt. Videbis ſæpè in iis laudatos, ubi tamen nec in noſtris Scholiis, nec in Euſtathio laudantur, Sidonium, Seleucum, Zenodotum, Ariſtarchum, Ariſtophanem, Herodianum, Chryſippum, τὰς ἀπὸ τῆς σχολῆς, & alios veterum, quorum ſcripta dudum eſt, quod perierunt.* Hæc illi, qui cætera Didymo tributa vulgo ſcholia nec ipſi audent ad eum auctorem referre; ſed ex variorum Commentariis collecta exiſtimant, de quibus ſingulari diſſertatione acturos ſe receperunt, præmittendâ Odyſſeæ. Lucem quoque adſpexit Ilias, Græcè cum iisdem Scholiis Didymo adſcriptis, Oxoniæ è Theatro Scheldoniano Ao. 1695. 8vo. *Ὁμήρου ἰλιὰς καὶ εἰς αὐτὴν σχόλια ψευδεπίγραφα Διδύμου.*

VIII. Præter hæc incertorum minora ſcholia, exſtant etiam in Iliadem pariter atque Odyſſeam, diffuſi & varia eruditione, Grammatica præſertim, referti Commentarii, ſive ut ab auctore inſcribuntur *παρεμβολαὶ Euſtathii* patria CPolitan, qui Rhetorum primo Magiſter, * & magnæ Eccleſiæ Diaconus, tum deſignatus Lyciorum Myreorum Epiſcopus, ac denique Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, circa annum Chriſti * 1160. & poſt floruit ſub Manuele Alexioque & Andronico ** Comnenis. Cum hiſce Commentariis Græcè primum editus

* Ejusmodi exemplar editionis Florentinæ Ao. 1448. fol cum Scholiis MSS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi exſtare teſtatur Labbeus p. 280. Bibl. nov. MSS.

** Vide Demetrii Chomateni locum apud Allatium de conſenſu Eccleſiæ Oriental. & Occid. Lib. II. cap. 8. pag. 613. Etiam libellorum ſupplicum Magiſtrum fuiſſe Euſtathium tradit, ſed neſcio quo auctore, Nicolaus Majoranus.

2011 Ministerio de Cultura

Homerus est Romæ præfixis privilegiis Julii III. Pontificis (cui etiam inscriptum opus est à Nic. Majorano) Caroli V. Imperatoris & Henrici I. Regis Galliæ, A. 1542—1550. tribus in folio voluminibus, quam editionem manu Salmasii passim notatam evolvi Gluckstadii in Bibliotheca Gudiana. Iterum excusus cum Eustathii commentariis Homerus Basileæ apud Hieron. Frobenium 1560. fol. 2. Volum. Indicem locupletissimum ad Romanam editionem composuit Matthæus Devarius , cujus exstat libellus insignis de particulis linguæ Græcæ, Romæ primam editus A. 1588. 12. deinde Londini 1657. 8vo. & Ao. 1700. Altorffii in 8vo. eodemque anno Trajecti in 12mo recusus. Indicis in editionem Eustathii Basileensem succinctioris auctor Sebastianus Guldenbeccius. Prolegomena quædam in utraque editione obvia Eustathio præmisit Nicolaus Majoranus, cujus judicio *Interpres* iste *Homeri doctissimus*, *Philosophus acutissimus*, *Theologus religiosissimus*, *qui sensus abditos eruit*, *speciem omnem deformitatis abstergit*, *arcana sapientiæ & pietatis aperit. Imprimisque id agit, nequam totius Philosophiæ partem artificiis Poëticis occultatam ignoremus. Incredibile est memoratu, quantas opes Græcæ Eloquentiæ, quantos Thesauros omnium disciplinarum expromat.* Selectas ex Eustathio expositiones Græcè excerpserat, cumque his Homerum recudendum dederat biennio ante Hadrianus Junius Basil. 1558. fol.

IX. Has merito inscripsit Vir doctus *κέρας ἀμαλθείας*, est enim Eustathii in Homerum opus verè quoddam linguæ Græcæ velut *Copiæ Cornu*, ut omnes eruditi agnoscunt, & singillatim præ se tulit Martinus Crusius in Germano Græcia. p. 39. Modestia & institutum Eustathii patet ex his ejus prolegomenon in Iliadem verbis: *ἐπεὶ ἤρεσε τὸ Φιλικὸν θέλημα διὰ τῆς Ἰλιάδος* &c. *Placuit mihi Iliadem pertractare* (uti postea Odysseam quoq;) *& utilium rerum copiam studiosis ejus lectoribus exhibere, non equidem viris doctis, quos nihil*

* Malè apud Vossium de Historicis Græcis. p. 491. excusum est A. Io CCL. scripserat Vir doctissimus clo cL.

** Nicetas Choniates Lib. X Annalium narrans, hujus Eustathii precibus lenitum esse furorem Siculorum, quem capta sub Andronico Comneno Thessalonica in victos exercebant, hoc eum encomio mactat. *Is erat doctrina, eloquentia & virtute celeberrimus: πολὺς καὶ μέγας ἐν λόγοις καὶ ἀρετῇ διαβεβοημένος ἁπάντα χῇ*, *Eustathius, qui & prudentia & usu rerum mirabili præditus & doctrina profanarum & sacrarum literarum uberrima cæteris omnibus antecellebat, eaque velut insigni & peculiari nota celebrabatur*, τὸ οἰκειότατον ἐκεῖνο, καὶ ἐξαίρετον ἦν χαρακτήρισμα. *Nam ejus oratione vel horrida & cautes moveri potuissent, & solo conspectu alienigenis ita erat venerabilis, ut & venienti assurgerent, & orantem libenter audirent, & ejus monitis ad humanitatem flecterentur, veluti vulnus inflammatum quod levi manu aquæ mollitur.* Idem libro octavo eloquentissimum vocat & DEO Mahumedis anathema dicendum, adversus Manuelis Imp. sententiam vehementissima oratione contendisse refert.

2011 Ministerio de Cultura

hilborum subterfugit, sed tironibus, vel recordari ea, quæ pridem didicere, cupientibus. Hoc igitur egi, & utilissima quæq; idoneo ordine collegi, non ut omnia congererem ab interpretibus hujus Poëtæ in medium allata, qui labor inanis nec profuturus & immensus erat futurus; sed ut, quisquis cognoscere desiderat, suo quæque loco disposita reperiret ea, quæ non supervacua mihi visa sunt, puta sensus vel orationem solutam scribenti utiles, & Rhetoricas circumductiones in loco exprimere volenti, methodos convenientes, quarum studiosus & imitatione juvetur aliquis, & Poëtæ artificium demiretur: & dictiones plures quidem etiam prosæ idoneas, sæpe vero duras quoque & asperas & poëticas, quæ nisi certiori suæ originis significatione explicentur, propositus locus manebit obscurus: dicta insigniora sive Gnomas, quibus non rarò Homerica Poësis exornatur, Historias non eas modo, quibus Poëta ex professio utitur, Sed latiùs interdum ex aliorum scriptis desumptas: Adhæc fabulas, alias quidem simpliciter, ut proponuntur citra penitiorem contemplationem, & nudas; alias verò cum allegorica declaratione, & altiore reconditi sensus interpretatione, & alia innumera, quorum cognitio & honesta & ad vitam utilis est, atque ea non solum compendiosè, verum omninò varie. Itaq;, si quis absq; invidia, toto hoc opere perspecto modestè dixerit conatum hunc nostrum haud prorsus infructuosum esse, ille, opinor, non mentietur. Latinam versionem Commentariorum Eustathii non in Homerum tantum, sed & in Dionysium Periegetem * adornavit Vincentius Marinerus Valentinus, Bibliothecæ Regiæ Escurialensis Præfectus, teste in Bibliotheca Hispana Nicolao Antonio: Sed hæ aliæque viri illius translationes nunquam lucem publicam viderunt.

X. Auctorum Catalogum, quos plurimos laudat Eustathius, proximo Capite Lectori exhibeo, in præsenti contentus adnotare, quod sæpenumero ipsi Scriptores allegantur sub nominibus appellativis antonomasticis, v. g. ὁ τεχνικὸς pro Dionysio Thrace, Rhetor Cilix pro Hermogene, ὁ γεωγράφος pro Strabone, pro Athenæo ὁ δειπνοσοφιστὴς, ὁ ἐξηγητὴς pro Dionysio, ὁ τὰ ἐθνικὰ σωτέμνων, ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας pro Hermolao & Stephano Byzantino, ὁ περὶ περσῶν ἱστορήσας pro Xenophonte, ὁ ἐξηγητὴς pro Herodiano vel Apione. Ὁ Δημητρεύς est illi perinde ut auctori minorum scholiorum ad Odyss. λ. 583. Homerus ipse, quia narrat, & σχῆμα Δημητρειακὸν adhibet eoque delectatur, ut rectè observatum Merico Casaubono pag. 36. diss. de nupera Homeri edit. Cæterum in vastis ad Homerum Commentariis occasione toties sese offerentem virum Christianum, imo Archiepiscopum, scriptores Ecclesiasticos

* De his dicetur libro tertio, ubi de Dionysio: at de aliis Eustathii scriptis, aliisque Eustathiis, libro quinto.

2011 Ministerio de Cultura

rariſſim è laudare, ſacram Scripturam ** nunquam, merito miratus eſt Jacobus Duportus pag. 278. Gnomologiæ Homericæ. Videtur autem inde factum eſſe, quia pleraque ſua ex antiquioribus Homeri Interpretibus collegit Euſtathius, qui Ethnici nullam ſacrorum librorum rationem habuêre. In hoc quoque multus eſt, ut poſteriorum Poëtarum Græcorum loca paſſim conferat cum Homericis, & quomodo ex illo expreſſa ſint, doceat.

XI. Dicitur præterea Batrachomyomachiam Homeri Commentario illuſtraſſe, qui viſus tamen hactenus non eſt, & incertâ fide refertur à Geſnero in Bibl. & à Nicolao Majorano præfatione ad Euſtathium.

XII. Poſt Euſtathium non omittenda Scholia vetuſta in librum IX. Iliadis, Græce edita à Conrado Hornejo Helmſt. 1620. 8vo. Illa Johannes Caſelius Florentiæ deſcripſerat è libro Petri Victorii, in quo, ſi non in utramque Homeri πόησιν, in alteram certe vel pluſculos ejus libros erant manuſcripta ejusmodi Scholia. Quo Liber Victorii pervenerit, haud facile dixerim, etſi in literis Marci Velſeri ad Scaligerum prid. Cal. Auguſti Ao. 1602. datis legi Venetiis venales proſtitiſſe quinquaginta circiter Codices Græcos MStos, *reliquias*, inquit Velſerus, *quantum quibusdam indiciis ſuſpicor, Victorianæ Bibliothecæ, quos mediocri nos pretio præſtinaturos ſpero.* Neque hactenus potui certo reſcire, quis illorum ſcholiorum ſit auctor, at egregia vetuſta & docta affirmare poſſum, poſt veriſſimum de illis Caſelii & Horneji judicium, qui Euſtathio quoque inſpecta haud dubitaturum obſervant, quisquis ejus in eundem Homeri librum Commentarios comparaverit. Non autem adeo occupata ſunt in phraſibus, vocibusque explicandis, quod nec ipſum nihilominus planè in illis negligitur, quàm ut oſtendant, Homerum magno verborum delectu, inſigni ordine & artificio rhetorico ubique uſum eſſe, egregiaque præcepta Ethica & politica paſſim poëmati ſuo inſperſiſſe. Criticorum itidem ſententias de verſibus Poëtæ, eorum γνησιότητι & lectione hinc inde etſi rarius referunt: Zenodoti, Ariſtarchi, Apollodori, Ariſtophanis Grammatici, Ariſtotelis & aliorum.

XIII. Scholia optima inedita *Porphyrii* in Iliadem, etiam ab illis, quæ Hornejus vulgavit, diverſa, & ex Bibl. Peireſcianâ accepta habere ſe teſtatus eſt Iſaacus Voſſius ad Melam, eorundemque editionem promiſit, pag 59. & 154. Sed obiit citius vir doctiſſimus, quàm hæc aliaque, quorum ſpem eruditis fecerat, daret. Bibliotheca tamen ejus, atque in hâc Scholia iſta ſervantur, ut audio, in Bibliotheca

** In Commentariis ad Dionyſium tamen laudat θείαν γραφὴν ad verſ. 195. reſpiciens Ezech. XXXVIII. 13. & Davidem σοφὸν βασιλέα ad v. 666. allato Pſ. CXLVII. 16.

2011 Ministerio de Cultura

theca Academiæ publicâ Lugduni Batavorum. Lucas quoque Holſtenius de vita & ſcriptis Porphyrii, cap. 7. p. 33. cum Porphyrii in Homerum commentaria è Macrobio & Euſtathio commemoraſſet, obſervat ineditum Scholiaſten Vaticanum ſæpius uſum Porphyrii auctoritate, præterea aliorum ſcholiorum *ἀνεκδότων* ſpecimen in primos Iliadis verſus affert è MSto Codice Florentino Mediceo. Idem Holſtenius ſcholiaſten ineditum Mediceum in Homerum paſſim laudat notis ad Stephanum. Sed & apud Labbeum pag. 372. Bibl. nov. MSS. mentio fit Scholiorum longè accuratiſſimorum & antiquiſſimorum in decem libros Homeri nunquam in lucem editorum. Joh. Rudolphus Wetſtenius diſſ. de fatis ſcriptorum Homeri pag. 156. memorat tres Codices MStos metaphraſeos in Homerum, cujus initium: *τὴν ὀργὴν εἰπὲ ὦ Θεὰ ἡ ὀργὴ πηλέως Ἀχιλλέως τὴν ὀλεθρίαν.* Itemque aliam Paraphraſin in Bibl. Florentina quæ incipit: *Θεὰ Καλλιόπη εἰπὲ ἀκριβῶς ἐν ἐμμελείᾳ ποιητικῇ τὰ κζ΄ τῶν μιῶν ἡ Ἀχιλλέως κ. τ. λ.* Aliam item Paraphraſin *Moſchopuli*, à ſcholiis, de quibus infra, diverſam & in Bibl. Vaticana obviam. Omitto, quos in Bibliotheca Cæſarea occurrere narrat Lambecius, codices Homeri MStos, refertos ſcholiis Græcis marginalibus & interlinearibus. Venetiis in Bibliotheca D. Marci Iliadem cum ſcholiis ab editis multum differentibus ſervari, notat Clariſſimus Kuſterus ſive Neocorus in hiſtoria critica Homeri pag. 114 & Thomaſinus in Catalogo MStorum quæ in Bibliothecis Venetis occurrunt p. 39. recenſens libros à Cardinale Beſſarione illuſtriſſimæ Venetorum Reip. donatos. Idem doctiſſimus Neocorus in nova editione Criticæ illius, quam modo laudavi, Homeri hiſtoriæ, vulgaturus eſt varia ſpecimina ſcholiorum, paraphraſium & Metaphraſium Homeri ineditarum, quæ in Bibliothecis Bodlejana, Regia Londinenſi, Regia Pariſienſi aliisque deſcripſit. Superiore anno MDCCI. Dordraci in auctione publica Bibliothecæ illuſtris Johannis de Wit venum expoſitus fuit Homerus MS. cum obelis Ariſtarchi, & ſcholiis MSS. quæ marginibus adſcripta, bonam partem *Porphyrium* auctorem agnoſcunt, adjuncto *Procli* commentario ad ſex libros primores Iliados, ex Bibl. Antonii Seripandi Cardinalis: tum Odyſſea cum antiquis ſcholiis MSS. copioſis. Anno MDCXCVIII. in Bibliotheeca nobiliſſimi juvenis Cornelii Nicolai proſtitit Amſtelodami Ilias Græcè una cum commentariis ampliſſimis *Johannis Grammatici*, Tzetzæ puta, de quo mox plura dicam. *Andronici** ſcholia Græca in Homerum MSta extitiſſe Venetiis in Bibliotheca SS. Johannis & Pauli, memorat Geſnerus in Bibl. etſi

* Andronicus Philoſophus allegatur á Gellio Lib. XX, c. 5.

2011 Ministerio de Cultura

Thomaſinus in Catalogo MSS. Bibl. Venet. nullam ejus mentionem facit. Videtur autem Geſnero hic eſſe M. Pompilius Andronicus, de quo Svetonius in Grammaticis c. 8. conjecturâ ut mihi quidem videtur non valde veriſimili, cum Svetonius teſtetur eum ſoli Philoſophiæ intentum Grammatica neglexiſſe.

XIV. *Johannis Tzetzæ* Metaphraſis Homeri verſibus Politicis, ſive ut ipſe Chiliad. IX. verſ. 283. loquitur, ἡμαξιμήνοις στίχοις ſcripta ad Irenen Auguſtam, à quâ pro ſingulis paginis tulit duodecim aureos, fuit MSta in Bibliotheca Antonii Auguſtini, & hodieque in Bodlejana exſtat Oxoniæ, fragmentumque illius produxit Vir Clariſſ. Henricus Dodvvellus in diſſertationibus de veteribus Græcorum & Romanorum Cyclis p. 802. ex quo apparet non Homerum tantummodo ſed & alios qui de bello Trojano ſcripſerunt opere illo velut compendio eſſe comprehenſos. Video etiam à Labbeo & inter Codices MStos Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis referri Tzetzæ Iliadem parvam Homericam: Præterea in Regiâ Londinenſi habentur ejusdem Tzetzæ Pro-Homerica, * Homerica & poſt Homerica, quæ in Catalogo MSS. Angliæ ante paucos annos edito perperam referri ſub corrupto nomine Johannis Tetri, per literas me monuit laudatus Neocorus. Fragmentum inſigne μεθομηνικῶν, verſibus 20. Hexametris conſtans, cum ſcholiis Græcis edidit & notis illuſtravit idem Dodvvellus libro laudato p. 803. ſeq. ubi monet operæ pretium eſſe facturum quisquis προμηνικὰ illa & Μεθομηνικὰ, utpote ex reliquiis priſcorum Poëtarum Cyclicorum ipſi licet Tzetzæ non inſpectorum collecta integra in publicum ediderit. In inſtructiſſima Imperatoris Bibliotheca Viennæ, in Epiſcopi Norvvicenſis Bibliotheca Londini, & Lipſiæ in Bibliotheca Paulina ſervatur ejusdem Tzetzæ inedita Homeri ἐξήγησις luce non indigna & ſupra à me laudata. In Hiſpanica quoque S. Laurentii Bibliotheca fuiſſe Tzetzæ commentarium in Iliadem notavit Labbeus p. 385. Bibl. nov. MSS. Idem pag. 110. & 134. memorat ejus ineditas allegorias ** in Homerum ad eandem Irenem Alemannam Auguſtam, quæ etiam bis exſtant in Auguſtiſſimi Imperatoris Bibliotheca. Ex hoc opere forte petitæ

* Fragmentum horum exſtat etiam in Bibl. Auguſtana, ſed in Catalogo MSS. p. 79. perperam latine redditur titulus: *rerum ante Homeri tempora geſtarum.* ProHomerica enim ſive AnteHomerica ſunt de rebus Homerico poëmati præmittendis ejusque argumentum antecedentibus.

** Meminit earum Tzetzes ipſe Chiliade quinta verſ. 776. uti ἐξηγήσεως Chiliad. IX. v. 282. Hanc pridem etiam laudavit Petrus Crinitus in libris de honeſta diſciplina, ac recentiores jam memorem.

2011 Ministerio de Cultura

petitæ allegoriæ quædam Mythologicæ Phyſicæ & morales, quas ſub Tzetzæ nomine è Bibl. Jani Rutgerſii accepit, Latine vertit & utraque lingua edidit in libellulo Federicus Morellus Pariſ. 1618. 8vo. Cujus generis allegorias nonnullas à *Mich. Pſello* ſcriptas Græcè cum *Heraclidis* * *Pontici* allegoriis Homericis vulgavit Conradus Geſnerus Baſileæ Ao. 1544. 8. ut præteream auctorem anonymum *(Nicephorum* ** forte *Gregoram)* moralis interpretationis errorum Ulyſſis ab eodem Geſnero vulgatum, & allegorias anagogasque Homericas *Johannis Diaconi Galeni*, ejusdem cujus in Heſiodum ſimilis labor editus habetur, quas memorat Labbeus p. 110. 111. Idem Labbeus p. 171. ex indice Scipionis Tetti refert MStos neſcio quos quave in Bibliotheca exſtare Interpretes Homeri triginta antiquos, tomis duobus.

XV. *Georgii Chryſococcæ*, qui Theodori Gazæ familiaris fuit, ſcholia MSta in Odyſſeam, habentur in Bibliotheca Vaticana teſte Allatio Lib. de Georgiis p. 360. quamvis ipſe hæret ambiguus auctorne ſit an duntaxat exſcriptor iſte Chryſococces. *Michaëlis* quoque *Pſelli* Paraphraſin Iliadis verſibus politicis ſupereſſe docet idem Allatius libro de Pſellis, & ex eo Gerh. Johannes Voſſius libro poſthumo de Poëtis Græcis p. 83. qui hoc ejus laudant initium: τὴν ὀργὴν εἰπὲ ὦθεὰ &c. Ejusdem Pſelli Paraphraſin in Odyſſeam cum ſcholiis quibusdam MStam fuiſſe quondam apud Joh. Oporinum teſtatur Geſnerus. Neſcio an eadem ſit Paraphraſis Græca Iliados quam nullo auctoris nomine addito in codice Regis Galliæ num XII. MStam occurrere teſtatur Labbeus pag. 110, & 270. Sed & Odyſſeæ Paraphraſis Græca eidem memoratur pag. 271. Bibl. novæ MSS. Sic Iliadem in proſam Græcam olim tranſtulerat *Demoſthenes Thrax* ut auctor eſt Svidas. Specimen Paraphraſeos Homericæ exſtat apud Ariſtidem libro de dictione civili cap. XIV. & apud Platonem Lib. III. de Rep. ubi oratio Chryſæ Sacerdotis ex Iliad. ά. ſermone proſario eleganter ſolvitur. *Emanuelis Moſchopuli* *** Byzantini Paraphraſis ſive ſcholia paraphraſtica in Iliadem MSta dicuntur exſtare in Bibliotheca Vaticana, cujus operis ſpecimen nuper editum debemus *Johanni Scherpezelio*, qui Ao. 1702. 8. vulgavit libros duos primores Iliados, illisque præter verſionem emendatam atque animadverſiones

* Sive *Heraclitii potius.* Vide quæ de hoc libro dixi Lib. I. c. XXII.

** Vide Dan. Neſſelii Catalogum MSS. Bibl. Vindob. part. I. p. 285. num. 9

*** Hic Moſchopulus Byzantinus fuit temporibus captæ à Turcis CPoleos, & cum aliis Græcis in Italiam profugit circa A. 1453. ἀνεψιὸς Moſchopuli Cretenſis, qui floruit ſub extremum ſæculi XIV. Locum ex Eman. Moſchopuli ſive alius ἐξηγήσαι εἰς τὸν Ὅμηρον, ad Iliad. P. producit Allatius de Patria Homeri c. VI.

2011 Ministerio de Cultura

nes ſuas, & Joach. Camerarii viri præſtantiſſimi commentarios adjunxit ſcholia Moſchopuli è codice MS. in quo *Etymologicum ineditum Græcum*, quod Antvverpiâ è Jeſuitarum Bibliotheca ad Clariſſimum Græviumꝝ miſerat Papebrochius. Titulus eſt : Ἐμανουὴλ τ̃ Μοσχοπούλου τεχνολογία καὶ ἀνάπτυξις τ̃ λέξεων, τ̃ πρώτου βιβλίου, τ̃ Ὁμήρου. Τὸ αὐτὸ Τεχνολογία καὶ ἀνάπτυξις τ̃ δευτέρου στοιχείου τ̃ Ὁμήρου. Inter MStos codices Vulcanianos Bibliothecæ Lugduno Batavæ p. 416. memoratur neſcio cujus *Conſtantini Hermoniaci* Metaphraſis in Homerum. *Iſaaci Porphyrogeniti* ſcholia in Iliadem MSS. exſtare ex Joh. Vaillanti fide refert I. Rud. Wetſtenius diſſ. de ſcriptorum Homeri fato p. 158. eorumque ſpecimen ab illo accepiſſe ſe teſtatur. In Dan. Neſſelii Catalogo Bibl. Vindobonenſis parte IV. p. 5. refertur Homeri Ilias & Odyſſea cum notis ſeu Rhapſodia *Quinti Smyrnæi*. Verum nullas in Homerum notas ſcripſit ille Cointus, de quo videas licet quæ dixi infra cap. VII.

XVI. Ilias verſibus Politicis in linguam vulgarem Græcam tranſlata à *Nicolao Lucano* prodiit Venetiis Ao. 1526. apud Stephanum Sabium & A. 1603. 4to. Batrachomymachiam eodem Græco-Barbaro ſtylo verſibus Politicis expreſſit *Demetrius* * *Zenus*, *Zacynthius* circa Annum 1530. clarus, quam cum Latina verſione & notis edidit Martinus Cruſius in Turco Græcia p. 373. ſeq.

XVII. Homeri Ilias & Odyſſea una cum Batrachomyomachia & Hymnis Græce ** primum vulgata eſt (cum nullus ante liber Græcus typis exſcriptus fuiſſet) recenſente ad MSS. codices & Euſtathii ineditos tunc commentarios, emendationisque curam gerente *Demetrio Chalcondyla* Athenienſi, accedente dexteritate alterius Demetrii, Cretenſis

* Hujus Zeni Ἀλέξανδρ Μακεδών ſive liber de Alexandri M. rebus geſtis verſibus politicis excuſus Venet. 1529.

** Editiones Græcas Homeri quibus adjuncta ſcholia Didymo tributa, vel Euſtathii commentaria, paulo ante memoravi cum de Didymo & Euſtathio agerem. Cæterum hanc Florentinam editionem non usque quaque obviam uſurpare mihi licuit ex Bibl. Reverendi & Celeberrimi Senis *Esdræ Edzardi*, cujus humanitati eo nomine gratias conceptiſſimas ago. Primum hunc fuiſſe librum alicujus momenti qui Græce typis exſcriptus fuit, teſtatur Chalcondylas in præf. his verbis : Ἐπεὶ δὲ εὑρηται μὲν πάλαι κοινὸν ἀγαθὸν τοῖς Φιλολόγοις τε καὶ σπουδαίοις εἰς ἐυπορίαν βιβλίων λατινικῶν, λέγω δὲ τὴν τύτων ἐντύπωσιν, ἐποθεῖτο δὲ τὸ αὐτὸ καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς βιβλίοις, ὐδεὶς δὲ ἐτόλμα μέχρι καὶ νῦν ἑαυτὸν εἰς τὸ καθεῖναι ὅτι καὶ λόγυ ἄξιον, δεδιὼς ὅιμαι τὴν τ̃ πράγματ δυσχέρειαν, τῶν τινες ἐκ τῆς πέριφανοῦς πόλεως Φλωρεντίας ἐῦ πεφυκότων νέοι καλοίτε κἀγαθοὶ φιλομαθεῖς τε καὶ φιλέλληνες δύο μὲν ἀδελφὼ Βέρναρδ καὶ Νέρις τὼ Νηριλίω, τρίτ δὲ σὺν τύτοις ἑταῖρ ἀυτοῖν Ἰωάννης ὁ Ἀκκίολ ὐκ ὀῖδ' ὅπως ἐπιπνοίᾳ τινὶ ἀνεφάνησαν ἐῦ μάλα πρόθυμοι εἰς τόδε τὸ ἔργον.

2011 Ministerio de Cultura

tenſis, typis pro illo rei typographicæ primordio ſat luculentis, *Florentiæ* Anno 1488. fol. cum præfatione Græca Chalcondylæ, & Latina Bernardi Nerlii typographi ad Petrum Medices, Laurentii filium: præmiſſo Herodoto ac Plutarcho de vita Homeri, & Dionis Chryſoſtomi diſſertatione LIII. Hanc ſecutæ Editiones itidem Græcum tantummodo Homerum exhibentes, *Aldinæ* Ao. 1504. cujus exempla quædam excuſa in membrana & Ao. 1517. 1524. 8vo. *Argentinenſes* apud Wolfium Cephalæum Anno 1525. Ao. 1542. 8vo. curante Johanne Lonicero, qui varias lectiones Florentinæ & utriusque Aldinæ ad Calcem voluminis ſubjecit. *Lovanienſis*, Odyſſeæ Batrachomyomachiæ & hymnorum. Ao. 1535. 4to. *Pariſienſis* (Iliados duntaxat) emendata per Adr. Turnebum Ao. 1554. 8vo. altera Pariſienſis ſed totius Homeri apud Morellum Ao. 1562. 1584. 4to: tum Pariſienſis tertia caſtigatiſſima & luculentis typis exſcripta in Poëtis Principibus Henrici Stephani Ao. 1666. fol. Hanc ferè editionem poſtea ſecuti ſunt, qui emendatiſſimum Homerum publico dare voluerunt. Denique Homerus minore forma exiguo volumine in 12mo Græcè excuſus eſt *Genevæ* Ao. 1567. apud Criſpinum & Ao. 1609. iisdem typis, quibus Græco-Latina ejusdem Anni editio ab Æmilio Porto fuit accurata.

XVIII. Odyſſeam Latino Carmine olim reddiderat *Livius* (a) *Andronicus*, Iliadem *Accius Labeo* (quem Iliadem Homeri verſibus Latinis fœdiſſime compoſuiſſe legas in ſcholiis ad Perſium ſat. 1. v. 50.) *Cnejus* (b) *Mattius* & *Ninnius Craſſus*, ita enim apud Priſcianum Lib. IX. pag. 866. MStus Putſchii Codex legit pro eo quod ante illum inſpectum ipſe edidit *Nimius Caſſius*. Sed horum laboribus pridem deperditis, primus ex recentioribus Homerum Latine reddi curavit *Franciſcus Petrarcha*, quod notavit perſonatus Vignolius Marvillius in miſcellaneis Gallicè editis. T. 2. pag. 21. Verſionem Latinam Odyſſeæ, auctore *Carolo Aretino*, MStam memorat Labbeus pag. 335. Bibl. nov. MSStor. *Angelus* quoque *Politianus* in Homero latinè transferendo deſudavit, cujus verſionem exſtare optat *Caſpar Barthius* Lib. LIIX. Adverſariorum cap. 14. ubi & ſuæ ſpecimen exhibet, & T. I. in Statium p. 7. ait, ſe primores duos libros Iliados

(a) Mentio apud Gellium Lib. III. c. 16. Lib. VII. c. 7. & Lib. XVIII. cap. 9. Vide Scal. ad Feſtum in *topper*, Feſtum ipſum in *nequinont*, *nægeum* & *commentans*. Hanc Odyſſeam veterem antiquiſſimum carmen vocat Chariſius Lib. I. p. 64. Laudant & Diomedes, Priſcianus, Nonius Marcellus, aliique.

(b) Allegatur à Chariſio Lib. I. p. 93. Diomede Lib. I. p. 336. Gellio Lib. VI. c. 6. Lib. IX. cap. 14. Apud Priſcianum Lib. VII. pag. 760. edit. Putſchii perperam vocatur Cn. Manlius.

2011 Ministerio de Cultura

triduo latinis versibus reddidisse. Verùm ut ad editas Homeri translationes veniam, ac primum commemorem eos, qui Carmine latino Poëtam expressêrunt, exstant Iliadis Lib. I. II. IX. *Vincentio Obsopæo*, Et Liber III. IV. V. XIII. XVIII. cum initio undevicesimi, tum XX. XXII. & XXIV. *Nicolao Valla* Interprete Paris. 1510. 4to & Basil. 1541. 8vo. cum Darete & Epitome Iliados, quæ latinis versibus Hexametris circumfertur sub falso nomine *Pindari* * *Thebani*. Eadem Nic. Vallæ & Obsopæi Iliados metaphrasis, suppletis, qui desiderabantur, ex *Eobani Hessi* versione libris, recusa est Basil. Anno 1573. 8vo. Iliadem enim integram carmine latino reddidit Hessus Basil. 1540. 4to. apud Robertum Winter, & 1549. 8vo. etsi dissuaserit hunc laborem Erasmus, qui Lib. XXIV. Epist. 5. ita ad Hessum scripsit: *quod Theocritum reddidisti latino-Carmine, miror, si Siculam illam enerem assecutus es. Homerum opinor experiris tractabiliorem, in utroque tamen argumento vereor, ut fama labori respondeat. Qui Græcè norunt, nam gliscit indies ea lingua latius, malunt ejusmodi auctores audire sua lingua canentes.* Librum primum & secundum Iliadis in latinos versus Hexametros convertit etiam *Joachimus Camerarius*, additis pereruditis in eosdem libros enarrationibus sive Commentariis. Tubingæ A. 1537 1540. 4to. Francof. 1584. 8vo. Quatuor libros IX. X. XI. & XII. Odysseæ latino Carmine Elegiaco expressit *Johannes Prassinus* Witteberg. 1539. 8vo. Integram Odysseam una cum Batrachomyomachiâ (à *Jacobo Balde* Jesuita etiam elegantissimo poëmate latino ornatâ & amplificata) Carmine heroico *Simon Lemnius Emporius* Curiensis, Basil. apud Oporinum 1549. 8vo. libros octo *Franciscus Floridus Sabinus* Paris 1545. 4to.

XIX. Prosario sermone elegantiori Iliadem transtulit latinè *Laurentius Valla* Brixiæ 1497. fol. Colon. A. 1524. Lugd. 1541. 8vo. Odysseam *Raphaël Volateranus*, cujus versio addita Vallæ Iliadi, & Batrachomyachiæ ** ab *Aldo Manutio*, hymnisque Homeri à *Jodoco Velareo* Verbrokano translatis, prodiit ex officinâ Joh. Graphei Anno 1528. 8vo. Video etiam memorari Odysseam latinè redditam *à Georgio Maxillo* Argent. 1510. Hymnos à *Georgio Dartona* Cretensi, cum Andreæ Divi versione mox memorandâ editos. Utrumque enim Poëma Iliadem & Odysseam transtulit præterea *Andreas Divus* Justinopolitanus cum versione Batrachomyomachiæ ab Aldo Manutio & Hymnorum à Dartona composita latine vulgatam Venet. 1537. Paris. 1538. & Saligniaci 1540. 8vo.

Cujus

* De hoc scripto dixi in Bibliotheca latinâ.

** Alios Batrachomyomachiæ interpretes & illustratores vide à me notatatos supra cap. 2. num. 3.

2011 Ministerio de Cultura

Cujus verſio licet paſſim ut aliæ ejusdem Scriptoris inepta, tamen quia verbum è verbo reddere promittit, aptiſſima viſa eſt, quæ in editionibus Homeri Græco-Latinis ſervaretur, & ab Editoribus ſubindè emendaretur, uti factum eſt ab *Henrico Pantaleone* Baſil. 1533. Fol. à *Johanne Spondano* Mauleonenſi, admodum juvene, qui ſuos in integram Iliadem & Odyſſeam Commentarios adjunxit, ibidem 1583. & 1603. Fol. ab *Oberto Giſanio*, cujus etiam notæ accedunt Argent, 1564. 8vo. 2. Vol. diligentius à *Seb. Caſtellione* Baſil. 1567. Fol. ab *Henrico Stephano* Genev. 1588. 12mo. 2. Vol. diligentiſſimè ab *Æmilio Porto*, qui Franciſci Patris ſui commentarios in Homerum hactenus ἀνεκδότους accuratè ſequi ſe affirmat, Genev. 1609. 12mo. 2. Vol. quanquam in hac quoque Editione errores quosdam verſionis notavit Mericus Caſaubonus p. 32. ſeq. de nupera editione Homeri. Ilias cum verſione per eundem Portum accurata prodierat Lugd. 1580. 12mo. Henricum Stephanum ſequitur Editio nitida Homeri Græco-latina Amſtelodamenſis per I. T. P. Anno 1648. 1650. 8vo 2. Vol. tum Cantabrigienſis Anno 1676. 1679 8vo. 2. Vol. Giſanium *Jacobus Lectius* in corpore Græcorum Poëtarum Carminis Heroici Græcè & latinè vulgato Genev. 1606. Fol. & majorem partem *Cornelius Schrevelius* in editione, de qua ſub initium hujus Capitis dictum à me eſt, ubi etiam de Editione Græco-latina Iliados à *Cantabrigienſibus* noviſſimè accurata, in qua verſionem poſt tot virorum doctorum labores à ſe caſtigatam dare allaborarunt. Omitto ſingulorum librorum Homericorum Editores & Interpretes, ut *Martinum Cruſium*, qui librum primum Iliados non infeliciter vertit & illuſtravit Francof. 1594. Fol. *Andream Cratandrum*, qui libros I. & II. Odyſſeæ recenſuit, & præmiſſa Angeli Politiani de Homero diſſertatione Græce edidit Baſil. 1520. 4to. *Johannem Sanderum* à quo liber nonus Iliadis editus eſt, cum ſuis de Homero collectaneis Magdeb. 1661. 4to. Commentarios item affectos & deperditos recentiorum in Homerum, ut *Claudii Belurgerii* Galli, qui Græcas literas Pariſiis docuit, & teſte in Pinacotheca prima Jano Nicio Erythræo, adeo in deliciis habuit Homerum, ut nec * in templo deponeret, ſed in manibus, in oculis, in animo ſemper ferret, & ſacrarum precum loco recitaret, obiitque Alexandriæ in itinere, quod inſano in Poëtam amore quinquagenarius ſuſceperat, viſurus campos ubi Troja fuit atque omnia loca quorum Homerus meminit. Prætereo de-

* Vignolius Marvillius perſonatus ſcriptor T. 1. Miſcellan. p. 221. *Cl. Belurgerius étoit ſi fou d'Homere, qu'il l'avoit toûjours entre les mains, & jusqu'au pied d'autels. Il ne croioit pas qu'aucun autre ecrivain meritat d'être lû à ſon prejudice.*

2011 Ministerio de Cultura

nique promiſſas Homeri editiones, ut Celeberrimi Viri *Johannis Georgii Grævii*, quem poſt illuſtratum à ſe Heſiodum etiam Homerum edere conſtituiſſe, diſcas ex Boſii Epiſtolis ad Reineſium p. 363. Cui adde Commentarios, quos Eruditi expectant à *Johanne Rudolpho Wetſtenio*, à *Johanne Jacobo Batterio*, de quorum conatibus vide Ephemerides Berolinienſes Clariſſimi Chauvini Anno 1697. p. 98.

XX. Sed de Homero in alias linguas Vernaculas translato paucis adhuc dicere reliquum eſt. Nam & *Perſice* verſum teſtatur Ælianus Lib. XII. Var. hiſt. cap. 48. qua lingua adhuc exſtare notat Labbeus p. 257. Bibl. nov. MSS.

XXI. Eodem in loco Ælianus auctor eſt etiam *Indos* idiomate ſuo Homerum legiſſe, quod confirmat Dio Chryſoſtomus Orat. 53.

XXII. Atque ut de iis, quæ editæ ſunt, dicam verſionibus, Homerus integer *Anglico* carmine redditus exſtat, à *Georgio Chapmanno*, Londini, ſine temporis nota in Fol. & à *Joh. Ogilby*, Lond. 1660. Fol. Ilias à *Thoma Hobbeſio* ibidem 1675. 8vo. Odyſſea Anno 1677. 8vo. *Johannes* quoque *Drydenius* Anglorum Poëtarum Princeps, qui V. Nonar. Maji A. M. DCC. diem obiit ſupremum, Homerum Anglica Metaphraſi donare voluit, licet ſpecimen vix operis, ſed perelegans librum nempe primum Iliadis publico dedit, qui primo loco comparet inter alia ejus poëmata nonnulla, ſub titulo fabularum veterum, recentiumque junctim excuſa paulo antè obitum auctoris. Londini in Fol.

XXIII. Odyſſea *Hiſpanice* à *Gundi-Salvo Pereſio* translata lucem vidit Antvverpiæ Anno 1553. 12mo. & 1562. 8vo. Carmine ſatis puro & eleganti, quod Nicolai Antonii judicium eſt T. 1. Bibl. Hispan. p. 427.

XXIV. *Belgice* prodiit Ilias Amſt. 1658. 12mo.

XXV. *Hetruſco* idiomate Odyſſeam reddidit *Hieronymus Buccellinus* Florentiæ 1582. 8vo. Sed & *Antonius Maria Salvinus* nuper ad umbilicum perduxit ſuam Homeri translationem eo carminis genere quod Italis *Verſi ſciolti* dicitur. Verſibus ludicris ſex primores Iliadis libros eadem lingua Italica expreſſit *Joh. Franciſcus Loredanus* Anno 1653. 12mo. T. IV. Opp.

XXVI. Habentur & primi decem Iliados libri *Gallico* redditi Catmine ab *Hugone Salelo* Pariſ. 1545. Fol. 1555. 1574. 8vo. Ilias & Odyſſea integra à *Salomone Certone* in Gallicum Sermonem converſa ibid. 1615. 8vo. 2. Vol. Batrachomyomachiam quoque vertit Gallicè *Antonius Macaultus* & *G. Roybier* Anno 1550. & 1554. Recentiſſime Ilias & Odyſſea Gallice prodiit Pariſ. 1681, 12mo quatuor voluminibus, quæ ipſa

2011 Ministerio de Cultura

ipsa translatio recusa in eadem urbe est Anno 1699. atque à Clarissimo Jacobo Bernhardo in Novellis Reip. literariæ illius anni T. 2 p. 346. perperam tribuitur *Andreæ Dacerio*, ut ipse p. 479. agnoscit, testatus hanc parum accuratam versionem esse *La Pallerii* cujusdam Jesuitæ jam defuncti. Dacerium tamen ipsum quoque in eo esse ut post Hippocratem, Platonem, Sophoclem, & alios Scriptores Græcos, etiam Homerum Gallicis auribus impertiat, testatur *Franciscus Seraphinus Regnerius* in dissertatione, quam adjecit Metaphrasi libri primi Iliados versibus Gallicis luculenter à se expressi Paris. 1700. 8vo.

XXVII. Sed & *Germani* nostri Homerum pridem conati sunt in linguam suam transfundere. Odyssea enim à *Simone Scheidenreissero Minervio* archigrammateo Monachiensi germanice translata adspexit lucem Augustæ Vindelicor. 1537. Fol. Francof. 1570. 8vo. Ilias versibus reddita vernaculis cum Æneide Virgilii à *Johanne Sprengero* Francof. 1610. Fol. & 1630. 4to. Non mentiar autem, si dixerim Homerum inter Germanos primum balbutire desiisse, postquam in lucem prodiit Διὸς ἀπάτη, sive pars libri XIV. Iliados de Junone fallente Jovem Carmine vernaculo disertissimo expressa ab erudito Poëta L. *Christiano Henrico Postello* Hamburgensi, qui & notas eleganti ac πολυγλώττῳ eruditione refertas, & Germanicam versionem Commentarii Eustathii in eandem Homerici libri partem, quale nihil hactenus in nostra lingua usquam apparuerat, adjunxit, præmisitque poëma ingeniosissimum in laudem ἀπάτης sive fraudis Hamb. 1700. 8vo.

XXVIII. Argumenta singulis libris, partibusque & rhapsodiis Iliados & Odysseæ jam olim à Grammaticis præfixa esse, Eustathius testatur, tum in prosa, quemadmodum libro primo Iliados: λοιμὸς καὶ μῆνις, tum versu: Ἄλφα λιτὰς χρύσῃ, λοιμὸν στρατῷ, ἔχθος ἀνάκτων, ut prolixiora argumenta libris singulis Græca prosâ in pluribus Homeri editionibus præmissa omittam. Confer de priscis titulis rhapsodiarum Homericarum differentes Viros Clarissimos Lud. Kusterum in Historia Critica Homeri p. 84. seq. Allatium de patria Homeri c. 5. Raph. Fabrettum in commentario ad veterem tabulam Iliacam p. 337. Jacobum Perizonium ad Æliani Lib. XIII. c. 14. Variarum, & Sanderum in Collectaneis de Homero cap. 8. E latinis *Ausonius* quoque Periochas librorum Homericorum & prosa & singulis versibus scripsit, ut *Joachimi Camerarii* monosticha latina in singulos libros, p. 23. sqq. ad Lib. I. Iliados, & aliorum recentiorum similes opellas prætermittam.

2011 Ministerio de Cultura

XXIX. Indicem denique omnium in Homero Verborum concinnavit *Wolfgangus Seberus* ap. Commelin 1604. 4to. Cui Editioni novus Titulus præfixus Amst. 1651. 4to.

XXX. Phraseologiam Homericam *Jacobus Sorgerus* dedit Francof. 1625. 8vo. Lexicon* Homericum *Ludovicus Coulonius* Paris. 1653. 8vo. Clavem Homericam *Antonius Robertus*, Duaci 1636. & Georgius Perkinsus Lond. 1671. Roterd. 1673. &c. in 8vo, nomine auctoris suppresso.

* *Basilides* olim scripserat περὶ λέξεως Ὁμηρικῆς, cujus libri Epitomen concinnavit *Cratinus* teste Etymologico Magno in ἀρίζηλος. De *Apione* & *Herodoro*, *Philoxeno* ejusque epitomatore *Ælio Sereno* dixi infra cap. 5.

CAPUT IV.

I. *Index Scriptorum in Scholiis minoribus ad Homerum allegatorum.*

Litera sola, Libros Iliados, *Od.* literæ præfixum, Libros Odysseæ: numerus versum significat.

ACademici Philolosophi. E. 2.
Acusilaus Υ. 307. Od. Λ. 320. Ξ. 533. P. 207.
Æschylus Σ. 486. Od. B. 20. ἐν ψυχαγωγοῖς, Od. K. 133.
Agallius Corcyræus, Aristophanis Grammatici discipulus. Σ. 491.
Alcæus Od. Φ. 71.
Alcman Lyricus. A. 222. Γ. 242. 250.
Ἀλκμανικὸν σχῆμα, Hyperbaton. Od. K. 513.
Alexander Γ. 314. Plevronius. Π. 235.
Anacreon. Θ. 193. Od. Φ. 71.
Andromachus ἐν Ἐτυμολογικοῖς. N. 130.
Andron. A. 52.
ἐν ἱστορίαις. Π. 235.
Androtio Od. Λ. 270.
Anticlides H. 44. Od. Π. 471.
Antimachus Colophonius E. 389.
Apollodorus Athenienses. A. 10. 195. B. Catalog. 1. M. 117. N. 12. 301. Ξ. 296. Φ. 448. Od. Ψ. 198.
Ἐν τῷ πρώτῳ. B. 103.
Ἐν δευτέρῳ. A. 42.
Apollonius in Argonauticis A. 264.
Ἐν δευτέρῳ. Γ. 237.
Apollonius Grammaticus Σ. 505. Od. T. 177. ἐν καταλόγῳ νεῶν. Θ. 284.

Apio.

2011 Ministerio de Cultura

Apio. E. 403.
Aratus E. 385. Od. Δ. 272. K. 86.
Ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον Ἐπικηδείῳ.
Σ. 486.
Archilochus. Od. Ξ. 508.
Ariſtarchus. A. 5. B. Catal. 1. E. 385. 397. 422. I. 395. K. 301. O. 741. Υ. 53. 357. Φ. 319. 323. X. 491. Od. A. 320. B. I. 132. H. 24. Θ. 352. K. 3. Ξ. 29. P. 455. T. 229. Ψ. 296. 310. Ω. 1.
Οἱ Ἀριſταρχεῖοι. A. 591. O. 82.
Ariſtodemus. N. 1.
Ariſtophanes, Grammaticus A. 5. Od. Ψ. 296. *κατὰ Σέλευκον* Od. B. 190.
Ariſtoteles. Δ. 88. 93. Od. M. 129. *περὶ ζώων.* Ξ. 291. P. 674. Φ. 252. Od. P. 291. X. 299.
Παροιμίαι. Od X. 19.
Πέπλῳ. Λ. 687.
Aſclepiades. Od. Λ. 269. 320. 326. 581.
Ἐν τραγῳδουμένοις Z. 155. H. 467.
Aſcalonites. Vide infra, Ptolemæus.
Bacchylides. M. 397. Od Φ. 295.
Callimachus B. Catalog. 136. 273 Γ. 1. Λ. 697. P. 53. Σ. 487 X. 398. Od. B. 132. P. 599. X. 299. 300.
Ἐν αἰτίοις. B. 145. N. 166.
Ἐν β΄ αἰτίων. A. 106.
Ἐν Ἑκάλῃ. B. Catalog. 54.
Calliſtratus. Od. P. 455.
Chilonis ſententia, *ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα.* Od. Θ. 351.
Chryſippus Stoicus. N. 41.
Cleantes (idem ut exiſtimo cujus librum V. rerum fabuloſarum laudat Porphyrius in vita Pythag.) Γ. 64.
Clitopho. Υ. 403.
Cointus (Quintus) *ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς μεθ' Ὅμηρον.* B. 219.
Crates Λ. 740. Od. B. 1. Γ. 293. Δ. 84. K. 86. Λ. 14. M. 61. T. 229. X. 188.
Cyclici Poëtæ Γ. 242. Σ. 486. T. 332. Ψ. 346. 660.
Cypriorum ſcriptor, *ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκώς.* Π. 140.
Σταύσιμος (leg. Σταῦνος) *ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκώς.* A. 5.
Cyrenaici Philoſophi. E. 2.
Demetrius Z. 35. O. 194. Scepſius Υ. 3.
Ἡ Δημὼ B. 205.
Παρὰ Δήμωνι. Od. Υ. 301.
Demoſthenes E. 146. 867. Od. Γ. 171.
Dicæarchus. Z. 396.
Didymus. A. 400. Δ. 475. X. 126.
Diocles Od. T. 475.
Dionyſius Od. M. 85.
Ἐν τῇ ἐ λαπίρων. B. 308.
Dionyſius Thrax N. 41. O. 741.
Ἐν ταῖς μελέταις, Od. X. 19.
Diphilus. I. 122.
Epicharmus H. 93.
Epicurei. E. 2.
Eratoſthenes E. 422. X. 29. Ω. 24.
Eretrici Philoſophi E. 2.
Eumelus *ὁ τὴν Εὐρωπίαν πεποιηκώς.* Ζ. 130.
Euphorio B. 212. Γ. 314. N. 21. Ξ. 295. Σ. 486. Ω. 602.
Euripides A. 115.
Ἐν Βάκχαις Ξ. 323.

2011 Ministerio de Cultura

Ἐν Ἡραικλεῖ K. 418.
Galenus. Od. B. 315.
Glossographi T. 27. Od. Δ. 217. 388.
Hellanicus B. 105. Γ. 144. 151. 250. E. 64 M. 41. Od. B. 185.
Ἐν Ἀργολικοῖς. Γ. 75.
Ἐν ἀ τῶν Ἀτλαντιδῶν Σ. 486.
Ἐν Βοιωτικοῖς B. Catalog. 1.
Herodotus Ξ. 229. Od. B. 315. Δ. 356. Λ. 14. N. 96.
Hesiodus A. 7. 42. 43. 176. 222. 402. B. 159. 205. & Catalog. 289. Γ. 374. 424. Δ. 10. 193. E. 422. Z. 35. Θ. 31. 480. K. 353. M. 397. Ξ. 124. 274. O. 18. 37. Σ. 486. Od. A. 8. Γ. 68. Δ. 232. K. 139. Λ. 285. 325. 359. M. 70. 168. T. 34.
Ἐν τοῖς ἔργοις καὶ ταῖς Ἡμέραις. A. 4.
Ἐν Θεογονίᾳ, Θ. 396.
Ἐν Καταλόγοις. B. 336.
Hestiæa Grammatica Γ. 64.
Hippocrates B. 240.
Homerus ἐν τῇ ἀραψωδίᾳ T. 40. ἐν τῷ καταλόγῳ Π. 595. Homœoteleuta in illo observata. H. 93.
Jamblichus Od. B. 153.
Ibycus Γ. 314.
Lycophron Γ. 314. E. 412. Π. 36. Υ. 215. Ω. 251. Od. N, 259.
Lycurgi leges N. 5.
Mnaseas Od. Σ. 84.
Marsyas Ξ. 226. Od. Σ. 84.
Menander Od. O. 246.
Nicander K. 335.
Nicias τῷ πρώτῳ Od. Ψ. 218.
Oraculum E. 64.
Orus in Orthographia B. 461.
Pausanias Od. B. 300.
Pherecrates Od. B. 289.
Pherecydes. Z. 153. H. 9. Λ. 671. 708. N. 302. Ξ. 120. Π. 175. Σ. 486. Od. Λ. 265. 280. 320. 325. M. 70. O. 16. 223. 225. T. 432. Φ. 23.
Ἐν τῇ ἑβδόμῃ Od. Λ. 289. 320.
Ἐν τῇ δεκάτῃ Od. Λ. 263.
Philochorus Od. Υ. 155.
Philostephanus B. 145. H. 86. Π. 14.
Philoxenus A. 575.
Pindarus Γ. 243. K. 435. Ξ. 201. 274. Π. 234. Φ. 194. Od. K. 3. Φ. 304.
Pittaci μηδὲν ἄγαν. K. 249.
Plato Od. T. 178. Ἐν Φαίδρῳ Od. M. 63.
Plutarchus ἐν μελέταις Ὁμηρικαῖς. O. 625.
Polemo A. 39.
Ἡ ἢ ἱστορία ἅδε Πολεμωνίοις ἤτοι Κυκλικοῖς. Γ. 242.
Porphyrius A. 317. Δ. 105.
Ἐν τοῖς ζητήμασι Ὁμηρικοῖς B. 249. 308. Γ. 175.
Ἐν τῷ περὶ παραλελεμμένων τῇ ποιητῇ ὀνομάτων. Γ. 250. 314.
Posidonius X. 325.
Praxagoras ἐν τῇ ἀνατομῇ. X. 325.
Proxenus Od. Ξ. 327.
Ptolemæus (Geographus ni fallor) ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ (forte νόμῳ, Ægypti puta) Od. Δ. 228.
Ptolemæus Grammaticus Ascalonites Σ. 100. Υ. 337. Φ. 323. ubi male in Schrevelii editione Ἀχαλωνίτης. Idem Ptolemæus, ut existimo, respicitur A. 334.
Pytha-

2011 Ministerio de Cultura

Pythagoras Γ. 1.O. 412.
Pythagoræi de ſeptimeſtri partu T. 119.
Quintus, vide, Cointus.
Sardanapali dictum Od. B. 315.
Contra Seleucum (Grammaticum) ſcripſit Ariſtophanes. Supra in Ariſtoph.
Simonides N. 103. Od. Ξ. 435. T. 518.
Sophocles Od. H. 106. Λ. 127. T. 471.
Stamis ἐν τῷ περὶ Λέσβου Γ. 250.
Staphylus ἐν γ΄ Θεσσαλικῶν Π. 175.
Staſinus, vide, Cypriorum carminum ſcriptor.
Steſichorus B. 339. Ψ. 91.
Thales Cynoſuræ monſtrator Σ. 487.
Theophraſtus περὶ ἑυρημάτων A. 449. Ἐν Φυτικοῖς Od. K. 510.
Theopompus A. 38.
Thraſybulus Π. 233.
Ὁ ὑὸς Θεάξ. Vide, Dionyſius.
Thucydides I. 395. K. 56. 253. ἐν τῇ α. Π. 595.
Timæus Σ. 486.
Tragici (Euripides) A. 7. I. 145. Od. P. 208.
Tryphon Δ. 43.
Xenophon K. 56. Od. N. 288.
Xenophanes H. 99.
Zoilus Epheſius. E. 4. & 20.

II. *Index ſcriptorum laudatorum in Scholiis ad Iliados IX. à Conrado Hornejo in lucem editis.*

ÆSchylus. Verſ. 150.
Ammonius. 536.
Apollodorus. 147.
Archemachus Eubœus. 525.
Ariſtarchus. 19. 66. 147. 212. 310. 349. 350. 560. 580. 601. 684.
Ἐν τῇ Ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχου 653. quaſi binæ fuerint Ariſtarcheæ ἐκδόσεις poëmatum Homeri.
Ariſtophanes Grammaticus. 4. 205. 547. 684.
Ariſtoteles locum Homeri ἀθετῶν. 21.
Chiron botanices inventor 453.
Corax & Tiſias (male Κτησίας editum) Rhetoricæ inventores. 443.
Diogenis Cynici dictum. 446.
Dionyſius. 460.
Gloſſographi. 566.
Herodicus Selymbrianus diætetices inventor. 453.
Iſocrates in panegyrico. 63.
Menander. 394.
Nicanor. 153. 534.
Sophocles. 453. 481. in Oedipo Chorus è ſacerdotibus. 571.
Strabo. 525.
Zenodotus. 21. 130. 560. 656. 684.

2011 Ministerio de Cultura

III. *Index* * *ſcriptorum ab Euſtathio in Commentariis ad Homerum allegatorum, accommodatus ad paginas editionis Romanæ.*

Chæus 1596. 1624. Tragicus. 325. Eretrienſis. 1818.
Acron Medicus. 1634.
Ægyptii. 156.
Ælius, infra in Dionyſio.
Ælianus 4. 71. 524. 738. 1175. 1241. 1351. 1390. 1404. 1493. 1613. 1653. 1756. 1757. 1870.
Περὶ ζώων ἰδιότητ. 58.
Περὶ προνοίας. 100. 494. 657. 772. 797.
Αἰνογματοποιὸς τις. 1074.
Æſchines 313. 407. 1682.
Æſchrion. 841.
Æſchylus. 16. 29. 37. 40. 48. 65. 78. 79. 99. 127. 153. 165. 188. 203. 211. 212. 242. 274. 305. 309. 344. 352. 364. 380. 427. 440. 464. 472. 503. 560. 600. 634. 641.

* Ad hunc indicem conficiendum uſus ſum induſtria egregiorum Virorum Juvenum *Petri Zornii* Hamburgenſis, & *Johannis Chriſtophori Wolfii* Wernigerodenſis, quibus longe ampliora olim ut auguror debebit res literaria. Quoniam vero binæ exſtant editiones operis Euſtathiani, ut Baſileenſis quoque ἐκδόσεως cujus paginas extra hunc indicem in hoc opere ſemper adhibeo, poſſeſſores aliquem uſum ex hoc indice capere poſſint, ecce tibi collationem paginarum utriusque:

Iliados	Α.	Β.	Γ.	Δ.	Ε.	Ζ.	Η.	Θ.	Ι.	Κ.	Λ.	Μ.	Ν.	Ξ.
Baſil.	1.	123.	280.	330.	386.	473.	527.	572.	623.	697.	755.	841.	879.	946.
Rom.	1.	163.	370.	435.	511.	621.	661.	693.	731.	785.	825.	888.	915.	963.

Iliados	Ο.	Π.	Ρ.	Σ.	Τ.	Υ.	Φ.	Χ.	Ψ.	Ω.
Baſil.	998.	1051.	1121.	1172.	1229.	1262.	1299.	1348.	1391.	1462.-1519.
Rom.	963.	1041.	1091.	1127.	1168.	1192.	1219.	1253.	1284.	1336.

Odyſſeæ	Α.	Β.	Γ	Δ.	Ε.	Ζ.	Η.	Θ.	Ι.	Κ.
Baſil.	3.	73.	107.	143.	202.	242.	267.	289.	330.	376.
Rom.	1379.	1429.	1453.	1478.	1520.	1548.	1565.	1583.	1611.	1643.

Odyſſeæ	Λ.	Μ.	Ν.	Ξ.	Ο.	Π.	Ρ.	Σ.	Τ.	Υ.
Baſil.	414.	464.	500.	526.	561.	589.	616.	650.	678.	717
Rom.	1670.	1705.	1730.	1747.	1772.	1791.	1810.	1833.	1851.	1880.

Odyſſeæ	Φ.	Χ.	Ψ.	Ω.
Baſil.	742.	769.	798.	819—847.
Rom.	1897.	1916.	1935.	1950—1970.

2011 Ministerio de Cultura

641. 675. 698. 699. 706. 713. 717. 720. 727. 740. 744. 746. 758. 772. 775. 784. 814. 816. 827. 882. 968. 978. (ubi Alexandrinum vocat) 981. 994. 995. 1148. 1157. 1183. 1193. 1214. 1254. 1266. 1279. 1282. 1298. 1335. 1343. 1358. 1386. 1390. 1399. 1428. 1430. 1432. 1446. 1447. 1471. 1483. 1484. 1497. 1500. 1509. 1535. 1538. 1540. 1541. 1543. 1547. 1554. 1559. 1596. 1597. 1598. 1625. 1629. 1705. 1713. 1775. 1791. 1828. 1832. 1833. 1839. 1843. 1851. 1854. 1872. 1923. 1940. 1941. 1965.

Æschylus in Agamemmone. 22. 1623. 1728. 1854.
Ἐπὶ Θήβαις. 146. 1160.
Εὐμενίσιν. 1276.
Ἱκέτισιν. 1422.
Πέρσαις. 11.
Προμηθεῖ. 508. 733. 748. 1389. 1519. 1574.

Æsopus. 29. 1389. 1455. 1747.
Æthlius Samius. 1573. 1615.
Agallias Corcyræus. 1155.
Agatharchides. 625. 696. 1029. 1960.
Agathias. 1528. 1898.
Agathocles. 994. 1524. Babylonius. 903.
Agias Historicus. 879.
Alcæus. 314. 326. 367. 518. 633. 705. 1155. 1163. 1295. 1319. 1397. 1571. 1596. 1612. 1648. 1687. 1759.

Alciphron. 229. 762. 1295. 1508.
Alcman. 110. 287. 305. 314. 335. 379. 606. 756. 1147. 1154. 1160. 1200. 1449. 1462. 1547. 1563. 1618. 1633. 1648. 1667. 1701. 1735. 1762. 1787. 1892.
Alexamenus Tejus εὑρετὴς & μιμητικῶς γράφειν. 1230.
Alexander Aphodisiensis. 1405.
Cittieus. 859.
Molossensis. 1408. 1727.
Myndius. 254. 1704.
Paphius. 1658. 1713.
Alexion 601. 1017. 1788.
Alexis Comicus 859. 863. 953. 962. 987. 988. 1144. 1148. 1151. 1161. 1164. 1169. 1226. 1282. 1336. 1411. 1422. 1449. 1594. 1623. 1624. 1632. 1646. 1712. 1752. 1817. 1837. 1842. 1896.
Alexis ἐν Μήδωνι. 1389.
Amerias 1958.
Amphilochus 316.
Amphis Comicus 1015.
Anacreon 395. 401. 707. 711. 725. 900. 928. 932. 1001. 1012. 1088. 1144. 1247. 1322. 1329. 1476. 1538. 1542. 1654. 1746. 1942. 1856. 1862. 1901.
Anacharsis. 22. 404. 816. 878. 998. 1034. 1524. 1713. 1836.
Anaxagoras. 1485.
Anaxandrides 1273. 1632. 1761. 1834.
Anaxarchus. 1273. 1480.
Anaxenor Magnesius. 1612.

2011 Ministerio de Cultura

Anaxilas Comicus 1422. 1714.
Andron Hiſtoricus 1464.
Antheas 1277.
Anticlides. 1500.
Antimachus 9. 163. 205. 355. 1098 1243. 1334. 1441. 1746.
Grammaticus 932. Colophonius 1700.
Antiochi Regis Epiſtola 1214.
Antipater 1410. Acanthius 1694.
Antiphanes Comicus. 245. 736. 741. 867. 890. 974. 1035. 1240. 1401. 1422. 1612. 1753.
Antiphanes ἐν γλώσσαις 96. ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει. 1422.
Antiphon. 346. 378.
Antiſthenes 637. 1288. 1645.
Aphthonius. 1714.
Apion Alexandrinus. 659. 757. 763. 786. 792. 1397. 1426. 1509.
Apionis & Herodori in Homerum commentaria. 28. 47. 62. 65. 118. 140. 153. 157. 178. 267. 299. 314. 324. 329. 340. 350. 474. 476. 496. 515. 518. 529. 541. 592. 618. 641. 659. 705. 706. 708. 709. 729. 732. 742. 747. 769. 790. 794. 803. 834. 84· 843. 851. 890. 922. 959. 991. 992. 1005. 1017. 1037. 1043. 1075. 1108. 1218. 1235. 1250. 1257. 1281. 1304.
Apollodorus 344. 362. 369. 742. 984 1166. 1299. 1476. 1635. 1700. 1706. 1951. Athenienſis. 757. 1448. Libri duodecim in καταλόγους νεῶν 263. 363.
Apollodorus * σκιαγράφος. 802.
Apollonius 101. 344. 362. 369. ὠδὴ μεσοχῶν 440.
Apollonius Rhodius Ἀργοναυτικῶν ſcriptor 975. 1112. 1715.
Apollonius Tyaneus ὁ δαιμόνιος Τυανεύς. 1464.
Ararus 1153.
Aratus 128. 140. 514. 565. 666. 791. 870. 906. 986. 996. 1034. 1155. 1343. 1349. 1389. 1457. 1535. 1555. 1649. 1697. 1816. Καλὸς ποιητὴς 1116. ὑπομνηματισαὶ & ἐξηγηταὶ in Aratum. 1156. 1527. 1535. 1555.
Aratus Sicyonius. 953.
Arceſilas 868.
Archedicus 1207.
Archeſtratus Syracuſius. 280. 1053. 1276.
Archigenes 1397.
Archilochus 314. 464. 518. 519. 711. 725. 851. 855. 1088. 1148. 1300. 1329. 1360. 1542. 1597. 1633. 1684. 1746. 1768. 1790. 1828. 1889. 1963.
Archimedes. 905. 1682.
Archippus Poëta. 1201. 1445. ἐν τῷ κατ' ἄλλων Ἡσιόνην μύθῳ. 1129.
Ariſtæus Proconneſius. 331.
Ariſtarchus Samothrax, ejusque ἔκδοσις Ὁμηρικὴ. 3. 5. 40. 67. 150. 190. 229. 255. 262. 273. 283. 305. 369. 377. 524. 539. 548. 561. 592. 596. 614. 641. 684. 689. 716.

* Confer de hoc Apollodoro Franciſcum Junium in catalogo pictorum p. 24.

2011 Ministerio de Cultura

716. 729. 742. 751. 756. 841. 854. 855. 857. 858. 869. 890. 895. 899. 903. 905. 910. 920. 962. 966. 972. 973. 999. 1016. 1017. 1020. 1040. 1043. 1052. 1075. 1096. 1118. 1133. 1139. 1163. 1172. 1193. 1198. 1229. 1235. 1291. 1299. 1304. 1305. 1321. 1334. 1336. 1337. 1347. 1348. 1352. 1353. 1359. 1365. 1386. 1439. 1457. 1458. 1480. 1483. 1485. 1493. 1494. 1506. 1536. 1565. 1580. 1587. 1624. 1631. 1635. 1644. 1647. 1654. 1663. 1697. 1698. 1707. 1715. 1723. 1748. 1749. 1775. 1785. 1822. 1828. 1835. 1854. 1863. 1921. 1924. 1936. 1944. 1948.

Aristarchus ἐν τῇ περὶ λίθων γραφῇ 1229. ἐν Ἐνικοῖς. 682.

Aristias. 1017.

Aristides. 1298. 1322. 1381. 1382. 1747. ἐν τῷ εἰς τὸν Ῥώμην λόγῳ. 103.

Aristodemus Nyssæus Rhetor & Grammaticus. 763.

Aristogiton. 1400.

Ariston Ceus. 1214.

Aristonicus 1148. 1596.

Aristophanes Grammaticus. 546. 559. 566. 603. 692. 877. 962. 1118. 1246. 1327. 1331. 1401. 1404. 1455. 1599. 1627. 1660. 1680. 1707. 1761. 1784. 1827. 1828. 1915. 1948. περὶ ὀνομασίας Ἡλικιῶν. 772. 1625. 1720. 1752. 1817. περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων sive ἐν συγγενικοῖς. 316. 648. 659. 971. περὶ καινοτέρων λέξεων 279. γλῶσσαι. 150. 217.

Aristophanes Comicus 73. 127. 106. 148. 191. 309. 640. 857. 887. 959. 1077. 1095. 1153. 1163. 1182. 1415. 1419. 1423. 1441. 1442. 1462. 1467. 1471. 1482. 1484. 1534. 1540. 1542. 1543. 1570. 1571. Sub nomine Comici. 3. 9. 16. 27. 44. 59. 68. 130. 160. 170. 185. 191. bis. 201. 210. 213. 219. 228. 229. 277. 279. 284. 292. 294. 300. bis. 361. 363. 375. 382. 407. 411. 426. 428. 437. 440. 443. 462. 483. 488. 503. 504. 518. 527. 539. 545. 561. 573. 579. 601. 631. 632. 637. 640. 641. 642. 679. 695. 696. 701. 710. 716. 722. 725. 729. 736. 741. 742. 745. 749. 750. 759. 762. 768. 776. 786. 790. 809. 812. 826. 829. 831. 842. 843. 851. 861. 867. 877. 880. 881. 882. 884. 885. 886. 896. 907. 912. 931. 932. 948. 949. 951. 962. 967. 975. 976. 982. 986. 989. 1008. 1037. 1053. 1061. 1064. 1069. 1079. 1081. 1083. 1098. 1101. 1104. 1105. 1108. 1123. 1127. 1139. 1157. 1159. 1163. 1164. 1170. 1175. 1183. 1206. 1208. 1211. 1215. 1221. 1224. 1234. 1240. 1241. 1242. 1246. 1256. 1260. 1271. 1276. 1277. 1278. 1279. 1286. 1287. 1289. 1290. 1291. 1304. 1312.

2011 Ministerio de Cultura

1312.1314.1324.1320.1324.1327.
1343.1349.1352.1353.1363.1368.
1372.1381.1382.1384. 1385.
1387. 1392.1397.1398. 1399.
1400.1401.1402. 1405. 1406.
1411.1416.1422.1426.1428.
1446.1448.1454.1464.1468.
1470.1471. 1479.1485. 1489.
1497.1503.1517. 1532. 1535.
1547.1550.1554.1572.1581
1594.1599. 1602. 1603. 1607.
1624.1625.1638.1646. 1650.
1653.1664.1668.1671. 1675.
1679.1702. 1703. 1710. 1714.
1719. 1720. 1729.1743. 1752.
1754. 1757. 1761.1763. 1764.
1766. 1770. 1775. 1785. 1788.
1797.1798.1817.1818. 1822.
1828.1831. 1834.1846. 1848.
1852. 1856. 1857. 1858. 1866.
1876.1875. 1886. 1887. 1899.
1900 1901.1923.1928.1934.1973.
1954.1963. Sub nomine κωμῳδί-
ας 121.125.213.279. 360.540.
563. 636.646. 764.815.827.
896.907.938. 950.951. 1015.
1058.1164.1213. 1277. 1381.
1403.1410. 1413. 1594. 1716.
1718.1751.1764. 1821. 1834.
1872. Comici ἀνπίγραφα sive
vetera exemplaria. 1329.

Aristophanes in
- Ἀναγύρῳ. 1604.
- Ἀχαρνεῦσι 1684.
- Βατράχοις 912. 1165.
- Δαιδάλῳ. 1864.
- Δαιταλεῦσι 1579.
- Εἰρήνῃ 907.911. 1291. 1531. 1676.
- Ἐκκλησιαζούσαις. 326. 331. 1354.
- Ἐρεχθεῖ, 1716.
- Θεσμοφοριαζούσαις 1280. 1746.
- Ἱππεῦσιν 666. 1108.1185.1403.1405.
- Λυσιστράτῃ 1435. 1485. 1752.
- Νεφέλαις 113. 309. 484. 987. 885. 1279. 1304. 1454.
- Ὄρνισιν. 900. 979. 1163. 1166. 1226. 1279. 1283. 1289. 1346. 1394. 1859.
- Πλούτῳ. 1560. 1839.
- Σφηξίν. 90. 247.

Aristophanis Scholiastæ. 344 1483.
Aristoteles. 58. 79. 117. 158. 159. 178. 228. 254. 266. 279. 287. 371. 372. 397. 400. 443. 450. 469. 472. 481. 492. 501. 545. 553. 555. 564. 583. 584. 625. 640. 651. 653. 741. 772. 776. 834. 851. 857. 932. 935. 998. 1067.

2011 Ministerio de Cultura

1067. 1138. 1249. 1358. 1361. 1365. 1405. 1485. 1489. 1502. 1505. 1543. 1679. 1687. 1709. 1713. 1717. 1720. 1726. 1727. 1747. 1754. 1760. 1821. 1831. 1873. 1878. 1905. 1908. Stagirita. 1573.

Aristoteles ἐν διαιώμασι πόλεων. 684.
περὶ ζώων. 658.
πόλις. 285.
πολιτίαι. 126.
Ἰθακησίων πολιτεία. 700.
Λακεδαιμονίων πολιτεία. 741.
Προβλήματα. 636.
Ῥητορικά. 414. 1940.

Aristotelici 862.

Arrianus. 29. 101. 124. 125. 361. 363. 364. 375. 405. 414. 532. 626. 673. 674. 678. 876. 881. 1078. 1406. 1445. 1615. 1671.
ἐν Βιθυνικοῖς. 490. 565. 691. 1017.
ἐν Ἰνδικῇ. 479.

Artemon Milesius in Onirocriticis. 1088.

Aristoxenus 868. Musicus 937.

Ascalonita. Vide infra in Ptolemæo.

Asclepiades Myrleanus. 869. 878. 1351. 1538. 1632. 1644. 1697. 1713. 1775.

Athenæus 35. 100. 136. 150. 207. 228. 242. 247. 258. 261. 285. 287. 306. 309. 315. 331. 346. 372. 440. 454. 598. 740. 743. 750. 857. 859. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 879. 900. 903. 947. 948. 955. 962. 964. 975. 977. 978. 994. 999. 1018. 1042. 1049. 1063. 1077. 1081. 1082. 1085. 1088. 1095. 1108. 1113. 1123. 1144. 1150. 1157. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1178. 1179. 1183. 1198. 1205. 1207. 1210. 1211. 1213. 1215. 1220. 1221. 1223. 1224. 1230. 1236. 1240. 1241. 1247. 1271. 1277. 1282. 1283. 1286. 1295. 1297. 1299. 1300. 1319. 1349. 1351. 1359. 1368. 1382. 1383. 1389. 1390. 1396. 1397. 1398. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1405. 1406. 1409. 1411. 1413. 1423. 1426. 1428. 1429. 1433. 1434. 1436. 1449. 1453. 1455. 1467. 1470. 1471. 1475. 1479. 1480. 1482. 1483. 1484. 1485. 1489. 1493. 1501. 1503. 1523. 1524. 1533. 1535. 1542. 1552. 1553. 1558. 1560. 1562. 1570. 1573. 1575. 1580. 1585. 1586. 1601. 1602. 1606. 1623. 1624. 1625. 1626. 1632. 1633. 1635. 1646. 1653. 1657. 1679. 1680. 1681. 1686. 1687. 1689. 1691. 1692. 1700. 1833. 1837. 1839. 1841. 1854. 1858. 1859. 1862. 1864. 1872. 1879. 1881. 1885. 1887. 1900. 1904. 1908. 1910. 1915. 1934. 1936. 1941. 1960. 1964. Sub nomine Dipnosophistæ 1057. 1061. 1078. 1083. 1085. 1087. 1090. 1093. 1094. 1101. 1146. 1157. 1163. 1208. 1227. 1246. 1257. 1261. 1274. 1275. 1277. 1278. 1285. 1299.

2011 Ministerio de Cultura

1300. 1319. 1345. 1348. 1368.
1375 1390. 1397. 1398. 1402. 1404.
1428 1. 447. 1448. 1449 1452.
1406. 1471. 1473. 1476. 1488.
1494. 1525. 1534. 1571. 1574.
1577. 1594. 1597 1623. 1632.
1633. 1668. 1669. 1687 1752.
1761. 1775. 1798. 1870. 1914.
1928. 1934. 1951. 1960. 1704.
1709. 1712. 1714. 1720. 1724.
1751. 1752. 1753. 1761. 1784.
1791 1798. 1817. 1821. 1822.
1828. 1829. Rhetor 970. Naucratites 1571. Sophista 1504. 1624.
1783. 1834. ἐν λόγῳ ἑνδεκάτῳ 1632.
Athenæus καινουργής. 1286.
Athenion 1082.
Athenocles 1769.
Auctor de quinque dialectis 1468.
περὶ συγγραφικῶν ὀνομάτων. Vide supra in Aristophane Grammatico, & infra in Philistide.
ὁ περὶ ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας. 1397. Vide infta, Svetonius.
Bacchylides 344. 864. 1198. 1909.
Byzantius Poëta. Vide Parmenon.
Callimachus 6. 84. 108. 354. 380.
437 462. 522. 629. 630. 727.
756. 781. 855. 870 1204. 1208.
1271. 1289. 1299. 1404. 1422.
1457. 1471. 1488. 1571. 1584.
1592. 1599. 1627. 1665. 1687.
1759. 1761. 1832. 1849. 1946
1959. in Epigrammate. 331. in Galatea. 1067. ἐν ἐθνικαῖς ὀνομασίαις. 1936. (corũ. 1885.
Callinꝰ vel Philetas, scriptor Naxia
Callipedes Tragicus 1083.
Callistratus 1827. 1828. ἐν ὑπομνήματι 1714.
Cephisodorus 1382. 1571.
Chæremon Tragicus 1058. 1545.
Chærephon 741.
Chaldæi 156.
Chæronensis Sapiens. Vide Plutarch.
Chamæleon Grammaticus 1310.
Charax. 1156. 1504. 1600. 1859. ἐν Ἰταλικοῖς, 734.
Charixene 326.
Chiron Amphipolita 1712. 1713.
χωρογραφία ἀρχαία. 77.
Georgius Chœroboscus ὁ Τεχνικός. 45. 107. 365. 315. 356. 368.
386. 561. 828. 956. 1156. Ejus Orthographia 315. 356. ἐξήγησις 1599. (1751.
Chrysippus. 474. 1288. 1573. 1679.
Chrysippus Saltator 1602.
χρυσολόγος πις. 137. (gene.
Cilix Rhetor. Vide infra in Hermo-
Cinæthus Chius. 6.
Cinesias 1288.
Claudianus Philosophus 9. 95.
Clearchus 713. 1397. 1541. 1623.
1686.
Cleobulus. 315.
Clinias Pythagoræus 1078.
Clitodemus 1753.
Clitomachus 1908. (1702.
Cointi ποίησις 5. 136. 352. 1608. 1698.
Comanus. 846. 945. 1835.
Comœdia, Comicus. Vide infra in Aristophane.
Comici 62. 114. 134. 560. 813. 881.
907. 957. 969. 1165 1401.
1405. 1446. 1539. 1572. 1924.

Comicus

2011 Ministerio de Cultura

Comicus incertus 302. 864. 1090. 1411. 1484. (des.
Comicus Maronita 885. Vide Sota-
Corinna Poëtria 266. 326. 351. 824. 1654
Crates 815. 828. 965. 1003. 1020. 1140. 1283. 1468. 1485. 1613. 1649. 1671. 1784. 1853. 1893. 1924. Mallotes. 890.
Cratinus 344. 737. 668. 759. 947. 1220. 1261. 1398. 1446. 1479. 1571. 1601. 1641. 1651. 1660. 1721. 1761. 1828. ἐν Ἴωνι. 1261.
Cratisthenes Phliasius 1503.
Critias 907. 1601.
Ctesias 1552. 1632. 1834.
Ctesibius Chalcidensis 1404. 1601.
Cyclicus Poëta. 1494.
Daimachus in Poliorceticis 294.
Demagoras Samius 776.
Demas Rhetor 1148.
Demetrius 1037.
Demetrius Byzantinus 1854.
Demetrius Phalereus 247. 1402. 1486. 1557. 1887.
Demetrii Phalerei ἀπόρων 1533.
Demetrius Poliorcetes 570.
Democritus 280. 370. 690. 696. 862. 925. 1490. 1518. 1713. 1766. 1784.
Demosthenes 56. 264. 273. 324. 406. 407. 463. 472. 518. 817. 927. 958. 1015. 1133. 1243. 1356. 1383. 1448. 1455. 1569. 1484. 1567. 1610. 1758. 1935 καθ' ἑξοχὴν Ῥήτωρ. 4. 55. 62. ἐν τῷ καθ' Ἁρπαλέτου 69. 1456. 1573. ὁ Νεαίρας 1881. ὁ Τιμοκράτης. 1004.
Demosthenes Thrax, Metaphrastes Odysseæ. 1383. 1390. 1398. 1406. 1419. 1486. 1495. 1639. 1645. 1658. 1683. 1702. 1716. 1809. 1833. 1836. 1838. Sub nomine paraphrastæ Homeri 1400. μεταβολέως 1485. ὁ ἐκ Θρᾴκης σοφός. 1855.
Diagoras Milesius. 1473.
Didymus 362. 501. 871. 1039. 1146. 1300. 1392. 1408. 1422. 1430. ἐν ἱστορικῷ. 681.
Dinarchus 1840.
Dinolochus 1441.
Dio Borysthenites 1586.
Dio Prusæus. 1675. ὁ Χρυσός 258.
Dio Romanus 133. bis.
Dio 78. 460. 519. 655. 1026. 1165. 1957.
Diocles 310.
Diodorus. 1190. 1390. 1962. 1896. Grammaticus Ἀλεξανδρεύς. 1504. Megaricus. 1397.
Diogenes 714. 860. 1361.
Diogenes Cynicus 1557.
Diogenianus 1533.
Dionysiodorus 1554.
Dionysius 690.
Ælius Dionysius 84. 166. 203. 204. 205. 206. 207. 217. 219. 228. 229. 231. 239. 259. 294. 298. 338. 341. 396. 398. 405. 421. 455. 527. 561. 589. 603. 648. 668. 707. 735. 741. 746. 749. 759 772. 800. 801. 809. 813. 858. 859. 862. 870. 877. 880. 881.

2011 Ministerio de Cultura

881.883.898.901. 905. 906.
907.911.913.914.916. 927.
939.940. 947. 948.959. 962.
964.968.969 971.975. 983.
999.1158.1160. 1161. 1165.
1166. 1167. 1178. 1183.
1208.1216. 1222.1231.1235.
1257. 1278.1279.1280. 1291.
1307.1324.1330. 1340.1350.
1369. 1384. 1386.1390.1395
1399.1403. 1404.1408.1413
1417. 1419. 1425. 1430.
1434. 1435. 1442. 1446.
1450. 1453. 1461.1471.1476
1480.1481.1483.1485.1493.
1496.1508. 1509. 1511.1517.
1528.1531.1532. 1533. 1557.
1559. 1562. 1579. 1625.
1626.1636.1638.1647. 1698.
1710.1716.1721.1752. 1761.
1771. 1822. 1825. 1828.1835.
1851. 1854. 1871. 1896.1914.
1924.1926.1944.1957. in Lexico Rhetorico 239.1220. Lexico Rhetorico κατὰ στοιχεῖον 298. ἐν στοιχείῳ μικρῷ καὶ μεγάλῳ Atticas voces explicat Ælius Dionysius 1396.

Dionysius Halicarnasseus 228. 927. περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων 368.

Dionysius ὁ μεταθέμενος 1680.

Dionysius in proœmio periegeseos. 1010. 1053. sub nomine περιηγητοῦ 192. 272. 273. 277. 279. 307. 310 362. 366. 429. 585. 623. 626. 816. 900. 905. 975. 994. 1059. 1133. 1144. 1148. 1387. 1390. 1491. 1659. Vide & infra, Eustathius.

Dionysius Siculus 1525.

Dionysius Sidonius. 1410.

Dionysius ὁ Σκυτοβραχίων 380.

Dionysius Thrax 854. 869. 1040. 1299. Adde infra, Technici.

Dionysii Tyrannii tragœdia 1691.

Dioscorides 1176.1198.1857.

Doriues 1523.

Dorion 1215. 1538.

Dorotheus 1279.

Draco 1004.1158. (1388.

Δρᾶμα cui titulus δίες sive Joves.

Duris Historicus 243. 1187. 1834.

Empedocles Agrigentinus, Poëta 746. 1261. 1338. 1454. 1419. 1597.1645.1720.1838. 1881.

Epænetus 1485.

Epaphroditus 1172.

Ephippus Comicus 879. 948. 1020 1178.1720.

Ephorus 313.1556 1864.

Epicharmus.667.727.746.870.975. 1038.1110.1183.1163. 1164. 1196.1282.1398. 1401.1476. 1541.1634. 1676.1686.1752. 1915.1934.1936.1964.

Epicteti enchiridion. 1959.

Epicurus 111.962.1363.1594.1612. Atheus. 1473.

Epigrammatographi 397. &c.

Epimenidis καθαρμοὶ δι' ἐπῶν. 313.

Ἐποποιῶν παλαιῶν τις. 1322.

Eratosthenes 954.1445.1483.1645. 1612.

Erinna 326. 351. Poëma Ἠλακάτη Æolicodor. 327.

Eriphus Comicus 1686. 1770.

Ὁτὶ

2011 Ministerio de Cultura

ὁ περὶ ἐθνικὰ γράψας. Vide in Stephano Byz. ὁ περὶ ἐθνικὰ συντέμνων. Hermolaus Byz.
Etymologus. 304.
Etymologicum Magnum 835. 1443.
Eubolus. 890.
Eubulus. 73. 954. 976. 987. 1058. 1166. 1167. 1173. 1178. 1332. 1340. 1422. 1720. 1843.
Eudoxus. 270. 1505.
Euhemerus Messenius Atheus. 1473.
Eumæus. 659.
Euphorion 15. 235. 270. 285. 747. 1183. 1397. 1493. 1784. Euphorionis Chalcidensis Historia.
Euphorus. 363. (1870.
Euphranor 962.
Eupolis 231. 293. 1023. 1063. 1165. 1220. 1387. 1401. 1422. 1441. 1462. 1481. 1517. 1534. 1535. 1547. 1571. 1624. 1680. 1761. 1817. 1915. ἐν Δήμοις. 1554.
Euripides. 4. 7. 21. 22. 23. 23. 25. 30. 43. 48. 52. 52. 55. 61. 74. bis 107. 108. 125. 129. bis 131. 146. bis. 152. 154. 156. 160. 164. 168. 170. 173. 182. 189. bis. 210. 216. 217. 233. 236. bis. 239. 240. 245. bis. 249. 250 262. 264. 269. 281. 284. 319. 331. 342. 344. 353. 358. 361. 366. 374. 375. 379. 381. 383. 384. bis. 401. 405. 415. 427. 432. 436. 437. 438. 446. 447. 452. 454. 456. 461. 462 468. 476. 484. 492. 495. 500. 501. 519. 540. 554. 566. 569. 575 598. 599. 600. 612. 632. 633. 634. 640. 641. 643. 646. 647. 649. 650. 658. 669. 674. 682. 683. 687. 692. 694. 700. 719. 723. 727. 729. 734. 737. 739. 742. 743. 750. 751. 757. 770. 771. 776. 786. 789. 791. 792. 811. 813. 822 832. 850. 868. 883. 896. 904. 909. 953. 958. 978. 980. 982. 1003. 1006. 1013. 1051. 1058. 1082. 1090. 1164. 1170. 1179. 1192. 1200. 1203. 1205. 1214 1226. 1234. 1242. 1248. 1264 1266. 1271. 1276. 1288. 1289. 1294. 1301. 1303. 1312. 1335. 1338. 1356. 1367. 1374. 1379. 1381. 1401. 1404. 1405. 1412. 1419. 1422. 1428. 1435. 1455. 1485. 1498. 1519. 1528. 1556. 1564. 1596. 1632. 1636. 1647. 1653. 1688. 1693. 1695. 1700. 1713. 1743. 1761. 1775. 1799. 1834. 1837. 1875. 1980. 1956. Confer infra Tragœdia & Tragicus.
Euripides in
Ἀλκήστιδι 326. 707.
Ἀλκμαίωνι 1470.
Ἑκάβῃ 242. 261. 654. 930. 1128 1361. 1584. 1805. 1815.
Ἑλένῃ 39.
Ἐρεχθεῖ 1061.
Ἡλέκτρᾳ 653. 1856.
Ἡρακλεῖ 875.
Ἱππολύτῳ 161. 170. 599. 1087. 1564. 1932.
Ἰφιγενείᾳ 57. 185.
Ἴωνι 281.

2011 Ministerio de Cultura

Euripidis in
Κερκύονι 656. 1607. 1640. 1681. 1902.
Κύκλωπι 1850.
Μηδείᾳ 160.
Ὀρέσῃ. 20.
Τηλέφῳ 1084. 1397.
Τρῳάσι 975.
Ὑψιπύλῃ 959.
Φαέθοντι 1731.
Φαίδρᾳ 633. 690.
Φοίνιξι 163. (1021.
Φοινίσσαις 394. 419. 500. 666.
Eustathii Commentarius ad Dionysium Periegeten. 2. 12. 27. 30. 35. 86. 102. 110. 128. 158. 193. 262. 264. 269. 270. 273. 274. 276. 284. 285. 286. 287. 300. 301. 306. 312. 313. 314. 319. 329. 331. 336. 351. 356. 357. 359. 362. 363. 364. 366. 368. 382 402. 405. 732. 758. 782. 815. 843. 889. 916. 917. 1057. 1395. 1462. 1484. 1538 1667. 1688. 1711. 1716. 1760. 1821. 1861. 1913. 1923. 1720.
Γεωγράφος. Vide, Strabo.
Γεωγραφικὴ καταγραφή. 1386.
Γεωργικὰ γράψαντες. 1183.
Georgius Technicus. Vide supra in Chœroboscus.
Glossographi. 1018. 1024. 1090. 1492. 1530 1841. 1861. 1878.
Glossographus incertus. 305.
Gorgias Leontinus 1413.
Grammatici veteres. 974. 1001.
Harmodius. 1400.
Hecatæus. 9. 274. 361. 363. 372. 1270. 1441.
Hegemon Thasius 1239. παῳδὸς ἐν γιγαντομαχίᾳ. 1420.
Heliodorus. 160. 1465.
Hellanicus. 301. 460. 1036. 1173. 1454. 1528.
Heracleon 1910. Ponticus. 25. Grammaticus. 106. 524.
Heraclides. 23. 28. 32. 54. 341. 365. 718. 722. 756. 764. 774. 777. 780. 842. 853. 1064. 1098. 1383. 1385. 1398. 1401. 1407. 1408. 1410. 1411. 1432. 1434. 1442. 1457. 1499. 1525. 1540. 1557. 1561. 1562. 1576. 1596. 1613. 1618. 1625. 1641. 1642. 1643. 1647. 1648. 1654. 1700. 1714. 1721. 1722. 1724. 1726. 1755. 1759. 1770. 1787. 1839. 1854. 1859. 1887. 1892. 1895. 1907. 1946. Heraclides περὶ δυσκλίτων ῥημάτων. 1815.
Heraclides Alexandrinus. 734. 840. 872.
Heraclides Comicus. 1479.
Heraclides Cumæus. 1285.
Heraclides Milesius. 705.
Heraclitus σκοτεινός. 41.
Heraclitus junior qui allegorias in Homerum & ἄπιστα scripsit. 40. 614. 859. 1133. 1142. 1832.
Heraclitus Mitylenensis. 1503.
Hermippus Comicus. 197. 261. 855. 1246. 1280. 1288. 1404. 1428. 1483. 1582. 1828.
Hermogenes (Cilix Rhetor) 1422. 1653.

2011 Ministerio de Cultura

1653. 1682. 1834. 1854. ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν. 1133. ἐξήγησις εἰς τὸ πέλ@. 1864.
Hermolaus Tacticus. 924.
Hermolaus Byz. ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιτέμνων. Vide infra in Stephano.
Herodianus Grammaticus 8. 11. 15. 16. 25. 26. 36. 49. 67. 73. 110. 113. 114. 117. bis. 127. 143. 149. 152. 183. 187. 217. 218. 229. 277. 283. 287. 297. 300. 324. 341. 346. 358. 376. 365. 413. 419. 423. 438. 444. 468. 496. 497. 518. 524. 531. 561. 570. 601. 617. 620. 650. 677. 700. 759. 764. 851. 1020. 1066. 1175. 1179. 1235. 1300. 1339. 1388. 1390. 1392. 1405. 1419. 1425. 1436. 1447. 1462. 1525. 1560. 1571. 1575. 1588. 1615. 1618. 1627. 1635. 1638. 1663. 1684. 1687. 1698. 1716. 1741. 1745. 1746. 1766. 1809. 1875. 1835. 1837. 1859. 1868. 1896. 1913. 1922. 1934. 1951.
Herodianus ἐν μεγάλῃ sive καθόλου προσῳδίᾳ 265. 962. ἐν ὀνομαστικῷ 445. sive ὀνομαστικοῖς 1807 ἐν τῷ αὐτοῦ συμποσίῳ 154. ejus ἐπιμερισμοί. 445.
Herodicus Babylonius. 1077.
Herodorus. 407. 819. 1242. Ejus commentarius in Homerum 28. Vide supra in Apione.
Herodotus. 9. 19. 21. 27. 28. bis. 43. 34. 36. 42. bis. 45. bis. 48. 49. 54. 55. 59. 70. ter. 72. 78. 80. 82. 97. 107. 108. bis. 119. 128. 133. 144. 155. 158. 165. bis. 166. 167. 172. 176. 179. 188. 189. 190. 191. 201. 206. 209. 210. 211. 222. 233. 234. quater. 238. 240. 278. 314. 316. 317. 337. 339. 342. 347. 358. 359. bis. 286. 288. 290. 294. bis. 297. bis. 302. 303. 364. 365. 366. 373. 374. 375. 383. 385. 386. 394. 395. 397. 403. 405. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 423. 431. 444. 454. 456. 468. 496. 479. 481. 501. 513. 519. 522. 538. 565. 567. 570. 573. 579. 594. 601. 602. 607. 616. 603. 621. 624. 626. 628. 636. 638. 643. 650. 655. 657. 668. 670. 680. 682. 687. 688. 689. 690. 691. 695. 704. 706. 707. 712. 714. 733. 741. 743. 746. 750. 758. 759. 767. 773. 808. 812. 827. 844. 877. 880. 907. 908. 925. 940. 945. 946. 957. 968. 965. 975. 978. 985. 988. 989 1026. 1031. 1063. 1098. 1108 1116. 1141. 1144. 1147. 1156. 1158 1160. 1161. 1164. 1178. 1180. 1182. 1183. 1190. 1206. 1216. 1227. 1241. 1263. 1264. 1265. 1292. 1304. 1306. 1363 1383. 1386. 1390. 1383. 1386. 1390. 1398. 1401. 1412. 1419. 1424. 1425. 1428. 1429. 1431. 1433. 1434. 1435. 1437. 1441. 1445. 1447. 1454. 1455. 1457. 1462. 1468. 1474. 1484. 1485 1487. 1488. 1493. 1500. 1509. 1512.

2011 Ministerio de Cultura

1538. 1540. 1558. 1559. 1562. 1567. 1569. 1570. 1571. 1573. 1576. 1582. 1594. 1604. bis. 1615. 1616. 1636. 1644. 1646. 1650. 1659. 1660. 1661. 1667. 1671. 1686. 1704. 1714. 1717. 1728. 1760. 1762. 1831. 1837. 1851. 1854. 1856. 1857. 1864. 1865. 1871. 1872. 1896. 1900. 1923. 1930. 1946. 1964. Ἡρόδοτος ἱστορεῖ ἐν οἷς ἔγραψεν εἰς τὸν Ὅμηρον. 4. respicit vitam Homeri de qua suprâ cap. 1.

Herodotus qui περὶ νυμφῶν scripsit. 594.

Herophili Medici effigies 1601.

Heryllus in Satyricis. 989.

Hesiodus 6. 9. bis. 21. 23. 52. 71. 76. 91. bis. 93. 97. 101. 108. 110. 112. 124. 125. 136. 143. 156. 161. 168. 178. 179. 194. 201. 209. 214. 217. 231. bis. 238. 250. bis. 251. 263. 265. 270. bis. 277. 286. 288. 295 302. 323. 357. 376. 379. 380. 384. 395. 407. 420. 424. 427. 439. bis. 507. 518. 522. 525. 526. 540. 558. 560. 573. 574. 576. 585. 606. 610. 613. 623. 634. 637. 649. 650. 668. 680. 692. 698. 712. 723. 738. 743. 745. 749. 750. 754. 755. 758. 773. 775. 778. 784. 789. 793. 794. 803. 804. 811. 824. 832. 834. 838. 855. 858. 865. 866. 870. 871. 875. 880. 882. 886. 906. 911. 919. 934. 943. 953. 965. 969. 975. 978. 982. 1013. 1014. 1018. 1024 1031. 1034. 1040. 1044. 1049. 1053. 1065. 1066. 1080. 1084. 1085. 1091. 1097. 1101. 1110. 1117. 1130. 1131. 1133. 1144. 1147. 1151. 1153. 1154. 1155. 1158. 1160. 1161. 1163. 1166. 1173. 1202. 1206. 1210. 1242. 1243. 1244. 1251. 1253. 1257. 1262. 1265. 1288. 1293. 1315. 1316. 1318. 1321. 1324. 1330. 1337. 1338. 1339. 1351. 1359. 1360. 1363. 1370. 1373. 1383. 1385. 1390. 1392. 1398. 1399. 1400. 1409. 1412. 1424. 1425. 1428. 1434. 1436. 1448. 1450. 1470. 1490. 1494. 1496. 1509. 1510. 1522. 1524. 1527. 1528. 1538. 1541. 1555. 1566. 1567. 1589. 1622. 1623. 1624. 1635. 1638. 1642. 1645. 1646. 1650. 1651. 1658. 1684. 1685. 1689. 1690. 1710. 1714. 1715. 1729. 1732. 1751. 1759. 1762. 1766. 1768. 1771. 1784. 1786. 1787. 1793. 1796. 1805. 1809. 1817. 1818. 1822. 1823. 1836. 1843. 1849. 1850. 1857. 1859. 1864. 1866. 1869. 1872. 1892. 1908 1923. 1964.

Hesiodus in Theogonia. 234. 238. 291. 553. 577. 1055. 1596. 1610. in scuto 1160. 1363. 1480. 1712. Hesiodi ἡμέραι 1840. Catalogus. 13. 1484. 1746. 1680. Catalogus Heroidum. 1746. Melampodia. 900. 1775.

Hesio-

2011 Ministerio de Cultura

Heſiodi Scholiaſtæ 194.&c.
Hieronymus quidam. *Φασὶ δὲ Ἱερώνομόν τινα ἱσορεῖν.* 826.
Himerius Sophiſta 13.159.
Hipparchus 1. 30.690.
Hippoclides. Proverbium *ἐ. Φρονπὶς Ἱπποκλείδῃ.* 159.
Hippon Atheus. 1473.
Hipponax 13. 114.305. 368. 464. 725.741. 1286. 1332. 1397. 1531.1542.1684.1721. 1752. 1817.1828. 1837.
Hippocrates 36.48.643. 859. 1163. 1208.1367. 1504. 1672. *ἐν τῷ περὶ ὀξέων* 1326. *περὶ τῶν θραυμάτων* 1700. *συμβολικὸν* Hippocratis 1547.
Hippys Rheginus. 1308.
Hiſtiæa 384.
Hiſtoriæ Animalium. vide ſupra Ælianum & Ariſtotelem.
Homerus Stoicus. 124. Homeri Margites. 4. 1669.
Homeriſtas ſive Rhapſados Homericos primus in Theatrum produxit Demetrius Phalereus. 1364.
Editio Iliados *Μασσαλιωτικὴ καὶ Σινωπική.* 106.366.905. *Μασσαλιωτικὴ χαρή* 1005. 1334. Aliæ *ἐκδόσεις Ὁμηρικαί.* 1334. *Ἀριστάρχειος.* 872. Ariſtarchi Zenodoti & Ariſtophanis editio. 393.
Homeri exegetæ, Scholiaſtæ ſive *ὑπομνηματισταὶ παλαιοὶ.* 255. 264. 269. 270. 287. 328. 337. 358. 359. 366. 368. 435. 524. 582. 729. 885. 1005. 1017. 1037. 1172. 1288. 1490. 1492. 1698. 1866. 1951. *ἐν παλαιῷ ὑπομνηματισμῷ Φερεπαῖ.* 1471.
Ὁμηρικῶν ἀπορίων λυτικοί. 1098.
Allegorici Homeri interpretes. 1504.
Ὁμηρόκεντρα. 6. 1275. 1308.
Hybrias Cretenſis. 1514.
Hyperides. 746. contra Demadem. 1448.
Jamblichus 79. 190. 279. 360. 951. 1439. 1461. 1556. In vita Pythagoræ. 114. 1807.
Ibycus Poëta. 1686.
Iliadis parvæ auctor. 285. 1188.
Jobas Lybicus 1156.
Jon Chius 1942. 1761. 1775. Tragicus. 1541.
Iſocrates 89. 406. 424. 866. 1059. *ἐν τῷ παναθηναϊκῷ* 146.
Iſter *ἐν Ἀτθίσι λέξεσι.* 1629.
Julianus 410. 600. ſub nomine *Παραβάτου.* 160. 1686. in ſolis encomio 38. 626. in alio ſcripto 83.
Ixion Grammaticus 518.
Laërtius in Sophiſtarum vitis. 896.
Lamprocles. 1713.
Laſi Hermionenſis hymnus *ἄσιγμος* in Cererem. 1336.
Lexicon Latinum. 1454.
Λέξικον παλαιὸν κατὰ στοιχεῖον. 1238. 1429. *ὁ γράψας ἐν στοιχειακῇ τάξει λέξεων.* 378. *Ἐκλογὴ λέξεων ἀρχαία* 855.
Lexicon Rhetorum. 134.200.206 239.258.295. bis. 307. 310. 952.

2011 Ministerio de Cultura

370. 411. 416. 455. 565. 622. 632. 742. 799. 802. 812. 852. 860. 904. 905. 907. 914. 947. 952. 958. 989. 1036. 1039. 1053. 1095. 1181. 1251. 1257. 1259. 1279. 1280. 1289. 1291. 1328. 1350. 1380. 1387. 1391. 1394. 1404. 1407. 1414. 1494. 1500. 1517. 1540. 1541. 1573. 1626. 1667. 1703. 1709. 1734. 1735. 1747. 1748. 1750. 1767. 1770. 1783. 1788. 1871. 1872. 1880. 1885. 1893. 1899. 1908. 1913. 1915. 1921. 1923. 1926. 1934. 1944. 1957.

Lexicon vetus Rhetoricum Anonymi 799. 890. 1515. 1828. Lexica Rhetorica περὶ κζ΄ στοιχείου. 217. 789. 862. Vide & ſupra in Ælio Dionyſio.

Libanius 646. 841. 1282. 1366. 1639. 1867. 1951. ἐν τῷ εἰς τὸν Δημοσθένους Προοίμιον. 1223. ἐν τοῖς εἰς τὸν Ἰσλιανόν. 92. 1421.

Linus 817. 1163.

Longinus 67. 106. 1919.

Lucianus 100. 1059. 1747. 1703. Ἀσχιαίνει & σολοικισμός 153.

Lucillus Tarrhæus in primo de proverbiis. 855.

Lycophron. 17. 27. 43. 51. 70. bis. 76. 83. bis. 100. 114. 116. 125. 154. 157. 160. bis. 168. 174. 194. 206. 230. 235. 264. 266. 271. 272. 291. 295. 300. 302. 308. 310. bis. 313. 320. 330. 335. 337. 343. 344. 351. 362. 375. 381. 403. 410. 424. 487. 488. 522. 557. 566. 577. 596. 598. 601. 603. 607. 623. 631. 633. 638. 648. 667. 691. 707. 714. 717. 720. 740. 741. 748. 757. 768. 773. 781. 782. 789. 818. 825. 827. 841. 842. 845. 852. 868. 873. 877. 880. 890. 893. 894. 934. 959. 960. 962. 972. 988. 1051. 1057. 1076. 1095. 1110. 1139. 1160. 1168. 1169. 1175. 1204. 1215. 1273. 1276. 1292. 1307. 1313. 1321. 1322. 1330. 1348. 1364. 1384. 1385. 1388. 1391. 1409. 1435. 1462. 1466. 1473. 1476. 1490. 1494. 1501. 1527. 1529. 1534. 1539. 1556. 1557. 1558. 1571. 1572. 1604. 1613. 1614. 1632. 1633. 1639. 1644. 1651. 1665. 1667. 1680. 1683. 1685. 1686. 1697. 1702. 1709. 1712. 1714. 1728. 1733. 1747. 1750. 1751. 1760. 1761. 1765. 1769. 1771. 1787. 1788. 1795. 1802. 1806. 1809. 1816. 1835. 1854. 1857. 1860. 1885. 1900. 1902. 1908. 1910. 1914. 1941. 1943. 1947. Lycophron Alexandrâ 1667. ſive Caſſandra. 1861. 1894.

Lycophronis ἀντιγραφα ſive codices veteres 582. 1569. Ejus ſcholiaſtæ ſive ὑπομνηματισαί. 302. 1528.

Lycurgus 1816.

Lycurgus Rhetor 460. 855.

Lycurgus Thrax 672.

Lydus. ὁ Λυδός φησι. 1320.

Lyricus incertus 460. 876.

Lyſanias 1075.

Mala-

2011 Ministerio de Cultura

Lysias 1167. 1394. contra Andocidem. 381.
Lysis Pythagoricus 360.
Malacus Historicus 1093.
Manetho ἐν τοῖς περὶς Ἡρόδοτον. 957.
Comicus Maronita. 885. Vide Sotades.
Matreas Alexandrinus 1382. 1580.
Matron παρῳδός 198. 261. 310. 871. 1053. 1382. 1665. 1700.
Medicus liber 410.
Melanthius Tragicus. 1204.
Meleager Gadarensis. 868.
Melitus 1288.
Menander Comicus 66. 73. 191. 742. 962. 998. 1161. 1166. 1173. 1350. 1412. 1417. 1425. 1440. 1504. 1547. 1571. 1585. 1647. 1724. 1776. 1781. 1799. 1833. 1840. 1854.
Menecrates 3. 63. bis. 859.
Menedemus 279.
Menogenes 263.
Metaclides 84. 1594. Ita recte editio Rom. licet Tatiani codices quidam, & edito Eustathii Basileensis habent Μεγακλείδης.
Militides 1669.
Mimnermus 1632.
Mnaseas Locrus vel Colophonius συνεπάξατο τὰ Ὑπογραφόμενα παίγνια. 1163.
Mnemon Grammaticus 1591.
Mnesimachus Comicus. 981. 1719.
Moschus Syracusius 611.
Musæus ἀκέσεις νόσων, συγγραψάμενος. 4. 299. (361.
Myrmex Philosophus & dialecticus.
Myronis carmen in Neptunum 327.
Mythographi quidam 151.
Naucrates 1381. Sophista 1155. Erythræus, Homeri ὑπομνηματογράφος. 267.
Dramatica Nausicaë 381.
Naxiacorum scriptor. Vide Philetas.
Neanthes Cyzicenus. 1571.
Neocles Croroniata 1686.
Neoteles 717.
Neoptolemus Parianus 1347.
Nicander 215. 287. 658. 705. 917. 962. 1017. 1057. 1061. 1476. 1504. 1863. Colophonius ἐν γλώσσαις. 1714. 1295. ἐν Γεωργικοῖς 906. ἐν Θηριακοῖς 984.
Nicanor 107. 302. σιγματίας cognomine. 20.
Nicias 539.
Nicodorus 1862.
Nicostratus 917. (700.
Nonnus ὁ τὰ Διονυσιακὰ γράψας. 407.
Nymphodorus 1503.
Oppianus 134. 255. 310. 329. 381. 437. 440. 483. 636. 672. 679. 709. 865. 871. 877. 950. 969. 994. 1023. 1030. 1165. 1166. 1180. 1221. 1231. 1239. 1240. 1290. 1309. 1412. 1450. 1472. 1476. 1477. 1505. 1509. 1532. 1583. 1549. 1595. 1650. 1676. 1690. 1728. 1831. 1841. 1851. 1934. Sub nomine Cilicis Poëtæ 87. 944. 1188. 1406.
Oraculum quoddam. 301.
Orpheus 4. 299. 817. in σφαίρᾳ. 1163. 1235. Ejus Ἡμέραι 1842.
Orus Grammaticus 857. 859.
Παλαιός τις 43. 64. Παλαιῶν τινες. 65. 72. οἱ παλαιοί 63 68. 69. 71. 72. 73.

2011 Ministerio de Cultura

73. 74. bis. 80. bis & passim, frequentissime.
Palæphatus 76. 102. 326. 363. 817. 1368 1382. 1504. 1684. 1769. 1859.
Pamphilus 922. 1336. ἐν τῷ περὶ γλωσσῶν 1571.
Panætius 1946.
Pancrates Poëta Alexandrinus 1616.
Pantaleon. 1382.
Parmenisicus 854. (1635.
Parmeno Poëta Byzantinus. 1500.
Παρῳδήσεις τις. 285. 310. 413. 902. παρῳδος 728. παρῳδήσεις νέφ. 1075. Vide in Hegemon, Matron, & Timon.
Parrhasius pictor 1593. 1594. 1655. 1698.
Parthenius 327. 1299. 1776.
Pausanias 278. 286. bis. 302. 310. 361. 368. 589. 590. 600. 653. 707. 735. 746. 747. 749. 757. 772. 773. 776. 782. 787. 799. 801. 811. 821. 832. 836. 838. 854. 866. 867. 870. 872. 878. 881. 882. 885. 897. 917. 919. 941. 947. 950. 953. 956. 962. 965. 967. 975. 976. 998. 1022. 1025. 1039. 1065. 1157. 1159. 1161. 1163. 1165. 1167. 1221. 1241. 1278. 1279. 1280. 1282. 1291. 1324. 1328. 1332. 1333. 1337. 1385. 1386. 1392. 1394. 1395. 1399. 1402. 1403. 1405. 1406. 1413. 1417. 1419. 1423. 1425. 1427. 1445. 1446. 1450. 1452. 1453. 1472. 1473. 1504. 1525. 1533. 1534. 1539. 1593. 1595. 1604. 1631. 1636. 1645. 1699. 1726. 1746. 1757. 1761. 1769. 1817. 1818. 1825. 1835. 1854. 1857. 1864. 1880. 1881. 1885. 1915. 1923. 1924. 1935. Pausanias in Lexico 84. 183. 206. bis. 207. 219. 258. 274. bis. 326. 331. ter. 344. 355. 357. 368. 389. 396. 403. 405. 408. 437. 487. 584. 603. 1313. 1864. &c. ἐν τοῖς κατὰ στοιχεῖον 1158.
Peripatetici 511.
Ὁ περὶ Περσῶν ἱστορήσας (Xenophon) 850.
Phænias 35.
Phalaris 1485.
Phantasia Memphitis 1380.
Phemonoë 4.
Pherecrates 707. 801. 1290. 1369. 1405. 1428. 1445. 1456. 1458. 1461. 1528. 1571. 1624. 1632. Ejus jambi 741. Pherecrates ἐν Ἰωνῷ. 898.
Pherecydes 9. 648. 1387. 1548. Syrius. 1786. Pherecydes Babylonius 1757.
Philemon 634. 880 1142. 1146. 1283. 1701. 1791. 1964. Comicus 1368. 1299.
Philetas 1235. Philetas vel Callinus Naxiacorum scriptor. 1883.
Philiadis Megarensis Epigramma.
Philini Historia. 1295. (266.
Philippides 73. 1085. 1571. 1646. Syracusius 1503.
Philistides ἐν συγγενικοῖς 84.
Philo 73. 1540. Herennius 1698. 1527.

2011 Ministerio de Cultura

1727.1871. περὶ διαφόρων σημαινομένων 831.855.906.907.909.
Philochorus 776.1163.
Philoponus 906. περὶ λέξεων διαφόρως τονουμένων 1680.
Philostratus 236.1157.1697.1701.
Philostratus ὁ νεός 1108.
Philoxenus 154.1388.1581. 1598. 1613.1691.1770.1817. Cytherius 1192.1558. 1887. de dialecticis Romanorum 1570. Philoxenus Sidonius 579.
Philyllius 440.
Phocionis apophthegma 62.
Phocylides 263.313.
Phœnix Colophonius 1484.
Phrynichus 407.1430.1555.1741. 1862. ἐν Μύσῃ. 1112. Tragicus. 951.
Phylarchus 1242. Ejus historia.
Phylax Historicus 877. (1668.
Pindarus. 4. bis. 6. 9. quater. 13. 23. 25. 32. 36. 49. 52. 64. 97. 104. 108. 128. 138. 153. 178. bis. 227. 284. 270. 277. 284. 287. 290. 291. 303. 309. 311. 312. 314. 316. 317. 336. 338. 345. 346. 351. 382. 400. 406. 413. 416. 479. 482. 494. 532. 545. 546. 553. 603. 604. 606. 621. 674. 675. 678. 694. 713. 756. 767. 768. 775. 790. 817. 841. 868. 877. 879. 882. 907. 916. 917. 925. 932. 949. 954. 975. 978. 982. 987. 1006. 1013. 1057. 1076. 1078. 1102. 1110. 1114. 1138. 1175. 1193. 1221. 1237. 1240. 1275. 1279. 1286. 1334. 1335. 1350. 1363. 1373. 1383. 1390. 1401. 1404. 1406. 1419. 1422. 1426. 1427. 1429. 1430. 1441. 1443. 1454. 1463. 1480. 1488. 1490. 1527. 1534. 1535. 1553. 1554. 1562. 1577. 1581. 1589. 1591. 1596. 1602. 1602. 1605. 1613. 1614. 1636. 1639. 1657. 1667. 1681. 1684. 1687. 1689. 1702. 1709. 1712. 1713. 1721. 1796. 1822. 1839. 1867. 1872. 1875. 1919. 1930. 1934. Sub Lyrici nomine 881. 1145. 1381. Pindarus Isthmionicis 65. 1715. Olympionicis 381. 714. Pythionicis 287. 1238. ὁ γράψας ἐν ἐπιγράμματι Πινδάρῳ περὶ τοῦ Πανός 1917. Pindari ἀσιγμοπινδέτου ᾠδή 1336. Πινδαρικὸς μῦθος. 89. Pindari Scholiastæ
Pisander 315. (881.
Pisistratus 5.
Pittacus Mitylenæus 1669.
Plato 79. 235. 261. 263. 361. 545. 560. 622. 632. 695. 809. 813. 867. 868. 882. 901. 950. 958. 989. 1077. 1078. 1106. 1134. 1149. 1154. 1156. 1164. 1165. 1275. 1355. 1358. 1383. 1398. 1406. 1415. 1455. 1503. 1577. 1701. 1704. 1724. 1655. 1946. 1770. in Charmide 1441. Euthydemo, 1456. 1479. 1515. de legibus 1159. 1177. 1333. 1397. 1448. Menone 1173. Phædone sive de anima 1450. 1959. Phædro 1397. 1713. in Politia 1129. 1363. 1441. 1573. in Socratis

2011 Ministerio de Cultura

cratis Apologia. 1089. in Sophista 1403. in Sympoſio 1655. in Theæteto 1601. Platonis ὑπομνηματισαί 1397.
Platonici 79.
Plato Comicus 66. 302. ubi aliis Comœdias ſuas tradidiſſe dicitur, 924. 1141. 1161. 1282. 1283. 1345. 1761. 1817.
Ἐν Ἑορταῖς 1403. 1547.
Ἐν Κλεοφῶντι 1441.
Plutarchus 21. 207. 429. 449. 555. 669. 700. 1125. 1133. 1274. 1405. 1447. 1500. 1557. 1657. 1710. 1835. 1849. in Sympoſiacis 748. 757. 1154. 1363. 1559. 1698. 1709. 1943. Sapiens Chæronenſis in iisdem Sympoſiacis. 1363. ἐν τοῖς πρὸς τὸν Ἄρατον 1363.
Plutarchus de fluminibus 387. 1854.
Poëta anonymus 133. &c.
Polemon Hiſtoricus 228. 1288.
Polybius 1534. 1616. 1779. Megalopolites 994. 1015.
Polycrates Sophiſta 1387.
Porphyrion. 1467.
Porphyrius 15. 33. 51. 59. 62. 196. 225. 263. 281. bis. 305. 318 322. 325. 328. 329. 353. 359. 413. 450. 554. 632. 634. 638. 649. 650. 696. 698. 727. 740. 757. 815. 832. 837 913. 1075. 1099. 1208. 1294. 1299. 1422. 1448. 1467. 1480. 1508. 1687. 1723. 1734. 1951. ἐν τοῖς πρὸς Γαιδάλιον παρῳδήσας 387. Epigrammata 17. 285. ubi epigramma in Homerum, & 1628.
Porſilus Hierapytnius 230.
Poſidonius 816. 1096. 1324. 1396. 1485. Stoicus 690. Anagnoſta Ariſtarchi 659. ejus περὶ ψυχῆς.
Praxille Sicyonia 326. (910.
Proclus 1418.
Procopius Cæſareenſis 715. in Lybicis. 452.
Protagoras Phyſicus 773.
Proverbiorum ἀναγραφαί 298.
Ptolemæus Rex 773. Philadelphus 880. Tryphon. 1323.
Ptolemæus Evergetes 1524.
Ptolemæus 369. 518. 864. 1312. Aſcalonita 341. 524. 549. 556. 641. 1080. 1139. 1146. 1299. 1387. de proſodia in Homeri Odyſſea 496. 1010.
Pythagoras 40. 187. 479. 868. 951. 1090. 1131. 1342. 1615. 1686. 1701. 1838. 1870. 1961.
Pythagorici 37. 816.
Quintus Smyrnæus. Vide ſupra in Cointo.
Rhetor vetus 637. 936. Rhetor Alexandrinus 1761.
Rhetores 393. 394. 568. 1001. 1060. (&c.
Salluſtius 514.
Sannyrion Tragicus 1288.
Sappho 9. 326. 407. 632. 729. 948. 1705. 1429. 1633. 1686.
Sardanapali dictum 1224.
Scymnus Tarentinus 1503.
Seleucus 1179. 1271. 1441. 1483 ἐν γλώσσαις 1963.
Sibyllæ Oracula 1392.

Sido-

2011 Ministerio de Cultura

Sidoni⁹ 966. 1017. Vide, Philoxenus.
Silenus ὁ γλωσσογράφος 1571. Silenus Chius ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν μυθικῶν 1871.
Simmias 1784.
Simocatus 1236.
Simonides 52. 163. 207. 776. 870. 877. 984. 1034. 1323. 1363. 1464 1541. 1601. 1653. 1686. 1713. 1761. 1766. 1775. 1821. 1875.
Simplicius 613.
Socrates 83. 250 768. 833. 868. 1078. 1149. 1446. 1464. 1573. 1577. 1596. 1641. 1828. 1871. filius Sophroniſci. 953.
Solon 316. 878. 1106. 1158. 1185. 1246. 1295. 1389. 1713. 1860.
Sopater 280. 1506. 1701.
Sophocles 11. 13. 17. 19. 21. 29. 33. 46. 47. bis. 50. bis. 55. 58. 59. 62. 64. 66. 71. 83. 84. 102. 106. 115. 126. 127. 134. 135. 143. 148. 149. 150. 157. 161. 165. 173. 180. 191. 205. 219. 229. 236. 256. 257. 274. 275. 279. 286. 290. 295. 306. 309. 310. 330. 333. 335. 336. 347 348. 351. 352. 358. 361. 381. 383. 405. 407. 409. 410. 413. 415. bis. 418. 429. 432. 434. 436. 439. 440. 441. 442. 452. 455. 479. 481. 492. 505. 514. 517. 524. 533. 539. 543. 546. 548. 557. 558. 561. 575. 581. 583. 588. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 610. 611. 621. 622. 623. 625. 626. 632. 634. 637. 638. 642. 644. 645. 648. 649. 651. 652 660. 661. 666. 668. 674. 675. 679. 680. 682. 684. 687. 692. 694. 697. 698. 699. 700. 702. 705 706. 709. 710. 711. 713. 714. 716. 718. 720. 723. 726. 728. 732. 737. 742. 751. 752. 753. 754. 756. 757. 758. 768. 769. 775. 776. 778. 780. 782. 786. 788. 790. 792. 795. 796. 799. 801. 803. 805. 806. 808. 811. 814. 826. 828. 851. 854. 859. 867. 870. 877. 881. 885. 890. 891. 897. 899. 902. 905. 906. 917. 923. 927. 944. 948. 955. 957. 970. 974. 978 982. 995. 1007. 1017. 1019. 1020. 1023. 1036. 1037. 1041. 1046. 1047. 1053. 1055. 1072. 1083. 1085. 1089. 1093. 1109. 1110. 1133. 1135. 1136. 1142. 1144. 1145. 1147. 1148. 1151. 1154. 1157. 1158. 1166. 1187. 1188. 1190. 1193. 1196. 1201. 1205. 1237. 1248. 1259. 1261. 1266. 1270. 1293. 1295. 1297. 1303. 1305. 1312. 1313. 1317. 1319. 1323. 1326. 1332. 1335. 1350. 1364. 1367. 1368. 1383. 1385. 1389. 1390. 1391. 1396. 1398. 1404. 1405. 1409. 1414. 1422. 1423. 1429. 1439. 1441. 1444. 1448. 1451. 1455 1456. 1461. 1462. 1463. 1466. 1468. 1469. 1473. 1483. 1484. 1493. 1496. 1500. 1507. 1514. 1521. 1532. 1534. 1535 1536. 1538. 1547. 1553. 1562. 1564. 1596. 1601. 1602. 1606. 1612. 1625.

2011 Ministerio de Cultura

1648. 1650. 1675. 1691. 1694. 1695. 1701. 1704. 1710. 1717. 1728. 1761. 1762. 1769. 1792. 1796. 1809. 1821. 1822. 1828. 1835. 1837. 1843. 1848. 1856. 1857. 1867. 1872. 1899. 1911. 1923. 1929. 1931. 1937. 1939. 1944. 1956. Scholis commentatores sive ὑπομνηματισαί 723.

Sophoclis
Ajax 108. 624. 634. 1637. 640. 656. 914. 1140. 1142. 1144. μαστιγοφόρος. 95. 198. 757. 1778. cur ita inscriptus 961. 1139.
Alexandra 533.
Antigone 686. 1539.
Electra 723. 1514. 1839.
Hermione 1479.
Jocasta 1425.
Oedipus 572. 775. 1097. 1112. 1231. 1558. 1653. Coloneus 31. 156. Οἰδίπους δεύτερος 725.
Oedipus Tyrannus 79. 634. 640. 755. 777. 1419. 1839.
Palamedes 228.
Philoctetes 95. 205. 763. 981. 1523. 1694. 1748.
Phineus 1496.
Phœnix 1088.
Tecmessa 843.
Trachiniæ 22. 49. 95. 217. 264. 361. 420. 757. 976. 981. 1037. 1376. 1384. 1399.
Σοφόστις ἱερός 1712. (1430.
Sophron 561. 633. 851. 876. 1282. 1383. 1457. 1651. 1766.
Sophronisci F. vide Socrates.
Sosias Atheus 1473.
Sosibius λυπικός 870.
Sosiphanes 763.
Sotades 121. Maronita 1069.
Speusippus 1398.
Sostratus in poëmate elegiaco quod Tiresias inscribitur. 1665. 1696.
Stagirita. Vide supra Aristoteles.
Stephanus Byz. ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας. 71. 266. 268. ter. 269. 274. 280. 287. 290. 291. bis. 294. 295. 296. 297. 300. 302. 303. 304. 305. 307. 311. 313. bis. 315. 320. 324. bis. 327. 328. 329. 330. 333. 334. 335. 337. 355. 356. 358. 361. 362. sæpius. 363. 364. 366. 367. 368. 520. 714. 743. 804. 649. 880. 883. 1024. 1076. 1100. 1108. ἐθνικῶν καταγραφή 21. ἢ κζ στοιχεῖον συλλογὴ τῶν ἐθνικῶν. 355. τὰ ἐθνικὰ ἐπιτεμνων sive ἐθνικῶν ἐπιτομὴν γράψας. (Hermolaus Byz.) 34. 332.
Stesichorus 10. bis. 277. 316. 524. 772. 1018. 1236. 1251. 1279. 1289. 1323. 1441. 1480. 1714. 1632. ejus ποίημα ἐπί τινι Καλύκῃ καταμηνιαθείσῃ δι' ἔρωτα 1235.
Stoici 261. 511. 695.
Strabo 270. 276. bis 280. 287. 292. 297. 301. bis. 302. 304. 337. 338. 355. 428. 455. 487. 637. 913. 927. 1410. 1504. 1640. 1665. 1681. 1944. sub nomine Geographi. 9. 16. 25. 27. 32. 33. 35. 46. 51. 96. 98. 100. 130. 135. 145. 158. 174. 191. 231. 252. 254. 255. 264. 265. 266. 267. 268. 269. bis.

2011 Ministerio de Cultura

bis.272. bis.273.274. bis.275. bis.277.278.ter. 279. bis. 280. ſæpius 281.284.286. 287. 288. 290. 291. quinquies. 292. 294. 296. ſæpius 300. ad 308. ſingulis paginis. 311.312.313.315. 316. 318. 320. 321. 322. 324.325.327.329.331.—338. ſingulis paginis 346.351.353. ad 363.ſingulis paginis. 366. 368. 369. 371. 372. 402. 459. 460. 461. 525. 566. 590. 621. 623. 627. 635. 649. 653. 666. 671. 688. 707. 708. 718. 732. 743.744.754.758.759.762.771. 774. 845. 880. 881. 889. 890. 916. 917.933.954. 984. 986. 987. 1057. 1083. 1198. 1200. 1212.1225.1238.1263. 1364. 1381. 1386. 1389. 1395. 1396. 1408.1409.1456.1462. 1463. 1472. 1484. 1493. 1505. 1511. 1519. 1536. 1554. 1613. 1614.1615.1622. 1644.1645. 1654.1682.1697.1704. 1716. 1746.1760.1787. 1861. Γεωγραφία 268. Γεωγραφικὴ ἀκρίβεια. 275. Γεωγραφικὴ ἔκδοσις. 279.γεωγραφικὴ ἱστορία 1667.

Stratis 1240.1289.1397. 1470.

Stratonicus 1623. 1634. κιθαρῳδός. 1108. (228.

Svetonius περὶ τῶν παρ' ἕλλησι παιδιῶν

SvidæLexicon 445.1403.1406.1441. 1469.1528. 1538. 1571. 1554. 1851. μέγα βιβλίον κ᾽ στοιχεῖον. 834.

Syager 4.

Technicus 12. 63. 655. 890. 1681. 1822.1899. Vetus technicus 114. 947. Τεχνικοὶ ſive τεχνογράφοι 153. 157. 163. 173. 181. 264. 631. 859. 877. 878. 963. 969. 1003. 1066. 1130. 1254.1379. 1388.1436.1768. 1788.1916. Vide ſupra in Dionyſio Thrace, Georgio Chœroboſco &c.

Teleclides 1082.

Telegoniæ auctor Cyrenæus 1800.

Teleſarchus 879.

Thales 313.

Thamyris 297.298.299. 817.

Theano 327. (1893.

Themiſtius 209.404.797.866.1658.

Theoclitus 1713. niſi legendum Θεόκλειτος pro Θεόκλιτος.

Theocritus 21. 30.61.63.75.77.79.102. 108. 113. 125. 140. 161. 193. 197. 299. 308. 384. 412. 421. 455. 492. 558. 565. 616. 620. 621. 624. 626. 633. 645. 660. 672. 691. 727. 741. 745. 790. 796. 812. 855. 862. 877. 901. 962. 971. 1018. 1112. 1148. 1162.1163.1164. 1186. 1189. 1206. 1236. 1237. 1266. 1285. 1319.1332. 1348. 1349. 1392. 1397.1428. 1429.1482. 1558. 1615.1622.1625.1627. 1644. 1649. 1713. 1717. 1749. 1763. 1815. 1824. 1839. 1867.1885.1895. 1896. 1963. σοφὸς 1213. ſub nomine βακολιασὲ & βακολιάζοντος. 1053. 1892. Theocriti Βερενίκη 1162. σκληρά

2011 Ministerio de Cultura

σκληρά 1558. Φαρμακέυτριαι. 1767. 1815. Ὑπομνηματισταὶ sive commentatores Theocriti. 1685. (1571.
Theodoridas Syracusanus 1420.
Theodorus 752. 1602. Theodorus ψηφοκλέπτης 1602.
Theognis 236. 1291. 1344.
Theomander Cyrenæus doctor εὐτυχίας. 1323.
Theophrastus 782. 871. 931. 932. 948. 1049. 1078. 1220. 1290. 1423. 1667. 1680. 1775.
Theopompus 832. 1571. 1604. 1724. 1854. 1910. Comicus. 1863.
Thucydides 111. 166. 179. 260. 266. 284. 290. 307. 367. 395. 445. 527. 531. 546. 735. 862. 789. 795. 813. 907. 959. 965. 1221. 1282. 1405. 1406. 1421. 1425. 1437. 1450. 1457. 1483. 1484. 1501. 1641. 1946.
Timachidas 1067. 1571.
Timæus 1893. (1320.
Timocreon Rhodius Poëta & Pugil
Timolaus 1379.
Timon 1349. Sillographus 1448. 1505. 1532. παρῳδός 1404.
Timotheus 1632. Milesius 1422. Timotheus ἐν τῷ κατ' αὐτὸν * Κύκλωπι 1361.
Tragœdia, Tragicus, Τραγικοὶ ποιηταί (Euripides plerumque intelligitur) 61. 71. 72. 107. 134. 172. 184. 189. 195. 201. 219. 250 283. 308. 310. 319. 345. 422. 437. 453. 482. 483. 488. 500. 520. 572. 573. 672. 696. 699. 709. 763. 770. 775. 790 796. 813. 819. 862. 876. 936. 980. 989. 1050. 1062. 1084. 1124 1128. 1149. 1161. 1173. 1185. 1193. 1194. 1198. 1201. 1208. 1214. 1313. 329. 1396. 1401. 1417. 1420. 1421. 1422. 1453. 1491. 1563. 1567. 1710. 1734. in Hecuba 1584. 1706. 1716 1807. in Philoeete 1523.
Trojanæ expugnationis scriptores 1607.
Tryphon 524. 742. 1146. 1214. 1236. 1271. 1291. 1447. 1591. 1698. ἐν τῷ περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως. 391. 556.
Tryphiodorus 1607.
Tyrannion 855. 858. 890. 1197.
Tyrteus 1028.
Virgilius 302.
Xanthus Lydius 1082.
Xenarchus 1283. 1423. 1871.
Xenophanes 948. ἐν ἡρωϊκοῖς ἔπεσιν locus de iride. 827. Xenophanis Silli 204.
Xenophon 15. 239. 250. 396. 469. 488.

* Eodem modo intelligendum, quando dicitur Evangelium κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον &c. Multi Tragici Cyclopem ediderant, hoc vero loco (ad Odyss. ι. edit. Basil. p. 358.) allegatur Cyclops κατὰ Τιμόθεον i. e. Cyclops Timothei Tragici. Ita cum plures scripserint Evangelium, unum est κατὰ Ματθαῖον i. e. Matthæi, alterum κατὰ Μάρκον i. e. Marci &c. Falluntur qui in re aperta ingeniosiores, hoc aliter explicant.

2011 Ministerio de Cultura

488. 632. 707. 740. 773. 789. 805. 911. 917. 924. 1076. 1158. 1163. 1402. 1405. 1441. 1509. 1641. 1717. 1686. ἐν ἀναβάσει 1445. 1596. ἐν ἑλληνικοῖς. 1769. in quarto παιδείας. 1448. ἐν Κυνηγετικοῖς. 1534.
Xenophon quidam. 1503.
Zaleucus 83. 1961.
Zamolxis 1615. 1701.
Zeno 1192. Cretenſis. 1602.
Zenodotus 5. 19. 123. 124. bis. 173. 175. 219. 256. 259. bis. 270. 274. 276. 277. 289. 317. 361. 410. 438. 490. 716. 741. 927. 953. 962. 966. 999. 1006. 1011. 1014. 1084. 1098. 1290. 1300. 1344. 1470. 1478. 1490. 1500. 1601. 1773. 1841. 1885.
Zenodotus Mallotes 957.
Zoilus. 512. Homeromaſtix. 1614.
Zopyrus 800.

IV. *Indiculus in excerpta Scholiorum veterum ad Iliadem, quæ è Codice Aloyſii Alemanni ediderunt Cantabrigienſes.*

Ariſtarchus. H. 197. O. 24. Π. 379 P. 465. 481. Σ. 77. 444. X. 281.
Οἱ περὶ Ἀσκάλωνα, vide Ptolemæus.
Ariſtophanes. P. 368.
Callimachus X. 452.
Chryſippus. X. 212.
Crates. Φ. 323.
Κυπρίων ἡ λέξις, ἀποέρσειεν, πνίξειεν. Φ. 329.
Γλωσσογράφοι. Σ. 378. X. 322.
Herodianus. P. 465. T. 56.
Λάκωνες τὸ θάπτειν φασὶ πθήμεναι. Ψ. 83.
Παιᾶνας δύο ἤδον οἱ παλαιοὶ, τὸν μὲν πρὸ τῆς μάχης τῷ Ἄρει, τὸν δὲ μετὰ τὸν πόλεμον τῷ Ἀπόλλωνι. X. 391.
Ptolemæus. Θ. 23. οἱ περὶ Ἀσκάλωνα (Ptolemæus Aſcalonites) P. 465.
Pythagoras Euphorbi ſcutum agnoſcens. P. 28.
Sidonius. O. 229.
Sophocles. Σ. 274.
Οἱ Τραγικοί. Φ. 430.
Zenodotus M. 428. N. 546. P. 149. 368. Σ. 339. forte & 356. ſequent. ubi hæc legas: Ζηνόδωρος, ἀφελομένων τούτων τῶν ιγ στίχων τὰ λοιπὰ ἔχει ἁρμοδίως. Υ. 180. ſequent. ἔστι δὲ οἱ Ζ στίχοι ἀθετοῦνται ὡς τὴν Διόνοιαν ἀπρεπεῖς.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT V.

De Commentariis in Homerum variisque Scriptis eum spectantibus quæ interciderunt.

EGIDIUS MENAGIUS in notis ad Laërtium p. 99. p. 202. & 232, editionis præclaræ Wetstenianæ, testatur se peculiarem dissertationem scripsisse περὶ Ἐξηγητῶν Ὁμήρου. Et JOH. JONSIUS Lib. 3. de scriptoribus Histor. Philosoph. p. 238. promisit se alibi plura dicturum de Homeri commentatoribus, sed neutrius labor lucem adspexit. NICOLAUS quoque MAJORANUS in prolegomenis ad Eustathium, amplius septuaginta nominare se posse professus qui ex antiquis Homerum illustraverunt, nullum commemoravit. Igitur post paucula illa quæ in prolegomenis ad librum primum Iliados de Poëtæ interpretibus deperditis notavit vir insignis JOACHIMUS CAMERARIUS, non ab re fortassis fuerit hoc argumentum paulo diligentius attingere, & quos è veterum scriptis mihi notavi Homeri ἐξηγητὰς, literarum ordine digestos præsenti loco strictim recensere, quibus plures aliorum industria facile adjiciet.

I. ÆLIUS SERENUS. Infra in *Philoxeno*.

II. AGALLIUS Corcyræus Aristophanis Grammatici discipulus. Vide Scholia ad Iliad. Σ. 491.

III. AGATHOCLES GRAMMATICUS commentarios in Homerum scripsisse colligitur è Scholiaste Apollonii ad Lib. IV. etymologico M. in Δίκτυον & Eustathio.

IV. ALEXANDER ÆTOLUS ex Plevrone Ætoliæ opido. Confer indices superiore capite.

V. ALEXANDER COTIÆUS, Κοτιαεὺς, cognomento πολυμαθὴς allegatur à Porphyrio in quæstionibus Homericis p. 14. & 46. & ab Eustathio ad Iliad. λ. p. 803. Apud Camerarium perperam scribitur Alexander Cosytæus.

VI. ALEXANDER MILESIUS, Polyhistor, Cratetis discipulus, æqualis Syllæ.

VII. ALEXANDER MYNDIUS sive ut in Laërtii libris I. 29. Ἀλέξων. ALEXANDER PLEVRONIUS. Vide supra Alex. Ætolus.

VIII. AM-

2011 Ministerio de Cultura

VIII. AMMONIANUS Grammaticus, Syriani æqualis & amicus, à Camerario inter Homeri interpretes poni videtur ob perperam intellectum locum Svidæ.

IX. ANAXARCHI *διόρθωσιν* Homericam memoravi supra c. 2.

X. ANDRONICUS. Vide supra c. 3. §. 13.

XI. ANTIMACHUM Colophonium de Homero egisse è Tatiano discimus, pro quo Callimachi nomen apud Eusebium X. 2. præparat. irrepsit. Allegatur subinde ab Eustathio, & in scholiis minoribus ad Iliad. E. 380.

XII. ANTISTHENES Athenienſis, Socratis discipulus, auctor Cynicæ sectæ, inter alia teste Laërtio VI. 17. scripsit *περὶ ἐξηγητῶν*, & *περὶ Ὁμήρου*, aliaque ad Poëtam spectantia *περὶ κάλχαντος*, *περὶ κατασκόπου*, *περὶ ἡδονῆς*, *περὶ Ὀδυσσείας*, *περὶ τῆς ῥάβδου Ἀθηνᾶ ἢ περὶ Τηλεμάχου*, *περὶ Ἑλένης καὶ Πηνελόπης*, *περὶ Πρωτέως*, *Κύκλωψ ἢ περὶ Ὀδυσσέως*, *περὶ οἴνου χρήσεως*, *ἢ περὶ μέθης*, *ἢ περὶ τοῦ Κύκλωπος*. *Περὶ Κίρκης*, *περὶ Ἀμφιαραέως*, *περὶ τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Πηνελόπης*, *καὶ περὶ τοῦ κυνός*.

XIII. APION Didymi discipulus cognomento *μόχθος* cum Herodoro Homerum recensuit & commentariis illustravit, quæ tanto applausu excepta sunt, ut Seneca Epist. LXXXVIII. affirmet eum C. Cæsaris temporibus totâ circumlatum Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatum, hoc est, ipsius commentarios & expositiones aliorum scriptis in Homerum editis prælatas fuisse. Apionis & Herodori commentariorum in Poëtam frequenter meminit Eustathius. *Λέξεις Ὁμηρικὰς* ab Apione expositas testatur Hesychius Alexandrinus in præfatione Lexici.

XIV. APOLLODORUS *ἐν νεῶν καταλόγῳ* allegatur à Stephano Byz. & Strabone. Eustathius in Ilid. B. p. 199. è Porphyrio: *Λέγει δ' ὅτι ὡς ἄλλοις Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐπραγματεύσατο τὰ περὶ τοῦ καταλόγου ἄρισται, ἐν δώδεκα βιβλίοις.*

XV. APOLLONIUS *ἐν καταλόγῳ νεῶν* allegatur à Schol. Homeri ad Iliad. IX. 484. at enim non respicitur Commentarius Grammatici cujusdam in Catalogum Homericum, sed Apollonii Rhodii Catalogus Heroum, ut ex Pindari scholiaste ad Nemeon. Od. 5. observat Tho. Gale in disc. de Apollodoro p. 18. Non prætereundus tamen Apollonii dyscoli, Alexandrini, (qui Herodiani pater fuit) liber *περὶ σημάτων Ὁμηρικῶν* laudatus Svidæ, & Lexicon Homericum ab Apollonio Archibii F. concinnatum quod memorat Hesychius Alex. in præfat. glossarii sui. Apollonium Grammaticum ite-

2011 Ministerio de Cultura

rum laudant Scholia ad Iliad. Σ. 505. T. 177. & Porphyrius in quæstionibus Homericis, doctorem ſuum appellans, p. 45. Apollonium Molonis id. p. 10.

XVI. ARATUS Solenſis περὶ Ὁμήρου καὶ Ἰλιάδος & διορθωσιν Ὁμηρικὴν auctor vitæ Arati & Svidas. Confer quæ ſupra cap. 2, num. 19.

XVII. ARCHIBIUS Alexandrinus.

XIIX. ARCHIMEDES Mechanicus Trallianus ὑπόμνημα εἰς Ὅμηρον ſcripſit teſte Svida.

XIX. ARISTARCHUS Grammaticus διόρθωσιν & commentarios in Homerum concinnavit, ut dixi cap. 2. num. 18. Confer indices ſuperiori capite exhibitos.

XX. ARISTOCLES Meſſenius Philoſophus Peripateticus teſte Svida ſcripſit decem libros de Philoſophia πότερον σπουδαιότερος Ὅμηρος ἢ Πλάτων.

XXI. ARISTODEMUS Nyſſaeus Rhetor & Grammaticus ante Apionem in Homero recenſendo verſatus fuiſſe videtur. Vide Euſtath. ad Iliad. ι. p. 667.

XXII. ARISTONICUS Alexandrinus Grammaticus περὶ σημείων τοῦ Ὁμήρου Etymol. M. in λύχνος, ἔρομαι, ὀπή. Svida teſte ſcripſit περὶ τῶν σημείων τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας. Vir ſummus Camerarius ait Ariſtonicum ſex in Homerum libros ſcripſiſſe; ſed aliud opus eſt quod apud Svidam ſequitur ἀσυντάκτων ὀνομάτων βιβλία ε'.

XXIII. ARISTOPHANIS Byzantini Grammatici διόρθωσιν Homericam memoravi ſupra c. 2. num. 17.

XXIV. ARISTOTELES Stagirita præter ἔκδοσιν Homeri τὴν ἐκ Τενάρου (de qua ſupra cap. 2. num. 12.) ſcripſit plures libros problematum Homericorum aliaque huc ſpectantia. Vide quæ notavi in catalogo ſcriptorum ejus deperditorum infra Lib. III. cap. 6.

XXV. ARISTOTELES alius à Laërtio memoratur ὁ περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος, quem à Stagirita diſtinguit Lib. V. ſect. 35.

XXVI. ARTEMON Clazomenius ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου laudatur à Svida in Ἀρκτῖνος.

XXVII. ASCLEPIADES Myrleanus. Vide indices ſuperio a pite & Etymologicum M. in ἀρναῖος ubi laudatur in ὑπομνήματι Ὀδυσσείας. Ammonium in ἄμα.

XXIIX. BASILIDIS περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως opus in epitomen miſit Cratinus teſte Etymologico M. in ἀείζηλος.

XXIX. In Homerum ſcripta à CALLIMACHO commentaria Meurſius in Bibl.

2011 Ministerio de Cultura

in Bibl. Græca colligit ex Strabone Lib. I. p. 44. & Lib. VII. p. 299. Sed quæ ibi Callimachus diversa ab Homero tradidisse arguitur, in quovis alio opere vel poëmate quam in Commentario ad Homerum scribere potuit. Laudatur tamen à Tatiano inter eos qui de Homero egerunt, quia in πίναξι nimirum hoc fecerat Callimachus. Videtur etiam in αἰτιῶν libris lucem Homericis quibusdam scriptis attulisse. Confer Eustathium.

XXX. CALLISTHENIS διόρθωσιν Homericam memoravi supra c. 2.

XXXI. CHAMÆLEON Heracleota; Heraclidis Pontici æqualis, Peripateticus, ἐν πέμπτῳ περὶ Ἰλιάδος laudatur à Scholiaste Apollonii Lib. II. p. 177. Meminit & Tatianus inter eos qui de Homero egerunt.

XXXII. CHRYSIPPUS Stoicus in libro περὶ ποιημάτων πρὸς Φιλομαθῆ, & libris duobus περὶ τοῦ πῶς δεῖ τῶν ποιημάτων ἀκούειν & in libro πρὸς τὰς Κριτικὰς πρὸς τὸν Διόδωρον videtur loca non pauca Homeri illustrasse. Allegatur subinde ab Eustathio, & à Plutarcho de audiendis Poëtis ubi de loco Homeri agit.

XXXIII. CINÆTHUS Chius hymnum Homero tributum in Apollinem composuisse & primus Homeri Rhapsodus fuisse traditur in Scholiis ad Pindari Nemeonicas Od. 2. atque inde à Scaligero in descriptione græca Olympiadum: quod si verum agnoscimus, error fuerit quod ibidem additur floruisse circa Olympiadem LXIX. Quis enim nescit, jam Solonis & Pisistrati ætate hoc est ante Olympiadem XLVI carmina Homerica à Rhapsodis decantata fuisse. Arguit autem Cinæthum Eustathius Homeri carminũ coruptorum interpolatorũ, his verbis: Ἐλυμήναντο δέ φασι τῇ Ὁμήρου ποιήσει πάμπολλα οἱ περὶ Κίναιθον, ὃς πολλὰ τῶν αὐτῶν αὐτῇ παρενέβαλον. Cæterum non ab Athenensibus tantum sed etiam ab Epidauriis Rhapsodorum agonem institutum docet Plato in Jone, ubi de officio Rhapsodi differens ὃ δ' ἂν γένοιτό ποτε ῥαψῳδὸς εἰ μὴ συνίη τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ. Τὸν δὲ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούσι.

XXXIV. CLEANTHES Stoicus inter alia teste Laërtio VII. 135. scripsit πρὸς Ἀρίσταρχον & περὶ τοῦ ποιητοῦ, unde inter Homeri interpretes à viris quibusdam doctis computatur, etsi περὶ τοῦ ποιητοῦ non necesse est reddere *de Homero*, sed potest etiam verti: *de officio poëtæ*, ut recte Menagio observatum.

XXXV. COMETES Homeri poëmata punctis & colis distinxit. Vide supra c. 2. num. 21.

XXXVI. CRANTOR Solensis Homeri studiosissimus teste Laërtio IV.

2011 Ministerio de Cultura

26. & Hesychio illustri.

XXXVII. CRATES Grammaticus MALLOTES æmulus Aristarchi, Homerum & ipse emendavit. Vide Geminum c. 5. Astronom. Eustathium, & quæ supra cap. II. num. 20.

XXXVIII. CRATES THEBANUS in Παιγνίοις suis Homerum παρῳδήσας cognoscitur ex Laërtii VI. 85. Juliano &c

XXXIX. CRATINUS. Vide paulo ante in Basilide.

XL. CRONIUM Pythagoricum in Homeri fabulis Philosophice explicandis operam posuisse, docet Porphyrius de antro Nympharum & in fragmento de styge.

XLI. DEMETRIUS IXION, Adramyttenus Aristarchi discipulus sub Augusto Imp. clarus Pergami, scripsit inter alia ἐξήγησιν εἰς Ὅμηρον ut testatur Svidas.

XLII. DEMETRIUS Scepsius de quo Strabo Lib. XIII. p. 609. Ἐπ᾽ ἐμοῦ τῆς Σκήψεως ἦν ὁ Δημήτριος ἐστὶν ὃν μεμνήμεθα πολλαχοῦ, ὁ τὸν Τρωϊκὸν διακοσμον ἐξηγησάμενος καὶ γραμματικὸς ἅμα τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς κριτῇ καὶ Ἀριστάρχῳ.

XLIII. DEMOCRITUS Abderita inter alia teste Laërtio IX. 48. scripsit περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσεων.

XLIV. DEMOSTHENES Thrax Iliadem paraphrasi prosaica dissolverat, ut ex Svida jam notavi supra c. 3. §. 15. Hæc frequenter ab Eustatio allegatur.

XLV. DIDYMUS Chalcenterus. Vide quæ eodem capite 3. §. 1.

XLVI. DINARCHUS diversus à Rhetore hujus nominis, περὶ Ὁμήρου λόγον γράψας memoratur à Demetrio Magnete apud Dionysium Halicarnasseum T. 2. p. 112.

XLVII. DIOGENES TARSENSIS in libris περὶ ζητημάτων ποιητικῶν Svidæ memoratis vel primam rationem videtur habuisse Homeri.

XLVIII. DIOSCORIDEM ἐν τοῖς παρ᾽ Ὁμήρῳ νόμοις laudat Svidas in Ὅμηρος.

XLIX. EPAPHRODITUS Archebii discipulus Chæronensis *in Iliadem* laudatur à Stephano Byz. in Δωδώνη. Confer Jac. Gronovii exercitt. de Dodone p. 27. *In Odysseam* ab Etymologico M. in ἄωρος & κεφαλληνία.

L. EPHORUS Cumanus de Homero egit, teste præter Tatianum Plutarcho in Homeri vita.

LI. Inter EURIPIDIS tertii, Tragœdiarum alioqui Poëtæ, scripta Svidas refert Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν *recensionem scriptorum Homeri* ut notavi supra cap. 2.

LI. RATO-

2011 Ministerio de Cultura

LII. ERATOSTHENES à Tatiano laudatur inter Grammaticos qui res vel Poëmata Homeri illustrarunt.

LIII. FAVORINUS Plutarchi æmulus, inter alia, Svida teste, scripsit περὶ τῆς Ὁμήρου Φιλοσοφίας, in quo libro videtur non pauca Poëtæ loca illustrasse.

LIV. GLAUCONEM, Metrodorum Lampsacenum & Stesimbrotum Thasium de Homero quædam prodidisse & ejus poëmata illustrasse innuit Plato in Jone, sub init.

LV. HEGEMON Thasius Parodiarum Homericarum scriptor. Vide infra cap. 7. num. 2.

LVI. HEPHÆSTION Alexandrinus.

LVII. HERACLEON Ægyptius ἐν Ὑπομνήματι Σ ἰλιάδος laudatur ab Etymologo in ῥαδαμίζειν.

LVIII. HERACLIDES Alexandrinus.

LIX. HERACLIDES Cilix, Mopsvestenus.

LX. HERACLIDES Milesius. Vide Eustathium.

LXI. HERACLIDES Ponticus, Didymi auditor, quem ἠμέτερον vocat Ammonius in σαφηλήν. De eo Laërtius V. 92. Χαμαιλέων τὸ παρ' ἑαυτῷ φησὶ κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι. Idem Laërtius testatur scriptos ab eo libros duos περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας. Et totidem λύσεων Ὁμηρικῶν. De commentariis & allegoriis ipsi tributis dixi supra Lib. I. cap. XXII. num. 3. Heraclidem ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου laudat Eustratius ad Ethica Nicomachea Lib. III.

LXII. HERACLITUS junior, Grammaticus. De hujus commentariis in Homerum actum à me est eodem loco.

LXIII. HERODIANUS Apollonii Dyscoli F. ἐν τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ. Svidas in μέμνησο.

LXIV. HERODORUS quoque Homerum illustravit. Vide supra in *Apion* & Clarisc. Grævii notam ad præfationem Hesychii Alexandrini.

LXV. HIPPARCHO Pisistrati F. tribuitur διόρθωσις Ὁμηρική ut supra c. 2. notavi.

LXVI. HIPPIAS Thasius difficiles quosdam & ambiguos Homeri locos interpretatus esse ac solvisse colligitur ex Aristotele c. 25. poëtic. Eadem loca ex eodem ut apparet Hippia tangit Lib. I. Sophist. Elench.

2011 Ministerio de Cultura

Elench.c.3. Plato quoque in Hippia 2. notat ab Hippia Eleo obſervatum quod Ilias præſtet Odyſſeæ, & introduci Ἀχιλλέα μὲν ἀνδρα ἄριστον, Νέστορα δὲ φρονιμώτατον, Ὀδυσσέα δὲ πολυτροπώτατον.

LXVII. HORAPOLLO Panopolites Grammaticus qui ſub Theodoſio Imp. Alexandriæ & CPoli docuit, inter alia à Svida traditur ſcripſiſſe in Homerum.

LXVIII. Dionyſius LONGINUS, de quo infra ſuo loco, ſcripſit Svida teſte Ἀπορήματα Ὁμηρικά, εἰ Φιλόσοφος Ὅμηρος, Προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις βιβλία β'. Τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ Γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται. Et περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινομένων λέξεων βιβλία δ'.

LXIX. MASSALIOTICA Homeri διόρθωσις. Vide ſupra c. 2.

LXX. MATRON parodiarum Homericarum ſcriptor. Vide infra c. 7.

LXXI. MAXIMUS Tyrius ſub Commodo clarus ab eodem Svida ſcripſiſſe traditur περὶ Ὁμήρου καὶ τίς παρ' αὐτῷ ἀρχαία Φιλοσοφία. Non dubito reſpici è diſſertationibus Maximi quæ exſtant diſſ. *VII.* & *XVI.*

LXXII. MELEAGER Gadarenſis, Homerica quædam illuſtraſſe colligitur ex Euſtathio ad Iliad. λ. p. 814.

LXXIII. MENOGENIS Libros *XXIII.* in Catalogum navium Iliad. β. memorat è Porphyrio Euſtathius p. 199. edit Baſil.

LXXIV METACLIDES ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου laudatur à Svida in Αἰθηναίας ubi male excuſum μεγακλείδης, docet idem Svidas in Μετακλείδης. Peripateticus fuit ut notat Tatianus, de Homero ſcripſiſſe itidem teſtatus, & Tatiani locum laudans Euſebius X. 2. præparat.

LXXV. METRODORUM LAMPSACENUM ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου allegat idem Tatianus Orat. contra gentes & omnia Poëtæ allegorice interpretatum fuiſſe & ad res naturales retuliſſe notat. Meminit & Plato in Ione, ut Laërtium prætéream.

LXXVI. MNASEA Berytius.

LXXVII. NAUCRATES Erythræus, ὁ Ὅμηρον ὑπομνηματίσας laudatur Euſtathio, tum Stephano Byz. in Ἐρυθρά.

LXXVIII. NESTOR Larandenſis Lycius ſub Severo Imp. clarus ſcripſit teſte Heſychio Illuſtri ac Svida Iliadem λειπογράμματον ita ut in ſingulis libris una exularet litera, in primo ά, in ſecundo β', in tertio γ', atque ita in cæteris.

LXXVIII.

2011 Ministerio de Cultura

LXXIX. NICANOR Alexandrinus clarus ſub Cæſare Hadriano ſcripſit teſte Svida περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ. Hujus Stigmatiæ Nicanoris ſubinde in ſuis ad Homerum commentariis mentionem facit Euſtathius. Non putem diverſum fuiſſe Nicanorem quem Hierapolitanum Phrygem facit Stephanus Byz. & *novum Homerum* dictum teſtatur in ἱεραπολις.

LXXX. OENOMAUS Gadarenſis Philoſophus Cynicus qui paulo ante Porphyrium vixit, ſcripſit περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας. Svid.

LXXXI. PANÆTIUS Cratetis Mallotæ diſcipulus.

LXXXII. PARTHENIUS Nicaënſis quo nomine à Camerario annumeretur iis qui Homerum illuſtrarunt nondum comperi. Euſtathius quidem ſemel iterumque & ante eum Athenæus è Parthenio lucem afferunt verbis quibusdam Homericis, ſed Parthenium Dionyſii Grammatici diſcipulum intelligunt, cujus librum περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἰσοσυλλάβοις λέξεων laudat idem Athenæus libro XI.

LXXXIII. PERSÆUS Zenonis Citiei diſcipulus poſt Magiſtrum ſuum nonnulla ad Homerum explicandum & ſecum conciliandum ſcripſiſſe traditur à Dione Chryſoſtomo Orat. 53.

LXXXIV. PHILOSTRATUS Lemnius junior præter Τρωϊκὸν & alia ſcripſit παραφέρεται τῆς Ὁμήρου ἀσπίδος (Iliad. Σ.) ut Svidas auctor eſt.

LXXXV. PHILOXENUS Grammaticus Alexandrinus Romæ clarus ſcripſit teſte Svida περὶ σημείων τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδι ſive de obelis & aliis notis Criricis quibus Grammatici in Iliade uſi ſunt, & περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν, de vocibus obſcuris & peregrinis apud Homerum. *Ælius* vero *Serenus* eodem Svida auctore in Σειρῆνος, compoſuit Ἐπιτομὴν τῶν Φιλοξένου εἰς Ὅμηρον, librum unum. Leguntur & hodie nonnulla Philoxeni hujus in gloſſariis editis ab H. Stephano, Vulcanio & Labbeo. Philoxeni commentaria in Odyſſeam laudantur à Stephano Byz. in δωδώνη.

LXXXVI. PIGRES Halicarnaſſeus frater Artemiſiæ Cariæ Reginæ idem cui Margitem & Batrachomyomachiam à quibusdam tributam ſupra notare me memini, Svida teſte ſingulis Iliados verſibus ſubjecit Pentametrum, (perinde ut Timolaus Lariſſæus poſtea Hexametrum) hoc modo: Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιάδεω Ἀχιλῆος μέσα δ' οὐ πάσης πείρατ' ἔχεις σοφίης.

LXXXVII. PINDARION. Vide infra PTOLEMÆUS Alexandrinus.

LXXXVIII. PIUS in cõmentario ad Odyſſeæ α'. laudatur à ſcriptore Ety-

 molo-

2011 Ministerio de Cultura

mologici magni in ὠμήρησεν. Ejusdem Pii mentio in περιήρηδής. Et apud Eustathium, tum apud Servium in V. Æneidos.

LXXXIX. PLUTARCHUS Chæronensis inter alia deperdita composuerat etiam librum περὶ τῆς χρόνου τῆς Ἰλιάδος & Ὁμηρικῶν μελετῶν βιβλία δ'. teste Lampria. Μελέτην Ὁμηρικὴν laudantur etiam in scholiis ad Iliad. ὁ. 625.

XC. PORHYRIUS præter Ὁμηρικὰ ζητήματα *XXXII.* ad Anatolium & libellum de antro Nympharum Odyss. *XIII.* quæ etiamnum extant, scripserat librum περὶ τῶν παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων sive *de verbis quorum Homerus non meminit*, laudatum in scholiis ad Iliad. γ'. 175. 314. tum quos Svidas memorat, περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων, βιβλία ί. Denique librum περὶ τῆς Ὁμήρου Φιλοσοφίας, cujus particula libellus de antro possit videri, & Commentaria in Homerum, quorum reliquiæ adhuc creduntur supereſſe MSS. in quibusdam Biliothecis. Vide quæ supra c. 3. §. 13.

XCI. POSIDONIUS Aristarchi Anagnostes aliquoties allegatur ab Eustathio ut jure suspiceris eum nonnihil contulisse ad emendandum vel interpretandum Homerum.

XCII. PROCLUS Philosophus inter alia scripserat περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν, & in universum Homerum ὑπόμνημα. Vide quæ infra suo loco, ubi Procli scripta deperdita recenseo.

XCIII. PROCOPIUS Gazæus Metaphrases Homericorum carminũ scripsit variis dicendi formis, eloquentiam Homeri prosaria oratione sive exprimens sive superans ut ait Photius Cod. 160.

XCIV. PROTAGORAS glossas Homericas scripsit si credimus Jacobo Du Porto Laërtium auctorem hujus rei laudante in præf. ad Gnomologiam Homericam. Sed nihil tale apud Laërtium reperire potui.

XCV. PTOLEMÆUS Alexandrinus cognomento *Pindarion* discipulus Aristarchi Grammatici scripsit ὁμηρικῶν ὑποδειγμάτων (nisi numeris apud Svidam corruptus) Libros XC. Περὶ τῆς Ὁμηρικῆς χαρακτῆρος. Περὶ τῆς παρ' Ὁμήρῳ Οὐτιδος. Περὶ ἀστεροπαίου παρ' Ὁμήρῳ μνημονευομένου.

XCVI. PTOLEMÆUS alter sectator Aristarchi cognomento Πτολέτης, eodem Svida teste scripsit περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν sive de plagis apud Poëtam memoratis, & Commentarium in Odysseam.

XCVII. PTOLEMÆUS Aristonici Pater Romæ clarus & ipse in Homerum scripsisse à Svida traditur.

XCVII.

2011 Ministerio de Cultura

XCVIII. PTOLEMÆUS Evergetes Ægypti Rex, Ariſtarchi diſcipulus fuit & à viro præſtantiſſimo Joachimo Camerario recenſetur inter διορθωτὰς Homeri, forte propter locum Euſtathii ad Odyſſ. ε. p. 203. ὅτι ὁ Πτολεμαῖος Αἰγύπτου βασιλεὺς ὁ Εὐεργέτης ἠξίωσε γραφῆναι παρ' Ὁμήρῳ λειμῶνες μαλακοὶ οἵου ἦν ὁ σέλινον. Potuit tamen hunc Homeri verſum in ſuis Hiſtoriarum libris obiter adducere Ptolemæus, ut non neceſſe ſit ex hoc loco colligere Poetam integrũ ab illo recenſitum.

XCIX. PTOLEMÆUS Aſcalonita, de quo alibi dixi, ſcripſit Svida teſte περισῳδίαν Ὁμηρικήν. Ammonius quoque in σαφυλὴν, laudat Ptolemæum ἐν δευτέρᾳ τῶν ἐν Ὀδυσσείᾳ περισῳδιῶν, & mox ἐν δευτέρᾳ τῶν ἐν Ἰλιάδι περισῳδιῶν. Addit Svidas eundem ſcripſiſſe περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως. Laudatur in Scholiis ad Homerum minoribus & ab Euſtathio jam ſub nomine Ptolemæi jam ſub Aſcalonitæ nomine, ſuperiore capite ut in utroque indice ſcriptorum notatum reperies.

C. PTOLEMÆUS Hephæſtionis F. Alexandrinus ! (de quo alibi,) ſcripſit inter alia ἀνθόμηρον ſive Poëma Homeri exemplo diviſum in libros *XXIV.* Ita inter latinos poëtas Alanus poëma quoddam ſuum inſcripſit Anti Claudianum.

CI. PYTHAGORAS Medicus περὶ Ὁμήρου τινὰ συντεταγμένος memoratur à Laërtio VIII. 47. Hunc reſpicit Euſtathius Pythagoram ſubinde laudans in ſuis ad Homerum commentariis.

CII. SELEUCUS Alexandrinus, cognomento Homericus, in univerſum fere Homerum ἐξηγητικὰ ſive expoſitiones ſcripſit teſte Svida. Seleucum hunc reprehendit Ariſtophanes Grammaticus, ut videre licet in ſcholiis ad Odyſſ. B. 190.

CIII. Ælius SERENUS. Vide paulo ante in PHILOXENO.

CIV. SINOPICA Homeri διόρθωσις. Vide ſupra cap. 2. num. 14.

CV. SOSIBIUS Laco, λυτικὸς vocatur ab Athenæo & Euſtathio, quod λύσεις Homericas, ut ſuſpicor, & in alios forte poëtas ſcripſerat.

CVI. SOSIPHANEM in Homero recenſendo verſatum fuiſſe colligo ex Euſtathio in Iliad. ι. p. 667.

CVII. SOTERIDES Epidaurius Grammaticus inter alia teſte Svida ſcripſit ζητήσεις Ὁμηρικάς.

CVIII. SOTADES Poëta Ptolemæi Philadelphi temporibus clarus Hiadem ſingulari quodam Carminis genere expreſſit, quod ab ipſo Sotadeum dictum eſt. Vide Scholiaſtem Hephæſtionis p. 10. Exempli loco poteſt eſſe hic verſus:

2011 Ministerio de Cultura

Σείων μελίην πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον.

CIX. STESIMBROTUS Thasius, Physiologiam Homericam scripsisse traditur à Jacobo Duporto præf. ad Gnomologiam Homericam licet nihil tale apud Platonem in Jone, nisi quod cum Glaucone & Metrodoro eum conjungit, & de Homeri scriptis aliquid composuisse innuit.

CX. STRATOCLES Rhodius scripsit περὶ τῆς καθ' Ὁμήρου Τακτικῆς teste Æliano c. 1. Tactic. ubi docet idem argumentum tractasse *Herniam* quendam, & *Frontonem* Virum Consularem Æliani æqualem, sub quo nomine *Frontinum* alii intelligunt.

CXI. SYRIANUS Alexandrinus Procli Philosophi Magister scripsit in universum Homerum libros commentariorum septem, & partem habuit in opere Procli περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν. Vide Svidam.

CXII. TELEPHUS Pergamenus, idem ni fallor cum Telepho Grammatico præceptore Veri Imp. de quo Capitolinus, scripsit teste Svidâ περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ σχημάτων ῥητορικῶν libros duos. Περὶ τῆς καθ' Ὁμήρου Ῥητορικῆς. Cujus operis mentio etiam in Scholiis ad Hermogenem περὶ στάσεων. Περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος συμφωνίας. Et ὡς μόνος Ὅμηρος τῶν ἀρχαίων ἑλληνίζει. Item de erroribus Ulyssis ab Homero decantatis. Alius fuit Telephus Philetæ Coi Grammatici pater, temporibus Philippi Macedonis. Ne dicam de Telepho Mysiæ Rege in quem exstabat Euripidis Tragœdia.

CXIII. THEAGENES ὁ περὶ Ὁμήρου γράψας memoratur Scholiastæ Aristophanis, & Svidæ in ὑηνέια, ἑκάτειον ac Θεαγ. Theagenis hujus Rhegini qui Cambysis tempore vixit mentio in loco Tatiani quem retuli supra cap. 1. §. 4.

CXIV. THEONEM ἐν ὑπομνήματι Ὀδυσσείας allegat Etymologicum M. in πύελος.

CXV. THEOPOMPUS ἐν Ὀδυσσείᾳ hoc est ut intelligo in Commentario ad Homeri Odysseam laudatur ab Erotiano in λάσιον.

CXVI. THRASYBULUS in Homerum commentatus cognoscitur è Stephani Byzantini fragmento de Dodone, ad quod vide notas Eduardi Bernhardi p. 3.

CXVII. TIMOLAUS Lariſſæus Iliadem altero tanto majorem edidit, singulis versibus singulos ex ingenio suo subjungens, ita ut sensus Poëtæ non periret sed clarior redderetur. Specimen hujus operis habes apud Eustathium præf. in Odysseam p. 4.

Hom. Μῆ-

2011 Ministerio de Cultura

Hom. Μῆνιν ἄειδε Θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.
Timol. Ἣν ἔθετο χρύσω κεχολώμενος εἵνεκα κούρης,
Hom. Οὐλομένην ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Timol. Μαρναμένοις ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος,
Hom. Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Timol. Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

Confer quæ ſupra dixi in Pigrete.

CXVIII. TRYPHIODORUS Ægyptius præter ἰλίου ἅλωσιν de qua inferius capite VII. dicturus ſum, ab Heſychio Illuſtri in Νέσῳ traditur ſcripſiſſe Odyſſeam λειπογράμματον ita ut primo libro nullum eſſet α, ſecundo nullum β atque in cæteris uti ſupra in Neſtore dixi. Equidem Euſtathius in prolegom. ad Odyſſeam p. 4. hoc aliter accepit, exiſtimavit enim in toto Tryphiodori opere nullum fuiſſe ſigma, quod ſi verum eſt, exulavit ab univerſo poëmate ipſius nomen Ulyſſis. Ejus verba ſunt: Ὀδύσσειαν λειπογράμματον ποιῆσαί φησιν ἱστόρηκε τις ἀπελλάους αὐτῆς τὸ σίγμα, ſed ex his ipſis conſtat Euſtathio neutiquam viſam hunc Odyſſeam, cujus meminit & Svidas qui præterea auctor Tryphiodorum ſcripſiſſe διορθώσεως Ὁμήρου παραβολῶν.

CXIX. TYRANNIO junior (alio nomine *Dioclis* Artemidori F. patria Phœnix) Terentiæ uxoris Ciceronis libertus præter alia ſcripſerat περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας. Ὅτι διαφωνοῦσι οἱ νεώτεροι ποιηταὶ πρὸς Ὅμηρον. Διόρθωσιν Ὁμηρικήν.

CXX. ZENO Citieus de quo Dio Chryſoſtomus diſſ. 53. γέγραφε δὲ καὶ Ζήνων ὁ φιλόσοφος ἔς τε τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδυσσείαν καὶ περὶ τῆς Μαργίτου — διηγούμενος καὶ διδάσκων ὅτι τὰ μὲν δόξαν τάδε δὲ ἀλήθειαν γέγραφεν, ὅπως μὴ φαίνηται αὐτὸς αὐτῷ μαχόμενος. Homericarum quæſtionũ libros quinq; ſcripſiſſe ex Svida diſcimꝰ. Laudat etiam Euſtathius.

CXXI. ZENODOTUS Alexandrinus teſte Svida ſcripſit περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας, & λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων.

CXXII. ZENODOTI Epheſii διόρθωσιν Homericam memoravi ſupra c. 2. num. 16. Allegat Porphyrius in quæſtionibus Homericis, & ſæpiſſime Euſtathius. Conſule & reliquos indices ſuperiore capite à me exhibitos. In Scholiis ad Lucianum T. 2. pag 4. male vocatur Ζηνόδωρος. Ὁμηρομάστιξ ὁ Ζηνόδοτος (ita legendum) ἐπεκλήθη ὀβελίσας καὶ ἀθετήσας πολλὰ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν.

CXXIII. De ZOILO itidem Epheſio dictum infra eſt cap. VII.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT VI.

De Omnigena Homeri Doctrina & apud Veteres auctoritate.

Poëta pro Homero. Homeri nomen de eo qui in quaquere excelleret. 1. *Rei Mythicæ & Historiæ Magister Homerus.* 2. *Blanchini & Cræsii sententia de sensu Historico Iliados & Odysseæ. ibid. Ad veteres scriptores intelligendos, ad antiquos mores & ritus perdiscendos utilissimus Homerus.* 3. *Peritus Geographiæ. Num America ei innotuerit.* 4. *Astrologica, Musica & reliquæ Matheseos scientia in Homero celebrata. Scriptores & pictores ex ejus descriptionibus proficientes.* 5. *Homeri eloquentia.* 6. *Pietas & quantum ad mores formandos conducat.* 7. *Sententiæ Homericæ.* 8. *Proverbia.* 9. *Principum & ducum militarium doctor Homerus.* 10. *JCti ad eum provocantes. ibid. Homeri Philosophia.* 11. *Sensus allegoricus Physicus Ethicus & Theologicus in Homeri poëmatis.* 12. *Medica Homeri peritia.* 13. *Theologia.* 14. *Futurorum, si Diis placet, conscius Homerus.* 15. *Sortes Homericæ, & aliæ superstitiones circa usum versuum Homeri. Grammaticorum stoliditas omnia ætati priscæ nota in Homero quærentinm. Eorundem variæ nugæ & argutationes.* 16. *Mirifica quædam & singularia carminum Homeri exemplaria.* 17.

I.

NEmo nescit, apud Græcos pariter & latinos Homerum habitum *fontem atque originem metricæ disciplinæ* quomodo vocatur à Mario Victorino sub extremum Libri I. Artis Grammat. & Poëtam *sine exemplo maximum, qui magnitudine operum*, ut ait Vellejus, Lib. I. *& fulgore Carminum solus appellari Poëta meruit.* Cicero in Topicis: *Homerus propter excellentiam * commune Poëtarum nomen apud Græcos effecit suum.* Imperator Justinianus §. 2. Inst. de J. N. *Sicuti cum Poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius.* Hieronymus

* Adde Barthium ad Statii IV. Thebaid. T. 1. p. 1097. seq. Sic & *Trojani belli scriptor κατ' ἐξοχήν* dicitur Homerus, licet plurimi fuerint, qui idem bellum descripserunt, tum prosa tum versu. Horatius Lib. I. Epist. 2. *Trojani belli scriptorem, Maxime Lolli, dum tu declamas Romæ, Præneste relegi.* Fallitur Vir clariss. Joh. Henr. Meibomius qui in Mæcenate suo, ex his verbis, Lollium Trojani belli scriptorem exsculpsit, notatus eo nomine à Theodoro Gorallo sive Joh. Clerico ad Pedonem Albinovanum.

2011 Ministerio de Cultura

Lib. II. commentar. in Michæ cap. 7. laudaturus Virgilii versum, *sed & Poëta*, inquit, *sublimis, non Homerus alter, ut Lucilius de Ennio suspicatur, sed primus Homerus apud latinos.* Hoc postea etiam ad alia translatum est, ut Homeri nomen acciperetur pro homine in quacunque doctrinâ summo, quo sensu Plato à Cicerone appellatur Homerus Philosophorum, etsi inter Poëtas Homero tantum concederet, ut ab Æliano Lib. II. cap. 30. Variar hist. ab Eustathio ad Iliad. Σ. v. 392. & P. v. 265. feratur, carmina, quæ composuerat, heroica ipse flammis tradidisse, quin cum Homericis illa contendens longe inferiora esse deprehendit, & ingenium atque ἐνοματοποιίας ejus assequi se posse desperavit. Similiter Æsopum *Homerum fabularum* à Juliano Imp. dictum & Sophoclem à Polemone apud Svidam *Homerum Tragicum* appellatum observant viri * docti. Quantum Poëtam Aristoteles existimaverit Homerum, ex ejus libro de Poëtica manifestum est, quo passim eum in exemplum proponit, ostenditque arte, Ingenio, Doctrinâ summum exstitisse. Quid Poëtæ ipsi? non Græci tantum, atque in his Empedocles Philosophus quem ὁμηρικὸν vocat Aristoteles apud Laërtium VIII. 57. sed Latini quoque, Heroici cumprimis, sed & Tragici, Comicique & Sillographi & Satiricitum Lyrici & Epigrammatum scriptores, quorum omnium quique optimi eum unice semper imitandum sibi proposuere, ut infra capite septimo sum dicturus.

II. Jam id potissimum agere animus est, ut, quam in aliis Doctrinæ generibus palmam doctorum hominum judicio retulerit, paucis demonstrem. Nam non *fabularis* tantum Rei præcipuus est autor, vel eo nomine perneccssarius ad Scriptores posteriores tum Græcos tum Latinos pernoscendos, qui ad Mythologiam Homericam passim alludunt: Sed & ad *historiam* veram illius ætatis utcunque intelligendam unicè confert, cujus res, quia fabulis permixtæ multis sunt, *intervallum Temporis μυθικὸν* dixit Varro apud Censorinum Cap. 21. Sane non omnia eum finxisse Polybius * Lucianus & alii præstantis Judicii Scriptores fatentur, ut Strabo majorem quoq; fidem Homero in Heroum gestis tribuat, quam vel Ctesiæ alicui vel Hellanico vel etiam Herodoto. *Franciscus Blanchinus* vir Doctissimus & Ingeniosissimus in historia universali ex antiquis monumentis Illustrata & Hetrusco idiomate edita Cap. XXX. prolixè conatur Poësin Homeri ad historicum sensum revocare, contenditque Homerum sub *Jovis* nomine describere Regem Æthiopum, sive Arabiæ, (quæ

* Cuperus ἀποθεωσ. p. 135.

* Idem p. 67.

2011 Ministerio de Cultura

(quæ tunc Æthiopia Orientalis habebatur) atque Ægypti, sub nomine *Junonis* Regnum Syriæ, *Neptuni*, Cariæ: *Apollinis* Assyriæ sive Babyloniæ, atque ita de cæteris, quæ referre longum fuerit. Quid quod *Gerardus Croesius* in *Homero Hebræo* * sive *Historiâ Hebræorum ab Homero*, contendit Poëtam maxime in suis operibus descripsisse historiam quæ exstat in sacris literis usque ad tempus quo Israëlitæ sibi terram Canaam prorsus sub primis suis regibus subjecere, & id eâdem fere serie rerum ac temporum atque S. Scriptura, & hoc nominibus quantum attinet ad summam rerum Hebraicis, aliter quidem sonantibus literis sed significantibus easdem sua potestate res, nihilominus tamen admixtis atque interpositis suis poëticis fictionibus. Atque in Odyssea quidem, quam prius scriptam & priorem locum sibi merito vindicare putat, describi Patriarcharum & Israëlitarum varios casus & eventus inde ab egressu Loti ex Sodoma usq; ad Moysis in montem Nebuntis abitum obitumque. In Iliade vero depingi oppugnationem excidionemque Hierichuntis & aliarum urbium terræ Chananææ per Josuam & Israëlitas, additis variis casibus in quos populi utrinque inciderunt, & adjunctis aliquibus quæ in sequentia tempora incidunt. Hæc Crœsius.

III. Ad neminem porro frequentius provocant, nullius testimonio libentius utuntur Scriptores Græci & Latini, quam ad Homerum: ita ut in utrisq; multa facilius intelligat, cui Homerus familiaris fuerit. Hunc enim primum in Scholis edidicerant, hunc tenebant memoria, hunc in ore & animo ferebant, suspiciebantque velut Vatem aliquem Sacrum ac Divinum. Ex nemine etiam antiquissimorum temporum mores, *antiquitates*, *ritus* vel jucundiùs vel etiam certius petas, quam ex Homero, ut pereleganti libello ostendit Juvenis doctissimus *Everardus Feithius*, quem in quatuor libros distribuit, & antiquitates Homericas inscripsit, in lucem editas post scriptoris fata demum Lugd. Batav. 1677. 12mo, & nuper insertas thesauro antiquitatum Græcarum Gronoviano Tom. VI.

IV. *Geo-*

* Pars prima hujus Operis, in quâ post introductionem agit de VII. primoribus libris Odysseæ, prodiit Dordraci 1704. 8. Quemadmodum vero paucis persuadebit suam sententiam, ita Odysseam ab Homero Iliadi præmissam p. 21. & 62. infeliciter probat ex eo, quod Nepos in Dione locum ex Iliade allegans, laudat secundam rhapsodiam. Nam locus quem Nepos respicit exstat in secunda rhapsodia sive libro secundo Iliados, ut ipse Vir Cl. agnoscit, & nullo exemplo vel testimonio probari potest integram Iliadem vel Odysseam dictam veteribus fuisse rhapsodiam, ita ut Odyssea fuerit Rhapsodia prima, Ilias secunda.

2011 Ministerio de Cultura

IV. *Geographiæ* vero quod peritum se ostendat Poëta *Carmine complexus Terram, Mare, Sidera, manis.* Ut ait Silius XIII. 788. cui nam libenti⁹ accredes quam Geographorū principi Straboni, qui eum cum Hipparcho non modo ἀρχηγέτην τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας vocat; sed vere ita dici per totum ferè librum primum, & alibi passim ostendit, cui addendus è recentioribus Amplissimus Cuperus est, libri laudati p. 128. seq. Nec prætereundum, hinc integras Urbes de finibus ambigentes litem suam Homeri auctoritate decidisse, adeoque fuisse, qui in suorum gratiam versus quosdam Homerico Carmini insererent, ut in gratiam Athenienſium à Solone ac Pisistrato factum narrant idem Strabo, Plutarchus, itemq; alii, quos observat Menagius ad Laërtium Lib. I. Sect. 48. & Joh. Meursius in Solone c. 7. Innotueritne Homero *America* quoque, quam per occidentales Æthiopes innuerit Odysseæ primo v. 24. non ausim cum doctissimo viro Erasmo Schmidio in oratione (Pindaro subjecta) de America p. 258. affirmare, cum ipsa Æthiopia Africana in Orientalem & Occidentalem commodè distingui possit, vel orientales Æthiopes Homero sunt Sabæi sive Homeritæ, non ignotus Arabiæ in Asia populus, quorum respectu Africanos Æthiopes vocat occidentales. Qua de re consules Jobum Ludolfum Commentario ad historiam Æthiopicam p. 228.

V. *Astrologiæ* * & *Matheseos* peritum Poëtam jam ex vita Homeri, Eustathio, Achille Tatio aliisque notavit doctissimus Cuperus p. 90. sqq. quibus addo, quod de *Musica* ejus peritia observat Aristides Quintilianus Lib. II. de Musica, p. 87. Quin & Artifices, *Pictores* præcipuè ac *Sculptores* multum ex Homeri descriptionibus proficere posse se nulli dubitabant, ut præter vitam Homeri p. 401. edit. Galei, docent tabulæ veteres à celeberrimis artificibus expressæ, ut Necromantia Homeri picta à Nicia, quam memorat Plinius Lib. XXXV. c. 11. Phidiæ Jupiter Homericus apud Strabonem Lib. VIII. p. 354. & Svidam in Φειδίας. Scyphi Homerici gratissimi usus memorati Svetonio in Nerone c. 47. Huc spectat tabula Iliaca vetus, quam ad Calcem Commentarii in Columnam Trajani Imperatoris vulgavit, illustravitque Raphaël Fabrettus Rom. 1685. fol. & post Fabrettum Laurentius Begerus antiquarum elegantiarum Oedipus felicissimus in excidio Trojano ex antiquitatum reliquiis tabula præsertim Iliaca delineato & Commentario illustrato Berolin. 1699. 4to. Iliacum bellum pluribus tabulis pictum à Theodoro, quod fuit Romæ in porticibus, Plinius XXXV. 11. commemorat, ut Petro-

* Vide Pseudo Didymum ad Jliad. ν'. 252. ά. 606.

2011 Ministerio de Cultura

ut Petronius Iliadem & Odysseam pictam in media porticu, Vitruvius V. 7. Trojanas pugnas & Ulyssis errationes.

VI. Jam inter *Rhetores* & *Oratoret* Græcos Latinosque quotusquisque est, qui Homeri verba, Sententias, affectus, figuras non sit admiratus, qui in descriptionibus, exemplis, comparationibus, non eum sibi sequendum proposuerit. Et quam invidendum Encomium est, quod Homerus Quintiliani judicio Lib. X. c. 1 *Omnibus eloquentiæ partibus exemplum & Ortum dedit.* Hoc pluribus eodem in loco idem Fabius docet, & ante eum auctor vitæ, quam Dionysio Halicarnassensi tribui à Clarissimo Galeo dxi, quibus accedit Lucianus in laude Demosthenis & inter recentiores Illustris Cuper[9] p. 112. sq. Nic. Caussinus Lib. I. de eloquentia Sacra & humana Lib. I. c. 10. Auctor scholiorum ad Iliad. IX. ab Hornejo editorum v. 443. Φαίνεται δὲ καὶ τὸ τῆς Ῥητορικῆς ὄνομα εἰδώς. — Οἱ περὶ Κόϕανα ἢ καὶ Κησίαν (lege Τισίαν) ὕστερον ἐξενόμισαν τὴν ῥητορικήν. Homeri Rhetoricam sive eloquentiam singulari libro olim celebraverat Telephus Pergamensis, ut testatur Anonymus Scholiorum auctor ad Hermogenem περὶ στάσεων.

VII. Singularis quoque est *Pietatis*, quod Homerus per totum Poëma, soli Divino beneficio non suæ vel cujusvis hominis industriæ tribuit, quod ipse aut quicunque demum alius, vel carmine, vel in dicendo, vel Musica vel quacunque demum scientia aut virtute valuissent, ut observat Aristides Orat. 1. Platonica T. 3. p. 38. 43. Ad *mores* formandos sive Præcepta *Ethica* * instillanda animis, utilissimum esse Homerum, probat Horatius, qui plus honestatis & utilitatis se apud Mœoniden inveniss gloriatur, quàm plurium Philosophorum sit præceptis expressum, ejus enim judicio Lib. I. Epist. 2. Homerus est

Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

Quod ne gratis affirmasse videatur, confirmat tum ex Iliade v. 6. - 16. tum ex Odyssea v. 17. seqq. Etiam Pythagoras jam olim Homeri & Hesiodi selectis sententiis ad emendandos animos usus est teste Jamblicho in ejus vita cap. 29. & Anaxagoras pronunciavit Homericæ poëseos præcipuum esse argumentum, Virtutem, & justitiam, ut refert Laërtius Lib. II. Sect. XI. Idem libenter fassi sunt alii Philosophi Ethnicorum, Plato inprimis & Aristoteles, ne juniores commemorem, auctorem vitæ Homeri,

* Magdeburg. A. 1617. 8vo. Germanice editus est Joh. Scharlachii Diaconi Solquellensis speculum virtutum Homericarum sive monita moralia ex XII. libris primoribus Odysseæ collecta. Liber est paginarum ultra 700.

2011 Ministerio de Cultura

meri, quem Dionysium Halicarnassensem à Clarissimo Galeo haberi supra observavi, Dionem Chrysostomum, à quo Socrates Homeri ζηλωτὴς fuisse probatur diss. 55. Maximum Tyrium, Plutarchum de audiendis Poëtis, Heracliti allegorias Homericas, Proclum in Platonem de Rep. auctorem Anonymum moralis interpretationis errorum Ulyssis, Psellum, Tzetzam, Johannem Diaconum in allegoriis Homericis editis & MSS. itemque alios. Sed Christiani Doctoris pii ac disertissimi Basilii Cæsareensis testimonium præterire nefas fuerit, quo Judice πᾶσι μὲν ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, ἅπαντα αὐτῷ πρὸς τὸ πρέπον φέρει ὅ, τι μὴ πάρεργον. Orat. de legendis Græcorum scriptis.

VIII. Huc refer pulcherrimas *Sententias*, quæ in Homero occurrunt, Collectas à Mich. Neandro Lib. II. Gnomologici Basil. 1564. 8vo: à Boëtio Rordahusano, Lovan. 1555. 4to, & qui cum aliorum scriptorum, sacrorum præcipuè, sententiis eruditè contulit Jacobo Du Porto Anglo. Hujus Gnomologia Homerica lucem adspexit Cantagrigiæ A. 1660. 4to. & Studiosis merito debebat esse quàm commendatissima.

IX. Quid dicam de pluribus verè, argutè, prudenter ab Homero dictis ac pronunciatis, quæ posteriori ætate in totidem *proverbia* abierunt. Quin singula ipsius ἀποφθέγματα vicem proverbiorum in omnium ore functa, testatur Macrobius Lib. V. Saturnal. c. 16. Est in manibus collectio & expositio versuum proverbialium Homericorum CCLXXIV. excusa in 12mo. Henrici Stephani typis, nescio, an eodem auctore, nam in meo exemplo nomen desideratur. Eandem Collectionem manu Frid. Lindenbrogii scriptam, memini me videre in Bibl. Johannea Urbis nostræ Hamburgensis.

X. De utilitate, quam *Reges* ac *Principes* è Lectione Homeri capere possunt περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων decem libros scripserat Porphyrius, teste Svida. Laudanturque Principes φιλόμηροι Alexander Magnus, Cassander Macedoniæ, & Julius Cæsar Imperator, qui Præcepta reipublicæ gerendæ pariter ac militaria præstantissima juxta cum pulcherrimâ fortium & prudentum heroum celebratione in Homero & legerunt libenter & imitati sunt, ut de Philopœmene etiam Plutarchus. p. 358. Καὶ τῶν Ὁμηρικῶν ὅσα τὰς πρὸς ἀνδραγαθίαν ἢ παροξύνειν ἐνόμιζε φαντασίας, τούτοις προσεῖχεν. Strategemata sua ex Homero describere orditur Polyænus, ut præteream, quæ de usu Homeri in disciplina militari post auctorem de vita Homeri p. 387. seq. edit. Galei dissernunt Collectores Actorum Erudit. T. 2. supplem. p. 264. Svetonius auctor est, Claudium Imperatorem pro Tribunali etiam locutum sæpe versi-

2011 Ministerio de Cultura

bus Homericis. Conſule ejus vitam cap. 42. Atque in libris *Juris Civilis Romani* frequenter videmus Homeri teſtimonia, Oraculorum inſtar, adducta, qua de re adeas licet Guil. Budæum annotat. prior. in panedctas p. 545. ſeq. Scipionem Gentilem Lib. II. Parergon, & Petrum Fermat de auctoritate Homeri apud JCtos (Toloſæ Anno 1682. 8vo.) Menagium amœnitat. juris p. 459. & antiBailleti T. I. p. 231. De Philopœmene, Alcibiade, Pompejo aliisque Ducibus ac Regibus familiarem ſibi Homerum habentibus, magnique facientibus, agit Johannes Sanderus in Homeri vita pag. 67. ſeq. & Clariſſimus Küſterus p. 36. ſeq. Hiſtoriæ Criticæ Homeri, ubi ſingillatim de Imperatoribus Romanis Homeri Lectione atque uſu ſeſe oblectantibus, animumque confirmantibus. Euſtathius ad Iliad. ω. p. 1497. εἰκότως ἂν ὁ ποιητὴς ἐφιλεῖτο τοῖς γε τὸ καλὸν εἰδόσιν. Ἰσορρέπτην γὰρ φιλόμηροι μάλιστα μὲν ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, ἤδη δὲ καὶ Κάσανδρος, (Vide de Alexandro Ptolemæum Hephæſtionis Lib. IV. Lucianum T. I. p. 287. & ſcholia p. 12. & T. 2. p. 37. Euſtathium initio prolegom. in Iliadem & quæ ſupra cap. 2. num. 12. & 13.) ὁ καὶ αὐτὸς Μακεδόνων βασιλεὺς ἔτω φιλῶν Ὅμηρον, ὡς ἀφ' ὁμάτος φασὶν ἔχειν τῶν ἐπῶν αὐτῷ τὰ πολλά. Ἦν δ' τοιοῦτος καὶ Φαληρεὺς Δημήτριος ὃς πρῶτος εἰς θέατρον παρήγαγέ φασι ῥαψῳδοὺς τοὺς καὶ Ὁμηελιστὰς καλουμένους οἱ ἐμελῴδουν τὰ Ὁμήρου καθάπερ ἄλλοι τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου καὶ ἑτέρων.

XI. Longino quoque olim ſcriptus Liber εἰ Φιλόσοφος Ὁμηρος, ut Suidas refert, & omnes propemodum Sectæ Principem illum ſubſcriptoremque Dogmatum ſuorum eſſe voluerunt. Vide Senecam Epiſt. 88. & Vitam Homeri à Dionyſio Halicarnaſſeo, ſi Galeum audimus, ſcriptam p. 341. *ſeqq.* è recentionibus Johannem Jonſium p. 245. de Scriptoribus Hiſt. Philoſoph. & Cuperum p. 119. *ſeqq.* ubi pro *Oenotianus* leges *Oenomaus*. Cynicus enim Oenomaus ſcripſerat teſte Suida, περὶ τῆς καθ' Ὁμηρον Φιλοσοφίας, quo de argumento integris etiam libris egêre Favorinus & Porphyrius & qui Homerum illuſtrarunt olim è Philoſophis, Antiſthenes, Zeno Cittieus, Poſidonius, Panætius, aliiq; quos cap. V. rencenſemus. Præſtantiſſimos enim Philoſophorum, cujusvis ætatis Sectæq; Platonicos præſertim, in Homero, tanquam præcipuo auctore ſuo explicando operam poſuiſſe rectè obſervat Holſtenius, quem vide de Porphyrii vita p. 44. & 50. edit Cantabrig.

XII. Proclus quoque & in Platonis vita Olympiodorus teſtantur Homeri Scripta, à veteribus accepta non ſecundum ſenſum tantum ſimplicem literalem; Sed φυσικῶς quoque & ἠθικῶς & θεολογικῶς, καὶ ἁπλῶς

2011 Ministerio de Cultura

ἁπλῶς πολλαχῶς. Putabant nempe βαθύτερον νῦν ἐγκεκρυμμένον τοῖς ἔπεσι ut est apud Plutarchum, Lib. de Musica, quam in sententiam notum dictum Platonis in Alcibiade vetantis imperitos ad Homeri Lectionem temerè accedere, ἵνα μὴ ἀμύητοι τῆς σοφίας μύθως διήσαιντο γράφειν τὸν ἥρωα. Sic fabulas Homeri Philosophice interpretatus fuit Cronius Pythogoricus, Numenii familiaris, teste Porphyrio de styge, & Lib. de Antro Nympharum, itemque Nemesius. Verum de totâ illa ratione *allegorica* Homerum aliosque Poëtas interprepetandi plura dixi Lib. quinto ubi ago de Procli Commentariis in Platonem de Rep. Nunc tantum memorabo ab Eustathio in prolegom. ad Iliadem reprehendi duo interpretum Homericorũ veluti extrema & modum excedentia, unum omnia in allegoriam trahentium ὡ μόνον εἴ τι πῶ μυθικόν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὁμολογούμενως ἱστορούμενα, τὸν Ἀγαμέμνονα, τὸν Ἀχιλλέα, τὸν Νέστορα, τὸν Ὀδυσσέα, τὰς λοιπὰς Ἥρωας. Alterum, quorum Princeps Aristarchus, omnia ad literam stricte interpretantium & ὡδὲν ὡθ' ὅλως ἀφιεμένων ἀλληγορεῖσθαι παρ' Ὁμήρῳ ὡδὲ τὰς ἱστορίας, ὡδὲ τὰς μύθως. Quibus rejectis subjungit: οἱ δὲ ἀκριβέστεροι ὥσπερ τὰς ἱστορίας ἐφ' ἑαυτῶν μένειν ἀφῆκαν, ὅτω καὶ τὰς μύθως τὰ πρῶτα μὲν τίθεντας ὅτως ἔχειν ὡς λέγονται, καὶ ἐπισκέπτονται τὴν πλάσιν αὐτῶν καὶ τὴν ἐν αὐτῇ πιθανότητα δι' ἧς ἐν μύθοις ἀληθειά τις εἰκονίζεται. εἶτα διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς φύσει ψευδὲς ἀφέντες τὸ σωματικὸν εἰκόνισμα, ἀνατρέχουσιν εἰς τὴν ἐξ ἀλληγορίας θεράπειαν τῶν μύθων ἢ φυσικῶς ἐξετάζοντες, ἢ κατ' ἦθος, πολλαχοῦ καὶ ἱστορικῶς. Inter eos qui allegoriis in Homero quærendis modum excesserunt fuit etiam Metrodorus Lampsacenus, qui in libro de Homero Physicè omnia exposuerat, non Jovem modo & Minervam ac Junonem, sed Achillem quoque Hectoremq; & Agamemnonem, ut præter Laërtium Lib. XII. Sect. XI. notat Tatianus, quem vide p. 80. Idem fecit Heraclitus junior Allegoriis Homericis, quæ exstant, Proclus in Commentariis jam dictis, Porphyrius in quæstionibus Homericis & Lib. de antro Nympharum, ut deperdita ejus scripta omittam. Ex recentiorum scriptis hoc loco commemorandæ Johannis Baptistæ Personæ Bergomatis Noctes Solitariæ, sive de iis, quæ Scientifice in Odyssea scripta sunt, Liber in LXX. Colloquia distributus, editusque Venetiis Anno 1613. 4to.

XIII. De *Nepenthe* Homerico ad Odyss. Δ. 221. exstat liber eruditus posthumus Petri Petiti Medici Parisiensis Traject. 1689. 8vo. & alter Petri la Seine Lugd. 1624. 8. Idem etiam curâ expendit in Exercitatione decima decadis 6. dissertationum Medico Philolog. præstantissimus Jenensium Æsculapius Georgius Wolfgangus Wedelius qui etiam diss. 6. ejusdem decadis agit de radice amarâ quâ vulnus Eurypyli curatum Ho-

2011 Ministerio de Cultura

merus refert, Iliad. Λ. 845. & dignum esse Poëtam pronunciat quem & Medici legant & non paucis locis explicent ab aliis minus intelligenda citra divinæ Medicinæ scientiam. *Medicæ artis* * peritum Homerum ostendit præter Auctorem vitæ ejus p. 390. seq. edit. Galei, Tiraquellus in libro de Nobilitate p. 274. - 289. Thomas Bartholinus sub initium Libri de Medicis Poëtis; & Adamus Brendelius dissertatione de Homero Medico Wittebergæ nuper Anno 1700. in vulgus edita.

XIV. *Theologiam* Homeri, ** quoque fuit, qui singulari libello persequeretur, Petrus Lescaloperius, ad Calcem Commentarii in Librum II. Ciceronis de Natura Deorum. Exstat & Nic. Bergmanni diatriba de Theologia Homeri, Præside Rev. Adamo Rechenbergio ad disputandum proposita Lipsiæ Anno 1679. cui addi possunt quæ de eodem argumento notavit Gerh. Crœsius in Homero Hebræo T. 1. p. 179. seq. usque ad 224.

XV. Sed & *futurorum conscius* aliquibus visus Homerus, ut superiore libro c. XXIX. num. 2. dixi, quibus adde, quod Jacobus Hugo *** Belga Insulensis in vera historia Romana seu Origine Latii sive Italiæ ac Romanæ urbis à tenebris longæ vetustatis in lucem producta contendit, Homerum divino instinctu sub historia Trojana Hierosolymæ excidium, sub fabulis Græcorum in Iliade Servatoris nostri Vitam, miracula, passionem & facta Ecclesiæ sub Imperatoribus prædixisse: Harpyjarum nomine perstrixisse Hollandos, nomine Evenidis Genevensem Calvinum, Antinoi & Ladis Martinum Lutherum, & Lothophagorum, Lutheranos. Quam ludicram ejus Deliration em editâ Jenæ exercitatione seriò confutauit Ebertus Rudolphus Rothius. Quid quod Petro Loyerio Andegavensi, Libro de Coloniis Idumæorum contigit in uno Homeri versu **** prædictū reperire prænomen & cognomen suum patriamq; & annum quo hæc esset inventurus.

XVI. Sed & multis jam olim Versus Homeri pro *Sortibus* atq; *Oraculis* fuerunt, veluti ab Antonio van Dale observatum est de Divinationi-

* Chemicæ quoque, si credidimus Jac. Tollio p. 200. fortuitor.

** Notatu dignus locus Scholiorum ad Iliad. N. 521. ὅτι παρὰ τῷ ποιητῇ οἱ Θεοὶ σωματικῶς λαμβανόμενοι ἀνθρωποειδῶς ἐπίσανται, καὶ ἀθανασίᾳ μόνον διαφέροντες ἀνθρώπων τοῖς αὐτοῖς ἐνέχονται πάθεσι.

*** Liber ejus lucem vidit Romæ A. 1655. 4to.

**** Odyss. λ. 183. Σὸν δ' ὄπωτις ἔχει καλὸν γέρας, ἀλλὰ ἔκηλος. Per anagramma: Πέτρος Λωέρι(ος) Ἀνδέναξ Γάλλος Ὑλείη. Restant literæ α, χ, ν quæ indicant annum 1620. Vide Menagium in vita Petri Ærodii p. 167. & Clarissimi Bælii Lexicon in Loyero.

2011 Ministerio de Cultura

tionibus Idololatricis V. T. cap. 4. Prætereo alias superstitiones & ἐπαοιδὰς ope versiculorum Homericorum patratas, quibus fugari pestilentiam, dolores arthriticos mitigari, pelli ebrietatem, febrem quartanam levari, & simila ejusmodi fieri posse opinabantur. Vide quæ infra libro sexto, ubi recensemus Scriptores in Geoponicis laudatos, tum Brodæum Lib. VI. Miscell. c. 20. Cuperi Harpocratem p. 44. Tho. Crenium part. 1. animadvers. p. 124. Denique Homeri poëma quibusdam adeo omnium rerum scitu dignarum Compendium visum est, ut quæ in illo non memorentur, ea illi ætati ignota fuisse affirmarent. Quod merito explodit Strabo Lib. XII. p. 554. Sic Josephus Lib. II. contra Appionem p. 1070. leges Græcis antiquissimis ignotas fuisse probaturus, μηδ' αὐτὸ τὄνομα, inquit, πάλαι ἐγινώσκετο τοῖς ἕλλησι καὶ μάρτυς Ὅμηρος ὠδαμοῦ τῆς ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος. Prætereo alias Grammaticorum argutationes, qui versus ἰσοψήφους, * παρασίχιδας, versus Rophalicos sive per singula vocabula singulis syllabis crescentes qualis est Iliad. γ'. 182. & alia ejusmodi in Homero inquirebant, memorata Gellio Lib. XIV. cap. 6. & Eustathio ad Iliados ω'. sub initium. Tale est quod Zopyrion Grammaticus apud Plutarchum IX. 2. sympos. notat primum Iliadis versum ἰσοσύλλαβον esse cum primo & postremum cum postremo versu Odysseæ. Quod Appion observavit in prima Syllaba versus primi Iliados in voce μῆνιν numerum literarum XLVIII. utriusque poëmatis contineri, ut ex Senecæ Epist. LXXXVIII. notavi supra cap. 2. num. 9. Deniquequod apud Plutarchum quæst. 10. Platonica animadvertitur in uno versu Iliad. α'. v. 185. omnes occurrere partes orationis.

XVII. His Grammaticorum difficilibus nugis, aliorum in describendis Homeri carminibus περιεργία non absurde adjicietur. Cujus generis est quod Ciceronis testimonio tradunt Plinius VII. 21. & Solinus c. 6. *Iliada Homeri omnem ita subtiliter in membrana descriptam, ut testa nucis clauderetur.* Et quod Zonaras ac Cedrenus narrant in Bibliotheca CPolitana ** 120000. librorum, quæ sub Basilisco Imperatore conflagravit, inter alia fuisse τὸ δὲ δράκοντος ἕτερον ποδῶν ἑκατὸν εἴκοσι, ἐν ᾧ ἦν γεγραμμένα τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα ἥτε Ἰλιὰς καὶ ἡ Ὀδυσσεία χρυσείοις γράμμασι καὶ τῆς ἰσοελίας τῆς τῶν ἡρώων πράξεως *draconis intestinum pedes CXX. longum, cui Homeri poëmata Ilias & Odyssea aureis literis fuerant inscripta cum historia rerum ab heroibus gestarum.* Constantinus Manasses in Leone Isauro de eadem Bibliotheca differens:

Ἦσαν

* Vide Muretum Lib. XIV. Var. Lect. c. 13. Homeri versus ἰσοψήφους exstare in codice Regis Christianissimi MSto 2216, testatur Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 234.

** De hac Bibliotheca consules Cangium in CPoli Christiana Lib. II. p. 150. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Ἦσαν ἐκεῖ τὰ κάλλιστα πάντων τῶν παιδευμάτων
Καὶ τόμος εἷς ἐξαίσιος ἐκ δράκοντος ἐντέρου
Τὰς δέλτους τὰς Ὁμηρικὰς φέρων ἐγγεγραμμένας
Τὴν Ἰλιάδα δὲ φημικὴ τὰ τῆς Ὀδυσσείας.

CAPUT VII.

De imitatione Homerica, de Parodiis, Homero. Centris, Paralipomenis ad Homerum, ac denique de Homeri Zoilis ac detractoribus.

Homerus à Græcis & latinis propositus ad imitandum. In oraculis ipsis frequentia imitationis Homericæ vestigia. 1. *Parodiæ Homericæ, earumque auctores & scriptores varii.* 2. *Homerocentones.* 3. *De Homerocentonibus qui exstant hodie & à quibusdam Eudociæ vel Pelagio Patricio tribuuntur.* 4. *Paralipomena Homeri scripta à Cyclicis Poëtis & inter latinos à Camerino & Æmilio Macro.* 5. *De Quinto Smyrnæo ejusque editionibus & interpretibus.* 6. *De Colutho.* 7. *De Tryphiodoro.* 8. *De Isaacio Porphyrageneto, Joh. Tzetza atque aliis Paralipomenon Homeri scriptoribus. Et de Illustris Feneloniі Telemacho.* 9. *De iis qui Homeri laudibus detraxerunt.* 10. *Homeri plures.* 11.

I.

QUanquam Vellejo judice *neque ante Homerum quem ille imitaretur, neque post illum qui eum imitari posset inventus est*, certum tamen est & notissimum ab eo ceu fonte perenni vatum tantum non omnium ora Pieriis rigata aquis, ut canit Ovidius III. 8. amor. cui præter Manilium II. 8. seq. suffragatur trita Galatonis * pictoris tabella, qua Homerum evomentem, alios Poëtas ea quæ ipse evomuerat haurientes pinxit teste Æliano XIII. 22. Var. & Scholiaste Luciani T. I. p. 14. Ut adeo fuerit *fons* veluti *quidam Ingeniorum*, quomodo eleganter dicitur à Plinio XVII. 5. suis potius verbis Dionysii Halicarnassensis judicio appellandus:

— βα-

* Cœlio Rhodigino Παλάτων XXI. 44. Scholiastæ Luciani Γελάτων, ut pridem in illo antequam à Clariss. Clerico in lucem ederetur legit Franciscus Junius, pro quo doctissimus Perizonius conjicit Γελάδας qui aliis Ἐλάδας Phidiæ præceptor, statuarius. Sed Æliani lectionem non crediderim sollicitandam propter corruptos manifeste Cœlii & Scholiastæ codices, perinde ut ab illustri Cupero p. 63. ἀποδεώσ. recte puto rejici sententiam Volaterrani, Nannii & Kircheri, qui Homerum in Galatonis pictura introducunt non vomentem sed mejentem.

2011 Ministerio de Cultura

— — βαθυῤῥοίταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο
Ἐξ ὅπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρέατα μακρὰ νάουσιν. Odyſſ. Φ. 195. ſeq.

De imitatione *Poëtarum Græcorum* Homerica plenius dicere inſtituentem tempus citius quam materia defecerit, verum non is mihi ſcopus cui ſufficit lectores meos hac de re verbulo monuiſſe, & exempla quædam illuſtria hujus rei cernere geſtientes amandaſſe ad Cæſaris Scaligeri Criticum ſive librum quintum poëtices & Henrici Stephani diſſertationem de Sophoclea Homeri imitatione. Non prætereundum vero eſt quod haud tantum in Sibyllinorum libris quos habemus, ſed & in aliis quæ apud Ethnicos ſcriptores feruntur *oraculis* frequentia & manifeſta imitationis Homericæ veſtigia ſibi notabunt Φιλόμηροι, ut ex gentilium ſententia non hominibus modo ſed ipſis etiam Diis Homerus ad imitandum videatur propoſitus fuiſſe. Quam frequenter ac feliciter eundem è *latinis Poëtis* horum princeps imitatus ſit *Virgilius*, * poſt Gellium IX. 9. Macrobium lib. v. Saturnal. Cæſarem Scaligerum & H. *Stephanum* docet egregius Vir Fulvius Urſinus in Virgilio Græcorum ſcriptorum collatione illuſtrato Antvverp. 1568. 8. Renatus denique Rapinus in collatione Virgilii cum Homero, quæ poſt iteratas Gallicas editiones ab elegantiſſimo Brouckhuſio latine verſa vidit lucem Trajecti ad Rhen. 1684. 12. & hoc ipſo Anno 1704. 8. à. Jano Berkelio adjuncta eſt Palmerii Apologiæ pro Lucano & ſcriptis hujus generis aliis. E *recentioribus* unum feliciſſimæ Homeri imitationis adducam exemplum *Jacobum DuPortum* cujus Metaphraſi Græca Pſalmorum Davidis, librorum Salomoneorum & Jobi nihil exſtare ὁμηρικώτερον, omnes qui Homerum familiarem habuerint & Duporti libros legerint, lubenter fatebuntur.

II. Singulare genus imitationis Homericæ ſunt *parodiæ* ſive verſuum Homericorum vel ſingulorum vel plurium ad aliud argumentum paucis verbis mutatis plerumque in jocum facta flexio & accommodatio. Quanquam interjecto tempore ad aliorum quoque Poëtarum tum Epicorum tum Tragicorum, Comicorum & quorumcunque cæterorum verſus parodiæ uſurpari cœperunt, antiquiſſimæ tamen & frequentiſſimæ fuerunt Homericæ, quarum exemplo latini etiam in hoc

* Homero Virgilium præferunt Cæſar Scaliger, Joh. Dunæus in Scazonte adverſus Lipſium pro Scaligero ſive Vindiciis Virgilianis (quas exhibet Georgius Hackewill in opere præclaro de Providentia Anglice edito p. 288. ſeq.) Denique Carolus Perraultus in collatione veterum cum recentibus, Gallice vulgatâ. Saltim non in omnibus locis vicit Homerum, qui tunc quoque vix poterit viciſſe dici, quando illius ſententias exornavit. At cum nusquam meminerit Homeri, *ingratiſſimus* fuiſſe arguitur *erga eum cui nihil non debebat*, ut ait Caſaubonus ad Strabonem Lib. XIV. p. 236.

2011 Ministerio de Cultura

genere elaborarunt, ut notum est vel è Virgilii parodia ad Phaselum Catulli. Primam parodiam scriptam ab *Hippye* Rhegino tradit Svidas, testatus eum temporibus Persicis hoc est si Vossium de Hist. Gr. p. 441. audimus Darii & Xerxis temporibus floruisse. Sed Polemo apud Athenæum Lib. XV. p. 698. *Hipponacti* hoc tribuit εὑρετὴν μὲν οὖν τοῦ γένους Ἱππώνακτα Φατέον τὸν Ἰαμβοποιόν. Aristoteles vero c. 2. Poëtices, *Hegemoni* Thasio: Ἡγήμωνα ὁ θάσιος ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος. Atq; primum inter Comicos Hegemonem parodiis (ut Rhapsodi antea Rhapsodiis, confer Cæsarem Scaligerum Lib. I. Poëtices cap. 42.) in theatro certasse legas apud eundem Athenæum p. 699. καὶ τούτων ὁ (τῶν ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητῶν) πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐνίκησεν ἄλλαις τε παρῳδίαις καὶ τῇ Γιγαντομαχίᾳ. Mentio ejusdem Hegemonis παρῳδῆς & ejus Γιγαντομαχίας apud Eustathium. Eodem in loco Athenæi memorantur *Eubœi* Parii, qui Philippi Macedonis ætate floruit parodiarum Libri IV. Præterea *Bœotus* quidam Parodiarum scriptor. Docet ibidem Polemo hoc genere subinde usum in fabulis suis veteris Comœdiæ poëtas, *Epicharmum* Syracusanum, & *Cratinum* in dramate quod inscripserat Εὐνείδας, itemque *Hermippum*. *Sopatri* præterea παρῳδῆς mentionem Svidas facit, & ante Svidam Athenæus pluribus in locis modo παρῳδὸν modo φλυακογράφον appellans. Neque alium existimo esse Sopatrum qui ab Eustathio quandoq; allegatur. Sed & *Matronem* * παρῳδὸν non infrequenter laudat Eustathius, cujus perelegans carmen centum amplius versuum exhibet Athenæus Lib. IV. p. 134. sq. & pluribus locis illustrat *Is. Casaubonus* cap. 5. animadversion. Initium hoc est: Δεῖπνα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροφα καὶ μάλα πολλά. Hoc ipsum carmen cum aliis ejusdem & aliorum παρῳδῶν Græcorum & latinorum apospasmatiis atq; erudita de parodiis dissertatione edidit *Henricus Stephanus* A 1575. 8. ad calcem certaminis Homeri & Hesiodi, ubi p. 178 habes etiam *Josephi Scaligeri* ad Matronis carmen castigationes. Eodem Anno 1575. 8. prodierunt H. Stephani parodiæ morales, ad quarum calcem exstant centonum & parodiarum veterum exempla Græca & latina ab illo selecta & illustrata. Pulchre inter alia observat Philosophos quoque frequenter olim delectatos parodiis ejusmodi concinnandis, ut exemplo suo nos docet Lucianus, tum præcæteris Laërtius, qui versus Homericos à Platone, Diogene, Bione, Carneade & aliis ingeniose ac festive inflexos refert: Præcipue vero in componendis parodiis multos fuisse constat non

* *Matron Poëta Græcus multa millia Græcorum versuum ad culinam & macellum invertit justo poëmate.* Cæs. Scaliger Lib. I. Poëtic. c. 52.

2011 Ministerio de Cultura

non nunquam etiam parodiam parodiæ oppoſitam, ut Carneadi à Mentore, quod ἀντιπαρῳδῆσαι dictum, ex Strabonis Lib. IX. p. 394. jam obſervavit doctiſſimus Stephanus : *Cratetem Thebanum* de quo Laërtius, Apulejus in Apologia, Plutarchus & Athenæus, tum Sillographum *Timonem* de cujus parodiis præter H. Stephanum conſulendus Dan. Heinſius libro de Satira Horatiana p. 133. Neque Oratores à parodia abſtinuiſſe exemplis variis patet, & notatum Hermogeni περὶ μεθόδ δεινότητ. c. 18. Prolixior quædam parodia ſine auctoris nomine occurrit apud Dionem Chryſoſtomum orat. XXXII. quæ eſt ad Alexandrinos: τοιγαρῦν ὁ καλῶς πς παρεποίησε τῶν σειρῶν τύτων ποιητῶν κ. τ. λ. Prætereo quam plurimas breviores apud Athenæum obvias & in his perquam lepidas pleraſque. Euſtathius ſemel iterumque mentionem etiam facit παρῳδῶν νέων, & τῶν πν. νεωτέρων παρῳδῶν. Si quis vero requirat exemplum parodiæ Homericæ noſtra ætate quam feliciſſimum & elegantiſſimum, is Suſiadem legat Græcantiſſimi *Joſuæ Barneſii* Angli, qua Eſtheræ hiſtoriam complexus eſt, Lond. 1679. 8. Sed quid vetat initium ejus, ſpeciminis cauſa infra ponere:

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Ἀμαληχιάδεω Ἀμανῆ.
Ὀυλομένην ἡ μυρί' Ἑβραίοις ἄλγε' ἔθηκε
Περσέων δ' ἰφθίμυς ψυχὰς αἴδι προΐαψεν
Οὐκ αὐτῶν· Αὐτοῖσι δ' ἑλώρια τεῦχε ἑαυτὸν
Ἡδ' ἐὸν οἶκον ἅπαντα· Θεοῦ ἐτελείατο βυλή
Ἐξ οὗ δὴ πρῶτα Μαρδοχαῖος ἐρίσαντε
Μαρδόχι. τ' Ἐσθῆρ. φίλ. καὶ δεινὸς Ἀμανέυς.

III. Conſequens eſt ut non nihil dicam de *Homero Centonibus* quæ Græcis Ὁμηροκέντρωνες ſive Ὁμηρόκεντρα appellantur, & ſunt carmina exintegris vel dimidiatis Homeri verſibus hinc inde per univerſam ejus Poëſin ſelectis ac novo proprioque ordine digeſtis compoſita, unde alius ſenſus & novum poëma prodit. Antiquiſſimum ni fallor Homerocentonis exemplum quod hodie exſtat decem conſtans verſibus de Hercule ad inferos miſſo ſervatum eſt ab Irenæo Libro & capite I. p. 43. editionis præclaræ Grabianæ: & qui Irenæi locum Græce nobis tradidit Epiphanio hæreſi XXXI. 29. Alterum occurrit libro I. Anthologiæ Epigramm. Græcorum c. 35. f. 73. εἰς τὸν πρώτως ἀκέοντα ἠχῆς, itidem verſibus decem. Meminit hujus generis ſcribendi etiam Tertullianus de præſcript. adverſus hæreticos c. XXXIX. *Homerocentonas vocare ſolent qui de carminibus Homeri propria operamore centonario ex multis hinc inde compoſitis in unum ſarciunt corpus.* Hieronymus Epiſt. CIII. ad Paulinum. *Quaſi non*

2011 Ministerio de Cultura

legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas &c. Svidas in κέντρων· ὡσαύτως καὶ λόγους ἐκ διαφόρων συνειλεγμένους καὶ ἕνα σκοπὸν ἀπαρτίζοντας, κέντρωνας ἔλεγον, οἷά εἰσι τὰ Ὁμηρόκεντρα. Eustathius ad Iliad. ψ. p. 1425. ὥσπερ ἐγκεντρίζειν ἐστὶ τὸ ἐγκεντεῖν καὶ ἐμβάλλειν φυτῷ τινι κλαδίσκον ἀλλοίᾳ φυτῷ, οὕτω καὶ κέντρων ῥαπτὸς μὲν ὥσπερ ὡσανεὶ συγκεντῆντα διάφοροι χροιᾶ ὑφασμάτων, ῥαπτὸς δὲ ὡς συγκεντήσαντα τοιούτου παρακεντήματος δίκην μέρη ποιημάτων καὶ στοιχείων ἄλλοθεν ἄλλα, ὁποῖα καὶ τὰ ἐντεῦθεν κληθέντα Ὁμηρόκεντρα, τουτέστιν οἱ Ὁμηρικοὶ κέντρωνες οἷς ὅμοιοι γένοιτ' ἂν καὶ ἐξ ἑτέρων ποιητῶν ἤδη δέ που καὶ ἐκ πεζολογιῶν, ὁποῖοι σκωφθήσονται εἶναι οἱ μὴ γινώσκοντες ῥητορείας οἰκείας, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν λογοσυλλεκτάδαι ὄντες καὶ δι' ὅλου σπερμολογοῦντες ἐν ἐγκωμίοις. Idem ad Iliad. ά. sub initium, docet Homerocentones ejusmodi ex nonnullorum sententia fuisse antiquas rhapsodias, qua de re confer si placet quæ dixi supra cap. 2. num. 22. διότι καὶ μέρος φασὶ τῆς ποιήσεως διαδεδομένης τὴν σύμπασαν ποίησιν ὅπου οἱ ᾄδοντες καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρας Ὁμηρικῆς βίβλου συῤῥάπτοντες ὡς ἐβούλοντο, ῥαψῳδοὶ ἐντεῦθεν προσηγορεύθησαν. Τῆς δὲ τοιαύτης ῥάψεως τὸ δείγμα σαφὲς καὶ οἱ κέντρωνες τουτέστι τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα. Κέντρωνές τε δὴ κυρίως λέγονται ἐκ διαφόρων χροιῶν συνερραμμένα εἰς ἓν οἷς ὡμοίωνταί πως τὰ Ὁμηρόκεντρα. Καὶ ῥαψῳδία δὲ ἡ ἐκ ἑκατέρων τῶν Ὁμηρικῶν ποιήσεων συῤῥαφεῖσα ᾠδὴ ἀναλόγως τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι, γάμῳ τυχὸν ἢ ἑορτῇ. Τὸ δὲ ἀπαγγέλλειν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν ἀρχὴν ἐποιήσατο Κίναιθος ὁ Χῖος &c. Confer quæ de hoc Cinætho notavi capite superiore num. 33. Verisimile sane videtur centones ejusmodi Homericos decantatos fuisse à Rhapsodis, antequam de vero ordine carminum Homericorum constaret, nec Pisistrati cura opus Poëtæ utrumque digessisset: Postea autem lege Solonis jussi fuerunt Rhapsodi ordine carmina Homerica decantare, ut demonstravi cap. 2. num. 11. itaque ab eo tempore rhapsodia nihil aliud fuit quam pars sive liber alterutrius Poëmatis Homerici, quantum una vice absolvere cantando possent: quo sensu apud Nepotem & alios veteres scriptores græcos & latinos vocabulum ῥαψῳδίας est obvium, Cumque laurum manu gestarent Rhapsodi Homerici, interjecto tempore adjectum insuper est ut violaceis vestibus induerentur qui partem Odysseæ, rubris qui partem Iliadis decantabant. Idem Eustathius: εἰ δὲ καὶ τῶν Ὁμηρικὴν οἱ ὕστερον ὑπεκρίνοντο δραματικώτερον, τὸν μὲν Ὀδυσσείαν ἐν ἀλγρηΐοις ἐσθήμασι τὸν δὲ Ἰλιάδα ἐν ἐρυθροβαφέσιν, ἐκεῖνο μὲν καὶ τοὺς παλαιοὺς διὰ τὴν ἐν θαλάσσῃ πλάνην τοῦ Ὀδυσσέως, ἕτο δὲ διὰ τοὺς ἐν Τροίᾳ φόνους καὶ τὰ ἐντεῦθεν αἵματα. Ἀλλὰ ἕτο μὲν σύμβαμα καὶ καινότερον ἐπινόημα τῶν ὑστέρων. Forte à Demetrio Phalereo hoc fuit, qui Rhapsodos Homeristas primus in theatrum produxisse dicitur, ut superiore capite notavi ex Eustathio ad Iliad. Ω. p. 1497.

IV. Ex-

2011 Ministério de Cultura

IV. Exſtant etiamnum Homerocentones in ſacrum argumentum deflexi, in quibus hiſtoria paradiſiaca, primum peccatum protoplaſtorum, hinc Dei de hominibus in gratiam per Chriſtum recipiendis conſilium, præcipue vero hiſtoria Evangelica & Geſta Servatoris noſtri fuſe exponuntur per capita LV. Primus illos cum Latina interpretatione in lucem edidit *Aldus Manutius Venetiis* A. 1504. (non ut in Eliæ DuPinii Bibliotheca ſcriptorum Eccleſ. excuſum eſt 1554.) 4. Hinc Græce & Latine recuſi ſunt Francofurti 1541.8. cum Probæ Falconiæ* (ſive ut vir præſtantiſſimus Thomas de Simeonibus nomen ejus efferendum monet, Faltoniæ) centonibus Virgilianis & Nonni paraphraſi Evangelii Johannei: *Henricus* quoque *Stephanus* Græce excudit additis iisdem Probæ Virgiliocentonibus & jam commemorato Nonni poëmate 1578.120. Ab eo tempore Claudius Chapeletus Pariſ. 1609.8. in uſum Gymnaſii ſocietatis Jeſu typis ſuis exſcripſit Poëtas Græcos Chriſtianos cum Latina verſione, in quibus familiam ducunt iſti Homerocentones. Sed & in appendice Bibliothecæ Patrum Græcolatina Bigneana occurrunt Pariſ. 1624. Fol. p. 95. & Tomo XI. Bibliothecæ Patrum Græcolatina Pariſ. 1644. p. 572. Ne dicam in latinis Bibliothecæ Patrum editionibus plus ſimplici vice vulgatos latine. Denique Græce ſubjecti ſunt editioni Homeri Græcolatinæ Amſt. 1648.80. Illuſtrantur varia horum centonum loca ab H. Stephano in diſſertatione quam parodiis ſuis moralibus ſubjecit A. 1575.8. Eos Aldus, Francofurtenſes, H. Stephanus & Chapeletus ſine nomine auctoris illos ediderunt. At in Appendice Bigneana & in Græcolatina Bibliotheca Patrum inſcribuntur *Homerici centones Eudociæ Augustæ ſive Pelagii Patricii*. Equidem *Athenais*, filia Leontii Philoſophi Athenienſis, quæ cum Theodoſio juniori Imp. nubſiſſet & lavacro baptismatis tincta eſſet, EUDOCIÆ nomen accepit, à Poëtica facultate celebratur apud Socratem VII. 21. Photiumque Cod. CLXXXIII. & CLXXXIV. Sed cum alia ejus Poëmata Heroica memorent, Metaphraſin Octateuchi, Metaphraſin Prophetiarum Danielis & Zachariæ, Hiſtoriam Cypriani Martyris (illius** cujus poenitentia ſive confeſſio fertur ad calcem editionis Cypriani præclaræ Oxonienſis) & Juſtinæ Virginis, tum poëma Heroicum in victoriam à Theodoſio marito ex Perſis reportatam: Neuter tamen facit mentionem compoſitorum ab illa Homerocentonum, quemadmodum nec Nicephorus XIV. 23. At Johannes Tzetes Chiliad. X. hiſt. 306. poſtquam negaſſet ſe Eudociæ Octateuctum & reliqua poëmata nanciſci

* De Virgiliocentonibus dixi in Bibliotheca latina.

** De hoc Cypriano Jacobus Goar ad Evchologium Græcorum p. 719.

2011 Ministerio de Cultura

ciſci potuiſſe, duos ejus libellos carmine ſcriptos legiſſe ſe teſtatur, Homerocentones & Metaphraſin Zachariæ ac Danielis.

Ἡ δ' Εὐδοκία βασιλὶς ἡ Λέοντος * θυγάτηρ
Ἧς δύο βιβλιδάρια τὰ δι' ἐπῶν ἀνέγνων
Τὸ εἰς τὸν Ζαχαρίαν τε καὶ Δανιὴλ ὁμοίως
Καὶ δὴ τὰ ΟΜΗΡΟΚΕΝΤΡΑ τὰ τάυτη συντεθέντα.

In Friderici Sylburgii Catalogo MSS. Bibliothecæ Palatinæ p. 100. memorari videas *Patricii Presbyteri de Chriſti incarnatione, vita, morte, reſurrectione poëmation, Homericis verſibus & ſemiverſibus concinnatum*, Ὁμηρόκεντρα *vulgo dictum. Eudociæ Auguſtæ in eadem* Ὁμηρόκεντρα *epigramma.* Et p. 121. *Patricii Homerocentra, ſeu Chriſtiadem ex Iliade & Odyſſea.* Hic eſt PELAGIUS Patricius quem interfecit Zeno Imperator, à quo Pelagio Homerocentones compoſitos teſtantur Cedrenus & Zonaras. Cedreni verba hæc ſunt in Zenone p. 291. Ἀναιρεῖ ἤ καὶ τ' ϑαυμαστὸν καὶ ϖᾶσι ποίησιν ἐπῶν ἀξιόλογον ἄνδρα Πελάγιον τὸν Πατρίκιον ἐλευϑερουμεῖν εἰδότα — ὅτε φέρεται ἰσορία δι' ἐπῶν γεγραμμένη ὑπὸ Αὐγούστου Καίσαρος. Τοῦτο πόνημα καὶ τὰ καλούμενα ΟΜΗΡΟΚΕΝΤΡΑ καὶ ἄλλα μύρια ϑαύματος ἄξια. Zonaras quidem in Theodoſio juniore T. 3. Annal. p. 37. ait Homerocentonibus à Pelagio imperfectis relictis ultimam manum additam eſſe ab Eudocia Theodoſii uxore: Οἷα ἦ ϖερὶ λόγους ἦν ἡ Βασιλὶς ἐκείνη, δηλῶσι τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα. Πατρικίου τινὸς ἐπιχειρήσαντος τῷ ϖαϑήματι ἀτελὲς ἦ κ' λίποντος αὐτὸ κ' οἷον εἰπεῖν ἀνοργάνωτον (in membra non digeſtū) ἐκείνη καὶ εἰς τέλος ἤγαγε κ' ὠργάνωσεν· ὡς κ' ἡ παρ' ἐκείνης διὰ στίχων ἡρωϊκῶν τῷ ϖονήματι γενομένη ἐπιγραφὴ τοῖς τούτου ἐπιϑεῖσι παίζει. Verum huic ſententiæ temporum ratio repugnare videtur, Eudocia enim prius mortua exiſtimari poteſt quam Homerocentones à Pelagio componerentur. Et forte Epigramma Eudociæ quod in codice Bibl. Palatinæ Homerocentonibus præmittebatur reſpiciebat non Pelagii poëma ſed ipſius Eudociæ quæ & ipſa teſte Johanne Tzetza Homerocentones ſcripſerat. Porro illos qui editi hodie exſtant Homerocentones Pelagio potius tribuerim quàm Eudociæ, propter ejusdem codicis Palatini fidem, quæ Voſſium etiam ut idem ſentiret, videtur permoviſſe. Aubertus vero Miræus qui in auctario de ſcriptoribus Eccleſiaſticis hos centones adſcripſit Eudociæ Auguſtæ non Theodoſii jun. ſed Conſtantini XII. cognomento Ducæ conjugi, recte reprehenſus eſt à Gvilelmo Caveo, viro de Eccleſiaſtica hiſtoria ſi quisquam præclare promerito.

V. Quandoquidem Homerus, non Hiſtoricus ſed Poëta, bellum Troi-

* h. e. Leontii Philoſophi.

2011 Ministerio de Cultura

Troicum neq; ab ovo repetiit neque ad exitum perduxit, jam olim paralipomena ejus exſequuti ſunt ſcriptores *Cyclici*, de quibus ſupra c. II. ſect. 24. num. 12. 15. & 18. atque è latinis *Camerinus*, de quo Ovidius Lib. IV. ex Ponto Elegia 16. *Quique canit domitam Camerinus ab Hercule Trojam.* Tum *Æmilius Macer*, de quo idem Ovidius Lib. II Amorum Elegia 18.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillen
Primaque juratis induis arma viris.

Et Lib. II. ex Ponto Elegia 10.

Tu canis æterno quicquid reſtabat Homero
Ne careant ſummâ Troica bella manu.

VI. Exſtant quoque COINTI cujusdam ſive QUINTI, * quem ex nomine ut exiſtimo *Romanum* ſuſpicati ſunt Volaterranus & Ptolemæus Flavius, τ̃ μεθ' Ὅμηρον ſive παραλειπομένων Ὁμήρῳ Libri XIV. verſu græco Heroico bellum Iliacum ab Hectoris interitu uſque ad reditum ſive naufragium Græcorum perſequentes. In primâ editione dicitur *Quintus Calaber*, ** nullam aliam quantum ſcio ob rationem, quicquid paratragædietur Dausquejus, quam quòd Poëma ejus in *Calabria* repertum eſt ad Hydruntem, maritimum Calabriæ opidum, in veteri templo S. Nicolai. Vita Coluthi *** ab Aldo Manutio poëmati ipſius de Helenæ raptu præfixa: Κολούθῳ ἐπιγέγραπται τὸ παρὸν ποίημα Ἑλένης ἁρπαγὴ ἐν Ἀπουλίᾳ σύνηθες καὶ γνώριμον ὄπου καὶ ἡ ποίησις τοῦ Ὁμηρικοῦ ΚΟΙΝΤΟΥ πρῶτον εὑρηται ἐν τῷ ναῷ τοῦ θείου Νικολάου τ̃ Καστέλλων ἔξω τοῦ Τριόντου· Ὁ ἀνασώσας ὁ θεῖος Βησσαρίων ὁ Νικαίας Καρδινάλις Θουσκλάνου τοῖς βουλομένοις ἐκοίνωσε, καὶ τοῦτο δὲ ἀπόκρυφον γεγονὸς νῦν κοινὸν ἔσαι. Conſtantinus Laſcaris in Grammatica inſtitutione ab eodem Aldo edita: *Poëſis autem Homericiſſimi* † *Quinti jam multo tempore ignota fuit & tanquam extincta: ſed propius Beſſarion Nicæas Cardinalis Tuſculani, ille ſane quam bonus & ut Homerice dixerim ſimilis Deo vir, aliaque plurima in nos & hanc ex Apulia cum ſervaſſet, volenti-*

* Idem plane nomen eſt Κοΐντος & *Quintus*, neque alia eſt differentia niſi quod unum ſit ſcriptum literis latinis alterum Græcis. Sic Quintus Fabius apud Dionyſium Halic. Plutarchum, Appianum & alios Græcos ſcriptores Κοΐντος Φάβιος, & Quintius Κοΐντιος. Apud Dionem Caſſium modo Κοΐντος ſcribitur pro Quinto modo Κόϊντος & pro Quintilio Κυϊντίλιος. Κοΐντος quidam Medicus memoratur apud Galenum T. 4. edit. Baſil. p. 370.

** Quintum Calabrum à Cointomale diverſum facit Anna T. Fabri ad Dictyos IV. 21. notata eo nomine à præſtantiſſimo Perizonio diſſ. de Dictye ſect. 13. Quintus Catabius typographi vitio dicitur apud Montacutium T. I. Orig. Eccleſ. p. 378.

*** Ex hac idem referunt Rhodomannus in præf. & Leonhardus Nicodemus in additionibus ad Bibl. Neopolitanam Nicolai Toppi p. 215. ſeq. ut Voſſium Bailletum & Laur. Craſſum de Poëtis Græcis prætream.

† Alterum Homerum vocat J. Thomas Freigius Epiſtolâ Quinto præmiſſâ.

2011 Ministerio de Cultura

volentibus tradidit, quam & ipse olim desideraham. De se ipso pauca hæc commemorat Quintus libro XII. v. 302.

Τύς μοι νῦν καθ' ἕκαστον ἀρειρομένῳ σάφα Μῦσαι
Ἔσπεθ' ὅσοι καλέβησαν ἔσω πολυχανδέος ἵππου.
Ὑμεῖς γὰρ πᾶσαν μοι ἐνὶ φρεσὶ θήκαθ' ἀοιδὴν
Πρίν μοι ἀμφὶ παρεῖα καθασκίδναθαι ἴουλον
Σμύρνης ἐν δαπέδοισι περίκλυτα μῆλα νέμοντι.

Ex hoc loco *Smyrnæum* appellat post Tzetzem Chiliad. 2. versu 488. & Benedictum Ægium Spoletinum p. 10. ad Apollodor. Rhodomannus, & cum Parrhasio inde colligit Scholam Smyrnæ habuisse & discipulos instituisse: quod postremum Vossio licet & Reinesio aliisque viris doctis probatum merito in dubium vocat Clarissimus Baylius T. 3. Lexici Historico Critici p. 2540. quia nihil aliud affirmat hoc loco Poëta quam se adolescentem adhuc & in Smyrnæ campis inclytas oves pascentem (ex quo ipso ne Smyrnæum quidem certo colligas) à Musis carmen edoctûm fuisse, perinde ut Hesiodus dum puer paterna armenta custodiret à Musis amatus fuisse traditur à Luciano T. 2. p. 310. Idem Reinesius in Epistola ad Johannem Weitzium, & Epist. LXVII. ad Rupertum p. 591. Cointum nostrum eundem esse existimat cum *Corintho* * *Smyrnæo* Grammatico non adeo antiquo cujus libellus de dialectis, infra suo loco commemorandus exstat. Sed utut non indignum poëma istud Grammatico esse fateor tum ob argumentum, tum propter accuratiorem & γραμματικώτερον in carmine & descriptionibus locorum Characterem, quem in illo notarunt viri docti, hæc tamen Reinesii conjectura levi nominum similitudine nixa refellitur ab auctore scholiorum minorum in Homerum & ab Eustathio tum à Tzetza in Chiliadibus, & ad Hesiodum ac Lycophronem qui non uno in loco ejus mentionem facientes semper Κόϊντον appellant, ipsorum testimoniis suffragante consensu MStorum codicum & illius quo Aldus usus est & alterius in Bibl. Barberina scripti manu Georgii Hermonymi Typhernatis qui primus Græcas literas docuit Lutetiæ & Reuchlini in his literis præceptor fuit (Allat. de Georgiis p. 393. sq.) aliorum item duorum in Bibl. Cæsarea quorum meminit Nesselius IV. p 5 & 52. Neq; Casp. Barthii suspicio multum habet verisimilitudinis qui p. 960. b. in Claudianum cum Cointo nostro eundem esse putat *Milesium* illum Smyrnæum, cujus poëticam facultatem laudat Eunapius in Proæresio p. 121. Sane per tot sæcula plures potuerunt esse

* Corinthum vocat etiam Rev. Johannes Faës in notis ad Gyraldum de sepultura veterum p. 692. b.

2011 Ministerio de Cultura

esse Poëtæ patria Smyrnæi, neque de ætate Cointi adeo certi quicquam constat, licet ex Charactere carminis, lubrico nimis argumento, Rhodomannus & post eum alii conjecerûnt propinquum fuisse ætati Nonni, Coluthi, Tryphiodori, & Musæi qui de Ero & Leandro poêmation composuit. Primam Quinti Smyrnæi editionem Græcam, licet plenam mendis ut notat Gesnerus, studiosi debent *Aldo Manutio*, una cum Tryphiodoro ac Colutho sine temporis nota vulgatam in 8. Hinc recusus est Basileæ, itidem parum emendate: Latina prosa vertit *Jodocus Valaræus* Antverp. 1539. 8. & Lugd. 1541. 8. *Bernardini Baldi* versionem (latinam an Hetruscam) non vidi. *Caspar is Barthii* Metaphrasis qui Tomo I. ad Statium p. 584. testatur se adolescenti ætate Quintum Smyrnæum correxisse & latino carmine transtulisse, lucem non adspexit. *Johannis Brodæi* notæ & castigationes in Oppianum, Q. Smyrnæum & Coluthum prodierunt Basileæ 1552. 8. In Poëtis Græcis principibus Henrici Stephani Q. Smyrnæus est omissus, sed Græce & latine exstat in corpore Poëtarum Græcorum Heroicorum cura *Jacobi Lectii* edito Genev. 1606. fol. Tom. 2. p. 137. Libri tres postremi cum *Michaëlis Neandri* qui in Schola Ilfeldensi illos interpretatus fuerat versione prosaria editi sunt à *Laurentio Rhodomanno* in parte posteriore operis aurei Neandri Lips. 1575. 4. Rhodomannus in elegianti quod præmisit carmine Græco & latino refert se inter auditores Neandri tunc fuisse, atque ipsum Quinti libros prælegentem auscultasse. Idem Rhodomannus postea integrum Cointum recensuit, & cum versione nova sua prosaria post triginta annos, per quos in privatis scriniis delituerat, secundis auctoris curis emendata, & castigationibus edidit Græce & latine Hanoviæ typis Wechelianis 1604. 8. In eadem editione occurrit Rhodomanni Poëma duplex Græco latinum, quorum alterum inscribitur Ilias parva * complexa epitomen singulorum librorum Homeri & Cointi, alterum Troica sive breviarium historiæ Trojanæ undiquaque decerptum. Præterea Dionis Chrysostomi Oratio XI. de Ilio non capto, cum Rhodomanni versione & notis, & *Johannis Hartungi* in Quintum Smyrnæum breves observationes quæ uno alteroque folio constant. Hujus Rhodomannianæ editionis exempla quædam cum in officina libraria Wecheliana adhuc supererssent Anno 1614. quo lucem viderunt *Claudii Dausquii* notæ & observationes, (quibus Brodæanæ subinde interspersæ sunt) in Quintum Smyrnæum, Tryphiodorum & Coluthum, Francof. ex eadem Wecheliana sive Aubriana officina, 8vo, quo facilius junctim venderentur, novus à typographo titulus Quinto præfixus est, atque inde fa-

* Confer quæ de hoc poëmate notavi supra cap. 2. sect. 24. num. 12.

2011 Ministerio de Cultura

de factum ut in quibusdam exemplis editionis Rhodomannianæ compareat annus non 1604. sed 1614. De Rhodomanno apponam unicum idque rectissimum judicium Casp. Barthii LIX. 1. Adversar. *Locus is Calabri vulgo corruptus circumfertur, sed nos eruditissimi Rhodomanni emendationem merito sequemur, qui eum divinum Poëtam totum in se redegerat, adeo ut similia eidem rara felicitate scribere posset. Quo quidem viro græcum Poëtam neminem unquam meliorem habuisse Germaniam nostram existimo, cujus Poëmatis plerisque talibus si nomen abesset, nos antiquum auctorem & non de bucconibus aliquem adscripturum fuisse rectissime judicavit Josephus Scaliger.* Quintum ut Historici magis quam Poëtæ officio functum reprehendi ab Udeno Nisiello in parte 4. progymnasmatum Italice editor. notavit Laurentius Crass[9] in opere de Poëtis Græcis eadem lingua vulgato p. 438. At Bailletus Gallus fallitur, qui judic. de Poëtis T. 2. p. 524. affirmat Quinto præter XIV. libros paralipomenon Homeri, binos tribui seorsim scriptos de Ilii excidio. Nam duodecimus & decimus tertius ex illis XIV. sunt quos Michaël Neander seorsim in aureo opere edidit sub titulo Ἰλίου ἁλώσεως βιβλία δύω.

VII. COLUTHUS è Lycopoli Thebaidis in Ægypto civitate clarus sub Imperatore Anastasio (qui Anno Christi DXVIII. obiit) præter Καλυδωνικῶν Libros VI. ἐγκώμια versibus Heroicis & περσικὰ quæ universa Svidæ memorata interciderunt, scripsit Ἑλένης ἁρπαγὴν sive *de raptu Helenæ* poëma Heroicum versibus CCCLXXXIV, repertum à Cardinali *Bessarione* in Calabria una cum Quinto Smyrnæo, & Græce primum editum ab *Aldo* in 8. sine temporis notatione; deinde recusum emendatius in Poëtis principibus *H. Stephani* Paris. 1566. fol. Latina prosa vertit *Jodocus Valaræus* Antvv. 1539. 8. Lugd. 1541. 8. carmine *Helius Eobanus Hessus*, quod inter alia ejus poëmata recusum Francof. 1564. 8. Porro cum versione & notis *Mich. Neandri* exstat in hujus opere aureo T. 2. Lipsi. 1577. 4. Prætereo quod legitur Coluthus ad calcem nonnullarum Homeri editionum ut in Græca & Græcolatina quam curavit *Æmilius Portus* Genev. 1609. 12. tum in corpore Græcorum poëtarum cum latina versione, ex recensione *Jac. Lectii* ibid. 1606. fol. Notas & castigationes *Johannis Brodæi & Claudii Dausqueji* paulo ante de Quinto differens memoravi. Cum versione & notis *Stephani Ebelii* Coluthus prodiit Franequeræ 1600. 8. Cum metaphrasi latina *Eob. Hessi* & Musæi poëmatio de Herone & Leandro, Hamburg. 1617. 8. curante *Henrico Rumpio*. Hunc poëtam emendatiorem cum scholiis Græcis, variis lect. Observationibus Philologicis, glossario Coluthiano & dissertatione de CLII. Trojani belli scriptoribus edere ante aliquot annos recepit Rev. D. *Valentinus Ernestus Læscherus*, qui fidem quo minus hactenus exsolveret à sacro quod ornat munere prohibitus

2011 Ministerio de Cultura

bitus fuit. Est & mihi Coluthi itemque Tryphiodori codex scriptus ante annos circiter trecentos, qui olim fuit Eliæ Putschii. *Germanico* carmine haud infeliciter à se expressum Coluthum ante aliquot annos ostendit mihi nobilissimus Vir *L. Christianus Henricus Postellus* Hamburgensis. *Anglico* reddidit & notis illustravit *Eduardus Sherburne*, quod prodiit Londini 1651. & 1702. 8. una cum aliis eruditi & præclari viri poëmatis.

VIII. Coluthum in plerisque editionibus, ut Græcis *Aldina* & emendatiore *H. Stephani*, tum Græcolatinis *Mich. Neandri*, qui notas addidit, *Æmiliique Porti* & *Jacobi Lectii* comitatur TRYPHIODORUS * seu Tryphiodori Ægyptii Poëma Epicum versuum DCLXXVII. quod inscribitur Ἰλίου ἅλωσις sive *de Trojæ eversione.* Nonnulla ejus loca emendat & illustrat *Paulus Leopardus* vir harum literarum apprime peritus XIX, 1. & Libro XX. emendationum. Præstantissima editio est quæ cum versione latina duplici (prosa & eleganti carmine) ac notis *Nicodemi Frischlini* ac castigationibus *Laurentii Rhodomanni* lucem vidit Francof. 1588. 4. Vertit & *Guil. Xylander* ad calcem Diodori Siculi Basil. 1578. fol. *Claudii Dausqueji* notis in Quintum & Coluthum animadversiones ejusdem in Tryphiodorum exstant adjectæ, ut paulo ante monere me memini. Scripta Tryphiodori deperdita sunt: Μαραθωνιακὰ & τὰ κατ' Ἰπποδάμειαν, tum παράφρασις τῶν Ὁμήρου παραβολῶν, & Odyssea λειπογράμματος de Ulysis laboribus & fabulis eum spectantibus, de quâ dixi capite superiore num. CXVIII.

IX. ISAACUS PORPHYROGENETUS cujus scholia inedita in Homerum memoravi cap. III. num. 15. scripsit præterea prosa Græca libellum de prætermissis ab Homero & χαρακτηρίσματα Græcorum Trojanorumque ducum ex Dictye ut ait decerpta. Posterioris partis editionem debemus *Jano Rutgersio* V. 20. Variar. lect. Lugd. Bat. 1618. 4. Utriusque *Leoni Allatio* in excerptis Rhetorum antiquorum & Sophistarum, Græce cum versione ipsius vulgatis Romæ 1644. 8. JOHANNIS TZETZÆ Ante Homericorum Homericorum & Post Homericorum mentionem feci cap. III. num. 14. Videntur etiam Paralipomenon Homeri scriptoribus adjungendi qui singulis Homericis versibus de suo versum intercalarunt & subjunxerunt ut *Pigres* & *Timolaus Larissæus* de quibus superiori capite, & de quo ibidem dicere neglexi IDÆUS Rhodius Lissi

* Coluthi æqualem plerique conjiciunt é carminis similitudine. Sed Gyraldus longe antiquiorem existimasse videtur, commemorat enim inter poëtas qui sub Ptolemæis vixerunt, T. 2. Opp. p. 166. Antiquissimns quod sciam qui mentionem Tryphiodori fecit est Hesychius Illustris ubi de Nestore Lycio. Post Hesychium (qui sub Anastasio Imp. claruit) Svidas, Tzetzes ad Lycophronem, Eustathius ad Odyss. θ. p. 324. &c.

2011 Ministerio de Cultura

F. Heroicorum carminum ſcriptor, qui Suidâ teſte παρεμβαλὼν ϛίχον ϛίχῳ ἐδίπλασε τὴν ποίησιν Ὁμήρου. E recentioribus nemo amœnius diſertiusque in paralipomenis Homeri ſcribendis verſatus eſt ArchiEpiſcopo Cameracenſi illuſtriſimo *Franciſco Salignaco Fenelonio*, cujus *Telemachus* ſive continuatio libri quarti Odyſſeæ Gallica proſa ſcripta & pulcherrimis monitis Ethicis ac Politicis Principi potiſſimum obſervandis referta ſimulac (auctore ut ferunt inſcio) adſpexit lucem, tanto omnium applauſu excepta, tam avide ab omnibus lecta eſt, ut intra breve temp⁹ non modo plus decies recuſa fuerit, ſed & ſua eum lingua exſtare juſſerint Itali, Angli, Belgæ, Germani: ſolis Gallis quibusdam iniquiorem de tanti civis ſui ingenio ſententiam ferentibus, ſed in qua plus malignitatis atque invidiæ quam candidi judicii facile agnoſcas.

X. Antequam de Homero dicere deſino, cujus commentatorib⁹ merito ſuo adjungendum doctum & laborioſum ſcriptum doctiſ. Medici Leidenſis *Caroli Drelincurtii* Homericus Achilles, Lugd. Bat. 1693. & 1694. 4. commemoranda etiam nonnulla de ejus Zoilis ac detractoribus ſunt. Equidem haud negandum videtur multos in ejus laude & admiratione modum exceſſiſſe, atque dum omnia, pugnantia etiam ex Homero exſculpere voluerunt, juſtam dediſſe anſam Senecæ Epiſt. LXXXVIII. ſcribenti: *apparet nihil horum eſſe in illo cui omnia inſunt.* Itaque pedibus eo in ſententiam Antonii Van Dalen acutiſimi Medici Harlemenſis, qui in libro de oraculis p. 84. editionis ſecundæ oſtendit ſe non magnam admodum *Hebraicarum* rerum vel linguæ notitiam Homero tribuere, etſi de illius alluſionibus ad phraſes & ritus Hebraicos multa diſputantur à viris erudiiſimis ut a Jacobo Cappello in Vindiciis pro Iſ. Caſaubono c. 11. & 12. à Merico Caſaubono de Schreveliana Homeri editione p. 46. ſeqq. Zacharia Bogano in Homero Hebraizonte Oxon. 1655. 8. ut Dan. Heinſium, Crœſium aliosq; præteream. Quemadmodum vero parum hoc detrahit Homeri Græci poëtæ laudibus, ita ſibi potius quam ejus famæ nocuerunt iniqui & inepti cenſores οἱ τὰς ἀκεφάλας καὶ μειώρους Ὁμήρου ϛίχους ἐκλέγοντες, τὰ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν πεποιημένων ὑπερεῖδον παροῳνοῦντες, de quibns Plutarchus in conſolatione ad uxorem p. 644. Sed vitio humani ingenii factum eſſe videtur, ut nimias Homeri laudes ferre quidam non valentes, in vituperatione ejusdem & ipſi nimii eſſent, & ex reprehenſione ejus quem omnes admirarentur, captarent laudem defæcatioris judicii. Talis fuiſſe videtur ZOILUS, qui in Scholiis minoribus ad Iliad. E. 4. & ab Euſtathio pag. 387. *Epheſius* appellatur, ſed Heraclito in allegoriis Homericis p. 427. & Plutarcho Sympoſ. V. 4. Æliano

2011 Ministerio de Cultura

Æliano XI. 10. Var. & Svidæ * variis in locis *Amphipolites.* Vitruvio etiam præfat. ad Librum VII. à Macedonia veniſſe Alexandriam dicitur & Plinio indice Libri XII. & XIII. Zoilus Macedo: atqui Macedoniæ opidum Amphipolis. Idem Heraclitus eodem loco *Thracium mancipium* appellat: quodque plures allatraſſet & reprehendiſſet, dictus fuit teſte Æliano Κύων ῥητορικός *Canis Rhetoricus.* Ætas illius eousque certa eſt, quod vivendo ſuperavit Philippum Macedoniæ Regem, ad hujus enim mortem hiſtoriam ſuam perduxiſſe traditur. Cum vero Demoſthenes ex orationibus ejus profeciſſe dicatur, & diſcipulus fuerit Zoilus Polycratis Athenienſis qui Socratis æqualis fuit, aut ad ſummam ſenectutem perveniſſe eum eſt neceſſe (Tanaquillo Fabro enim in notis ad Longinum Zoilum Rhetorem qui contra Platonem ſcripſit à Zoilo Homeromaſtige diſtingventi contra veterum ſententiam aſſentiri nolim) aut erraſſe Vitruvium Architecturæ certè quàm hiſtoriæ & Chronologiæ peritiorem, qui illum ſub Ptolemæo Philadelpho poſt Ariſtophanem Grammaticum Alexandriam veniſſe ſcribit. Sed locus ejus inſignis non eſt prætermittendus. *In ſequentibus annis à Macedonia Zoilus qui adoptavit cognomen ut HOMEROMASTIX vocitaretur Alexandriam venit ſuaque ſcripta contra Iliadem & Odyſſeam comparata Regi recitavit. Ptolemæus vero cum animadvertiſſet Poëtarum parentem Philologiæq; omnis ducem abſentem vexari, & cujus à cunctis gentibus ſcripta ſuſpicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit reſponſum. Zoilus autem cum diutius fuiſſet in regno inopia preſſus, ſummiſit ad Regem poſtulans ut aliquid ſibi tribueretur. Rex vero reſpondiſſe dicitur Homerum qui annos mille deceſſiſſet, ævo perpetuo multa millia hominum paſcere. Item debere qui meliori ingenio ſe profiteretur non modo ſe unum ſed etiam plures alere poſſe. Et ad ſummam mors ejus ** ut parricidii damnati varie memoratur. Alii eum ſcripſerunt à Phi-*

* Vide Svidam in Ἀναξιμένης, Δημοσθένης & Ζωΐλος. Apud Plutarchum quoque in Demoſthenis vita memorantem τὴς ζήλος ἐς Ἀμφιπολίτας λόγους, legendum ζωΐλε ἐς Ἀμφιπολίτας, ut ex Dionyſio Halic. libro de Demoſthenis gravitate & Svida monuerunt Reineſius p. 328. Var. & Jonſius p. 42. & 126.

** Tam diverſæ de morte Zoili narrationes docent parum certam eſſe univerſam illam traditionem, & forte deberi illis qui tam malo mortis genere hominem dignum eſſe temere & parum humane opinabantur, ex iniqua admiratione Homeri, vel ſui ipſorum potius nimia æſtimatione, in quos Homeri contemtnm redundare exiſtimabant. Quis jam miretur religionem tantundem mali ſvadere potuiſſe mortalibus, ut quos tanquam hæreticos deteſtabantur, de illis fœdas mortes vel ſi eſſent libenter commemorarent, vel ſi non eſſent fingerent. Zoili enim exemplo videmus unius Poëtæ cauſa, quem ipſi omnibus encomiis efferebant, ille vero aſpernabatur, truculentiſſimo ſupplicio dignum habitum fuiſſe, Vitruvii etiam judicio, qui poſt verba à me jam adducta ſubjungit: *Utrum ei acciderit, merenti digna conſtitit pœna. Non enim aliter videtur promereri, qui citat eos, quorum reſponſum quid ſenſerint ſcribentes non poteſt coram indicari.*

2011 Ministerio de Cultura

ladelpho esse in crucem fixum, nonnulli in eum lapides esse conjectos, alii Smyrnæ virum in pyram conjectum. Diversum ab his genus mortis Zoili commemorat Svidas, ait enim in Olympia de Scironiis saxis esse deturbatum. ἐπεκλήθη Ὁμηρομάστιξ ὅτι ἐπέσκωπτεν Ὅμηρον, διὸ αὐτὸν διώξαντες οἱ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ κτ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν ὤθησαν. Ab eodem Svida discimus novem libros à Zoilo compositos adversus Homeri Poësin (τὰς καθ' Ὁμήρε συντάξεις vocat Dionysius Halicarnass. in Isæo p. 111.) & præterea Homeri vituperationem. Ῥήτωρ ἦν καὶ φιλόσοφος, ἔγραψε μέντοι τινὰ καὶ γραμματικὰ καὶ κτ τῆς Ὁμήρε ποιήσεως λόγους ἐννέα. Ἰσοκράτην δὲ ἀπὸ Θεογονίας ἕως τῆς Φιλίππε τελευτῆς βιβλία τρία. Περὶ Ἀμφιπόλεως, καὶ κτ Ἰσοκράτες Ῥήτορος καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐν οἷς καὶ ψόγον Ὁμήρε. Qualia fuerint quæ reprehendit in Homero Zoilus, vide si placet apud Longinum p. 70. edit. Jac. Tollii, Heraclitum qui vulgo Heraclides, loco laudato, tum scholia minora ad Iliad. É. 4. & 20. Eustathium ad Iliad. E. p. 512. Ω. p. 1510. Odysseæ Í. p. 335. Non absurde quædam notasse & in principe Poëtarum carpsisse certissimum est, quod tamen tot libros reprehensione implevit poëmatum multis nominibus svavissimorum & pulcherrimorum, in ipsum præterea Homerum, candidissimum omnium laudatorem, singulari oratione invectus, nescio quam arguit animi vel vanitatem vel loliginem, præcipue si verum est quod legas apud Galenum Method. Therapeut. Lib. I. cap. 3. T. 4. Opp. p. 37. Homeri iconem à Zoilo flagris cæsam ἀλλ' ἔτω γε καὶ ζωίλε ἔνδοξε τὴν Ὁμήρε μαστίζειν εἰκόνα. Ibidem addit Zoilum non magni fieri nisi à φιλολοιδόροις, Dionysius tamen Halicarnassensis Epist. ad Pompejum pag. 127. eum refert inter eos qui Platonem (nam adversus hunc quoque & adversus Isocratem scripsit) reprehenderint ὑπὲρ Δία φθόνου ἢ Δία φιλαπεχθημοσύνην κωμῳδοῦντες, ἀλλὰ τῷ ἀληθείαν ἐξετάζοντες. Ab hoc viro obtrectatores quicunque vocantur non modo *Zoili*, ut apud Martialem & alios, sed etiam *Homeromastiges* ut Plinio in præf. historiæ: *ut ob id caveam istos Homeromastigas.* Homero ipsi tamen Zoilus debuit ut posteris innotesceret, judice Ovidio remed. amor. vers. 365. ita enim intelligendus ille locus:

Ingenium magni detrectat livor Homeri,
Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.

Definitionem schematis seu figuræ hanc è Zoilo profert Philammon Rhetor p. 98. edit. Laurentii Normanni ἔστι μακαρίτης· σχῆμά ἐστιν ἕτερον μὲν παρατηρεῖσθαι ἕτερον δὲ λέγειν. Reprehendit Quintilianus IX. 1. *Verum idipsum angustè Zoilus terminavit, qui id solum putaverit schema quo aliud simulatur dici quàm dicitur.* Plures autem fuere Zoili præter Amphipolitam nostrum.

1.) Zoi-

2011 Ministerio de Cultura

1.) Zoilus Patruus Pythagoræ. Laërt. VIII. 2. 2) Zoilus Lampſacenus Themiſtonis Epicureæ filius, Clemens Alex. IV. Strom. p. 522. 3.) Zoilus Cedraſenſis (ὁ Κεδρασεὺς) Etymolog. M. in ἀῶος. Forte Grammaticus ille hoc nomine, qui ab Athenæo inter Dipnoſophiſtas collocutores introducitur. 4.) Zoilus Pergæus quem de Diogene Cynico quædam commemorantem laudat Laërtius VI. 37. 5.) Zoilus ſacerdos, Plutarchi æqualis qui ejus meminit quæſt. Græc. XXXVIII. 6.) Zoilus artifex, de quo idem Plutarchus in Demetrio p. 898. 7.) Zoilus Medicus cujus antidotum memorat Galenus II. 13. de antidotis. 8.) Zoilus Trevirenſis apud Auſonium in Epiſtola cupidini crucifixo præmiſſa, ad quem locum Scriverius notavit alios Zoilos tres ex Gruteri Inſcriptionibus p. 302. 2. p. 438. 2. p. 900. 9. alios item tres Zoilos Martyres ex Adone & Uſuardo 24. Maj. & 27. Jun. & Martyrolog. Rom. 24. Nov. His adde 15.) Zoilum Alexandriæ Epiſcopum de quo Nicephorus XVII. 8. & 26. 16.) Zoilum qui ſub Theodoſio jun. Antiochiæ porticum exſtruxit. id. XIV. 46. Sed ut ad Homerum & alios ejus reprehenſores noſtra redeat oratio, ei viventi æmulum & adverſarium fuiſſe *Sagarin* ſive *Syagrum*, defuncto *Xenophanem*, tradit Laertius in Socratis vita, II. 46. Καὶ Σάγαρις ἐφιλονείκει Ὁμήρῳ ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος. De Syagro dixi Lib. I. cap. XXXIV. num. 3. Xenophanem idem Laertius IX. 18. teſtatur graviter perſtrinxiſſe quæ Homerus & Heſiodus ſcripſerant de Diis: γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείαν καὶ Ἰάμβους καθ' Ἡσίοδόν καὶ Ὅμηρον ἀποκόπων αὐτῶν τὰ περὶ Θεῶν εἰρημένα. Sextus Empiricus VIII. adverſus Mathemat. p. 341. ἔνθεν καὶ Ξενοφάνης διελέγχων τὰς περὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου φησί.

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσιόδός τε
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶν
Κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλοις ἀπατεύειν.

Idem lib. I. p. 57. Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος κατὰ τὸν Κολοφώνιον Ξενοφάνη ὡς πλεῖστα (ita videtur legendum pro ὅς πλεῖστα) ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθέμιστα ἔργα κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλοις ἀπατεύειν. Eo nomine & penes inferos poenas dare finguntur Homerus & Heſiodus apud Laërtium VIII. 21. & Suidam in Πυθαγόρας. Ab Athenienſibus (ob eandem ut ſuſpicor cauſam) multatum Homerum tanquam inſanientem quinquaginta drachmis, tradit Heraclides, eodem Laërtio teſte II. 43. Plato quoque in libris de legibus teſtatus ſe fabulas illas & fictiones indignas Diis improbare, tertio Politias è Republica ſua exeſſe Homerum jubet & aliorſum ablegat quanquam honoris cauſa unguento delibutum lanâque coronatum, qua

2011 Ministerio de Cultura

qua de re vide si placet quæ ad Dionis Chrysostomi Diss. LIII. & ad dissertationem VIII. Maximi Tyrii Isacus Casaubonus & Daniel Heinsius: Caspar Barthius ad Zachariam Mitylenæum p. 300. G. J. Vossius de Poëtices natura cap. VIII. & Lud. Thomasinus, in methodo Christiana legendi Poëtas pag. 105. seqq. Huc refer & Sibyllæ illud quod laudat Lactantius Lib. I. cap VI. *Homerum mendacia scripturum*, & quæ in eandem sententiam Lucianus Gallo T. 2. p 73. Usque adeo ut Ὁμηρίζειν & Ἡσιοδίζειν veteribus quibusdam idem sit ac mentiri, & Ὁμηρισαὶ *Aretalogi* velut notatum Salmasio ad Suetonium cap. 74. August. Nec prætereundus *Daphidas* Telmissensis Grammaticus (Ciceroni de fato & Straboni XIV. p. 647. *Daphitas*) Suidâ teste γεγραφὼς περὶ Ὁμήρου καὶ τῆς αὐτοῦ ποιήσεως ὅτι ἐψεύσατο. Quibus accedit *Dio Chrysostomus* Oratione XI. de Ilio non capto quam separatim cum notis & versione sua edidit ad calcem Quinti Rhodomannus, confutandū in se suscepit *Georgius Henricus Ursinus* Oratione de Ilio capto quæ subjicitur egregiis viri illius eruditi observationibus Philologicis, editis Ratisbonæ 1679. 8. ut præteream quæ Dioni Chrysostomo opposita sunt à *Godofredo Kirbach* in dissertatione vulgata Witebergæ 1687. Quanquam Origenes quoque 1. adversus Celsum p. 32. fassus est difficillimum esse tueri quæ de bello Iliaco ab Homero tradita sunt. Non repetam in præsenti exprobratam Homero in prosodia vocum licentiam, & illud Ἄρες Ἄρες apud Martialem, tum quod idem sæpius repetit & in epithetis usurpandis non pari semper delectu versatur: neque persequar eorum criminationem qui parum verisimiliter plagium Homero in Sibyllam, Dictyn, Musæum, Orpheum, aliosque quos jactant antiquiores Poëtas commissum objecerunt, qua de re dictum passim Libro superiore: Nec quæ in Homero reprehenderunt recentiores, *Julius Cæsar Scaliger* Poëtic. V. 2. seq. *Renatus Rapinus* in comparatione Homeri & Virgilii, *Alexander Tassonus* * *Jacobus Gaddius*,** *David* & *Johannes Clericus* *** & in invidiosa comparatione veterum ac recentiorum *Carolus Perraultus*, vir ingeniosissimus; nedum quæ *Boisrobertus*, **** *Maresius Sorlinus* & similes. Jam pridem enim tempus est ut misso tandem Homero ad alios scriptores Græcos noster sermo descendat.

XI. Fuere

* Consule Erythræi Pinacothec. I. 485. & præfationem ad annotationes Tassoni posthumas in Vocabularium Academicorum della Crusca Venet. 1698. fol. ubi inter alia memorantur ejus Censuræ in Homerum, Petrarcham, & Boccacium.

** De scriptoribus non Ecclesiasticis T. 1. p. 208.

*** Johannes Clericus Vir Cl. in arte Critica T. 1 p. 100. David Clericus Oratione quarta lectu non indigna quæ est in vituperationem Homeri.

**** Baillet, Judic. de Poëtis T. 1. p. 40. seq.

2011 Ministério de Cultura

XI. Fuere & alii Homeri, 1.) Phocenſis Euphronis F. Heſiodi æqualis, ſi fides Tzetzæ Chiliad. XII. v. 209. 2.) Byzantinus, Tragicus, de quo infra cap. XIX. Ut omittam 3.) Omerum Eſavi nepotem à quo Homeritas dictos ſuspicatur Holſtenius ad Stephanum Byz. p. 235. & 4.) Regem quintum Arabiæ felicis (apud Pocokium ſpecim. Hiſt. Arabum p. 57. Hamyar Sabæ F.) à quo potius Homeritarum nomen repetendum contendit Jobus Ludolfus Comment. ad Hiſt. Æthiop. p. 231. Pſeudo Archilochi vero nugæ relatu indignæ ſunt, qui ex diverſa patria Homero Poëtæ aſſignata octo Homeros effinxit, ut mirum ſit ab illo verba ſibi dari paſſum Jacobum à Cruce Bononienſem, qui ejus teſtimonio tanquam fide digno ac certiſſimo uſ⁹ eſt in annotatione, pulcherrima ut ipſe vocat, ad Gellium, quam in face artium recudi curavit Janus Gruterus T. 1. p. 693. ſeq.

CAPUT VIII.

De HESIODI ASCRÆI *ætate, ſcriptis editis ac deperditis, eorumque quæ exſtant editionibus atque interpretibus.*

De Heſiodi ætate. 1. *Certamen cum Homero an genuinum.* 2. 3. *De vita ejus ſcriptores, & obſervationes quædam.* 4. Ἔργα καὶ ἡμέραι. 5. *An ex Orphei & Melampodis deſcriptæ.* 6. *Argumentum.* 7. *Poëma illud admiratus Seleucus Nicator.* 8. *Primi decem verſus utrum genuini.* 9. *Græci Scholiaſtæ* ἔργων *Heſiodi.* 10. Ἀσπὶς *à multis Heſiodo abjudicata.* 11. *Num fuerit pars* ἠοιῶν μεγάλων *ſive quarti* καταλόγου ? 12. *Græca in Aſpidem ſcholia.* 13. *Theogonia Heſiodi & in eam veterum ſcripta deperdita.* 14. *Alii Theogoniæ ſcriptores, eorumque ſcopus, & num Theogoniæ Heſiodeæ quædam inſerta ſint è Theogonia Orphei.* 15. *Scholia edita & inedita in Heſiodi Theogoniam. Et deperditi quidam in alia Heſiodi ſcripta commentarii.* 16. *Catalogus ſcriptorum Heſiodi deperditorum cum variis obſervationibus.* 17. *Non videri ſcripſiſſe de herbis, de re Medica, nec ſeparatim fabulas. Euthydemi poëmata ſub Heſiodi nomine vulgata.* 18. *Editiones Heſiodi Græcæ.* 19. *Cum ſcholiis Græcis.* 20. *Græcolatinæ & notis illuſtratæ.* 21. *Metaphraſes Heſiodi latinæ & vernaculæ.* 22. *Heſiodi fragmentum in Fulgentii Mythologia tentatum.* 23. *Heſiodus Ho-*

2011 Ministerio de Cultura

dus Homeri imitator & Ἐβεγέϊζων. 24. *Catalogus ſcriptorum à Græcis Heſiodi interpretibus allegatorum.* 25.

I.

DE ætate Heſiodi, Patria Cumani, ſed ab educatione in Aſcra * Bœotiæ vico Aſcræi, dicere quædam me memini libro ſuperiore c. XIII. ubi eorum teſtimonia in medium attuli, qui Heſiodum non dubitant Homero ipſo facere antiquiorem. Jam iis placet accedere, qui eum cum Euthymene & Archemacho apud Clementem I. Strom. p. 327. Homero ſupparem, annis tamen aliquantò juniorem fuiſſe ſtatuunt. Varro quidem apud Gellium Lib. III. c. 11. non dubium eſſe ait quin aliquo tempore eodem vixerint, idque ex epigrammate oſtendi, quod in tripode ſcriptum eſt qui in monte Helicone ab Heſiodo poſitus traditur Lib. III. Antholog. p. 389. & apud Dionem Chryſoſtomum orat. 2. de regno ſtatim ſub initium, & in certamine Homeri atque Heſiodi p. 327.

Ἡσίοδ@ Μέσαις Ἑλικωνίζι Τὸν δ' ἀνέθηκε
Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Sed ab admiratoribus Heſiodi hoc confictum eſſe contendit Salmaſius p. 869. ad Solin. perinde ut alterum quod refertur ab Euſtathio ad Iliad. ά. p. 5. & Scholiaſte Pindari ad Nemeonic. Od. 2.

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρ@ ἀοιδοὶ
Μέλπωμεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν.

II. Idem judicium viri eruditi ferunt de libello inſcripto ἀγὼν Ὁμήρ@ καὶ Ἡσιόδ@ quem græcè primus edidit H. Stephanus A. 1573. 8vo. (una cum Matronis & aliorum parodiis Homericis & reliquiis Pepli Ariſtotelis ſive epitaphiis Homericorum Heroum) & Dan. Heinſius itidem Græce tantùm Heſiodo ſuo Lugd. Bat. 1603. 4to ſubjecit. Hoc certamen Heſiodus cum Homero iniiſſe dicitur ad exequias Amphidamantis in Chalcide, coram Panide Rege, defuncti fratre, qui tripodem victoriæ præmium adeoque & primas non Homero ſed Heſiodo tribuit. Mentio hujus rei apud Plutarchum Lib. V. Sympoſiacon quæſt. 2. & in Convivio ſeptem Sapientum p. 153. ſeq. & apud Philoſtratum in Heroicis, Libanium in Socratis Apologiâ T. I. Opp. p. 653. Præterea apud Joh. Tzetzam prolegomenis ad Heſiodum. Vide & Jani Rutgerſii Varias lectiones

* Heſiodi Ἔργ. v. 540. Alius Heſiodus ſervus, cujus meminit Lyſias apud Svidam in Μ@σαῖ@. Alius Heſiodus qui adverſus hæreſes ſcripſit teſte auctore Prædeſtinati in limine Libri I. & hæreſi LXXXIII.

2011 Ministerio de Cultura

lectiones p. 423. Heinsii introductionem ad Hesiodum p. 42. seq. & Erasmum in adagio Παιδὸς Ψῆφος. Sanè victoriæ & tripodis Musis dedicati meminit ipse Hesiodus in Ἔργοις v. 655. seq. Sed Homerum â se victum non memorat: de quo ambigit etiam Eustathius prolegom. ad Iliad. εἰ δὲ καὶ ἥττησεν Ὅμηρος Ἡσιόδῳ τῷ Ἀσκραίῳ καὶ ἠτιήθη, ὅπερ ὄνος τοῖς Ὁμηρίδαις καὶ λέγειν, ζητητέον ἐν τοῖς εἰς τοῦτο γράψασιν, ἐν οἷς ἔκκειται καὶ τὰ ῥητὰ τῆς ἐρίδος.

III. Quanquam verò certamen istud quale hodiè fertur & post Adriani Imperatoris tempora cujus nominetenus meminit scriptum constat, totum confictum fortassis est, non minus quam *σύγκρισις Philistionis atque Menandri* edita â præstantissimis Viris Rigaltio ac Rutgersio, rem ipsam tamen contra tot tamque antiquos testes in dubium vocare non ausim. Neque id facere audet Clarissimus Dodvvellus, qui diss. 3. de Cyclis Græcorum eruditè de Homeri & Hesiodi ætate agit, & certamen illud circa annum primum Olympiadis undetrigesimæ ** certatum esse concludit. Vicerit itaque Homerum ætate provectum (neq; enim Tzetzæ de juniore nescio quo Homero conjectura probanda videtur) Vicerit inquam Homerum illum celebratissimum Hesiodus florens adhuc annis, ut Æschylus senex victus est â juvene Sophocle.

IV. Præterea *Cercopem* quendam (Milesium haud dubie Athenæo memoratum) cum Hesiodo certasse legas in Thomæ Magistri argumento ranarum Aristophanis: τῷ ὑπὲρ Φύσιν Ὁμήρῳ τις ἀνώνυμος ἤριζε Σάτυρος (lege Σύαγρος) Ἡσιόδῳ ἢ Κέρκωψ. Laërtius II. 46. Καὶ Κέρκωψ ἐφιλονείκει Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι ἢ Ξενοφάνης. De vitâ Hesiodi non indiligenter agit Lilius Gyraldus dialogo 2. de Historiâ Poëtarum â Colomesio illustratus: & multa præfatur Joh. Tzetzes in suis ad ἔργα prolegomenis, quæ hoc loco â me repeti nihil est necesse. A Musis edoctum se testatur ipse in Theogoniâ v. 22. seq. & in ἔργοις v. 659. de quâ re videndus Dio Chrysost. diss. 77. & Maximus Tyrius diss. 22. illustratus â Petro Petito Lib. I. Miscellan. c. 20. Vaticinandi facultatem Hesiodo ereptum it Lucianus in Ἁλιέα πρὸς Ἡσίοδον T. 2. Opp. p. 487.

** Plerique' omnes veterum ac recentiorum longe antiquiorem faciunt tum Hesiodum tum præcipue Homerum. Sed si verum est Thaletem qui natus est Olymp. XXXV. 1. fuisse inventorem æquinoctii, τροπῶν solis, & aliarum ejusmodi observationum Astronomicarum, non video quid responderi possit doctissimi Dodwelli argumentis, cum non tantum apud Hesiodum illarum vestigia occurrant, sed & Heliotropii in Syra insula (à Pherecyde ut ajunt positi) diserta mentio apud Homerum Odyss. ὁ. v. 403. Fateor tamen in plerisque illis traditionibus de inventis veteres neque ita sibi constare, neque adeo tantam meo judicio mereri fidem, ut ex illis certa argumenta Chronologica duci possint.

2011 Ministerio de Cultura

non ab re quidem, si propriè hoc accipias de vi prædicendi futura, quicquid etiam adversus Samosatensem disputet Barthius Lib. II. Adverss. c. 8. Vellejo judice *Vir* fuit Hesiodus *perelegantis ingenii & mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus, ut tempore Homero, ita operis auctoritate proximus* Lib. I. c. 7. Ad Hesiodi sepulchrum hirundines convolasse innuit Lucianus de morte Peregrini p. 588. T. 2. Χελιδόνας enim illo in loco non κορώνας legendum esse contendit Menagius ad Laërtium p. 255. suavem hirundinum cantum observans fuisse Moscho, Achilli Tatio aliisque. *Plutarchi* liber de vita Hesiodi, Lampriæ memoratus intercidit, quemadmodum & *Cleomenis* liber de Hesiodo cujus meminit Clemens Alex. 1. Strom. p. 300. Et quæ de Hesiodo scripserat *Heraclides Heracleotes*, *Chamæleontis* civis sui scripta expilans, de quo Laërtius Lib. V. sect. 92.

V. Per opus Hesiodi cui auctoritatem Homericis scriptis proximam tribuit Vellejus, suspicari liceat peculiariter ab eo intelligi Poëma cui titulus ΄ΕΡΓΑ καὶ ἩΜΈΡΑΙ, *Opera & Dies*: nihil enim inter omnia Hesiodi scripta isthoc unico est celebrius, nihil in veterum scriptis frequentius usurpatum, imo quod solum pro Hesiodio agnoscebant Bœotii Heliconis accolæ teste Pausaniâ in Bœoticis p. 771. Hoc perperam in duo diversa scripta distingui, quorum alterum ἔργα alterum â v. 763. ἡμέραι inscribatur, probat Dan. Heinsius in introductione c. 18. Olim enim doctrina τῶν ἡμερῶν sive de diebus homini œconomo observandis, sine ulla distinctione ἔργα sive vitæ præcepta subsequebatur, ita ut communis ac generalis esset inscriptio ἔργα καὶ ἡμέραι, quo nomine etiam allegant passim veteres unum aliquem versum Poëtæ producentes, licet sæpius brevitatis causâ tantum ἔργα appellant, neque causa est cur post versum 380. secundus liber ἔργων incipiat, neque enim constat ab Hesiodo in plures libros hoc opus divisum fuisse, neque hanc distinctionem vel scriptores antiqui vel codices MSS. probæ notæ agnoscunt, ut docuit Joh. Georgius Grævius elegantioribus literis quas cum singulari laude ornabat nuper ereptus lection. Hesiod. c. 9. Quanquam Poëmatis istius â citharædis per partes decantari soliti, partes singulæ pro argumenti varietate â veteribus Grammaticis laudantur interdum sub titulis: δαιμονολογία, παιδώρεα, πθοιγία, * λήξεις &c. Quemadmodum partes poëseos Homericæ similiter ab argumento appellatas notatum â me supra est c. 3. num. 28. Sic & ἡμέρας Hesiodi seorsim quandoq; laudant Grammatici recentiores, ut Johannes Tzetzes Chiliad. 12. v. 174. καὶ ἐν τῇ Βίβλῳ

* Vide Eustath. in Iliad. ω. p. 1501. Heinsii introduction c. 7.

2011 Ministerio de Cultura

βίβλῳ ἡμερῶν ἀστρολογεῖ ἢ πόσα; Eustathius ad Odyss. σ. p. 661. ἢ καὶ ὅτι πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἡμέρας βιβᾶμεν ὁπωσοῦν καὶ τὸ Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου περὶ Ἡμερῶν.

VI. Dicitur Hesiodus in hoc opere imitatus esse ἔργα καὶ ἡμέρας Orphei, de quibus dixi Lib. I. c. XIX. §. III. Sed Plinius Lib. XIV. c. 1. affirmat Hesiodum præcepta agricolis pandere orsum, & Lib. XVIII. c. 25. principem omnium de agriculturâ præcepisse. Ac valde incertum est, poëmata Orpheo tributa Hesiodo fuisse antiquiora, perinde ut fallitur idem Joh. Tzetza qui in scholiis p. 180. b. editionis Heinsianæ putat Hesiodum quædam hausisse ex * *Melampode*, cum Melampus ille ex quo ibi nonnulla â Tzetze proferuntur longe sit Hesiodo junior & libros suos Ptolemæo Philadelpho inscripserit.

VII. Quanquam verò vocabulum ἔργον peculiariter interdum dicitur de agriculturâ, operisque rura colentium, ut notavit Eustath. ad Iliad. ῥ. p. 1135. Salmasius de usuris p. 299. Petrus Moll ad Longum p. 37. & Anna Daceria p. 22. ad Anacreontem. Præterea Manilius quoq; non aliud scriptum intellexit cum Lib. II. v. 19. sq. de Poëta nostro cecinit:

Quin etiam ruris cultus legesque rogavit
Militiamque soli, quos colles, &c.

Tamen Hesiodi scopus princeps in hoc Poëmate non fuit agri colendi rationem tradere, sed *Persen* fratrem suum (quem ἐποτροιὸν nescio quam vere Suidas vocat) a voluptatibus & otio avocare, Ethicisque atq; oeconomicis præceptis imbuere: ἔγραψε δὲ βιβλίον τὸ παρὸν πρὸς Πέρσην τὸν ἀδελφὸν ὑφ' ἑαυτοῦ ἠθικὴν καὶ οἰκονομικὴν περιέχον παντοίαν, quam Tzetzæ observationem introductione suâ late confirmavit Dan. Heinsius, & capite ult. ostendit vocabulum ἔργα latius sumi debere, ac de universis quæ bono oeconomo facienda incumbunt, esse intelligenda. Illam viri docti sententiam Scholiastes Nicandri quoque comprobare videtur dum p. 27. b. Hesiodum laudat ἐν τοῖς πραπομένοις, præcipue vero Maximus Tyrius Heinsio ipsi commemoratus qui diss. 16. ait Hesiodum scripsisse τὰ εἰς τὸν βίον ἔργα τε καὶ δρασέον καὶ ἡμέρας ἐν αἷς δρασέον.

VIII. In deliciis hoc Poëma fuit olim Seleuco Nicatori, ita ut capiti ejus mortui appositum fuerit inventum teste Ptolemæo Hephæstione Lib. V. apud Photium cod. 190.

IX. Primos decem versus Hesiodum autorem agnoscere negat Plutarchus, qui Lib. IX. Symposiacon problem. 1. versum ἦ ἄρα μὲν ἦν ἐρίδων γένος vocat πρῶτα τῶν ἔργων. Negat Pausanias in Boeoticis p. 771. ex men-

* Hunc locum ni fallor respicit Salmasius p. 825. de annis Climactericis, ubi Melampodem refert inter eos qui ἡμέρας scripserint. Sed & Hesiodi loca quædam illustrat ibidem vir doctissimus.

2011 Ministerio de Cultura

ex mente accolarum Heliconis, qui proœmium in Musas Hesiodo abjudicabant & initium poëmatis affirmabant esse τὸ ἐς ἐρίδας, demonstratis scriptori illi antiquissimis plumbeis laminis in quibus τὰ ἔργα eo modo inscripta erant. Similiter Joh. Tzetzes auctor est prooemium Hesiodo abjudicatum esse ab Aristarcho, Praxiphane Theophrasti discipulo, aliisq; ἰσέον ὅτι Ἀρίσταρχος καὶ ἕτεροι ὀβελίζουσι τὸ προοίμιον, ᾧ Πραξιφάνης ὁ μαθητὴς Θεοφράστου, λέγων ἀπροοιμιάστῳ βιβλίῳ ἐντυχεῖν, ἀρχομένῳ ἐντεῦθεν. Οὐκ ἄρα μῦθον ἔην ἐρίδων γένος. Rejicit etiam Heinsius c. 17. introductionis, professus mali Poëtæ esse sed boni Philosophi & qui cum cura hunc librum perlegerit. Neque defuisse olim, qui Hesiodi poëmata interpolarent, docet Pausanias in Corinthiacis p. 171. At enim Dio Chrysostomus diss. 12. p. 199. ita hoc proœmium Hesiodi esse non dubitat, ut propter illud Hesiodum etiam præferat Homero.

X. In ἔργα καὶ ἡμέρας triplicia Græca extant scholia atque commentaria, in quibus singulis proœmium quoque explicatur. Antiquissima sunt *Procli* neque integra illa sed excerpta tantum ἐκ τῶν Πρόκλου Διαδόχου, argumenti maximam partem Philosophici, moraliaque & παιδευτικὰ persequentis. Secunda sunt *Joh. Tzetzæ* hominis non ineruditi, sed vani & Proclo sæpe præter rem petulanter insultantis. Tertia *Emanuelis Moschopuli* Grammatica & intelligendæ Poëtæ dictioni utilissima. Deniq; subjecta est *Joh. Protospatharii* ἐξήγησις Φυσικὴ τῶν ἡμερῶν Ἡσιόδου in filii gratiam ab auctore scripta & pauciss imorum foliorum. Porro ediscendum pueris Hesiodum datum esse jam olim, docet vel Ciceronis illud Lib. VI. ad familiar. Ep. 18. *Lepta suavissimus ediscat Hesiodum, & habeat in ore:* τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα.

XI. Solet Hesiodi ἔργοις vulgò subjici ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ sive *de scuto Herculis poëma*, quod plurimi olim negarunt esse Hesiodi. Nam præter Bœotos quos sola ἔργα pro genuino Hesiodi scripto habuisse ex Pausania ante notavi, Aristophanes Grammaticus eam suppositiam esse ratus est & ex Homeri descriptione ἀσπίδος Iliad. Σ. expressam, teste anonymo græco scholii quod in editione Aldina Ασπίδι subjicitur. Longinus in libro περὶ ὕψους p. 56. versum Ἡσιόδειον ex Aspide proferens, addit: ἔιγε Ἡσιόδου καὶ τὴν ἀσπίδα θετέον. Theodosius Alexandrinus in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem: δεῖ δὲ τὸν Γραμματικὸν καὶ τὰ Ἑλληνικὰ βιβλία γινώσκειν. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁμώνυμα βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδου καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου, ἑτέρων γάρ εἰσι ποιητῶν. In aliis ad eundem Dionysium scholiis ineditis: ζητοῦμεν δὲ καὶ τὸν συγγραφέα, ἵνα τὸ ἀξιόπιστον ἢ μὴ τοῦ συγγραψαμένου καταλάβωμεν. Τοῦτο δὲ διὰ διπλῆν γραφὴν (fortè ψευδε-

2011 Ministerio de Cultura

τὲ ψευδεπίγραφα) τῶν βιβλίων, ὡς ἔχει ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδε, ἑτέρε γάρ ἐστιν. Ἐπιγραφὴ ἢ καὶ ὀνόματι ἐχρήσατο ἡ Ἡσιόδε, ἵνα τῇ ἀξιοπιστίᾳ ἡ ποιητὴ ἀξία κριθῇ ἀναγνώσεως. Euſtathius ad Iliad. Σ. p. 1218. ex Homeri æmulatione (ὁμηρικῷ ζήλῳ) quædam in illa expreſſa notat, ſed p. 2110. tamen tantum ait intereſſe inter Homeri Ἀσπιδοποιΐαν * & Heſiodi aſpidem, quantum inter divinum opus & hominis.

XII. In veteri ſcholio quod in editione Aldina ſubjicitur, notatur illius initium legi in qnarto Heſiodi Catalogo. Τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ'. καταλόγῳ Φέρεται μέχρι στίχων ν'. καὶ σ'. Hunc quartum Catalogum viri docti non abſurde ſentiunt complexum fuiſſe Heſiodo tributas μεγάλας ἠοίας, Eunapio in Ædeſio aliisque pluribus commemoratas, quarum partem eſſe Aſpidem, prima hujus poëmatis vox ἠοίη dubitare nos vix permittit, & jam pridem perſuaſum fuit Guil. Cantero Lib. IV. nov. lect. cap. 3. Tres priores Catalogi ſubinde laudantur ſub titulo καταλόγοι γυναικῶν. Sane Harpocrationi in μακροκέφαλοι & Svidæ in ὑπὸ γῆς οἰκοῦντες laudatur Heſiodus ἐν τρίτῳ γυναικῶν καταλόγῳ. Poſt librum quartum ἠοίας μεγάλας complexum fuit quintus ἡρωικὴ γενεαλογία ſive ἡρωγονία; heroum natales ex fœminis illuſtribus deſcribens. Nam teſte Maximo Tyrio diſſ. 16. Heſiodus χωρὶς μὲν τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, κατέλεγε τὰ γένη, ὅσις ἐξ ἧς ἔφυ. Vide quæ in hanc rem diſputata ſunt viris doctiſſimis Samueli Petito ad leges Atticas p. 460. ſeqq. Iſ. Caſaubono ad Strabonem Lib. I. p. 26. Dan. Heinſio ad Heſiodi interpretes p. 76 ſeq. & Joh. Meurſio Atticarum lectionum Lib. II. c. 20. Quanquam vero Aſpidem ita ponamus fuiſſe ἠοιῶν μεγάλων partem, nihilominus incerta res fuerit de auctore Heſiodo, quoniam totum illud opus ſuſpectum doctis jam pridem fuiſſe teſtatur Ælianus, ubi ad illud reſpiciens, ſubjungit: εἰ μὴ ἄρα ἄκ εἰζιν Ἡζίοδε τὰ ἔπη, ἀλλ' ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα κατέψευσαι αὐτῦ Lib. XII. Var. Hiſt. p. 726. edit. præclaræ Perizonianæ. Joſephus Scaliger Epiſtola ad 247. Salmaſium p. 530. *Ut anni ſic poëſeos græcæ quatuor tempeſtivitates fuiſſe animadverti. Prima fuit illa in qua Princeps Homerus & Heſiodus. Hanc potes judicare atque adeo vocare ver Poëtices, pubertatem potius quam infantiam. Excipit eam æſtas, non fervida quidem ſed quæ ex illo vere veſtigia non obſcura retinuit, in qua Onomacritus, Solon, Tyrtæus, & quisquis auctor fuit*

* Ut Homeri partem poſtremam Iliados Σ ἀσπιδοποιΐαν vocat Euſtathius & Pſeudo Didymus ad v. 491. ita Servio ad 12. Æneid. v. 161. Heſiodus etiam laudatur in Ἀσπιδοποιΐᾳ.

2011 Ministerio de Cultura

Ctor fuit τ ἠοιῶν καὶ τῆς ἀσπίδος, quam præpostero judicio Criticorum natio Ascræo illi tribuit. Scaligero assentiuntur Heinsius & in libro de poëtis Vossius. Apollodoro tamen aliter olim visum, qui libro secundo Bibliothecæ Aspidem audacter Hesiodo adscribit. Ad quem locum Tan. Faber p. 274. *Sane miror fuisse olim atque adeo hodieque reperiri qui ea de re dubitant. Certa enim res est, & qui Hesiodi non esse putant τὴν ἀσπίδα, næ illi poësin græcam haut satis norunt.* Audacter etiam Aspidem Hesiodo tribuit Athenæus lib. 4. p. 180. Sed & Megacles Athenienses & Apollonius Rhodius & Stesichorus Hesiodi esse illud poëma non dubitarunt, ut notat auctor vetus scholii quod in editione Aldina Aspidi subjici dixi & hoc loco integrum describam: Τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' Καταλόγῳ Φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ σ' Ὑπόπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης ὄχ ὁ κωμικὸς ἀλλά τις ἕτερος Γραμματικὸς, ὡς ὄκ ἔσαν αὐτὴν Ἡσιόδε, ἀλλ' ἑτέρε τινὸς, τὴν Ὁμηρικὴν Ἀσπίδα μιμήσαθαι προαιρεμένε. Μεγακλῆς δὲ ὁ Ἀθηναῖος χνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα, ἄλλως δὲ ἐπιλιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ, ἄλογον γάρ φησιν ποιεῖν Ἥφαιστον τοῖς τῆς μητρὸς ἐχθροῖς ὅπλα παρέχοντα. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτὸ εἶναι ἔκτε δ χαρακτῆρος καὶ ἐν δ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν Ἡνιοχῆντα τῷ Ἡρακλεῖ. Ὡσαύτως δὲ καὶ Στησίχορός φησιν Ἡσιόδε εἶναι τὸ ποίημα.

XIII. In hoc Poëma exstant commentarii Græci *Johannis Tzetzæ* & alterius *Johannis Pediasimi*, Diaconi, junioris utique Joh. Philopono quem laudat p. 197.

XIV. Supereſt ex iis quæ exstant Hesiodo tributis scriptis dicenda, longe celeberrima ΘΕΟΓΟΝΊΑ, hoc est *Deorum generatio* ut Lactantius transfert lib. 1. cap. 5. sive *origines Deorum* γενητῶν * quam non memini â quoquam vocari in dubium aut Hesiodo abjudicari nisi ab unis Boeotiis de quibus supra dixi ex Pausaniæ p. 771. Neque tamen per omnia fidem Boeotiis habuit ipse Pausanias sed p. 781. laudans Hesiodum in Theogonia, subjungit: πρσιέσθω δὲ ὅτῳ Φίλον τὴν θεογονίαν. Confer eundem p. 634. Neque dubitarunt illam Hesiodo tribuere Pythagoras, (qui finxit Hesiodi animam vidisse se apud inferos vinculis adstrictam columnæ æreæ, stridentemque, propter ea quæ de Diis finxerat teste Laërtio lib. VIII sect. 21.) Herodotus lib. II. c. 53. Plato, qui Theogoniam subinde sequitur notante Proclo in Timæum lib. 5. p 291. Aristote-

* Vide Radulphum Cudworthum libro de vero Systemate intelligibili nniversi p. 211. 212. 216. Johannem Clericum ad v. 44. & 106. Porro Theogoniam ante ἔργα καὶ Ἡμέρας ab Hesiodo editam non dubitat Proclus p. 24. ad Hesiodum δῆλον δὲ ὡς προεκδέδοται ἡ Θεογονία. Confer quæ de ordine scriptorum hujus Poëtæ notavi infra num. 19.

2011 Ministerio de Cultura

Aristoteles Lib. III. de cœlo c. 1. & alibi, Manilius Lib. II. v. 12. seq. nec Agatharchides Cnidius apud Photium p. 722. edit. Hœschelii, neque Eratosthenes in Catasterismis c. 9. & 1. & 19. & 32. neque *Acusilaus* b) Argivus, qui in Theogonia sua Hesiodum sæpe numero castigavit teste Josepho lib. 1. contra Apionem p. 1034. neque *Evmelus* Corinthius, à quo non minus atque ab Acusilao, Hesiodi Theogoniam prosario sermone expressam & pro suâ venditatam esse tradit Clemens Alexandr. 6. Strom. p. 629. Neque *Xenophanes Colophonius*, quem in elegiis suis ac Jambis perstrinxisse ea quæ Hesiodus de Diis scripserat, testatur Laërtius IX. 18. & Sextus Empiricus adversus Mathematicos lib. 1. p. 57. & 341. Neque *Demosthenes Thrax*, â quo ejusdem Theogoniæ Hesiodeæ metaphrasin prosariam scriptam esse Suida referente cognoscimus, vel *Aristonicus* Grammaticus aut *Zenodotus* Alexandrini, quos in Hesiodi Theogoniam scripsisse, ut Sabinum Sophistam in Acusilai, ex eodem Suida constat. Nec *Zeno Stoicus*, quem Cicero lib. 1. de natura Deorum c. 36. testatur Theogoniam interpretatum esse, nec *Chrysippus* denique, quem idem Cicero lib. II. auctor est fabulas Orphei, Musæi, Hesiodi, Homerique ad rerum naturam accommodasse.

XV. Nihil vero aliud significare videntur veterum Theogoniæ, quales præter Hesiodum scripserunt Abaris c), Musæus d), Pherecydes e), Orpheus f) Epimenides g), Antiphon h), Dromocri-

b) Acusilai Argivi genealogias laudant præter Strabonem & alios Vossio dictos in Hist. Græcis p. 436. Tertullianus lib. 2. ad Nationes cap. 2. (ubi male viri docti reponunt *Arcesilaus*.) Schol. Hesiodi ad Theogon. p. 269. Scholiastes Homeri & Suidas, qui refert Acusilaum genealogias scripsisse ἐκ δέλτων χαλκῶν. Miror Clarissimo Dodvvello in Diss. de ætate Phalaridis p. 25. seq. Acusilaum antiquiorem videri Hesiodo, vel saltim ἡοιῶν μεγαλῶν scriptore. Arduum enim mihi esse videtur in tam remota antiquitate veritatem historicam argumentando assequi vel tueri contra diserta veterum scriptorum testimonia. Alius fuit Acusilaus Atheniensis Rhetor, sub Galba, de quo idem Suidas. Alius denique Acusilaus Tarentinus Pythagoricus Jamblicho memoratus.

c) Suidas in Ἄβαρις.

d) Laërtius in procœmio.

e) Vide quæ viri docti notant ad Laertium in Pherecyde, & Suidam in Φερεκύδης. Idem opus nî fallor respicitur ab Eratosthene in Catasterismis, Scholiaste Homeri, Germanici, Pindari & Apollonii, quando Pherecydem laudant.

f) De hoc dixi supra Lib. I. c. 19. Adde Theodor. Canterum I. 26. & II. Var. Lect. & Rich. Bentleium in limine Epistolæ ad Joh. Millium.

g) Vide supra Lib. I. c. VI. §. 3.

h) Irenæus Lib. II. c. 19.

2011 Ministerio de Cultura

mocrides i), Æmilius Macer k), itemque alii, nihil inquam videntur significare aliud, quam Cosmogoniam φυσιογονίαν ac Geogoniam fabulis Poëticis obumbratam, ut recte observatum est acutissimo Philosopho Thomæ Burneto in Archæologia Philosophica p. 297. 399. seq. & in theoria telluris lib. 2. c. 7. ubi inter alia locum insignem in Aristophanis avibus p. 395. edit. Froben. confert cum Orpheo atque Hesiodo. Adde Cotelerii notas ad recognitiones Clementis lib. X. c. 31. Nescio satisne firmum argumenti genus sit Thomæ Galei viri cum insigni græcarum literarum jactura nuper denati, qui in notis ad Apollodorum p. 6. ex eo quod in Theogonia Hesiodi v. 218. Parcæ noctis filiæ esse dicuntur, at v. 913. Jovis ac Themidis; concludit, Poëma hoc non unius esse auctoris, & fortasse partem Theogoniæ Orphei Hesiodo adsutam.

XVI. In Theogoniam exstant commentarii græci duplices, quorum unus inscribitur: ἐξ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Κυροῦ Ἰωάννου Διακόνου καὶ Γαληνοῦ εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν ἀλληγορίαι, l) alter vero: σχόλια εἰς τὴν Ἡσιόδου θεογονίαν παλαιὰ, quorum auctorem *Didymum* existimasse videtur Natalis Comes lib. 6. c. 18. Mythologiæ p. 633. Joh. Alexander Brassicanus A. 1530. præfat. ad Salvianum testatus est se habere *Johannis Philoponi* cognomento Grammatici commentarios in Hesiodum, fortasis non alios intelligens quam quos sub *Johannis Galeni* nomine habemus, vel commentarios in ἔργα καὶ ἡμέρας sed qui Tzetzæ sunt non Philoponi. Alium tamen ineditum Hesiodi Scholiasten allegat Henr. Stephanus de instituendis Græcæ linguæ studiis p. 8. & Demetrii Triclinii Scholia in *Theogoniam Hesiodi* MSta exstare in Bibl. Vindobonensi testatur Nesselius IV. p. 21. ne deperditos Poëtæ exegetas memorem, *Demetrium Ixionem Adramyttenum* & *Dionysium Corinthium* de quibus Suidas; tum commentarios *Plutarchi* m) laudatos Gellio lib. XX. c. 8. & in græcis ad Hesiodum scholiis passim: *Aristotelisque ἀποφήματα* Ἡσιόδου, quæ inter philo-

i) Fulgent. II. 17. Mythol.

k) Nisi apud Nonium in *picumnus* (quæ avis est Marti dicata) legendum *Ornithogonia*, ut sane videtur. Confer Colomesium ad Gyraldum p. 217. Idem p. 120. notat *Cynæthonem* non *Theogoniam* scripsisse, ut affirmat Gyraldus, sed *Telegoniam*.

l) Allegoricos in Theogoniam interpretes legisse se innuit Eustathius ad Iliad. Ξ p. 982.

m) P. Lambecius in lucubratt. Gellianis p. 117. pro verbis Gellii *in IIII. in Hesiodum commentario*, omnino scribendum suadet *in Isin & Osiridem commentario*. Sed quamquam in libro de Iside & Osiride gemina quædam leguntur iis quæ Gellius è Plutarcho producit, non audeo tamen conjecturæ Lambecianæ accedere contra fidem Codicum MSS. cum rem eandem tradere Plutarchus potuerit & tradiderit non semel pluribus in scriptis suis.

2011 Ministerio de Cultura

philoſophi ſcripta refert Anonymus vitæ ejus auctor à Menagio vulgatus ad Laërtium p. 202.

XVII. Theogoniam ſuam ita claudit Heſiodus, ut poſt genealogiam Deorum ad fœminarum genus decantandum Muſas adhortetur:

Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείδατε Ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Nimirum ut ad DEPERDITA HESIODI SCRIPTA (ſedecim enim poëmata ab Heſiodo compoſita eſſe affirmat Joh. Tzetzes) pedem promoveamus, in iis primo ſtatim loco memorandus venit:

ΓΥΝΑΙΚΩΝ ſive ut Euſtathius ad Iliad. *i.* p. 643. allegat ΗΡΩΙΝΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ Α, Β, Γ. tum

ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ Δ, ſive ΗΟΙΑΙ ΜΕΓΑΛΑΙ (quarum forte pars ſuper eſt, Scutum Herculis) Et

ΗΡΩΓΟΝΙΑ ſive ΗΡΩΙΚΗ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑ. Vide ſi lubet quæ de quinque hiſce libris ita diſtinguendis dixi paulo ante §. 12. ubi agebam de Aſpide ſive Scuto, nec male hac ratione conſtabit numerus librorum â Suida aſſignatus, cui inter Heſiodi ſcripta memorantur Ἡρωινῶν γυναικῶν καταλόγος ἐν βιβλίοις πέντε, quod opus ab Aſpide ibidem diſtinguit non minus ac Tzetzes in ſuis ad Heſiodum prolegomenis. In illis Catalogis Heſiodum etiam de Deorum nuptiis egiſſe teſtatur Menander Rhetor p. 628. πολλὰ δὲ καὶ αὐτῷ ἐν τοῖς καταλόγοις τῶν γυναικῶν περὶ θεῶν συνουσίας καὶ γάμους. Heſiodi exemplo Ἡρωικὰς Θεογαμίας ſcripſit *Piſander* Poëta memoratus Zoſimo Lib. V. c. 29.

Præterea Heſiodo adſcriptæ fuerunt ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ ſive ΥΠΟΘΗΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝΟΣ ad Achillem inſtituendum, de quo ſcripto dictum eſt ſupra libro primo in *Chirone*.

ΜΕΛΑΜΠΟΔΙΑ ſive ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΑΝΤΙΝ ΜΕΛΑΜΠΟΔΑ. De hoc quoque poëmate, cujus librum tertium laudat Athenæus Lib. XIII. p. 609, egi ſuperiore libro in *Melampode*.

ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑ ΜΕΓΑΛΗ ſive ΑΣΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΟΣ. Plinius lib. XIIX. c. 25. *Occaſum matutinum Vergiliarum Heſiodus, nam hujus quoque nomine exſtat Aſtrologia, tradidit fieri cum æquinoctium autumni conficeretur.* Scholiaſtes Arati ad v. 255. τὰς καλουμένας ὑάδας, ὧν καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ ἀστρικῇ αὐτοῦ τὰ ὀνόματα διδάσκει βίβλῳ, λέγων. Φαισύλη ἠδὲ κορωνὶς εὐσέφανός τε κλείτα Φαιώθ' ἱμερόεσσα καὶ εὐδώρη τανύπεπλος. Eosdem verſus profert Joh. Tzetzes in ſcholiis ad ἔργα p. 92. & Variar. Hiſt. Chiliad. 12. v. 169. ſeq. βίβλον ἀστρικὴν Heſiodi laudans, quam tamen non videtur ipſe inſpexiſſe. Reſpectu hujus operis potiſſimum Callimachus opinor Aratum ut Heſiodi ζηλωτὴν perſtrinxit in notiſſimo epigrammate quod

2011 Ministerio de Cultura

exſtat in Arati vita apud Petavium in Uranologio p. 270. & emendatum eſt ab Iſ. Caſaubono in Lectionibus Theocriticis c. IV. â Fulvio Urſino in Virgilio cum Græcis ſcriptoribus collato pag. 251. ab Hugone Grotio ad Aratum, â Salmaſio ad Solinum p. 525. ſq. ab Iſ. Voſſio ad Melam p. 68. ab Holſtenio ad Stephanum p. 301. & noviſſime a Rich. Bentleio in Græviana Callimachi editione p. 204. & 232. Heſiodo tamen ſuppoſitam fuiſſe Aſtronomiam innuit præter Plinium Athenæus lib. XIII. p. 491. *καὶ ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον δὲ ἀναφερομένην ποιήσας ἀστρονομίαν.* Cum admodum ſimplices & rudes eſſent obſervationes in illo opere & in *ἔργοις* traditæ, hinc apud Platonem & alios dicuntur *ἀστρονομοῦντες καθ' Ἡσίοδον*, qui populariter & ad vulgi captum, non accuratius & *μαθηματικῶς* Aſtronomica trabactant.

ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΣ ΕΙΣ ΒΑΤΡΑΧΟΝ *τινα τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ.* Memorat Suidas.

ΠΕΡΙ ΙΔΑΙΩΝ ΔΑΚΤΥΛΩΝ. Idem Suidas. Et ex hoc Poëmate fortaſis ſcripſit Plinius lib. VII. c. 56. Heſiodum tradere quod ferrum in Creta repererint Idæi Dactyli.

ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΣ ΠΗΛΕΩΣ *καὶ* ΘΕΤΙΔΟΣ. Hujus verſiculos binos profert Iſaacius Tzetzes prolegom. in Lycophronem, atque ex illo loco, licet diſſimulet, Iſmaël Bullialdus ad Theonem p. 283.

ΓΗΣ ΠΕΡΙΟΔΟΣ memoratur à Strabone lib. VII. p. 302. Cæterum obiter notare liceat verſum quem inter Heſiodi fragmenta ponit Heinſius ex Etymologico magno in *βύβλος*, non eſſe Heſiodi ſed Dionyſii Periegetæ. v. 912.

ΑΙΓΙΜΙΟΣ ſive *in Ægimium Poëma* ab aliquibus Heſiodo, ab aliis tributum *Cercopi* Mileſio. Athenæus Lib. XI. p. 503. *καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον δὲ ποιήσας εἶθ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος.* Dalechampius Αἰγινόμιον legendum conjicit, *de paſcendis & alendis capris*, ſed Scholiaſtes Apollonii quoque in lib. 4. *ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας, ἐν δευτέρῳ φησὶν, ὅτι ἡ Θέτις εἰς λέβητα ὕδατος* &c. Porro *Cercopem* illum Heſiodi æqualem atque æmulum fuiſſe notavi ſupra §. 4. è Laertio in vita Socratis, & ex argumento Ariſtophanis ranarum. Alius fuit & junior Cercops Pythagoræus de quo dixi Lib. I. c. XIX. ſect. 2. Etiam Suidæ Αἰγίμιος eſt nomen proprium.

ΘΗΣΕΩΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΔΗΝ ΚΑΤΑΒΑΣΙΣ. Pauſanias in Boeoticis p. 772. inter ſcripta Heſiodo tributa commemorat *καὶ ὡς Θησεὺς εἰς τὸν Ἅιδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη.* Confer. Joh. Meurſium in Theſeo c. 27.

ΕΠΗ ΜΑΝΤΙΚΑ *καὶ* ΕΞΗΓΗΣΕΙΣ *ἄλλα* ΤΕΡΑΣΙΝ. Idem Pauſanias: *οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων*

2011 Ministerio de Cultura

νάνων, καὶ ἔστιν ἔπη μαντικὰ, ὁπόσα τε καὶ ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἅπτὶ τέρασιν. Nescio iidem ne fuerint

ΘΕΙΟΙ ΛΟΓΟΙ, de quibus Maximus Tyrius diss. 16. de Hesiodo agens, χωρὶς δὲ αὐτῶν, inquit, πεποίηνται οἱ Θεῖοι λόγοι, ἅμα δὲ τοῖς λόγοις θεογονία.

ΜΕΓΑΛΑ ΕΡΓΑ. Athenæus lib. 8. p. 364. ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοιῶν καὶ μεγάλων ἔργων παρῴδηται. Confer Langbænium ad Longinum p. 57. edit. Tollianæ.

ΚΗΥΚΟΣ ΓΑΜΟΣ. Idem Athenæus lib. II. p. 49. Ὅτι Ἡσίοδος ἐν Κήυκος γάμῳ, κἂν Γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τῆς ποιήσεως τὰ ἔπη ταῦτα, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχαῖα εἶναι, τρίποδας τὰς τραπέζας φησί. Plutarchus VIII. 8. sympos. ὡς ὁ τὸν Κήυκος γάμον εἰς τὰς Ἡσιόδου παρεμβαλὼν εἴρηκεν.

XVIII. DE HERBIS scripsisse Hesiodum colligunt viri docti ex Plinii Lib. 15. c. 1. Lib. 21. c. 17. & 20. Lib. 22. c. 22. Lib. 25. c. 2. Sed fortasse obiter in aliis poëmatis ista tractaverat Hesiodus, ut de scolymo & asphodelo dixit in ἔργοις.

DE MEDICINA scripsisse singulari quodam libro, minus adhuc mihi persuadeo, licet *Cleodemus* Medicus apud Plutarchum in convivio septem sapientum p. 158. contendit Hesiodum Medicum fuisse, qui tam accuratè & perite de victus ratione, vini temperie, aquæ bonitate, lavacris, mulieribus, congressus tempore & infantum sessione disseruerit.

Neque FABULARUM quæ Æsopo tribuuntur auctor fuit, aut singulari quodam opere *apologos* scripsit Hesiodus, licet eodem Plutarchi loco legas Æsopum sese Hesiodi discipulum jure profiteri posse, propter fabulam de accipitre & luscinia apud Hesiodum in ἔργοις v. 202. seq. & Quintilianus Lib. 5. c. 11. negat fabulas originem accepisse ab Æsopo, sed videri primum auctorem earum Hesiodum. Hermogenes in progymnasm. Prisciano interprete: *Ubi sunt fabulæ vetustissimi quoque auctores ut Hesiodus, Archilochus, Horatius. Hesiodus quidem luscinias, Archilochus autem vulpis, Horatius muris.* Theon Alexandrinus in progymnasm. p. 22. Αἰσώπειοι δ' ὀνομάζονται οἱ μῦθοι ὡς ἐπίπαν, ἐπεὶ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο, Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος (confer Suidam in μῦθος) καὶ Ἀρχίλοχος καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτοῦ φαίνονται ἐπισάμενοι, καὶ δὴ καὶ Κόννις ὁ Κίλιξ (ita recte Colomesius in Opusculis p. 224. & p. 103. ad Gyraldum) καὶ Θάμυρος ὁ Συβαρίτης καὶ Κυβισσὸς ἐκ Λιβύης μνημονεύονται ὑπό τινων ὡς μυθοποιοί, ἀλλ' ὅτι Αἴσωπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρως καὶ δεξιῶς ἐχρήσατο. Denique Euphorion, teste Suidâ, Heroicum Poëma edidit quod inscripsit Ἡσίοδον. Inter Teleclidis Comœdias quoque

2011 Ministerio de Cultura

fuit Ἡσίοδος memorata eidem Suidæ in ᾠδαμῆ & Scholiasti Aristophanis, Athenæo Ἡσιόδοι. Neque prætereundum est quod *Euthydemus* Atheonienſis versus quosdam sub Hesiodi nomine vulgasse traditur ab eodem Athenæo Lib. III. p. 116. Pythagoram Homeri & Hesiodi carminibus decantatis animum suum delinire solitum refert Porphyrius in ejus vita p. 21. Neque Homeri tantum sed Hesiodi quoque carmina μελῳδηθῆναι testatur Athenæus Lib XIV. p. 620.

XIX. Supereſt ut jam deinceps editiones præcipuas scriptorum Hesiodi quæ exstant, succinctè persequamur.

Editiones Hesiodi Græcæ.

Prima *Aldi Manutii* Romani, dicata Guarino Veronensi, & luculentis typis exscripta Venetiis 1594. fol. In hac post Theocritum & Catonis districha a Max. Planude Græce versa sententiasque Theognidis, Pythagoræ ac Phocylidis, sequitur Hesiodi Theogonia, post Theogoniam scutum Herculis, & postremo loco ἔργα καὶ Ἡμέραι. Quem ordinem in novissima editione Hesiodi servavit Vir Cl. Johannes Clericus. Est mihi exemplum editionis hujus Aldinæ idem, quo usus olim Daniel Heinsius, qui manu sua nonnulla annotavit, & quædam non vulgaria ex hac in reliquis recentioribus emendari posse monuit.

Hesiodus Græce Basil. ap. Joh. Frobenium 1521. 8vo.

Inter Poëtas Principes Henrici Stephani A. 1566. fol. typis majoribus & luculentissimis.

XX. *Editiones Hesiodi cum scholiis Græcis.*

Prima Veneta, ex officina *Joh. Francisci Trincavelli* Ao. 1537. in 4to. elegans & emendata, quam ex codice MSto suppletam me memini videre in Bibliotheca Gottorpiensi Serenissimi Holsatiæ Ducis, inter libros Wvverianos. In hac editione, quædam melius legi quam in posterioribus etiam Heinsiana, notatum Seldeno ad marmora Oxoniensia p. 36. seq.

Secunda *Basileensis* A. 1544. 8vo. plenior sane priore, sed longe minus emendata, & augmentis quibusdam non uno in loco interpolata potius quam suppleta, & hinc inde vitiata atque corrupta, adjunctis *Joh. Tzetzæ* scholiis latine versis à *Georgio Henischio*.

Tertia *Heinsiana* Lugd. Bat. ex officina Raphelengii Ao. 1603. 4to. in qua post dedicationem ad Ordines Hollandiæ, sequuntur *Dan. Heinsii* prolegomena, in quibus Poëtæ Hesiodi character simplex â Grammaticorum calumniis vindicatur. Inde post nonnulla ex Svida, Anthologia, Gyraldô aliisque de Hesiodo adscripta, legitur elegans Heinsii in

2011 Ministerio de Cultura

in Pandoram hymnus Græcus, quem cum primum nomine auctoris dissimulato seorsim excusum Josepho Scaligero typographus communicasset, vir ille doctissimus antiquo Poëtæ tribuere non dubitavit, teste auctore Apologiæ pro Heinsio adversus Crojum p. 129. Quin Heinsio ipso teste in literis ineditis ad Eliam Putschium, negavit se, ex quo renatæ sunt literæ, simile quid Poëmatis græci compositum vidisse. Penultimus inappendice hymni versus: Γρωτιάδην τ' ἐρίηρα Φίλων ζύγα αἰὲν ἐόντε omissus est in editione Heinsiana 1622. 8vo. post Synodum Dordracenam edita, (etiam in aliis recentioribus)* quod Heinsius non auderet tantis laudibus mactare nomen Hugonis Grotii, laudatissimum profecto, sed prævalentibus tum in Belgio partibus invisum. Post alia in Hesiodum Heinsii Epigrammata occurrit argumentum ἔργων Hesiodi ab Heinsio græce scriptum, in quo nonnulla ut parum græcismo congruentia perstringit Johannes Crojus p. 251. seq. Observationum sacrarum. Deinceps succedit Hesiodus ipse græce & latine cum græcis scholiis, quæ ex editione Veneta per Bonav. Vulcanium MSti codicis auctoritate suppleta & castigata, collata insuper Basileensi editione Heinsius recensuit. Iconem variorum instrumentorum rusticorum quæ exstat p. 310. quamque in sua editione p. 261. repeti curavit Johannes Clericus, debuit Heinsius Conrado Gesnero pag. 81. Operis de quadrupedibus. Denique subjiciuntur *fragmenta Hesiodi* ex veteribus scriptoribus collecta â *Jos. Scaligero* & *Dan. Heinsio*, tum Ἡσιόδε καὶ Ὁμήρε ἀγῶν Græce ex editione Henr. Stephani Ao. 1573. 8vo. Catalogus scriptorum Hesiodi, Heinsiique introductio in doctrinam quæ libris Hesiodi ἔργων καὶ ἡμερῶν continetur: notæ emendationes & observationes ejusdem Heinsii in Hesiodi ἔργα, & Scholiastas Græcos, latinumque interpretem, & spicilegium fragmentorum Hesiodi â *Joh. Meursio* suppeditatum, atque in græcos Hesiodi commentatores locupletissimus index Græcus.

XXI. *Editiones Hesiodi præcipuæ Græcolatinæ cum versione & notis doctorum Virorum.*

Cum versione latina & variantibus lectionibus é MSS. Palatinis & notis doctorum virorum ex officina *Hieronymi Commelini* A. 1591. 8vo.

Cum versione emendata ab *Erasmo Schmidio* & in ἔργα enarratione *Melanchthonis* & 23. tabulis synopticis ejusdem Schmidii. Witebergæ 1601. 8vo.

Cum versione emendata â *Dan. Heinsio*, ejusdem introductione,

* Johannis quoque Clerici. Vide memorias Dombenses sive Trevoltianas Anni 1701, p. 269, edit. Amstelod.

2011 Ministerio de Cultura

ne, notisque in opera & dies, & Hesiodi fragmentis, Lugd. Batav. 1613. & 1622. 8vo.

Cum versione ab Heinsio castigata, notis *Cornelii Schrevelii* & indice *Georgii Pasoris* longe quam in ejus collegio Hesiodeo Amst. 1632. 8vo. prodierat, locupletiore. ibid. typis Elzevirianis nitidissimis Anno 1657. 8vo. Huic editioni in quibusdam exemplaribus etiam additur fusior *Lamberti Barlæi* in Theogoniam commentarius, in quo analysis & Mythologia in tironum gratiam perspicue traditur.

Cum *Joh. Georgii Grævii* lectionibus Hesiodeis. Amst. 1669. 8vo.

Cum versione â *Joh. Clerico* emendata, Grævii lectionibus Hesiodeis auctioribus, Dan. Heinsii introductione notisque: & *Josephi Scaligeri* ac *Francisci Guieti* in Hesiodum, tum in partem ἔργων *Stephani Clerici* annotatis, & filii ejus *Johanis Clerici* Viri Cl. animadversionibus in universa Hesiodi opera, Theogoniam præsertim, & fragmenta, quæ latine vertit & illustravit, indicemque Georgii Pasoris addi curavit Amst. 1701. 8vo.

Olai Wormii quæstionum Hesiodearum heptades duæ lucem adspexerunt Hafniæ A. 1616. 4to. *Radulphi Wintertoni* notæ in Hesiodum cum ejus Poëtis Græcis minoribus Cantabrig. 1652. 8vo. Prætereo *Johannis Spondani* in ἔργα notas vulgatas Rupellæ A. 1592. 8vo. & in idem poëma passim edita scholia *Joh. Castelli*, *Jacobi Ceporini*, *Johannis Frisii*, *Matthiæ Garbitii*, *Matthiæ Flacii* & notata Ethica atque Oeconomica *Joh. Conradi Dieterici*, Lexilogiamque ejusdem Hesiodeam vulgatam Giessæ 1659. 8vo. & *Georgii Henischii* schematismos, tabulasque *Johannis Posselii*. Tum inedita *Zach. Lundii* commentarium in Opera & dies, qui Hafniæ servatur MS. in Bibl. Excellentissimi Viri Johannis Moth.

XXII. Latino carmine ἔργα καὶ Ἡμέρας vertit paulo liberius *Nicolaus Valla* sive *de Valle*, Lipsi. 1507. 4to. Strictius *Ulpius* Franeckerensis Frisius Basil. 1540 8vo. Utraque metaphrasis addita est versioni prosariæ & commentario *Stephani Riccii* in Hesiodi ἔργα recuso Lipsiæ A. 1611. 8vo. & prima vice edito ibid. A. 1580. 8vo.

Georgius Rotallerus carmine elegiaco reddidit Francof. 1576. 8.

Theogoniam transtulit versibus hexametris *Boninus Mombritius* Patricius Mediolanensis & uberiore carmine elegiaco in libros quinque distributo *Burchardus Pylades*, Brixianus, Basileæ ap. Oporin.

Scutum Herculis Heroico carmine *Johannes Ramus de Goës*, quod cum *Nicolai Vallæ* Metaphrasi ἔργων, & *Mombritii*, *Pyladæque* Theogoniâ exstat in calce editionis Hesiodi Græcolatinæ Lipsiensis 1597. 8.

Rhythmis Danicis Hesiodum expressit *Henr. Thomas Gerner*.

XXIII.

2011 Ministerio de Cultura

XXIII. Inter fragmenta Heſiodi ab Heinſio Clericoq; omiſſus eſt locus, ſervatus utcunque â Fulgentio Lib. III. Mytholog. c. 1 quem hoc loco reſtituere conabor. Fulgentii verba hæc ſunt: *Proetus Pamphylia lingua ſordidus dicitur, ſicut Heſiodus in Bucolico ludicro ſcribit, dicens:* PEPRIGROSISTAFVLVEVLACTISMENESEMORUM. *Id eſt: ſordidus inſtar uvarum bene calcatarum ſanguineo rore.* Antiquæ Fulgentii editiones, verba Græca plane omiſere. MSti codices cum editione Munckeri non ſapiunt ultra ea quæ adſcripſi. Vere monuit Reineſius, Græca latinis ſcripta literis, per librarios præcipue adeo imperitos, lectu & intellectu difficillima eſſe c. 13. de lingua Punica num. 24. ſeq. Tentavit tamen Iſ. Caſaubonus ad Svetonii Auguſtum cap. 67.

Πρῶιτος ἐυσιβέων βοτρύων δρόσῳ αἱμαϛόεντι

Jacobus Gronovius in Exercitationibus de Dodone p. 36.

Βλίθωσι ϛαφυλῆς ἐυσάκτης μῆνες ἔνωροι

Videndum veterine lectioni propius accedat & Fulgentii verſioni melius reſpondeat, quomodo ſcribendum conjicio:

Πρῶιτος ῥ' ὡς ϛάφυλ' ἐῦ λακτισμέναι αἵματος ἕρσῃ.

Alium Heſiodi verſum de Prœti filiabus ſervavit Svidas in μαχλοσύνη.

Εἵνεκα μαχλοσύνης ϛυγερῆς τέρεν ὤλεσαν ἄνθος.

XXIV. Heſiodum *Homeri Imitatorem* multi obſervarunt, ita ut jam olim notaverint Critici, Euſtathius, aliique verſiculos pæne eoſdem apud Homerum & Heſiodum pariter occurrentes. Ad de Bochartum in Hierozoici T. I. p. 681. Convenit & in hoc Poëtæ noſtro cum Homero, quod ſimiliter atque ille viſus eſt interdum parum abhorrere â *phraſi Orientalium*, ut oſtendit *Zacharias Boganus* in Homero & Heſiodo Hebraizonte. Oxon. 1655. 8vo. Ne dicam de variis Etymologiis ex Phœnicia lingua petitis, quibus Heſiodi Theogoniæ lucem aferre conatus eſt præ cæteris Johannes Clericus.

XXV. Concludam hoc caput indiculo ſcriptorum ab interpretibus Græcis Heſiodi allegatorum, qui cum in Heinſii editione deſideretur, illum non ingratum ſtudioſis harum literarum eſſe futurum confido.

2011 Ministerio de Cultura

Index Scriptorum ab Interpretibus Græcis Heſiodi laudatorum.

ABron 269. b.
Acuſilaus 269. a.
Adamantius 276 a.
Æſchylus 2. b. 31. a. 41. a. 46. a. 104. b. 292. a.
Æſopus 89. a. 155. b. 167. a.
AgathoclesBabylonius 280. b.
Alcæus 133. a. 153. b. 257. b.
Amerias 74. b.
Anacharſis 2. b.
Anacreon 1. a. 86. b. 87. a. 88. b. 292. b.
Anaxagoras 265. b.
AntimachusColophonius 2. a.
Apollodorus 56. b.
Apollonius Rhodius 24. b. 180. b. 234. b.
Aratus 50. a. b. 92. a. 105. a. 288. b. 289. b.
Archilochus 67. a. 74. a. 122. b. 126. a. 142. a. 256. a. 275. a. 276. a. 310. b.
Archytas 79. a. 81. a. 82. b.
Ariſtarchus 6. b. 57. a. 89. a. 236. b. 247. a. 252. b.
Ariſtippus Socraticus 74. a.
Ariſtonicus 248. b.
Ariſtophanes 92. b. 212. b. 236. a. 246. b. 247. b. 258. 310. b.
Ariſtoteles 3. b. 74. b. 81. a. 86. a. 97. a. 122. b. 123. a. 126. a. 142. a. 229. a. 230. a. 256. a. 260. b. 270. a. 274. b. 275. a. 276. b. 278. b. 289. a. 294. a. & b. 300. a.
Ariſtoxenus Muſicus 54. a. 81. b.
Arxippus 2. b.
Aſclepiades 250. a.
Atlas Libycus Mathematicus 92. b.
Bacchylides 303. b.
Callimachus 24. b. 111. a. 122. b. 238. b.
Calliſtratus 133.
Chryſippus 247. 279. b.
Clitarchus 123. a.
Cointus 72. b.
Conon 92. b.
Crates 46. b. 247. b.
Demades 2. b. 303. b.
Didymus 74. b. 246. b.
Dion 50. a.
Dionyſius Cyclographus 3. a.
Dionyſius Thrax 72. b. 129. a.
Empedocles 40. a.
Ephorus 142. a.
Epicharmus 6. b.
Eratoſthenes 133. b. 327.
Eudoxus 142. a. 165. b.
Eumelus 1. a.
Euripides 2. b. 21. a. 48. a. 50. a. 53. a. 104. a. 111. b. 120. b. 133. a. 236. a. 249. a.
Gregorius Theologus 12. a.
Gorgias 165. a.
Helenus 309. a.
Hellanicus 141. b. 247. a. 257. a.
Heraclides Ponticus 194. b.
Heraclitus 237. b.

Hermip-

2011 Ministerio de Cultura

Hermippus 19. b.
Herodorus 20. b.
Herodotus 127. a. 144. b. 145. b. 205. b.
Hesiodi ἀσπὶς βίβλος 92. a.
Hippon 237. b.
Hipponax 67. a. 74. a. 82. b.
Homerus 8. a. 10. b. 11. a. 16. b. 35. a. 46. b. 48. a. 50. a. 53. b. 54. a. 65. b. 66. b. 74. b. 80. a. 81. a. 98. b. 103. a. 107. b. 116. a. & b. 122. b. 129. a. 133. b. 135. a. 141. b. 153. b. 154. b. 157. b. 178. b. 179. a. 190. b. 192. b. 196. a. 197. b. 205. b. 206. a. 209. a. 212 a. 217. b. 218. a. 219. b. 220. b. 234. a. & b. 236. b. 239. a. 245. b. 246. b. 247. a. 248. a. 250. a. 256. a. 257. 261. b. 265. a. 266. a. 269. 274. b. 280. a. 281. b. 291. a. 292. a. 300. a. 302. b. 303. b. 304. a. 309. a.
Isocrates 123. b. 175. a.
Lampis 88. b.
Linus 6. a. 8. b.
Lycophron 50. a. 234. b.
Lycus 261. a.
Lysimachus Cyrenæus 8. b.
Melampus 180. b.
Melanthius Tragicus. 82. b.
Menander 116. b. 142. a. 247. a.
Meton 103. b.
Metrodorus 74. a.
Neoptolemus ἐν τῷ περὶ γλωσσῶν. 116. a.
Nesus Chius 30. b.
Oppianus 206. b.
Orpheus 4. a. & b. 30. a. 39. a. 49. a. 125. a. 130. b. 167. b. 168. b. 170. b. 175. a. 177. b. 178. b. 180. a 182 b. 249. b. 267. a. 268. a. 278. b. 303. b. 305. a & b.
Palæphatus 6. a. 8. a.
Panætius 151. b.
Panyasis 2. b.
Phalaris 56. b.
Phanodemus 303. b.
Pherecrates 2. a.
Pherecydes 239. b. 310. b.
Philochorus 66. b. 169. a. 173. b. 178. b.
Philoponus 197. a.
Philostratus 50. a.
Phrynichus 104.
Pindarus 1. b. 65. b. 103. a. 201. b 215. a. 238. a. 257. b.
Pisides 105. b.
Pisander Camireus 2. b.
Plato 20. a. 28. b. 39. a. 44. b. 53. b. 66. b. 68. a. 74. b. 83. b. 88. b. 107. b. 120. 128. b. 130. a. 138. b. 147. a. 149. a. 150. b. 151. b. 152. a. & b. 157. b. 164. b. 168. b. 178. a. 201. b. 215. a. 238. a. 240. a. b. 275. a. 290. b.
Plotinus 229. a.
Plutarchus 23. a. 57. a. 65. a. 66. a. 67. a. & b. 79. a. 81. a. 83. b. 85. b. 86. b. 87. a. 96. b. 101. b. 102. b. 103. a. 115. b. 116. b. 122. a. 125. b. 129. b. 133. b. 142. a. b. 157. a. 161. 162. b. 164. a. 167. b. 172. a. 173. a.
Polus 252. a.
Porphyrius 215. b.
Praxiphanes 6. b.

2011 Ministerio de Cultura

Pronapides 309. a.
Ptolemæus 185. b. 208. b. 275. a.
Pythagoras 79. a. 81. a. 82. a. 151. b. 155. b. 184. a. 185. a. 231. a. 251. a. 275. a. 276. a.
Sappho 30. a.
Seleucus 124. b. 221. b. 248. a. 253. b.
Simocrates 292. a. infra *Timocrates.*
Simonides 88. a. 152. a. 257. b.
Socrates 2. b. 16. b. 57. b. 67. b. 110. b. 229. a
Sophocles 2. b. 20. a. 44. a. 54. b. 103. b. 130. 234. b. 244. a. 280. b.
Stesichorus 1. b. 3. b. 256. b.
Thales 239. b.
Theocritus 36. b. 196. a. 211. b.
Theodosius Grammaticus 72. b.
Theophrastus 104. a.
Thrasymachus 56. b.
Timæi interpretes 97. a.
Timocrates 74. supra *Simocrates.*
Tryphon. 269. b.
Tzetzæ fratris ἐξήγησις in Lycophronem. 1. b.
Xenocrates 88. a. 165. a.
Xenophanes 67. a. 167. a.
Zeno Stoicus 74. a. 240. a. 247. b.
Zoroaster 108. b.

CAPUT IX.

De ÆSOPO *& aliis fabularum scriptoribus.*

Æsopi ætas. 1. *Vita à Max. Planude scripta indigna fide & plena fabulis atque anachronismis.* 2. *Plures Æsopi.* 3. *Æsopi Phrygis libri de iis quæ ipsi apud Delphos acciderunt.* 4. *Fabulæ num ab ipso scriptæ, ambigitur.* 5. *Variæ fabularum collectiones Græcæ deperditæ.* 6. *De fabularum scriptoribus Græcis qui exstant.* 7. *De Gabria sive Babria.* 8. *De ejus fragmentis & Metaphrasi sive Epitome Ignatii Diaconi.* 9. *De fabulis Aphthonii.* 10. *Collectio fabularum Æsopiarum à Neveleto edita.* 11. *Collectio Maximi Planudæ.* 12. *Latini veteres fabularum scriptores.* 13. *Locmannus Arabs neutiquam idem cum Æsopo.* 14. *Recentiores fabularum interpretes & scriptores qui latine illas ediderunt.* 15. *Versiones fabularum Æsopi Hebraica, Græcobarbara & in varias linguas vernaculas.* 16.

I.

ÆSOPUS è Cotieo Phrygiæ, æqualis Solonis, Periandri, Chilonis & aliorum sapientum, floruit circa Olympiadem LII.* cujus annus primus incidit in 572. ante Christum. Postquam Demarcho Athenienſi & posteà Xantho Samio deniq; cum Rhodope Threissâ Jadmoni itidem Samio** serviisset, ab hoc

* Laërtius in Chilone Lib. I. sect 72. è Sosicrate.
** Hinc Samius quibusdam dicitur Æsopus.

2011 Ministerio de Cultura

ab hoc libertati redditus est, quam pridem meruerat ob ingenium liberale ac peramœnum. Crœso Regi charum fuisse Suidas * auctor est, missumque ab eodem Delphos ** & Corinthum ad Periandrum tradit Plutarchus. Sed Sosicrate apud Laërtium *** teste, Periander obiit Olympiade XLVIII., annis XL. ante Crœsi calamitatem, & Crœsus cum quatuordecim annos regnasset, à Cyro victus est Olympiade LVIII. Æsopi mors refertur ab Eusebio & Suida ad Olymp. LIV. Atqui Olymp. LV 1. Pisistratus primò tyrannidem occupavit Athenis, quo facto fabulam de ranis regem petentibus ab Æsopo relatam testatur Phædrus Lib. I. fab. 2.

II. Equidem Maximus Planudes refert inter alia Æsopum laudantem dictum Euripidis in mulieres, qui natus fuit Olymp. LXXV. anno primo. Sed á multis eruditis jam animadversum fuit illam vitam fide prorsus indignam & pluribus Anachronismis atque absurdis commentis refertam esse. Ita Franciscus Vavassor Lib. de ludicra dictione p. 19. seq. & Libro de epigrammate p. 192. Petrus Baylius in Lexico Historico Critico ubi de Æsopo erudite disserit, p. 1172. seq. editionis secundæ, Menagius ad Laërtium p. 27. David Clericus quæst. III. & Rich. Bentlejus in diss. Anglice edita de fabulis Æsopi p. 147. seq. qui & illa de turpi & monstrosa Æsopi formâ fabulis adscribunt. De Æsopo præterea videndus Gisbertus Cuperus libro & capite quarto observationum, M. Z. Boxhornius in oratione de sapientiâ Æsopi, & qui vitam ejus latine composuit Joachimus Camerarius. Gallicè Caspar Bachetus Meziriacus, Burgis Anno 1632. 16. & fabulator nostri temporis ingeniosissimus Johannes Fontanus.

III. Fuere itidem alii Æsopi in veterum monumentis memorati, de quibus Nobilissimus Vir Petrus Axenius in limine notarum ad Phædrum.

1.) Mithridatis Regis anagnostes, qui ejus elogium & de Helenâ librum scripsit. Hesych. illustris & Suidas in Αἴσωπος, tum idem Suidas in Παν.

* Suidas de Æsopo: διέτριψε παρὰ Κροίσῳ φιλούμενος. Idem & in μᾶλλον ὁ φρύξ. Plutarchus in Solone p. 94. Ab Idmone libertati redditum testatur Heraclides in politia Samiorum.

** Plutarch. in convivio VII. sapientum p. 151. ἐτύγχανε γὰρ ἀπὸ Κροίσου νεωστὶ πρός τε Περίανδρον ἅμα καὶ πρὸς τὸν θεὸν εἰς Δέλφους ἐπεσταλμένος.

*** Laërt. Lib. I. Sect. 95. de Periandro: Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς Ολυμπιάδος. XL. Annis ante finem regni Crœsi, & ante Olympiadem XLIX. anno uno.

2011 Ministerio de Cultura

2.) Claudius Æsopus pater, tragœdiarum histrio excellens, qui arte sua magnas opes coacervavit. Vide ad Plin. X. 51. XXXV. 12. Salmasium ad Tertul. de pallio p. 427. seq. Lindebrogium ad Terentium p. 588. & Octavii Ferrarii electa p. 128. Servum ejus Licinium memorat Cicero ad Q. fratrem Lib. I. Epist. 2. Idem Cicero Æsopo huic perinde ut Roscio histrioni Comico præstantissimo operam dedit ut ab iis actionem disceret. Confer Plutarch. in Cic. p. 863. Mentio hujus Æsopi etiam apud Symmachum X. 2. Epist. Macrobium &c.

3.) Claudius Æsopus superioris filius, luxuriosissimus. Horat. 2. serm. 3. Valerius Max. IX. 1, extern. 2. Plin. IX. 35. &c. Confer Baylii Lex. p. 1177. seq.

4.) Æsopus Demosthenis libertus. Macrob. Lib. I. c. XI. Saturnal.

5.) T. Curtilius Æsopus in Vet. inscript. apud Gruterum p. 868. 8.

6.) L. Herennius Æsopus apud eundem p. 913. 13.

7.) Q. Lælius Æsopus, id. p. 347. 4.

8.) Æsopus Cæsaris Aug. dispensator Apsyrtianus, apud Reines. Inscript. IX. 79.

9.) Æsopus scriptor Historiæ Alexandri M. de quo infra, Libro VI.

IV. Cæterum priscum illum Æsopum de quo in præsenti agimus Phrygem Suidas refert scripsisse *Libros II. de iis quæ ipsi apud Delphos acciderunt*, τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα, ἐν βιβλίοις β΄. quod Scaliger repetit in ἀναγραφῇ Olympiadum ad Olymp. XL. sed in notis ad Eusebium hoc absurdum esse notat, quia Æsopus à Delphis interfectus sit Olymp. LIV. Ne vero sit opus comminisci Æsopum revixisse, * aut bis fuisse apud Delphos, & de priori suo accessu scripsisse, atque in opere illo Sacerdotes Delphicos offendisse, atq; ita ad eos reversum periisse: Suidas ipse parum tribuit famæ de libris illis ab Æsopo ipso compositis: Μᾶλλον δέ τινές φασι τὸν Αἴσωπον ἀποκρίματα (h. e. λογους sive fabulas unde λόγοι & ἀποκρίματα conjunguntur apud eundem Suidam in λογοποιός.) γεγραφέναι μόνον. ἐν γὰ Δελφοῖς ἀδίκως ἀπολέσθαι ὑπ' αὐτῶν καταμεμισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν κζ΄ τὴν νδ΄ Ὀλυμπιάδα. Causam interfecti Æsopi ultionemq; ita refert Plutarchus de sera numinis vindicta p. 556. seq. Λέγεται Αἴσωπον ἐν ταύτῃ ἐλθεῖν &c. *Æsopum huc (Delphos) adveniss-*

* Ptoelmæus Hephæst. apud Photium p. 252. edit. Hœschelii: ὡς Αἴσωπος ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Δελφῶν ἀνεβίωσε καὶ συνεμάχησε τοῖς Ἕλλησι περὶ Θερμοπύλην. Zenobius 1. proverb. 47. Suidas in Αἴσωπος & ἀναβιῶναι. Scholiastes Aristoph. p. 357. ad Vesp. & p. 387. ad Aves.

2011 Ministerio de Cultura

adveniſſe ferunt allato à Cræſo auro, ut & magnifico ſacrificio Apollinem veneraretur, & Delphis viritim quaternas minas diſtribueret. Cum vero ei offenſa quædam & diſcordia cum Delphicis eſſet oborta, ſacris quidem fuiſſe operatum, ſed pecuniam Sardes remiſiſſe, ut qui homines iſtos beneficio indignos judicaret. Delphos è compoſito ſacrilegii inſimulatum (phialam nempe auream ejus ſupellectili permixtam deprehenderant, ut auctor eſt Heraclides in Politia Magnetum) *eum interfeciſſe præcipitatum è ſaxo quod ὐάμπειαν nominant. Ex eo Deum iras in ipſos exercuiſſe,* * *& cum ſolo ſterilitatem, tum hominibus omnis generis tetros morbos intuliſſe, ita ut Delphi ſingulis Græcorum conventibus edixerint, ſe paratos eſſe ſi quis Æſopi gratia pœnas ab ipſis exigere vellet. Tertia demum ætate veniſſe Idmonem Samium* (ſive Jadmonem Herodot 2. 134.) *qui genere Æſopum nequaquam attingeret, ſed prognatus ab iis eſſet qui Æſopum Sami emiſſent. Huic pro delicto ſatisfeciſſe Delphos, atque ita malis eos liberatos fuiſſe. Ferunt ex hâc re tractum, ut ſupplicium ſacrilegorum ab Hyampeia in Naupliam petram transferretur.* Etiam à Delphis σήλην ſive ſtatuam erectam interfecto injuſtè Æſopo tradit Maximus Planudes. ** Similiter ſtatuam ingentem Æſopo Athenis poſitam memorat Phædrus *** in epilogo libri 2. quam à Lyſippo ſtatuario factam colligitur ex epigrammate Græco Agathiæ. Prætereo quod incerta fide idem Planudes refert Lycerum Regem Babylonis tanti æſtimaſſe Æſopi ingenium, ut ſtatuam auream

* Vindicatæ ab Apolline Æſopi cædis meminit etiam Libanius in Apologia Socratis. T. 1. p 687.

** In vitâ Æſopi extremâ: ὡσ συνειδότες ἑαυτοῖς ἀδίκως φονευθέντι Αἰσώπῳ καὶ σήλην ἀνέσησαν.

*** Verba Phædri hæc ſunt:

Æſopo ingentem ſtatuam poſuere Attici
Servumq; collocarunt æternâ in baſi
Patere honoris ſcirent ut cunctis viam
Nec generi tribui, ſed virtuti gloriam.

Ingentem ſtatuam, accipio ſplendidam, illuſtrem, neque neceſſe arbitror cum clariſſimo Gudio reſcribere *Æſopi ingenio.* Agathiæ Epigramma in Æſopum exſtat Libro IV. Anthologiæ tit. 33. in Philoſophos, & ex Grotii verſione ſic ſe habet:

Fictorum Lyſippe decus Sicyonie, laudo
Æſopi Samii quod ſenis effigiem
Antelocas ſeptem Græcis ſapientibus; horum
Nam dictis vis eſt plurima, ſuada deeſt.
Ille docet verum blanda ſub imagine falſi,
Sed docet & monſtrat ſeria cuncta joco:
Aſpra juvent alios: Samii me fabula mulcet,
Utile ſub dulci quæ clepit illecebra.

2011 Ministerio de Cultura

auream ei consecraret, quem suspexerat tanquam κίονα τῆς ἑαυτῦ βασιλείας, & quod teste Tatiano adversus Græcos p. 55. non tantum fabulæ sempiternam Æsopo memoriam pepererunt, sed & Aristodemi plastieeum clariorem reddidit, & quod Philostratus denique Lib. I. imaginum c. 4. describit Æsopum cum oculis in terram defixis in medio choro vulpium aliorumque animalium imitantium humanum habitum atque incessum.

V. FABULIS Æsopi quidem jampridem nihil fuit celebrius, quas ob singularem Venustatem Ausonio Epist. 17. celebratam creditus fuit sive à Mercurio votis obtinuisse, ut legas apud Philostratum V. 5. de vita Apollonii, sive jussu Apollinis in medium portulisse, ut est apud Avienum qui in præfat. fabularum *Æsopus*, inquit, *responso Delphici Apollinis monitus ridicula ausus est, ut legenda firmaret.* Ridicula vocat, quæ Aristophanes in avibus & vespis fabulas memorans vocat Αἰσώπου γελοῖα, unde clariss. Bentlejus recte reprehendit Scholiasten Aristophanis qui p. 33. ad Vespas putabat ab Aristophane respici gestus ridiculos Æsopi Tragici histrionis Αἴσωπος Τραγῳδιάς ἐγένετο ὑποκριτὴς γελοιώδης. Verum histrio ille Romæ clarus non uno post Aristophanem sæculo, respici à Comico neutiquam potuit, & clarè Hesychius: Αἰσώπου γελοῖα, ὅτως ἔλεγον τὰς Αἰσώπου μύθους. *Æsopei logi* vocantur Senecæ consolat. Polyb. c. 27. unde Æsopus λογοποιὸς apud Eustathium, Theonem, Laërtium, Lucianum, Herodotum, & alios. Non primum sed præcipuum fuisse fabularum auctorem sive ut Macrobii verbo utar fabulonem, notavit præter Quintilianum * V. 11. idem Theo in progymnasmatis, cujus locum insignem produxi supra c. 8. §. 18. Fabulas scripto consignasse diserte affirmat Aphthonius. Νικᾷ δ' μᾶλλον Αἰσώπειος λέγεσθαι (ὁ μῦθος) τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριστα πάντων συγγεγράφθαι τὰς μύθους. Confer Suidam in loco ante allato & Eustathium ad Iliad. α. p. 22. cui Æsopus vocatur μυθογράφος. Videtur etiam scriptas fabulas innuere convitium Aristophaneum in Avibus p. 387. ὦ δ' Αἴσωπον πεπάτηκας, nisi hæc verba sic malis inter-

* Quintiliani verba sunt: *Illæ quoque fabulæ quæ etiamsi originem non ab Æsopo acceperunt, nam videtur earum primus auctor Hesiodus, nomine tamen Æsopi maxime celebrantur.* Hunc locum ita intellexit scriptor libelli Anglice editi sub titulo: a view of the dissertation upon the Epistles of Phalaris Lond. 1698. 8. ac si Quintilianus existimasset fabularum quæ ipsius ætate sub Æsopi nomine ferebantur, verum auctorem esse non Æsopum sed Hesiodum. At enim epitheton *primi* auctoris non respicit fabulas Æsopias quæ unum tantum possunt habere auctorem, sed fabulas universè, neque aliud docet Quintilianus, ut Theo quoque, quam Hesiodo ante Æsopum idem scribendi genus placuisse: in Hesiodi enim poëmatis etiam fabula occurrit de accipitre & lucinia. Vide quæ supra, VIII, 18.

2011 Ministerio de Cultura

interpretari: *nec de trifti illa Æſopi fabula inaudiviſti.* Omitto verba Planudæ in Æſopi vita: ἢ μὴ τοῦτο τὸς οἰκείως συγχεαψάμενος μύθως τὸς μέχρι καὶ νῦν Φερομένως παρὰ τῷ Βασιλεῖ (Κροίσῳ) κατέλιπε. Occaſionem componendarum fabularum his verbis refert Phædrus in proœmio libri tertii:

— — — *Servitus obnoxia* (i. e. Æſopus ſervus)
Quia quæ volebat non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas tranſtulit,
Calumniamque fictis eluſit jocis.

Incertum tamen eſt utrum veteres qui Æſopias fabulas memorant * Ariſtophanes, Plato & Ariſtoteles uſi ſint Æſopi ipſius ſcripto, aut potius eas retulerint quales vel ore traditas vel ab alio collectas acceperunt, ut *Socrates* in Platonis Phædone ait ſe Æſopi fabulas verſibus complexum quas memoria repetere potuit. Monitum enim ſomnio ut Muſicæ operam daret, ſcripſiſſe pæana, deinde ὡς προχείρως inquit εἶχον καὶ ἐπιτεύμην μύθως τὸς Αἰσώπου, τούτων ἐποίησα οἷς πρώτοις ἐνέτυχον. Tum in initio operis quod refert Laërt. II. 42. Socrates Æſopum dicentem inducit, non ſcribentem:

Αἴσωπ' ὃ πολ' ἔλεξε Κορίνθιον ἄστυ νέμεσσι
Μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίῃ.

VI. Fabulas Æſopi à Socrate verſibus expreſſas memorat præterea Suidas in Σωκράτης, Plutarchus de audiendis poëtis, & Avienus in præfat. fabular. *Diagoras* quoque Melius qui Olymp. XCI. Athenis exulavit, fabularum Æſopiarum collectionem edidiſſe videtur, nam ejus Φρυγίως λόγως Tatianus memorat, certe conſtat λόγως Φρυγίως dici ab Æſopo Phryge, ut *Sybariticos* ** à Thuro Sybarita, cujus meminit Theon

* Ariſtophanes in Veſp. & pace. Plato Alcibiade 1 Ariſtoteles 2. 20. Rhetor. Dio Chryſoſtomus Orat. XXXII. ad Alexandrinos: ἔχω δὲ καὶ ἄλλον εἰπεῖν λόγον ἀνθρώπου Φρυγὸς ἀκούσας, Αἰσώπου &c.

** Ariſtoph. Veſpis p. 357. Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν. Heſychius in Συβαριτικοὶ λόγοι. Exemplum eſt apud Ariſtoph. ibid. p. 362. quod è verſione Grotii adſcribam:

Sybarita quidam præceps de curru datus
Grave vulnus & quidem ipſo in capite acceperat
Ignarus quippe frena regere quadrupedum,
Quem ſic amicus adſtans cœpit alloqui:
Quam quisque callet artem in ea ſe exerceat.

Meminit & Aphthonius: καλεῖται δὲ Συβαριτικὸς ὁ μῦθος, καὶ Κίλιξ (à Conno Cilice) καὶ Κύπριος, παρὸς τὸς εὑρόντας μεταθεὶς τὰ ὀνόματα. Hermogenes Priſciano interprete: *Nominantur autem ab inventoribus fabularum aliæ Æſopiæ, aliæ Cypriæ, aliæ Libycæ, aliæ*

2011 Ministerio de Cultura

& *Libycos* * à Cybiſſo qui ex Libya oriundus fuit, *Jonicos* à Sotade qui Jonice ſcripſit teſte Suida in Σωτάδης. Neque obſtat quod Heſychius illuſtris & Suidas, quibus illud Diagoræ ſcriptum dicuntur ἀποπυργίζοντες λόγοι, ** notant in illo parum reverenter tractatos eſſe Deos, nam hoc in fabulis etiam fieri potuit, ut Bernhardi Ochini apologi redarguunt ſuperſtitiones Eccleſiæ Romanæ. Inter *Demetrii Phalerei* ſcripta à Laërtio V. 80. referuntur λόγων Αἰσωπείων συναγωγαί quod interpres latinus, etiam in edit. Wetſteniana male reddit *orationum Æſopiarum collectiones*, cum per λόγους fabulas indicari ex jam dictis clariſſimum ſit, unde λογοποιήσαντες apud Heſych. πλασάμενοι λόγους ψευδεῖς. Confer Suidam in λογοποιῶν & Varinum in λόγος, ubi ex Euſtathio (quem non nominat) ad Iliad. α. p. 22. docet λόγον veteribus fuiſſe qui poſtea μῦθος, contra μῦθον qui antea pro narratione vera accipiebatur, frequentatum pòſt deinde pro ficta & fabuloſa. Perinde ut latinis quoque *fabulam* vero ſermone dictam multis exemplis docet Voſſius in Etymologico. Fabulas ſcripſerat etiam *Myro* Rhodia, ut Suidas auctor eſt.

VII. Ab eo

aliæ Sybariticæ, omnes autem communiter Æſopiæ dicuntur, quoniam in conventibus frequenter ſolebat Æſopus fabulis uti. Theo progymnaſm. καλοῦνται δὲ Αἰσώπειοι (μῦθοι) οἵ τε Λιβυκοὶ ἢ Συβαριτικοί τε καὶ Φρύγιοι καὶ Κιλίκιοι καὶ Καρικοὶ, Αἰγύπτιοι καὶ Κύπριοι ἀπὸ Κυπρίας γυναικός. Scholiaſtes Aphthonii p. 4: οἱ μὲν Συβαρῖται ἐκ μόνων λογικῶν ζώων μύθους ἐξεῦρον (hoc utcunq; confirmatur exemplo quod ex Ariſtophane attuli) οἱ δὲ Κίλικες καὶ Κύπριοι ἐμπορευόμενοι καὶ τόπους ἀγνώσους διερχόμενοι ἐνεπλάσαντο τοὺς ἐξ ἀλόγων ζώων μύθους, ὡς ἑωρακότες ἐν τόποις τισὶ ξένην μορφὴν ἔχοντα ζῶα. Ὁ δὲ Αἴσωπος τοὺς ἐξ ἀλόγων καὶ λογικῶν μύθους ἀνεπλάσατο πρὸς βιωφελῆ παραίνεσιν. Aliter Iſidorus Hiſp. Lib. I. c. 39. *Fabulas primus invenisse traditur Alcmæon Crotoniensis; Appellantur Æſopicæ quia is apud Phrygiam in hâc re pollebat. Sunt autem fabulæ aut Æſopicæ aut Libyſticæ. Æſopicæ ſunt cum animalia muta inter ſe ſermocinaſſe finguntur, vel quæ animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petræ, flumina. Libyſticæ autem dum hominum cum beſtiis aut Beſtiarum cum hominibus fingitur vocis eſſe commercium.* Aliter denique Theo nullam ejusmodi differentiam agnoſcens, cui aſſentit Voſſius II. 15. 2 Inſtit. Or.

* Heſychius: Λιβυκοὶ λόγοι. Χαμαιλέων φησὶ Λίβυν τὸν (ex Theone ſcribendum puto Κυβισσὸν τὸν Λίβον) εὑρεῖν τοὺς λόγους τούτους. Meminit eorundem etiam Æſchylus Myrmidonibus apud Suidam in ταυτί. ὅδ' ἔστι μύθων Λιβυστικῶν λόγος. Vide A. Schottum ad proverbia p. 543. Ariſtoteles. 2. 20. Rhetor. ἓν μὲν παραβολή, ἓν δὲ λόγοι οἷον οἱ Αἰσώπειοι καὶ Λιβυκοί. Male clariſ. Bullialdus in verſione Theonis Smyrnæi p. 112. *Libyca oratio*, fabulam enim notari ipſe agnoſcit in notis: itaque reddendum erat *Libycus logus*. Etiam Λυδίους λόγους memorat Schol. Aphthonii.

** Quaſi *de turre præcipitantes* dicas. Hoc nomen videtur libro impoſitum ab iis qui Diagoram exoſum reddere volebant. Nam ſi ab auctore ipſo fuiſſet, opportunior ſcopo Tatiani, neque ab illo prætermiſſus. Cæterum re diligentius conſiderata fateor parum certam eſſe hanc de Φρυγίοις Diagoræ λόγοις conjecturam, neque me præterit, in alia abire Voſſium de Hiſt. Gr. & clariſſ. Baylium in Lexico p. 1041, edit. ſecundæ. Inter Democriti quoq; ſcripta Φρύγιον λόγον memorat Laërtius.

2011 Ministerio de Cultura

VII. Ab eo tempore *Babrius* quidam, ab aliis *Babrias* vel *Gabrias* nominatus, non invita ut ex fragmentis apparet Minerva ſcripſit Æſopios μύθους ſive μυθικὰ libris decem, ut Suidas, vel ut Avienus, *duobus*, & quidem verſu Choliambo ſive Scazonte. Primus qui ejus meminit eſt Julianus Imperator Epiſt. 59. ad Dionyſ. τὸ μῦθον τὸ Γαβρίου ἀκήκοας. Γαλῆ ἀνδρὸς ἐυπρεπῆς ἐρασθεῖσα. τὰ δ' ἄλλα ἐκ τῆς βιβλίου μάνθανε. Ita ſe in Barocciano Codice reperiſſe Petavius teſtatur. Avienus in præfat: *quas* (fabulas) *Græcis jambis Gabrias repetens in duo volumina coartavit.* Babrium vocat Etymologici M. auctor in ἄμφαξ & in πεπρωμένον, ubi hos elegantes ex eo verſiculos profert:

Ἅ σοι πέπρωται, ταῦτα τλῆθι γενναίως
Καὶ μὴ σοφίζου, τὸ χρεὼν γὰρ οὐ φεύξῃ.

Γαβρίας dicitur in Johannis Tzetzæ codicibus chil. VIII. v. 516. ſed Βαβρίας XIII. p. 268. ὥσπερ Βαβρίας γράφει ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς &c. Affert deinde ex illo verſus quoſdam ſcazontes qui duobus auctiores leguntur apud Natalem Comitem IX. 5. Mythologiæ. Fabula ipſa legitur in Proſaicis Græcis à Neveleto vulgatis fab. 245. Tzetzes idem XIII. verſ. 494. τοῖς Μύθοις τοῖς Αἰσώπου τε ἢ στίχοις τοῦ Βαβρίου λέων καθεύδων πολαπται &c. mox adducit verſum non ſcazontem ſed Jambicum:

Οὐ μῦν πλοῦμαι τὴν ἢ ὁρμὴν ἐκτρέπω.

qui verſus inemendatus legitur fabula 2. inter eas quas ſub Gabriæ nomine habemus. Suidas quam frequentiſſime Babrium laudat & plurimos ex eodem profert Choliambos: aliquos etiam hinc inde, Babria non laudato, quos ex argumento facile agnoſcas illius eſſe. Sed & Jambus occurrit apud eundem in παλαμναῖα, niſi locus corruptus:

— — — οὐκ ἔδοξαν ἄνθρωποι
Εἶν' ἀλλὰ δαίμονες παλαμναῖοί τινες.

Unde non male ſuſpicatur Carolus Boylius in examine diſſertationis Bentlejanæ de fabulis Æſopi p. 245. verſus binos quos ἐκ τῶν Αἰσώπου μύθων profert Scholiaſtes Thucydidis, Babrii noſtri eſſe, ſunt autem hi:

— — ἄλλος ἄλλον ἀγρεῦσαι θέλων
Τρέχει τις ἄλλος ἄλλον ἐκ παγὶς σώζων.

Sed & verſus Hexametros laudato eodem Babria profert idem Suidas in ἑταιρεία, in quo niſi fefellit eum memoria, credibile eſt etiam verſus Hexametros & Pentametros quos ex μύθοις vel μυθικοῖς producit in αἰπεινὴ, ἄδεν, ἀκηδὴς, δίη & συφελός, Babrii eſſe, ut forte diverſo carminis genere interdum uſus ſit Babrius in fabulis exſcribendis, quæ ejusdem Boylii

2011 Ministerio de Cultura

Boylii conjectura eſt, licet Bentlejus hanc Heroicam vel Elegiacam Metaphraſin mavult tribuere Anonymo alicui Babriâ antiquiori.

VIII. Exſtant hodie ſub *Gabriæ* nomine fabulæ LIV. ex quibus XLIII. editæ ſunt Græce & latine ab *Aldo Manutio*, cum Phurnuto, Palæphato & aliis Venet. 1505. fol. & à Frobenio Baſileæ 1518. 8vo. Γαβρίε Ἑλληνικὰ πεζάσιχα, reliquas XI. è codicibus Palatinis addidit Heidelb. 1610. 8vo. *Iſaacus Nicolaus Neveletus*. Hæ ſingulæ Epimythion proſa ſubjunctum habent, nec Choliambis conſtant ſed tetraſtichis Jambis exceptâ quadrageſimâ tertiâ quæ tredecim choliambis abſolvitur & ſola videtur eſſe Babrii ipſius. Reliquæ ſunt ab *Ignatio Magiſtro & Diacono* cui in MStis codicibus tribuuntur teſte Fabio Paulino Utinenſi: Ἰγνατίε Διακόνε τετράσιχα Διίαμβα εἰς τὰς μύθας Αἰσωπικὰς μεταφρασικά ſive ut Lambecius in codice Cæſareo reperit: Βαβρίε ἐν ἐπιτομῇ μεταχαρὲν τοῦ Ἰγνατίε Μαγίστρος. Vide ejus comentar. VII. de Bibl. Vindob. p. 137. & 254. Similem inſcriptionem in Palatinis codicibus invenerat Neveletus & ſub Ignatii nomine fabulæ eædem editæ ſunt ad calcem Phædri à Ritterſhuſio & aliis illuſtrati Lugd. Bat. 1598. 8. apud Plantinum, tum à *Johanne Fidlero* Reichenbacenſi Variſco, qui poſt *Fabium Paulinum*, & Anonymum in edit. Plantiniana (quem *Joſephum Scaligerum* Fidlerus, Daumius & alii vocant, licet Scriverius in editione poëmatum Scaligeri eum prætermiſit) Jambis latinis vertit & Epimythia ſingulis Hexametris expreſſit, notulasque addidit. Cygneæ 1668. 12. cum Fidleri verſione additis Neveleti & uberioribus *Johannis Henningii* Solquella Marchici, Conrectoris Quedlimburgenſis animadverſionibus recuſæ ſunt hæ fabulæ Quedlimburgi 1679. 12. De Ignatio præterea notabis quod hujus *Jambi in Adamum* Labbeo in Bibl. novâ MSS. p. 134. memorati exſtant in variis Bibliothecis, & pars illorum edita eſt à clariſs. Grabio Tom. 2. ſpicilegii Patrum p. 229. Occurrunt quoq; in Actis Sanctorum 25. Febr. & 13. Mart. *Vitæ Taraſii & Nicephori, Patriarcharum CPolitanorum* ab Ignatio ſcriptæ, cum quibus vixit circa ſæculi à Chriſto nato noni initia. Vide Martinum Hanckium de ſcriptoribus Byz. p. 247. ſeq. Suidas teſtatur Grammaticum hunc ex Diacono & vaſorum in Eccleſia CPolitana cuſtode evectum eſſe ad dignitatem Metropolitæ Nicæni, & præterea ſcripſiſſe elegos funebres, Epiſtolas, Jambos in Thomam Antartem ſive τὰ κ' Θωμᾶν quorum nihil ad nos pervenit.

IX. Ut ad fabulas Æſopi revertar, earum nonnullas quoq; ſelegit & proſa Græca eleganti breviter expreſſit adjunctis Epimythiis Rhetor notiſſimus *Aphthonius*, Antiochenſis, Babriâ ut puto antiquior. Quadra-

ginta

2011 Ministerio de Cultura

ginta fabulas Aphthonii cum versione Jacobi Kimedontii filii primùm editæ sunt apud Commelinum 1597. 8vo. ad calcem progymnasmatum. Cum eadem versione vulgavit Neveletus Anno 1610. in jam laudata fabularum collectione Anno 1660. repetita, & castigationes addidit. Prodierunt etiam minori forma Græce & latine una cum progymnasmatis Paris. 1648. auctæ & recognitæ à patribus Societatis Jesu.

X. Exstat præterea duplex collectio prosaria fabularum Æsopiarũ Græca, utraq; ordine Alphabetico digesta, quarum alteram fabularum CXXXVI. ex Bibliotheca Palatina primus edidit & latine vertit castigationibusque ac nobis illustravit laudatus Neveletus. Monachorum mentio cum laude occurrit fabulâ 3. (sive 152. si pridem vulgatas annumeres) & in Epimythio fab. 122. (271.) quale Neveletus producit in notis p. 632. In fabula 181. Demades Rhetor Athenienſis fabulam narrans inducitur, qui diu post Æsopum vixit. Fabula 193. Momus alia reprehendere fingitur quàm Momus Æsopi apud Aristotelem III. 2. de partibus animalium & Lucianum in Nigrino atque Hermotino. Nonnulla quoque contraxit & verbotenùs repetiit ex Babria auctor quisquis fuit, ita ut integros quoque scazontes in hac collectione observarint Neveletus ac Bentlejus fab. 157. 173. 243. 261. 263. 293.

XI. Alteram collectionem fabularum CXLIX. cum vita Æsopi à *Maximo Planude* scripta Græcè & latinè primus edidit Aldus Manutius Venet. 1505. fol. testatus se in illis vertendis multum elaborasse. *Nam*, inquit, *quæ ante tralata habebantur*, *infida admodum erant*. Prodierant Æsopi vita & fabulæ per *Rimitium* nescio quem latinè versæ Mediolani 1480. 4. ut notavit Beughemius in incunabilis typographiæ, qui etiam Æsopi fabulas à *Laur. Vallæ* ante Aldum latine versas memorat, quæ tamen ab Aldina illa collectione nonnihil differunt: ne in præsenti dicam de fabulis Æsopi in latinum sermonem versis ab *Omnibono Leonicensi* ad Franciscum Gonzagam, quas MSS. habuit Naudæus teste Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 233. Cæterum quales ab Æsopo ipso profectæ vel scriptæ sunt (si ullas unquam scripsit fabulas) neque in altera illa neque in hac collectione reperiri, viris eruditis jampridem est persuasum. Et hanc quidem valde credibile est eundem auctorem agnoscere *Planudem* Monachum * CPolitanum, qui annis ab hinc trecentis vitam Æsopi composuit. Neq; alia multorum fuit sententia jam medio sæculo decimo sexto, ut docet Michaël Neander Erotem. Hebraic. p. 560. Idem senserunt Gesnerus in Bibl. & Henricus Stephanus qui Æsopiarum fabularum auctoritatem

* Clarus fuit circa A. C. 1380. Vide quæ infra Libro V.

2011 Ministerio de Cultura

tem negligit in thesauro Græcæ linguæ. Neveletus in præfat. Franc. Vavassor p. 21. de ludicra dictione, & nostrâ ætate Viri clarissimi Bentlejus in diss. de Æsopi fabulis, & Baylius in Lexico. Neque in ullo codice MSto qui ætatem Planudis excedat hactenus fabulæ illæ sunt repertæ, & majus examen requirit quod de codice MSto Isaaci Vossii 500. annorum legas apud Car. Boylium in examine dissertationis Bentlejanæ p. 266. Unde Æsopiarum fabellarum Græcam farraginem qui fecit, pro auctore probato Græcæ linguæ frustra obtrudi monet Gatakerus c. 30. & 23. de stylo N. T. Prætereo quod observatum est in fabula 145. laudari dictum Jacobi IV. 6. vel 1. Petr. V. 6. (uti fab. 288. in collectione â Neveleto editâ verba Joh. I. 21.) & quod fabula 75. verbotenus repetita est ex Aphthonii fabula sextâ, quemadmodum fabula 4. refert paraphrasin fabulæ 284. collectionis Neveleti. Hæc collectio fabularum Planudæ post Aldinam editionem frequentissime lucem aspexit Græcè quidem Basileæ apud Frobenium 1521. & 1550. 8. *Græce & latine* Basil. 1518. 1538. 1544. & Antverp. ad ud Plantin. 1560. 8. Tum forma minore ibid. 1574. Paris. 1549. ex officina Arnoldi Birckmanni tum apud Benedictum Prævotium & Basileæ apud heredes Nic. Brylingeri 1574. cum Gabriæ fabulis, Homeri Batrachomyomachia, Hippocratis jure jurando, Musæo, Agapeto, Galeomyomachia & aliis quibusdam. In laudata *Neveleti* collectione fabularum cum ejus notis, Heidelb. 1610. & 1660. 8. Exstat & editio Græco-latina Londinensis cum Batrachomyomachia & aliis nonnullis Lond. 1657. 8. Tum Sexaginta fabulæ Æsopi selectæ una cum versione, paraphrasi & scholiis *Georgii Sylvani* Lond. 1685. 12. Denique Oxonii *A. Alsop è* Collegio Corporis Christi typis Sheldonianis A. 1698. 8. vulgavit fabularum Æsopicarum delectum, in quibus occurrunt Græcæ CLVIII. rescissis (ne usum restringerent) ἐπιμυθίοις, recensitæ ad fidem editionis nitidissimæ Rob. Stephani, nec non Westmonasterienſis & Etonensis, præsertim vero Neveleti, collatæ cum MS. Is. Vossii & binis codicibus Bibl. Bodlejanæ: Quas excipiunt fabulæ Hebraicæ X. è libro fabularum Venet. 1545. 8. * excuso excerpta, denique Arabicæ Locmanni totidem, ex editione Erpeniana. Singulis Metaphrasis Poëtica latina subjecta est è Phædro, Avieno, Faërno, & qui Locmanno operam impendit Tan. Fabro.

XII. È veteribus latinis fabulas Æsopiarum exemplo composuere versu quidem Jambico *Phædrus*, elegis *Festus Avienus* & alter fine

* Vide Bartoloccium Bibl. Rabbin. T. 1. p. 98. ubi notat Æsopi fabulas (non integras) versas Arabice & inde Hebraice ab Anonymo.

2011 Ministerio de Cultura

ſine nomine vulgatus tùm ab aliis tum à Neveleto, & viris doctis quibusdam laudatus ſub nomine *Accii* vel *Romuli* ſive *Romalii* vel denique *Salonis* aut *Bernardi*. De his dictum à me eſt in Bibliotheca latina. Proſa latina Æſopi fabulas ſcribi à Polybio ſuo nolens voluiſſe videtur Seneca in conſolatione ad eum ſcripta c. 27. *Non audeo te uſque eo producere ut fabellas quoque & Æſopeos logos intentatum Romanis ingeniis opus ſolita tibi venuſtate connectas*. De proſa non de verſibus loqui Senecam colligo è verbo *connectas* & quod c. 30. ejusdem conſolationis Seneca Polybium laudat quod utriuslibet auctoris carmina ita *reſolverit*, ut quamvis ſtructura illorum receſſerit, permaneat tamen gratia. *Sic enim illa ex alia lingua in aliam tranſtuliſti, ut quod difficillimum erat, omnes virtutes in alienam te orationem ſecutæ ſint*. Non mirum igitur quod *intentatum Romanis ingeniis opus* vocavit Seneca, quod neque Phædrus neque alius quiſquam ante id tempus fecerat, fecit autem poſt illa tempora *Julius Titianus* Rhetor, à quo *Æſopiam trimetriam* hoc eſt, ut ego conjicio fabulas Babriæ græcis Choliambis ſcriptas, proſario ſermone latino expreſſas teſtatur Auſonius Epiſtola 16. ad Probum.

Apologos en miſit tibi
Ab usque Rheni limite
Auſonius nomen Italum
Præceptor Auguſti tui
Æſopiam trimetriam
Quam vertit exili ſtylo
Pedeſtre concinnans opus.
Fandi Titianus artifex.

XIII. De fabulis *Pilpæi* ſive de antiquiſſimo libro fabulari Indorum *Kelila Va Dimna*, dicendi infra locus erit libro V. ubi de ſcriptis Simeonis Sethi, qui librum illum Græce vertiſſe dicitur, agam. Septentrionalibus celebratur *Edda* Snorronis Sturleſonii A. 1215. Islandice ſcripta & à Petro Joh. Reſenio illuſtrata Hafniæ 1665. 4. Inter Arabes non obſcurus liber Al-Amthal ſive fabularum *Locmanni*, quem propterea cum Æſopo noſtro viri nonnulli eruditi confuderunt. Vide Hottingeri Hiſt. Oriental. p. 68. ſeq. Jac. Golium ad Grammaticam Erpenii p. 189. Stephani Clerici Quæſtiones p. 325. ſeq. & Huetium de fabulis Romanenſibus p. 11. Bartholomæo tamen Herbeloto aliud videtur, quem adibis in Bibliotheca Orientali vocabulo Locman, vel ſi ea ad manus non ſit, Clariſſimum Neocorum in Bibliotheca novorum libror. A. 1697. p. 451. ſeq. Prodierunt fabulæ Locmanni, quæ eodem Herbeloto judice longè

2011 Ministerio de Cultura

longè recentius ab aliquo ex Locmanni (quem Davidis Regis æqualem * fuisse putat, alii Josiæ Regis Judæ) traditis sermonibus digestæ fuerunt, Arabicè cum versione *Tho. Erpenii* Lugd. Bat. 1615. 8. qui in præfat. testatur hunc Locmannum ab Arabibus, & nationePersam & religione Judæum haberi. Repetita editio A. 1636. & 1656. ad calcem Grammaticæ Arab Erpenii. Decem fabulæ Arabicè exhibentur ab A. Alsop in suo fabularum delectu, Oxon. 1698. 8. Octo & decem fabulas Locmannianas eleganti carmine Jambico latino ornavit *Tanaquillus Faber* in cujus Epistolis præmissa singulis Erpenii versione leguntur Tomo primo p. 268. seq. Salmur. 1674. 4. Fuit & alius Locmannus junior cui sapientiam datam à Deo traditur in cap. XXXI. Alcorani. Confer Pocockii notas ad Abulfaraium p. 36. Locmanni nomen cum Alcmane confundunt Christianus Ravius in verbis ab Hottingero p. 13. Hist. Or. productis & Jobus Ludolfus ad Hist. Æthiopicam p. 53.

XIV. E recentioribus latine fabulas scripserunt vario versus genere quidem 1.) *Gabriel Faërnus* Cremonensiis, ngenii versuumq; elegantia alter quidam veluti Phædrus, Rom. 1564. 4. Antvverp. apud Plantinum, forma minore: & cum præf. Joh. Caselii Rostoch. 1569. 8. tum Lugd. Bat. 1600. Lips. 1618. 8. Lond. 1672. 8. Bruxell. 1682. 8. & Hamburgi in Mythologia Metrica curante exoptatissimo socero meo Johanne Schultze edita 1698. 8. Easdem Faêrni ** fabulas, versibus Gallicis expressit Carolus Perraultus Paris. 1699. qui Phædrum à Faerno ne visum quidem nedum exscriptum aut suppressum observat. 2.) *Pantaleon Candidus* Austriacus. Francof. 1604. & Hamburgi in eadem Mythologia Metrica. 3.) *Caspar Barthius* fabularum Æsopiar. libris quinque. Francof. 1623. 8. Hosce magno numero sequuntur *Hieronymus Osius* Witteb. 1564. & emendatius Francof. 1574. *Lucas Lossius* Argent. 1575. *Carolus Utenhovius* Francof. 1615. *Johannes Posthius* Germersheimius qui fabulis prosâ à se editis *epimythia* singula subjecit districho vel tetrasticho comprehensa Francof. 1566. quæ parte 2. ejus poëmatum Lib. III. Sylvarum p. 170. seq. repetuntur & cum Epimythiis *Hartmanni Supperi* Norici insertæ sunt etiam Mythologiæ metricæ à laudato socero meo editæ Hamb. 1698. 8. In eadem præter *Georgii Sabini* nonnullas habentur etiam fabulæ

* Non defuerunt qui *Assaphum* Prophetam, Davidis itidem æqualem, propter nonnullam nominis convenientiam confunderent cum nostro Æsopo. Absurde profecto, ut variis argumentis demonstrat Joh. Jacobus Schudt in Compendio Hist. Judaicæ p. 88.

** De hoc Faërno vide Gaddium de scriptoribus non Ecclesiasticis T. 1. p. 191. & Teissierium ad elogia Thuanea A. 1561, qui Faërno emortualis fuit.

2011 Ministério de Cultura

læ verſu vulgatæ à *Joh. Baptiſta Arigonio*, *M. Antonio Fiducio Utinenſi*, *Alexandro Paulino*, *Leonharto Goricio Carga*, *Franciſco Amulio* & *Jano Dominico Canciano*, quæ junctim lucem adſpexerant Venetiis 1592. Non contemnenda collectio nova fabularum fieri poſſet ex poëmatis *Joh. Commirii* (qui diem obiit die XXV. Decembr. A. 1702.) & aliorum, qui noſtra ætate cum laude in hoc genere ſcribendi verſati ſunt.

Proſa latina præter *Rimicium*, *Laur. Vallam* & *Omnibonum Leonicenſem*, de quibus paulo ante memini, fabulas ſcripſit *Poggius Florentinus* in facetiis Argentor. 1513. fol. *Laurentius Abſtemius Maceratenſis* in hecatomythio ſive fabulis ducentis ſcriptis ad Octavianum Ubaldinum comitem Mercatelli. Argent. 1522. Heidelb. 1610. 1660. 8vo. *Joachimus Camerarius* Anno 1539. primum, deinde Anno 1564. & Lipſiæ Anno 1570. quæ pleniſſima & elegantiſſima eſt editio. *Chriſtianus* vero *Daumius* fabulis Camerarianis ſelectis quas Lipſiæ 1689. 8. recudi fecit, addidit notulas in quibus loca ſcriptorum veterum recentiumque, in quibus fabulæ eædem perſtringuntur vel exponuntur. Variorum quoque fabulas congeſſerat *Martinus Dorpius*, Guilelmi Goudani, Hadriani Barlandi, Guilhelmi Hermanni ex Aniano (Avieno) Eraſmi in Chiliadibus, Abſtemii & aliorum. Lipſ. 1532.

XV. *Hebraicam* verſionem fabularum Æſopi ſed ineditam memorat Plantavitius Bibl. Rabbin. p. 571. De edita fabularum collectione Hebraica dixi paulo ante §. 12. cui utpote ab inſtituto noſtro alieniora adjicere nolo R. Iſaaci ben Salomonis (A. 1268. defuncti) proverbia & apologos antiquorum, rhythmis ſive verſibus conſcriptos. At R. Barachiæ Nikdani liber neutiquam prætereundus, inſcriptus parabolæ vulpium, quas cum latina Melch. Henelii Jeſu ſocii translatione excuſas evolvi, Pragæ 1661. 8. Tum fabulæ Variorum, Conſtantin. 1517. 4.

Italice Vitam Æſopi & fabulas transtulit *Julius Landi* & *Bentivolus*, pluries excuſas Venetiis, ut præteream *Franciſci de Tuppo* vitam Æſopicam fabulasque Italice translatas additis allegoriis, Aquilæ 1493. fol.

Gallica proſa *Joh. Balduinus* Pariſ. 1627. fol. & ab eo tempore ſæpiſſime variis in locis. Sed & hujus verſio cum iconibus & moralibus obſervationibus noviſſime iterum typis exſcripta eſt Amſtelodami 1700. 12. Poſt Balduinum *Antonius Fureterius* proſa Pariſ. 1694. Bruxellis 1695.* 12. & verſu *Johannes de la Fontaine*, qui ſuo ex ingenio quam plurimas novas adjunxit vel ex aliis veteribus repetiit IV. Volum. Pariſ. 1678. 12. Præ-

* Titulus Libri: *Eſope en belle humeur.*

2011 Ministerio de Cultura

tereo fabulas obvias Comicis in dramatibus de Æsopo, quæ Gallice ediderunt Nobilius Paris. 1691. aliique. * Versibus Gallicis fabulas Æsopias expressit etiam pridem *Ægidius* quidam *Corrozetus* Paris. 1548. forma minore. Sed & Tetrastichis, incertus auctor Paris. 1678. 12. apud Cramoisium. Confer Ephemerides Paris. ejus anni p. 347.

Anglica Metaphrasi Poëtica *Joh. Ogilby*, sive Oglebius eques Lond. 1651. 8. 1673. fol. Prodierunt & Anglica prosa è Gallico Joh. Balduini 1702. tum in præclaro opere fabularum undique singulari studio collectarum à *Rogerio Estrangio*. Lond. 1692. 1699. fol. 2. Volum.

Hispanicè quoque viderunt lucem Madrit. 1621. 8. & plus simplici vice *Belgicè*.

Hungaricè, Vindobonæ, 1536. *Danicam* versionem civis cujusdam Hafnienſis *Hermanni Weigeri* Lubec. 1555. 4. memorat egregius Vir Juvenis Joh. Christophorus Wolfius Wernigerodensis in erudita diatriba de Mythica moralia tradendi ratione novantiqua Witemb. 1704.

Germanicè XVI. Æsopi fabulas transtulit D. *Martinus Lutherus* noster, perquam utile ejusmodi scribendi genus esse existimans, licet à Melanchtone ad reliquas transferendas invitatus, propter alia negotia rem perficere non potuit. Cæterum Gotfridi Arnoldi, Melanchthonem eo nomine perstringentis acumen Tom. 2 historiæ sive potius apologiæ hæresium p. 107. b. non magis credo lectori cordato se probabit, quam quod Pontificii Lutherum arguunt quod sacras literas non majoris habuerit quam fabulas Æsopi. Hanc quidem calumniam retudit singulari scripto A. 1701. Rev. D. Georg. Henr. Gœzius Lubecensium Antistes dignissimus: Fabulas Æsopi vero post Lutherum Germanicè verterunt Joh. Mathesius, Nathan Chytræus, & versu Burchardus Waldis. Vide Martini Lipenii Bibliothecam Philosophicam & pandectas Brandenburgicas Christophori Heidenreichii.

Denique Fabulæ Æsopi *Græco-Barbaro* quoque idiomate editæ sunt Venetiis A. 1603. & 1644. 8. quibus subinde in glossario suo græco utitur Cangius, merito addubitans utrum versio illa Græco-Barbara auctorem agnoscat *Simeonem Cabasilam*, licet hic Martino Crusio promiserat se Æsopi fabulas vel Isocratis orationes quasdam sermone vulgari Græco interpretaturum. Consule Crusii Turcogræciam p. 461.

* Vide Ephemerides Paris. 1690. p. 482.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT X.

De Epistolis quæ ad PHALARIDEM *referuntur, ac de aliis Epistolarum græcarum scriptoribus.*

De Epistolis Græcis editis scriptorum non Ecclesiasticorum, Æliani. §. 28. *Æneæ Gazæi.* 29. *Æschinis.* 6. 15. & 34. *Alciphronis.* 25. *Alexandri M.* 17. *Amasidis Ægypti R.* 33. *Antisthenis.* 35. *Apollonii Tyanensis.* 11. *Aristæneti.* 49. *Aristippi.* 35. *Aristotelis.* 17. 39. *Artaxerxis Regis.* 18. *M. Bruti.* 10. *Chionis.* 4. *Claudii Imp.* 11. *Cratetis Cynici.* 21. *Democriti.* 18. *Demosthenis.* 15. *Dindimi Regis Bragmanorum.* 17. *Diogenis Cynici.* 20. *Dionis.* 16. *Epimenidis.* 18. (*in notis.*) *Euripidis.* 23. *Galli Cæsaris.* 12. 27. *Garmi Regis Babyl.* 11. *Heraclti.* 19. *Hippocratis, Abderitarum & Coorum ad Hippocratem &c.* 18. 38. *Hystanis.* 18. *Isocratis.* 7. *Juliani Imp.* 12. 27. *Libanii.* 3. *Luciani.* 41. *Lucilli.* 35. *Lysidis.* 32. *Megethii.* 30. *Melissæ.* 24. *Musonii Philosophi.* 11. 33. *Myiæ.* 24. *Nucilli.* 36. *Pæti.* 18. *Phædri Socratici.* 35. *Phalaridis.* 1. *Pherecydis.* 18. (*in notis.*) *Philippi Regis Maced.* 17. *Philostrati.* 26. *Phraotæ Indorum Regis.* 11. *Pittaci Mitylenæi.* 18. *Platonis* 16. 35. 39. *Procopii Gazæi.* 30. *Pythagoræ.* 9. *Simonis coriarii.* 35. *Socratis & Socraticorum. ibid. Solonis.* 18. *Synesii* 14. *Telavgis.* 18. *Thaletis. ibid. in notis. Theanûs.* 24. *Themistoclis.* 34. *Theophylacti Simocatæ.* 27. *Thomæ Magistri.* 50. *Titi Vesp.* 11. *Magni Turci.* 36. *Xenophontis.* 35.

De Epistolis Græcis scriptorum præcipuorum Ecclesiasticorum, Basilii M. 4. 42. *Joh. Chrysostomi.* 43. *Cyrilli Alex.* 45. *Isidori Pelusiotæ.* 44. *Gregorii Naz.* 42. *Photii.* 48. *Theodoriti.* 46. *Theophylacti Bulgar.* 49. *Libanii sive Procli sive Theonis Characteres Epistolici.* 13.

Collectiones Variæ Epistolarum: Græca Aldi Manutii & Græcolatina Jac. Cujacio incerta fide adscripta. 2---33. *Græca H. Stephani.* 3. *Græcolatinæ Barthol. Justopolitani.* 1. *Eilhardi Lubini, sive Commeliniana.* 38. *Latina Gilberti Cognati & Joh. Buchleri.* 36. *Epistolæ Procerum Mundi.* 17. 37. *Anglica Savagii.* 1.

Epistolæ quædam Græcæ ineditæ. 50. *& deperditæ* 41.

2011 Ministerio de Cultura

I.

PHALARIDIS * patria Aſtypalæenſis, Agrigentinorum (quæ urbs non condita ante Olymp. L.) Tyranni tempora pro veterum diſſenſu & virorum noſtra ætate doctiſſimorum diſſidiis determinare accurate, difficillimum eſt. Itaq; h.l. ſuffecerit nobis ab eo tyrannidem non exercitam ultra annos XXVIII. nec minus annis XVI. Cædemque ejus non priorem fuiſſe Olymp. LVII. 4. quæ doctiſs. Bentleji, nec poſteriorem Olymp. LXIX. 1. quæ præſtantiſſimi Dodvvelli eſt ſententia. Jam pridem ſub Phalaridis nomine feruntur Epiſtolæ CXLVIII. quas memorat Joh. Stobæus florileg. ſerm. 7. 47. & 84. Photius Epiſt. 207. Suidas in *Φάλαρις* (cui *θαυμάσιαι πάνυ* ſunt) Joh. Tzetzes Chiliad. I. hiſt. 25. & Chiliad. V. hiſt. 31. Nonnus ſive Maximus in Gregorii Naz. invectiv. p. 144. ac recens auctor ſcholiorum Græcorum in Ariſtophanis Plutum v. 142. Pro genuinis habent præter editores Volaterranus in Commentar. Urbanus Thomas Fazellus in rerum Sicularum hiſtoria, Joh. Seldenus ad marmora Arundeliana p. 106. Joſua Barnes ad Euripidem T. 2. p. 523. Henricus Dodvvellus in præclaro opere de Cyclis Græcorum, & diſſ. de ætate Phalaridis, in cujus præfatione uſum Epiſtolarum ſcribendarum ante Atoſſæ tempora cui inventum hoc tribuit Hellanicus apud Tatianum & Clementem, ** invaluiſſe clariſſime & non inficiandis teſtimoniis evincit, Lond. 1704. 8. Guilelmus denique Templeus in Miſcellan. T. 2. p. 77. aliique. Poſt Photium addubitavit & primus Luciano tribuit Angelus Politianus Lib. I. Epiſt. 1. cujus judicium ſecutus Janus Parrhaſius in oratione habita ante prælectionem Epiſtolarum Ciceronis ad Atticum T. 1. facis artium Gruterianæ p. 826. Lilius Gyraldus dialogo 3. & 9. de hiſtoria Poëtar. Voſſius de Poetis Græcis p. 16. & Janus Bourdelotius præf. poſteriore ad Lucianum. Sed Luciani neutiquam eſſe videntur, quæ cum Lucianicis de Phalaride orationibus non tantum nihil habent commune, ſed & illis in quibusdam diſerte adverſantur, ut obſervatum Carolo Boylio in præf. ad Epiſtolas, & Rich. Bentlejo in diſs. de Epiſtolis Phalaridis §. 16. Forte igitur ſunt *Adriani* Sophiſtæ ſub M. Antonino Imp. clari, qui teſte Suida ſcripſit *Ἐπιστολὰς, λόγους ἐπιδεικτικοὺς, Φάλαριν.* Phalaridis certe ipſius eſſe ut dubi-

* Taurum Phalaridis (de quo videnda Epiſt. 122. Pindarus Pythionic. 1. v. 185.) fruſtra olim in dubium vocavit Timæus confutatus â Polybio & Diodoro Sic. Lib. XIII. Vide excerpta Peireſciana p. 57. Cicer nem Verrina 4. c. 33. Alia ejusmodi commenta ingenioſæ crudelitatis commemorat Franciſcus Junius Lib. II. de pictura c. 8.

** Clem. I. Strom. p. 307. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ut dubitem, facit præter ſilentium antiquiorum ſcriptorum, & dialectum Epiſtolarum, quæ contra morem Siculorum illius ætatis Attica eſt, non Dorica; mentio Thericleorum * poculorum, aliaque argumenta â Clariſſimo Bentlejo producta in diſſertatione de Phalaridis Epiſtolis quam Anglice ſcripſit ad Guil. Wottonum Lond. 1697. 8vo. ejusque erudita Apologia adverſus Carolum Boylium ibid. 1699. 8vo. paginar. 549. Neque videntur ex animo refragari huic ſententiæ vel ipſe Boylius vel hujus Hyperaſpiſtæ, quibus per varios quos Anglico idiomate emiſerunt libellos magis ni fallor cordi fuit adverſario ſuo ægre facere ** quàm Phalaridi Epiſtolas vindicare. Bentlejum vero adverſus ſe armaverat editor Epiſtolarum, quod in præfatione ſcripſerat: *Epiſtolas ipſas cum duobus MSS. Bodlejanis è Cantuarienſi & Seldeni Muſeo contuli, collatas etiam curavi uſque Epiſt. 40. cum MS. in Bibliotheca Regia, cujus mihi copiam ulteriorem Bibliothecarius* (Bentlejus) *pro ſingulari ſua humanitate negavit.* Cæterum licet Phalaridis fortaſſis, ut dixi, minime ſunt, elegantes tamen eſſe & cum fructu ac voluptate legendas, pauci

* Epiſt. 70. In transcurſu obſerva quod Phalarin pro quolibet tyranno ponit Hyginus fab. 257, ubi vide notas Tho. Munckeri. Apologiam Phalaridis ſcripſerunt *Matthæus Boſſius* adverſus Benedictum Calchum & *Andreas Arnaldus*, Vide elegantiſſimi Bælii Lex. in *Boſſus*. (C) & *Epicure*. (L)

** Titulus libri Boyliani eſt: *Dr. Bentley's diſſertations on the Epiſtles of Phalaris and the fables of Æſop. examined, by the honourable Charles Boyle Esque* Lond. 1699. tertia editio paginar. 266. 8vo. Ex cæteris ſcriptis quæ circa hanc controverſiam incredibili contentione animorum agitatam viderunt lucem ſine nomine auctoris, hæc ad manus meas pervenerunt: A view of the diſſertation upon the Epiſtles of Phalaris. Lond. 1698. 8. paginar. 78. Ex ipſo litigantium teſtimonio auctor quisquis eſt docet nihil incertius eſſe Chronologicis quas attingunt controverſiis. Ab eo tempore prodiit: A ſhort review of the controverſy between Mr. Boyle and Dr. Bentley 1701. 8vo. paginar. 158. Verùm auctor libelli qui inſcribitur: Eſſay concerning Critical and curious learning, in which are contained ſome ſhort reflections on the controverſie. &c. by T. R. Eſque Lond. 1698. paginar. 77. ita acerbe perſtringit Wottonum & Bentleium, ut nec Boylio parcat nec cumulatiſſimo laude viro H. Aldrichio. Ad riſum ciendum compoſitus eſt alius qui inſcribitur: X. Dialogves of the Dead, relating to the preſent controverſy concerning the Epiſtles of Phalaris, by the author of the journey to London 1699. 8. paginar. 83. ſub Bentivoli nomine inſultat Bentlejo ejusque argumenta ridet. Inde lucem vidit aliud ſcriptum magis ſerium ſub titulo: A ſhort account of Dr Bentleys humanity and Juſtice to thoſe Authors who have written before him, with an honeſt vindication of Tho. Stanley Esquire and his notes on Callimachus, to which is added an appendix by the Bookſeller Tho. Bennet. Lond. 1699. 8vo. pag. 140. De hoc dicturus infra ſum libro III. in Callimacho.

2011 Ministerio de Cultura

qui expendent negabunt. Græcè editæ primum ſunt inter Variorum ſcriptorum Epiſtolas Græcas ab Aldo Manutio vulgatas Venet. 1499. 4. Latina verſio in collectione Genevenſi Epiſtolarum Græcolatina Jacobo Cujacio tributa his verbis incipit: *Polycletus Meſſenius quem tu apud cives proditionis arceſſis*, & repetitur in Epiſtolis Phalaridis Græce & latine octennio pòſt excuſis Ingolſtadii A. 1614. 8vo. Aliam pridem verſionem adornaverat *Franciſcus Aretinus* Florent. 1480. Venet. 1491. Pariſ. 1493. & Cremonæ 1505. ſed valde imperfectæ ſunt illæ editiones, cum & ordo turbatus ſit, & loca hinc inde omiſſa, etiam Epiſtolæ integræ, ut VII. LII. LVII. LIX. & LXXV. Aretini verſionem elegantem alioqui nec contemnendam ſupplevit & reſtituit *Thomas Savius* Medicus Lugdunenſis, ex cujus recenſione Phalaridis Epiſtolæ ab Aretino verſæ leguntur latine in Gilberti Cognati Nozerini farragine Epiſtolarum Laconicarum Baſil. 1554. 12mo. & Colon. 1606. 12mo. tum in Theſauro Epiſtolarum Laconicarum Joh. Büchleri â Gladbach. Poſt Aretinum, cujus verſio â Savio recenſita prodiit etiam Lugd. 1550. 8vo. Phalaridis Epiſtolas ad verbum transtulit & cum Apollonii & Bruti Epiſtolis ſimiliter verſis Græce ac latine edidit *Bartholomæus Juſtinopolitanus* Anno 1502. 4. Vertit etiam *Thomas Naogeorgus* Straubingenſis & cum Græcis vulgavit Baſil. 1558. 8vo. Quæ editio cum MSS. Vulcanii annotationibus fuit in Bibliotheca Nic. Heinſii. Omitto tredecim breviores Phalaridis Epiſtolas in H. Stephani collectione vulgatas Græce Anno 1577. 8vo. Exſtat etiam editio omnium 148. Phalaridis Epiſtolarum Græca curante *Eilhardo Lubino* Roſt. 1597. 8vo. & Græcolatina Commeliniana eodem anno eâdemque forma impreſſa. Denique *Carolus Boyle* Eques Anglus * has Epiſtolas ad MStos codices recenſuit, nova verſione latina per ſingulas paginas infra contextum poſita, & brevibus notis illuſtravit, Sheldonianisq; typis deſcribendas dedit Oxonii 1695. 8vo. Hujus editionis & verſionis loca quædam non abſurde caſtigavit *Rich. Bentlejus* Vir Clariſs. in diſſertatione quam paulo ante memorabam. Fuit etiam qui in Italicam linguam Phalaridis Epiſtolas transfunderet *Bartholomæus Fontius* Florentiæ 1491. & qui in Anglicam, *Savagius* in ſelecta collectione Epiſtolarum veterum Græcarum latinarumque Anglice edita Lond. 1703. 8vo. in qua etiam occurrunt Epiſtolæ tributæ Soloni, Socrati, Pythagoræ, Euripidi, Xenophonti, Ariſtoteli, Philippo Regi Macedoniæ, Alexandro M. Democrito, Heraclito, Diogeni Cynico, Iſocrati, Hippocrati, Juliano Imp.

* Hodie Comes d' Orery.

2011 Ministerio de Cultura

Imp. &c. Parentis sui *Josuæ Arndii & μακαρίτου* affectum in Phalaridis Epistolas commentarium memorat filius Carolus Arndius in schediasmate quodam edito Rostochii A. 1702. 4to. in quo de Phalaride, M. Antonini scriptis, & Agapeti Scheda Regia agit.

II. Facturum me existimavi operæ pretium, si data hac occasione alias quoque quæ exstant Græcorum scriptorum Epistolas recensuerim, ac primum illas quæ occurrunt in collectione Aldi Manutii à Marco Musuro recensita, & Antonio Codro Urceo inscripta, quæ Romæ A. 1499. 4to. Græce lucem adspexit sub hoc titulo: *Epistolæ diversorum Philosophorum, Oratorum, Rhetorum &c.* Eadem collectio * Græce & latine edita est Coloniæ Allobrogum sive Genevæ A. 1606. fol. in cujus præfatione *Pyrrhus Caldoræus* præfat. ad Barthol. Camelinum Forojulienſum Dominum: *Volumen Epistolarum Græcarum est, quas vir Clarissimæ memoriæ Jacobus Cujacius, J. C. Romana civitate donavit, ut persancte affirmarunt mihi ii, qui manum scripturamque ejus probe norunt. Scin tu porro unde illas acceperim? Ex arce ipsius Minervæ, vel si mavis ex Bibliotheca doctissimi atque clarissimi Pithœi, qui benigne nobis illarum copiam fecit, ut quoad fieri posset emendatissime eas typis excudendas curaremus.* Non abre tamen multi viri docti dubitant Cujacium illius versionis esse auctorem, certe versiones nonnullæ in hac collectione vulgatæ aliis auctoribus manifesto debentur, & ante Cujacium lucem viderunt, ut suo loco dicam; sed neque aliæ in isthac editione primùm excusæ Cujacii eruditione dignæ esse videntur. Unde Joh. Frid. Gronovius in elencho antidiatribes Mercurii Frondatoris (Emerici Crucei) ad Statii Silvas p. 99. *Quis æstimabit scriptum nihili, cui docti Viri nomen adscribitur? Quis versionem Græcarum Epistolarum laudat, aut parcere ei velit, quia Cujacio mendaciter attributa est?* Occurrunt autem in collectione Aldina & Genevensi, hoc ordine, vel nullo ordine potius:

III. 1. BASILII Cæsareensis ad Libanium aliosque, Epistolæ XXXII, & LIBANII Epistolæ XII. ad Basilium. Latina versio incipit: *Pudet me singulos tibi Cappadoces adducere.* Ex his, Epistolas duodeviginti mutuas Basilii & Libanii Græce etiam edidit H. Stephanus in collectione sæpius infra laudanda, cui titulus: *Epistolia, Dialogi breves, oratiunculæ, poëmatia ex variis utriusque linguæ scriptoribus* A. 1577. 8vo.

* In Actis Eruditor. A. 16. 96. p. 501. hæc collectio traditur esse locupletior quàm Aldina, & 150. auctorum Epistolas continere. Quanquam vero index qui Genevensi editioni Græcolatinæ præfigitur, colligit tot nomina, sub quibus Epistolas confinxere Alciphron, Theophylactus & alii, neutiquam tamen plures Auctores Epistolarum nec plures Epistolas quam Aldina exhibet.

2011 Ministerio de Cultura

8vo. Ex innumeris LIBANII Epiſtolis elegantiores ſelectioreſque numero CCLXIV. in unum volumen olim digeſſit *Georgius Lecapenus*, quas puerum ſe undecennem in Collegio Græcorum furtim exſcripſiſſe refert *Allatius* de Georgiis p. 364. Decem Epiſtolas Libanii ad Ariſtænetum ab Holſtenio acceptas ex Cod. Vaticano Græce & latine edidit Lambecius Lib. VI. de Bibl. Vindob. p. 244. ſeq. teſtatus has aliaſque MStas etiam in Bibl. Cæſarea exſtare, & p. 255. memorans codicem ejusdem Bibl. membranaceum, in quo CCCCXVIII. & alium chartaceum in quo CCLXXXIX. Libanii Epiſtolæ continentur. Singulas quasdam Libanii Epiſtolas ediderunt *Fred. Morellus* ante tomum 1. operum Libanii (cum alioqui Epiſtolas in ſua illius ſcriptoris editione prætermiſiſſet,) *Henr. Valeſius* præfat. ad Ammianum, *Cotelerius* T. 2. monument. Eccleſiæ Gr. p. 96. itemque alii. Plures Libanii Epiſtolæ latine translatæ ſunt à *Franciſco Zambicario* Bononienſi, editæque unà cum argumentis *Joh. Sommerfeldii* Cracov. 1504. 4to. Græce etiam Pariſiis quasdam vulgavit *Guil. Morellus*, & ibidem Græce ac latine *Antonius Pichonius* 4to. Longe plurium vero editionem moliti ſunt viri doctiſſimi *Leo Allatius*, *Ezechiel Spanhemius*, *Laur. Normannus* cum incredibili Græcarum literarum jactura annoſuperiore 1703. denatus, & *Gotfridus Olearius*. Sed nemo hac provincia defungi felicius poterit Nobiliſſimo *Friderico Roſtgaardo*, â quo mille & ſexcentas amplius Libanii Epiſtolas ex omnibus Europæ Bibliothecis conquiſitas deſcriptas & cum variis codd. collatas videre me memini.

IV. BASILII Epiſtolæ cum quibusdam Nazianzeni Græce, præfixa *Vinc. Obſopœi* præfatione prodierunt Haganoæ A. 1528. 8vo. & in prioribus Baſilii operum editionibus exſtant CLXXX., quarum pleraſque verterunt *Guil. Budæus* & *Jac. Mycillus*. In poſtremis editionibus * Pariſienſibus Græcolatinis præter Epiſtolas illas cum eadem verſione â *Godfrido Tilmanno* recognita, acceſſerunt aliæ CCXLVIII. (ita ut numerus adſcendat ad CCCCXXVIII.) in lucem protractæ â *Wolfg. Muſculo*, *Flaminio Nobilio*, *Davide Hœſchelio* ** & *Richardo Montacutio*, qui poſtremas CCIV. primus eruit & latinitate donavit, niſi quod *Abrahamus* quoque *Scultetus* parte quarta Medullæ Patrum p. 253. ſexaginta Baſilii Epiſtolas ab Hœſchelio ex MSS. collectas vulgavit ex verſione *Joh.*

* Utraque, tàm 1618. quàm anni 1638. fol. Fallitur enim accuratiſſimus Caveus, qui parte 1. hiſt. literariæ editionem anni 1638. plusquam ducentis Epiſtolis illa Anno 1618. auctiorem eſſe affirmat.

** In notis ad Phrynichum p. 130. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Joh. Jacobi Beureri in quibus occurrit etiam *Epistola Apollinarii ad Basilium* & *Basilii ad Apollinarium* quæ in omnibus Opp. Basilii editionibus desiderantur, & forte spuriæ sunt, ut de Epistolis Basilii â *Cotelerio* T. 2. monument. Ecclesiæ Gr. vulgatis persuadent sibi eruditi. Epistolas Basilii tanquam normam Ἐπιστολιμαίων χαρακτῆρα prædicat Photius Cod. 143. & Epistola 207. ad Amphilochium Cyzici Metropolitam. Nihilque illis melius aut præstantius reperiri affirmat Suidas in Βασίλειος.

V. 2. CHIONIS Heracleensis, qui cum Leonida Platonis discipulus * fuit, Epistolæ XVII. Latina versio incipit: *Reddidit mihi Epistolam Lysis jam tertium diem.* Epistola VII. p. 28. verba: ὅτως ἀμείβεται χίων τὰς βλασφημήσαντας reddenda sunt: *ita Chion solet maledicta* (beneficiis) *rependere*, non ut interpres: *insulam Chio excipere maledicos*. Has Epistolas uti Æschinis quoque (de quibus mox) ex collatione vetusti codicis, locis quibusdam meliores reddere possum. Separatim quoque edidit Epistolas Chionis *Johannes Caselius* Rostoch. 1583. 4. Crebra in illis laus Socratis, Xenophontis ac Platonis. Imprimis vero qui eas scripsit conatus est demonstrare, quod Philosophia non reddat homines inertes, verùm ad negotia publica non minus quam privata idoneos.

VI. 3. ÆSCHINIS Oratoris Epistolæ XII. conscriptæ ad Athenienses in exilio, cum accusato frustra Ctesiphonte, cessisset Athenis, atque Rhodum se contulisset. Latina versio incipit: *Cum vespere solvissemus è Munichia.* Leguntur etiam in editione operum Æschinis ac Demosthenis ante Orationem Demosthenis XIX. cum versione *Hieronymi Wolfii* T. 1. p. 121. seq. Sed diversa hæc versio est, nescio an etiam diversa sit â translatione *Petri Nannii*, qui itidem Æschinis Epistolas latine vertit, sed jam non est ad manus. Photius novem tantum Æschinis Epistolas memorat, totidem Musarum nomine celebratas cod. 61. & 264.

VII. 4. ISOCRATIS Rhetoris Epistolæ VIII. Latina versio incipit: *si tam essem ætate juvenis, quam senex.* Quatuor primæ scriptæ sunt ad Philippum, quinta ad Alexandrum (nondum Regem Macedoniæ) sexta ad Jasonis Thessalorum ducis liberos, septima ad Timotheum Heracleæ (diversum à Timotheo Cononis F. Athenienſi Tyrannum, à quo pro Epistolis ad Athenienses mittendis talentum præmii loco tulisse Isocratem testantur Plutarchus & Photius in ejus vita) octava ad Magistratus Mitylenæorum. Hieronymus Wolfius in sua Isocratis editione & aliam translationem â se elaboratam, & nonam Isocratis E-

 pistolam

* Vide Justinum Lib. XVI. c. 5.

2011 Ministerio de Cultura

piſtolam ad Dionyſium juniorem, Siciliæ Tyrannum, adjunxit. Cum eadem verſione leguntur ad calcem Phraſeologiæ Iſocrateæ Mich. Neandri. Baſil. 1558. 8. Prodierunt etiam Iſocratis Epiſtolæ Pariſ. 1557. 4to. Græce, unà cum Epiſtolis Demoſthenis, Æſchinis, Platonis & Bruti. Tum Londini 1685. 12mo. cum verſione, paraphraſi & ſcholiis *Georgii Sylvani*, Pannonii, Medici, quæ editio recenſetur in Actis Eruditor. A. 1686. p. 259.

VIII. 5. PHALARIDIS Epiſtolæ de quibus dictum ſupra §. 1.

IX. 6. PYTHAGORÆ Philoſophi Epiſtola ad Hieronem Siciliæ Tyrannum, qua ad illum venire recuſat. Latina verſio incipit: *Mea vita in ſecuritate & otio poſita eſt.* Hanc epiſtolam ex ſua verſione (diverſa quidem illa) latine edidit in farragine Epiſtolarum Laconicarum p. 424. *Gilbertus Cognatus*: tum Græce ac latine ad calcem protreptici Jamblichiani cum alia *Joh. Curterii* Angli verſione Joh. Arcerius. Cum alia denique translatione *Johannis Northi* & hanc ad Hieronem, & alteram Pythagoræ ad Anaximenem * ex Laërtii Lib. VIII. ſect. 49. petitam recudi juſſit Thomas Galeus Vir Cl. in Opuſculis Phyſicis Mythologicis & Ethicis p. 735. ſeq. Joachimus Zehnerus inter fragmenta Pythagoræ Lipſ. 1602. 8vo. edita has Epiſtolas, quod miror, omiſit.

X. 7. M. BRUTI, illius qui C. Julium Cæſarem interfecit, Epiſtolæ XXXV. cum totidem aliorum reſponſoriis ad eum, præmiſſa præfatione Mithridatis ad Regem Mithridatem, ſuum conſobrinum. Latina verſio incipit: *Bruti Epiſtolas iterum ac ſæpius ſum admiratus.* Ex alia verſione *Rainutii Florentini* Nicolao V. Pontifici inſcripta leguntur in farragine Epiſtolarum Laconicarum Gilberti Cognati, in Joh. Buchleri theſauro Laconicarum Epiſtolarum, & in editione Græcolatina Commeliniana, adjuncta latina Bruti ad Ciceronem Epiſtola, quæ incipit: *quanta ſim lætitia affectus*, A. 1597. 8vo. Alia verſio *Bartholomæi Juſtopolitani*, in Græcolatina editione Ao. 1502. 4to. Exſtant & Græce cum Demoſthenis, Æſchinis, Platonis & Iſocratis Epiſtolis Pariſ. 1557. 4to. & omiſſâ Mithridatis præfatione in collectione H. Stephani A. 1577. 8vo. Equidem Cicero jam pridem brevitatem Epiſtolarum Bruti laudavit, & Phrynichus apud Photium cod. 167. auctor eſt Marcianum, qui Cretica ſive de rebus Cretenſium ſcripſit, Brutum in ſtylo Epiſtolari prætuliſſe Demoſtheni, Platonique. Καὶ Μαρκιανόν φησι τῶν Κρητικῶν συγγρα-

* Reſpondet hac Epiſtola Pythagoras (Athleta ut videtur, non Philoſophus) ad Epiſtolam quam ſub Anaximenis nomine exhibet Laërtius Lib. II. ſect. 4. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

συγγραφέα ὑπεροράν μὲν Πλάτωνα καὶ Δημοσθένης, καὶ κανόνα τῆς ἐν λόγῳ ἀρετῆς ἀποφαίνειν. Philostratus quoque Epist. 1. in charactere Epistolico inter duces bellicos præstare ait Brutum, ἢ ὅσῳ βρᾴστα πρὸς τὸ ὁπισέλλειν ἔχρῆτο. Laudat & Photius Epist. 207. Nihilominus Epistolia hæc græca quæ habemus, quæque scripta feruntur eo tempore quo Brutus & Cassius extincto Cæsare bellum cum Dolabella gesserunt, tanquam â Sophista quodam exercitii gratia composita pro suspectis habent viri eruditi. Ita Erasmus libro & Epistola prima: *Porro Epistolæ quas nobis reliquit nescio quis Bruti nomine, nomine Phalaridis, nomine Senecæ & Pauli, quid aliud censeri possunt qnam declamatiunculæ?* Latinas Bruti Epistolas, ex quibus nonnullæ etiamnum inter Ciceronianas leguntur, allegant Diomedes Lib. I. p. 383. & Priscianus Lib. IX. p. 863. Vide & Plinium Lib. XXXIII. c. 3. Ovidium 1. de ponto eleg. 1. v. 24. Auctor dialogi de oratoribus: *Legisti utique & Calvi & Bruti ad Ciceronem missas Epistolas, ex quibus facile est deprehendere Calvum quidem visum Ciceroni exsanguem & attritum, Brutum autem otiosum atque disjunctum.* Quo in loco *otiosum* legi debere, non ut Lipsius *odiosum*, contendit Gevartius p. 223. lection. Papinian. ad hæc Statii IV. 9. silvar. *Sed Bruti senis oscitationes.*

XI. 8. APOLLONII TYANENSIS Epistolæ LXXXV. in quibus sunt binæ *Musonii* Philosophi, singulæque *Claudii* Imperatoris, *Garmi* Regis Babylonii, *Phraotæ* Indorum Regis, *Vespasiani* Imp. & Lacedæmoniorum. Epistolæ â XLIII. ad XLVIII. & ab LXXXI. ad LXXXV. passim occurrunt apud Philostratum in vita Apollonii qui Lib. I. c. 2. testatur se ea quæ de Apollonio tradit accepisse tum aliunde tum ex Epistolis ab eo scriptis. Ἐπέστελλε δὲ βασιλεῦσι, ζοφισαῖς, Ἠλείοις, Δελφοῖς, Ἰνδοῖς, Αἰγυπτίοις, ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ ἐθνῶν, ὑπὲρ ἠθῶν, ὑπὲρ νόμων παρ' οὓς ὁ, τι ἂν πεάττοιτο ἐπηνώρθου. Idem Epistola 1. affirmat inter Philosophos Epistolarem characterem optime tractatum ab Apollonio & Dione. Passim Epistolas Apollonii laudat & ex iis nonnulla producit in florilegio Stobæus. Epistola ad Jarcham occurrit apud Philostratum III. 15. Epistolæ octogesimæ tertiæ quæ est ad Titum Imp. miror ex eodem Philostrato non adjunctam esse Titi responsionem quæ his verbis absolvitur: *Et meo & Patris nomine tibi gratias habeo, & officiorum tuorum memor ero. Ego enim Hierosolymam, tu autem me cepisti.* Epistolam Apollonii ad Brachmanas memorat & Porphyrius ap. Stobæum in fragmento de styge. Epistolas mutuas Apollonii & Musonii Svidas in Μουσωνίῳ. Epistolas ad Bassum Corinthium, in Βάσσῳ. ad Scopelianum in Σκοπελιανός. Svidas in Σοφοκλῆς à Philostrato notat Euphratem Philosophum ψευδῆ γράμματα ad-

 versus

2011 Ministerio de Cultura

versus Apollonium composuisse. Latina versio primæ Epistolæ in editione Genevensi Cujacio adscripta incipit his verbis: *Ego quidem Philosophis amicus sum, Sophistis vero* &c. Alia versio *P. Nannii* exstat in farragine Epistolarum Laconicarum Gilberti Cognati p. 404. seq. & Buchleri thesauro p. 584. seq. Alia *Eilhardi Lubini*, cum qua excusæ Apollonii Epistolæ Græcè & lat. apud Commelinum Ao. 1601. 8vo. Supra quoque memoravi editionem Græcolatinam cum versione *Bartholomæi Justinopolitani* Ao. 1502. 4to.

XII. 9. JULIANI Imp. Epistolæ XLVIII. Latina versio incipit: *Ego te jamdudum Nilum tenere putabam, sæpiusque mihi* &c. Nescio sitne eadem translatio quæ in editione Epistolarum Juliani Græcolatina Wecheliana cum ejusdem Misopogone vulgata A. 1565. 8vo. Alia certe est *Petri Martinii* Navarri Paris. 1583. 8vo. in qua Juliani opusculorum editione Græcolatina præter jam dictas XLVIII, aliæ Juliani novem Epistolæ Lugd. Bat. Ao. 1617. Græce primum editæ accedunt, cum ejusdem Martinii versione. Epistolam ad Alexandrinos primus in lucem protulit vertitque *Nicolaus Rigaltius* adjunctam funeri Parasitico, Paris. 1601. & â *Dionysio Petavio* deinde in sua Juliani editione Græcolatina Paris. 1630. 4to. in binas Epistolas (numero LVIII. LIX.) divisam. Addidit & duas alias Juliani Epistolas Petavius, à Patricio Junio ad se missas (LX. & LXI.) Denique inter Opera Juliani Lips. A. 1666. fol. ab illustri *Ez. Spanhemio* post Petavium ad MSS. codices recensita ac suppleta, leguntur Epistolæ Juliani LXIII. & una sub nomine *Galli* Cæsaris * ad Julianum fratrem, adjuncta Martinii & in postremis Rigaltii, Petavii atque ejusdem Spanhemii versione. Intellexi etiam nobilem atque doctissimum virum *Fridericum Rostgaard* Danum plures Juliani Epistolas ineditas (sedecim numero ni fallor) possidere, & ex itinere domum secum tulisse. E primoribus Epistolis XLVIII. H. Stephanus septem breviores selectas Græce edidit in sua collectione jam sæpius memorata A. 1577. 8vo. Ex Epistolis Juliani quædam profert Svidas in Ἡρόδοτ@, Μαρωνι@ &c. Decima ad Alexandrinos legitur apud Socratem Hist. Eccles. III. 3. Quadragesima secunda continet edictum de Christianis ** â munere docendi literas huma-

* Hanc è Bibl. Vaticana descriptam, latine vertit Nic. Alemannus, Petavio autem confecta videtur ab otioso quodam Græculo, quia tradit ἐκ προγόνων Julianum accepisse, ut esset Christianus. Confer Petavii Epist. 25. Libri II.

** Vide Baron ad A. C. 362. n. 275---297. Jac. Gothofredum ad L. V. Cod. Theodos. de Medicis & Professor. Montacutium ad Nazianzeni Stelitevt. Valesium p. 119. ad excerpta Peiresc.

2011 Ministerio de Cultura

humaniores arcendis, de quo præter Rufinum 1.32. Socratem III. 12. Sozom. V. 17. Theodoritum III. 8. Oroſium VII. 30. & Annalium ſcriptores meminit Ammianus Lib. XXII. p. 324. & XXV. p. 427. Epiſtolas ad Jamblichum Juliano ſuppoſitas conjicit vir præſtantiſſimus H. Dodvvellus Exerc. de Pythagoræ ætate p. 187. *Has diu mihi*, inquit, *ſuſpectas fateor. Agunt certe omnes de argumentis admodum levibus Sophiſta profecto quàm principe dignoribus. Negotium in illis ſerium nullum eſt, & ſtyli curam majorem ſapiunt quam quæ deceat vel Philoſophum. Præcipuum vero in illas argumentum eſt neglectæ Chronologiæ. Sopatrum hîc* (Epiſt. XL.) *redivivum legimus, ſub Conſtino M. interfectum.* Sed forte non neceſſe eſt Sopatrum Syrum Jamblichi diſcipulum eundem exiſtimare cum Sopatro quem Ablabii ſycophantiâ interemit Conſtantinus, quemque Sozomenus 1. 5. Hiſt. Eccleſ. Plotini diſcipulum fuiſſe, non Jamblichi innuit. Ex deperdita Juliani Epiſt. ad Corinthios quædam profert Libanius T. 2. p. 217.

XIII. 10. Ἐπιστολικοὶ τύποι, ſive *Ratio, formulæque ſcribendarum Epiſtolarum variigeneris, ad Heraclidam.* Latina verſio incipit: *cum viderem, Heraclida, te ſtylorum Epiſtolarium* &c. Hic libellus qui ſine nomine auctoris in Aldina Græca Epiſtolarum collectione, & Græcolatina Genevenſi exſtat, ab aliis tribuitur *Libanio*, ab aliis *Theoni* Alexandrino. Similem libellum inſcriptum *Characteres Epiſtolici*, ſub auctoris *Libanii* nomine ex verſione latina *Wolfgangi Aræmœcii* præmiſſum video farragini Epiſtolarum Laconicarum a Gilberto Gognato collectæ editæque ap. Joh. Oporinum Baſil. 1554. 12mo. Eundem ſub eodem Libanii nomine Græcè cum verſione *Caſp. Stiblini & Chriſtophori Caſſeani* præmittit editio Commeliniana Græcolatina Epiſtolarum Phalaridis & Bruti A. 1597. incipit: *Ratio conſcribendi Epiſtolas varia eſt.* Sine nomine auctoris ſeorſim excuſus eſt Græcè typis Regiis in officina Fed. Morelli Ao. 1577. 4to. Græce & latine Baſil 1548. 8vo. In MSS. quibusdam ut Vindobonenſi, Oxonienſi Barocciano, & tribus Regis Chriſtianiſſimi memoratis Labbeo p. 109. Bibl. novæ MSS. hoc ſcriptum non ad Libanium ſed ad *Proclum* refertur, ut in elencho ſcriptorum ejus num. XV. obſervavi, Lambecius vero Lib. III. commentar. de Bibl. Vindob. p. 150. cum retuliſſet eundem libellum MStum exſtare in theſauro librario Auguſtiſſimi Imp. addit integram illam conſcribendarum Epiſtolarum methodum variis exemplis illuſtratam, ex qua hæc Epitome excerpta eſt, editam eſſe latine tantum & absque nomine auctoris â *Johanne Sambuco* Tirnavienſi, typis Joh. Oporini Ao. 1588. 8vo. in præfatione autem Sambucum teſtari quod auctor ſibi videatur *Libanius*. De Epiſtolarum cha-

2011 Ministerio de Cultura

ractere videndus etiam Isidorus Peluſiota Lib. V. Epiſt. 133. Philoſtratus Epiſt. 1. Photius Epiſt. 207. & Gregorius Nazianzenus Epiſt. 2. ad Nicobulum, quam cum verſione ſua dat etiam Aldus Manutius Pauli F. in quæſitis per Epiſtolam T. 4. facis artium Gruterianæ p. 231. ſeq. ubi plura hujus argumenti ex Demetrio περὶ ἑρμηνείας, & aliis Rhetoribus collecta poſſunt videri.

XIV. 11. SYNESII Cyrenæi, Philoſophi, & Ptolemaidis Epiſcopi Epiſtolæ CLV. Latina verſio incipit p. 169. *Liberos ego genui orationes &c.* Prodierunt etiam inter alia Syneſii ſcripta Græce edente Turnebo A. 1553. fol. & latine ex verſione *Jani Cornarii* Baſil. 1560. fol. Seorſim præterea Græce ac latine cum translatione *Thomæ Naogeorgi* Baſil. 1558. 8vo. & cum verſione *Adr. Turnebi* * Pariſ. 1605. 8vo. Denique cum verſione *Dionyſii Petavii* inter Syneſii opera ab illo junctim edita & illuſtrata Pariſ. 1612. 1631. 1640. fol. Exſtant Epiſtolæ Syneſii MSS. in Bibl. Paulina, Lipſiæ, ex quo codice editionem Petavianam in non paucis locis emendari poſſe monuit me qui ante aliquot annos contulit *Johannes Fridericus Fellerus* Joachimi Ἑλληνιστὴς Filius. Breviores Epiſtolas Syneſianas XXVIII. ſelegit & ſuæ collectioni inſeruit Henr. Stephanus A. 1577. 8vo. Tranſtulit etiam nonnullas *Petrus Nannius* Alcmarianus, undecim enim Epiſtolæ Syneſii ex latina Nannii verſione leguntur in farragine Epiſtolarum Laconicarum Gilb. Cognati Baſil. 1554. 12mo. Epiſtolam ad Orum cum libris de providentia Græce edidit & latine vertit *Eſromus Rudingerus* Bambergenſis Baſil. 1656. 8vo. Nicephorus Lib. XIV. c. 55. Epiſtolas Syneſii CLX. memorat, eaſque θαυμαζομένας vocat Suidas, quæ Photio cod. 26. judice ita venuſtate ac dulcedine exuberant, ut non minus afficiant pondere ac denſitate ſententiarum. Præter rem ni fallor Syneſio noſtro tribuitur Epiſtola ad Dioſcorum Serapidis Alexandrini ſacerdotem, ſive *ſcholia ad Chemicum Democriti Librum*, in editionibus operum Syneſii recte omiſſa, de quibus dixi Libro ſexto, in recenſione ſcriptorum variorum Chemicorum.

XV. 12. DEMOSTHENIS Oratoris Epiſtolæ VI. in exilio non diu ante mortem ſcriptæ, ex quibus quatuor primores & poſtrema ſcriptæ ſunt Senatui populoque Athenienſium, quinta Heracleodoro. Latina verſio adjuncta eſt *Hieron. Wolfii*, â quo Demoſthenis opera latine translata & notis illuſtrata, Epiſtolas vero poſt Orationem XVIII. ſubjectas eſſe conſtat. Vertit etiam Demoſthenis Epiſtolas *Petrus Nannius* Alcmarianus. Et Græce Æſchinis Demoſthenisque Epiſtolæ ſeparatim editæ ſunt Pariſiis in 4to. XVI.

* Si fides Eliæ du Pin Bibl. Eccleſ. T. 3. p. 267.

2011 Ministerio de Cultura

XVI. 13. PLATONIS Philoſophi Epiſtolæ XIII. quas Demetrius libro de elocutione §. 237. 243. Origenes libris contra Celſum, Euſebius in præparat. & Julianus Imp. lectas ſibi teſtantur, & agnoſcit inter γνήσια Platonis ſcripta Thraſyllus apud Laërtium III. 61. & Ariſtophanes Grammaticus ibid. 62. ut Suidam (qui etiam *Dionis* principis Syracuſani ad Platonem Epiſtolas memorat) Photium Epiſt. 207. & alios juniores omittam. Latina verſio adjuncta eſt *Marſilii Ficini*, præter quem Epiſtolas Platonis latine vertit & argumentis illuſtravit *Petrus Ramus* Veromanduus Baſil. 1580. 4vo. ad calcem prælectionum ſuarum in Ciceronis & nonnulla Quintiliani. Tum *Johannes Serranus* in ſua Platonis editione. Prodierunt etiam ſeorſim Græce & latine cum *Joh. Jacobi Beureri* Profeſſoris Friburgenſis notis Logicis Ethicis & Politicis Machiavelliſmo oppoſitis, Baſileæ 1585. 4. Epiſtola Platonis ad Dionem quâ centum minis ſibi emi rogabat commentarios Pythagoricos Philolai Crotoniatæ memorata Laërtio VIII. 15. & 85. inter tredecim illas quas dixi non exſtat ſed intercidit. Platonis Epiſtolam ad Archytam exhibet idem Laërtius VIII. 81. quæ inter editas eſt duodecima. Decima *ad Ariſtodorum*, in ejusdem Laërtii codicibus III. 61. inſcribitur *ad Ariſtodemum*. Duodecimæ ad Archytam & tertiæ decimæ ad Dionyſium neſcio quare in Platonis editionibus, Criticorum νοθεύεται præfigitur, cum à Thraſyllo & Laërtio agnoſcantur. Fallitur etiam Menagius ad Laërtium p. 155. & 158. ſcribens inter tredecim illas deſiderari Epiſtolam ad Eraſtum & Coriſcum quæ laudatur à Clemente & Origine, & videri à Chriſtianis ſuppoſitam. Eſt enim ſexta inter eas quas habemus, & quas agnoſcit Thraſyllus.

XVII. 14. ARISTOTELIS Philoſophi Epiſtolæ VII. binæ ad Philippum, ad Alexandrum tres, ad Olympiadem una, una ad Theophraſtum & una *Philippi* Regis ad Olympiadem, alteraque ad Ariſtotelem *Alexandri*, quæ cum Ariſtotelis reſponſione occurrit etiam ex Andronici libro apud Gellium Lib. XX. c. 5. Plutarchum in Alexandri vita p. 668. & Themiſtium præf. ad Phyſica Ariſtotelis. Latina Verſio Epiſtolarum Ariſtotelis incipit: *Qui imperia ad ſubditorum beneficium atque utilitatem referunt.* Aliam Ariſtotelis ad Alexandrum Epiſtolam ſive volumen potius (σύγγραμμα αὐτῆ ἐπιστολῆς) memorat Demetrius libro de elocutione §. 253. Cujus judicio §. 239. Ariſtoteles ὡς μάλιστα ἐπιστευχέναι δοκεῖ ἐν τύπῳ ἐπιστολικῷ. Ex illa longiore Epiſtola, ἐν τῷ πανί, fragmenta exſtant apud Stobæum Eclog. p. 7. 14. & 70. ſeqq. quæ omnia ad verbum leguntur in libro quem ſub

2011 Ministerio de Cultura

ſub Ariſtotelis nomine habemus de Mundo. Unde perſpicuum eſſe puto & ſcriptum illud vere eſſe Ariſtotelis & tanquam Epiſtolam miſſum eſſe ad Alexandrum. De deperditis Ariſtotelis Epiſtolis agit Jonſius de ſcriptoribus hiſt. Philoſ. p. 70. & Menagius ad Laërtii Lib. V. ſect. 27. quorum obſervationibus eruditis adde Epiſtolam Ariſtotelis de Alexandro ad Antipatrum memorari a Plutarcho de profectu Virtutis ſentiendo p. 78. Plures Alexandri M. Epiſtolas laudat præter Heſychium in Lexico tribus locis, idem Plutarchus in Regis illius vita & Plinius Lib. VI. Hiſt. natural. c. 17. Curtius Lib. IV. c. 1. &c. Calani Epiſtolam ad Alexandrum, Philo περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον p. 680. Illas vero ad diverſos quæ Alexandri nomine leguntur in collectione latina Epiſtolarum quæ prodiit Argentor. A. 1593. 8vo. ſub titulo: *Epiſtolæ procerum mundi, Regum, Principum, Rerump. & ſapientum virorum*, pro ſuppoſititiis habet Tho. Reineſius in Epiſtola 38. ad Chriſtoph. Adamum Rupertum p. 312. præſertim quas Illyriis, Lacedæmoniis, Dario, Poro (ita p. 201. legendum pro Pyrrho) & Didymo (lege Dindimo) Brachmannorum Regi miſiſſe dicitur. Idem dixeris de Epiſtola Alexandri quæ *de ſitu & mirabilibus Indiæ* interprete ut falſo jactant *Cornelio Nepote* fertur, editaque eſt latine (non Græce ut affirmat auctor Pandectarum Brandenburgenſium) a *Jacobo Catalanenſi* in officina Joh. Gormentii, ſine nota loci vel anni quo impreſſa eſt, tum Venetiis 1499. Bononiæ 1501. Pariſ. 1537. 8vo. Exſtat & MSta in membrana, Hamburgi in Bibl. Johannea, & in aliis Bibliothecis paſſim. Memoratur etiam Palladio lib. de Bragmanibus p. 2. edit. Biſſei: διήγημα ἦ, inquit, φέρεται Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων Βασιλέως, ἐξηγησαμένου πῶς τὸν βίον αὐτῶν (ἰνδῶν.) Ad calcem ejusdem Palladii p. 85. ſeqq. latine ſubjiciuntur Epiſtolæ mutuæ *Dindimi* Regis Bragmanorum & Alexandri. De Alexandri Epiſtola ad matrem Olympiadem memorata Plutarcho in vita Alex. Athenagoræ p. 31. Apologiæ. Auguſtino VIII. 5. & 27. & XII. 10. de Civ. Dei aliiſque vide notas Epiſcopi Oxonienſis Joh. Felli ad Cyprianum de Idolorum vanitate p. 12. & Georgium Gentium ad Canones Ethicos Maimonidis p. 111. *Artemon* ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας Ἐπιστολὰς *qui Ariſtotelis Epiſtolas recenſuit* memoratur à Demetrio Lib. περὶ ἑρμηνείας. Ita enim locum illum intelligo, licet alii putant eum Ariſtotelis Epiſtolas exſcripſiſſe ut Menagius p. 157. ad Laërt. III. 27. & 50. vel commentario illuſtraſſe, ut Meurſius in Bibl. Græca. Prætereo Epiſtolia quædam Alexandri, collecta â *Gilberto Cognato* & latine edita in ejus farragine Epiſtolarum Laconicarum p. 441. ſeq. *Philippi* Regis Epiſtolæ quædam in Demoſthenis Oratio-

2011 Ministerio de Cultura

ſcriptis memorantur & exhibentur, quibus adde ſis, quæ ex Epiſtola ejus ad Alexandrum filium refert Cicero 2. Offic. p. 44.

XVIII. 15. HIPPOCRATIS Coi, Medici, & aliorum Epiſtolæ XIV. quarum 1.) Artaxerxis ad Pætum 2.) Pæti ad Artaxerxem 3.) Artaxerxis ad Hyſtanem. 4. Hyſtanis ad Hippocratem 5——12.) Hippocratis ad Hyſtanem, ad Abderitas, ad Philopœmenem, ad Dionyſium, ad Damagetum, * iterum ad Philopœmenem, ad Craterum & ad Damagetum 13.) Democriti ad Hippocratem 14.) Hippocratis ad Democritum. Latina verſio adjuncta eſt *Anutii Foëſii*, qui Hippocratis ſcripta latine vertit poſt *Janum Cornarium*, cujus verſio ſervatur tum in aliis tum in editione Græcolatina Lindeniana. Cæterum in Foëſiana edit. Sect. ult. in Pariſienſi Renati Charterii Tomo I. in Lindeniana & editionbus pleriſque Hippocratis, præter illas quatuordecim Epiſtolas (quas ſolas etiam *Eilhardus Lubinus* Græce & latine cum nova verſione ſua recudendas dedit apud Commelin. 1601. 8vo.) aliæ ſex occurrunt: 15.) Hippocratis ad Demetrium Regem 16.) Hyſtanis ad Arataxerxem 17.) Artaxerxis ad Coos 18.) Coorum Reſponſio 19.) Abderitarum ad Hippocratem & 20.) Hippocratis ad Theſſalum filium. Has viginti Epiſtolas latine ex Cornarii verſione *Chriſtianus Thomaſius* recudendas dedit in Hiſtoria ſapientiæ & ſtultitiæ Tomo 2. obſervationibusque moralibus illuſtravit ſub titulo: *Democritus & Hippocrates Philoſophi morales*, Halæ Sax. 1693. 8vo. Ex verſione *Rainutii Florentini* eædem XX. Epiſtolæ leguntur in farragine Epiſtolarum Laconicarum Gilberti Cognati Baſil. 1554 12mo. Binas Democriti ad Hippocratem cum Hippocratis Epiſtola ad Democritum & altera ad Damagetum, Græce in Poëſi ſua Philoſophica p. 181. ſeq. recudit H. Stephanus. Epiſtolas haſce memorat Suidas, itemque Soranus in Hippocratis vita, cæterum ſuſpectæ ſunt viris ** eruditis ex quibus Joſephus Scaliger Epiſtola CCCVI. ad Everhardum Vorſtium: *De Epiſtolis Hippocratis quod ex me quæris, antiquas eas eſſe ſcio, ut Democriti, Solonis, Pittaci Mitylenæi, quæ apud Laërtium leguntur.*

* Hujus Epiſtolæ ad Damagetum interpretationem & paraphraſin edidit Alardus Amſtelodamus, Saligniaci A. 1530. 8vo.

** Ita jam olim Demetrius Magnes libro de ſcriptoribus Homonymis apud Laërtium Lib. I. ſect. 112. confictam arguit Epiſtolam ſub *Epimenidis* nomine ad Solonem. Idem de Epiſtola *Pherecydis* ad Thaletem judicat Salmaſius p. 842. ſeq. ad Solin. edit. Pariſ. De Epiſtolis *Thaletis* Menagius ad Laërt. Lib I. ſect. 42. Petavius in paralipomenis libror de doctrina temporum p. 858. Huetius p. 77. demonſtrationis Evangelicæ. Ita *Telavgis* Epiſtola ad Philolaum memorata Laërtio VIII. 53 & 74. tanquam ſuppoſita parumque explorata fidei rejicitur apud eundem VIII. 55.

2011 Ministerio de Cultura

Sed quia omnes illas quæ illis Philoſophis â Laërtio attribuuntur multis argumentis confictas a Græcis quibus nunquam mentiendi voluntas aut facultas defuit probare poſſum, ideo cur & de his Hippocrateis dubitem juſtiſſima cauſa eſt. Et certe ſi animi nervos intendere velim, facile non eſſe Hippocratis vincam. Unicuique judicium ſuum relinquimus, tutius tamen eſt de eo dubitare quod facilius eſt confutare quam aſſerere. Longe minus pro genuinis habendæ ſunt Epiſtolæ duæ quæ Hippocratis nomine ad Antiochum & Mæcenatem leguntur latine ante librum Marcelli Empirici de Medicamentis & inter Opera Hippocratis T. 1. edit. Lindenianæ p. 646. ſeq. Et altera quidem ad Mæcenatem rectius in editionibus quibusdam ut Norimb. 1588. tribuitur *Antonio Muſæ* Confer Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 215.

XIX. 16. HERACLITI Philoſophi Epiſtolæ VI. cum binis Darii, una ad Heraclitum, altera ad Epheſios. Latina verſio incipit: *Emiſiſti ſcriptum ſermonem de natura.* Græce exſtant etiam in Poëſi Philoſophica H. Stephani p. 142. ſeq. Græce & latine edidit *Eilhardus Lubinus* cum latina ſua verſione (diverſa ab illa quæ in Genevenſi editione Græcolatina exſtat) ap. Commelin. 1601. 8vo. Epiſtola Darii qua Heraclitum rogat ad ſe venire cum Heracliti id facere abnuentis reſponſione legitur etiam apud Laërtium Lib. IX. ſect. 13. ſeq. Contemtamque Regis Perſarum invitationem â Philoſopho ſcribit Clemens Alex. 1. Strom. p. 302. Verba Epiſtolæ Heraclito tributæ hæc ſunt: ἐγὼ δὲ ἀμνησίην ἔχων πάσης πονηρίης, καὶ κόρον φεύγων παντὸς οἰκευέμενον φθόνῳ διὰ τὴν ὑπερφανίην, οὐκ ἂν ἀφικοίμην ἐς Περσικὴν χώρην, ὀλίγοις ἀρκεόμενος καθ' ἑμὴν γνώμην.

XX. 17. DIOGENIS Cynici Philoſophi Epiſtolæ XXVII. Latina verſio incipit: *Vos me exilio damnaſtis, ego vos domo*, neque diverſa eſt ab ea quam *Franciſcus Aretinus* edidit, dicavitq; Pio IV. Pontifici. Non integram tamen exhibent Genevenſes Aretini translationem. In illa quippe qualis exſtat in farragine Epiſtolarum Laconicarum *Gilb. Cognati*, & *Joh. Buchleri* theſauro, & alius ordo eſt, & numerus Epiſtolarum longe major, ſurgit enim ad XLVII. *Eilhardus* quoque *Lubinus* Diogenis Epiſtolas Græce & latine recudendas dedit, novaque verſione donavit ap. Commelin. A. 1601. 8vo. Sed ab eo poſt XXVII. illas tantum duæ adduntur, una ad Cratetem, altera ad Dionyſium. Diogenis Epiſtolas laudat Laërtius in ejus vita Lib. VI. ſect. 23.

XXI. 18. CRATETIS, Philoſophi itidem Cynici, Epiſtolæ XIV. quarum una eſt ad neſcio quem Origenem. Latina verſio incipit: *Redi ſumma cum celeritate.* Alia verſio eſt *Eilhardi Lubini*, cum qua hæ Cra-

2011 Ministerio de Cultura

hæ Cratetis Epiſtolæ alio ordine diſpoſitæ & Epiſtolis hactenus memoratis Hippocratis, Heracliti ac Diogenis ſubjectæ exhibentur A. 1601. ap. Commelin. 8vo. Laertius in Hipparchiæ vita Lib. VI. ſect. 98. Φέρεται ὃ & Κράτητος βιβλίον Ἐπιστολαὶ, ad quem locum Menagius p. 266: *Exſtant hodie Cratetis Epiſtolæ quædam ſed ſuppoſititiæ.* Eodem loco putat verba Laërtii legenda eſſe ſic: Φέρεται ὃ πρὸς τὸν Κράτητα βιβλίον Ἐπιστολαί. Sed non neceſſarium duxerim contra codicum fidem hæc ita mutare, quia Cratetis Epiſtolis Epiſtolas Hipparchiæ adjunctas Laërtius intellexit qui & alias & longe plures quam hodie exſtant Cratetis Epiſtolas evolviſſe videtur.

XXII. 19. ANACHARSIDIS Scythæ, Philoſophi qui Solonis temporibus vixit & Athenas acceſſit, Epiſtolæ IX. Latina verſio incipit: *Ridetis meam vocem quia non plane atque exquiſite &c.* Cum alia verſione a ſe elaborata Anacharſidis Epiſtolas Græce & latine edidit *Eilhardus Lubinus* ap. Commelin. 1601. 8vo. Quintam ad Hannonem latine refert Cicero 5. Tuſc. Quæſt. p. 246. Nona ad Crœſum ſcripta eſt, ſed aliam Anacharſidis ad Crœſum Epiſtolam leges apud Laërtium in Anacharſidis vita Lib. I. ſect. 105.

XXIII. 20. EURIPIDIS Tragici Epiſtolæ V. Latina verſio incipit: *Argentum iterum ad te remiſimus.* Prodierunt & cum alia verſione *Eilhardi Lubini* Græce & latine ap. Commelin 1601. 8vo. Deniq; cum nova verſione *Joſuæ Barneſii* ad calcem præclaræ editionis tragœdiarum Euripidis Cantabrig. 1694. fol. Quanquam vero Anonymus Græcus vitæ Arati ſcriptor notat fuiſſe olim qui Epiſtolas â *Pollone* ſive *Pollione* quodam Euripidi ſuppoſitas eſſe crederent, ita enim ille: Ἀπολλωνίδης ὁ Κηφεὺς (Richardus Bentlejus ex Ammonio in κατοίκησις probe obſervavit legendum Νικαεὺς) ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ καλεψευσμένης ἰσοελίας ὅτι εἶναι αὐτὰς Ἀράτου φησὶ ἀλλὰ Σαβειλίου Πόλλωνος (*Sabidii* vel *Sabinii Pollionis*, niſi legendum Οὐαλειλίου *Valerii Pollionis*) ταύτας ἃς φησὶν εἶναι Πιγεγραμμένας Εὐριπίδου Ἐπιστολάς. Nihilominus Clariſs. Barneſius tam præclare de his Epiſtolis ſentit tum in Euripidis vita p. 27. tum in argumento Epiſtolis præfixo T. 2. p. 523. ut affirmet neminem facile futurum *adeo perfrictæ frontis aut judicii imminuti*, qui ſi tempus & phraſin vere Atticam & res & perſonas & ſimplicitatem & ſtylum minime elaboratum, cum ſumma tamen puritate nitentem penitus introſpexerit, easdem vel Euripide hoc noſtro indignas pronunciet, vel ab alio Euripide ſcriptas, vel ab ullo alio ætatis minus puræ auctore confictas ſuſpicetur. Viciſſim Richardus Bentlejus in ſingulari diſſ. Anglice Lond. 1697. 8vo. edita & Barneſio

2011 Ministerio de Cultura

sio oppositа illas Epistolas & vocavit in dubium, & argumentis non absurdis easdem Euripidi suppositas esse contendit. Subjecta est ejusdem viri doctissimi diatribæ de Epistolis Phalaridis, quam paulo ante commemorare me memini.

XXIV. 21. THEANUS (quæ Pythagoræ sive uxor * sive discipula fuit) Epistolæ tres, una ad Eubulen de liberis educandis, altera ad Nicostratam zelotypam, & tertia ad Callistonem de familia recte gubernanda: Adjuncta est MELISSÆ una ad Claretam, & MYIÆ ad Phyllidem. Latina versio incipit: *audio te delicatam & luxuriosam, &c.* Cum eadem translatione in Opusculis Mythologicis Physicis & Ethicis edidit *Thomas Galeus* p. 740. seq. Amst. 1688. 8vo. Cum alia versione sua ad calcem Jamblichi de vita Pythagoræ vulgavit *Joh. Arserius Theodoretus*, Franekeræ 1598. 4to. professus se primum illas latine vertisse. Græce primum ediderat H. Stephanus ad calcem Laërtii sui inter fragmenta Pythagoræorum. Exstant & Græce ac latine cum nova versione *Eilhardi Lubini* ap. Commelinum A. 1601. 8vo. Epistolam Theanûs ad Nicostratam ex *Joh. Brechæi* versione leges apud Andream Tiraquellum p. 395. de legibus Connubialibus edit. Basil. 1561. fol. Alia quatuor Epistolia sub ejusdem Theanûs nomine ex codice Vaticano vulgavit Lucas Holstenius in notis ad vitam Pythagoræ a Porphyrio scriptam p. 78. sq. In illarum postrema memoratur Parmenides Platonis, unde suppositititias esse non est dubitandum.

XXV. 22. ALCIPHRONIS Sophistæ Epistolæ ἁλιευτικὴ καὶ ἑταιρικὴ sive piscatoriæ & amatoriæ XLIV. sub variorum ad varios nominibus scriptæ. Latina versio incipit: *Opportune nobis hodierno die &c.* Sunt in his etiam nonnullæ argumenti parasitici, ut Epistola V. XV. seq. XX. XXI. XXII. &c. Octo Epistolas Alciphronis Parasiticas MSS. habuit Petrus Lambecius, ex quibus unam vulgavit in Prodromo Gelliano p. 78 seq. Idem Lib. VI. Commentar. de Bibl. Vindob. p. 259. testatur in Cæsarea illa Bibliotheca exstare XXXVIII. Epistolas ejusdem Alciphronis ἀγροικικὰς sive rusticas. Loca quædam Alciphronis illustrat Caspar Barthius Lib. III. adversar. c. 17. ubi vocat scriptorem venustum & acutum sed Atticismi nimium affectatorem, insuavioremq; & cui interprete erudito opus sit. Incertum est ecquis sit ille Alciphron Epistolarum jam recensitarum auctor. Nam alius ni fallor fuit Alciphron, Mæandrius ab Athenæo appellatus Lib. I. p. 31. sive ut a Suida annotatum est, Alciphron Philosophus ex Magnesia prope Mæandrum, memo-

* Vide Menagium in mulierum Philosopharum historia.

2011 Ministério de Cultura

memoratus Marco Antonino Lib X. sect. 31. Sane Epistolæ quæ exstant, Rhetorem ac Sophistam potius auctorem referunt quam Philosophum. Antiquiorem tamen putem Aristæneto, qui eum quandoq; imitatur, ut notavit Josias Mercerus ad hujus Lib. I. Epist 2 quam Luciani nomine Aristenætus inscripsit ad Alciphronem. Laudatur Alciphron quidam, (noster fortassis) ab Etymologico magno in ἀσελγαίνειν. Alius Alciphron fuit pater Demosthenis ducis, nisi locus apud Themistium est corruptus, idem enim qui Themistio Orat. 10. p. 138. vocatur Δημοσθένης ὁ Ἀλκίφρονος, a Thucydide Lib. III. p. 234. Δημοσθένης ὁ Ἀλκισθένους appellatur, ut ad Themistium observavit Joh. Harduinus.

XXVI. 23. PHILOSTRATI Lemnii ejusdem ut existimo qui Juliæ conjugis Alexandri Severi jussu conscripsit vitam Apollonii Tyanensis) Epistolæ LXIII. Latina versio incipit: *Epistolarem orationis stylum post veteres* &c. neque alia est quam *Antonii Bonfinii*, qui has Epistolas una cum Heroicis & vitis Sophistarum, iconibusque Philostrati latine vertit & Matthiæ Corvino Hungariæ Regi dicavit, ut notatum etiam Lambecio est Lib. II. commentar. pag. 995. Eædem Epistolæ cum Bonfinii versione exstant ad calcem operum Philostrati Græce & latine editorum à Fed. Morello Paris. 1608. fol. Idem Lambecius Libro sexto p. 259. testatur se admodum juvenem Philostrati Epistolas recensere atq; latina versione illustrare instituisse. Fragmentum de charactere Epistolico quod idem Lib. I. p 377. memorat, nihil aliud est quam Epistolarum Philostrati ab Aldo editarum prima. Philostrati Epistolas ex MSS. Palatinis auctiores & *Jodoci Kimendoncii* notis copiosis ineditis illustratas habere se testatus est Gothofredus Jungermannus, in Epistola MS. ad Eliam Putschium data 16. Febr. 1603. Alias Philostrati Epistolas VIII. eousque ineditas, & quinas editarum auctiores, Græce ex cod. MS. membranaceo Bibl. Lugd. Bat. edidit & dissertatiunculam de tribus Philostratis adjecit *Johannes Meursius*, Lugduni Batav. 1616. 4to. Notas *Casanovani* (Mr. de Caseneuve) in Philostrati Epistolas laudari vidi, ipsas non vidi.

XXVII. 24. THEOPHYLACTI Scholastici ac Sophistæ cognomento SIMOCATÆ patria Locrensis religione Christiani, qui temporibus Heraclii Imp. vixit, & conscripta Mauritii Imp. historia celebris est, Epistolæ LXXXV. ex quibus Ethicæ XLIX. Rusticæ XXVIII. & amatoriæ totidem. Latina versio incipit: *Cicada musica, simulac ver apparuit, cantandi facit initium.* Has Epistolas Græce Lugd. Bat. A. 1596. 12mo. recudi curavit *Bonaventura Vulcanius* cum ejusdem Theophylacti

2011 Ministerio de Cultura

quæstionibus Physicis, Cassii Medicis quæstionibus, præterea Epistolis quibusdam Juliani Imp. & Galli ad Julianum, Basiliique & Gregorii Naz. Græce vero & latine cum *Jodoci Kimendoncii* versione separatim excusâ Janus Gruterus easdem Epistolas recudendas dedit, cum excerptis legationum ex historia Theophylacti Mauritiana, & problematis sive quæstionibus Physicis. Heidelbergæ ap. Commelin. 1598. 8vo. è Bibliotheca A. Schotti.

XXVIII. 25. Ex ÆLIANI rusticis sive variorum Atheniensium rusticorum nomine scriptis Epistolæ XX Latina versio incipit: *Reficienti mihi ad solis splendorem botros, accedens.* Has Epistolas cum *Sebastiani Guldenbeckii* versione inter Claudii Æliani scripta edidit Conradus Gesnerus A. 1556. fol. Vide quæ infra Libro quarto, ubi de Æliano.

XXIX. 27. ÆNEÆ Sophistæ sive Rhetoris Gazæi, Christiani, qui circa tempora * persecutionis Vandalicæ, hoc est extrema sæculi a nato Christo quinti claruit, ac dialogum insignem Theophrastum de immortalitate animarum & corporis resurrectione scripsit, Epistolæ XXV. Latina versio incipit: *si tuus esset liber, & amarem, penes me optimo jure esset.* Quartadecima Epistola ab interprete est prætermissa. Christianum scriptorem indicat Epistola XV. ad Stephanum presbyterum. Procopius Gazæus ab eo respicitur Epistola XIX. ὁ ἐμὸς Προκόπιος. Etiam ad eosdem fere scribit ad quos datæ sunt Procopii de quo mox, Epistolæ, ut æquales illos fuisse non dubitem. Neque fides temere habenda Barthio Lib. III. Adversar. c. 20. qui nomina in hisce Epistolis conficta esse affirmat. Hujus puto Æneæ Elenchum τῆς παρ' ἕλλησι λογομαχίας in Bibliothecis quibusdam MStum exstare Gesnerus ac Simlerus referunt. Suidas post memoratum Ænicum Poëtam veteris Comœdiæ, ἔστι δὲ, inquit, Αἴνειος σοφιστὴς ἔστιν· βιβλία αὐ μετάβολοι. Sed forte hic pro Αἴνειος legendum non Ἀνείας ut Simlerus & alii, sed Αἴνιος.

XXX. 27. PROCOPII Sophistæ Gazæi itidem Christiani Epistolæ LX. in quibus undequinquagesima est *Megethii* ad Procopium quâ laudat ejus Ἀθηναΐδας μελίτθας, suavitatemque orationis cujusdam funebris ab eo habitæ, ac testatur aureos ingenii illius fœtus in omnium admiratione esse, quod judicium confirmat Photius cod. 160. & 206. Ut adeo haut dubitem Procopium hunc eundem Sophistam Gazæum, quem

* Vide Æneæ Theophrastum p. 81. & Barthii notas p. 155. Latine dialogum illum verterat ante Barthium Ambrosius Camaldulensis & Joh. Wolfius Tigurinus.

2011 Ministerio de Cultura

quem in funere laudavit *Choricius* ejus discipulus. Hujus Choricii * orationem memoriæ Procopii dicatam habeo & ipse MStam ac luci publicæ donatum iri confido âClarisſ. cive & amico nostro *Godfrido Oleario*, qui eam Procopianis in Octatevchum & alios V. T. libros commentariis Græce ex Bibliotheca ** Augustana Vindelic. descriptis & cum nova sua versione edendis præmittet. Non solum vero orator egregius fuit Procopius, sed teste Choricio tanta quoq; rerum divinarum scientia & sacrarum literarum cognitione fuit instructus, ut miraculi instar posset videri usque adeo eundem in dicendi facultate profeciſſe. Nec minus probis quoque moribus exstitit, ut solo habitu excepto referret sacerdotem, & multos ad meliorem frugem oratione sua converteret. Declamationes quasdam hujus Procopii ineditas memorat Nicolaus Alemannus in notis ad Anecdota alterius Procopii itidem Palæstini licet non Gazæi sed Cæsarienſis. Omnino autem fallitur vir doctus Is. Vossius qui in responso ad tertias Rich. Simonis objectiones pag. 118. ex vigesima sexta Epistola ad nescio quem Hieronymum Ægyptium concludit Procopium hunc Hieronymi Stridonensis fuisse æqualem, quem longe fuisse juniorem ex Ænea & Choricio certissime constat.

XXXI. 28. DIONYSII Sophistæ Antiocheni, Christiani ni me omnia fallunt & ejusdem ad quem scripta est Epistola Æneæ Gazæi undevicesima, Epistolæ XLVI. Latina versio incipit: *Optata mihi res est Epistola vestra.* Ex eadem incerti translatione hæ Epistolæ leguntur latine in farragine Epistolarum Laconicarum Gilberti Cognati Basil. 1554. 12mo. & in Joh. Buchleri thesauro Epistolar. Laconicarum Colon. 1606. 12mo. Græce eas in sua collectione recudendas dedit H. Stephanus Ao. 1577. 8vo.

XXXII. 29. LYSIDIS Pythagorei Epistola aureola ad Hipparchum Magistri sui communis Pythagoræ Philosophiam vulgo prostituentem. Latina versio incipit: *Postquam ex hominum consortio Pythagoras excessit.* Cum eadem versione quæ exstat etiam in Theodori Canteri Var. Lect. Lib. I. c. 12. & in farragine Epistolarum Laconicarum Cognati p. 523. hanc Epistolam recudendam dedit Thomas Galeus in Opusculis Mythologicis Ethicis Physicis p. 736. Amst. 1688. 8vo. Alia Versio *Cardinalis Bessarionis* occurrit in hujus libro primo adversus calumniatorem Plato-

* Editionem ejus ex MS. codice Vaticano promiserat Holstenius in Porphyrii vita. Allegat & Allatius ad Georgium Acropolitam p. 269. & ante hunc Is. Casaubonus ad Polybium p. 89.

** Laudat illum Codicem Georg. Hieron. Welschius de Vena Medinensi p. 66.

2011 Ministerio de Cultura

Platonis c. 2. Græce eam edidit H. Stephanus inter Pythagoreorum fragmenta ad calcem ſui Laërtii qui Lib. VIII. ſect. 42. quædam ex illâ producit. De Lyſide atque Hipparcho dixi infra cap. XIII. in catalago Pythagoreorum.

XXXIII. 30. Denique poſt AMASIDIS Ægypti Regis Epiſtolam ad Polycratem Principem Sami ex Herodoti Thalia ſive Lib. III. c. 40. petitam, univerſa collectio Græca Aldina, eamque preſſo pede ſequens Græcolatina Genevenſis editio clauditur elegantiſſimâ MUSONII Philoſophi, qui ſub Nerone Imp. claruit, ad Pancratidem Epiſtola de liberis ad Philoſophiam inſtituendis.

XXXIV. Præter collectionem hactenus recenſitam exſtant & aliæ Græcorum Epiſtolæ paucis hoc loco â me commemorandæ. THEMISTOCLES dux Athenienſis inclytus, & rerum geſtarum gloria, ex Herodoto, Thucydide, Diodoro Siculo, Plutarcho, Nepote ac Juſtino notiſſimus, in exilio exſtinctus eſt Magneſiæ * A. 470. ante natum Chriſtum, Olymp. LXXVII. anno 3. Sub ejus nomine feruntur quas exul ſcripſerit *Epiſtolæ XXI.* hiſtorici fere argumenti, & â Thoma Lydiato ad Epochas marmoreas Arundelianas p. 77. aliisque nonnullis viris doctis pro genuino Themiſtoclis fœtu habitæ. Primas illas in lucem protulit ex MSto Cod. Vaticano, & latina verſione donavit *Joh. Matthæus Caryophilus* ** Iconienſis Epiſcopus, Romæ 1627. 4to. Poſtea Græce & latine é Bibliotheca *Eliæ Ehingeri* *** recuſæ ſunt Francofurti 1629. 8vo. Cæterum Themiſtoclis non eſſe colliguntur ex ſilentio veterum (ſi ab uno Suida, qui Ἐπιστολὰς φρονήματος γεμούσας vocat, diſceſſeris) & quod Epiſtola 10. mentio fit Bojorum, tum quod uno vel altero modo prodit ſe dictio Sophiſta dignior, quam Themiſtocle. Unde Leo Allatius dialogo de ſcriptis Socratis p. 78. *Nuper etiam vulgatæ ſunt Epiſtolæ Themiſtoclis, quarum concinnitas nonniſi acutioribus omnibus fucum fecit. Eas tamen Themiſtoclis non eſſe, uno vel altero loco, in quo ſe prodit auctor, dum declamatorio modo rem effert & Sophiſtico penicillo depingit, manifeſto evincitur.* Similiter Vir Clariſſ. Conradus Samuel Schurzfleiſchius in diſſertatione quadam has Epiſtolas recentius confictas eſſe non dubitat ab aliquo vita morumque Themiſtoclis gnaro, ac cum primis in Herodoti, Thucy-

* Vide Uſſerii Annales ad A. Per. Jul. 4248.

** Laudat eo nomine Caryophilum Janus Nicius Erythræus 1. Pinacothec. p. 224. neque ſuſpectas ſibi eſſe Themiſtoclis Epiſtolas vel verbulo innuit.

*** Fallitur Reineſius qui Ehingero primam Epiſtolarum Themiſtoclis tribuit editionem p. 467. Var. Lection.

2011 Ministerio de Cultura

Thucydidis, Diodori ac Plutarchi lectione versato. Hoc idem singulari dissertatiuncula Anglice scripta ad Guil. Wottonum Lond. 1697. 8vo, demonstravit *Richardus Bentleius* Vir Doctissimus. Porrò longe recentius commentum est Epistola sub nomine *Themistoclis ad Chrysippum*, in qua de gracculo Æsopio agitur, quadragesima inter Epistolas Theophylacti Simocattæ. Fuit & Themistocles quidam Philosophus Stoicus, Porphyrii æqualis, cujus iste mentionem facit in vita Plotini.

XXXV. *Leo* præterea *Allatius* Parisiis A. 1637. 4. Græce cum versione sua notisque edidit Epistolas XXXV. sub nomine SOCRATIS & SOCRATICORUM. Ac septem quidem primores Socrati ipsi tribuuntur, reliquæ *Antistheni*, *Aristippo*, *Simoni* coriario, *Xenophonti*, *Æschini Platoni* ac *Phædro*. Octavam sub Antisthenis nomine ab Allatio editam, Codex Bibliothecæ Bodlejanæ Baroccianus non Antistheni tribuit sed Platoni (male quidem, nam ad Platonem scriptam poni, argumentum ipsum evincit) & in duas (recte sane) Epistolas dispescit. Atq; ita quales in hoc codice repererat cum versione sua edidit Clarissimus *Godfridus Olearius* in Exercitatione adversus Allatium de scriptis Socratis edita Lipsi. A. 1696. 4to. In hac eâdem alias binas Epistolas ἀνεκδότους ex eodem Barocciano codice sub *Platonis* nomine vulgavit & latine vertit: tum has pariter & cæteras omnes ab Allatio vulgatas non fœtus illorum quibus tribuuntur Philosophorum, sed Sophistarum longe recentiorum μελέτας esse contendit, Allatiumque qui in illis asserendis p. 105. seq. desudaverat, ex affectato scribendi genere, silentio veterum & aliis argumentis refellit. Johannes quoque Pearsonus parte 2. Vindiciar. Ignatii p. 12. seq. ex Chronologicis rationibus demonstraverat Epistolas illas Socratis & reliquorum quibus inscribuntur esse non posse. Quam opinionem, præter alios viros doctos plerosque omnes, amplectitur etiam Menagius p. 23. ad Laërtium.

XXXVI. GILBERTUS COGNATUS, Nucerinus, in farragine alterâ Epistolarum Laconicarum (quæ Græcas ex latinâ versione, ut prior latinas complectitur) editâ ap. Joh. Oporinum p. 179. seq. exhibet præter supra passim suo loco memoratas Epistolas M. Bruti, Hippocratis, Diogenis Cynici, Phalaridis, Synesii, Apollonii Tyanensis, Dionysii Sophistæ & Lysidis Pythagorici, quique his præmittuntur Libanii characteres Epistolicos: Viginti septem Epistolia Philosophorum *Thaletis*, *Pisistrati*, *Solonis*, *Chilonis*, *Pittaci*, *Cleobuli*, *Periandri*, *Thrasybuli*, *Anacharsidis*, *Epimenidis*, *Pherecydis*, *Anaximenis*, *Archytæ*, *Arcesilai*, *Zenonis*, *Pythagoræ*, *Platonis & Heraclitii* (è Laërtio, & ab Ambrosio Camal-

dulensi

2011 Ministerio de Cultura

dulenſi latine verſas, Deinde p. 198. ſq. ſubjungit alias ſeptendecim Epiſtolas varias ex Plutarcho, Gellio aliisq; ſcriptoribus hinc inde collectas & p. 424. ſeqq. alias Epiſtolas breves variorum â Cognato latine redditas *LXXXIV.* Tum Epiſtolia *XXX*, NUCILLI (an *Lucilli Tarrhæi?*) & *XL. Magni Turci* ſive Mahumedis Turcarum Imp. Syriaco & Græco, partim etiam Scythico ſermone ut fuerunt ſcripta, & â Landino Equite Hieroſolymitano latine edita. Eadem hæc omnia ex Cognato repetita ac recuſa videre licet in parte ſecunda theſauri Epiſtolarum Laconicarum JOH. BUCHLERI à GLADBACH, Colon. 1606. 12. Niſi quod Libanii characteres Epiſtolicos, Syneſii Epiſtolas & Lyſidis Epiſtolam prætermiſit.

XXXVII. EPISTOLÆ PROCERUM MUNDI, Regum, Principum, Rerump. & ſapientum virorum, Græcorum & latinorum; Veterum & recentium, nullo ordine undiquaque collectam farraginem ſiſtunt, nec integras quasdam Epiſtolarum *συναγωγὰς* hactenus recenſitas, ſed ſingulas vel paucas ſingulorum Epiſtolas & in his dubiæ nonnullas fidei* complectuntur. Prodiere latine Venetiis primum deinde Argentor. A. 1593. 8vo. typis Jacobi Folieti typographi Baſileenſis.

XXXVIII. EILHARDUS LUBINUS Græce & latine edidit Epiſtolicos characteres incerti auctoris, Epiſtolas Phalaridis, & Bruti; tum Epiſtolas Hippocratis, Democriti, Heracliti, Diogenis Cynici & Cratetis: Denique Apollonii Tyanenſis, Anacharſidis, Euripidis, Theanus, Meliſſæ & Myiæ. Apud Commelin. 1597. & ſeqq. annis, ut ſuo ſubinde loco indicavi.

XXXIX. *Platonis* & *Ariſtotelis* Epiſtolæ de anima hominis & quatuor temporibus, aliæque Epiſtolæ Medicæ *Hippocratis*, *Galeni*, *Praxagoræ*, *Sorani* & *Urviaſii* (forte *Oribaſii*) memorantur Labbeo pag. 215. Bibl. novæ MSS. & p. 216. Epiſtolæ Magicæ Pelagii ac Libanii.

XL. ARISTÆNETUS Nicæâ Bithynus, religione Ethnicus, amicus Libanii Rhetoris, qui ejus meminit in orat. de vita ſua T. 2. p. 21. & ad ipſum varias Epiſtolas ſcripſit, quarum nonnullæ ab Holſtenio ex MS. Vaticano exſcriptæ, editæq; â Lambecio ſunt Lib. VI. commentar. de Bibl. Vindob. p. 244. ſeq. Periit in terræ motu quo Nicomedia obruta eſt A. C. 358. ſub Conſtantio Imp. ut refert præter Libanium eloquentiam ejus & ſuaviſſimos mores prædicantem Ammianus Marcellinus Lib. XVII. c. 7. his verbis: *Quosdam domorum inclinata faſtigia intrinſecus ferebant intactos, angore & inedia conſumendos. Inter quos Ariſtænetus affectatam recens diœceſin curans vicaria poteſtate, quam Conſtantius ad honorem uxoris Euſebiæ Pietatis cognominaverat, animam hoc caſu cruciatam diutius exhala-*

* Vide ſupra num. 17.

2011 Ministério de Cultura

exhalavit. Huic Aristæneto tribuendi videntur libri duo Epistolarum amatoriarum, tersi, elegantes, eruditi, optimorum scriptorum Platonis, Luciani, Philostrati aliorumque flosculis & imitatione exornati, ac proverbiis sensibusque jucundissimis referti, quos Græce primus cum Epithaphiis Heroum sive Peplo Aristotelis non Stagiritæ edidit *Johannes Sambucus* Antvverpiæ ex officina Plantiniana A. 1561. 4to. usus cod. MS. qui nunc exstat in Bibliotheca Augustissimi Imp. Dignam amœnissimo scriptore versionem & notas in illum pereruditas composuit *Josias Mercerus*, qui nomine suo suppresso Aristæneti Epistolas cum versione sua ac notis edidit & Jacobo Bongarsio dicavit Paris. 1595. 8vo. recusas ibidem 1600. & 1610. 8. Post Mercerum *Petrus Lambecius* in Aristæneto illustrando versatus est, cujus commentarium ineditum etiamnum servat Bibliotheca Cæsarea, & â Nesselio communicatum memini cum Excellentissimo Potentissimi Danorum Regis Archiatro *Georgio Franco de Franckenau* qui novam earundem Epistolarum editionem jam pridem parat, quanquam spem persequendi operis & extenuari indies & forsan evanescere affirmat C. S. Schurzfleischius in Epistola ad Nesselium pag. 965. ubi se quoque notas in Aristænetum MSS. Romæ nactum testatur. Loca quædam Aristæneti illustravit Caspar Barthius in Adversariis, qui p. 261. sui in illum scriptorem indicis meminit sed hactenus ἀνεκδότῳ. Fuere & alii Aristæneti 1.) ad quem est Phalaridis Epistola LXXXVII. 2.) Aristænetus Achivus dux Romanorum Philopœmenis æqualis de quo Suidas in Ἀρίσαινος & Plutarchus in Philopœmene & Polybius. 3.) Aristænetus Nicæensis memoratus Plutarcho Lib. III. sympos. quæst. 7. 4.) Aristænetus cujus Liber primus de Phaselide allegatur â Stephano in Γέλα, idem forte qui Aristænetus historicus dicitur Nonno Monacho in συναγωγῇ historiarum ad Nazianz. 2. 25. ἀνέγνων ἔγωγε καὶ Ἀρισαινέτου ἱστορικοῦ ὅστις ἱστορεῖ ὅτι ἑορτάζουσιν Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ πανδημεί. 5.) Aristænetus ad quem lex. 2. Cod. de rei vindicatione, data Antonino IV. & Balbino Coss. A. C. 214. 6.) Aristænetus Byzantinus Rhetor, auditor Chresti Byzantii laudatus Philostrato Lib. II. de vitis Sophistar. p. 587. 7.) Aristænetus qui cum Honorio consulatum gessit A. C. 404. & memoratur Socrati Lib. VI. Hist. Ecclesiasticæ c. 18.

XLI. Omitto Epistolas IV. * Κρονικὰς sive ad Saturnum & Saturni nomine scriptas à *Luciano* T. 2. Opp. edit. Amst. 1687. 8. p. 619. seq. Tum Epistolas deperditas variorum scriptorum amatorias, aliasque, ut *Zonæi* cujusdam de quo Suidas sic: Ζωναῖος ἔγραψεν Ἐρωτικὰς Ἐπιστολὰς

* Vide Sam. Petitum Lib. I. c. IX. observat.

2011 Ministerio de Cultura

καὶ σοφὶ ἓξ σφαιρίζειν. Φέρονται ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἕτεραι Ἐπιστολαὶ ἀγροικικαὶ, ἀλλ' ἀποπίπτουσι ἓξ χαρακτῆρος. Vel *Meleſermi* de quo idem: Μελήσερμος Ἀθηναῖος σοφιστὴς ἔγραψεν Ἐπιστολῶν ἑταιρικῶν βιβλία ιδ', καὶ ἀγροικικῶν ἓν, μαγειρικῶν ἐπιστολῶν ἕν, συμποσιακῶν βιβλίον ἕν. Vel *Lyſiæ* Rhetoris, inter cujus ſcripta idem Suidas memorat Epiſtolas ſeptem, unam πραγματικὴν ſive de negotio aliquo, reliquas ἐρωτικάς, quarum una laudatur etiam à Suida in Φᾶυλον. Vel *Menandri* Comici denique cujus Epiſtolas ad Ptolemæum Suidas idem memorat.

XLII. Ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus non prætereundæ Epiſtolæ CCXLII GREGORII NAZIANZENI ex quibus decem poſtremæ â *Rich. Montacutio* primum editæ Græce Etonæ 1610. 4to. deinde cum Fed. Morelli verſione in editione operum Nazianzeni Pariſ. 1630. Lipſ. 1690. fol. Tomo I. Præter illas Epiſtolam ad Nectarium vulgavit *Joh. Baptiſta Cotelerius* in notis ad Patres Apoſtolicos T. 1. p. 37. qui p. 588. b. agit etiam de prima Epiſtola quæ in MS. Vindobonenſi male tribuitur *Baſilio*, & inſcribitur πρὸς Κελεύσιον ἄρχοντα, ἡνίκα ἐν τῇ Λαμψάκῳ ἡσύχασεν. Selectarum Nazianzeni Epiſtolarum Libri quatuor Græce & latine in uſum ſcholarum aliquoties editæ ſunt Ingolſtadii, quarum editio quarta ad manus mihi eſt Anni 1619. 12mo.

XLIII. JOH. CHRYSOSTOMI Epiſtolæ CCCXLII. Græce Tomo ſeptimo editionis Græcæ Savilianæ Etonæ 1612. fol. & cum latina verſione *Jacobi Billii* Prunæi, qui Epiſtolas CLXXIII. ac *Frontonis Ducæi* qui Epiſtolas LXIX. tranſtulit, Tomo quarto editionis Ducæanæ Græcolatinæ Pariſiis Anno 1609. & 1636. & Francof. 1699. fol. Epiſtolam CXXV. (in aliis CXLIII.) ad Cyriacum exulantem, pro ſpuria habent Boiſius & Haleſius, pro genuina agnoſcit Photius, neque aliud fere Boiſius quàm ſtyli diverſitatem objicit, quæ facile oriri potuit à cauſa quam ignoramus, in Epiſtola familiari, ſcripta exilii tempore. Exſtat etiam *latina verſio* antiqua *Epiſtolæ* (in editionibus operum Chryſoſtomi hactenus quidem omiſſæ, ab aliquot annis autem celeberrimæ ſæpiusque recuſæ) *ad Cæſarium Monachum*, adverſus hæreſin Apollinaris. Ex hac diſertum * contra μετουσίωσιν teſtimonium pridem laudavit *Petrus Martyr* Florentinus, ſed mala fide egiſſe viſus eſt Perronio & poſt Perronium

* Verba hæc ſunt: *Sicut enim antequam ſanctificetur panis, panem nominamus, divina autem illum ſanctificante gratia prædicante Sacerdote, liberatus eſt quidem appellatione panis, dignus autem habitus eſt Dominici Corporis appellatione, etiamſi natura panis in ipſo permanſit, & non duo corpora ſed unum Filii prædicatur &c.*

2011 Ministerio de Cultura

ronium aliis, donec *Emericus Bigotius* in codice antiquo Florentino * (eodem quo usus fuerat Martyr) illam Epistolam reperit, & cum Palladio de vita Chrysostomi edere constituit. Sed jam typis exscriptæ manus injecerunt Censores Sorbonici *Martinus Grandinus & Favrius*, atq; in libro Bigotiano Paris. 1680. 4. post paginam 236. hiatum apparere jusserunt. Frustra tamen ex hominum memoria eam delere sunt conati, jam tum enim A. 1682. *Petrus Allixius* in expostulatione Libro XII. Anastasii in Hexaemeron præmissa, Londini in 4. & separatim recusa Amstelodami in 12mo, tum *David Abercrombius* in fure Academico sect. 35. Amst. 1689. 1701. 12. hac de re publice sunt conquesti: sed & *Stephanus Le Moyne* Epistolam Chrysostomi ex eodem Codice Florentino descriptam latine edidit T. 1. Varior. Sacrorum p. 530. seq. Lugd. Bat. 1685. & 1694. 4. Quid quod ipsum folium editionis Bigotianæ à Censoribus suppressum nactus *Eduardus Stillingfleetus* cum parte inedita præfationis Bigotii & fragmentis Græcis ab eo collectis inseruit Vindiciis suis Anglice editis expositionis doctrinæ Ecclesiæ Anglicanæ Episcopo Meldensi Bossueto ejusque hyperaspistæ Anglo oppositis p. 146. seq. Lond. 1686. 4. Stillingfleetum secutus *Jacobus Basnagius* est, qui eandem Epistolam ex Bigotiana editione iterum vulgavit Trajecti ad Rhenum 1687. 8. præmissum suis de hæresi Apollinaris & aliis quibusdam dissertationibus. Insigne hujus Epistolæ fragmentum ex Arundelianæ Bibl. Codice MS. Græce descriptum publico haud invidit *Guil. Caveus* in Chartophylace Ecclesiastico Lond. 1685. & Lips. 1687. 8. pag. 82. Denique *Johannes Harduinus* Jesu Socius Paris. 1689. 4 nec ipse dubitavit novam hujus Epistolæ editionem cum commentario atq; dissertationibus suis procurare, vanoque timore suppressam contendit, quæ pro viri illius singulari perspicacia, non repugnat sed potius favet transsubstantiationi. Quam paradoxam suam opinionem adversus objectiones Joh.

* Ejusdem Epistolæ exemplum Romæ in Altaempensi Bibliotheca vidisse se affirmat Mabillonius T. 1. Musei Italicip. 178. AtFlorentini Codicis inspectionem propter disertum vetitum Magni Ducis negatum sibi esse testatur Maximilianus Missonus in itinerario Italiæ Gallice edito p. 157. Similiter Sandius in Appendice ad Hist. Eccles. p. 39. negat Laurentium Panciatichum sibi vel copiam hujus Epistolæ facere vel argumentum ejus indicare voluisse. Chrysostomo suppositam & post damnatum Nestorium scriptam contendit auctor libelli Avis importants à Mr. Arnaud p. 28. Confer Rich. Simonis Epistolas selectas p. 86. Natalis Alex. Sec. XI. & XI. part. 3. p. 571. tribuit eandem Johanni Nestevtæ sive Jejunatori, Gardinerus quoque Wintonienſis eam Johanni Eleemosynario vel Johanni cuidam Cpolitano juniori adscripsit. Sed ad Chrysostomum auctorem candide refert Elias du Pin, tantum explicatione commoda juvandam innuit.

2011 Ministerio de Cultura

Clerici T. XV. Bibl. Univerſal. p. 254. mordicus tuetur in Ephemeridibus Pariſ. A. 1690. p 524. Viciſſim repreſſus T. XIX. Bibl. p. 527.

XLIV. ISIDORI PELUSIOTÆ Epiſtolæ 2013. exſtant Libris V. diſtinctæ, in quibus præter alia præclara occurrunt egregiæ variorum locorum S. Scripturæ explanationes. Libros tres primores quibus Epiſtolæ 1213. continentur, Græce cum verſione ſua & ſacrarum obſervationum Libris edidit *Jacobus Billius* Pariſ. 1585. fol. Quartum Librum Epiſtolarum 230. in ſua editione adjecit, latine vertit, & notas in omnes quatuor Libros ſubjunxit *Conradus Rittershuſius*. Heidelb. ap. Commelin. 1605. fol. Librum quintum Epiſtolas 570. complexum, in quarum centeſima quinquageſima tertia præcipit de recta ſcribendarum Epiſtolarum ratione, Græce edidit *Andreas Schottus* Antvverp. 1623. latine cum argumentis ſcholiiſque Rom. 1624. Græce & latine recuſum Francof. 1629. fol. Junctim omnes Libri quinque excuſi Græce & latine Pariſ. 1638. fol. Ab eo tempore *Petrus Poſſinus* Romæ A. 1670. 8vo. edidit collationes Iſidorianas, in quibus MStorum ope plura Iſidori loca emendat. Andreæ Schotti verſio Libri quinti ſæpe numero â ſenſu ſcriptoris aberrans emendationem deſiderat. Facundus Hermianenſis Iſidoro noſtro bis mille Epiſtolas tribuit: Sed Nicephorus Lib. XIV. c. 53. affirmat ab eo ſcripta decem millia Epiſtolarum, ex quibus tria millia teſte Suida fuere in loca Scripturæ, ſeptem millia varii argumenti. Neq; dubium quin ineditæ adhuc nonnullæ in variis Bibliothecis deliteſcant, v. g. inter illas 2000. quas in Bibl. Vindobon. teſtatur Lambecius exſtare Lib. I. p. 149. vel inter illas 1148. quas in Bibl. S. Marci Venetiis vidiſſe ſe refert Sixtus Senenſis Lib. IV. Bibl. S. præcipue cum initium primæ â Sixto notatum ἐπειδὴ κυκλικόν ἐστι χρόνος nulli ex editis congruat, ut clariſs. Caveus in hiſtoria literaria annotavit. Chryſoſtomi doctoris ſui ſententias paſſim imitatum eſſe Iſidorum, variis exemplis docet Rittershuſius ſuis in Peluſiotam notis, & in ſacris lectionibus Lib. IV. c. 16. ſeqq. Lib. V. c. 13. Lib. VI. c. 13. Lib. VII. c. 7.

XLV. CYRILLI ALEX. Epiſtolæ LXI. in editione Græcolatina *Johannis Auberti* Pariſ. 1638. fol. parte poſteriore Tomi quinti. Ex illis Epiſtolas XXXIX. latine verterat *Wolfgangus Muſculus*, cujus translatio etiam in antiquioribus Cyrilli editionibus occurrit.

XLVI. THEODORITI Epiſtolæ CXLVI. cum *Jacobi Sirmondi* verſione, Tomo tertio operum edit. Pariſ. 1642. fol. Præter quas aliæ XV. exhibentur in auctario Theodoriti edente Johanne Garnerio, cum Epiſtolis variorum Epiſcoporum Pariſ. 1684. fol. Confer Epiſto-

2011 Ministerio de Cultura

Epistolarum & Actorum Synodi Ephesinæ Syllogen vulgatam à *Christiano Lupo* A. 1682. 4to. Lovanii, ex MSto codice, quem ab eo tempore à Romanis diligenter suppressum esse testatur Elias du Pin T. 4. Bibl. novæ Scriptorum Eccles. p. 112. editionis Amstelod.

XLVII. NILI CPolitani Epistolæ CCCLV. cum versione *Petri Possini* editæ, Paris. 1657. 4to. & plurimis aliis Epistolis additis in quatuor Libros divisæ cum versione *Leonis Allatii* & ejus diatriba de Nilis Rom. 1668. fol. Pleræque potius excerpta sunt ex variis scriptoribus, quàm Epistolæ; ut notatum Cotelerio in notis ad Patres Apostolicos T. 1. p. 509.

XLVIII. PHOTII Patriarchæ CPolitani, qui medio sæculo nono post Christum natum floruit, Epistolæ CCXLVIII. disertæ, eruditæ & lectu dignissimæ. Cum versione & notis *Rich. Montacutii*, Londini A. 1651. fol. Epistola secunda ex his est celebris illa adversus Nicolaum Papam Circularis, quam integris libris impugnarunt Æneas Parisiensis, Ratramus, & cujus scriptum intercidit Odo. Epistola 207. ad Amphilochium Cyzici Metropolitanum continet judicium de Epistolarum scriptoribus præcipuis, quod utpote ab hoc loco non alienum adjiciendum putavi. Οἱ μὲν ἄλλοι ΠΛΑΤΩΝΟΣ λόγοι πολιτικὴ λόγε πεφύκασι γνώμονες, πλὴν εἴ τι καὶ ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐνιαχῆ παρημέληται. Αἱ δὲ τέτε Ἐπιςολαὶ ἴσον τε τῆς ἐκείνε λογιότητος καὶ τὰ ἐπιςολιμαίε τύπε ἀπολείπονται. Αἱ δέγε ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ τὸ μὲν ἄλλων αὐτε γραμμάτων εἰσί πως λογοδέσεραι, πλὴν ἁδὲ ταῖς Πλατωνικαῖς ἐξισάζεσι. ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πόνοι καὶ Ρητόρων καὶ Κελτικῶν πληροῦσι τὰ σώματα, τὰς δὲ Ἐπιςολὰς δὲ ἁδὲν ἀμείνας εὑρήσεις τὸ Πλάτωνος. Τίσιν ἔν Ἐπιςολαῖς ὁμιλητέον; καὶ τίσι τὸν Ἐπιγνωσθέντα ἡμῖν Δι' ἀὰ τῆς τέχνης χαρακτῆρα ἐφαρμόζοντες τὴν γυμνασίαν συλλεξόμεθα; Ἔςι μὲν ἄλλο πλῆθος ἄπειρον. Ἔχεις δὲ ἵνα μηδὲ μακρὸν ᾖ σοι τὸ τῆς γυμνασίας σκάδιον, τὰς εἰς ΦΑΛΑΡΙΝ ἐκεῖνον οἶμαι τὸν Ἀκραγαντίνων Τύραννον ἀναφερομένας Ἐπιςολὰς, καὶ αἷς ΒΡΟΥΤΟΣ ὁ Ρωμαίων ςρατηγὸς ἐπιγράφεται, καὶ τὸν ἐν βασιλεῦσι φιλόσοφον (Marcum Antoninum potius intelligere videtur, quam ut Montacutius existimavit Julianum, Marci Antonini certe Epistolas cum Bruti Epistolis conjungit & tanquam normam characteris Epistolici Regii laudat Philostratus Epistola 1.) καὶ τὸν σοφισὴν ἐν ταῖς πλείσαις (scil. Ἐπιςολαῖς, maleenim interpres eruditus qui reddit: *sophistam apud vulgus*, ac si esset ἐν τοῖς πλείσοις) ΑΙΒΑΝΙΟΝ. Ἐι δὲ βέλει σὺν τῷ χαρακτῆρι καὶ πολλῶν ἄλλων καὶ μεγάλων συλλέξαι ὠφέλειαν, ἀρκήσει σοι ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ὁ γλυκὺς, καὶ ὁ καλλὸς εἴ τις ἄλλος ἐργάτης ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ (Nazianzenus) καὶ ἡ ποικίλη καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς

2011 Ministerio de Cultura

ἀυλῆς Μῦσα ΙΣΙΔΩΡΟΣ (Iſidorus Peluſiota, quem ἡμετέρας ἀυλῆς vocat, ut Chriſtianum diſtinguat ab Iſidoro Ethnico, cujus vitam ſcripſit Damaſcius. Miror eximium interpretem qui vertit: *variata illa Iſidori Muſa qui ut nos Monachus fuit.* Metaphora ἀυλῆς petita eſt ex Joh. X. 16.) ὃς ὥσπερ λόγων ὕτω ϗ καὶ ἱερατικῆς καὶ ἀσκητικῆς πολιτείας κανών ἐστι χρηματίζειν ἀξιόχρεως. Καὶ εἴ τις ἕτερος μὴ τῆς ὁμοίας προαιρέσεως τὴν ἐκείνων ἰδέαν ταῖς ἰδίαις Ἐπιστολαῖς ἐνεδυναμώθη μορφώσασθαι.

XLIX. THEOPHYLACTI Bulgarorum Archi Epiſcopi circa A. C. 1077. clari Epiſtolas LXXV. ab *Andrea Schotto* acceptas primus vulgavit *Joh. Meurſius* Græcè cum caſtigationibus Lugd. Bat. 1617. 4to. Latine convertit *Vincentius Marinerius* Valentinus, Colon. 1622. cujus verſio recuſa eſt in Bibliotheca Patrum edit. Lugdunenſ. Tomo XVIII.

L. Exſtant denique Epiſtolæ octo THOMÆ MAGISTRI, cum verſione latina editæ â *Laurentio Normanno* τῷ μακαρίτῃ Upſaliæ 1693. 4to. Ut plures ineditas omittam tum ejusdem Thomæ, tum aliorum in Bibliothecis hinc inde deliteſcentes, Ut *Euſtathii* Archi Epiſcopi Theſſalonicenſis & *Pſelli* ad Euſtathium, quas deſcriptas exſtare memini apud Clariſs. Frid. Roſtgaardum: alias *Johannis Zonaræ*, *Nicetæ Scutariotæ*, *Theodori* Archi Ep. Cæſarienſis, *Nathanaëlis Chumni* & *Georgii Gemiſti*, quas memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 98. ſeq. *Georgii* ſive *Gregorii* Rhetoris Antiocheni Epiſtolas laudatas Allatio diatriba de Georgiis p. 358. Epiſtolas *Georgii Nicetæ*, *Georgii Lecapeni* & *Andronici Zaridæ* Epiſtolas τεχνολογημένας XXXII. de quibus idem p. 359. 363. *Georgii Pachymeræ* Epiſtolas quas in Italiæ Bibliothecis deliteſcere pridem ſcripſerat Geſnerus, licet idem Allatius p. 369. ullas ſe ejus unquam reperire potuiſſe negat. *Michaëlis* denique *Apoſtolii* Epiſtolas XLV. quæ teſte Neſſelio habentur in Bibliotheca Vindobonenſi.

CAPUT XI.

De THEOGNIDE, PHOCYLIDE *& aliis quibusdam ſententiarum Græcarum Auctoribus ac Collectoribus.*

De Theognide Megarenſi. 1. *& ejus editionibus.* 2. *De Phocylide Mileſio & carmine* ψευδεπιγράφῳ *quod ſub ejus nomine habemus.* 3. *Collectio ſententiarum Græcarum Aldina, & obiter de vocibus variarum animantium Græce efferendis.*

2011 Ministerio de Cultura

efferendis. 4. *Collectio Frobeniana.* 5. *Joach. Camerarii.* 6. *Jacobi Hertelii, repetita à Joh. Crispino & Joh. Commelino atque à Frid. Sylburgio recensita.* 7. *De Solone, Tyrtæo, Naumachio, Eveno utroque, Rhiano, Panyaside, Menecrate, Posidippo, Metrodoro & Simonide. ibid. Mich. Neandri variæ collectiones Gnomologicæ, & Jac. DuPorti Gnomologia Homerica.* 8. *Sententiæ Comicorum Græcorum XLII. à Guil. Morellio editæ.* 9. *Quinquaginta Comicorum sententiæ collectæ à Jac. Hertelio.* 10. *H. Stephani Gnomæ Comicorum Græcorum & Latinorum.* 11. *Hug. Grotii excerpta è Tragicis & Comicis Græcis.* 12. *Poëte Græci minores editi à Radulpho Wintertono.* 13.

I.

THEOGNIS * è Megara, non Siciliæ (ut è Platonis 1. de legibus Suidas & alii) sed Atticæ, ut ex ipsius versu 781. Ἦλθον μὲν γὰρ ἔγωγε καὶ εἰς Σικελήν ποτε γαῖαν probat Harpocration in Θεόγνις, & agnoscit Stephanus Byz. in Μέγαρα. Joachimo Camerario viro paucis comparabili versus ille, Theognidis scriptis videtur ab aliquo fuisse insertus. ** Sed est & alter locus v. 772. Harpocrationis Stephanique sententiam confirmans & Scaligero p. 94. ad Eusebium, Eliæ Vineto ac Frid. Sylburgio observatus, quo Megaram illam suam ab Alcathoo Pelopis F. conditam docet atque adeo Athenis vicinam se intelligere innuit. Floruit Theognis circa Olympiadem LVIII. (medio sæculo ante Christum natum sexto) ut è Chronico Eusebiano Suidas in Θεόγνις, Φωκυλίδης & Φερεκύδης. Meminit Simonidis v. 469. & Onomacriti v. 503. & Medorum adventus sub Dario Hystaspis.

Μηδὲν τ' Μήδων δειδιότες πόλεμον.

* Fuere & alii hoc nomine 1.) Theognis unus è XXX. Tyrannis Athenis, (Xenophon 2. Ἑλληνικ. Lysias Orat. XI.) idemque Tragicus subfrigidus, de quo in notitia Tragicorum. 2.) Theognis Demetrii Phalerei amasius Athen. Lib. XII. pag. 542. 3.) Theognis cujus περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν laudat Athenæus. 4.) Theognis sub Tiberio Constantino Imp. de quo Menander Protector in Excerptis p. 109. 149. edit. Hœschelii.

** Camerarius prolegom. ad Theognidem. Εἰ μὲν ἦν ἀναμφήριστον ἦν πεποιημένα ἐκεῖνα τῶν ἐπῶν τὸν Θεόγνιν, καὶ μὴ εἶναι παρενθήκην ἄλλου τινὸς αὐτὰ, σαφῶς ἐδείκνυ[ε] ἂν οἶμαι ὅτι Μέγαρα τὰ τῇ Ἀττικῇ προσχωρῆντα πατρίδ' εἶχεν ὁ ποιητής. Νῦν δὲ φανερὸν ὅτι τὰ Θεόγνιδος ἐπιγραφὴν ἔχοντα ἔπη συναθροισμός τίς ἐστι ποιημάτων διαφόρων, περιαιρεθέντων δηλαδὴ ἐκ τούτων ἐκείνων ὅσα τινὸς αἰσχρολογίας ἔχεσθαι ἔδοξεν καὶ ἀντὶ τούτων ἐμβληθέντων ἄλλων. Διὸ καὶ ἀζυνάρμοστά ἐστι τὰ πλεῖστα, καὶ τὰ αὐτὰ ἀνατολυτικῶς παλιλλογεῖται. Ὅτι δὲ καὶ Σόλωνος καὶ Εὐήνου καὶ Τυρταίου ἔπη κατεμέμικτο τοῖς Θεογνιδείοις, σαφῶς ἐνδείξομεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι.

2011 Ministerio de Cultura

* Perſtringit cives ſuos qui Megaris fovebant partes Corinthiorum Cypſelidarum à Periandro Cypſelida v. 890. Scripſit ad eos quoque teſte Suida elegiam, qui è Syracuſarum obſidione ſunt ſervati, ante tyrannidem puta Gelonis, ex quibus ſingulis ratio temporis, quo vixit noſter, confirmatur. Genere nobili fuiſſe & Thebas miſſum in exilium cum uxore Argyri docet v. 1209. ſeqq. Exſtant ejus ΓΝΩΜΑΙ *ſententiæ* ſive præcepta egregia vitæ, ſingulari ſuavitate elegiaco carmine ſcriptæ Verſus 1238. in quibus ſæpiſſime affatur Cyrnum, quem à patre Polypæde Πολυπαίδην vocat. Interdum alloquitur æquales Academum, Clearistum, Democlem, Onomacritum, Simonidem, Theotimum & Timagoram. Suidas teſtatur Theognin ſcripſiſſe ſententias verſibus Heroicis 2800. Et ad Cyrnum amaſium ſuum, Gnomologium carmine elegiacô: Et alias ἰαμβικὰς καὶ γελοίας, in quibus obſcœna nonnulla. Ex his duobus opuſculis poſtremis videatur coaluiſſe quod habemus poëma obſcœnis quidem reſciſſis & illorum loco inſertis aliis, vel hiatu relicto. Eſt enim quando parum dicta cohærent, & cum eadem diverſis locis repetuntur, ſunt & nonnulla quæ ab aliis tribuuntur Soloni vel Tyrtæo vel Eveno Pario, aut inter Phocylidea leguntur, ut Camerario & Sylburgio animadverſum. Neque vero Dorica utitur dialectô Theognis ut legas in Cenſuris Thomæ Pope Blount, ſed Jonica. Paſſim allegatur à veteribus, ut Platone, Xenophonte, Ariſtotele, Plutarcho, Athenæo, Dione Chryſoſtomo, Stobæo aliisque. Meminit etiam Iſocrates p. 44. Orat. ad Nicoclem. Poëtam veterem ac prudentem vocat Ammianus Marcellinus XXIX. 5.

Editiones Theognidis.

II. *Græcè* luculentis typis unà cum Theocrito, Heſiodo, Pythagoræ aureis, Phocylide, Catone Planudis & aliis quibusdam Gnomicis primùm prodiit Venet. 1495. fol.

Cum fabulis Æſopi &c. Baſil. 1521. 8. apud Joh. Froben.

Cum Pythagoræ, Phocylidis, Solonis, Tyrtæi, Simonidis, Eveni Parii & Callimachi quibusdam carminibus & *Joachimi Camerarii* eruditis commentariis Græcis præcipue in Theognidem Baſil. apud Oporinum 1551. & 1555. 8. Uſus eſt Camerarius quinque Codd. MSS.

Inter Poëtas Græcos Principes H. Stephani Pariſ. 1566. fol. typis luculentis & nitidiſſimus.

Lati-

* v. 762, adde Scalig. ad fragmenta Græcor. p. 48.

2011 Ministerio de Cultura

Latine verterunt, prosâ *Elias Vinetus, Philippus Melanchthon* & *Mich. Neander:* versu *Jacobus Scheckius* & cujus nescio an edita est interpretatio, coætaneus Scheckii *Cyriacus Lindemannus.* Etiam *Eobanum Hessum* aliquando hoc molitum, sed destitisse ab incepto, deterritum depravatione codicum græcorum, testatur Camerarius, quem vide præf. ad Theognidem & Epistola ad Lindemannum p. 189. Epist. posthum.

Græcè & *latinè* Paris. 1554. 4. apud Morell. & 1553. 8. Antvverp. apud Plantin. 1577. 8. & cum Hesiodo, Theocrito, Moscho, Musæo & Gnomicis Paris. 1628. 8. Præterea in Corpore Poëtarum per Jac. Lectium Genev. 1606. fol. & inter Gnomicos Genev. 1613. 8.

Cum versione & scholiis *Eliæ Vineti* Paris. 1543. & Basil. 1550. cum Metaphrasi Poëticâ Theognidis per *Jacobum Schegkium.*

Cum versione & scholiis Eliæ Vineti, & aliis Gnomicis adjuncta translatione Jac. Hertelii, & in Phocylidem ac Pythagoram scholiis *Viti Amerbachii* selectis, Genev. apud *Joh. Crispinum* 1569. & 1584. 12.

Cum versione, prolegomenis & *commentariis Mich. Neandri* Soraviensis Basil. 1559. 4. & Lips. 1577. 4. in ejus opere aureo, parte I.

Cum *Philippi Melanchtonis* versione recusa Lond. 1639. 8.

Cum scholiis græcis & notis Joach. Camerarii ex recensione *Wolfg. Seberi* Lipsi 1603. 8.

Cum versione Eliæ Vineti & scholiis castigationibusque *Frid. Sylburgii.* Heidelb. 1596. 8. apud Commelin. cujus nonnullæ castigationes in præf. ad Hœschelium præmissæ. Repetita editio Francof. 1603. 8. Ultraj. 1651. 12.

Cum versione Eliæ Vineti scholiisque & *Jac. Schegkii* Metaphrasi: additis aliis Gnomicis à *Jac. Hertelio* Curiensi collectis cum ejusdem prosaria & aliorum poëticâ translatione. Basil. 1561. Lips. 1600. Helmst. 1668. 8.

In *Johannis Vorstii* Apospasmatiis selectis Poëtarũ Græcorũ, Berolini 1674. 8. cum latina versione, præter Librum sextum Iliados & Hesiodi Ἔργα καὶ ἡμέρας, occurrunt Theognidis quæcunq; supersunt (quibus alienum aliquid assutum esse Vorstius quoq; suspicatur) Pythagoræ aurea carmina, Phocylidis poëma, Pindari Olymp. Od. 1. & Pythionicor. Od. 7. Nemeonic. Od. 2. & Isthmionic. Od. 3. Euripidis Hecuba, pars ex Ajace flagellifero Sophoclis, Æschyli Prometheo vincto & Pluto Aristophanis. Theocriti Idyllium 4. 9. 16. & 17. Moschi 4. Bionis 5. & 6. Pars ex Arati phænomenis, Argonauticis Apollonii, Callimachi hymnus in Jovem, Particula ex Periegesi Dionysii (quem sub Antonino Caracalla

2011 Ministerio de Cultura

vixisse perperam tradit) & Oppiani Cynegeticis, tum XXXVIII. selecta Epigrammata ex Anthologia Maximi Planudæ.

David Hœschelius Gnomicorum atque adeò Theognidis "Ενδοσιν meliorem ad 3. MSS. codices meditatus est, ut didici ex epistolis Gudianis p. 188. Miserat & nonnulla ad Sylburgium, sed quæ periisse ille sibi conqueritur in limine suarum animadversionum. Hodie editionem novam Theognidis accuratam cum notis, molitur Dresdæ Amicus noster Vir Cl. *Johannes GideonGellius* Sententias quasdam ejusdem Poëtæ cum dogmatis moribusque Judaicis congruentes notavit Joh. Henricus Ernesti, Professor Lipsiensis, ad calcem Exercitationis de Pharisaismis in Libris profanorum Scriptorum occurrentibus. Lips. 1690. 12.

III. PHOCYLIDES Milesius Philosophus, Theognidis æqualis fuit, ut post Eusebium Suidas testatur: Sane ab Isocrate, Plutarcho, & aliis junctim laudatur cum Theognide. Isocrates Orat. ad Nicoclem: σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσατο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. Καὶ γὰρ τούτους φασὶ πολὺ ἀρίστους συμβούλους γεγενῆσθαι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Idem Suidas ei tribuit ἔπη & ἐλεγεῖα tum ὑφηγήσεις sive γνώμας quas ait à quibusdam inscripta κεφάλαια sive *capita exhortatoria*. Exstat sub Phocylidis nomine hodieque *carmen νουθετικὸν* versuum 217. elegantissimis sententiis refertum. Sed præter Scholiasten Alexipharmacon Nicandri qui versum 160. allegat, nemo fere veterum quicquam ex eo profert: non Justinus, non Clemens, Eusebiusvé aut Theodoritus, qui tantô studiô Ethnicorum dicta cum Judæis vel Christianis dogmatis conspirantia collegerunt, qualia ex hoc carmine siquidem illis innotuisset quàm plurima afferre potuissent. Contrà, quæ è Phocylide laudant Plato, Aristoteles, Strabo, Lucianus, Dio Chrysostomus, Plutarchus, Clemens Alex. & Stobæus, in νουθετικῷ nostro frustrà quæres. Itaq; Josephus Scaliger ad Eusebium p. 96. *Noli*, inquit, *putare, hoc carmen illius Phocylidæ esse, sed ἀνωνύμου Christiani. Et fortasse fuerit idem auctor cum illo Naumachio, qui Christianum carmen νουθετικὸν scripsit de Virginitate. Neque vero puto ullius veterum carmen exstare, quod cum Poësi hujus Phocylidis, si modo ei nomen id fuit, aut elegantia, aut nitore, aut cultu verborum conferri possit.* Scaligeri judicio subscribunt Daniel Heinsius Exerc. Sacr. ad Hebr. IV. 12. & ad Theocritum p. 20. Huetius demonstrat. Evangel. p. 113 & 608. & Alnetan. quæst. p. 136. Vossius de Poëtis Græcis p. 22. & de Philosophia p. 146. Joh. Reiskius p. 67. de Sibyllinis, Georgius Calixtus de resurrectione carnis § 6. Marquardus Freherus p. 64. parergon: ut Barthium, Taubmannum, aliosque prætereram. Vetustissimi scriptoris *Judæi* gnomas, sub Phocylidis nomine legi contendit

2011 Ministério de Cultura

dit Is. Vossius de Sibyllinis oraculis c. 5. quæ sententia probatur Joh. Fello Oxonienſi Epiſcopo in notis ad Cypriani Lib. I. adversùs Judæos p. 27. Sed non facile mihi perſuaſerim à Judæo ſcriptum v. 35. ἔσωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολίταις, neque conſtat inter Judæos frequentatum criminis genus de quo v. 202. neque adeò multa video in Phocylidis carmine, quæ non potuerint ab Ethnico ſcribi æque atque à Judæo vel Chriſtiano, ſive ut auctor Græcorum in Phocylidem Jamborum, χειρομύξη. Nam quod de morticinio non edendo Scaliger objicit è v. 132. 137. ſeq. notum eſt Pythagoricis quoque illud inter prohibita fuiſſe, vel è Laërtii VIII. 33. Ità quam plurimis aliis Moyſaicis inſtitutis conſenſerunt Ægyptii & Græci, ne alias gentes jam commemorem, ut oſtenſum Viris Clariſs. Spencero in opere de legibus Hebræorum, Marshamo in Chronico canone & Grotio ac Clerico commentariis in Pentateuchum. Reſurrectionis dogma v. 97. ſeqq. neutiquam ita à Phocylide declaratur, ut non poſſit de Metempſychoſi exponi, neque clariùs adſtruitur, quàm in hiſce Epicharmi:

Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη
Καὶ ἀπῆνθεν ὅθεν ἦνθε πάλιν
Γὰ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. Apud Plutarch. in conſolat. ad Apollon.

Vel in Euripidis, Chryſippo:

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαῖαν τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς εἰς ὑγρὸν
Πόλον ἦλθε πάλιν.

Clauſulam quoque carminis Phocylidei Chriſtiano homine parùm dignam eſſe obſervat elegans ſcriptor Hiſtoriæ operum eruditorum Henricus Baſnagius Bellovallius A. 1699. p. 183.

Ταῦτα δικαιοσύνης μυσήρια οἷα βιεύντες
Ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος ὕδε.

Alia, inquit Baſnagius, *præmia pietatis propoſita fuiſſent ab auctore Chriſtiano.*

Cæterum quod Svidas auctor eſt κεφάλαια Phocylidis è Sibyllinis ſurrepta fuiſſe, ita verum eſſe comprobatur, ut in Sibyllinorum codicibus quibusdam MSS. libro ſecundo multi legantur verſus, qui αὐτολεξεὶ iidem occurrunt etiam in Phocylideis. Vide editionem Græco-latinam Sibyllinorum Pariſienſem p. 405. ſqq. Sed & Lib. III. pag. 235. Verſus:

2011 Ministerio de Cultura

Κ' ἀ φιλοχρημοζυνη τις γ' ἡ κακὰ μυελα πίπτει respondet Phocylidis v. 38. & libro 5. Sibyllin. p. 335.

Οὐδὲ χαμοκλοπίαι κὴ παίδων κύπρις ἄθεσμος efformatus est è Phocylidis versu primo. Hoc enim malo credere, Phocylidea Sibyllinis inserta esse, quam contrà. Codicem MS. Phocylidis antiquissimum, in quo versus plerique inediti, memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 372. Solet carmen hujus Poëta plerumque Theognidi subjici, quamobrem ad illius editiones paulo antè notatas lectorem remitto. Latina prosa vertit præter *Jacobum Hertelium*, *Vitus Amerbachius* & commentario illustravit Argentorat. 1539. 1561. 8. Lips. 1594. 8. Prodiit etiam Græce & latinè per *Joh. Setzerium*, Hagenoæ 4 & Basil. 1547. 8vo. & versibus redditum Elegiacis à *Steph. Rigelio*, Nissæ, 1561. 8. Hispanicè transtulerat Judæus celebris *Menasse ben Israël* & cum notis edere voluit teste Theoph. Spizelio p. 383. coronidis Philologicæ ad sacra arcana Bibliothecarum retecta. Gallicè prodiit Bruxellis A. 1699. 12mo. hoc titulo:

Les preceptes de Phocylide traduits du Grec avec des pensées & des peintures critiques de ce siecle, & une dissertation sur la bisarrerie des Hommes Par Mr. -- del' Academie Francoise.

IV. Non ab re fuerit hoc loco recensere collectiones varias scriptorum Gnomicorum & sententiarum è pluribus græcis vetustis scriptoribus, recentiorum industriâ congestarum, & in lucem editarum. Primus *Aldus Manutius* Venet. 1494. fol. typis luculentis, cum Hesiodo, Theocrito, Theognide & Phocylide edidit Catonis disticha * à Maximo Planude Græcis Hexametris expressa, Sententias septem sapientum, ** Varia adversus invidiam eleganter dicta & cogitata: *Sententias jambicas monostichas* è variis poëtis collectas sub titulis alphabeti ordine digestis εἰς ἀγαθὸς ἄνδρας, εἰς ἀλήθειαν &c. Pythagoræ aurea carmina, Acrostichin Sibyllinam ex Eusebio, & Διαφορὰν φωνῆς, sive expositionem verborum quibus Græci sonos variarum rerum & voces variorum animalium exponunt, quam hoc loco integram subjiciam: Ἐπὶ κύκνῳ ᾄδειν, Ἐπὶ ἀηδόνι τερετίζειν, Ἐπὶ τέττιγος ἠχεῖν, Ἐπὶ λίχλης κιχλίζειν, Ἐπὶ κορώνης κὴ κορακων κρώζειν, Ἐπὶ σφηκὸς κὴ μελισσῶν βομβεῖν. Ἐπὶ πυρὸς βρῶμος, ἀνέμων πάταγος, κάλων συριγμός. Ἐπὶ ἀνθρώπων κεκραγέναι, Ἐπὶ κυνῶν ὑλακτεῖν (latini

* Hæc post Planudem Græce verterunt *Matthæus Zuberus*, *Joh. Mylius* Libenrodensis & felicissime *Josephus Scaliger*, qui etiam selectas sententias Publii Syri totidem versibus Græcis reddidit. Vide quæ notavi in Bibliotheca latina.

** Sententias hasce præter Laertium tradunt Hyginus fab. CCXXI. Ausonius p. 270. seq. edit. Jac. Tollii, Scholiastes Luciani T. I. p. 34. &c.

2011 Ministerio de Cultura

tini *birrire, rabire*) ἐπὶ λύκων ὠρύεσθαι, κυείως ἢ ἢ ἡ τῶν κυνῶν φωνὴ ὠρυγή. Ἐπὶ πρόβάτων βρηχᾶσθαι, ἐπὶ βοῶν μυκᾶσθαι, Ἐπὶ ἵππων χρεμετίζειν, ἐπὶ ὄνων βρομᾶσθαι, λέγουσι ἢ καὶ ὀγκᾶσθαι, ἐπὶ λεόντων βρυχᾶσθαι, ἐπὶ ἄρκτων καὶ παρδάλεων ὀμάζειν, ἐπὶ ὄφεων καὶ δρακόντων συρίζειν, ἐπὶ αἰετῶν κλαγγάζειν, ἐπὶ ἀλεκτρυόνων κοκκύζειν καὶ ἠχεῖν, ἐπὶ χοίρων γρυλίζειν ἢ γρύζειν, ἐπὶ περδίκων κοκκυβάζειν, ἐπὶ γλαύκων κακκιβάζειν καὶ κλάζειν, ἐπὶ ὀρνίθων κακκάζειν, ἐπὶ ἁμαξῶν τετριγέναι. Dolendum eſt Iſaaci Caſauboni diatribam de vocibus animalium intercidiſſe, qua ſcriptor eruditiſſimus teſtatur * ſe opes Græciæ hujus generis vocibus non ſegniter contuliſſe cum paupertate ſermonis latini. Vide interim Cæſarium quæſt. LXXVIII. p. 218. Carmen de philomela quod Ovidio tribuitur, Joach. Camerarium in commentariis utriusque linguæ p. 198. ſeqq. Joh. Textoris Officinam p. 280. ſeq. Andream Schottum Lib. II. c. 51. Obſervatt. human. Samuelem Bochartum in limine Hierozoici, Jul. Cæſ. Bulengerum de venatione Circi cap. 20. Frid. Hofmanni Epigrammata p. 158. ſeqq.

V. Alteram longe copioſiorem collectionem Gnomicorum è MSto Codice deſcriptam ad *Hieron. Frobenium* miſit *Matthæus Aurogallus*, quæ cum Callimachi hymnis græcisque in illos ſcholiis lucem adſpexit Græce Baſil. 1532. 4. à pag. 69. usque ad p. 245. De hac ita ſcribit *Sigismundus Gelenius* in præfatione ad Carolum Utenhovium: *Levius certe ferretur Menandri deſiderium, ſi vel unica ejus fabula exſtaret. Quando vero aliter fatis viſum eſt, quid vetat minutiſſimas quoque tantorum ingeniorum reliquias toto complecti pectore, maxime ſi tales ſint, ut ob ſui pretium non una cum cæteris periiſſe videantur, perinde ac ſi ex incendio quopiam horribili gemmæ duntaxat unionesve incolumes eripiantur. In quo genere non memini me quicquam videre conferendum Gnomologiæ, Callimacho in hac editione ſubjunctæ, ex celeberrimis quibusque Poëtis, Oratoribus ac Philoſophis ante bibliothecarum panolethrian excerptæ. Habentur quidem non pauca priſcorum poëmatum fragmenta apud Athenæum, ſed ea magis ad exhilarandum comicis ſalibus lectorem, quàm ad inſtituendam vitam moresve formandos accommoda. Prodierunt jampridem Græci ſenarii gnomici* (ab Aldo, ut jam notabam, editi) *ſed magis opinor vulgo olim jactati quàm ex veterum monumentis collecti. At hîc mira in omnibus ſententiis utilitas, in pleriſque haud minor majeſtas quam in illis quæ in Delphico ſacrario ſcriptæ memorantur: ſunt quæ nec Eccleſiarum quidem parietes dedecere poſſint. Varietas vero tanta, ut plus centum auctores habeant.* Elenchus ſcriptorum è quibus ſententiæ excerptæ ſunt libro præmiſſus ita ſe habet: Ἀγαθῶν. Ἀγησίλαος. Ἀιλιανός. Αἰσχίνης. Ἀισχύλος. Ἄλεξις. Ἀλκαῖος. Ἄμφις. Ἀναξερέων. Ἀναξά-

* Caſaub. in notis ad Antonium Getam Ælii Spartiani.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀναξάμαρυς. * Ἀναξανδρίδης. Ἀναξιμένης. Ἀνάχαρζις. Ἀντίγονος. Ἀντιφάνης. Ἀντιφάνης. Ἀπολλωνίδης. Ἄρατος. Ἀρίσανδρος. ** Ἀρίστιππος. Ἀριστοτέλης. Ἀρισοφῶν. Ἀρίστων. Ἀρχίλοχος. Ἀσυδάμας. Βακχυλίδης. Βίας. Βίων. Βρῦτος. Δημόκριτος. Δημόνικος. Δημοσθένης. Δίφιλος. Εἰρήνη *** Ἐπίχαρος. Ἐπίχαρμος. Ἐρασίστρατος. Ἐρατοσθένης. Ἑρμαρχος. **** Εὔηνος. Εὐπολις. Εὐριπίδης. Εὐσέβιος. Εὐφορίων. Εὔφρων. Ζήνων. Ἡλιόδωρος. Ἡσίοδος. Ἡρόδοτος. Ἡρωΐδης. Ἡσίοδος. Θαλῆς. Θέογνις. Θεόγνον. Θεοδέκτης. Θεόκριτος. Θουκυδίδης. Ἱέραξ. Ἱππόθοος. Ἱπποκράτης. Ἱππῶναξ. Ἰουλῖος. Ἰσοκράτης. Καλλίμαχος. Καλλῖνος. Καρκῖνος. Κάτων. Κλεάνθης. Κλεανίας. Κλείταρχος. Κλεόβουλος. Κράντωρ. Κράτης. Λεωνίδης. Λυκοῦργος. Λυκόφρων. Λυσίας. Μένανδρος. Μενεκράτης. Μητρόδωρος. Μίμνερμος. Μοσχίων. Μόσχος ὁ Σικελός. Μουσωνιος. Ναυμάχιος. Νεοπτόλεμος. Νεόφρων. Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός. Ξενοφάνης. Ξενοφῶν. Ὄβελμος. Ὀλυμπιάς. Ὅμηρος. Πανύασις. Περίανδρος. Πείσανδρος. Πίνδαρος. Πιτθεύς. Πλάτων. Πλάτων. Πολύαινος. Πολυΐδης. Πομπήϊος μακρός. Πορφύριος. Ποσείδιππος. Πυθαγόρας. Πυθέας. Ῥαδάμανθυς. Σαπφώ. Σερῖνος. Σιμωνίδης. Σόλων. Σοφοκλῆς. Στάσιμος. Σωκράτης. Σώπατρος. Σωσίθεος. Σωτάδης. Σωτίων. Τέλης. Τιμοκλῆς. Τυρταῖος. Ὑπερίδης. Φαβωρῖνος. Φάλαρις. Φανοκλῆς. Φερεκράτης. Φιλέας. Φιλήμων. Φίλων. Φιλήτας. Φιλιππίδης. Φίλιστος. Φωκυλίδης. Χαιρήμων. Χείλων. Χοιρίλος. Sententiæ ex his ſcriptoribus verſu & proſa collectæ exhibentur ſub titulis, literarum ordine digeſtis: *Περὶ αἰδοῦς, περὶ ἀναιδείας, περὶ ἀδικίας, περὶ ἀκρασίας, περὶ ἀληθείας, περὶ ἀνεξικακίας, περὶ ἀφροσύνης, περὶ ἀπορρήτων, περὶ ἀσωτίας, περὶ ἀφροδίτης καὶ ἔρωτος* &c. Cæterum facile apparet conferenti, hanc collectionem ſententiarum integram ſelectam eſſe neſcio quo auctore è florilegio *Johannis Stobæi* tunc nondum edito, de quo perinde ut de *Antonii*, *Maximique* & *Joh. Damaſceni* ſimilibus Collectaneis dixi infra Libro V. Nam *Ori* quidem ſive *Orionis συναγωγὴ γνωμῶν* Suidæ memorata diu eſt quod intercidit.

VI. In

* Verſus qui ſub Anaxamarydæ nomine leguntur in hac collectione p. 116. apud Stobæum in florileg. tit. 68. *ὅτι οὐκ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν* exſtant ſub nomine Anaxandridis. Incipiunt: *ὅσις γαμεῖν βουλεύετ' οὐ βουλεύεται ὀρθῶς* &c.

** Verſus Hexametri *ἦ ἄρα δὴ* &c. ſub Ἀριανῷ nomine in hac collectione p. 85. obvii, apud Stobæum tit. 4. *περὶ ἀφροσύνης* tribuuntur Rhiano.

*** Verſus bini Hexametri ſub *εἰρήνης* nomine exſtant in hac collectione p. 157. *τοῦτόκεν εἰς ἀΐδαν* &c. qui apud Stobæum tit. 119. *περὶ θανάτου* p. 486. edit. Grotii tribuuntur incerto. In aliis Stobæi editionibus nomina ſcriptorum hoc loco ut in aliis paſſim plane ſunt perturbata.

**** Stobæi codicibus Ἑρμαχος. Pro Στάσιμος alii Στασῖνος.

2011 Ministerio de Cultura

VI. In præsenti paucis commemorandus *Joachimus Camerarius* est, Vir summus, à quo præter editionem Theognidis Phocylidisque supra à me laudatam, cui Pythagoræ aurea carmina, tum Solonis, Tyrtæi, Simonidis, & Callimachi quædam adjunxit, adolescentum studiis etiam consecratus fuit libellus alter Gnomologicus Græcolatinus, excusus Lipsiæ in 8. Inter alia in hoc Græce & latine quamvis sine nomine auctoris offendes * narrationem de gentibus Indiæ & Bragmanibus, quam postea vertit ac velut ante ineditam sub vero *Palladii* ** nomine cum Ambrosio de moribus Bragmanum & Anonymo de Bragmanibus Græce ac latine vulgavit Eduardus Bissæus, Lond. 1668. 4. Omitto ejusdem Camerarii, à quo etiam Sirachidis sententiæ castigatæ & versione ac notis illustratæ sunt, ἀριθμολογίαν ἠθικὴν, & districha sacra ac moralia præceptaque honestatis vulgata Argentorati 1568. 8.

VII. Sed & *Jacobus Hertelius* Curiensis Sententias variorum Poëtarum veterum cum ex aliis tum è Stobæo maxime collegit & latina prosa vertit. Τὰ τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν γνωμικὰ ποιήματα σωζόμενα. Basil. 1561. 8. & frequenter recusa, ut Lipsi. 1600. Helmst. 1668. 8. In hac collectione præter Theognidem cum versione Vineti & notis, Phocylidemque de quibus jam dixi, continentur Pythagoræ aurea carmina a) Fragmenta ex elegiis *Solonis* b) & ejusdem sententiæ quædam. Fragmen-

* Hanc observationem fateor me debere Clarissimo Viro *Samueli Knauthio*, qui Witebergæ mihi aliquando versanti ejus rei fidem fecit producto statim libro, ut ipse est λειψάνων Camerarianorum indagator diligentissimus. Ad eum potissime recurrent si qui editionem Operum Camerarii in se suscipere cogitaverint, quod Andreæ Schotti quondam consilium fuisse à Thoma Segeto vehementer ac merito probatum intelliges ex hujus literis ad Jungermannum, datis IX. Dec. A. 1606. Ad calcem Hottomannianarum p. 463.

** Lubens assentior Rev. Viro Guil. Caveo, qui parte 2. Hist. literar. Palladium hunc eundem esse docet cum eo cui Johannis Chrysostomi Vitam ab Emerico Bigotio Paris. 1680. 4. editam & Historiam Lausiacam debemus.

a) De his infra cap. XII. quemadmodum de Demophili, Democratis, Sixti & Secundi Pythagoræorum sententiis cap. XIII.

b) Solonis scripta qui Archon exstitit Athenis Olymp. XLVI. 3. fuerunt (præter leges de quibus infra cap. XIV.) δημηγορίαι, εἰς ἑαυτὸν ὑποθῆκαι, ἐλεγεῖα ad Cypranorem Regem aliaque, τὰ περὶ Σαλαμῖνος versibus elegis centum, τὰ περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας Poëmate Heroico versibus 5000. Ἰάμβοι καὶ ἐπῳδοί. Vide ad Laërt. I. 61. Meursium in Solone c. V. & in Bibliotheca Attica.

2011 Ministerio de Cultura

ta *Tyrtæi* c) *Naumachii* d) & *Mimnermi* e) Sententiæ nonnullæ *Callimachi*, f) *Eveni Parii*, g) *Rhiani* h) *Eratosthenis* i) *Panyasidis*, k) *Lini*, l) *Mene-*

c) *Tyrtæus* Athenienſis, junior Lycurgo, Solone antiquior, in bello Meſſenio circa Olymp. XXV. (Suidas XXXV.) ab Athenienſibus miſſus Spartanis dux, cujus elegis ad virtutem bellicam excitati victoriam reportarunt: Vide Lycurgi Orat, adverſus Leocratem p. 167 ſeq. Strabonem VIII. p. 362. Juſtinum III. 5. & Pauſaniam Meſſenicis. Ex Tyrtæi *εὐνομίᾳ* quam laudat Ariſtoteles V. 7. Polit. videntur petiti verſus qnos producit Plutarchus in Lycurgo f. 43. Plura de Tyrtæo leges apud Meurſium ad Heſych Illuſtrem p. 207. ſeq. & in Miſcellaneis Laconicis IV. 17 Voſſium III. Inſt. Poët. p. 53. Fragmenta Tyrtæi Mimnermi & Simonidis diligentius collegit *Fulvius Urſinus* poſt carmina IX illuſtrium fœminarum, Antw. 1668. 8. Suidas Tyrtæum ait ſcripſiſſe *πολιτείαν Λακεδαιμονίοις, καὶ ὑποθήκας δι' ἐλεγείας, καὶ μέλη πολεμιςήρια βιβλία ε.*

d) *Naumachii* verſus in laudem virginitatis & de officiis probæ uxoris ante Arſenium produxit Stobæus. Videtur Chriſtianus eſſe Eraſmo, Gyraldo, Scaligero, Voſſio aliiſq;, licet nihil illius legere me memini quod non ab Ethnico Poëta proficiſci potuerit. Exſtant & verſiculi ejus in vituperationem divitiarum Neſcio diverſus ne fuerit à Naumachio Medico Epirota Galeni æquali cujus mentio apud Suidam in *Φιλάγρι*Θ.

e) Solonis æqualis hic fuit, Vide Laërtium I, 60. Colophonius, inventor Pentametri qui ideo *Mimnermi verſus* dicitur apud Propertium 1. 9. Gyraldus *Mnemermum* vocare mavult ratione leviſſima ductus contra veterum Codicum teſtimonia. Fragmenta ejus à *Fulvio Urſino* collecta eſſe jam dixi. Vide præterea A. Schottum II 52. Obſ Human Et quæ viri docti ad Ælian. XII. 36. Var.

f) De Callimacho infra Lib III. ſuo loco.

g) Duos Evenos Parios Elegiographos fuiſſe tradit Eratoſthenes apud Harpocrationem. Alter horum, (junior ut exiſtimo, quem ſolum *γνωρίζεσθαι* ſive celebritatem aſſecutum ſcribit Eratoſthenes) Socratis æqualis fuit. Plato in Apologia Socratis & in Phædone, Ariſtoteles VII. 11. Nicomacheor. & V 5. Metaphyſ. &c. Plutarchus quæſt. Platon. p. 1016. Evenum *ἐν τοῖς εἰς ἔυνομον ἐρωτικοῖς* Artemidorus Lib. I. c. 5 Cum Ariſtide Mileſiarum ſcriptore conjungit Arrianus Epictetear. IV. 9. Apud auctorem fragmenti Cenſorino ſubjecti c. 8. pro Evemero Evenum reponit Nic. Loënſis IX. 1. Epiphyllidum Vide & Politianum c 26. Miſc. ubi Ovidii locum ex Eveno expreſſum notat. Eveni nonnulla occurrunt in Anthologia & apud Stobæum. Philiſtum Hiſtoricum Socrate paulo juniorem, Eveni Elegiographi diſcipulum fuiſſe, auctor Suidas in *Φίλιϛ*Θ.

h) *Rhianus* Benæus Cretenſis Poëta cujus nomen cum Arriano ſubinde confundunt librarii, ſub Ptolemæo Evergete clarus ſcripſit pluribus libris *Ἀχαϊκά*, *Ἠλιακά*, *Ἰλιακά*, *Θεσσαλικά* & *Μεσσηνικά*, tum *Ἡρακλειάδα* Libris XIV. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis Lib I. c. 17 & Meurſium in Creta. Cæterum Verſus Rhiani quos Hertelius produxit petiti ſunt ex Stobæi florilegio ſerm. IV. p. 31. ſeq. edit. Grotii.

i) De Eratoſthenis ſcriptis qui Rhiani æqualis fuit ago infra Libro III.

k) *Panyaſis* Teognide junior, Herodoti, ut ajunt civis ac patruelis, Heroico poëmate ſcripſit,

2011 Ministerio de Cultura

l) *Menecratis*, m) *Posidippi*, n) *Metrodori* o) & *Simonidis*. p) Tum Variorum Jambica Monosticha, quæ ab Aldo Græce vulgata esse supra §. 3. notabam. Denique sententiæ selectæ *Comicorum*, Philemonis, Alexidis, Amphidis, Anaxandridis, Antiphanis, Apollodori, Diphili, Menandri, Diodori Sinopensis, Eubuli, Hipparchi, Nicostrati, Pherecratis, Philippi, Philippidis, Sotadis, Cratetis, Eriphi, Posidippi, Timoclis & Clearchi. Hanc Hertelii collectionem integram Græce & latine recudit *Joh. Crispinus* Genevæ 1569. & 1584. 12. *Jacobus Lectius* in corpore Poëtarum Græcorum Genev. 1606. fol. Recensuit & castigavit *Frid. Sylburgius*, latinamque versionem passim emendavit, *Joh. Commelino* etiam nonnulla inter præfandum loca Gnomicorum notante Heidelb. 1596. 8. Francof. 1603. 8. Ultraj. ad Rhen. 1651. 12.

VIII. Non minus diligenter in hoc sententias græcas colligendi & in adolescentum usum separatim edendi studio versatus est vir

psit Ἡρακλείαν libris XIV. versibus 9000. quam præter alios laudat Eratosthenes in Catasterismis c. 11. Si Clementem Alex. audimus, in hoc poëmate Οἰχαλίας ἅλωσιν à Creophylo compositam exscripserat Panyasis, quam Ἡρακλείαν Pausanias vocat. Vide supra Lib. I. c. 4. Pentametro etiam carmine Panyasis composuit Ἰωνικὰ de Codro & Nileo Coloniisque Jonum versus 7000. Vide Svidam & Vossium Hist. Gr. IV. 6. Panyasin juniorem qui libros 2. de insomniis scripsit & meliore jure quam prior Τερατοσκόπος nomen à Svida alteri tributum meretur, allegat Artemidorus Lib. I. c. 66. & Lib. II. c. 35. p. 124.

l) De hôc dictum Lib. I. c. XIV.

m) Duos tantum versiculos *Menecratis* affert Hertelius, qui leguntur in Anthologia Græcorum Epigrammatum Lib. I. c. XVI. & apud Stobæum serm. CXVIII. Puto autem esse Menecratis Smyrnæi, cujus Epigramma legitur in eadem Anthologia Lib. I. cap. LXXXVII. Menecratis Grammatici mentio apud Artemidorum IV. 62. p. 247. Alios Menecrates commemoro infra in notitia Comicorum ubi de Menecrate Syracusano Comico.

n) *Posidippi* unicum Epigramma dat Hertelius sed perelegans in vitam humanam ex Stobæi serm. 96. & Anthologiæ Lib. I. c. 13. in qua additur, illud ab aliis tribui Crateti Cynico. At Ausonii Idyllium XV. quod ex hoc Epigrammate expressum est, inscribitur: *Ex Græco Pythagoricon de ambiguitate vitæ.* Felici Metaphrasi latina præter Georgium Buchananum & Joh. Gorræum reddidit princeps eruditorum Josephus Scaliger, quæ incipit: *Quod vitæ insistemus iter si plena tumultu Rebus & implicitis sunt fora, cura domi.* Non minus feliciter Grotius in Stobæo suo & Anthologiæ versione inedita. Alia hujus Posidippi Epigrammata in Anthologia occurrunt. Ab isto Ἐπιγραμματογράφῳ diversus Posidippus Comicus de quo infra suo loco.

o) *Metrodori* Epigramma Posidippeo oppositum eodem Anthologiæ loco legitur & Buchanani, Gorræi, Grotiique Metaphrasi illustratum est.

p) De *Simonide* dixi infra cap. XV.

2011 Ministerio de Cultura

Optimus *Mich. Neander* * Soravienſis, cujus induſtriæ debemus verſione & notis illuſtrata 1) *Anthologicum Græcolatinum* h. e. inſigniores ſententias decerptas ex Heſiodo, Theognide, Pythagora, Phocylide, Arato, Theocrito &c. Baſil. 1556. 8. 2) *Ariſtologiam Pindaricam* ſive ſententias è Pindaro & Lyricis ſelectas. ibid. 3.) *Gnomologiam Græcolatinam* ſive inſigniores ſententias Philoſophorum, Poëtarum, Oratorum & Hiſtoricarum ex magno Anthologio Johannis Stobæi excerptas & in locos ſupra bis centum digeſtas. ibid. 1557. 8. 4.) *Gnomologicum Græcolatinum*, in duos diſtributum libros, & ſententias ex omni genere veterum ſcriptorum Hiſtoricorum quoq; & Philoſophorum Rhetorumque, non tantum Poëtarum complexum. ibid. 1564. 8. 5) *Opus aureum* & Scholaſticum, in quo præter Pythagoræ aurea Carmina, Phocylidem ac Theognidem, Gnomologicique libros duos jam memoratos continentur libri totidem Græcorum Apophthegmatum collecti à Matthæo GothoElrichenſi, *Nili* ** ſententiæ, Coluthus, Tryphiodorus, Quinti Smyrnæi Libri III. poſtremi, Laurentii Rhodomanni Poëmata tria Græca & latina (I. Vaticinium Nerei Marini de Trojæ excidio, II. Mithridates, III. Arion) ac denique Luciani Somnium. 6) *Patrum* ſive Eccleſiæ veteris doctorum ac Theologorum *Græcorum ſententias* ſelectiores, una cum Catechiſmo Lutheri Græce reddito, Protevangelio pſeudo Jacobi & aliis Apocryphis de Chriſto narrationibus. Baſil. 1564. 8. In Gnomologico ſuo Homeri quoque ſententias Neander exhibuit, quod præter *Boëtium Rordahuſanum* majore deinde ſtudio atque apparatu fecit in Gnomologia ſua Homerica *Jacobus Duportus*, ut dixi hoc ipſo Libro II. cap. 6. num. 8.

IX. E Comicis Græcis XLII. deperditis ſententiæ collectæ lucem viderunt Pariſiis ex Officina *Guil. Morelii* 1553. 8. Græce & latine. Et nomi-

* De hoc Neandro conſulenda Antonii Teiſſerii elogia Thuanea ad A. 1595. quo diem obiit ſupremum. Catalogus ſcriptorum Neandri occurrit in ejus Erotematibus Græcæ linguæ p. 486. ſeq. editionis Witeb. 1586 8vo.

** *Nilus* Aſceta patria C'Politanus Chryſoſtomi diſcipulus, clarus circa A. C. 440. á Neandro & aliis Epiſc pus vocatur, perperam quidem ut notatum Allatio lib. de Nilis p. 16. Sententiæ ejus Græce & latine exſtant in Orthodoxographis (editionis ſecundæ, nam in prima latine tantum) & in Auctario Ducæano Bibliothecæ Patrnm T. 2. in quo etiam Græce & latine reperiuntur *Thalaſſii* Abbatis circa A. C. 640. clari quatuor centuriæ ſive Hecatontades ſententiarum cum verſione Joh. Oecolampadii. Nili ſententias latino carmine reddidit Antonius Meierus Uleteranus Flander, Cameraci 1561. 4. Proſâ poſt Neandrum & alios Stephanus (Petrum facili memoriæ lapſu vocat præſtantiſſimus Caveus) Schoning Doccumienſis Scholæ in Friſia Rector, Franequeræ 1608. 8vo. Cum Schonigii verſione recudi curavit Chriſtianus Weiſius, Zitaviæ decus ſingulare, Gorlicii 1679. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Et nomina quidem Comicorum hæc sunt: Alexis, Amphis, Anaxandrides, Antiphanes, Apollodorus, Axionicus, Batho, Clearchus, Crates, Crito, Crobylus, Damoxenus, Demetrius, Diodorus, Dionysius, Diphilus, Ephippus, Epicharmus, Epicrates, Eriphus, Eubulus, Eupolis, Euphron, Hermippus, Hipparchus, Menander, Mnesimachus, Nicostratus, Pherecrates, Philemo, Philippides, Philippus, Phrynichus, Plato, Posidippus, Sotades, Strato, Theognetus, Theophilus, Theopompus, Timocles, & Xenarchus. Scriptores vero qui has sententias in Libris suis servarunt præter Athenæum, Clementem Alex. Eusebium, Harpocrationem, Stobæum, Philonem, Plutarchum ac Suidam laudantur Auctor Collectaneorum impressorum cum Callimacho, de quibus supra §. V. dixi, & *Hieronymus Spartanus* in libello MS cui titulus: ἐκ τῶν Μενάνδρου γνῶμαι μονόστιχοι, quem sine nomine auctoris evolvere me memini in Bibliotheca Gudiana.

X. Morellum secutus *Jacobus Hertelius* est, qui Basil. * 1560. 8. edidit collectas à se & latine versas sententias Comicorum quinquaginta, præmissa singulorum vita breviter scripta vel perstricta potius, & dramatum Catalogo. Nomina Comicorum hæc sunt: Alexis, Amphis, Anaxandrides, Antiphanes, Apollodorus, Aristophon, Axionicus, Bathon, Chæremon, Clearchus, Crates, Cratinus, Crito, Crobylus, Damoxenus, Demetrius, Diodorus, Dionysius, Diphilus, Ephippus, Epicharmus, Epicrates, Eriphus, Eubulus, Euphron, Eupolis, Heniochus, Hermippus, Hipparchus, Machon, Menander, Mnesimachus, Moschion, Nicostratus, Pherecrates, Philemon, Philippides, Philonides, Phœnicides, Phrynichus, Plato, Posidippus, Sotades, Straton & Theognetus. Collectioni huic præmisit *Platonii* Grammatici fragmentum περὶ διαφορᾶς τ παρ' Ἕλλησι Κωμῳδιῶν & περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων cum latina sua versione, quod Græcis in Aristophanem scholiis præfixum est à Thoma Magistro.

XI. *Henricus Stephanus* non modo inter Poëtas suos Græcos Principes emendatissime & elegantissime excusos Paris. 1566. fol. locum dedit Gnomicis supra §. 7. commemoratis, sed & singulari parvo licet volumine congessit virtutum encomia sive gnomas de virtutibus ex Poëtis & Philosophis utriusque linguæ, Græcis versibus adjecta interpretatione sua A. 1563. 12. Denique forma minore Comicorum Græcorum latinorumque sententias selectas cum interpretatione & scholiis, *Græcorum* quidem Alexidis p. 4. & 453. Amphidis p. 12. Anaxandridis

* In Kœnigii Bibl. perperam legitur A. 1616.

2011 Ministerio de Cultura

p. 19. Antiphanis p. 26. & 455. Apollodori p. 50. Axionici p. 418. Bathonis p. 419. Clearchi p. 420. Cratetis p. 421. Crobyli p. 423. Diodori p. 424. Dionysii p. 425. Diphili p. 63. & 458. Ephippi p. 426. Eriphi p. 427. Eubuli p. 428. Euphronis p. 431. Hermippi p. 432. Hipparchi p. 433. Menandri p. 89. & 459. Nicostrati p. 434. Pherecratis p. 435. Philemonis p. 369. & 462. Philippi p. 436. Philippidis p. 438. Phœnicidis p. 441. Posidippi p. 439. Sotadis p. 447. Timoclis p. 449. & Xenarchi p. 452. *Latinorum* Afranii, Cæcilii, Nævii, Plauti, Pomponii, Sex. Turpilii, Terentii & Publii Syri.

XII. His universis longe anteferenda est collectio non plenior modo sed emendatior quoque & selectior *Hugonis Grotii*, tum in aliis scribendi generibus, tum in græcis latino versu reddendis & universe in poësi latinâ (Salmasio etiam, & illo in loco ubi ejus laudibus detrahit, judice *) Magni & excellentis Viri, quæ inscribitur: *Excerpta ex Tragœdiis & Comœdiis Græcis tum quæ exstant tum quæ perierunt, emendata & latinis versibus reddita ab Hugone Grotio, cum ejus castigationibus & notis.* Paris. 1626. 4. *Tragicorum* ex quibus sententias delegit Grotius, nomina sunt XXVI. Achæus, Æschylus, Agathon, Alcæus, Antiphon, Apollonides, Aristarchus, Astydamas, Carcinus, Crates, Critias, Dicæogenes, Diogenes Oenomanus, Dionysius Tyrannus, Euripides, Jon, Lycophron. Melanippides, Melanthius, Moschion, Neophron, Sophocles, Sositheus, Theodectes, Thespis & Timotheus. *Comicorum* LXXXI. Alexis, Anaxandrides, Anaxilaus, Anaxippus, Antiphanes, Apollodorus Gelous, Apollodorus Carystius, Archippus, Aristophanes, Aristophon, Athenion, Axionicus, Bato, Callias, Chæremon, Clearchus, Crantor, Crates, Cratinus, Cratinus junior, Crobylus, Damoxenus, Demonax, Diodorus Sinopensis, Diphilus, Ecdorus, Ephippus, Epicharmus, Epicrates, Eriphus, Eubulus, Euphron, Eupolis, Hegesippus, Heniochus, Hermippus, Hipparchus, Hippothoon, Jophon, Laon, Lysippus, Machon, Menander. Metagenes, Moschion, Nausicrates, Nicochares, Nicomachus, Nicophron sive Nicophon, Nicostratus, Pherecrates, Philemon major, Philemon junior, Philetærus, Philippides, Philippus, Philiscus, Philonides, Philoxenus, Phœnicides, Phrynichus, Phyllidius, Plato, Posidippus, Sclerias, Serapion, Simylus, Sopater, Sophron, Soscrates, Sosipater, Sositheus, Strato, Strattis, Teleclides, Theognetus, Theophilus, Theopompus, Timocles, Xenarchus

* In Epistola ad Sarravium, qua G. J. Vossium Grotio præfert, edita à Tho. Crenio parte 1. animadvers. Historico Philolog. p. 23.

2011 Ministerio de Cultura

chus & Xenon. De singulis hisce Poëtis eorumque dramatis ago infra in notitia Tragicorum & Comicorum deperditorum. Dolendum interim est à Grotio non notata esse loca veterum scriptorum unde singula fragmenta petita sunt, & vix hinc inde Auctoris nomen in notis, obiter veluti adspersum. Quamquam accepi hunc defectum in Codice suo suppleviſſe singularis doctrinæ virum Thomam Gatakerum * qui in Adversariis suis cap. IX. seq. & hinc inde in notis ad Marcum Antoninum non vulgaria quædam in excerptis Grotianis emendat & corrigit, quod etiam locis quibusdam factum à *Richardo Bentlejo* in fragmentis Callimachi & in Epistola ad Joh. Millium in qua p. 21. affirmat se fragmenta omnium Poëtarum Græcorum cum emendationibus & notis grande opus edere pridem constituisse, sed mutato vitæ instituto hoc consilium, quod merito dolent harum literarum studiosi, abjeciſſe. Porro Grotius testatur se usum esse collectione inedita *Theodori Canteri*, quæ ab eo tempore pervenit in Bibliothecam Petri Francii ** Poëtæ & Oratoris nostra ætate elegantissimi. Verba Grotii hæc sunt, cum de Æschylo, Sophocle, Euripide Tragicis; tum de Comicis Epicharmo, Aristophane, Menandro ac Philemone judicium tulisset, *Collegeram*, inquit, *ex iis qui exstant Tragicis & Comicis ea quæ mihi utilissima videbantur. Eorum vero qui perierunt fragmenta Comicorum quidem prodierant aliqua pridem Lutetiæ à Morello, Basileæ ab Hertelio edita, sed mendose admodum. His multa adjeceram, Tragicorum quoque nunquam editas ante reliquias annotaveram, lectis in hoc Platone, Aristotele & eorum explicatoribus, Philone præterea, Plutarcho, Sexto Empirico. Oratoribus Græcis & Oratoriæ artis Magistris, Historiarum scriptoribus, Æliano, Athenæo & tragœdiarum atque Aristophanis Scholiastis, Justino quoque, Theophilo, Athenagora, Clemente aliisque scriptoribus Christianis, cum vir natus demerendis literis Andreas Schottus me monuit factam à viro non mediocriter erudito* Theodoro Cantero *diligentissimam utriusque generis Comici ac Tragici collectionem, cui additas a se, item à Scaligero emendationes nonnullas, & ex libris antea editis latinam soluta oratione versionem. Eos Codices ipso monente à Roverianis typographis utendos sumsi, unde habere poterit si quis implere velit quod nostro operi deest. Multa enim omisimus, quæ ad vocum duntaxat significationem discendam afferuntur, nonnulla etiam ob insignem spurcitiem, cujus tamen generis quædam melioribus connexa in alieno opere ponere coacti*

* Ejus codex fuit in Bibl. Is. Vosii quæ perlata est ut audio Lugdunum Batavorum.

** Th. Janf. Almeloveenius Vir Clarisf. præf. ad Epigramma & Poëmatia Vetera latina: Theodori Canteri veterum Poëtarum Græcorum collectanea sæpenumero à V. C. Isaaco Casaubono expetita in Clarisimi atque amicisimi Viri Petri Francii Poëtarum facile principis Bibliotheca instructisima plus semel vidimus.

2011 Ministerio de Cultura

coacti ſumus, eo minore periculo, quod etiam talium uſum comparatione melioris inſtitutionis, Chriſtiani ſcriptores pridem monſtraverint. In Opere ipſo Grotius ſubinde remittit ad ſententias Poëtarum excerptas à Stobæo & à ſe emendatas ac latine redditas quæ lucem viderant Pariſ. 1623. 4.

XIII. Denique *Radulphus* etiam *Wintertonus* in adoleſcentum uſum Gnomicos ſcriptores Græcos edidit cum latina verſione, Cantabrigiæ 1661. 8. inter Poëtas minores Græcos, in qua collectione occurrunt Heſiodus, Theocritus, Moſchus, Bion, Simmias, Muſæus, Theognis, Phocylides, Pythagoræ aurea carmina: tum fragmenta ac ſententiæ quædam Solonis, Tyrtæi, Simonidis, Rhiani, Naumachii, Panyaſis, Orphei, Mimnermi, Lini, Callimachi, Eveni Parii, Eratoſthenis, Menecratis, Poſidippi, Metrodori: dehinc Comicorum Philemonis, Alexidis, Amphidis, Anaxandridæ, Antiphanis, Apollodori, Diphili, Menandri, Diodori Sinopenſis, Eubuli, Hipparchi, Nicoſtrati, Pherecratis, Philippi, Philippidæ, Sotadis, Cratetis, Eriphi, Poſidippi, Timoclis, Clearchi & aliorum incertorum, ſubjunctis ad calcem libri Obſervationibus Wintertoni Grammaticis ad Heſiodum.

CAPUT XII.

De Pythagora & Empedocle, ſcriptisque ad hos relatis.

Pythagoræ Samii ætas 1. *Vitæ ſcriptores.* 2. *Plures Pythagoræ.* 3. *Scripta Pythagoræ Philoſopho tributa quæ interciderunt.* 4. *Interpretes Symbolorum Pythagoricorum.* 5. *Sphæra & tabula Pythagorica. Epiſtolæ. Aureorum Pythagoræ Carminum auctor Empedocles Agrigantinus.* 6. *Horum editiones, & de Hierocle aureorum Carminum interprete.* 7. *Empedoclis ſcripta.* 8. *Sphæra ei tributa exhibetur integra cum Florentis Chriſtiani notis Græce & latine.* 9.

I.

PYTHAGORAS Samius duabus rebus pulcherrimis nomen dedit apud Græcos, Philoſophiæ, cujus cultor ſtudioſiſſimus, & Mundo, cujus contemplator ſollertiſimus fuit. De ætate ejus vehementer inter ſe pugnant veteres; dum incauti fortaſſis diverſos Pythagoras permiſcent ac confundunt,

2011 Ministerio de Cultura

dunt, non minus ac quam contraria narrant de vita ejus universa morteque & mortis genere, ut arduum sit verum hîc à falso nisi divinando distinguere. Nec minus in diversa abeunt, ne de aliis jam dicam, triumviri nostra ætate doctissimi qui de hoc argumento imprimis diligenter egerunt *Guil. Lloydius* a) Episcopus Coventrensis & Lichfeldensis, (hodie Vigornienſis) *Rich. Bentlejus* b) & *Henricus Dodwellus*. c) Inter extrema medium ni fallor tutissimum sit, nec certe natus Pythagoras ante Olympiadem XLIII. 4. quæ Lloydii & Bentleji: nec post Olymp. LII. 4. quæ opinio est insignis plane viri H. Dodvvelli. Postquam audiisset Thaletem, Epimenidem, Pherecydem, Biantem, & per plures annos (XXII. quidam ponunt) sapientiæ causa peregrinando consumsisset, captivus à Cambyse ductus fuit in Persiam Olymp. LXIII. 3. Inde in Italiam venit Bruto Consule, si Ciceronem ac Solinum audimus, hoc est Olymp. LXVII. 1. quam sententiam firmat Gellius XVII. 21. Non vixisse traditur ultra CXVII. annum ætatis, cum alii anno XCIX. alii citius d) referant obiisse: vel Metaponti, vel in prælio inter Agrigentinos & Syracusanos, postquam per annos viginti Crotone commoratus fuisset teste Justino XX. 5. indeque propter ingravescentem forte Cylonianam factionem se mature recepisset.

II. Vitam Pythagoræ è veteribus præter deperditos quamplurimos, Aristoxenum cumprimis, Hermippum, Nicomachum alioſque, de quibus *Joh. Jonsius* in opere eximio de scriptoribus Historiæ Philosophicæ videri potest, scripserunt hi quatuor: 1. *Diogenes Laërtius* Libro VIII, doctissimorum hominum cōmentariis illustratus: 2. *Malchus* sive Græco nomine *Porphyrius*, in quem exstant notæ Conr. Rittershusii & Lucæ Holstenii. 3. *Jamblichus* ab anonymo veteri inedito, tum ab Arcerio & longe felicius denique ab Ulrico Obrechto latine versus. Et 4. *Anonymus*, cujus excerpta tantum exstant apud Photium Bibl. Codice CCLIX. ab Holstenio latine versa & cum Porphyrio edita. De primis tribus infra Libro IV. dicturus suo loco, nunc tantum profiteor me

a) In libro Anglice edito paginarum 76. cui titulus: A Chronological account of the life of Pythagoras and of other famous men his contemporaries with an Epistle to the Rd. Dr. Bentleji about Porphyry's and Jamblichus's lives of Pythagoras, Lond. 1699. 8.

b) In Apologia dissertationis pro Epistolis Phalaridis, itidem Anglice editâ.

c) Diss. III. de Cyclis Græcorum, §. 12. & in diss. de ætate Pythagoræ Philosophi, Lond. 1704. 8.

d) Vide Lloydium ad Olymp. LXVIII. 3. & LXX. 4.

2011 Ministerio de Cultura

non omnino probare ſuſpicionem eruditi viri, cui Porphyrii antiquiorum uſque quaque veſtigiis inſiſtenti & qui eum in plurimis ſequitur Jamblichi liber videtur compoſitus & variis de induſtria commentis refertus in opprobrium noſtræ religionis: cum uterque pars fuerit majoris operis, longe alium ſibi finem propoſitum habentis. Quemadmodum viciſſim neque illos puto audiendos, qui Pythagoram à contemtis apud gentes, & ab illis ſua viciſſim occultantibus Judæis e) neſcio quæ edoctum fuiſſe ſentiunt, confutati à Venerando D. Joh. Friderico Mayero in Exercitatione *Utrum Pythagoras fuerit Judæus an Monachus Carmelita.* Hamb. 1700. Ex recentiorum vitæ Philoſophi ſcriptorum numero præter triumviros paulo ante laudatos unicum nominare mihi liceat *Thomam Stanlejum* equitem Anglum, in Hiſtoria Philoſophica Johanni Marshamo inſcripta & tertia jam vice edita Anglice Lond. 1701. fol. parte IX. Philoſophiam Pythagoricam illuſtrandam ſibi præter Stanlejum peculiariter ſumſerat *Johannes Scheferus* à Regina Sveciæ Chriſtina ad hoc invitatus, cujus tamen nihil quod præſens argumentum ſpectet lucem vidit excepto libello de natura & conſtitutione Philoſophiæ Italicæ

e) Placuit hoc perquam multis, ut Pythagoram vel ex Cabbaliſtarum traditis ſapuiſſe crederent, uti Reuchlinus Lib. I. de Cabbala probante Clariſſ. Campegio Vitringa Lib. I. Obſ. 5 diſſ. 2. p. 120 130. Vel ab Eſſæis ſua eſſe mutuatum (Pythagoræ ætate forte nondum cognitis) ut vir ſummus Hugo Grotius Epiſt. 552. Vel certe ad Arabas Chaldæos & Hebræos perveniſſe & ab iis edoctum fuiſſe & ex Judæa in Græciam ſua intuliſſe, ut ex Hermippo apud Joſephum & Origenem & ex Porphyrio p 185. jactari ſolet: Ita Seldenus de Diis Syris & Lib. I. de jure Nat. c. 2. Huetius demonſtrat. Ev. p 89 Godfr. Wendelinus Epiſt de tetracty Pythagoræ, Gothofredus Voigtius in imagine Trinitatis p. 69 ſeq. Joh Franciſcus Buddeus in diſſ. de peregrinationibus Pythagoræ Jen. 1692. Joh. Jacobus Syrbius in Pythagora intra ſindonem noſcendo Jen. 1702. 8. Sed Hermippi teſtimonium ambiguum eſt Origeni ipſi non lectum, forte nec Joſepho inſpectum accurate, ſi genuinum. Cyrillus X. contra Julianum Porphyrii locum laudans, verba καὶ Ἑβραίους omittit. Et Mochus Sidonius Jamblicho memoratus tam diverſus mihi eſſe videtur à Moyſe Propheta quam Nazaratus Aſſyrius à Propheta Ezechiele vel quocunque Iudæo Nazareo, aut Æſaræ nomen filiæ Pythagoræ, à nomine Saræ vel Sarræ uxoris Abrahami. Qui è Κοινοβίᾳ apud Gellium 1 9. memoratione Monachum faciunt Pythagoram exploduntur à Scaligero præf. ad Euſebium, perinde ut riſiſſet ſi cum Monachis hodie conferentes vidiſſet quod apud Jamblichum p. 33. Pythagoras dicitur acceſſiſſe ad litora ὑπὸ Κάρμηλον τὸ Φοινικικὸν ὄρος ἔνθα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ Πυθαγόρας κατὰ τὸ ἱερὸν & p. 211. Pythagoræi traduntur μοναζόντες ἐν ταῖς ἐρημίαις.

2011 Ministerio de Cultura

licæ f) Upſal. 1664. & Witeberg. 1701. 8. Tum civis Scheferi doctiſſimus *Joachimus Kuhnius*, qui libros de vita & Philoſophia Pythagoræ promittit ad Æliani Var. II. 36. ſed operi immortuus nihil plane illius edidit. Horum jacturam penſatumiri ſperamus ab ingenioſiſſimo *Rondello*. Pythagoræ incunabula in vetri marmore obſervata & elegan-ter atque ingenioſe illuſtrata videre licet ab illuſtris doctrinæ viro Laurentio Begero in ſpicilegio antiquitatt. p. 136. ſeq.

III. Pythagoras *decem* Laërtius VIII. ſeq. ex Demetrio ut veriſimile eſt Magneſio commemoravit, Meurſius ad Ariſtoxenum p. 150. ſeq. *viginti*: utriusque induſtriam vicit Jonſius à quo *undetriginta* Pythagoræ obſervati ſunt libro IV. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. p. 343. ſeq. Et plures etiam fuerint, ſi ſequimur Dodvvellum p. 114. diſſ. de ætate Pythagoræ. Ex his illos tantum in præſenti ſnbjungam, qui aliquid ſcripſiſſe vel Pythagoræ Philoſophi æquales aut majores fuiſſe traduntur.

1) Pythagotas Laco, qui Olympiade XVI. ſtadio vicit, æqualis Numæ.

2) Pythagoras Eratoclis F. Phliaſius σωμασκητὴς & ἀλείπλης, qui athletas primus carne aluiſſe traditur. Ejus ἀλειπτικὰ συγγράμματα. Jamblich. vita Pythag. c. 5. Hujus forte Epiſtola apud Laërtium VIII. 49.

3) Pythagoras Samius, pugil, ὁ ἐν Σάμῳ κομήτης, qui vicit Olympiade XLVIII.

4) Pythagoras Crotoniates Tyrannus.

5) Pythagoras Tyrannus Epheſius, ante Cyri tempora.

6) Pythagoras Zacynthius Muſicus, inventor tripodis organi Muſici, qui & aliquid de Muſicis ſcripſiſſe & ſectatores habuiſſe ex Ariſtoxeno colligitur. De eodem Laërtius: ὃ φασὶν εἶναι παπόῤῥητα * τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν διδάσκαλον ἐφ' ᾧ καὶ τὸ αὐτὸς ἔφα. Sed hoc αὐτὸς ἔφα Samio Philoſopho tribuunt præter Menagio ad Laertium laudatos auctor conſtitutt. Apoſtol. IV. 96. Philoſtratus in vita Apollon. f. 117. Hierocles p. 225. Chalcidius p. 225. Theodoritus ſerm. 1. de fide &c.

f) Hic tantum prodromus eſſe debuit juſti Operis quod in tres libros diſtinctum vir eruditus moliebatur, primo libro acturus de vita & diſciplina Pythagoræ, ſecundo de Pythagoræ Philoſophia, quam ipſam tribus diſtinctis partibus explicare voluit, & tertio de claris Pythagoricis Vide Scheferi literas ad Joh. Vorſtinm, datas Upſal. 1655. prid. Id Junii & præmiſſas Vorſtii libro de Hebraiſmus N T.

* Operis titulum eſſe putabat Voſſius de ſcientiis Mathemat. p. 343, ſed poteſt etiam eſſe ſenſus, eum fuiſſe qui Philoſophiam arcano & recondito more tradiderit.

2011 Ministerio de Cultura

7) Pythagoras Cyrenæus Rhetor frigidus, cujus præter Laërtium meminit Philoſtratus in Sophiſta Niceta p. 511.

8) Pythagoras Medicus qui περὶ κήλης *de hernia* ſcripſit teſte Laërtio, ſive ut Muretus IX. ult. Variar. è Plinio XIX. 5. legebat, περὶ σκίλλης *de ſcilla* herba. Quanquam priorem lectionem tuetur Menagius ad Laërtium p. 376.

9) Pythagoras περὶ ὁμήρου συντεταγμένου. Diverſus à Medico, ſiquidem καί τινα apud Laërtium VIII. 47. non reddatur *ac quædam*, ſed *quendam* (incertæ patriæ atque ætatis) qui ſcripſerit de Homero.

10) Pythagoras qui ſcripſit Δωρικά *de rebus Dorienſium*, ut refert Laërtius.

11) Pythagoras qui de mari rubro ſcripſit teſte Athenæo & Ælia-no XVII. 8. hiſt. animal. Non diverſus forte à ſuperiore. Vide Voſſium de Hiſt. Græcis p. 410.

12) Pythagoras Rhodius è quo nonnihil de Diis profert Porphyrius apud Euſebium V. 6. præparat.

Fuit & Pythagoras Samius, initio pictor deinde ſtatuarius, Pythagoræ Rhegini circa Olymp. LXXXVII. clari diſcipulus & ſororis filius. Plin. XXXIV. 8. De utroq; vide ſis Franciſcum Junium in Artificum Catalogo. At Pythagoram Evagoræ Regis Cypriorum filium alii Πυθαγόραν appellant, Iſocrates Protagoram, notante Meurſio in Cypro Lib. II. c. 12.

IV. Ut ad Pythagoram Samium Philoſophum noſter ſermo recurrat, ab eo nullum ingenii monumentum relictum fuit quod ab omnibus pro genuino ejus fœtu haberetur. Joſephus 1. contra Apionem p. 1046. loquens de Pythagora, αὐτὸς μὲν, inquit, οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα. Plutarchus de fortuna Alex p. 329. οὐδὲ Πυθαγόρης ἔγραψεν οὐδὲν, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδὲ Ἀρκεσίλαος, οὐδὲ Καρνεάδης οἱ δοκιμώτατοι τῶν Φιλοσόφων - - ἀλλὰ καὶ σχολάζοντες τὸ γράφειν παρίεσαν τοῖς σοφισταῖς. Lucianus T. 1. p. 497. de lapſu in ſalutat. Ὁ μέντοι θεσπέσιος Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν &c. Laërtius proœmio ſect. 16. οἱ δ' ὅλως δὲ συνέγραψαν, ὡς καπέ τινας Πυθαγόρας, Ἀρίστων ὁ Χῖος, ὠλὴν ἐπιστολῶν ὀλίγων. Idem de Pythagora repetit, licet huic opinioni repugnans Lib. VIII. ſect. 6. Porphyrius in Pythagoræ vita p. 40. narrans Pythagoricos dogmata ſua diligenter occultaſſe, addit: ὅπερ γὰρ Πυθαγόρου σύγγραμμα ἦν. Ariſtides Orat. 2. pro Rhetorica T. 3. p. 495. Καὶ Σωκράτης μὲν καὶ Πυθαγόρας &c. Rufinus invectiva 2. in Hieron. *Deniq; inter cætera etiam Pythagoræ libros legiſſe ſe jactat, quos ne exſtare quidem eruditi homines aſſerunt.* Cui reſpondens Hieronymus non ait ſibi ſcripta Pythagoræ

2011 Ministerio de Cultura

goræ esse cognita, sed *de dogmatibus*, inquit, *non de libris locutus sum, quæ potui in Cicerone, Bruto, ac Seneca discere.* Et aliquibus interjectis: *Igitur etiamsi docere non possem ipsius Pythagoræ exstare monumenta, nec à filio ejus ac filia aliisque discipulis probata* (legendum existimo *prolata*) *convincerem, me non teneres mendacii, quia non libros, sed dogmata legisse me dixi.* Augustinus Lib. I. de consensu Evangelistar. cap. 7. *Nam Pythagoras quo in illa contemplativa virtute nihil tunc habuit Græcia clarius, non tantum de se, sed nec de ullare aliquid scripsisse perhibetur.* Claudianus Mamertus Lib. II. de statu animæ cap. 3. *Pythagoræ igitur, quia nihil ipse scriptitavit, à posteris quærenda sententia est.* Contra sentit è veteribus Laërtius, ita ut etiam errare vel nugari existimet eos qui nihil scripto consignatum à Pythagora fuisse existimant, VIII. 6. Ἔνιοι μὲν οὖν Πυθαγόραν μηδὲ ἓν καταλιπεῖν σύγγραμμα φασὶ, Λαπαίζοντες, sive ut Scaliger legebat, Λαπαίοντες. Quod vero ex Heraclito profert testimonium, non probat librum exstitisse ab ipso scriptum Pythagora, sed tantum laudatam ab Heraclito Pythagoræ scientiam ex scriptis variis (inter peregrinandum maxime) collectam. Neque scripta tria quæ tanquam Pythagoræ Diogenes deinceps memorat, videre Heraclitus potuit, ut pulchre observat Dodvvellus, diss. de ætate Pythagoræ p. 119. seq quoniam illa à Philolao primum publicata ipse tradit Laërtius VIII. 15. confirmante hoc Jamblicho cap. 31. vitæ Pythog. p. 172. neque Pythagoricus fuit Heraclitus, ut ei ab aliis hujus sectæ ante publicationem communicatos quispiam suspicetur. Neminem enim audivit, teste Laërtio IX. 5. Tatiano, Dione Chrysost. Orat. LV. & aliis. Leoni autem Allatio qui inter recentiores paulo operosius Pythagoræ scripta asserere conatus est in dialogo paradoxo de scriptis Socratis, una cum suppositiis Socraticorum Epistolis edito Paris. 1637. 4. satisfecit erudita Godfridi Olearii Exercitatio dialogo illi opposita Lipsiæ 1696. 4. Interim cum sub Pythagoræ nomine jamdudum plura scripta jactata fuisse non sit obscurum, dehinc illa succincte referre congruens instituto meo esse putavi.

I. 2. 3. Συγγράμματα τρία, ΠΑΙΔΕΥΤΙΚΟΝ, ΠΟΛΙΤΙΚΟΝ, ΦΥΣΙΚΟΝ. Physici hoc initium affert Laërtis VIII. 6. Οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, οὐ κατοίσω* ψόγον περὶ ἔ λογε ἔ ϗ. Primus ut jam dixi hos tres libros ex quibus aliqua profert idem Diogenes VIII. 9. in lucem edidit Philolaus.

* Ambrosius Camaldul. *non admittam*, Aldobrandinus *non effugiam*. Rectius Stanlejus p. 511. Hist Philosoph. *i shall not bear the blame of this discourse*, *non perferam* sive *non experiar* reprehensionem, nemo me reprehendet hujus disputationis causa.

2011 Ministerio de Cultura

Laërt. VIII. 15. Μέχρι ὧν Φιλολάου ἦν τὰ γνώριμα Πυθαγόρειον δόγμα, ὃ οὐτος μόνος ἐξήνεγκε τὰ Πλάτωνι βιβλία ΤΡΙΑ ΒΙΒΛΙΑ ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ἐωνημένα. Jamblichus c. XXXI. p. 172. Θαυμάζεται δὲ καὶ ἡ τῆς Φυλακῆς ἀκρίβεια. Ἐν δὲ τοσούτοις γενεαῖς ἐτῶν ἀδεὴς ἀδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων σπουδῆς περὶ τῆς Φιλολάου ἡλικίας, ἀλλ' ὅτου πρώτου ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα τοῦτα ΤΡΙΑ ΒΙΒΛΙΑ, ἃ λέγεται Δίωνι ὁ Συρακοσίῳ ἑκατὸν μνῶν πριάσθαι, Πλάτωνος κελεύσαντος, εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικνουμένου τῷ Φιλολάου. Non Pythagoræ ſed Philolai Pythagorici tres libros decem millibus denariûm * mercatum Platonem legas apud Gellium III. 17. Laërtius III. 9: Λέγουσι δέ τινες (ὧν ἐστι καὶ Σάτυρος) ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν, ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου μνῶν ἑκατόν. Καὶ δὲ ἐν ἐυπορίᾳ φασὶν ἦν (Dio, non Plato, ut ad Gellium perperam tradit A. Thyſius) παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα. Diverſus autem ab his liber fuit, quem à Philolai (jam defuncti ut eſt credibile) cognatis Plato ſibi comparavit minis argenti Alexandrinis XL, teſte eodem Laërtio VIII. 85. ubi hoc illorum Πυθαγορικῶν περὶ Φύσεως âPhilolao compoſitorum affertur initium: Φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων, καὶ ὅλος κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. Phyſicorum Pythagoræ meminit & Vitruvius IX. 7.

4. Aliud ab his fuit ſcriptum ſub Pythagoræ nomine Laërtii etiamnum temporibus jactatum, quod à Lyſide conſcriptum obſervat VIII. 7. Τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ φυγόντος καὶ εἰς Θήβας καὶ Ἐπαμεινώνδα καθηγησαμένου. Laërtium non cepit Svidas in Πυθαγ. cujus hæc ſunt verba: Συνέγραψε δὲ ὁ Πυθαγόρας μόνα τρία βιβλία παιδευτικὸν, πολιτικὸν, τὸ δὲ φερόμενον τρίτον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου μαθητοῦ αὐτοῦ γενομένου &c. Quis non videt ridicule Pythagoræ ſola tria relinqui ſcripta & iisdem verbis eripi tertium. Quam ob cauſam nec Meurſio ſubſcribere auſim, qui in notis ad Ariſtox. p. 153. apud Laërtium reſcribere jubet τὸ δὲ τρίτον ὡς φερόμενον Πυθαγόρου. Menagius aurea Carmina a Diogene ſignificari conjicit, de quibus agam infra §. 6. ubi Empedocli non Lyſidi illa deberi evincam.

5. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΛΟΥ, ἐν ἔπεσι. Primum eſt ex ſex deinceps commemorandis ſcriptis quæ Pythagoræ tribuit Heraclides in Sotionis (qui ſub Ptolemæis ſcripſit) Epitome apud Laërtium VIII. 7.

6. 7. 8. ΙΕΡΟΣ ΛΟΓΟΣ duplex, unus verſu ſcriptus & Heraclidi memoratus, cujus initium: ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίας πάδε πάντα.

* Summa centum minarum ſive quod eodem recidit 10000. denariorum (centum enim denarii unam minam valent) eſt thalerorum 1250.

2011 Ministerio de Cultura

τα. Et alter ΠΕΡΙ ΘΕΩΝ, compoſitus proſa Dorica. Vide Menagium ad Diogenem p. 350. b & quæ dixi ſupra in Orpheo Lib. I. c. XIX. num. 2. Laudatur & ἱερὸς λόγος à Clemente Alex. Hierocle p. 225. Syriano in XIII. Metaphyſ. Stobæo Phyſ. Auctore Theologum. Arithmeticæ, Jamblicho, Proclo, Etymologico M. Euſtathio &c. Sed diverſa erant ἱερὰ ἀποφθέγματα ſcripto non tradita, de quibus Hierocles p. 301. ſeq. Non ſatis certo ſcio etiam, utrum idem cum alterutro λόγῳ ἱερῷ fuerit, quod tamen vix mihi perſuadeo, λόγος μυστικὸς, quem ab Hippaſo ſub Pythagoræ nomine ſcriptum ſed ἐπὶ διαβολῇ αὐτῷ *in calumniam ejus* ſcriptum Laërtius refert loco laudato. Vide infra c. XIII. in Hippaſo.

9. ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ. Heraclides apud Laërt.

10. ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. Idem.

11. ΗΛΟΘΑΛΗΣ ſive liber appellatus nomine *Helothalis*, qui Epicharmi Siculi pater fuit teſte Laërtio VIII. 7. & 78.

12. ΚΡΟΤΩΝ. Eidem Heraclidæ memoratus.

13. Quædam ſub ORPHEI nomine edita. Jon apud Laërt. VIII. 8. Forte reſpicit ad ἱερὸν λόγον de quo num. 6.

14. ΟΙ ΚΑΤΑΣΚΟΠΙΑΔΕΣ ſive ut alii Codices Σκοπιάδες vel denique Κοπιάδες. ſcriptum moralis argumenti, ut licet ſuſpicari ex initio quod eodem in loco refert Laërtius his verbis: μὴ ἀναίδευ μηδενί, quæ folium Sibyllæ ſibi eſſe fatetur Caſaubonus. Non male videtur vertiſſe Aldobrandinus: *Ne impudenter agas in quemquam.* Sed Palmerius p. 459. Exerc. in ſcriptores græcos, legit ἀνάδευ & reddit *obnoxius eſto nemini.* Ambroſius: *nullius rei egens eſto*, ita enim ſcripſerat Camaldulenſis, non ut in tot editionibus vitioſe recuſum eſt: *nullius rex egens eſto.* Tan Faber probante Menagio: μὴ ἀηδεῦ μηδενὶ, *moleſtus ſis nemini.*

15. ΛΟΓΟΣ πρὸς ΑΒΑΡΙΝ. Proclus Lib. III. in Timæum p. 141.

16. ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ ΒΙΒΛΙΑ Διάφορα. Tzetzes Chiliad. 2. v. 891.

17. ΥΜΝΟΣ. Proclus V. in Timæum. p. 331.

18. ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΗ. Joh. Malalas Chron. T. 1. p. 201. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τὴν Ἀριθμητικὴν συνεγράψατο. Iſidorus III. 2. Orig. *Numeri diſciplinam apud Græcos primum Pythagoram autumant conſcripſiſſe.* Meminit & Cedrenus duobus in locis.

19. ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΥΡΟΥ ΚΑΙ ΣΑΜΙΩΝ, teſte itidem Cedreno, quem falſum non dubitat Voſſius p. 435. de Hiſt. Græcis.

20. DE VIRTUTIBUS MEDICIS HERBARUM, ex quo profert

2011 Ministerio de Cultura

profert nonnulla Plinius XXIV. 17. *Nec me fallit*, inquit, *hoc volumen à quibusdam Cleemporo Medico adscribi, Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicavit.* Idem XIX. 5. ubi de generibus scillæ herbæ: *Unum de his Volumen condidit Pythagoras Philosophus colligens Medicas vires, quas proximo reddemus libro.* Videntur ex hoc libro petita quæ Pythagoram laudans profert Pseudo Dioscorides c. 62. 136 (ubi de malva) 164. 192. 256. 264. 269. 273. Apulejus Lib. de herbis c. 4. 49. &c.

Denique *Elegos* quosdam sepulchro Apollinis Pythagora inscriptas testatur Porphyrius p. 10. & Epigramma in monumentum Jovis, cujus hoc ait fuisse initium: Ὧδε θανὼν κεῖται ζᾶν ὃν Δία κικλήσκουσιν.

Non mirum est tot scripta olim tributa Pythagoræ fuisse, cum Pythagorici omnia sua ad Magistrum suum referrent. Jamblichus cap. XXXI. p. 171. seq. Καλὸν ἦ καὶ τὸ πάντα Πυθαγόρᾳ ἀναθέναι τε καὶ ἀποκαλεῖν, καὶ μηδεμίαν ὠεῖπιεῖθαι δόξαν ἰδίαν ἀπὸ τ εὐφισκομένων εἰ μήτι σπάνιον. Πάνυ γὰ δή τινές εἰσιν ὀλίγοι ὧν ἰδία γνωρίζεται ἀπομνήματα. Quanquam idem cap. XXIX. p. 143. non dubitare tamen videtur quædam saltim ex illis esse Pythagoræ ipsius, pleraque Pythagoricorum. Cum enim dixisset in omni genere doctrinæ exstare scripta Pythagorica præstantissima & accuratissima, εἰ τοίνυν ὁμολόγηται, inquit, τὰ μὲν Πυθαγόρε εἶναι τ συγγραμμάτων τ νυνὶ φερομένων, τὰ ἦ ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως αὐτ̃ συγγεγράφθαι, καὶ Δι᾽ τοῦτο ἀδὲ ἑαυτῶν ἐπεφήμιζον αὐτὰ ἀλλὰ εἰς Πυθαγόραν ἀνέφερον αὐτὰ ὡς ἐκείνε ὄντα, φανερὸν ἐκ πάντων τούτων ὅτι πάσης σοφίας ἔμπειρ ἦν ἀποχρώντως. *Lysidis*, *Hippasi* & *Philolai* scripta & *Cleempori* Medici sub Pythagoræ ambulasse nomine jam à me animadversum est, sic plura *Astonis* Crotoniatæ, eidem Philosopho adscripta refert Laërtius VIII. 7. Et *Archippum* ac *Lysidem* memoriter tenentes præcepta doctoris ingenio, pro libris usos scripsit Hieronymus apolog. 2. adversus Rufinum p. 166. & post quædam interjecta addit *à filio & filia discipulisque Pythagoræ prolata monumenta*, filiam respiciens *Theanonem* vel *Arignotem*, filium *Telavgen.* Equidem filiæ suæ *Damoni* quoque commisisse Pythagoram commentarios à se scriptos nemini extra familiam communicandos, legitur in Epistola Lysidis ad Hipparchum, testati Damonem nullo pretio eos vulgare sed *Bistaliæ* filiæ suæ eâdem arcani lege custodiendos credidisse.

Dorica dialecto cujus tunc usus in parte Italiæ Pythagoræis * frequentata erat, scripta fuerunt Pythagorica cōmentaria pleraque, quemadmodum tum ex fragmentis patet, tum notatum Porphyrio est, qui hoc inter causas decrementi sectæ illius retulit in vita Pythag. p. 40. Ἔπειτα Δι᾽ τὸ τὰ

* Pythagoras ipse tamen utpote Samius non videtur abhorruisse ab Joniça dialecto,

2011 Ministerio de Cultura

τὰ γεγραμμένα Δωρίδι γεγράφθαι, ἐχθός τι καὶ ἀσαφὲς τῆς διαλέκτυ. Καὶ μηδὲν Δι' τῦτο ὑπονοεῖθαι καὶ τὰ ὑπ' ἀυτῆς (ἀριθμητικῆς πραγματείας) ἀνιχερέμενα δόγματα ὡς νόθα καὶ παρηκσμένα, τῷ μὴ ἄντικρυς Πυθαγορικὰς εἶναι τὰς ἐνφερόντας τᾶυτα. Doricum idioma tanquam optimum & antiquiſſimum placuiſſe Pythagoræ, contra diſputat Jamblichus cap. XXXIV.

V. Conſtat Pythagoram & Pythagoreos quando apud extraneos agerent, uſos inter ſe certis *Symbolis* atque ænigmatis, brevibusque ſententiis & obſcuris. Jamblichus c. XXXII p. 191. ἀπὸ τῆ Θυρέων καὶ ὡς εἰπεῖν Βεβήλων εἰ καί ποτε τύχοι, Δι' συμβόλων ἀλλήλοις οἱ ἄνδρες ἠνίττοντο. Confer ejusdem protrepticum p. 130. Ea in libros etiam relata, morti vicini ſuis diligenter commendarunt, ne alienis à ſecta ſua hominibus vulgarentur. Idem c. XXXV. p. 211. διευλαβύμενοι ἢ μὴ παντελῶς ἐξείη ἀνθρώπων τὸ Φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ Θεοῖς αὐτοὶ Δι' τῦτο ἀπεχθάνονται, διολέσαντες ἄρδην τὸ τηλικῦτον αὐτῶν δῶρον, ὑπομνήματά τινα κεφαλαιώδη καὶ σύμβολα συναξάμενοι τότε τῆ πρεσβυτέρων συγγράμματα καὶ ὧν διεμέμνηντο συναλίσαντες κατέλιπον ἕκαστος ἑ ἐτύγχανενέτελευτῶν, ὑποκήψαντες υἱοῖς ἢ θυγατράσιν ἢ γυναιξὶ, μηδενὶ δίδόμεναι τῆ ἐκτὸς τᾶς οἰκίας. Hæc Symbola ſive ἱερὰ ἀπόφθέγματα ut vocat Hierocles p. 301. ex veteribus explicaverant *Ariſtoteles*, a) *Androcydes*, b) *Alexander Polyhiſtor*, c) *Anaximander Mileſius* junior, d) & alii, quorum ſcripta interciderunt: forte etiam *Ariſtoxemus* & *Theano* à quibus Pythagorica Apophthegmata tradita conſtat è Stobæo ac Suida. At enim ex his qui ætatem tulerunt, videndi *Plutarchus*, e) VIII. 7. ſympoſiac. ſeq. *Laërtius* VIII. 17. ſeq. *Hierocles* p. 297. ſeq. *Suidas* in Πυθαγ. *Hieronymus* contra Rufin. T. 2. p. 166. edit. Francof. præcipue *Jamblichus* in protreptico ad Philoſ. cap. XXI. Inter recentiores hoc argumentum attigerunt *Philippus Beroaldus* Bononienſis, cujus libellus de Symbolis Pythagoricis ſeparatim recuſus cura Petri Fa-

bricii

a) Meminit Porphyrius, Hieron. &c. Vide infra Libro III. ubi de ſcriptis Ariſtotelis deperditis.

b) Jamblich. Vit. Pythag. c. 28. & Theologumena Arithmeth. p. 41.

c) Vide Jonſium p. 199.

d) Suid. in Ἀναξιμ.

e) Conferenda LX. Pythagorica præcepta Myſtica à Plutarcho interpretata, quæ latine manu Pandulphi Collenutii Piſaurenſis deſcripta reperit Gyraldus, & cum libro ſuo de Symbolis Pythagoræ edidit. *Libellus*, inquit, *eſt ſcitu dignus, ſed qui minime inter Plutarchi ſcripta Græca reperiatur, ſumma ſit licet à me & cura & diligentia conquiſitus.*

2011 Ministerio de Cultura

bricii Roſtoch. 1604. 12. *Cœlius Rhodiginus* XVI. 17. ſeq. Antiqv. lect. *Deſiderius Eraſmus* in præclaro adagiorum opere, *Marſilius Ficinus*, *Joh. Reuchlinus* Lib. II. de arte Cabbaliſtica (cujus diſputationem Anglice vertit & Hiſtoriæ ſuæ Philoſophicæ inſeruit Stanlejus) *Lilius Gyraldus* cujus eruditus liber & ſeparatim & Tomo poſteriore Operum & ad calcem Hieroclis edit. Lond. habetur, *Cœlius Calcagninus* in dictis moralibus, inter Opera Baſil. 1544. fol. *Paulus Scalichius* libro de Myſteriis Pythagoræ, *Joach. Zehnerus* in fragmentis Pythagoræ Lipſ. 1603. 8. *Claudius Minos*, *Athanaſius Kircherus* T. 2. Oedipi parte 2. p. 157. *Tho. Stanlejus*, parte IX. Hiſtoriæ Philoſophicæ p. 556. ac denique *Paulus Pater*, Profeſſor nuper Thorunienſis, hodie Gedanenſis, in Arcanis moralitatis ex XLI. Pythagoræ Symbolis Francof. 1687. 8. Ad Symbolum *Chœnici ne inſideas* exſtat ingenioſa & erudita diſſertatio *Joh. Rondelli* * Gallice edita Amſt. 1690. 12. De eodem Symbolo agit Caſpar Waſerus Lib. II. c. 3. de menſuris Hebræorum.

VI. Feruntur & hodie nonnulla Pythagoræ nomine incerta fide, ut *Sphæra Pythagorica divinatoria* de decubitu ægrorum quam ab *Apulejo* ut fertur latine redditam affert Caſpar Barthius XXX. 7. Adverſar. Similem notam vitæ & mortis exhibet ſimul atque explodit Kircherus T. 2. Oedipi Ægyptiaci parte 2. p. 491. ** & canoras ejusmodi nugas non aſſis facere ſe, recte affirmavit Joſephus Scaliger Epiſt. CLXXXI. Solet etiam *abacus Pythagoricus* vulgo appellari, utilior longe & rationabilior tabula multiplicationis numerorum (das Einmahl eins) qua tamen aliâ longe uſus fuerit Pythagoras, ſiquidem exploratum eſſet Pythagoræ tetractyn fuiſſe rationem numerandi non ultra quaternarium, inde facta reflexione ad unitatem, ſimili artificio, quo hodie per denarium facimus, quamcunque multitudinem quatuor numeris efferendi, de qua videndus Erhardus Weigelius in Tetracty Pythagorica, & Aretologiſticæ p. 350. ſeqq. Joh. Walliſius T. 1. Opp. 25. & 66. Joh. Sturmius Matheſi enucleata p. 6. ſeq. Sed ingenioſe magis quam vere hoc à præſtantiſſimo Weigelio excogitatum eſſe exiſtimo, & ſententiæ huic refragari univerſam Pythagoræ ſcholam, ut ex Nicomacho, Theologumenon Arithmeticæ ſcriptore, Jamblichi in Nicomachum Commentario, & Joh. Meurſii denario Pythagorico conſtare cuilibet poteſt. Itaque ſi numerorum myſterium tetractyos nomine à Pythagora ſignificatum eſſe dicendum ſit, denarium potius reſpexiſſe

* Vide Acta Er. A. 1691. p. 77. ubi diſces Virum hunc doctiſſimum univerſæ Philoſophiæ Pythagoricæ illuſtrandæ animum appuliſſe.

** Eadem rejicitur à Naudæo in Apologia pro Magis c. X.

2011 Ministerio de Cultura

xisse cum viris doctissimus mihi persuaserim, qui ex additione unitatis binarii ternarii & quaternarii coalescit. Notum & Pythagoricorum Πενταλφα sive Πενταγραμμον Symbolum ὑγείας, quo in Epistolis usos notat præter alios Scholiastes Luciani T. 1. p. 26. seq. Vide Vossium IX. 36. de idololatria, & Jac. Tollium c. 2. fortuitorum. Nec minus trita *quinque corpora Pythagorica*, è quibus, pyramidem igni, cubum teræ, aëri octaëdron, icosaëdron aquæ, Universo δωδεκάεδρον congruere opinabantur. Vide Platonem Timæo, p. 487. Plutarchum II. 6. de placitis Philos. & quæst. Platon. p. 609. seq. &c. Euclidem Lib. XIV. & XV. & Joh. Keplerum Mathematicorum principem in opere eximio de Mundi Harmonia. Prætereo *Monochordum* sive κανόνα ἐκ μιᾶς χορδῆς inventum à Pythagora, de quo Laërtius VIII. 12. & Henr. Lindebrogius ad Censorin. c. X. Gassendus c. III. Theoriæ Musicæ. Tum nobile ἕυρημα Geometricum de potestate Hypothenusæ in Angulo Orthogonio Pythagoræ ipsi hecatombe dignum visum, quod præter Laërtium & alios celebrat Vituvius IX. 2. & demonstrat Euclides Libri I. propos. 47. De 2. *Epistolis* sub Pythagoræ nomine exstantibus egi supra c. X. §. 9. Jam dicendum non nihil est de versiculis præcepta moralia continentibus qui propter usum & elegantiam χρυσᾶ ἔπη sive *aurea carmina* appellari consueverunt, & ad nostram ætatem pervenere cum commentario aureolo & ipso lectuque dignissimo *Hieroclis* * Philosophi, non illius Nicomediensis qui adversus ** Christianos scripsit, sed Platonici Alexandrini

* Fuere & alii Hierocles qui à Joh. Pearsonio prolegom. ad Hieroclis commentarium enumerantur: 1) Hierocles Alabandeus Rhetor, Cicerone puero clarus qui ejus meminit in Bruto & 2 de Oratore, Strabo Lib XIV. 2) Hierocles Strabone junior, cujus φιλίσορας λόγυς allegat Stephanus Byz. in Βραχμᾶνες & Ταρκυνία, Tzetz. Chil. VII. hist. 144. & forte respicit Schol. Pindani Pyth. Od. 4. 3) Hierocles Hyllarimensis Philosophus Stoicus. Gell IX. 5. & Steph. in Ὑλλάριμα. 4) Hierocles causarum patronus qui libros binos περὶ ἵππων θεραπείας scripsit ad Casianum Bassum, de quo infra Lib. VI. ubi scriptores Veterinarios recenseo. 5) Hierocles Grammaticus, qui συνέκδημον scripsit sive notitiam Imperii CPolitani, de qua ago Libro V. 6.) Hierocles scriptor facetiarum. His adde 7) Hieroclem qui à Demosthene memoratur contra Aristogitonem. 8) Hieroclem Imp. Heliogabali παιδικὰ, quem Caricum sive Hyccaricum mancipium vocat Dio in excerptis Libri LXXIX. 9) Hieroclem de quo Grævius ad Justini XXIII. 2. 10) Hieroclem Casianum in Inscriptione Veteri Palmyrena. &c. 11) Hieroclem Arcesilai Philos. familiarem ap. Laërt. 12) Hieroclem Alypii F. Antiochenum Libanii Sophistæ discipulum, de quo H. Valesius ad Ammian. XXIX. 1. Porro apud Athenæum Lib. XIV. ubi quid sit σαιτίτας placentæ genus explicat, pro Ἱεροκλῆς legendum Ἰατροκλῆς, ut idem Pearsonus observat.

** Hic ex Vicario præses Bithyniæ, atque inde Ἀλεξανδρείας ἔπαρχος (siquidem is ipse est

2011 Ministerio de Cultura

xandrini qui diu poſt vixit πὰς ἐν Ἀλεξανοξείᾳ διατριβὰς ὑψηλοφροσύνῃ καὶ μεγαλῃγορίᾳ κοσμήσας μετὰ ϗ σεπῖϐ καὶ μεγαλοπρεπῖϐς, ut de eo Damaſcius apud Photium Cod. CCXCII. p. 551. Aurea quidem carmina ipſi *Pythagoræ* vulgo tanquam auctori tribuuntur & olim à multis adſcripta ſunt, ut à Chalcidio p. 229. *Pythagoras etiam in ſuis aureis verſibus:*

Corpore depoſito cum liber ad æthera perges,
Evades hominem, factus Deus ætheris almi.

Sic Clemens Alex. Lib. I. c. 10. pædagogi, Hieronymus contra Rufin. *Cujus enim ſunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα * nonne Pythagoræ, in quibus omnia ejus ita breviter dogmata continentur, & in quæ latiſſimo opere Philoſophus commentatus eſt Jamblichus, imitatus ex parte Moderatum virum eloquentiſſimum & Archippum ac Lyſidem Pythagoræ auditores.* Etiam Proclus 3. in Timæum, Pythagoram appellat τὸν τῶν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα. At Galeno ſubdubitanti laudantur παραινέσεις φερόμεναι ὡς Πυθαγόρϗ. Et Chryſippus apud Gellium VI. 2. & in conſolatione ad Apollonium Plutarchus, Jamblichus in Vita Pythag. p. 138. aliique non Pythagoræ ipſi ſed Pythagoræis illa tribuunt. Et Hierocles p. 318. appellat non unius Pythagorici ſed ὅλϗ ϗ ἱερῶ συλλόγϗ ἀπόφθεγμα κοινόν, teſtatus in more poſitum fuiſſe ut quotidie mane & veſperi hosce πυθαγορικὺς θεσμὺς ab illius ſectæ hominibus legerentur vel audirentur. Alibi p. 230. ὁ τῶν ἐπῶν τύτων συγγραφέυς. Qui vero ad unum quendam è Pythagoricis putarunt eſſe has (ut idem Hierocles & Simplicius vocant) συνθήκας referendas, vel *Lyſidem* cogitaverunt, vel *Philolaum*, vide Labbei Bibl. nov MSS. p. 385. vel deniq; *Epicharmum*, quæ Stanlei conjectura eſt p. 512. Hiſt. Philoſoph. licet Jamblichus cap. XXIX. p. 150. & cap. ult. p. 221. potius obſervat ſententias Pythagoricas ab Epicharmo in Comœdiis hinc inde fuiſſe adſperſas, non quod

eſt de quo Epiphan. hæreſ. LXVIII. 1. & qui ab Ædeſio Martyre cæſus pugnis, vide Valeſ. p. 177. ad Euſeb.) auctor & conſiliarius ad faciendam perſecutionem Diocletiano fuit, teſte Lactantio de mortibus perſecutor. c. 16. ſcripſit λόγϗς φιλαλήθεις δύο πρὸς τὺς χριστιανύς. Vide eundem Lactantium Lib. V. c. 2. ſeq. Hujus operis particulæ qua Chriſtum Servatorem noſtrum cum Apollino Tyanenſi contulerat, ſuum adverſus Hieroclem librum oppoſuit *Euſebius*, qui etiamnum exſtat, cum Euſebii ejusdem demonſtrationis Evangelicæ libris Græce & latine exverſione *Zenobii Accioli* Florentini non uſquequoque optima ſed à *Luca Holſtenio* interpolata & in notis ſubinde caſtigata. Exſtat etiam cum Accioli verſione ad calcem Philoſtrati de Vita Apollonii, Pariſ. 1608. fol.

* Ex iis quæ apud Hieron. ſequuntur posſis colligere eum de ſymbolis potius Pythagoricis & Apophthegmatis loqui, quam de aureis quæ habemus carminibus.

2011 Ministerio de Cultura

quod auctor aureorum Carminum fuerit Epicharmus. Itaque si auctor illorum è Pythagoricis quærendus sit, nullum quidem magis quàm *Empedoclem* Agrigentinum nominaverim, cujus καθαρμῶν forte nobilis particula fuerunt. Equidem omnia illi mirifice convenire videntur, dialectus, dictio, argumentum, tum clausula plane digna Empedocle, ἔσεαι ἀθάνατος &c. Neque adeo nova est hæc sententia, ut propterea incredibilis alicui videri possit, cum diserte confirmetur ab auctore veteri Θεολογουμένων ἀριθμητικῆς p. 20. Τοιάυτης ἦν ἔσης, ἐπώνυμον δ' ἰ ἀυτῆς τὰ Πυθαγόρε οἱ ἄνδρες θαυμάζοντες δηλονότι καὶ ἀνευφημοῦντες ἅπτ τῇ ἐυρήσει, καθάπτ καὶ Ἐμπεδοκλῆς.

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

VII. Editiones carminum aureorum plerasque insigniores retuli capite superiore cum Gnomicos recenserem, quorum non contemnenda pars esse solent. Eorum editionem novam ad MStos codices meditatus *David Hæschelius* * non perfecit, licet ejus indicio constat in Pythagoricis post versum 39. in MS. Augustano legi versiculos binos, qui in vulgatis fere editionibus desiderantur, sed exstant apud Porphyrium p. 27.

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρον & ἐξυπαναστὰς
Εὖ μάλα ποιπνύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις

Et post versum 44. hunc tertium, itidem in editis libris prætermissum:

Ταῖς ἀυταῖς ἀρεταῖς ποιεῦ φίλον, ὅν κ' ἐθέλησθα.

Davidis Clerici patrui sui ineditas in carmina aurea animadversiones memorat Joh. Clericus Vir Cl. T. 1. Bibl. selectæ p. 158. Cum erudito itidem commentario vulgata sunt à *Guilelmo Dietzio* Professore Gymnasii Ulmensis ante hos annos amplius viginti. Sed & *Vitus Amerbachius* carmina hæc perinde ut Phocylidea cum animadversionibus suis edidit Lips. 1594. 8. Utraque *Wolfgangus* quoque *Seberus* Sulanus, Rector olim Schleusingensis, excudi fecit cum latina versione, indice græco omnium verborum phrasiumque & locorum communium, Joach. Camerarii scholiis græcis & suis ipsius latinis animadversionibus. Lips. 1604. 8. In fragmentis Pythagoræ à *Joach. Zehnero* collectis & Græce ac latine editis ibid. 1603. 8. præter vitam Pythagoræ è variis scriptoribus contractam, habentur carmina aurea, præfixo iisdem ex Georgii Cedreni historia argumento: tum plures sententiæ apud varios scripto-

* Vide ejus Epist. ad Kirchmannum, datam 7. Id. April. 1603. Post Gudianas p. 188. ubi & Variæ lectiones quædam notatu dignæ in ὑθετικῷ Phocylidis.

2011 Ministerio de Cultura

res ad Pythagoram auctorem relatæ, & ſymbola quædam Pythagorica. Habes etiam fragmenta Pythagoræ & magis quidem ſelecta ac diſpoſita licet perpauca ante commentarium *Hieroclis* in aurea carmina editionis Londinenſis, quam antequam recenſeam, obſervo Hierocłem illum fuiſſe præceptorem Æneæ Gazæi * ut ex limine dialogi ejus de reſurrectione colligitur, atque adeo circa medium ſæculi poſt Chriſtum natum quinti floruiſſe. Quam ætatem aliis argumentis etiam adſtruit Jonſius III. 18. Sed male eundem ** Hieroclem putat qui ab Euſebio eſt confutatus, cum diverſi ſint & majore quam ſæculi ſpatio à ſe invicem diſtent Hierocles Bithyniæ & poſt Alexandriæ ἔπαρχος (de quo Lactantius atque Euſebius) & *Hierocles* Philoſophus Platonicus Alexandrinus (de quo Photius ac Svidas.) Neque audiendus eſt idem Jonſius juniorem neſcio quem Euſebium comminiſcens, cum etiam Lactantium ita neceſſe foret alium comminiſci juniorem. At ne alia argumenta à doctiſſimis viris Gvil. Caveo in Hiſt. literaria, Tillemontio T. 5. Memor. Hiſt. Eccleſ. p. 606. ſeq. & Petro Baylio edit. 2. Lexici in medium allata producam, idem ille quem dixi Æneas probe diſtinguendos monens p. 24. edit. Barthii, Ἱεροκλῆς ὁ, inquit, οὐχ ὁ διδάσκαλος ἀλλ' ὁ ποθβαλλόμενος τὰ θαυμάζια, ἄπιστον καὶ ξένον ποθοέθηκεν. Quod nec à Pearſonio in eruditis & luculentis ad Hieroclem prolegomenis, nec à Jonſio animadverſum fortaſſe mirabitur lector, ſed & ſimiles vel etiam minores hallucinationes ſi mihi cum tantis viris neutiquam comparando hinc inde exciderint, veniam dare non gravabitur. Hieroclis Commentarium in aurea carmina, inſignem plane nec Grammatiſticum ſed Philoſophicum & auctore ipſo teſte compendium dogmatum Pythagoricorum complexum, primus è MS. Codice Venetiis à ſe emto vertit, *latine* edidit & Nicolao V. Pontifici dicavit *Johannes Auriſpa* Siculus, Patavii 1474. 4. (vide Lambecium VII. p. 133.) Rom. 1475. 4. (Beughem. incunab. typograph. p. 73.) Rom. 1495. (Bibl. Thuan. part. 2 p. 2.) Eandem verſionem à ſe emendatam recudi curavit Udalricus Zaſius, JCtus, Baſil. 1543. 8. *Græce* primus in lucem protulit è MS. Codice Abbatis Rupefucaldi ad varias lectiones è Vaticano Codice deprom-

* Vide quæ de Æneæ ætate notavi ſupra cap. X. §. 29.

** Communis hic error multis eruditis ut vel cum Stoico Philoſ. de quo Gellius, vel cum Lactantii æquali noſtrum confundant. Eadem ſententia videtur fuiſſe H. Mori qui p. 276. Opp. Theolog: *Hierocles egregius ille paganus moralis, miracula Chriſti non negat, nec perſonæ præſtantiam, ſed contendit Apollonium Tyaneum cum eo ſaltem conferri poſſe.*

2011 Ministerio de Cultura

depromtas emendato, novamque ſuam addidit verſionem *Johannes Curterius* Pariſ. 1583. 12. Hinc *Italice* Vidit lucem interprete *Dardi Bembo* Venet. 1604. 4. Ab eo tempore Curteriana editio Græcolatine recuſa eſt Londini 1654. 8. ſed cum inſignibus acceſſionibus, nam præter fragmenta & Joh. Pearſonii Epiſcopi poſtea Ceſtrienſis) prolegomena, & Mericicaſauboni in Hieroclis Comentarium animadverſiones, acceſſere *Theodori Marcilii* verſio aureorum carminum & eruditus in illa Commentarius Pariſiis 1585. pridem editus, Hieroclis neſcio cujus (Philoſophum habet inſcriptio, quam veram eſſe neutiquam præſtiterim) ἀστεῖα ſive * *facetiæ*, Græce & latine cum notis, poſt edit. Lugd. 1605. 8. Ex Hieroclis Philoſophi Alexandrini libro cujus etiam Svidas meminit περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης καὶ ὧν ἐφ' ἡμῖν πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως ad Olympiodorum, excerpta à Photio Cod. CCXIV. & CCLI. Tum altera excerpta ex eodem libro (vel ex Photio potius ut Pearſonius obſervat) quæ cum Libanii quibusdam vulgaverat Fed. *Morellus* Græce & lat. Pariſ. 1597. 8vo. *Hugo* quoq; *Grotius* eadem latine verterat in Variorum ſcriptorum ſententiis de fato Pariſ. 1624. 4. Amſt. 1648. 12mo & T. 3. Opp. Theolog. Amſt. 1679. fol. Utraque Morelli & Grotii verſio in hac collectione exhibetur, alia item nonnulla Hieroclis fragmenta è Stobæo. Denique Lilii Gyraldi de Symbolis Pythagoræ Commentarius ſupra laudatus. Neſcio hujusne Alexandrini Platonici an alterius antiquioris Stoici Hieroclis ſint *Philoſophumena* laudata Svidæ & Etymol. in ἐμπροδών & Apoſtolio XI. 90. proverb. Londinenſis editio ſcriptorum Hieroclis Alexandrini quam jam recenſui repetita in eadem urbe eſt A. 1673. 8. à quo tempore ibidem 1682. 8. prodiit elegans verſio Anglica commentari Hieroclis in carmina aurea, neſcio quo auctore, non ex verſione latina ſed ex græco ſtudioſe confecta, & præfationis loco præfixam habens Apologiam doctrinæ moralis Ethnicorum, quos *profanos ſcriptores* promiſcue vocari, cum non pauci ſanctiſſima doceant, ægre fert & indignatur. Sane hæc ipſa carmina aurea ** tam vehementer ſe probarunt judicio Johannis

* Sunt 29. narratiunculæ ſatis ridiculæ de ſtolidis & ſimplicibus dictis & factis quorundam σχολαστικῶν. Marcus Velſerus Epiſtola ad Goldaſtum p. 858. Opp. *Hieroclis facetias ex codice Auguſtano auctas P. Pontanus jampridem convertit & edendi occaſionem expectat.* Locum horum γελοίων è MS. Iſaaci Voſſii corrigit Sarravius Epiſt. LXXVIII.

** Ad imitationem horum Pythagoricorum carminum dicta etiam ſunt ἔπη χρυσᾶ *Chryſomalli* cujusdam apud Balſamamonem in can. LX. Apoſtolor. Vide Cotelerium III. monument. Eccleſ. Gr. p. 571. Allatium de Conſenſu p. 653.

2011 Ministerio de Cultura

Johannis Auriſpæ qui Hieroclem primus latine reddidit, ut in Epiſtola ad Nicolaum V. ſcribat ſe jamjam octogenarium nihil aut græcè aut latine legiſſe quod magis ſibi profuiſſe intelligat. Hieroclis quibusdam locis lucem affundit Mericus Caſaubonus p. 336. ad Laërtium editionis præclaræ Wetſtenianæ, & Lambecius Lib. VII. Commentar. de Bibl. Vindobonenſi p. 131. 133. ubi teſtatur in illo theſauro librario Auguſtiſſimi Imp. reperiri Codicem Hieroclis optimum MS. ex quo loca univerſa mutila editionis Curterianæ ſuppleri & corrupta emendari queant. Eximius quoque Codex MS. hujus ſcriptoris occurrit in Bibliotheca Mediceа, è quo Varias lectiones deſcriptas habeo. Quod vero præſtantiſſimus Bælius probè notat ab Hierocle in libro de providentia affirmari, ex Platonis Magiſtri ſui ſententia hoc univerſum conditum eſſe è nihilo, * ut à Platonis ipſius opinione alienum haud diffiteor, ita video pluribus junioribus Platonicis Chriſtianiſmi florentis tempore claris in mentem veniſſe. Neque enim Syriani tantum, Hermiæ, Damaſcii & Priſciani Lydi loca in hanc ſententiam profert Livius Galantes in comparatione Theol. Chriſtianæ cum Platonica p. 237. Sed in Plotino etiam Porphyrioque, Jamblicho, Proclo ac Simplicio hoc obſervavit Radulphus Cudvvorthus in ſyſtemate intelligibili Univerſi pag. 197. quem vide etiam p. 749. 751. 753. 763. Si Claudiano Mamerto fides, Philolaus quoque Pythagoricus docuit *Deum ex nihilo feciſſe omnia, & ſicut opere inſtituit ita materiam rebus omnibus incorporaſſe.* Lib. 2. de ſtatu animæ cap. 3. Equidem haud defuiſſe inter vetutiſſimos Philoſophos qui hoc dogma tuerentur, colligas vel ex Ariſtotelis libro de Xenophane p 3. edit. Sylburgii, & ex Empedoclis verſibus apud Plutarch. contra Colotem p. 972. quibus disputat contra eos οἱ δὴ γίνεσθαι πάμπαν οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν, quos in exordio poëmatis ſui oppugnat etiam Lucretius. Prætereo Epicharmum ex divinatione eruditiſſimi Gudii apud Menagium p. 144. ad Laërtium, ſed ingenioſa potius quam vera vel neceſſaria, ut eidem Menagio demonſtratum. Seneca præf. quæſtion natural. *quam utile exiſtimas iſta cognoſcere & rebus terminos ponere, quantum Deus poſſit, materiam ipſe ſibi formet, an datâ utatur.* Ariſtotelem quoq; creationis è nihilo Patronnm introduxit Trapezuntius, ſed in feliciter prorſus ac falſo ut docuit Beſſarion III. 13. & 20. & 27. contra calumniatorem Platonis. Saltim ita non ſenſit Peripateticorum haud poſtremus Averroës, qui in 3. Phyſicorũ eo nomine reprehendit Avicennam, quod ex nihilo aliquid poſſe fieri adverſus Philo-

* Ἐκ μηδενὸς προϋποκειμένου Photius ex Hierocle p. 749. v. 17. ſeq. p. 750. v. 27. ſeq. p. 283. v. 29. edit. Hœſchelii.

2011 Ministerio de Cultura

Philoſophorum opinionem diſputaverit. Platonis porro ſententiam prioribus illis Æthiopem dealbantibus candidius explicavit Chalcidius, p. 103. commentarii egregii in Timæum, hunc enim ſi audimus, Plato ſtatuit *non Deum ex his quæ non erant, feciſſe mundum, ſed ea quæ erant ſine ordine ac modo, ordinaſſe.*

VIII. Quandoquidem ab EMPEDOCLE Siculo Agrigentino celeberrimo inter Pythagoricos, Carmina aurea profecta fuiſſe non improbabili conjectura paulo ante tradidi, congruens exiſtimo, illius quoque ingenii monumentorum brevem notitiam, licet fere perditorum & ex hominum memoria elapſorum, hic ſubjungere. Pythagoram ipſum Magiſtrum habuiſſe teſtantur Timæus apud Laërtium VIII. 54. & 50. Porphyrius p. 19. & Jamblichus qui c. 23. eum refert inter eos qui juvenes Pythagoram jam ſenem audiverunt. At temporum rationi hoc non congruit plane, cum Empedocles natus fuiſſe ponatur demum Olymp LXXVI. 4. quamobrem juniorem Pythagoram Alipten prioris diſcipulum ab illo auditum contendit Dodvvellus p. 220. Scripta Empedoclis hæc apud veteres memorata reperiuntur:

1. ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ *Βιβλία γ΄ Libri III. de Natura*, Pauſaniæ Medico inſcripti, carmine Hexametro. Hujus operis ad verſus usque bis mille pertingentis pars ni fallor fuit quod ab Æliano XVI. 2. hiſt. animal. laudatur περὶ ζώων ἰδιότητος, tum quod Pſellus laudat περὶ λίθων, & Tzetzes ad Lycophronem, περὶ νείκους: *Hymni* denique *Phyſici*, quorum Menander Rhetor meminit. Phyſicam Empedoclis expoſuiſſe partim, partim ad examen revocaſſe videtur Hermachus Epicureus in XXIV. libris Ἐπιστολικῶν περὶ Ἐμπεδοκλέους quos memorat Laërtius Lib. X. ſect. 25. Plurimum Empedocli tribuiſſe Epicurum patet è Lucretio, quo judice *Carmina divini pectoris ejus*

Vociferantur & exponunt præclara reperta,
Ut vix humana videatur ſorte creatus.

Mirum eſt Dorice eum non ſcripſiſſe, quæ dialectus familiaris fuit Pythagoræorum Scholæ, & Siculis præcipue, ſed ut ex innumeris fragmentis conſtat, Jonice, quod ipſum ſententiæ de Empedocle aureorum carminum ſcriptore, quæ itidem Jonica dialecto decurrunt, velificatur. De illo vero dialecti Jonicæ apud Siculos uſu videre non injucundum eſt, quæ à Bentlejo nuper & Car. Boylio diſputata ſunt ad Epiſtolas Phalaridi adſcriptas. In Ciceronis Academicis quæſtionibus Lib. I. pleræq; editiones Empedoclem referunt inter Poëtas Græcos, quos Ennius, Pacuvius aliique latine expreſſerunt. Sed Turnebus teſtatur ſe vidiſſe

2011 Ministerio de Cultura

MStum codicem antiquum, quo Empedoclis nomen abfuit. Nec usquam alibi latina Empedoclis Metaphrasis vetus memoratur.

2. ΚΑΘΑΡΜΟΙ *de expiatione & purgatione, versus Hexametri ter mille.* Hujus operis partem fuisse existimo aurea quæ vocantur Pythagoræ carmina, Empedocli diserte tributa ab auctore Θεολογουμένων Ἀριθμητικῆς p. 20. ut jam ante cum de his carminibus agerem monere memini. Initium καθαρμῶν servavit Laërtius VIII. 54. idem sect. 63. testatur illos in Olympiis decantatos à Rhapsodo Cleomene. Confer Athenæum Lib. XIV. p. 620. Meminit & Apulejus in Apologia.

3. ΙΑΤΡΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ. *Liber Medicus versibus Hexametris sexcentis εἰς ἔπη ἑξακόσια*, ut diserte Laërtius in Empedoclis vita. Fallitur itaque Suidas, qui καταλογάδην scripta esse ab Empedocle ἰατρικὰ tradit.

4. ΞΕΡΞΟΥ ΔΙΑΒΑΣΙΣ sive ΠΕΡΣΙΚΑ.

5. ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ sive Hymnus in Apollinem imperfectus. Hæc duo Empedoclis poëmata nunquam in lucem edita sed à sorore ejus vel filia suppressa abolitaque esse Laërtius auctor est VIII. 57. Itaque apud Aristotelem XXI. 22. problem. non legendum Empedoclis περσικὰ, sed φυσικὰ ut ex IV. 4. meteorolog. observavit Meursius ad Chalcidium p. 29.

6. & 7. *TRAGOEDIAS* quoque nonnulli & ΠΟΛΙΤΙΚΑ ad hunc Empedoclem retulere teste Laërtio VIII. 58. alii tragœdias rectius ad alium juniorem hujus nominis, ut notavi in notitia Tragicorum. Fragmenta quædam Empedoclis Philosophi, sed perpauca (ex ejus περὶ Φύσεως * præcipue) collegit H. Stephanus in Poësi Philosophica A. 1573. 8. Longe plura congessi & illustravi in Syntagmate singulari de vita Philosophia ** ac scriptis Empedoclis, quod in lucem dare animus est, si tempus & occasio ferat & Deus vitam concesserit ac valetudinem. Fuere & alii Empedocles 1) nostri avus qui Olymp. LXXI. κέλητι vicit. 2) sororis filius Tragicus. 3) qui à Plutarcho loquens inducitur VIII. 8. sympos. nisi fictum ab antiquo sit nomen. Cæterum novus Empedocles apud Themistium Orat. V. ad Jovinianum Imp. pag. 70. edit. Harduini, nullus est, neque ibi sermo est de Peregrino Philosopho Cynico, ut opinabatur Petrus Petitus II. 13. Misc. Observatt. neque de S. Polycarpo, ut in mentem venit Stephano Le Moyne præf.

* Zenonis Eleatæ ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους πρὸς τὰς Φιλοσόφους περὶ Φύσεως memorat Suidas In Ζήνων.

** Philosophiam Empedoclis instaurare conati sunt Campanella, Maignanus, &c.

2011 Ministerio de Cultura

præf. ad Varia ſacra, multo minus de Servatore noſtro Jeſu Chriſto quem ab Ethnico homine perſtringi conjiciebat Petavius in notis ad Themiſtium, ſed ut optime illum locum interpretatus eſt Mericus Caſaubonus ad M. Antoninum p. 78. ſeq. hic eſt verborum Themiſtii ſenſus: Dignus Imperator quem venerantes admiremur tum ob alia quæ lege ipſius continentur, tum præcipue quod non ſolum religionis libertatem indulgeat, ſed & æternas illas leges à Deo latas de malorum bonorumque indiſſolubili nexu non minus perite, (ὦ φαυλότερον) non per Jovem (ὦ μὰ Δία) quam vetus ille Empedocles φιλίαν & νεῖκος explicet. Præplacet hæc mihi expoſitio ſimplicitate ſua nativa præ conjectura Harduini quam videbit qui volet in notis ad Themiſtium p. 404.

IX. Deniq; ſub Empedoclis Philoſophi nomine fertur *Sphæra* * ſive poëma non inelegans Aſtronomicum verſibus Jambicis CLXVIII. in plerisque conſonans Arato, & ſtellas tum erraticas deſcribens tum ἀπλανεῖς. Primus è Bibliotheca Johannis à S. Andrea edidit folio fugitivo *Federicus Morellus* Pariſ. 1584. 4. hac inſcriptione: Ἐμπεδοκλέους ΣΦΑΙΡΑ, ἢ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Sed *Demetrius Triclinius*, qui ante trecentos circiter annos vixit, auctor eſſe poëmatii hujus non poteſt, quia præfixa in Codice MS. nota teſtatur illud à Demetrio tantummodo emendatum & in ordinem redactum. Οἱ παρόντες στίχοι Ἰαμβικοί εἰσι τρίμετροι ἀκατάληκτοι. Εἰσὶ δὲ γεγραμμένοι κατὰ τὸν τρόπον τῶν ποιητῶν. Δέχονται δὲ σπονδεῖον, δάκτυλον, ἀνάπαιστον, τρίβραχυν, ἤτοι χόριον καὶ πυρρίχιον. Ἰστέον δὲ ὅτι διορθώθησαν ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Ἦσαν δὲ ἐν πολλοῖς μέρεσι διεφθαρμένοι καὶ πολλοὶ ἐκ τούτων παρελείφθησαν ὡς ἀδιάγνωστοι. Latinis Jambis vertit & caſtigatones quasdam adjunxit *Q. Septimus Florens Chriſtianus*, ** cujus translatio ſeparatim ab eodem Morello edita eſt Pariſ. 1687. 4. ſub titulo *Sphæra Vetus Græca*. Hic Florens Chriſtianus Vir Græce & latine doctiſsimus levi conjectura poëmation iſtud tribuit *Georgio Piſidæ*. Nam *Empedoclis*, inquit, *hos eſſe verſus nunquam in animum induxi ut crederem, & qui credunt, ſunt ſane quam* παχυπειθεῖς, *nulloque, ut mihi videtur, probabili nituntur argumento. Ab iis temporibus longiſſime abſunt qui Triclinio Demetrio imputant. Sed conjectura tamen ſcopum veritatis propius attingunt.*

* Mundus Empedocli dictus σφαῖρος, unde σφαῖρος Ἐμπεδόκλειος, de quo Gatakerus ad M. Antonini XII. 3.

** Fallitur Labbeus qui cum verſione Morelli excuſam Empedoclis Sphæram tradit p. 133. Bibl. nov. MSS. poëmaque hoc affirmat conſtare verſibus Jambicis & Heroicis. Idem teſtatur quater exſtare manu exaratum in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, num. 1213. 1334. 1662. 2216.

2011 Ministerio de Cultura

Quamvis enim materia hæc sit vetus, recentior tamen est forma, & meruit nihilominus antiquum obtinere. Profecto Poësis ista non longe discedit à Pisidæ vel stylo vel ætate, quod judicium facio aliorum & eruditiorum. Toto & perpetuo carmine nihil aliud reperias extra stellarum & siderum posituram ordinemque secundum diagrammata vulgaria. Post descriptum situm percurrit hic auctor signa Zodiaci, sed moratur præcipue circa Etymologias, quæ mihi interdum imo fere semper Φορτικὰ *videntur, neque satis fidem facientes. Ejusmodi multa habemus Græculorum* λεπτολογήματα, *nugas ingeniosas & curiosas* Φλυαρίας, *præcipue in Astronomicis. Nos in interpretatione simioli fuimus, multum voluimus, pauca præstitimus. nam Græca veriloquia Latinis mutare, & illorum elegantiam (si qua in his nugis) præstare, operosum est magis quam utile vel ingeniosum.* Cæterum Pisidam auctorem esse vix crediderim, neutiquam enim Christianismum ejus ac religionem spirant hi versus (75. seq.)

Τοιᾶδε τάξει σχηματίζονθ' ἀστέρες
Θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρούμενοι.
Εἰτ' ἦν ἀμήτωρ Παλλὰς ὤρσε βροτοῖς,
Εἰθ' ἡλίῳ τηλωπὸν ἀστέρων θέσιν,
Θεῶν τὸ μηχάνημα — —

Video etiam ab amica & erudita Dieterici Dobleri manu notata remotioris antiquitatis argumenta non contemnenda, quod hic scriptor non meminit libræ, quod v. 16. Cancri asterismum refert ad solstitium, quod Hydræ caudam v. 59. ad posteriores Centauri deflectit pedes secus quam Ptolemæus à quo extremitatem caudæ hydræ supra caput Centauri ponere edocti sunt Astronomi: quod Zodiacum v. 110. vocat ἀριθμόν, quod Taurum denique antiquioribus tradit v. 99. dictum ἦρον. Quoniam vero vetustiores potest secutus esse auctores quisquis hæc scripsit, & Sphæræ Empedoclis vel jamborum ab illo scriptorum nemo veterum meminit quod sciam, incertum etiam est utrum Empedocles junior Tragicus attigerit Astronomica, itaque universam rem arbitrio lectoris relinquere, quam divinando temeritatis notam incurrere malo. At enim quoniam Carmen ipsum perbreve est, & præterea tam raro obvium & parvitate ipsa sua Bibliothecis ita subductum, ut ineditum videri possit, quid vetat illud hoc loco integrum una cum notulis doctissimi interpretis Q. Septimii Florentis Christiani subjungere.

EMΠE-

2011 Ministerio de Cultura

ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ ΣΦΑΙΡΑ.

Η Δ' ἐστὶν ἄρκτων τάξις, ἀμφὶ μὲν πόλον
Ἀρκτους διπλᾶς πρὸς νῶτα νεύουσας τόποις
Ἀντιστρόφοις οὐραῖσιν ἀλλήλαιν φοραῖς
Σκολιαῖσιν εἴργει μὴ πελάζεσθαι δράκων.
Τοῦ δ' ἀμφὶ χάσμ' ἐν γοῦνασι δεξιὸν πόδα.
Ἔχει· κάρᾳ δ' ὑπὲρ κρατὸς ὀφιούχου πέλας.
Ος ἐν μετώπῳ Σκορπίου βαίνει ποδί.
Τῆς μείζονος δ' ὄπισθεν ἵσταται φύλαξ
Ἄρκτου. ποσὶν δ' ὑπὸ τῇδε παρθένος κυρεῖ,
Ἔχουσα λαμπρὸν χειρὶ δήμητρος στάχυν.
Μεταξὺ δ' ἄστρων τῶν δ' ὑπὸ κυκλοῦται τύποις.
Ὤμου μὲν ἀρκτούρειο δεξιοῦ πέλας
Στέφανος, ὕπερθέν τ' ὄφεως, ὃν φέρει χερὶ

ΟΦΙΟ-

SPHÆRA VETUS GRÆCA,

Q. Sept. Florente CHRISTIANO interprete.

HIC ſiderum ordo eſt ætheris: Circa polum
Arctos duas in terga vergentes, ſitu
Contrario caudarum, inerrans flexibus
Coire prohibet inuicem obliquis Draco.
Ad impetum hujus dexterum Engonaſis pedem
Habet, capútque propter Ophiuchi caput,
Qui frontem acuti Scorpii ingreditur pede:
Dein ſtat Urſam pone majorem ſequens
Cuſtos: ad hujus Virgo ſtat veſtigia,
Cereríſque ariſtam fulgidam præfert manu.
Hæc inter aſtra forma in orbem vertitur
Humerum Corona dexterum Arcturi propè,
Superior Angue quem manu Anguitenens tenet:

verſ. 2. νευούσας τύποις) ſic Avienus in Aratæis, Conſurgit in aëra forma. Alias vocat ſpeciem.

v. 4. εἴργει μὴ πελάζεσθαι) Manilii Verbum uſurpavi, qui dixit, Ne coeant,

v. 5. ἀμφὶ χάσμα) Impetum dixi; non neſcius cultiſſimum poëtam Tibullum de Scylla dixiſſe, Impetus oris. Sic cœli impetum pro vaſtitate Lucretius. Patorem dixiſſe videtur Mileſiarum ille venuſtus ſcriptor in Onochryſo.

Ibid. ἐν γόνασι) lege, ἐνγόνασι, una voce. Avienus, ἐκφρασικῶς, ex Arato dixit, - dextræque impreſſio plantæ Tempora deculcat maculoſi prona Draconis. ubi tempora prona non ſunt χάσμα. Melius hic auctor.

2011 Ministerio de Cultura

Οφιοδχῳ, ἄρκτου δ' ἐν κυκλούμῳ ποσὶν
Οπιθίοις ἐν βήμασιν κεῖται λέων.
Μέσαις ϑ' ὑπ' ἀγκαῖς ἐν τροπαῖσι κλῃδόνῳ
Διδύμοις ἔνερθεν ποδίων κεῖται πδῶν.
Κεφαλὴ δ' ἐπ' αὐτὴν ἁρματηλάτης, πδὶ
Ταύρου κέρατι τῷ δεξιῷ ϛηρίζεται.
Λαιῷ δ' ἐν ὤμῳ Ζηνὸς αἴξ ἐϛι τροφὸς,
Ην αὐτὶς ἄϛροις ἐγκαθίδρυσεν καλῶς
Θρόνων κρατήσας οὐρανοῦ σκηπτουχίας.
Ελιφ ϑ' ὑπ' αὐτῆς νέρθεν εἵλκυσεν τόπον
Καρποῦ καθ' ἅκρας χειρὸς ἡνιοτρόφου·
Αρκτου δ' μικρᾶς ἐς τὸν ἔσχατον πόδα
Κηφεὺς τριγώνου τάξιν ἐξεργάζεται.
Ορνιθα χειρὶ δεξιᾷ ϑηρώμῳ·
Πτέρυγα δ' ὑπ' αὐτὴν ἵππος ἰθύνει πόδα,
Μέσαις γε χώραις, ἰχθύων, ὁρώμῳ.
Ασρων δ' τ' πρὶν τῶν τε νυῦ εἰρημένων,
Οδ' ἐξικνεῖται καὶ πεπλήρωται, τόπος.
Εμπροσθε κεῖται Κασσιέπεια Κηφέως,
Αὐτός θ' ὁ Περσεὺς ὠκύς ἐϑ' ἅρπην ἔχων,
Πόδας τιθεὶς νώτοισιν ἁρματηλάτου.
Ιππῳ σπωάπουσ' Ανδρομέδα τὸν κρᾶτ' ἔχει
Τὸν αὐτὸν ἵππου χαρὶ κοινὸν ἀσέρα.
Μεταξὺ δ' ὄρνιθός τε θ' τ' ἐν γουνάσι
Λύρα τέτακται· πρὸς μέσον δ' τύμπαλιν
γρ. δὲ Πρὸς ἀντολάς τε'' τ δε Δελφίνων δέμας.
Ιππου τε κεφαλὴ πλησίον, φαντάζεται.
Υδωρ χέουσα δ' ὑπερθεν, αἰγόκερως ἔχει
γρ. ἀετόν Οὐραὶ παρ' αὐτῷ * ἐξικνούμῳ κάρα.
Δελφὶς δ' ὑπερθεν, ὀϊστὸς, ἀετός θ' ὁμοῦ·
Αὐτὸς, δράκοντα, δ', ἐν διπλαῖς χεροὶ κρατῶν
Οφιοδχός, ὄϛιν, ἀλλὰ ὅρα τόν δε γε κάρα
Στεφάνῳ

18. κεφαλὴν δ' ἐπ' αὐτὴν) Mallem ὑπ' αὐτὴν, & ſic legendum ratio τ τύπων poſtulat.

24. ἔριφῳ) Alii Hœdos vocant, ſunt enim ſtellæ duæ in manu Erichtonii Aurigæ. Sed ſingularem fecit etiam Manilius, & Propertius, Lib. II. *Purus & Orion, purus & Hædus erit.* Sic pro piſcibus ſæpe Piſcem legimus.

25. καρπῷ) In brachio Germanicus dixit. Auienus expreſſit καρπὸν, cùm ait: finc manus.

2011 Ministerio de Cultura

Majoris Urſæ juſta poſtremos pedes
Infra volutus igneus jacet Leo.
Sed Cancer intra media ſolſtitia adjacet
Geminis, ſub Urſæ pedibus anterioribus:
Auriga capiti ſubjacet trucis feræ,
Plantáque Tauri dexterum cornu premit:
Lævum hujus armum poſſidet nutricula
Jovis Capella, cuíque gratus Jupiter
Cælo potitus inter aſtra locum dedit.
Succedit Hœdus, & habet inferius locum
In fine brachii & manu Aurigæ ultima.
Arcti minoris ponè poſtremum pedem
Cepheus figuram conficit Trianguli.
Manu fugacem dextera captans avem,
Sub cujus alam dirigit pedem Ferus,
Quem media latè Piſcium vident loca.
Sic iſta ſedes pondere aſtrorum gemit
Quæ dicta ſupra, quæque nunc noviſſime.
Suum antè Cepheum Caſſiepia ſedem habet,
Et ipſe Perſeus celeripes falcem tenens,
Pedibúſque terga fortis Aurigæ premens.
Equo cohærens aptat Andromedæ caput,
Cum ventre equino ſtella eadem fulgerans.
Intérque Olorem & altero Nixum genu
Lyra collocata eſt: Delphis at contra ſedens
In medio ad ortus ſiderum horum viſitur.
Tum verò equinum proximè apparet caput.
At Capricornus ſupra habens Aquarium
Caudam prope ipſam vertice adfectat ſuo:
Supráque Delphin & Sagitta, Aquila & ſimul.
Tenet Ophiuchus ipſe utraque Anguem manu.
Ipſe Anguis infra (quod volenti cernere eſt)

Caput

39. τ̃ δε δελφίνων) Niſi legas δελφῖνος, neſcio quare uſus eſt numero multitudinis, cùm ſingulare ſit ſignum. Sed cùm paulò pòſt Delphini injiciat mentionem, ſuſpicor aliam vocem deſiderari ἀντὶ τ̃ δελφίνων.

41. ἀλλ' ὅρα) Non eſt ut negem mendoſa hæc eſſe, quamuis eliciatur ſenſus legenti, ἐξικνούμενον.

2011 Ministerio de Cultura

Στεφάνῳ σωσάπιδν, νέρθεν ἐξικνούμδνος.
Τούτοις μὲν οὖν βόρεος ὤφελεν * τόπος.
γρ. ὤ κισαι γρ. ἔχει, Τὸ πρὸς νότον ἢ τῶνδε τῶν τάξιν κρατεῖ,
Τπ' αὐτὸ κέντρον Σκορπίου, βωμὸς τέως.
γρ. Χηλαὶς δ' ὑπ' αὐταὶς. Χηλαῖς * δ' ὑπ' αὐτᾶς, Σκορπίου τε σώματα
Τὰ πρόσθε Κενταύροιο φάινεται μέλη.
Νέρθεν χερσῖν ἢ δὲ γηγένους δέμας.
Εμπροσθίοιν ἢ ὄξόου χερσῖν ὕπο
Δινωτὸς ἄστρων κύκλος ἀμφελίσσεται.
Ενθεν ἢ ἄλλος κύκλος ὃς κικλήσκεται
Ο νότιος, ἰχθύς τ' ἄλλος ἐσθ' ὁρώμενος.
Υδρα δὲ, ὑπὸ αὐτῷ παρθένου λέοντί τε
Μέσον, πρὸς αὐτὸν καρκίνου ἢ, κρατ' ἔχει:
Οὐραῖ δὲ, Κενταύρου πρὸς ὀπισθίους πόδας:
Καμπαῖς δ' ὑπ' αὐταῖς, ἐστὶν ὄσμος μάλα
Κρατῆρ, κόραξ τε, πρὸς τὰ Κενταύρου μέλη.
Ιδοις δ' ἂν, Ωρίωνος ἐξ ἀριστερῶν,
Ποταμόν· ποσὶ θ' ὑπὸ αὐτοῖσιν, ὠκύποδος λαγώ,
Ος λαμπρὸν αὐχμοῦς σείριον φεύγει κύνα.
Κυνὸς δ' ὀπισθίοις πελάζεται ποσὶ,
Πηδάλιον· ἀστὴρ τ' ἐξαναστράπτων φλογί
Μέλεσι σωσάπιδ· ἡμὶ πεπλήρωται τόπος.
Ταύρου ἢ δεινὸν πρὸς πόδ' ἐντείνων χέρα
Λαμπροῖς ἐν ἄστροις λαμπρὸς Ωρίων μέγας,
Διδύμοισι προτείνει χεῖρα δεξιοὺμενος·
Προκύων δὲ, χειρὸς δεξιᾶς ὄσην πέλας,
Κυνός θ' ὑπ' αὐτὸν, ἰχθύων τε σώματα.
γρ. πρωκτοῖσι Παρ' οὐς ἱκνεῖται κῆτος· ἐν πρώτοισι δὲ
Σωίδεσμον ἰχθὺς κοινὸν ἔχον ἀστέρα.
Τοιᾶδε τάξει χηματίζοντ' ἀστέρες,
Θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρουμένων.
Εἴτ' οὖν ἀμήτης Παλλὰς ὤφελσε βροτοῖς,
Εἴθ' ἥλιος τηλωπὸν ἀστέρων θέσιν,

Θεῶ

48. τὸ πρὸς νότον) Malim τὰ πρός. Mox pro σώματα, melius σώματ, quia dixit χηλαῖς, neque enim Nepa duplex habet corpus, nisi Chelas ipsas, quæ pro Libra usurpantur, corpus aliud facis ab ipso corpore, id est, partes sejungis à toto.

70. διδύμοισι) lege, διδύμοις. Quorsum enim in alteram sedem Anapæstum non necessarium inducas?

2011 Ministerio de Cultura

Caput videtur cum Corona jungere.
En ſidera hæc ſunt partis ad Boream ſitæ :
Quæ verſus Auſtrum, hunc ordinem contra obtinent:
Sub ipſum acumen Scorpii Ara viſitur.
Chelis ſub ipſis & Nepaï corpore
Priora parent membra Centauri ſenis:
Corpus ferinum noſcitur ſubter manus.
Verùm ſub anticas Sagittarî manus
Rotatus orbis ſiderum convolvitur.
Hinc orbis alius qui vocatur Circulus
Auſtrinus, alius Piſciúmque cernitur.
At Virgini & medio Leoni ſubjacet
Dira Hydra, ad aſprum quæ caput Cancrum refert:
Caudàmque Centauri ad pedes retrò ultimos.
Spiris ſub ipſis maximè illuſtris manet
Crater, & inde membra Centauri propè
Stat Corvus, Orionis ad lævam ſedet
Flumen, ſub ipſis pedibus eſt levipes Lepus,
Qui fulgerantem Sirium fugit Canem.
Pedibus propinquat ultimis Caniculæ,
Servaculum Argûs; & cohæret artubus
Flammis coruſcum ſidus, atque implet locum:
Manúmque tendens ad gravem Tauri pedem
Micantia inter ſidera Orion micans,
Tendit gemellis alteram Laconibus:
Sed eſt propinquus dexteræ Antecanis manus.
Aries ſub ipſum eſt, Piſciúmque corpora:
Quîs ſæva Piſtrix adjacet, ſed Piſcibus
Commune vinclum & ſidus in primis nitet.
Tales figuras ſidera & ſedes habent,
Benignitas quæ Numinis mortalibus
Conceſſit: Ergo ſeu patrima Pallas, aut
Sol ordinavit huncce ſtellarum ſitum,

73. ἐν πρώτοισι δὲ) Non puto primarium verbo poſtremo & flagitioſo mutandum eſſe. Potius dixiſſet, ἐν οὐραῖσι δὲ. Neque enim cohærent Piſces poſterioribus, cùm mutuò ſint obverſi.

2011 Ministerio de Cultura

Θεῶν τὸ μηχάνημα. πάντας δ' ἐν βραχεῖ
Φράσαι βρότειος οὐκ ἂν ἐξεύροι νόος.
Ἀθρεῖ δ' ὅσ' ἐστὶ κόσμου ἕδρανον τόπου
Ὡς δ' διεκάθμησεν αὐτουργὸς Φύσις.
Κριός Πρῶτος χορείας κύκλος ἡγεῖται κύκλου,
γρ. Εἶθ' ὅτι * Οτι κλίσει γε πάντα συγκλίνας ἔχει·
Σωθεὶς γὰρ πρὸς αὐτὸ ἕτερ συγκλιθείς.
Ἐξ οὗπερ ἕτερ κύκλος ὄνομ' ἔσχε βροτῖς.
Κείνων μὲν ἕαρος χείματός τε μεταβολὰς,
Κείνων δὲ μήκος ἡμέρας νυκτός τ' ἴσον.
ἰσ. γ' ἀκόσ- Οθεν γε κόσμου κόσμον ἀντηλλάξατο,
μα Ὃ δ' ἐν βροτῖς ἔνεμε, θεῶν δὲ ἔσχε·
γρ. δ' ἀρ Διὸ δὴ κλίσει καὶ τρόπῳ ἄλλοιαν θεοί·
Κύκλον κυλίσσῳ γὰρ δ διείλετο
Ἴζην πρὸς ἠῶ καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔχειν.
Ταῦρος Κεῖται δ' ἐφεξῆς Ταῦρος, ὡς γεωμόροις
Τύποις ἐοικὼς κεῖνος· ὃς κατ' αὐχένα
Στερρῷ τένοντι ζεῦγον ἁρμόζει ζυγόν,
Γαμψοῖς ἀρότροις αὖλακος χίζων χύας·
Ἡ δ' ἀστέρων ἡ τάξις· ὃς πάλαι ποτὲ
Ἐκλήζετ' οὐχὶ Ταῦρος, ἀλλ' οὖρος βροτοῖς
Ὅσπερ καλεῖται πᾶζι πεμόνων φύλαξ.
Δίδυμοι Δίδυμοι δ' κεῖνται πάρεζι ζαφεσίταις
Ἐπεὶ τότ' ἤδη καρπὸς αὔξεται δωλιχός.
Χλόη δ' ὑπὲρ γῆς ἄρχεται χίζειν φύζιν,
Καὶ διὰ φύλλων αὔξεται βλαστήματα
Πρὸς εὐδιεινὸν ἠέρος κατάσχεσιν.
Καρκῖνος Οδ' ἀλλαγὴν σοιχεῖον ἀντιλαμβάνων

Καρκίνος

79. Θεῶν τὸ μηχάνημα) Vera & pia ſententia, non à Chriſtianis ſolum, ſed bonis illis paganis celebrata: puta Arato & Dionyſio, περιηγητῇ.

82. Κριὸς) Hoc Etymon, ἀπὸ τ῀ κρίσεως, Græce tantum linguæ conuenit: namſi Arietem vocas, aliud excogitandum eſt. Alii tamen κριὸν, dictum volunt propter κάρα, quia cornibus pollet, & eſt ἀσελγόκερος : unde κυρίττειν, ex κορύπτειν, cornu ferire Virgilio. Itaque rectè Sudas, κριὸς ὁ τὸ κάραι ἐμεν : quíq; ut ait idem Maro, iraſcitur in cornua.

98. ἡ δ' ἀστέρων) Quorſum hæc verba quibus initium fecit? Sane hîc mihi videntur ἀπροσδιόνυσα, & alia cenſeo ſubſtituenda, quæ fortaſſis alia ſcripta exemplaria ſuppeditabunt.

2011 Ministerio de Cultura

Opus eſt Deorum, humana nec ſollertia
Referre poſſit omnia in compendium.
Mundi atque vitæ aduerte curſum, quàm benè
Natura diſpenſavit ipſa opifex ſui. *ARIES.*
Præſul choreæ circuli dux eſt gregis,
Quòd congregata cuncta diſcernat catè.
Nam comparatus hoc ad ipſum convenit,
Et inde Grajum nomen hoc indeptus eſt
Crion, quòd hiemis veris & diſcrimina,
Noctísque cernat & diei horas pares:
Ex mole confuſiſſima hunc mundum excitans.
Nam dona Divûm impertiit mortalibus,
Unde indidere nomen à Criſi dii,
Crion vocantes, namque decretorius
Occaſum & ortum ſcindit æquo examine. *TAURUS.*
Tauri ſecunda ſedes eſt, & formam habet
Arvum colentis qui jugum cervicibus
Poſcit toroſis, & recurvi pondere
Gemens aratri ſulcat arva proſecans.
Hic ordo ſiderum, neque hunc antiquitus
Taurum vocabant, Urus huic nomen fuit
Qua Terminorum voce cuſtos noſcitur. *GEMINI.*
Gemini ſequuntur ordinem clariſſimum,
Dicti inde quòd tunc fructus augeſcat duplex,
Supérque terris herba Naturam ſecet,
Binæque creſcant frondium propagines,
Tepente terſi molliter ſtatu aëris. *CANCER.*
At qui movetur greſſibus retrogradis,

Ibid. ὃς πάλαι ποτὲ) Vetus aureum ſeculum innuit, quo boum nullus erat cuſtos, imo ipſe bos erat (ut cum Frontino loquar) arvifinius. Tanta erat ejus ætatis innocentia probitáſque. Nam limites (ut ait idem bonus auctor Grammaticus) ante Jouem nulli erant, proinde lites nullæ, ideóque tandem poſitus limis litem ut diſcerneret aruis, ut ait diuinus Agricola Maro. Itaque non mirum ſi tanta bouem reuerentia coluit antiquitas, ut eum occidiſſe juxta periculoſum fuerit atque ciuem. Sanè verò οὖρον, de boue recte dici, vel ipſe Bootes fidem faciet qui Urſæ οὖρος, vel φύλαξ, dictus eſt. Tum iſte ſeſqui-verſus, ἢ βοὸς οὖρον, Ἀσκητὴν χρυσῷ παμφανόωντι κέρας ex Anthologia puto, facit ut exiſtimem priſcis illis temp ribus, quibus antè Jouem nulli ſubigebant arua coloni, bouem pro cane fuiſſe ad cuſtodiam, ut poſtea ad laborem.

2011 Ministerio de Cultura

ἴσ. καρπί- Καρκίνος ὑπάρχων ἐν χρόνοις ᾽ κάρπιμος,
μοις. Ἐκ γῆς τέλφον καρπὸν ἐμφαίνων βροτοῖς,
Ἐξῆς τέταχται παίξεσι συφεσίταις.
Λέων Ἔχει δ᾽ ἀριθμὸν ἐν μέρει πέμπτῳ Λέων,
γρ. γαλα- Λεαίνεται γὰ, εἶτα καὶ ᾽ χαρᾶσσεται,
ζεται, Θερμαῖς πυριφλόγοισιν ἡλίου βολαῖς,
Τὰ πρὶν βρύοντα γῆς ὕπερθεν αὔεται,
Ὁ δ᾽ ὀλλύων χρόνοισιν αὐδᾶται Λέων.
Παρθένος Ἐγγὺς δ᾽ τούτου, παρθένου κεῖται ᾽ τύπος.
Πρὸς ἕσπερ γὰ εἰς τόδ᾽ ἄστρον ἡλίου μολεῖν,
Ἀφθαρτα γαίης πάντα τηρεῖται χθών.
Τὸ δ᾽ ἑδέπω τὼ πεῖραν εἰληχὸς φθοερᾶς,
Κατωνόμασαι πᾶζι παρθένου βίος.
Χηλαὶ Χηλαὶ δ᾽ ἐπειδὴ σῖτος εἰς δόμους βροτῶν
Γεωμόροισι χερσὶν ἐξηθροισμένος
Πόνοισιν εἰς τὰ δώματ᾽ ἐνσωρεύεται·
Τότ᾽ εἰς μέλαθρα συμφορούμενος τροφὰς
Παρέχει τροφαῖζι πᾶζιν ἠλιθμημένας.
Σκορπίος Ὅταν δ᾽ ὠλφὰς ὠφελον τεύχῃ σπόρον,
Ὁ δ᾽ ἐκκομίζει σπέρμα γῆς ἐν ἀγκάλαις
Μόχθων ἐπ᾽ ἄκρων ἐκτὸς εἰσφορούμενος,
Ὑπερθεν ἤδη σκορπίος τότ᾽ οἴχεται·
Σκορπίζεται γὰ σῖτος εἰς δόμους χθονὸς,
Ὅπως τέλφος καρπὸς αὐξηθῇ βρετῖς.
Τοξότης. Μεθ᾽ ὃν κύκλου φοραῖσι ταῖς πολυτρόφοις
Εὔσημος

111 λεαίνεται γὰρ) Neque placet hoc Leonis etymon. Alii melius, παρὰ τὸ λεύσσειν. Sunt enim ardentes & ignei oculi illius feræ, quæ merito à Sole ſubſtantiam & naturam trahere extſtimatur cenſente Macrobio.

114 ὁ δ᾽ ὀλλύων) Sententiam hanc nuſpiam alibi quod meminerim, legi. Si qui ſint meliore memoria, ſcire velim ecquid recordentur. Hujus indicii maximam à me inibunt gratiam. Tamen quia in Meſopotamia vehementi vi Solis Leones â culicibus ita per oculos infeſtari dicuntur ut in flumen ſe proripiant & mergantur, ſuſpicor huc reſpexiſſe hunc Sphæræ ἰχμβογράφον. Exiſtimaverit etiam aliquis dictum hoc de longævitate, quia μακρόβιον eſſe Leonem, etiam Ariſtoteles in hiſtoriis perſuadet fidemque factam ait ex claudo capto, cujus dentes vetuſtas infregerat & minuerat. Sed profecto χρόνοισιν, non idem eſt quod χρόνῳ, Græce ſcientibus. Itaque priori ſententiæ potius ſubſcribo. (*Forte non opus inquiſitione ulteriore, ſi obſervetur ad ſolis vires in dodecatemeriis a poëtâ reſpici, neque enim cancer per ſe* καρπιμος *nec λέων ὀλλύων ſed* καρπιμος *in Cancro ſol. &* ὀλλύων *in Leone.*)

2011 Ministerio de Cultura

Gaudétque cancer fructuoso tempore,
Frugesque monstrat perficas mortalibus,
Clarum deinde sedis ordinem tenet.
Quintam jubatus occupat sedem Leo, *LEO.*
Nam liditurque læditurque perdite
Compunctus asi ardore Solis igneo.
Tunc omnis arbos, omne marcescit satum:
Per tempora autem perbitans, audit Leo.
Hunc proximè astat forma puræ Virginis, *VIRGO.*
Quia ante quam Sol sidus hoc percurrerit
Servantur incorrupta terrea omnia:
Corruptionis quidquid autem expers manet
Omnes vocare virginis vitam solent.
At Libra quando messe collecta domos *CHELÆ vel LIBRA*
Implent coloni, acervus ingens tritici
Servatur horreis, tunc alibres sufficit
Conferta fruges in numerum alimonia.
Mox alma Pleias quando sementem facit, *SCORPIUS.*
Et summo in arua se labore conferens
Exportat ulnis cultor agri semina,
Tunc Sparsor exit Scorpius, nam spargitur
Et dissipatur triticum in terræ domos,
Ut intus hominis perfica augescat seges.
Post tortuosis circuli in spiris sequens *SAGITTARIUS.*

119 παρθένου βίος) Hinc apud Græcos Παρθενία, dicitur pura vita, & Parthenii dicti teste Suida, οἱ ἄφθοροι: neque hoc solum, Purum pelagus & piratis intentatum, dictum est, παρθένιον πέλαγος.

120 χηλαὶ) Nomine Chelarum intelligitur Libra. Quia Chelæ (cujus dodecatemorion in Libra finitur) partem occupant ipsius Libræ. Et vero sic usurpant Aratus & Manilius. Cæterum inter alia significata χηλὴ, etiam est alimentum, hinc illud φορλικὸν Etymon, cui si non credidero non desinam propterea Christianus esse.

124 τροφαῖσι) Non satis intelligo hæc verba. Itaque Problematice anquiram An quia triticum expenditur ad stateram & fit demensum? An potius per τροφὰς pecudes, id est, τὰ θρέμματα, intelligi.. Ignoscant eruditi ignaro & ambigenti

129 σκορπίζεται) Neque hic auscultо huic Etymologiæ. Nam si hæc in Scorpio valet ratio, rogo vos, quare Nepam non sequetur?

2011 Ministerio de Cultura

Εὔσημος, οὐκ ἄσημός ἐστι τοξότης,
Ἐκ γῆς γὰρ ἤδη καρπὸς ἐκτοξεύεται,
Τὰ νέρθε δ' ἀκνὺς χαρὰς ὑ κεκρυμμένα·
Νέοις γὰρ ὕπερθε φύεται κεντρίσμασι.
Ὁ δ' ἐκ διμόρφου σώματος φαίνων μέλη
Αἰγόκερως Τηλωπὸς ἄστρων Αἰγόκερως κεκλημένος,
Καλῶς τετύχηκεν ὀνόματος τῶδ' ἐν βροτοῖς.
Τὰ πρόσθε μὲν γὰρ αἰγόπλαστα δείκνυται,
Οὐρά τ' ὄπισθεν ἰχθύος θαλασσίου.
Ἡ μὲν γὰρ ἐν γῇ φέρβεται χλοηφόρῳ,
Ἡ δ' ἐν κλύδωνι νήχεται γλαυκηπόρῳ.
γρ. ταὐτό γ' Εἰς ταὐτὸν ἦχθη πᾶσι γὰρ θνητῶν φύσις·
Ἐχεῖ δίυγρον πνεῦμα καὶ ξηρὰς τροφάς.
Υδροχοός Ὑδρὸν δ' ὑπέρθεν πάξιν ἐκλιπὼν, ὕδωρ
γρ. Νέφος. Νέφος προβάλλει λοξὸς ἐκχύσας δέπας,
Ὃς σωτηρίοισι χείμασι κόσμον πάγους.
ἴσ. διαρπάσας. Ἐκ γῆς ἢ νοτίδα νάματος διάρπασον
Ἐπάγει πολιὰ χιόνα καὶ πνοαῖς βροτοῖς,
Κόσμον καλύπτων οἷα περ λευκῷ πέπλῳ,
Ἀκνὺς ἐν οἷοις σῆμα δηλοῦται κύκλου.
Διὸ δὴ καλῶς εἵληχε καὶ ὄτ' ἐστώνυμον·
ἴσ. ἐν, ἢ, ὡς δί. Ὑδροχόος· * δίναισιν εἰς τάξιν μολών.
Ἰχθῦς Μεθ' ὃν κυκλεῖται κύκλος εἰλίσσων πνοὰς
Ἀνέμοις ἐναλλὰξ χεῖμα τηλαυγὲς διπλοῦν
Ἀντίστροφον δρόμοισιν ἐμφαίνων τρόπον.
Οὗ γὰρ κάρα μὲν λοξόν, ἕδρα δ' ἀπόστροφον
Πρόσωπον, ὀρθὸν τάξιν εἰλεῖται κύκλου,
Ὁ μὲν βορείου κλίματος νέφη πόλῳ,
Ὁ δ' εἰς νότου κέλευθον εἰσδύων βίᾳ.
Διὸ δὴ πνοαῖσι τὰν βυθῷ κεκρυμμένα
Ἐδέξαν ἰχθῦς, πᾶς γὰρ εἰς βυθὸν πεσὼν
Ἄνεμος, ταράσσει κῦμα, σημαίνων βροτοῖς
Χειμῶνα τακτόν· ἐξ ὀπισθοφῆς κλύδων

Εἰλιγμὸν

135 νέοις γὰρ) melius, νέοις γ'.
143 εἰς ταυτὸν ἦχθη) vel lege, τεῦτον, cum eruditiorum Phœnice Jos Scaligero, vel αὐτόν. Hoc enim innuitur, Ad Capricorni naturam omnia referri, qui ficcus est & humidus: Quibus qualitatibus & hominis natura constat, & omnia in orbe terrarum viventia Deus naturæ auctor perficit.

2011 Ministerio de Cultura

Miſſor ſagittæ apparet haud ignobilis,
Nam fructus omnis jamque terræ emittitur,
Jam jam retectis ventris imi partibus
Creſcens novello per ſuperna acumine.
At Capricornus corpore ambiguo nitens *CAPRICORNUS.*
Sidus remotum, nomen hoc jure obtinet:
Priora membra ſcilicet produnt Capram,
Piſcem marinum cauda poſtrema arguit,
Illa in virente vivit herbarum ſolo,
Hæc æſtuoſi gurgitis natat ſalo.
Natura fertur omnis huc mortalium,
Siccíſque veſcens humidoque ſpiritu.
At vorticoſæ ſedis emanſor Puer
Obliquat urnam, & fundit undas deſuper:
Colles honorem turbat hibernum movens,
Laticíſque terræ raptor humentis, nigram
Hiemem, procellas atque ventos invehit,
Operitque mundum veſte tanquam candida,
Et obſtinet quà circuli ſignum patet.
Jure ergo Aquarî nomen huic ſorte obtigit
Sedem obtinenti propter undarum globos.
Poſt hunc rotator gyrat auras circulus *PISCES*
Ventóſque mutat, forma longi luminis,
Gemella, curſu verſa ſtat contrario:
Averſa quamvis frons & obſtitum caput,
Tamen ſequuntur circuli rectum ordinem.
Septentrionis iſte vergit ad polum,
Hic vi capeſſit humidas Auſtri Vias.
Itaque in profundo quæ latent perflamina
Piſces revelant: ventus in fundum cadens
Conturbat undas, nuntians mortalibus
Hiemem & procellas, æſtus ut reciprocus,

Qui

145 δεινὸν) non placet, τὸ δεινόν. Potius δινῶν, qui vortices ſunt, legendum ſuſpicer niſi aliter cenſeant acutiores & eruditiores viri, quorum probabilioribus rationibus non ſolum manus, ſed etiam ſuram præbebo libens.

152 εἴληχε καὶ) Dele illud καὶ, quod ex præcedenti ſyllaba χε ſupercrevit, lapſu uſitato & facili: ut contra verſu ſequenti ὑδροχόῳ, geminata ultima ſyllaba ῳ, ſed degenerans in ω magnum.

2011 Ministerio de Cultura

Εἰλιγμὸν ἐκ γῆς ὕδασι ϖϱοσφέρων, σφοδϱόν. 165
Δείκνυζι καιϱοῦ χῆμα, χειμῶνϑ Φύσιν.
Οϑεν διπλοῖζι χϱώμϑοι καιϱοῦ δϱόμοις
Ανέμων ἔχουσι τάξιν ὃ μεταμϐάλλω. 168

165 Qui vorticem undis addit è terræ ſinu,
Portendit atræ tempus hiemis aſperum.
Hinc eſt quod illi duplici cum temporis
168 Curſu, fruuntur flaminum immenſo ordine.

Finis Sphæræ veteris.

CAPUT XIII.

1. *Elenchus* *) *Alphabeticus Pythagoricorum apud veteres memoratorum.*

ABaris Hyperboreus ad quem liber ferebatur ſub Pythagoræ nomine, & cum quo de rebus præclaris Pythagoras cum apud Phalaridem captivus eſſet diſſeruiſſe dicitur. Vide quæ dixi Libro I. c. 2. ſect. 7. ubi Abarin Pythagorà antiquiorem obſervavi. Abaridis Hyperborei ἐπῳδὰς memorat Plato in Charmide.

Abroteles Tarentinus.

Achmonidas Tarentinus.

Acrion Locrus, quem inter alios Pythagoricos adiit Plato teſte Cicerone Lib. V. de finibus.

Acron Medicus Agrigentinus, de quo Svidas, Heſychius illuſtris & viri docti

*) Quibus nullum teſtimonium additum vides, ii apud ſolum Jamblichum c. ult. de vitâ Pythagoræ memorantur. Neq; aſſentior Præſtantiſſimo Lloydio, qui pleraq; nomina Pythagoricorum (ex 218. ducenta) conficta eſſe à Jamblicho conjicit. Quorſum enim tot falſa confinxiſſet, qui multa vera prætermiſit. Notum porro eſt diſcipulorum Pythagoræ alios fuiſſe ἐσωτερικὰς, ut auctor Philoſophumenon ſub Origenis nomine, appellat, quos Jamblichus c. 18. Πυθαγοραίους: alios ἐξωτερικὰς quos Jamblichus vocat Πυθαγοριςάς. Sive ut Anonymus Vitæ ſcriptor apud Photium Cod. CCLIX. p. 712. Svidas in Πυθαγ. & Schol. Theocriti Idyll. XIV. p. 207. eos diſtinguit, alii fuere Πυθαγορικοὶ proprie dicti, qui cum ipſo Pythagora verſati ſunt: alii Πυθαγόρειοι horum diſcipuli, alii denique Πυθαγορισταὶ οἱ ἄλλως ἔξωθεν Ζηλωταί. Certum tamen eſt hanc diſtinctionem, veterum ſcriptorum uſu non comprobari, & recentius commentum videtur Dodwello p. 163. de vita Pythag. De diſtinctione in ἀκουσμαϊκὰς & μαθηματικὰς, vide infra in Hippomede.

2011 Ministério de Cultura

docti ad Empedoclem Laërtii VIII. 65. Hippocrati æqualis fuit.
Acusilaus Tarentinus.
Adicius Locrus.
Ætius Parius.
Ægon Crotoniata.
Æmon Crotoniata.
Æneas Metapontinus.
Æneſidamus. Vide Ageſidamus.
Æſchylus Poëta Tragicus, Pythagoreus dicitur Ciceroni 3. Tuſc. quæſt. p. 179. Diverſus ni fallor Æſchylus diſcipulus Hippocratis Chii itidem Pythagorici. Ariſtotel. Lib. I. Meteorolog. c. 6.
Ageas Crotoniata.
Agelas Crotoniata.
Ageſarchus Metapontinus.
Ageſidamus Metapontinus, ſive ut in veteri inedita Jamblichi verſione legitur Æneſidamus.
Agylus Crotoniata.
Alcæus cujus gener & hæres fuit Pythagoras. Jamblich. c. 30.
Alcias Metapontinus, ſive ut ab illuſtri Obrechto id nominis rectius exprimitur, Alceas.
Alcimachus Parius Ariſtocratiæ retinendæ Crotone ſuaſor cum Dimacho, Metone & Democede. Vide Jamblich. c. 35.
Alcmæon Crotoniata juvenis Pythagoram ſenem audivit teſte Jamblicho c. 23. quod confirmat Ariſtoteles Lib. I. Metaphyſc. c. 5. Scripſit *Φυσικὸν λόγον* ad Brontinum, Leonem & Bathyllum vide Laërt. VIII. 83.
Alexicrates. Plutarch. VIII. 7. ſympoſ.
Alopecius Metapontinus.
Amœnus Parius.
Amyclas.
Anatolium ex quo Auctor Theologumenorum Arithmeticæ non pauca deſcripſit Pythagoricum fuiſſe mihi perſuadeo.
Anaxilaus Lariſſæus, de quo dixi infra in notitiâ Comicorum, ubi de Anaxilao Comico.
De Anchito Vide infra in Pauſania.
Androcydes allegatur à Nicomacho 1. Arithmet. p. 5. & Clemente

* Sententia hæc eſt: *ὅιν@ καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχαλεσ έραν.* Confer Theodor. Canterum Lib. I. Var. Lect. c. 16.

2011 Ministerio de Cultura

Alex. 7. Strom. p. 718. (ubi profert dictum ejus * quod Androcydis nomine ſuppreſſo legitur etiam in Plutarcho περὶ εὐθυμίας) Apoſtolio proverb. XVII. 33. Ejus περὶ συμβόλων Πυθαγορικῶν Jamblich. vit. Pythag. c. 28. p. 134. & in Theologumenis Arithmeticæ quorum idem forte Jamblichus auctor p. 41. ubi de ſenario. Reſpicit id ipſum opus Clemens Alex. 5. Strom. p. 568.

Anthen Carthaginienſis.

Anthimedon Crotoniata.

Antimenes Metapontinus.

Antocharidas Laco.

Aphranor. Vide infra Evphranor.

Apollonius Tyanenſis. Vide infra Lib. IV. & quæ ad Eunapii proœmium adnotavi.

Apollophanes. Euſeb. VI. 19. Hiſt.

Arceas Tarentinus.

Arceſus. Plutarch. de genio Socratis f. 583.

Archemachus Tarentinus.

Archeſtratus.

Archippus Samius.

Archippus Tarentinus. Thebis ſcholas habuit teſte Hieron. in Rufin. Inter primos hic fuit qui cum Lyſide commentarios Philoſophiæ Pythagoricæ edidit. Vide Porphyr. p. 40. & infra in Cylon. De anima quædam ſcripto prodidiſſe Archippum, Epaminondam, Ariſtæum, Gorgiadem & Diodorum notat Claudianus Mamertus Lib. II. c. 7. de ſtatu animæ.

ARCHYTAS Tarentinus πρεσβύτερος, præceptor Platonis, & à Pythagora in ſucceſſione octavus. Anonym. apud Phot. c. 259.

Scripta Archytæ hæc apud veteres memorata reperi:

Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς καὶ εὐδαίμονος. Stob. Serm. 1. & 3.

Περὶ Ἀντικειμένων. Simplicius in Categorias Ariſtotelis p. 97. & 103. notans ex hoc Archytæ ſcripto hauſiſſe Ariſtotelem quæ de oppoſitis diſputat.

Ἁρμονικόν. Nicomachus Lib. I. Arithmet. p. 5. Reſpicit & Theo Smyrnæus p. 94. Porphyrius in Harmonica Ptolemæi p. 210. 267. 317.

Περὶ Ἀρχῶν. Stob. Eclog. p. 80. 82.

Περὶ Αὐλῶν. Athenæus Lib. IV. ſub. extrem.

Περὶ τῆς Δεκάδος. Theo Smyrnæus p. 166. ubi vetus Theonis interpres latinus ineditus decadem vertit *denitatem*. Cæterum non aſſentior

2011 Ministerio de Cultura

ſentior Rev. Joh. Andreæ Schmidio qui hunc librum eundem eſſe ſuſpicatur cum Libro Archytæ περὶ τοῦ παντός. Nam in illo de natura & affectionibus numeri egerat, quod in libello περὶ παντὸς minime facit.

Epiſtola ad Dionyſium apud Laërtium III. 22. ad Platonem. id. VIII. 80.

Περὶ τῆς Ἠθικῆς παιδείας. Stob. ſerm. 1. Vide & quæ de educatione puerorum ex Archyta Philoſtratus VI. 14.

Librum Archytæ de *eventibus in natura*, è monaſterio neſcio quo Alemanniæ ad ſe perlatum eſſe teſtatur auctor Luminis Animæ. Heidenreich in pandectis Brandeb.

Περὶ Μαθηματικῆς Ἐπιστήμης. Stob. ſerm. 41. Jamblich. 3. de diſciplina Pythag. c. 11. (p. 59. in Scutellii verſione.) Porphyrius in Harmonica Ptolemæi p. 236. ubi addit Archytæ hujus μάλιστα γνήσια eſſe, hoc eſt Philoſophiam Pythagoricam quam rectiſſime referre.

Μηχανικὰ ſ. de Machinationibus. Vitruv. præf. Lib. VII. quanquam Laërtius VIII. 82. Archytam Architectū libri περὶ Μηχανικῆς auctorem à noſtro diſtinguit. Idem tamen de noſtro, ſect. 83. ὅτι πρῶτος τὰ μηχανικὰ τοῖς μαθηματικαῖς ἐπεσχηκάμεν ἀρχαῖς ἐμεθόδευε.

Περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης. Stob. ſerm. 41. & 42.

Περὶ νοῦ καὶ Αἰσθήσεως. Stob. Eclog. p. 92. Jamblichus 3. de diſciplina Pythag. c. 8. (in Scutellii verſione p. 56. ſeqq. græce enim liber ille Jamblichi hactenus ineditus.)

Περὶ ὄντος. Stob. Eclog. p. 158. Magnificum Archytæ opus de rerum natura. Claudian. Mamertus. II. de ſtatu animæ.

Ὅροι. Ariſtot. VIII. 2. Metaphyſ.

Περὶ τοῦ παντὸς Φύσεως libellus etiamnum exſtat, quo primus univerſa in decem claſſes quæ vulgo categorias ſive prædicamenta vocamus Archytas diſtribuit. Prodiit Græcè & lat. Venet. 1571. 8vo. Memorat Syrianus in Hermogenem & Simplicius in Categorias paſſim. Græce edidit Joachimus Camerarius Lipſiæ ſine temporis nota in 8vo. ſub titulo: Ἀρχύτου Φερόμενοι δέκα λόγοι καθολικοί, additis duobus Anonymi ſcriptis & Georgii Pachymeræ de ſex Philoſophiæ definitionibus. Scriptorum Anonymorum eousque ineditorum hi ſunt tituli: Διάληψις περὶ τῆς καλουμένης λογικῆς, τί τε καὶ ποιόν ἐστιν. Et Μέθοδος εἰς τοὺς τρόπους τῆς Φιλοσοφίας.

Forte noſtri quoque Archytæ ſunt ὀψαρτυτικὰ Athenæo laudata. Sane Jamblichus c. 29. p. 148. & c. 34. p. 204. teſtatur Pythagoræos primos fuiſſe qui de cibis recte præparandis commentarios ediderint.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ Σοφίας. Jamblich. protreptic. c. 3. p. 12. seq. 15. 17. & 18. seq. Emendatius cum versione *Johannis North* in opusculis Mythologicis Thomæ Galei p. 732.

Allegatur præterea Archytas à Jamblicho in Nicomachum p. 6. 9. 141. 159. 163. 168. In vita Pythag. c. 29. p. 145. à Theone Smyrnæo p. 27. 30. Cic. Plin. Censorin. Plutarch. &c. Aristotele, Theophrasto in Metaphys. Meminit & Vitruvius Lib. I. c. 1.

Sermonem Archytæ adversus voluptatem, cui Tarenti interfuit Plato, relatum vide à Cicerone in Catone Majore.

Inter Archytæ inventa fuit 1.) Datis duabus lineis duas medias proportionales è dimidii Cylindri sectione inveniendi. Laertius VIII. 83. Plutarchus Marcello. p. 305.

2.) Cubi duplicatio, Plato de Rep. apud Laërt. VIII. 83. Vitruv. IX. 3.

3.) Columba volans lignea. Gell. X. 12. è Favorino. Confer Rev. Joh. Andreæ Schmidii diss. de Archyta Tarentino Jenæ A. 1683. editam, Georgii Paschi inventa novantiqua p. 640. sq. & Monantholii præf. ad Mechanica Aristotelis.

4.) πλαταγὴ sive Crepitaculum. Aristoteles VIII. 6. de Rep. Diogenianus III 98. proverb. & è recentioribus Fridericus Adolphus Lampe Lib. I. de Cymbalis veterum c. 9.

Egregie quoq; observavit Archytas in motu naturali quocunq; esse τὴν ἴσὸ ἀναλογίαν, κινεῖσθαι γὰρ ἀνάλογον πάντα. Aristot. XVI. 10. problem.

Dictum ejus ad servos inobsequentes, cæderem vos nisi irascerer. Jamblichus c. 31.

Memorantur præterea 1.) Archytas Mitylenæus Musicus sive ἁρμονικὸς Athenæus XIII. 8. Laërt. VIII. 82. & Hesychius Illustr. 2.) Archytas Amphissensis Poëta. Plutarch. quæst. Gr. & Laërt. qui Epigrammata scripsisse docet. Forte huncrespiciunt versus duo Bionis apud eundem Laërtium IV. 52. 3.) Archytas qui de re rustica scripsit, laudatus Laërtio, Varroni & Columellæ. Ab hoc aliqui non diversum putant quem inter ὀψαρτυτικῶν scriptores nominat Athenæus Lib. XII. & ὀψοφάγον vocat Lib. I. c. 5.

Aresas Lucanus qui scholæ Pythagoricæ regimen post Tydam suscepit. Jambl. c 36. Sunt qui legunt, Oresander.

Arestadas Metapontinus occurrit in Jamblicho Arcerii, sed in melioribus codicibus Græcis MSS. & in veteri latina versione inedita Orestades. Ita hoc nomen legitur etiam apud Laërtium in Xenophanis

2011 Ministerio de Cultura

nis vita & in latina Jamblichi verſione quam debemus illuſtri viro Eliæ Obrechto.

Arignotus. Vide Luciani Pſeudomantem.

Arimneſtus Pythagoræ fil. Democriti præceptor. Porphyr. p. 3. ex Duridis Samii Lib. III. ὡρῶν ſive de finibus Samiorum, ita enim legendum non ὡρῶν *Horarum* ut Holſtenius. Vide Voſſium de Hiſt. Gr. p. 97. Quanquam ὡρῶν eſt etiam in Schol. ad Hecubam Euripidis v. 934.

Ariſtangelus Sicyonius.

Ariſtæus Damophontis F. Crotoniat, Pythagoræ ſucceſſor & conjugio cum Theano gener. Jambl. c. 36. Hic ni fallor eſt Ariſtæus ſenior cujus conica & Libros V. τόπον στερεῶν laudat Pappus Lib. VII. Mathemat. collect. ſub initium, & Euclidem iis uſum fuiſſe teſtatur. Meminit & Campanus Novarienſis, qui circa A. C. 1030. floruit ad Euclidis XIV. 1. Operis perditi jacturam felici ingenio compenſavit *Vincentius Vivianus* Magni Ducis Florentiæ Mathematicus & diſcipulus Galilæi, edita divinatione duplici in quinque Libros deperditos Ariſtæi de locis ſolidis. Vide Acta Eruditor. Anni 1703. pag. 487. ſeq. Ariſtæum περὶ Ἁρμονίας laudat & ex eo quædam profert Stobæus Eclog. p. 45. Confer Jamblichum p. 168. in Nicomachum. Vide & ſupra in Archippo.

Ariſteas Metapontinus.

Ariſtides Rheginenſis.

Ariſtippus Tarentinus.

Ariſtoclides Tarentinus.

Ariſtocrates Rheginenſis qui civibus ſuis leges tulit. Jamblich. cap. 30. meminit ejusdem c. 27.

Ariſtomenes Metapontinus.

Ariſtotelis ſcripta deperdita de Philoſophia Pythagorica recenſeo infra Lib. III.

Ariſtoxenus Tarentinus in Stobæo paſſim appellatur Pythagoricus. De illo infra Libro III. dixi, æqualis enim fuit Dionyſii junioris, & in libro περὶ βίου πυθαγορικοῦ apud Jamblichum c 33. memorat ſe ex ore illius tyranni ſed tyrannide jam exuti nonnihil audiviſſe.

Arytus Metapontinus, pro quo inedita Jamblichi verſio vetus latina, rectius Eurytus.

Arytus Tarentinus, pro quo in eadem verſione melius Eurytus ſcriptum invenio.

2011 Ministerio de Cultura

Aſteas Tarentinus.

Aſton Crotoniata, quem ſub Pythagoræ nomine plures libros ſcripſiſſe narrat Laërtius VIII. 7.

Aſtræus Pythagoræ à Mneſarcho donatus, Porphyr. p. 8. ſeq.

Aſtylus Metapontinus.

Athamas Poſidonius allegatur à Clemente Alex. Lib. VI. p. 624. ubi notat Empedoclem ab eo quod cecinit de quatuor elementis accepiſſe.

Athoſion Rheginenſis.

Bathylaus Poſidonius ſive Bathyllus, cui Phyſicum ſuum commentarium inſcripſit Alcmæon Crotoniata.

Bolus Mendeſius Suida teſte ſcripſit *περὶ τ̃ ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τ̃ ἱστοριῶν εἰς ἡμ̃ᾶς ἀφιγμένων.*

Περὶ θαυμασίων Φυσικὰ δυναμερά. *

Περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν λίθων καὶ τὰ στοιχεῖον.

Περὶ σημείων τ̃ ἐξ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄρκτου καὶ λύχνου καὶ ἱερῶν.

Præter Bolum Pythagoræum eidem Suidæ memoratur Bolus Democriteus Philoſophus, qui ſcripſerit *ἱστορίαν* & *τέχνην ἰατρικὴν* & *ἰάσεις Φυσικὰς ἀπό τινων βοηθημάτων τῆς Φύσεως.* Sed unus idemque fuit Bolus Mendeſius & Bolus Democriteus. Nam Columella VII. 5. Boli Mendeſii commentaria ſub Democritei nomine falſo prodita teſtatur. Pro Bolo male *Orus* legitur apud Galenum Lib. II. de antidotis c. 7. nec minus vitioſe *Dolus* in Columellæ libris p. 344. & 444. edit. Commelin. ut in ſcholiis ad Nicandri Theriac. p. 56. *Rolus*, & apud Varronem 1. de re ruſtica *Eubolus*, Xylandro ad Stephanum Byz. *Belus*. Vide Marſilium Cognatum 2. 7. Variar. Reineſium p. 122. Var. Lect. Holſtenium ad Stephanum p. 61. Harduinum in ſcriptoribus à Plinio laudatis, & Dan. Clericum Hiſt. Medicinæ parte 3. Lib. II. c. 2. Theophraſto junior fuit hic Bolus, ex ejus enim opere de plantis nonnihil produxiſſe (non è Bolo Theophraſtum ut Voſſius p. 337.) teſtatur Stephanus Byz. in *ἄψυθος*. Bolum Epimenidis patrem memorat Apollonius de mirabilibus p. 105.

Brontinus Metapontinus. Supra in Alcmæon.

Bryas Crotoniata.

Bryas Tarentinus.

Bryſſon, à Jamblicho c. 23. refertur inter eos qui juvenes audivere Pythagoram ſenem. Bry-

* De vocabulo hoc Vide ſupra Lib. I. c. 4. num. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Brythius, vide Buthius.

Bulagoras Mnesarchi in schola Pythag. successor, cujus temporibus Crotoniatarum urbs direpta est. Jambl. c. 36.

Buthenis Cyzicenus.

Buthius Crotoniata, sive ut in latina versione Jamblichi inedita inveni Brythius.

Callibrotus Caulonienſis.

Callicratidas, cujus fragmentum ap. Stobæum serm. 68. Grotium ad Luc. V. 5. Alius Callicratides dux Lacedæmoniorum de quo Cic. 1. offic.

Caraphantidas Tarentinus.

Cerambus Lucanus.

Cercops. Vide quæ supra Lib. I. cap. XIX. num. 2.

Charondas Catanæus. De hoc dixi infra c. XIV. ubi de legislatoribus.

Chilas Metapontinus.

Chrysanthius Sardianus, de quo dixi ad Eunapium.

Chrysippum Tyrrhenum à Iamblicho inter Pythagoricos memoratum puto ab eodem respici in commentario ad Jamblichi Arithmetica p. 12. ubi χρυσιππαΐδης nominat. De Chrysippo Cnidio Eudoxi Pythagoræi auditore Laêrt VIII. 89. ubi & de altero Chrysippo Aethlii F.

Cleanor Laco.

Clearatus Tarentinus.

Cleon Tarentinus.

Cleophron Crotoniata.

Cleosthenes Crotoniata, sive Cleophanes, ut in inedita latina Jamblichi versione legitur, quæ exstat MS. Hamburgi in Bibl. Johannea.

Clinagoras Tarentinus.

Clinias Tarentinus Heracleæ vixit, æqualis Philolai. Allegatur in Theologum. Arithmeticæ p. 19. & à Stobæo serm. 1. Basilius tradit eum maluisse solvere tria talenta quam vel semel jurare, quod de Syllo Jamblichus narrat. Idem Jamblichus c. 31. testatur Cliniam iræ moderandæ egregium artificem fuisse & cap. 33. Proro Cyrenæo singularem fidem suam probasse. Vide & Ælianum XIV. 23. Var.

Colais Selinuntius.

Cranius Posidonius.

Crito Ægeus, ex cujus libro de prudentia & felicitate fragmentum exstat apud Stobæum serm. 3. quod alii codices tribuunt Damippo.

Cylo

2011 Ministerio de Cultura

Cronius. Porphyr. vita Plotini & apud Euſeb. VI. 19. Hiſt. & Lib. de antro Nymphar. Ejus περὶ παλιγγενεσίας laudat. Nemeſius c. 2. p. 35.

Cylo Crotoniates propter ingenii aſperitatem à Pythagora inter discipulos non admiſſus, Pythagoricos circiter XL. in Milonis æde congregatos exusſit & lapidibus obruit, ſolo Archippo & Lyſide elapſis. Neanthes apud Porphyr. p. 37. & 40. Jamblich. c. 35. Vide & infra in *Perilao*. Pro Archippo Archytam male nominant Laërtii codices VIII. 39. Nam Archytas junior fuit quam ut ſceleri Cylonio intereſſe potuerit. Philolaum pro Archippo habet Plutarchus de Socratis genio p. 583.

Dacydas Metapontinus.

Damarmenus Metapontinus.

Damippus. Vide ſupra in Critone.

Damo Syracuſius. Vide infra in Phintia.

Damocles Crotoniata.

Damotages Metapontinus.

Dardaneus Lucanus.

Deanax Sybarita.

Democedes. Vide ſupra in Alcimacho. Cum Ariſtocratiam Crotone retinendam fruſtra ſuaſiſſet, plebe in Pythagoræos furente Plateas cum juvenum manu ſeceſſit, victus itaq; & interfectus à Theage, qui à Crotoniatis recepit pretium 3. talentorum. Jambl. c. 35.

Democrates. Infra in Secundo.

Demon Sicyonius.

Demophilus. Infra in Secundo.

Demoſthenes Rhegienſis.

Dexitheus Parius.

Dicæarchus Tarentinus.

Didymus Muſicus de differentia Muſicæ Pythagoricæ ab Ariſtoxenica περὶ τῆς Διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενίωντε καὶ Πυθαγορίων præclare commentatus, quem in plurimis ſecutus eſt etiam ubi non nominat Ptolemæus in Harmonicis, ut notat Porphyrius in Ptol. p. 191. Idem p. 193. obſervat Ptolemæum in plerisque veſtigia legere Pythagoræorum. Didymi librum iterum laudat pag. 209. 210. 212. Ejusdem librum I. περὶ ὁμοιοτήτων. p. 210.

Dicon Caulonienſis.

Dimachus. Vide ſupra in Alcimacho.

Dinarchus Parius. Idem ni fallor Dinarchus cujus meminit Jambl. c. 35.

Dino-

2011 Ministerio de Cultura

Dinocrates Tarentinus.

Dionem Syracusanum ἀπὸ συγγενείας Πυθαγορείων, h. e. Philosophiæ illorum addictum fuisse, notat Jamblichus c. 31.

Diochætes.

Diocles Phliasius. Vide infra in Phanton.

Diocles Sybarita. Alius ab his Diocles Carystius laudatus in Theologumenis Arithmeticæ p. 47. & 49. ubi male editum Δικλῆς.

Diodorus Aspendius sub Aresa Lucano inter Pythagoreos receptus. Jambl. c. 36. de anima nonnihil scripsisse innuit Claudianus Mamertus II. 7.

Diodorus Crotoniata, Democratiæ in patria suasor cum Theage & Hippaso. Jamblich. c. 35.

Diophantus.

Diotogenes. Ex ejus περὶ ὁσιότητος fragmentum apud Stobæum Eclog. p. 16. & serm. 41.

Dius allegatur à Stobæo serm. 63.

Drymon Caulonienſis.

Dymas Crotoniata.

Eccellus Lucanus, ab Ocello diversus, Jamblicho memoratur. Cæterum incertum Menagio videtur, num apud Syrianum in Metaphys. Aristotelis, ubi memorantur τὰ Ἐκκέλω περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσιος sit legendum Ὀκκέλω, an Eccellus quoque, quod tamen non facile mihi persuadeo, librum de natura universi, perinde ut Ocellus, scripserit. Sed & in Censorini quibusdam editionibus c. 2. pro Ocello sed male excusum videas Eccellum Lucanum.

Echecrates Locrus à Cicerone 5. de finibus refertur inter Pythagoreos quos Plato Philosophiæ causa adiit.

Echecrates Phliasius. Vide infra in Phanton.

Echecrates Tarentinus.

Ecphantus Crotoniata.

Eirisicus Metapontinus.

Elephantus Pythagoricus nullus est, legendum Ecphantus. Jamblich. vita Pythag. c. 36. Stob. eclog. περὶ βασιλείας.

Elicaon, sive ut Arcerii codd. Ἐλικείων. Jamblich. c. 27.

Empedocles Agrigentinus, de quo dixi capite superiore.

Epaminondas. Infra in Lysis, & supra in Archippus. Dignum virtute Epaminondæ encomium habes apud Plutarchum in ejus vita & Justinum Lib. VI. c. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Epicharmus Thyrſi F. Comicus τῆς πυθαγορικῆς διατριβῆς μετεχηκώς dicitur Plutarcho in vita Numæ. Ejus ſententiæ ad vitam utiliſſimæ in omnium ore Philoſophorum, ut recte Jamblichus c. 29. & exemplo ſuo probant Plato, Ariſtoteles, aliique. De filio Epicharmi Metrodoro qui pleramque doctrinam patris ſui ad rem Medicam traduxit ejusque libros expoſuit ad fratrem ſcribens, vide Jamblich. c. 34. Egi de Epicharmo infra in notitia Comicorum.

Epimenides à Jamblicho c. 23. refertur inter eos qui juvenes audivere Pythagoram jam ſenem. Alii, ut Apulejus in floridis, Pythagoræ Magiſtrum fuiſſe affirmant. Apud Platonem 1. de legibus dicitur Athenas perveniſſe decem annis ante Perſicam expeditionem, h. e. Olymp. LXX. 1. ut obſervat Clariſſ. Bentleius. Contra à pluribus traditur Solonem in condendis legibus juviſſe Olymp. XLVI. 3. & idem circiter tempus Athenas Cylonio ſcelere purgaſſe. Aut itaque errarunt Plato & Jamblichus, aut duo fuerunt Epimenides, quod non abſurdum videtur H. Dodvvello diſſ. de ætate Pythag p. 234. De Epimenide dixi ſupra Lib. I. cap. VI. quem juniorem, idem Dodvvellus, de Pythagora aliquid ſcripſiſſe obſervat è Jamblicho vit. Pythag. c. 2. p. 29.

Epiphron Metapontinus.

Epiſylus Crotoniata.

Eratus Crotoniata.

Eromenes Tarentinus. Ejus de anima ſententiam refert Claudianus Mamertus II. 7. de ſtatu animæ.

Eſtiæus Tarentinus.

Evæus Sybariata.

Evander Crotoniata.

—— Metapontinus

—— Leontinus.

Evanor Sybarita.

Eubulus Meſſenius quem prædonibus ereptum Meſſanam deducendum curavit Nauſithus Tyrrhenus cum Pythagoreum agnoviſſet. Jamblich. c. 27. (pag. 41.

Eubulidem Pythagoricum allegat Jamblichus in Theologum. Arithmet.

Eudoxus Cnidius allegatur à Jamblicho in Nicomach. p. 111. 142. Theone Smyrnæo p. 94. Vide & Plutarchum Marcello p. 305. Laërtium in Eudoxi vita VIII 86. ſeqq. & quæ de Eudoxi ſcriptis Meurſius ad Apollon. p. 123. ſeqq. & ego infra Lib. III.

Eucritus Parius pro Evephano itidem Pario vadem mortis ſe ſiſtens Polyæn. Strategem. V. 22.

Evethon

2011 Ministerio de Cultura

Evelthon Ægæus.
Evephanus, Vide paulo ante in Eucritus.
Evetes Locrus.
Evmaridas Parius.
Evphemus Metapontinus.
Evphranor. Vide infra in Temnonide. Meminit & Ariſtoxenus & Athenæus Lib. IV. extremo teſtatur ſcripſiſſe περὶ αὐλῶν. Alius pictor & fictor celebris Euphranor, de quo fuſe Franciſcus Junius p. 87. 88. Catalogi Artificum.
Eurycratus Laco.
Eurymenes Samius Athleta. Porphyr. p. 10. Diverſus ab Eurymene Syracuſano Dionis fratre duce cohortis quam à Dionyſio Tyranno adverſus Pythagoreos miſſam tradit Jamblichus c. 31.
Euryphamus Metapontinus, ex cujus libro περὶ βίου fragmentum occurrit apud Stob. ſerm. 101. hic eſt quem Lyſidis miram promiſſi ſervandi fidem expertum narrat Jamblichus c. 30. male Ἐυρίφημος in Jamblicho Arcerii p. 220.
Euryſus ſive Eurytus Metapontinus inter eos refertur qui juvenes audiverunt Pythagoram jam ſenem. Jamblich. c. 23. Alius Eurytus Tarentinus Philolai diſcipulus memoratur apud Jamblich. c. 28. & Laërt. VIII 46 ubi eorum diſcipuli vocantur Xenophilus, Phanto, Echecrates, Diocles & Polymnaſtus poſtremi Pythagoreorum, undecima generatione ſive ſucceſſione à Pythagora. Ex Euryſo περὶ τύχης fragmentum apud Stobæum Eclog. p. 16. Vide & Theophraſti Metaphyſ. c. 3. ex Archyta, & Ariſtotelem Metaphyſ. Lib. ult. c. 5. Eurytum hunc audivit Plato teſte Laërtio III. 6.
Euthycles Rheginenſis. Jamblich. c. 27.
Euthynus Locrus.
Euthynus Tarentinus.
Euxenus Heracleota. Apollonii Tyanæi præceptor, dogmatum Pythagoræita gnarus, notante Philoſtrato p. 8, ut aviculæ voces humanas edoctæ.
Euxitheus.
Glorippus Samius.
Glycinus Metapontinus.
Gorgiades. Vide ſupra in Archippo.
Gyptius ſive Gyttius Locrenſis.
Helicaon Rheginenſis, qui civibus ſuis leges tulit. Jamblich. c. 30.
Heloris Samius.
Heraclides Ponticus Pythagoreorum auditor fuit teſte Laërtio. V. 86. &

2011 Ministerio de Cultura

περὶ τ̃ Πυθαγορείων ſcripſit. id. 88. Heraclidis locum de Muſica per Pythagoram reperta & exculta habes apud Porphyrium in Harmonica Ptolemæi p. 213.

Hicetas Syracuſius, qui ſtante cœlo terram moveri docuit. Laërt. VIII. 85. Ciceroni IV. Academ. Quæſt. *Nicetas.*

Hierocles auctor commentarii in carmina aurea Pythagoræ, de quo dixi capite ſuperiore.

Hipparchides Rheginenſis.

Hipparchus ex cujus Libro περὶ εὐθυμίας fragmentum occurrit apud Stobæum ſerm. 106. Ad eum exſtat Lyſidis epiſtola qua illi diſſuadet δημοσία φιλοσοφεῖν. Confer Laërt. VIII. 42. & Syneſii Epiſtolam ad Herculianum. Hic ipſe eſt Hipparchus de quo Clemens Alex. V. Strom. p. 575. Φασὶ γὰρ Ἵππαρχον τὸν Πυθαγόρειον αἰτίαν ἔχοντα γραψαθαι τὰ ἔ Πυθαγόρᾳ σαφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ σήλην ἐπ' αὐτῷ γενέθαι οἵα νεκρῷ. Confer Theodor. Canterum Lib. I. c. 12. Var. Lect. & quæ infra in *Perilao.*

Hippaſus Metapotinus ſive Crotoniata à Jamblicho c. 23. relatus inter eos qui juvenes audivere Pythagoram jam ſenem. De eo Laërtius VIII. 84. qui nihil eum ſcripſiſſe ex Demetrii Homonymis notat. Idem tamen Laërtius VIII. 7. ait nonnullos tradere quod μυστικὸν λογον Hippaſus ſub Pythagoræ nomine, in ejus quidem ignominiam compoſuerit. Hoc ſcriptum ἱερὸν λόγον videtur vocare Jamblichus c. XXXV. p. 216. diverſum ab altero λόγῳ ἱερῷ. * apud eundem memorato cap. XXVIII. p. 135. & à λόγῳ ἱερῷ tertio cujus initium habet Laërtius VIII. 7. Plura de Hippaſo hoc Menagius in notis p. 387. ſeq. Et Reineſius Epiſtolis ad Hofmannum p. 504. Quemadmodum vero apud Cœlium Aurelianum Præf. ad libros de morbis acutis, Hippaſi nomen corruptum in *Ipalli*, ſic apud Nemeſium p. 55. in *Hipparchi.* Pythagoræ quoque avus Hippaſus vocabatur. Præterea inter Pythagoricos Jamblichus memorat Hippaſum Sybaritam. Omitto Hippaſum Laconem qui de Republica Lacedæmoniorum libros quinque compoſuit. Laërt. VIII. 84. De Hippaſo Metapontino adſcribam adhuc locum Jamblichi è libro tertio de Philoſophia Pythagorica Græce necdum edito p. 64 ex verſione Nic. Scutellii: *Hippaſus ejicitur* è *Pythagoræ ſchola eo quod primus ſphæram duodecim angulorum* (Dodecaëdron) *edidiſſet* (adeoque arcanum hoc evulgaſſet) *Theodorus etiam Cyrenæus & Hippocra-*

tes

* Vide quæ ſupra Lib. I. c. XIX. num. 2. & Lib. II. c. XII. p. 454. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

tes Chius Geometra ejicitur qui ex Geometria quæstum factitabant. Confer Vit Pythag. c. 34. & 35. Ἀκουσματικὸς dicitur eidem Jamblicho ad Nicomachum p. 11. Allegatur p. 142. 159. 163. & apud Theonem Smyrnæum p. 91.

Hippocrates Chius, Geometra. Meminit Proclus Lib. II. in Euclidem p. 19. & Jamblichus in loco quem paulo ante in Hippaso adduxi. In reliquis omnibus excepta Geometria stultum ac ridiculum fuisse testatur Aristoteles Ethic. ad Eudemum VIII. 14. Præter alia ingenium exercuit in quadratura circuli demonstranda, teste eodem Aristotele 1. de Sophist. Elench. c. 10. Themistio & Eutocio. Vide Meursium ad Chalcid. p. 5. seq.

Hippodamus Thurius, ex cujus libro περὶ εὐδαιμονίας fragmentum apud Stobæum serm. 101. ex Lib. de Rep. id. serm. 41. & 96. Mureto idem est Hippodamus Milesius qui ab Aristotele reprehenditur Lib. II. Politicor. Vide Mureti Varias lect. Lib. I. c. 14. & Lib. XV. c. 18.

Hippomedes Ægæus idem ut suspicor qui in Jamblichi codicibus c. 18. p. 89. vocatur Ἱππομέδων ἄγριος Αἰνεὺς Πυθαγόρειος τῶν* ἀκουσματικῶν.

Hippon Samius.

Hipposstratus Crotoniata.

Hipposthenes Crotoniata.

Hipposthenes Cyzicenus.

Jamblichus Chalcidensis Syrus, scripsit vitam Pythagoræ aliaque ad Philosophiam Pythagoricam spectantia, de quibus infra Lib. IV. Discipuli ejus Sopater, Ædesius, Eustathius, Plutarchus Atheniensis, Theodorus, Euphrasius &c. Vide quæ ad Eunapium.

Ibycus.

Iccus vel Icmus Tarentinus.

Itanæus Crotoniata, sive ut vir Claris. Obrechtus edidit, Itmæus.

Laco Samius.

Lacritus sive Lacrates Matapontinus.

Laphaon sive Laphion Metapontinus.

Leo Metapontinus. Vide supra in Alcmæon. Idem forte Leo, Neoclidis discipulus, qui inter claros Geometras celebratur à Proclo lib. II. in Euclid. alius Leo Phliasiorum Tyrannus, cui se Philosophum professus Pythagoras est apud Laërtium VIII. 8. Cicero V. Tusc.

* Ἀκουσματικοί vocantur Jamblicho auditores & discipuli familiares Pythagoræ, quibus opponit μαθηματικούς, quos pro veris Pythagoræis habitos à prioribus negat Lib. III. defecta Pythagorica p. 64. edit. Scutellii. Confer eundem Vit. Pythag. c. 18. & Gellium Lib. I. c. 9.

2011 Ministerio de Cultura

Leocritus Carthaginienſis.
Leocydes Metapontinus.
Leonteus Tarentinus.
Leophron Crotoniata.
Leptines Syracuſius.
Leucippus à Jamblicho c. 23. refertur inter eos qui Pythagoram jam ſenem audierunt juvenes. Laërtio Leucippus ſexta demum à Pythagora γενεᾷ memoratur proœm. ſect. 15.
Sub Lini nomine carmen Heroicum à Pythagoricis confictum memorat Jamblichus c. 28.
Lithagus. Jamblich. c. 35.
Longinus Pythagoricis accenſetur ab Euſebio VI. 19. Hiſt.
Lucius Hetruſcus. Moderati Pythagorici diſcipulus. Plutarch. VIII. 7. quæſt. convival.
Lycon Tarentinus.
Lyramnus Ponticus.
Lyſiades Catanæus.
Lyſibius Tarentinus.
Lyſis Tarentinus, cujus exſtat Epiſtola ad Hipparchum de qua ſupra cap. X. num. 32. A Jamblicho c. 23. refertur inter eos qui juvenes Pythagoram auſcultarunt jam ſenem. Epaminondam * inſtituit teſte Porphyrio p. 38. & Jamblicho c. 35. Commentarios de Philoſophia Pythagorica compoſuit, id. p. 40. Vide & ſupra in Cylone & Laërtium VIII. 7. qui Lyſidis quædam ſub Pythagoræ nomine ætate ſua lecta eſſe teſtatur. Fidem ſingularem ſervandi etiam in re levi promiſſi Euriphamo teſtatus eſt, ut narrat Jamblich. c. 30. Allegatur Lyſis ab Athenagora in Apologia.
Malchus. Vide infra Porphyrius.
Malias Lucanus.
Mamercus.
Megillus ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν. Theologum. Arithmeticæ p. 28. Meminit hujus Megilli Plato.
Megiſteas Metapontinus.
Melanippus Cyrenæus.
Meliſſias Metapontinus.

Meliſ-

* Ab eodem cum Thebis diem Lyſis obiiſſet conditus eſt. Vide Plutarchum de genio Socratis f. 585. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Meliſſus Samius. Plutarch. Pericle.
Meneſtius Sybarita.
Meno Crotoniata, Pythagoræ gener, niſi legendum Milo. Jamblich. c. 30.
Meto Parius. Vide ſupra in Alcimacho.
Metopus Metapontinus. Ex hujus an Sybaritæ Metopi libro de virtute exſtat fragmentum apud Stobæum. ſerm. 1.
Metrodorus Medicus Pythagoricus Epicharmi frater Thyrſi filius memoratur à Jamblicho c. 34.
Millias Crotoniata.
Milon Crotoniata, in cujus ædibus convenire ſoliti & Cylonio ſceler eperiere Pythagoræi. Vide Jambl c. 35. Idem robuſtus athleta fuit ut docet Diodorus Siculus XII. 9. cui addes Tzetzen Chil. II. hiſt. 39. & Scholiaſten Luciani T. 1 p. 14. ſeq. Porro plures fuiſſe Milones recte obſervatum Caſaubono cap. VI. lectionum Theocriticarum. Milonis uxor Myia de qua infra. E Milonis Phyſicis fragmentum apud Stobæum Eclog. p. 67.
Miltiades Carthaginienſis fidem ſuam probans Poſſidi Argivo itidem Pythagorico. Jamblich. c. 27.
Mimas. Hujus eſſe quinque Διαλέξεις de bono & malo, honeſto & malo, honeſto & turpi, juſto & injuſto, mendacio & veritate, ſapientiaque ac virtute num doceri poſſit : quas cum fragmentis Pythagoreorum ad Laërtii calcem edidit H. Stephanus, veriſimile viſum Nobili Viro *Johanni North*, qui illas latine vertit & notis illuſtravit. Exſtant inter opuſcula Mythica, Phyſica & Ethica Tho Galei V. C. edit. Amſtelod p. 704. & Mimantis nomen occurrit p. 722.
Mimnomachus Leontinus.
Mnemarchus ſive Mneſarchus Pythagoræ F. Ariſtæi in ſchola Pythagorica ſucceſſor, ſi credimus Jamblicho c. 36. At juvenem deceſiſſe tradit Anonymus apud Photium cod. 259. Pater quoque Pythagoræ Mneſarchus appellabatur, & ſolenne Græcis nomina avorum infantibus imponere, ut Empedoclis Philoſophi avus vocabatur itidem Empedocles. Sic Nicomachus Ariſtotelis Pater. Cimonis nepos Cimon apud Plutarchum. Ovid IX Metamorph. fab. 12 *Vota pater ſolvit, nomenque imponit avitum, Iphis avus erat.*
Mneſilaus Rheginenſis.
Moderatus Gaditanus ſub Nerone clarus Pythagoricus de placitis ſectæ ſuæ ſcripſit libros XI, teſte Porphyr. p. 32, ſive libros V. Πυθαγορικῶν χολῶν

2011 Ministerio de Cultura

χολῶν ut Svidas in Γάδειρα, idem enim opus esse pùto. De Moderato vide Tennulium ad Jamblichi Arithmetic. p. 60. Jonsium p. 229. infra in Oderatus. Fragmentum ejus apud Stobæum Eclog. p. 3.

Mœrus Hygino fab. 257. idem qui aliis Phintias, sponsorem mortis habens Selinuntium qui aliis vocatur Damon.

Molon à Jamblicho c. 23 annumeratur iis qui juvenes Pythagoram jam senem auscultarunt.

Mummius, apud Gotfridum Viterbiensem, lege Numenius.

Myies Posidonius.

Myllias Crotoniata Timychæ maritus. Porphyr. p. 42. ex Hippoboto & Neanthe. Jambl. c. 31. Hunc Midam olim fuisse monuit Pythagoras ap Jamblich. c. 28.

Myonides. Infra in Temnonide.

Nastas Caulonienſis.

Nausitheus Athenienſis.

Nausithus Tyrrhenus. Vide supra in Eubulus.

Nearchus.

Neoclides. Supra in Leo.

Neocritus Athenienſis.

Nias Tarentinus. Lege Clinias.

Nicetas Syracusius. Snpra in Hicetas.

Nicomachus Gerasenus, de quo dixi infra Lib. IV.

Nigidius Figulus de quo in Bibliotheca latina.

Ninon Rhetor, Pythagoreorum, Crotone, accusator & hostis. Jambl. cap. 35.

Numa Pompilius Rex Romanus Pythagorâ antiquior fuit, licet à multis, veteribus quoque, propter nonnullam dogmatum convenientiam Pythagoreus appellatur. De hoc dixi infra in legislatoribus. Vide etiam Stillingfleetum in Orginibus sacris posterioribus Posthumis Lib. I. c. 1. p. 59. seq. Floridum Sabinum lect. subcisiv. cap. 13. Rualdum ad Plutarch. p. 74. De libris Pythagoricis in Numæ sepulchro repertis Livius XL. 29. Plin. XIII. 13. Lactant. 1, 22. Augustin. VIII, 5. de Civ. Dei.

Numenius Apameensis, de quo Meursius ad Hesych. & Jonsius III, 10.

Obsis. Vide Opsis.

OCELLUS (Ὤκελλος sive Ὄκελλος sive Ὄκκελλος deniq;) Lucanus, cujus nepotes convenisse se scribit Archytas Epist. ad Platonem, & ab ejus nepotibus scripta Ocelli περὶ νόμου, περὶ βασιλείας καὶ ὁσιότητος & τῆς τοῦ παντὸς

2011 Ministerio de Cultura

παντὸς γενητέος accepisse: apud Laërt. VIII. 80. Ex ejus libro de lege, fragmentum apud Stobæum Eclog. p. 32. Libellus περὶ τᾶς τοῦ παντὸς Φύσιος etiamnum exstat integer, quanquam non Dorica dialecto qualis primum scriptus ab Ocello fuerat, ut ex fragmentis à Stobæo servatis perspicuè apparet: sed à Grammatico aliquo ut facilius à lectoribus intelligeretur, in κοινὴν dialectum transfusus. Primum Græce prodiit Paris. 1539. 4to. Latinè vertit *Guilelmus Christianus Francisci* I. Medicus & Quinti Florentis Septimii Christiani pater, Lugd. 1541. deinde Græce cum versione sua & notis *Ludovicus Nogarola*, addita Epistola ad Adamum Fumanum Canonicum Veronensem de viris illustribus genere Italis qui Græce scripserunt, Venet. 1559. 8vo. Fallitur Nogarola, qui se primum latine Ocellum dare credidit: sed non minus fallitur Gaddius qui T. 2. p. 128. affirmat Nogarolam non sui ipsius sed Gvil. Christiani versioni notas suas adjunxisse. Ab illo tempore Ocellum cum versione & commentariis suis edidit *Joh. Boscius Lonæus* (male Zonæus in Labbei Bibl. nov. MSS. p. 114.) Lovan 1554. 8vo. Prodiit etiam Græce cum Nogarolæ versione & variis lectionibus ex officina Commeliniana 1596. 8vo. Deinde cum versione nova, paraphrasi & commentariis *Caroli Emmanuelis Vizanii* Bononiensis, qui duobus MSS. Vaticanis & uno Thomæ Bartholini codice ad emendandum Græcum contextum usus est, Bonon. 1646. 4to. Amst. 1661. 4to. Denique; *Thomas Galeus* præmissis de Ocello veterum testimoniis à Johanne Pearsonio collectis eundem librum cum Lud. Nogarolæ versione & notis recudendum dedit in opusculis Mythologicis Physicis & Ethicis Cantabrig. 1671. 8. in qua editione exstat etiam ejusdem Nogarolæ Epistola ad Fumanum paulo antememorata, & Amst. 1688. 8. ubi hæc Epistola desideratur. Occurrit Ocellus Græcè MS. in Bibl. Christianissimi Regis cod. 547. 1018. 2240. teste Labbeo. Loca ex hoc Ocelli libro apud Stobæum Eclog. Phys. p. 44. 45. Vide & p. 59. ac quæ supra in Eccello. Et Joh. Pearsonium ad symbolum Apostol. p. 90. seq. edit. latinæ, Theodorumque Canterum Lib. I. var. lect. cap. 17. Argute de eo Jacobus Duportus p. 384. poëm.

Dum mundum æternum putat, haud bene cernit Ocellus:
Verâ Lucanus denique luce caret.

Ocylus Ocelli Lucani frater.

2011 Ministerio de Cultura

Pro Oderato apud Syrianum in Metaphyſ. legendum Moderatus, de Odias Carthaginienſis. (quo ſupra.

Oecetes. Plutarch. III. 9. de placitis Philoſ.

Onatus Crotoniata. Ex ejus libro περὶ θεῶν καὶ θεοῦ affert quædam Stobæus Eclog. Phyſ. p. 1. & 4.

Opſis Pythagoricus allegatur ab Athenogora in Apologia, una cum Lyſide & Philolao.

Opſimus Rhegienſis.

Oreſander Lucanus.

Oreſtades Metapontinus Laërtio IX. 20. memoratus; male *Areſtades* in Jamblicho Arcerii.

Sub Orphei nomine ſcripta quædam jactabant Pythagorei, quorum ipſi videntur fuiſſe auctores. Vide quæ ſupra Lib. I. c. XIX. §. 1.

Paction Tarentinus.

Panaceus laudatur ab Ariſtide Quintiliano præf. Muſicæ.

ParmenidesEleatees Heſperum & Luciferū primus obſervavit, quod alii tribuunt ipſi Pythagoræ. Vide Iſ. Cauſaubonum ad Laërtii VIII. 14. Inter præcipuos Phyſicos citari ſolere notat Jamblichus c. 29.

Parmeniſcus Metapontinus. Laërt. IX. 20. & Athen. Lib. XIV. Jamblichi codd. Parmiſcus.

Paron Pythagoreus occurrit in latina Argyropoli verſione Lib. IV. Phyſicorum Ariſtotelis c. 13. atque inde apud Muretum ad Lib. I. Ethic. p. 107. ſed παρὼν Πυθαγόρειος apud Ariſtotelem vertendum eſt: *præſens forte quidam Pythagoreus*, ut pridem notatum Franciſco Luiſino Lib. III. parergon c. 17.

Pauſanias Anchiti F. Medicus cui Empedocles Poëma Phyſicum inſcripſit, & cui dicitur ὑφηγήσασθαι ſive ſuppeditaſſe quæ ille περὶ τῆς ἄπνοης vulgaverat. Vide Laertium VIII. 60. De illo Anchito confer Jamblichum c. XXV. p. 110.

Pempelus.

Perilaus Thurius ex Pythagorica ſchola ejectus. Jamblich. c. 17. Δυσκίνητος εἴ τις καὶ δυσπαρακολούθητος εὐρίσκετο, σὴν δέ τινα τῷ τοιούτῳ καὶ μνημεῖον ἐν τῇ Διατριβῇ χώσαντες, κζ καὶ Περιλάῳ τῷ Θουρίῳ, λίχετον καὶ Κύλωνι τῷ Συβαριτῶν ἐξάρχῳ ἀπογνωσθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν ἐξήλασιν ἀν ξ ὁμαικοῖς &c. Adde c. 34. p. 206. c. 35. p. 210. & quæ ſupra in *Hipparcho*.

Phædo Poſidonius, diverſus à Phædone Elienſi Socratico.

Phænecles Parius.

Phanton Phliaſius, Echecrates, Polymnaſtus & Diocles itidem Phliaſii &

2011 Ministerio de Cultura

sii & Xenophilus Chalcidenſis, Ariſtoxeni æquales, undecima à Pythagorâ generatione. Laërt. VIII. 46. licet Jamblichus c. 35. de illis loquitur tanquam de Pythagoræ ipſius auditoribus.

Philo Hebræus à Clemente Alex. 1. Strom. p. 305. & Sozomeno Lib. I. c. 12. Pythagorius appellatur. Sed & Euſebius Lib. II. hiſt. Eccleſ. c. 4. notat quod Platonicam pariter & Pythagoricam Philoſophiam ſectatus fuit. Et Plato ipſe ut infra obſervo in multis Pythagoræ veſtigia traditur legiſſe.

Philodamus Locrus.

Philolaus Crotoniates Heracleæ vixit. Jamblich. c. 36. Archytæ diſcipulus, in cujus demortui ſepulchro audita divina Harmonia, ſi fides eidem Jamblicho c. 28. Primus è Pythagoricis commentarium de rebus Phyſicis vulgaſſe fertur, ut idem Jamblichus c. 31. Laërtius aliique. Ac ne vulgavit quidem ipſe, ſi verum eſt quod ajunt Platonem qui in Italia ipſum adierat teſte Laërtio III 5. 400. aureis numis ſive unum ſive tres Philolai libros ab ejus conſanguineis pauperis Philolai heredibus vel ipſum redemiſſe vel emptum à Philolao accepiſſe, atque inde Timæum ſuum compoſuiſſe. Vide quæ viri docti ad Laërtium VIII. 8. & Gellium III. 17. Vide & ſupra in Eurytus. Apud Laërtium VIII. 55. verba Φησὶ δ' Νεάνθης ὅτι μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐκοινώνουν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων. ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς ποιήσεως &c. ita ſunt reddenda: *Refert Neanthes Pythagoricos cum Philolao & Empedocle etiam dogmata ſua communicaſſe. Poſtquam vero Empedocles Poëmata illa vulgare cœpit, latam eſſe legem ut verſificator omnis inde arceretur.* Allegatur Philolaus ab Athenagora in Apologia, à Jamblicho in Nicomachum p. 7. 11. 109. 168. Theologum Arithmet. p. 61. Theone Smyrnæo p. 27. E Philolai Βάκχαις fragmenta apud Stobæũ Eclog. Phyſ. p. 57. 51. 34. *De mundo* p. 49 *De anima* p. 44. Περὶ Φύσεως, Theologum. Arithmet. p. 22. & Theo Smyrnæus p. 166. Claudiani vero Mamerti locus non prætermittendus Lib. II de ſtatu animæ c. 2. *Pythagoræ quia nihil ipſe ſcriptitavit à poſteris quærenda ſententia eſt. In quibus vel potiſſimum floruiſſe Philolaum reperio Tarentinum, qui multis voluminibus de intelligendis rebus & quid quæque ſignificent opido obſcure diſſertans priusquam de animæ ſubſtantia decernat, de menſuris, ponderibus & numeris juxta Geometricam Muſicam atque Arithmeticam miriſice diſputat, per hæc omnia univerſum exſtitiſſe confirmans.* &c. Confer Lib. II. c. 7. ubi profert locum Philolai è tertio voluminum περὶ ῥύθμων καὶ μέτρων.

2011 Ministerio de Cultura

Philolaus Tarentinus insignis Mechanicus celebratur à Vitruvio libro & capite primo.

Philonides Tarentinus.

Phintias Syracusanus, aliis Pythias, amicitiæ Pythagoricæ fide adversus Damonem celebris. Vide excerpta Peiresc. è Diodoro Sic. p. 242. Plutarchum περὶ πολυφιλίας. Porphyr. p. 41. Jamblich. p. 197. Cic. 5. Tusc. & 3. de offic. Lactant. V. 18. Vide & supra in *Mœrus*.

Phrontides Tarentinus.

Phryciadas Crotoniata.

Phrynichus Tarentinus.

Phytius Rheginensis, qui civibus suis leges tulit. Jamblich. c. 30. Meminit ejusdem c. 27.

Pindarus Poëta celebris à Clemente Alex. 5. Stromate p. 598. vocatur Πυθαγόρειος.

Piserrhydus Tarentinus.

Pisicrates Tarentinus.

Plato. Vide supra in Archyta & Philolao & Anonymum Photii c. 259. p. 46. edit. Holsten. Jamblich. c. 30. Sed & Aristoteles Platonis Philosophiam πὲ πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις δόγμασιν ἀκολουθοῦσαν notat Lib. I. Metaphys. c. 6.

Ptolemæus Sybarita.

Polemarchus Tarentinus. Hic Poliarchus dicitur apud Athenæum Lib. XII. p. 545. ubi Archytæ γνώριμος appellatur. Ob nimium voluptatis studium cognominatus est Ἡδυπαθής.

Poliades Sicyonius.

Polus Lucanus, ex cujus libro de justitia fragmentum exstat apud Stobæum serm. 9.

Polyctor Ægeus.

Polymnastus Phliasius, vide supra in Phanton.

Porphyrius Pythagoræ vitam ita scripsit ut satis appareat eum quam plurimum tribuisse illius Philosophiæ. De Porphyrii scriptis post præstantiss. Holstenium ago infra Lib. IV.

Possis Argivus. Supra in Miltiades.

Proclus Laodicenus, qui teste Suida scripserat in χρυσοῦ ἔπη, & Nicomachi Arithmeticam, aliaque.

Proclus Metapontinus.

Prorus Sicyonius ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδος laudatur â scriptore Theologumenon Arithmeticæ p. 44. De Proro Cyrenæo Cliniæ Tarentini miram fidem experto Jambl. c. 33.

Proxenus Posidonius.

2011 Ministerio de Cultura

Proxenus Sybarita.

Ptolemæus Philadelphus Philoſophus. Jonſius p. 77. neſcio quo auctore.

Pyrrhon Metapontinus.

PYTHAGORAS Philoſophus ſectæ hujus Princeps *Præceptores* habuiſſe fertur Anaximandrum, Biantem, tum Creophyli ἀπόγονον cognomento Hermodomantem, ſive ut Apulejus Leodamantem, præterea Epimenidem, Pherecydem, Thaletem. *Parentes* Mneſarchum & Pythaidam: avum Euphronem, proavum ſi Pauſaniam Corinthiacis audimus Hippaſum, qui pulſus Phliunte ab Heraclidis. Aliis apud Laertium Pater ejus Marmacus eſt, Hippaſus avus, atavus Euthyphron, Cleoniusque abavus Phliunte pulſus. *Uxor*, Alcæi filia, ſive Theano Brontini Crotoniatis (Porphyrio Pythonactis Cretenſis.) *Filius* Telavges, quibus alii addunt Arimneſtum itemque Marmacum, quem ſunt qui Mneſarchum vocant & juvenem obiiſſe referunt. *Filiæ* Theano, nupta Ariſtæo, & Arignote: quibus alii addunt Damonem, Myiam & Æſaram, Damonisque filiam Bitalem. Ipſe ſe jactabat, antequam Pythagoras eſſe cœpiſſet, fuiſſe Pyrrhum, Hermotimum, Euphorbum & ante tempora Trojana Æthalidem. *Succeſſio Scholæ* ipſius varie refertur. Per *Telavgen* quidem hoc modo, ut Telavgi filio ſucceſſerit Xenophanes, huic Parmenides, illi Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, huic Democritus, Democrito Nauſiphanes, Naucidesque, his Epicurus. Ita Laërt. procem. ſect. 15. Per *Ariſtæum* generum ſic: Ariſtæo ſucceſſit Mneſarchus, iſti Bulagoras, Bulagoræ Tydas Crotoniates, Tydæ Oreſander Lucanus, huic Diodorus Aſpendius. Ita Jamblichus cap. ult. Archytas octavus fuit à Pythagora, Plato nonus, Ariſtoteles decimus, ut notatum Anonymo apud Photium Cod. CCLIX. Undevigeſima à Pythagora generatione ſive ſucceſſione defeciſſe illius ſcholam legas apud Laërtium VIII. 45. Sed utique legendum ἐννέα καὶ δέκα è Lipſii emendatione, quam Codex Regius teſte Menagio confirmat. Nam Ariſtotelis fere æquales fuere Echecrates & alii quos τελευταίους τῶν Πυθαγορείων vocat idem Laërtius VIII. 46.

Pythagoras junior, Aliptes Samius κομήτης, cum Philoſopho cognomine in Italiam veniſſe, eumque inde frequentaſſe & Empedoclis Magiſter fuiſſe creditur Cl. Dodvvello. Vide ejus diſſ. p. 145 220. &c.

Pythias. Valer. Max. IV. 7. idem qui Phintias aliis, de quo ſupra.

Pythodorus Cyzicenus.

Rhexibius Metapontinus.

2011 Ministerio de Cultura

Rhodippus Crotoniata.

Scythinum ex cujus περὶ Φύσεως fragmentum affert Stobæus p. 21. Eclog. Pythagoræum fuisse existimo. Alius ni fallor cujus versus tres de Lyra producit Plutarchus lib. cur Pythia non fundat oracula carmine.

SECUNDUS Athenienſis, Herodis Sophistæ Magister sub Adriano Imp. clarus, à Vincentio Bellovacensi XI. 70. speculi Historialis traditur Pythagoricam vitam duxisse & omni tempore silentium servasse. Ravisius Textor in Officina auctorem nescio quem Diogenem vel Diogenianum laudans p. 1320. *Secundus Philosophus cum matri nescienti esse filium se commiscuisset, & illa facto cognito, sceleris horrore inculisset sibi mortem, ipse quoque cum incestus pœnitentia tum dolore maternæ mortis æternum tacuit, ut ulcisceretur vocem quâ in concubitu matri innotuerat.* Fertur narratiuncula MS. ejusdem argumenti græca scriptore anonymo, cujus & ipse apographon possideo, in qua perinde ut apud Vincentium subjungitur, Secundum hunc frustra ab Adriano Imp. etiam mortis injecto per speculatorem metu sollicitatum ad loquendum, denique ad quæsita ejus scripto respondisse. Nihil ejusmodi de hoc Secundo legas apud Philostratum, qui de illo agit Lib. I. Sophist. p. 543. & quod fabri filius esset Πίθυρον vocatum testatur, pro quo Πίσυρον * legunt Meursius VI. 9. Attic. Lect. Bochartus in Geographia S. p. 718. & Holstenius in præf. ad Secundum, facili é Svida emendatione, apud quem & ipsum altum est de fabula illa silentium, contra non levis occurrit error, quod Secundum hunc cum Plinio Secundo confundit. Sed propemodum assentior Meursii conjecturæ, qui negandi particulam in Svidæ codicibus excidisse putat, legitque ἐχ ὧς ἐχρημάτισε Πλίνιος, ut paulo post Ἡρώδης pro alieno ac vitioso Ἡροδότος. Quanquam certum est hunc

* Hoc vocabulum quod clavum ligneum sive paxillum significat, Jacobus Thomasius ὁ μαχαιρίτης suspicabatur transformatum esse in nomen *Epicteti* Philosophi ab iis qui alterationem Adriani Imp. & Epicteti confinxerunt. Sane altera sic dicta altercatio, sive colloquium, & responsiones Epicteti, quæ incipiunt: *primum est quid sit mundus*, quasque Enchiridio Epicteti subjecit Abrahamus Berkelius Amst. 1670 8. & Delphis 1683. 8. simillima est Secundi responsis. At enim altera altercatio Adriani & Epicteti ab eodem Berkelio edita, cujus initium: *Quid erit nobis si cinctum solvas* &c. plane alia est & alterius argumenti, vulgata pridem Paris 1611. 4. ad calcem Pseudo Berosi, & Basil. 1552. fol. ad calcem Notitiæ utriusque Imperii. Cæterum Epictetum Adriani familiarem fuisse testatur Spartianus, qui etiam quæstionibus semper agitatos tradit ab Adriano Philosophos non minus quàm Grammaticos, Rhetoresque.

2011 Ministerio de Cultura

hunc errorem erratum etiam ab aliis, quandoquidem in editionibus quibusdam ſententiarum Secundi, ut Monaſterienſi A. 1597. quam in ſua notitiæ dignitatum Imperii editione Pariſ. 1651. 12. ab hoc tamen errore immunis ſecutus eſt Philippus Labbeus, hunc videas titulum præfigi: *Altercatio Hadriani Imp. & Plinii Secundi* Cæterum reſponſa Secundi Athenienſis ingenioſa & ænigmatica Græce & latine ptimus è Bibl. Regis Chriſtianiſſimi iu lucem edidit *Lucas Holſtenius* cum Salluſtii Philoſophi libello de diis, DEMOPHILI * *ſimilitudinibus & ſententiis* elegantiſſimis ἐκ τῶν Πυθαγορείων, (quas βίᾳ θεραπείαν ſive Vitæ curationem inſcripſit auctor) & DEMOCRATIS ** Philoſophi vere *aureis ſententiis*, ſententiisq; non min⁹ egregiis *Sexti* Pythagorei, ſed his quidem poſtremis ex ſola quæ ætatem tulit Rufini verſione Rom. 1638. 12mo. Lugd. Bat. 1639. 12. & in Opuſculis Mythologicis Ethicis & Phyſicis junctim editis à Tho. Galeo Cantabrig. 1670. 8. & Amſt. 1688. 8. in qua poſteriore editione, Holſtenii præfatio ad Carolum & Maphæum Barberinos, & præfatio ad Lectorem deſideratur, ex qua diſcas Demophilum è Vaticana, De-

* Has ſimilitudines ſive γνωμικὰ ὁμοιώματα ſeparatim cum obſervationibus ſuis moralibus Græce & latine recudi curavit *Jeſperus Svvedberg* Cuprimontanus, Upſal. 1682. 8. Holſtenio videntur ejusdem forte Demophili eſſe, cujus ſcholia quædam in Ptolemæi tetrabiblum edita ſunt. Demophilum de ritibus Ægyptiorum laudat Kircherus III. Oedipi pag. 358. Demophilum Apolloniaten exhibet theſaurus Golzii in numo. Demophilus quoque Comicus quidam fuit, de quo Plautus in Prologo Aſinariæ. Alius Demophilus Cumanus Ephori hiſtorici pater teſte Strabone. Sed & Ephori hujus filius Demophilus quidam fuit, itidem hiſtoricus, teſte Diodoro Sic. Alius denique Demophilus Bithynus, apud Julianum in Miſopogone, & Svid. Δαμόφιλ. Demophilus Epiſcopus Cʼolitanus, quem nonnulla parum ſana dogmata effudiſſe Svidas memorat in οἶον. Porro noſter Demophilus ſua ſimilia *Aſclepiadi* cuidam inſcripſit, quem in extremo appellat φίλτατον & ἱερώτατον.

** Democratis ætatem, patriam & ſectam, judice Holſtenio, vetuſtiſſimus Jonici ſermonis character oſtendit. Ejus dicta & ſententias nonnullas Stobæus & Antonius Meliſſa proferunt, apud quos ſæpius cum Democrito librariorum imperitiâ confunditur, quorum error in tanta rerum antiquarum ignoratione haud facile emendari poteſt. Plutarchus quoque in Politicis præceptis Democratis cujusdam meminit, qui in Athenienſis Rep. verſabatur circa Olymp. CX. Neque ab hoc fortaſſe diverſus eſt ille, quem ab Epicuro ob libros transſcriptos exagitatum in libello contra Epicurum idem Plutarchus refert. Fuit & Democrates Medicus qui ſub Auguſto Imp. vixit memoratus Plinio XXIV. 7. Ejusdem Φιλίατρον, Κλινικὸν & de antidotis librum laudat Galenus, notante ad Plinium Harduino. Democrates Athleta de quo Ælianus IV. 15. Var. Democrates Rhetor, præceptor Auguſtini, qui ejus meminit in principiis Rhetoricæ c. 8. Prætereo Democratem cui ſacra facere à Pythia juſſi ſunt Platæenſes, teſte Clemente Alex, p. 26. protreptici,

2011 Ministerio de Cultura

na, Democratem è Barberina depromsisse Bibliotheca, Secundi vero sententias vel potius ænigmata verum existimasse & genuinum Sophistæ illius arguti & βραχυλόγου fœtum, *de quo post Antonii*, inquit, *& Vincentii testimonia dubitare non licet.* Observo interim Antonium Melissam longe alium codicem sententiarum Secundi habuisse quam Holstenius. Eadem autem descriptio mulieris quæ ex Secundi ore apud Antonium exstat, à Lambecio è codice Cæsareo producitur Lib. VII. p. 270. Diversa ab Holstenii pariter & Antonii, est in codice Gudiano in plurímis ab Holsteniana editione discrepante, cujus apographum servo, & ex illo nihil aliud in præsenti produco quam hanc Monachi descriptionem, ab Holstenio vel non inventam, vel quod auctorem neutiquam habere potest Philosophum istum Secundum, ab eo prætermissum: Τί ἐστι Μοναχός; Θάνατος πωλούμενος, ἀγωνοθέτου θυμὸς, χαρμοσύνης ὑπόθυμία, τύχης ὑπόπτωμα, ὀξὺς θάνατος, ὑπεραλπιζομένη μοῖρα, ὑπερμένων μόρος, καὶ νίκη. Quam varii olim circumlati sint responsionum Secundi codices, videre etiam licet ex Vincentio supra laudato XI. 71 specul. hist. ex auctore semibarbaro Operis de vitis Philosophorum cap. 119. & è Caspare Barthio XV. 17. Adversar. si vel inter se vel cum Græcis codicibus conferantur. Itaque si quid argutiarum & ingenii, veteris illius Secundi, in his sententiis, quod non negaverim, supereste, valde tamen interpolatas ad nos pervenisse manifestum est. Alias præterea ab editis *Democratis* sententias exstare in Cæsareo Codice refert Lambecius Lib. III. p. 39. Nonnullæ etiam sententiæ eædem jam sub Demophili, jam sub Democratis jam sub Sexti leguntur nomine, quædam alibi tribuuntur ipsi Pythagoræ, ut apud Stobæum hæc non indigna tanto Philosopho: μεγάλης ἐστὶ παιδείας τὸ ἀπαιδευσίαν δύνασθαι φέρειν, quæ inter *Demophili* gnomas literarum ordine dispositas est duodevigesima, inter gnomas Sexti ducentesima septuagesima quinta. In Isaaci quoq; Vossii Bibliotheca illæ sententiæ exstiterunt in membranis scriptæ, è quibus novam earum editionem accuratiorem cum Jamblicho adornare volebat præstantissimus Galeus, his & aliis laudatissimis conatibus non ita pridem immortuus.

Selinuntius quidam. Supra in Mœrus.

SEXTUS, sive Sixtus, cujus sententias ex *Rufini* versione latine tantum & ab interprete fortean hinc inde interpolatas habemus, exceptis paucis quibusdam illarum, quæ Græce sparsim occurrunt inter sententias

2011 Ministerio de Cultura

tentias Democratis, Demophilique, & apud Origenem. De hoc Sexto quem Pythagoricum vocat Eusebius num. 2010. & cum Sixto Episcopo Romano sciens forte confudit Rufinus, dixi in Bibliotheca latina, editione præsertim qnarta, ubi etiam de Sextis parre & filio, quos Romanis Philosophis accenset Claudianus Mamertus Lib. II. c. 8. de statu animæ.

Sicas Tarentinus.

Silius Crotoniata sive Sileus ut legitur in veteri inedita latina Jamblichi versione c. 36. vitæ Pythag.

Simus Posidonins. Idem fortassis quem *Ἁρμονικὸν* vocat Porphyrius p. 3.

Smicheas Tarentinus.

Sosistratus Locrus.

Sosthenes Sicyonius.

Sostratius Sicyonius.

Sotion Alexandrinus, à quo amorem Pythagoræ sibi injectum affirmat Seneca Epistola 108. neque tamen propterea Pythagoreum fuisse credit Lipsius Lib. I. Manuduct. c. 12. sed non alienum ab ea abstinentia fortasse & aliis magna nimi viri scitis aut institutis.

Speusippus.

Spintharus Tarentinus. Jamblich. c. 31. Hujus dictum de Epaminonda, apud Pluttrch. de genio Socratis f. 592. seq. *μηδενί πω τῶν καθ ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐντετυχηκέναι μήτε πλείονα γινώσκοντι μήτε ἐλάττονα φθεγγομένῳ, in neminem se hominem ætatis suæ incidisse, qui & plura nosset & pauciora loqueretur.*

Stenidas Locrus, ex cujus libro de regno, fragmentum apud Stobæum (serm. 46.

Sthenorides Locrus.

Syllus qui maluit judicatum solvere, quam semel jurare. Jamblich. c. 28.

Symichus Centorupinorum tyrannns, qui Pythagora audito imperium deposuit, opesque suas partim sorori partim civibus donavit. Porphyr. p. 14.

TelavesPythagoræ F. (Porphyr. p. 3.) & successor. (Anonymus p. 14 apud Phot. cod. 259.) Theanus & Pythagoræ filium vocat Empedocles apud Laërtium VIII. 42. ubi Empedoclis præcetor fuisse & nihil scripsisse dicitur. Apud eundem Sect. 53. profertur aliquid ex Telavgis Epistola ad Philolaum, sed sect. 55. negatur illa esse *ἀξιόπιστος*. Sane supervixerit Empedocli Telavges, si scripserit quæ sect. 74. adducuntur. Jamblichus c. 28. ait Pythagoricos quosdam ad Telavgen referre librum Pythagoræ de Diis sive sacrum sermonem

2011 Ministerio de Cultura

Teles ex cujus libro περὶ ἀυταρκείας fragmentum in florilegio Stobæi, ſerm. 5. è libro de exilio ſerm. 38. de comparatione divitiarum & virtutis ſerm. 89. & 93. de vita & quod voluptas non ſit ſummum boni ſerm. 96. è libro περὶ φειδύσεων ſerm. 106.

Temnonides & Euphranor juniores Pythagorici allegantur à Jamblicho in Nicomachi Arithmet. p 163. Alii Codices legunt *Myonides*.

Theætetus qui Rheginis leges tulit. Jamblich. c. 30.

Theages ex cujus libro περὶ ἀρετῶν fragmenta exſtant apud Stobæum ſerm. 1. Democratiæ ſuaſor Crotone fuit cum Diodoro & Hippaſo ut narrat Jambl. c. 35. adde quæ ſupra in Democede. Mentio & hujus Theagis apud Æneam Gazeum de immortalitate animæ p. 25,

Theanor Crotoniata. Plutarch. de genio Socratis f. 582.

Theocles. Jamblich. c. 27.

Theodorus Cyrenæus. Vide Jamblichi locum ſupra in Hippaſo. Meminit Geometræ hujus Pythagorei etiam Proclus in Euclidem Lib. II. p. 19.

Theodorus Sicyonius.

Theodotus Tarentinus.

Theorides Metapontinus Euryti æqualis.

Theſtor Poſidoniates Thymaridem Parium ſingulari fide complexus. Jamblich. c. 33.

Thraſeus Metapontinus.

Thraſydamus Ægeus.

Thraſymedes Metapontinus.

Thymarides Parius. Vide paulo ante in Theſtore.

Thymarides Tarentinus, à Jamblicho in vit. Pythag. c. 23. refertur inter eos, qui Pythagoram ſenem juvenes auſcultarunt. Meminit ejus idem Jamblichus c. 28. ubi refert eum non voluiſſe quæ ipſe ſed quæ Deus vellet, & ad Nicomachi Arithmetica p. 11. 36. 88. 91. 95. Vide & Petrum Petitum Miſc. Obſ. p. 19. ubi Dionyſium Tyrannum in Thymaridis hujus Heroium illatum eſſe notat ex Ciceronis Lib. III. de natura Deorum, etſi in Ciceronis editionibus non *Thymaridis* ſed *Tympanidis rogum* legitur, pro quo Leſcaloperius p. 685. *tympanidiis in rogum illatus eſt.*

Timæus Crotoniata.

Timæus Locrus tanquam Ἀστρονομικώτατος & naturæ univerſæ diligentiſſimus inquiſitor laudatur à Platone, qui dialogum ſuum quem Timæum

2011 Ministerio de Cultura

mæum inſcripſit, maximam partem ex Pythagorici illius libello (qui à Proclo ſervatus etiamnum exſtat) περὶ Φύσιος ſive περὶ τοῦ παντὸς expreſſit, ut jam olim notavit Timon Sillographus. Vide quæ infra in ſcriptis Platonis. Ocellum Lucanum Timæi πρόοδον ſive anteambulonem vocat Proclus Lib. III. in Platonis Timæum. Cicero Lib. V. de finibus, Timæum hunc, qui Doricè ſcripſit, refert inter Pythagoricos quos Plato Philoſophiæ cauſa ipſe adiit.

Timæus Parius.

Timaratus qui cum Zaleuco Locrenſibus leges tulit. Jamblich. cap. 30. Timares idem vocatur c. 27.

Timares Locrus, alibi Timaratus; ut jam dixi.

Timaſius Sybarita.

Timeſianax Parius.

Timoſthenes Ægeus.

Tydas Crotoniata, Bulagoræ in ſchola Pythag. ſucceſſor. Jambl. c. 36.

Tyrſenus Sybarita.

Vatinius quoque Pythagoricus audire volebat, & hominis doctiſſimi nomen ſuis immanibus & barbaris moribus prætendere, ut ait Cicero.

Xenocides Metapontinus, Ξενοκείδης, ut edidit Arcerius. In veteri inedita Jamblichi verſione Xenochades, Eliæ Obrecto Xenocades.

Xenon Locrus.

Xenophantes Metapontinus.

Xenophilus Chalcidenſis ex Thracia. Laërt. VIII. 16. & 46. unde apparet eum Ariſtoxeni æqualem, circa decimam à Pythagora generationem ſive ſucceſſionem exſtitiſſe. Confer Gellium III. 11. & quæ ſupra in Phanton, & Pythagoras.

Xenophilus Cyzicenus.

Xentas Caulonenſis.

Xuthus Pythagoreus. Vide interpretes ad Ariſtot. IV. 9. Phyſ.

Zaleucus Locrus. } de his dixi infra capite proximo ubi de legislatoribus.
Zamolxis Thrax }

Zaratas (de quo ſupra Lib. I. in Zoroaſtre) Pythagoræ præceptor fuiſſe traditur, aliis Nazaratus Aſſyrius.

Zeno Eleates, τῆς Πυθαγορείου Διατριβῆς. Anonym. ap. Phot. cod. 259. Laërtius proœm. ſect. 15.

Zopyrus Tarentinus.

2011 Ministerio de Cultura

En tibi, Lector, Sectatores Pythagoræ paucos è multis. Nam ut Porphyrius pag. 13. è Nicomacho retulit, Pythagoras uno sermone ad Crotoniatas habito plures quam bis mille homines permovit ac cepit, quod affirmat etiam Jamblichus c. VI. Et in veteri versione inedita Jamblichi cap. XXXVI. post catalogum bene longum sequuntur hæc verba, quæ in Græcis omissa potius, quam ab interprete addita, mihi persvadeo: *Hi vero sunt Pythagorici non omnes, sed ex omnibus glorioſiores.*

II. *Catalogus Mulierum* PYTHAGORICARUM.

PYthagoræ concessum à Crotoniatis fuit fœminas seperatim à viris docere in templo Junonis, ut refert Jamblichus in vita c. 9. qui cap. 11. nonnulla speciminis loco affert præcepta, quæ fœminis Pythagoras proposuit. Porphyrius itidem p. 12. auctor est eum τοῖς γυναιξὶ καὶ γυναικῶν συλλόγῳ dogmata ac præcepta sua tradidisse. Et Justino teste XX. 4. *Matronarum quoque separatam à viris doctrinam & puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam & obsequia in viros, nunc illos modestiam & literarum studium: —— consecutusque disputationum assiduitate erat, ut matronæ auratas vestes cæteraque dignitatis suæ ornamenta velut instrumenta luxuriæ deponerent, easque omnia delata in Junonis ædem ipsi Deæ consecrarent, præ se ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse. In juventute quoque quantum profligatum sit, victi fœminarum contumaces animi manifestant.* Plures autem fuisse mulieres Πυθαγορικὰς ut vocat Laërtius VIII. 41. sive Πυθαγορίζουσας, constat, de quibus egit olim Philochorus Atheniensis Grammaticus Ptolemæi Philopatoris temporibus clarus in ζωαγωγῇ Ἡρῳϊδῶν γυναικῶν ut ex Svida observat Menagius * qui & ipse Pythagoricas recenset in Historia mulierum Philosophorum. Sunt autem hæ: Abrote-

* *Mirum*, inquit, *videri possit tot Pythagoricas Philosophas exstitisse, cum silentium Pythagorici per quinquennium servarent, & plurima arcana haberent quæ vulgare eis fas non erat; sunt autem mulieres ut plurimum loquaculæ & quæ secretum custodire vix possint.* Ut vero loquaculas multas esse concedas, non negabis esse in eodem sexu alias aliquammultas, sive constantes, sive pertinaces, quæ ubi animum semel obstinaverint in silentium, quòvis viro servare illud sanctius poterint. Quod si tacere posse virtus est, neque ita hoc negandum fœminis, cum virtutes universas non viros sed fœminas & virgines finxerint antiqui.

2011 Ministerio de Cultura

Abrotelia filia Abrotelis Tarentini, ſolo Jamblichi teſtimonio nota, licet in vulgatis p. 224. legitur Λασθένεια Ἀρκάδισσα. Ἀβροτέλης θυγατηρ Τ Ταραντίνε. Sed in Codice Regio & verſione illuſtris Obrechti diſerte Ἀβροτέλεια *Abrotelia* legitur, neque inſolitum Græcis à Parente nomen filiabus imponere, ut in hoc ipſo Pythagoricarum apud Jamblichum Catalogo χειλωνὶς filia Chilonis Lacedæmonii, in veteri verſione inedità, *Chiloniſſa*.

Æſara Lucana, ex cujus libro de natura hominis, fragmentum exſtat ap. Stobæum Eclog. p. 105. Saram vocat Anonymus in vita Pythagoræ, ejusque filiam fuiſſe teſtatur. Sed Æſaræ nomen præfert Clariſſimus Bentleius p. 383. Apologiæ diſſ. de Epiſtolis Phalaridis, non improbante Dodvvello p. 124. de ætate Pythagoræ.

Arignote Samia à Porphyrio p. 3. accenſetur Telavgi & Myiæ ὧν φασιν καὶ συγγράμματα Πυθαγόρεια σώζεσθαι. Svidas vero in Πυθαγ. teſtatus quosdam illam habere pro filia Pythagoræ, alibi in Ἀρεταφίλη non filiam Pythagoræ fuiſſe innuit, ſed Theanus & Pythagoræ diſcipulam, & ſcripſiſſe Βακχικὰ, ἔστι δὲ καὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων ὑπογράμματα, γράφεται δὲ καὶ ἱερὸς λόγος. Ἔγραψε δὲ καὶ τελετὰς Διονύσου καὶ ἄλλα φιλόσοφα. Si ἱερὸς λόγος fuit titulus Βακχικῶν, quartus fuit hic liber iſta inſcriptione inter Pythagorica monumenta, reliquos tres enim memoravi ſupra in Hippaſo. Sed poſſint etiam verba Svidæ ita accipi, ut ἱερος λόγος reſpiciatur alter eorū qui Pythagoræ auctori tribuebantur, à Bacchicis hiſce plane diverſus, quem nonnulli ſcripſerint auctorem agnoſcere Arignoten. Sed præplacet in præſenti prior ſententia, licet alterius in mentem venerat Lib. I. c. XIX. num. 2. Ἀρεταφίλη ἡ περὶ τὰ Διονύσου (ita legendum, non Διονυσίου) γεγραμμένη memoratur etiam Clementi Alex. 4. Strom. p. 522. Meminit & Harpocration in Ἐυοῖ.

Ariſtoclea Sacerdos Delphica ἡ ἐν Δελφοῖς (non ἡ ἀδελφή) â qua Pythagoras non pauca dogmata ſua moralia accepiſſe ſe eſt profeſſus. Porphyr. p. 27. Eadem *Themiſtoclea* Ariſtoxeno apud Laërt. VIII. 8. & 21. *Theoclea* Svidæ in Πυθαγόρας.

Babelyma Argiva.

Baro. Svidas: Βαρὼ καὶ Δημὼ ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν. ἐξένιζεν ἡ Βαρὼ τὸν Δημώ. Demo eſt Damo de qua infra.

Biſorronde vocatur Menagio quæ in MSto Regis Galliæ & in veteri verſione latina Piſorronde, Arcerio Piſirronde, Obrechto Piſirrhonde, Tarentina.

2011 Ministerio de Cultura

Biſtalia Damonis filia. Βιπάλη Jamblich. c. 28. p. 135. alibi Βιϛελία, & apud Beſſarionem qui Lyſidis Epiſtolam latine exhibet, *Vitalia*. Ita vero Lyſis: *Φαντὶ ᾧ ὅτι καὶ Δαμὼ Θυάσκοισα* Βιϛελία *τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἔπιϛολὰν* (idem præceptum de non vulgandis Pythagoræ commentariis) *ἀπέϛειλεν*.

Byndacis, ſoror Ocelli & Ocylli Lucanorum. Ita enim invenio in veteri Jamblichi verſione, quod longe aliter Arcerius & Menagius. Vide infra in *Philtatis*. Sed cum veteri interprete obſervo conſentire etiam Obrecti codicem, apud quem memorantur *Byndaice ſoror Ocelli & Ocyli Lucanorum*. Sane Ocellum & Ocylum fratres fuiſſe paulo ante notaverat Jamblichus. Arcerio & Menagio Ὀκελλὼ & Ἐκκελὼ præter rem hoc loco ſunt nomina Pythagoricarum.

Byo, Argiva.

Calliſto, ad quam exſtat Theanus Epiſtola.

Chilonis, ſive ut in inedità Jamblichi verſione, Chiloniſſa, Chilonis Lacedæmonii filia.

Cleareta, ad quam Meliſſæ Epiſtola fertur.

Cleæchma, Avtocharidæ Lacedæmonii ſoror. Arcerio Κλεαίχμα rectius forte quam in MS. codice Κληαίχμα.

Crateſiclea Lacæna, Cleanoris Lacedæmonii uxor, in MSS. codicibus Græcis Jamblichi quibus Arcerius & Menagius uſi ſunt deſideratur, ſed in veteri verſione inedita in qua Cratiſtolia ſcribitur & in Obrecti codice exſtat poſt Chilonidem, ut adeo numerus Pythagoricarum XVII, apud eundem Jamblichum non ſit ſollicitandus.

Damo ſive Demo, (vide ſupra in Βαρώ) Pythagoræ filia, qui illi commentaria ſua tradidit fideliter ſervanda ac fideliſſime ab eadem ſervata. Vide Lyſidis Epiſt. apud Laërt. VIII. 42. Jambl. c. 28.

Eccello, & Occello quæ tanquam duæ mulieres Pythagoricæ in quibusdam Jamblichi codicibus & à Menagio p. 100. ſeq. celebrantur, fortaſſe chimæricæ ſunt, Jamblicho certe non memoratæ. Vide quæ ſupra in Byndacis.

Echecratia Phliaſia, Echecratis Phliaſii, Philoſophi Pythagorici filia, ut veriſimillima ſuſpicione conjecit acutiſſimus Senex Menagius in ſua Mulierum Philoſopharum hiſtoria, quam frigidiore quam ipſum eſt ſenium ſcommate perſonatus Vignolius Marvilius T. 2. Miſc. p. 30. vocat *un petit livre tres maigre, & qui ſe ſent fort de la vieilleſſe de l' Auteur*.

Eubu-

2011 Ministerio de Cultura

Eubule, ad quam Theanus Epiſtola exſtat.

Laſthenia Mantinea, Arcadiſſa, Pyhagoricis fœminis à Jamblicho, ſed à Laërtio III. 46. & IV. 2. Clemente Alex. IV. Strom. p. 523. Athenæo VII. 5. & XII. 12. Platonis diſcipulis accenſetur.

Meliſſa Samia, cujus Epiſtola ad Claretam exſtat, ut notavi ſupra cap. X. num. 24.

Myia Theanus & Pythagoræ filia, Porphyr. p. 3. Clemens Alex. 4. Strom. p. 522. Svid. in Πυθαγ. &c. Milonis Crotoniatæ uxor, teſte Jamblicho. Sub nomine Myiæ Epiſtola exſtat ad Phyllidem. Vide ſupra cap. X. num. 24. Alias fœminas celebres hujus nominis memorat Lucianus in Muſcæ encomio T. 2. p. 376. ſeq. Fuerunt enim Lyricæ poëtriæ duæ, Spartiatis una quæ Svida teſte hymnos in Apollinem ac Dianam conſcripſit, quam cum Sapphone videtur conjungere Clemens 4. Strom. pag. 523. altera Theſpiaca itidem Svidæ memorata, & denique tertia famoſa meretrix Athenienſis.

Neſtheaduſa, ſive ut Obrechtus Niſteaduſa, Lacæna. Arcerius vitioſe edidit Πισιρρόνδη Ταραντὶς, Νισεάδδ Σαλάκερα, unde Piſirrhondem Niſteadis filiam effinxit præſtantiſſimus Stanlejus.

Nicoſtrata ad quam exſtat Epiſtola Theanûs quâ eam à Zelotypia dehortatur.

Occello quæ à viris doctis inter Pythagoricas recenſetur, nulla fuit. Vide paulo ante in Byndacis.

Perictione (diverſa à matre Platonis) è cujus libro περὶ σοφίας & alio περὶ γυναικὸς ἁρμονίης fragmenta leguntur apud Stobæum, licet illa Perictionæ ſuppoſita eſſe contendit Clariſſ. Bentleius in Apologia pro diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 381. ſeq.

Philtatis, Φιλτατίς (Arcerio male Φίλτης) Theophridis Crotoniatæ filia, Bynthaici ſoror, Βυνθαΐκῆ enim pro Βυνδαΐκῃ legitur in Codice Jamblichi, manu exarato. Vide tamen ſupra in *Byndacis*.

Phintys Callicratis filia. Ex ejus περὶ γυναικὸς σωφροσύνης fragmentum exſtat apud Stobæum.

Phyllis, ad quam Myiæ Epiſtola exſtat.

Piſirrhonde. Vide ſupra in Biſorronde.

Ptolemais Cyrenæa ἐν τῇ Πυθαγορικῇ Μουσικῆς στοιχειώσει laudatur à Porphyrio in Harmonica Ptolemæi p. 207. 208. 209. Quod antequam Porphyrii liber à Joh. Walliſio ante aliquot annos ederetur, & ante Menagium obſervavit Iſmaël Bullialdus notis ad Theonem Smyrnæum p. 276.

Rhodo-

2011 Ministerio de Cultura

Rhodope, ad quam Epiſtola ſub Theanus nomine edita à Luca Holſtenio.
De altera Rhodope celebri meretrice quæ cum Æſopo ſerviit, vide præſtantiſſimi Bælii Lexicon tum ſuo loco, tum ubi de Naucrate agit.

Sara. Vide ſupra Æſara.

Theano Pythanactis filia, genere Creſſa, Pythagoræ uxor, Mater Telavgis, Mneſarchi, Myiæ & Arignotes. Vide Porphyrium p. 3. Svidam & Laërt. VIII. 43. Ab aliis is Brontini Crotoniatæ filia dicitur, ab aliis Brontini uxor, Laërt. VIII. 42. Apophthegmata ejus nonnulla refert Clemens Alex. 4. Strom. pag. 522. Theo progymnaſm. ubi de Chria, & idem Laërtius VIII. 43. qui & ſcripſiſſe nonnulla innuit. Ex libro *περὶ Εὐσεβείας* fragmentum apud Stob. p. 27. Eclog. De Epiſtolis quæ ſub Theanus nomine exſtant, egi ſupra cap. X. num. 24. Eas Theanus poſterioris, de qua mox dicturus ſum, eſſe malebat Voſſius libro de Poëtis Græcis. Epiſtolam Theanus ad Timaretã laudat Pollux X. 3. Svidas eam ait ſcripſiſſe *ὑπομνήματα φιλόσοφα καὶ ἀποφθέγματα, καὶ ποιήματα δι' ἐπῶν.* Allegatur Theano à Cenſorino c. 7. Meminit & Theophylactus Simocatta in *Ἀποφθέγμασι Φυσικαῖς* cui cicada fœmina eſt *ᾠδῆς ἄμοιρον, οἷά τις Θεανὼ τὰ ἄῤῥητα.* Alia doctiſſ. Menagio obſervata prætereo, niſi quod video præterem ab eo carpi Didymum, quod libro de Philoſophia Pythagorica ſcripſerit Theanonem ſolam è mulieribus Philoſophatam fuiſſe & carmina ſcripſiſſe. Non enim ſolam ſed primam Philoſophatam inter fœminas fuiſſe ſcripſit, mox addit eam ſcripſiſſe poëmata, nec primam hoc feciſſe affirmans, nec ſolam. Vide Clementem Alex. 1. Strom. p. 309.

Fuit & altera Theano junior, Pythagoræ filia. Anonym. ap. Photium. cod. 259. Vel Pythagorica ſaltem, filia Leophronis, quam Svidas ait ſcripſiſſe *περὶ Πυθαγόρου, καὶ ἀρετῆς Ἱπποδάμῳ Θυείῳ, παραινέσεις γυναικείας, καὶ ἀποφθέγματα Πυθαγορείων.* Vide Jonſium p. 22. ubi & alias duas hoc nomine commemorat, Ciſſei filiam Iliad. ζ. 298. & Pauſaniæ matrem Polyæn. VIII. 51. quibus addenda tertia Locrenſis Lyrica poëtria, à quâ *ἄσματα λυρικὰ καὶ μέλη* ſcripta Svidas teſtatur. Euſtathius ad Iliad. β. p. 247. *ὡς ἦ καὶ Θεανώ τις γυνὴ Λοκρὶς Λυρικὴ ἦν, ἱστορεῖται οἱ παλαιοί.*

Themiſtoclea ſive Theoclea. Vide ſupra in *Ariſtoclea.*

Timareta ad quam Theano ſcripſit teſte Polluce X. 3.

Timycha Lacæna. Vide ſupra in Myllio Crotoniata, cujus uxor fuit: Jamblich. c. 31. & 32. & 36. in quo poſtremo loco p. 223. male ab Arcerio editum *γυνὴ Ἐυμυλλία* pro *ἡ Μυλλία.* Fidem hujus Timychæ in

2011 Ministério de Cultura

chæ in arcana ſervando prædicat etiam Olympiodorus ad Phædonem Platonis, ne alia à Menagio p. 93. ſeq. obſervata repetam.

Tyrſene Sybaritis, in quibusdam MSS. Jamblichi codicibus Τυρσινὲς, unde Menagius Τυρσηνώ. Sed in veteri inedita verſione *Tyrſenis*, Τυρσηνίς.

Vitalia vocatur apud Beſſarionem, quæ aliis Βιτάλη vel Βιτελία, ut ſupra notavi.

III. *PYTHAGOREORUM Fragmenta junctim edita.*

DUplex collectio exſtat fragmentorum ex veteribus Pythagoricis, una *Moralis* argumenti, altera *Politici*, quæ utraque maximam partem eſt petita ex Stobæo. Non defuerunt viri docti, quibus tota viſa eſt vacillare illorum fides & auctoritas, & qui Stobæum in ſuppoſita ſcripta putarunt incidiſſe, non in genuina veterum Pythagoricorum monumenta. Ita quidem Hermannus Conringius in Propoliticis cap. XV. p. 104. qui Timæi quoque Locri & Ocelli Lucani libellos incertæ fidei eſſe putat. Sed admodum levia ſunt viri docti argumenta, licet iis aſſentiri non dubitat Jacobus Thomaſius ὁ μακαρίτης diſſ. 1. de quatuor virtutibus cardinalibus §. 20. qui cum Conringio ſuſpicatur illa ſæculo Chriſtiano ſecundo vel tertio conficta eſſe ab iis, qui Pythagoricæ veteris Philoſophiæ reſtauratores voluerunt videri. Novi Clariſſimum Bentleium, Zaleuci quoq; & Charondæ fragmentis, & Perictiones, quæ apud eundem Stobæum occurrunt, non multum fidei tribuere, ſed nec ipſe plane certo affirmare audet veram & indubitatam eſſe quam propugnat ſententiam, ut ipſo etiam auctore liceat nobis de illa addubitare, quemadmodum capite proximo ſum dicturus. Utcunque vero iſta ſe habeant, elegantia & lectu dignisſima eſſe illa ſub Pythagoreorum nomine collecta fragmenta, pauci in dubium vocaverint. Voſſio certe Lib. de Philoſophorum ſectis adeo pretioſa videntur iſthæc monumenta, ut illa non magis frequentari, miretur ſimul, indigneturque. *Moralia* quidem Diogeni Laërtio ſuo Græce, ut ex parte Græce atque latine, plus ſimplici vice ſubjecit *Henricus Stephanus*, in quibus præter *Archytæ*, *Cliniæ*, *Critonis*, *Euryphami*, *Hipparchi*, *Hippodami*, *Metopi*, *Poli*, & *Theagis* loca quædam è Stobæo, occurrunt *incerti* cujusdam Διαλέξεις quinque Dorice ſcriptæ, quas H. Ste-

2011 Ministerio de Cultura

phanus primus edidit, nullo unde ſumſerit indicio facto, denique *Archytæ* loca è Jamblichi protreptico, & *Pythagoræ*, *Lyſidis*, *Theanus*, *Meliſſæ* & *Myiæ* Epiſtolæ. Eadem fragmenta priori ſuæ Maximi Tyrii editioni Græce ſubjicienda curavit *Daniel Heinſius*. Denique Thomas Galeus in Opuſculis Mythologicis, Ethicis & Phyſicis Cantabrig. 1671. 8. & Amſt. 1688. 8. non ſolum ex Stobæo petita exhibuit cum verſione *Gvil. Canteri*, ſed & Διαλέξεσιν illis nunquam antea latine editis adjunxit latinam verſionem & notas Nobilis viri *Johannis North*, qui ex loco pag. 722. edit. Amſt. auctorem conjicit Pythagoricum quendam, *Mimantem* nomine. Archytæ quoque locis è Jamblichi protreptico deſcriptis latina verſio & caſtigationes ejusdem Northi accedunt, ut Pythagoræ & Pythagoricorum Epiſtolis VIII. translatio latina non unius auctoris.

Pythagoreorum fragmenta *Politica* ex Stobæo collecta & à *Joh. Spondano* latine verſa, paſimque emendata, leguntur ad calcem Politicorum Ariſtotelis quæ cum Dionyſiii Lambini & Petri Victorii verſionibus Theodorique Zvvingeri argumentis, ſcholiis & Commentariis ejusdem Victorii integris prodierunt Baſileæ 1589. fol.

CAPUT XIV.

De Zaleuco, Charonda, Zalmolxi, Lycurgo, Dracone, Solone, aliisque Legumlatoribus.

Zaleucus Locrenſium legislator inclytus. 1. *Pythagora forte antiquior, perinde ut Numa, quem aliqui falſo Pythagoricum eſſe tradiderunt.* 2. *Falli eos qui nullum fuiſſe Zaleucum exiſtimant.* 3. *Quædam Zaleuci leges. ibid. Clariſſimi Bentleii ſententia de ſuppoſita Zaleuco legum* συναγωγῇ. 4. *Zaleuci & Charondæ res inter ſe confuſæ. ibid. Charondas num Pythagoræ diſcipulus.* 5. *Quibusnam leges tulerit.* 6. *An verſibus ſcriptæ leges ab ipſo Charonda.* 7. *Utrum ei ſuppoſitæ, quas legerunt Diodorus Sic. & Stobæus?* 8. *De Zamolxi legislatore Getarum.* 9. *De Thalete & Lycurgo.* 10. Ῥῆτρα *ſive leges Lycurgi ſcripto non comprehenſæ. Earum decantatio, interpolatio, neglectus &c.* 11. *De Rhadamanto.* 12. *Minoë.* 13. *Triptolemo.* 14. *Dracone.* 15. *Et Solone.* 16. *Scriptores deperdi-*

2011 Ministerio de Cultura

perditi de legibus & legislatoribus. 17. *Catalogus Alphabeticus Legislatorum veterum celebriorum.* 18. *Legislatores frequenter mediocris conditionis homines, non principes ipsi.* 19.

I.

PRImi Græcorum leges scriptas habuisse dicuntur Locrenses, (non illi * qui Phocidi proximi sunt, sed Epizephyrii, qui in magna Italia) auctore ZALEUCO. Marcianus Heracleota sive potius Scymnus Chius. v. 313.

Τούτους δ' πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις
Γραπτοῖς ὃς Ζάλευκος ὑποθέσθαι δοκεῖ,

Atque ita intelligendus Clemens Alex. 1. Strom. pag. 309. Ζάλευκός τε ὁ Λοκρὸς πρῶτος ἰσόρητον νόμους θέσθαι, scriptos nimirum, nam de Locrensibus & Strabo Lib. VI. p. 259. πρῶτοι δ', inquit, νόμοις ἐγγραπτοῖς χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί. Is itaque Zaleucus, servus & pastor, sed ob merita deinde libertatem consecutus, (vide Svidam in Ζάλευκος & Scholia Pindari ad Od. 10. Olympionic. p. 97.) leges suas, quas à Minervâ per insomnium accepisse se professus est, teste Chamæleonte Heracleota libro de ebrietate, Aristotele in Rep. Locrorum apud Clementem 1. Strom. pag. 352. Scholiaste Pindari loco laudato, tum Valerio Max. Lib. I. cap. 2. Plutarcho libro de sui laude. pag. 543, illas inquam leges expresserat ex consvetudinibus legibusque non scriptis Cretensium, Lacedæmoniorum & Athenienſium, & pœnas primus definiverat, quas ante eum leges permiserant judicibus. Idem Strabo p. 260. ex Ephoro: Τῆς δὲ τῶν Λοκρῶν νομογραφίας μνησθεὶς Ἔφορος ἦν Ζάλευκος συνέταξεν ἔκτε τῶν Κρητικῶν νομίμων καὶ τῶν Λακωνικῶν καὶ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν φησὶν ἐν τοῖς πρώτοις καινίσαι τοῦτον τὸν Ζάλευκον, ὅτι τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ὑπερεφάντων ὀρίζειν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν, ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν. Atque legum illarum quantumvis severiorum (ut notat Zenobius IV. 10. & Diogenianus IV. 94. proverb) beneficio, εὐνομώτατοι per longum tempus fuere Locrenses, ut præter eundem Strabonem agnoscuut Pindarus, Plato ac Demosthenes & Proclus in Timæum Lib. I. p. 22. Vicissim Sybaritæ, neglectu legum Zaleuci periere, notante Scymno Chio v. 345. seq.

* Fallitur itaque Theodoritus, qui Lib. IX. de curat. Græcar. affection. p. 124. Locros intelligit Acarnanibus Phocensibusque vicinos. De utrisque Locris vide Salmas. ad Solinum p. 66. seq. De Epizephyriis præter alios Pindarum Olympionic. Od. 10.

2011 Ministerio de Cultura

II. Hunc verò Zaleucum *Pythagoræ* fuisse discipulum, diserte tradit Diodorus Siculus Lib. XII. p. 84. Cui succinit Seneca Epist. 90. Laërtius libro 8. sect. 16. tum Nicomachus apud Porphyrium in vitâ Pythagoræ p. 14. & Jamblichus c. 7. 24. 27. & 30. qui Pythagoram Locrensibus leges per Zaleucum sanxisse affirmat, denique Suidas qui illum vocat Πυθαγόρειον φιλόσοφον. Sed quemadmodum Numa qui Romanis leges tulit & Pythagoram ætate longe antecessit, tamen Pythagoræ auditor est vulgò existimatus, quoniam *ii, qui* ut ait Cicero 4. Tusc. Quæst. sub init. *cum Pythagoræ disciplinam & instituta cognoscerent, Numæq; æquitatem & sapientiam â majoribus suis accepissent, ætates autem & tempora ignorarent propter vetustatem, eum qui sapientia excelleret Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt.* Confer quæ de libris Pythagoricis in Numæ sepulchro repertis Livius, Plutarchus & ex Cassio Heminâ Plinius Lib. XIII. c. 13. quæque de convenientia legum Numæ cum Pythagoræ dogmatis notas idem Plutarchus in Numâ. Unde Pythagoreum faciunt Clemens 1. Strom. p. 304. & 5. p. 548. Ovidius XV. Metamorphos. aliique quorum sententiam pridem fabulis ad scripsere Livius Lib. I. c. 18. Lib. XXXX. c. 29. & Dionysius Halicarnasseus Lib. II. p. 120. Licet Plutarchus initio statim vitæ Numæ ex Clodii indice temporum observat magnam fuisse jam olim de ætate Numæ concertationem, monumentis ex quibus certiora peti poterant per Gallos combustis. Eundem in modum Zaleucus quoque â quibusdam videtur Pythagoricus appellatus fuisse, qui Pythagora ipso fuit antiquior, ut ex Demosthenis oratione adversus Timocratem p. 469. (ubi ait * per plures quam ducentos annos unam solummodo legibus Locrensibus accessisse,) ex Eusebii Chronico qui Zaleucum refert ad Olympiad. XXIX. & ex aliis argumentis evincit vir clariss. Richardus Bentleius in Apologia Anglicè edita dissertationis de Epistolis Phalaridis p. 339. seq. Sane Porphyrius ipse in Pythagoræ vita p. 38. narrat Pythagoram, cum scelus Cylonium effugiens ad Locrenses se contulisset, ab iisdem dimissum fuisse his verbis : Ἡμεῖς ὦ Πυθαγόρα σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν ἀκούομεν, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἰδίοις νόμοις ἡδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν, αὐτὸν μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων πειρασόμεθα μένειν. Τὸ δ' ἕτερόν πῃ βάδιζε. Meminit & Pythagoræ à Locris Tarentum dimissi Themistius Orat. 4. (23.) p. 285.

III. Fuisse ullum Zaleucum Legum conditorem, jam olim negavit Timæus, audacter magis quam rectè, quin Polybii judicio, ubi reprehensi à Timæo circa Locrorum Remp. Aristotelis & Theophrasti memi-

* Oratio Demosthenis habita fuit Olympiad. CVI. anno 4. Pythagoras vixit in Italia post Olympiadem L. vel ut alii LX. Vide Bentlejum libro laudato pag. 50. & 59. seq.

2011 Ministerio de Cultura

meminit, Excerpt. Peiresc. pag. 51. manifesti erroris convincendus. Cicero 2. de legibus p. 91. *Quid quod Zaleucum istum negat ullum fuisse Timæus? At Theopraſtus auctor haud deterior, meâquidem ſententiâ melior: Eum multi nominant, commemorant verò ipſius cives, noſtri clientes* * *Locri.* Et Lib. VI. ad Atticum Epist. 1. *Quis Zaleucum leges Locris ſcripſiſſe non dixit? Num igitur jacet Theopraſtus, ſi id â Timæo tuo familiari reprehenſum eſt.* Meminerat Zaleuci *Theopraſtus* opere περὶ νομοθετῶν, quod in libros quatuor distributum inter ejus scripta recenset Laërtius, post libros XXIV. de legibus, Alphabeti serie digestis, (cujus operis librum tertium decimum laudat Suidas in ὅτι οἱ ἁλόντες) & Epitomen legum, librisdecem. Sed & ante Theophraſtum Aristoteles de Zaleuco egerat in Rep. Locrorum (teste Clemente Alex. 1. Strom p. 352.) & Lib. II. Politic c. 10. inter legumlatores primo loco meminit Zaleuci: Νομοθέτην δ' ἐγένοντο Ζάλευκός τε Λοκροῖς Ἐπιζεφυρίοις. Idem facit Plutarchus in Numa, & Ælianus Lib. 3. c. 17. Var. Hist. qui Lib. II. cap. 37. legem quandam Zaleuci refert, Athenæo quoque Lib. X. p. 429. memoratam, de vino extra Medici præscriptum non bibendo, & Lib. XIII. c. 24. de adulteris effossione oculorum puniendis, cui legi cum filius ipse obnoxius fieret, pater alterum oculum ** sibi erui est passus, quod narrat etiam Valerius Max. Lib. VI. c. 5. extern. 3. & Heraclides in politiis, licet hic non adulterio sed furto illam pœnam à Zaleuco propositam tradit, quod tanto minus credo, quo minus verisimile est Zaleuci filium furti crimine se obstrinxisse, præterea oculorum effossio accommodata adulteris pœna, qui capere & capi ocellis solent, ut recte animadversum erudito Æliani interpreti Jacobo Perizonio. Sed fortè non adspernanda Eduardi Simsoni conjectura, qui in Chronico Catholico ad A. M. 3560. notat apud Heracliden per furtum intelligi non qualecunque sed Veneris, ὕδωρ κλοπῆς γλυκερὸν Prov. IX. 17. de quo Pindarus apud Clementem in Pædagogo III. p. 252. γλυκύπ κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος. Aliam Zaleuci legem profert Polybius eclog. è libro XII. p. 920. ut rem controversam, pendente adhuc lite possideret is, penes quem erat, cum in jus fuit adducta. Idem testatur Zaleucum sanxisse, ut qui de legis alicujus sententia differere vellent, hoc facerent in conſeſſu mille virorum, laqueis de collo pendentibus, quique male legem explicasse esset judicatus, mox laqueo vitam finiret.

* Hinc Zaleucum civitate à Romanis donatum scribit Symmachus Lib. X. Epist. 25. ad Theodosium.

** Utrum recte hoc fecerit Zaleucus, vide disquirentes Grotium de satisfactione Christi p. 62. seq. & Martinium in Ethica p. 416.

2011 Ministerio de Cultura

Hierocles quoque apud Stobæum ſerm. 39. pag. 229. affirmat Zaleucum conſtituiſſe, ur quisquis novam legem ferre vellet, laqueo circa collum poſito hoc faceret. Et Stobæus ſerm. 42. p. 280. ex proœmio legum Zaleuci hæc refert ad verbum: Ἐὰν δέ τις βέλτιον τῶν κειμένων νόμων κινεῖν, ἢ ἄλλον εἰσφέρειν νόμον, εἰς βρόχον ἔστω τὸν τραχήλου λεγέτω τοῖς πολίταις περὶ αὐτῦ. Καὶ ἐὰν μὲν ἀφῃρημένων &c. Diodorus vero Siculus â *Charonda* conſtitutum hoc narrat Lib. XII. p. 82. ut legem aliquam emendaturus collum laqueo inſereret, emendationeque ſuâ in concilio populi comprobata ſolveretur, rejectâ periret. Eodem loco tres leges per totum illud tempus hac conditione emendatas refert, quarum una eſt lex talionis â Charonda inſtituta, ſed ab unoculo quodam cui per vim neſcio quis unum qui ſolus illi erat oculum excuſſerat ita correcta, ut, qui unoculnm hominem lumine privaſſet, ambos amitteret: At hoc apud Locrenſes in Zaleuci lege accidiſſe ſcribit Demoſthenes oratione adverſus Timocratem, unde à Diodoro Siculo Charondam cum Zaleuco confuſum mihi perſuadeo. Proœmium legum Zaleuci elegantiſſimum refert Stobæus ſermone 42, quod lectum ſibi teſtatur etiam Cicero Lib. II. de legibus p. 91, ſcribens Zaleucum & Charondam ante leges ſuas de legum laude dixiſſe. Tum idem Diodorus, qui & ex proœmio illo verba quædam de Diis ante omnia colendis refert, & leges nonnullas Zaleuci recitat Lib. XII. p. 84. ſeq. inter alia obſervans hunc legislatorem delictis fœminarum non multam pecuniariam ſed ignominiæ notam pœnæ loco ſtatuiſſe.

IV. Verba quædam ex lege Zaleuci ſervavit Heſychius in Λεπταλέον etſi ibi λεῦκον legitur pro ζαλεῦκον, ut notatum Salmaſio contra Cercoëtium, Gronovio de ſeſtertiis & Rich. Bentleio, qui ex eo ipſo loco & aliis argumentis (quod v. g. meminit κόσμος & τραγῳδίας, quod non ſcripta eſt Dialecto Dorica &c.) contendit legum Zaleuci συναγωγὴν Diodoro Sic. Stobæo aliisque lectam totam eſſe ſuppoſitam poſt tempora hiſtorici Timæi, inſertis quibusdam legibus vere antiquis, apud Demoſthenem & alios ejus ætatis memoratis. Vide Apologiam diſſertationis de Phalaridis Epiſtolis p. 343. ſeq. Aliam Zaleuci legem de non danda pro fœnebribus pecuniis ſyngrapha memorat Zenobius V. proverb. 4. Libello ſingulari leges Zaleuci latine collegit & utcunque illuſtravit *Joh. Wilhelmus Engelbrechtus* Lipſ. 1699. 4to. Mentio Zaleuci apud Origenem quoque 3. contra Celſum p. 155. aliosque quam plurimos, in quibus interdum corrupte vocatur *Seleucus*, ut apud Petrum Bleſenſem Epiſt. 95. Dicitur ipſe ferro diſtricto incubuiſſe, atque ita ſe inter-

2011 Ministerio de Cultura

interfeciſſe, cum forte belli tempore armatus in concionem prodiiſſet, quod alioqui facere legibus ipſius, capitali ſupplicio erat interdictum. Enſtathius ad Iliad. ά. p. 62. Φέρεται ἡ καὶ περὶ Ζαλεύκου ἡ Λοκρῶν ἱστορία, ὡς νομοθετήσοι μὲν ὁ ἀνὴρ, μηδένα φορεῖν ὅπλα ἐν βουλευτηρίῳ· ἐπεὶ δέ ποτε πολέμου ἅπαντος ἔνοπλος ὢν εἰσῆλθε καθ' ἀνάγκην ἔτως ἔχων εἰς τὴν βουλήν, ὑπέκρυσεν μέν τις ὡς ἤδη τὸν νόμον ὁ Ζάλευκος λέλυκεν. Ὁ δὲ λύσειν ἔφη, ἀλλὰ κυρώσειν. (Similis phraſis Matth. V. 17.) Καὶ ἅμα τῷ ξίφει δὲς ἑαυτὸν ἀπέρρηξε τὸ ζῆν ὅπερ ἦν ποινὴ τῷ παραβάντι τὸν νόμον. Verum hoc alii referunt ad *Charondam*, ut Valerius Max. Lib. VI. c. 5. extern. 4. & Diodorus Siculus Lib. XII. p. 84. qui addit à quibusdam iſtud tribui *Diocli* legislatori Syracuſanorum. Sane res Zaleuci & Charondæ frequenter confundi, pluribus jam exemplis patuit: quibus adde, quod Zaleucum Thuriis leges dediſſe affirmat Athenæus Lib. XI. p. 508. cum quo conſentit Scymnus Chius, Sybaritis neglectum legum Zaleuci exprobrans. v. 345. ſeq. Sybaritas enim Thurios poſtea eſſe dictos, notum eſt ex Stephano, Svida, aliisque. Sed & Ephori verba apud Strabonem Lib. VI. p. 260. ita accipit clariſ. Bentleius libro laudato, p. 365. ut Thurios legibus â Zaleuco latis ſubtiliora quædam addidiſſe dixerit, quibus gloriam quidem nonnullam, ſed Remp. deteriorem retulerint. Sane poſtquam ſimplicitatem legum Zaleuci celebraſſet, addit Ephorus: Θουρίους δ' ὕστερον ἀκριβῶν θέλοντας περὶ τῶν ἄκρων ἐνδοξοτέρους μὲν * γενέσθαι, χείρονας δὲ. E contrario Charondam Thuriorum legislatorem tradunt Diodorus & alii, ut mox ubi de eo agam ſum dicturus.

V. CHARONDAS Catanæus ** Jamblichi judicio unus ex optimis legumlatoribus, *Pythagoræ* itidem diſcipulus fuit, ſi credimus

* Poſſunt alioqui etiam hæc verba ita accipi de legibus Thuriorum nimis circa ſubtilitates ingenioſorum, ut non Zalcuci legibus ſuperadditæ, ſed tantum iisdem ſubtiliores fuiſſe dicantur: neque ἐνδοξοτέρους aut χείρονας neceſſe eſt ad Thurios referre magis quam ad νόμους. Et de Charonda Ariſtoteles libro II. Politic. c. 10. τῇ ἀκριβείᾳ τῶν νόμων ἐξὶ γλαφυρώτερος καὶ τῶν νῦν νομοθετῶν.

** Patriâ Catanæum fuiſſe, ex Ariſtotelis & aliorum certisſimis teſtimoniis patet. Itaque qui Thurium appellant, Valer. Max. Lib. VI c. 5. Themiſtius Orat. 2. p. 31. & alii, leges quas Thuriis tuliſſe fertur, reſpiciunt. Pro Thuriis autem quidam male legerunt Tyrios, atque inde Carthaginienſium legislatorem dixere Charondam, ut Joh. Raviſius Textor in officina p. 622. & Alexander Alexandrius Lib. VI. genial. dierum c. 10. Marſilius Ficinus argumento in Minoëm Platonis, & Cœlius Rhodiginus XVIII. 19. Antiqv. lect. notati à Voſſio de ſectis Philoſophor. c. 6. §. 27. & Joh. Jonſio in diſſ. 1. de hiſtoria Peripatetica p. 33. ubi notat Charontem Carthaginienſem hiſtoricum Svidæ & aliis memoratum male aliquando confundi cum Charonda.

2011 Ministerio de Cultura

dimus Senecæ Epiſt. 90, Laërtio, Porphyrio & eidem Jamblicho tribus in locis hoc diſerte tradenti. Verum hæc ſententia non majorem fortaſſis fidem meretur, quam eorum, quos Ariſtoteles Lib. II. Polit. c. 10. ait â temporum ratione refelli, cum affirmarunt *Onomacritum* primum exſtitiſſe ſcriptorem legum eximium, qui ſe exercuerit in eo ſtudio in Cretâ, cum Locrus eſſet, illuc autem ſe contuliſſet ob artem divinandi: hujusque fuiſſe ſodalem *Thaletem* (Cretenſem non Mileſium) Thaletis autem auditorem *Lycurgum* & *Zaleucum*, Zaleuci *Charondam*.

VI. Leges tulit Charondas, teſte eodem Ariſtotele, ſuis civibus Catanæis & aliis Chalcidicis civitatibus Italiæ atque Siciliæ. Et apud Catanæos quidem cives ſuos divinis honoribus propterea mactatum, perinde ut apud Locros Zaleucum, & Timantum, refert Jamblichus de vitâ Pythagoræ c. 30. quod ex numo Catanenſi quoque demonſtrare voluit Raphael Trichetus du Freſne in Epiſtolâ ad Petrum Seguinum T. 10. antiquitatum Græcarum Jac. Gronovii pag. 569. ſeq. effigiem enim cornibus decoram in numo illo Charondam referre contendebat. Sed illuſtris Vir Ez. Spanhemius p. 370. de uſu & præſtantia numiſmatum potius Silenum illa exprimi ſentit, feliciore ni fallor conjectura. Chalcidicæ vero civitates quibus leges Charondam tuliſſe Ariſtoteles affirmat, à Scymno Chio X. 280. ſeq. in Sicilia nominantur præter Catanam Callipolis, Eubœa, Himera, Leontini, Mylæ, Naxos, Zancle: in Italia Rhegium. Theodoritus quoque libro 9. de curat. Græcarum affection. p. 124. Charondæ meminit primi Italiæ & Siciliæ legislatoris. Ac Rheginenſes Charondæ legibus uſos teſtatur Heraclides de politiis, & Ælianus III. 17. Var. Porphyrius vero p. 14. & poſt eum Jamblichus c. 7. de vitâ Pythagoræ, probaturus ab hoc Philoſopho libertatem vindicatam civitatibus Crotoni, Sybari, Catanæ, Rhegio, Himeræ, Agrigento, Tauromenio, aliisque nonnullis; ſubjungit, leges iisdem latas eſſe à Pythagora, per diſcipulos videlicet ſuos Charondam Catanæum & Zaleucum Locrum: quarum ope & ipſæ fuerint *εὐνομώτατοι* & per longum tempus *ἀξιοζήλωτοι τοῖς πλησίοις*. Huc referendum eſt, quod Laërtius VIII. 3. teſtatur Crotone Pythagoram leges ſanxiſſe *τοῖς Ἰταλιώταις*, quibus verbis ad Numæ Pompilii *νομοθεσίαν* reſpici, præter rem ſuſpicabatur Thomas Aldobrandinus. Apud Stephanum in *Κατάνη* Charondas vocatur *ὁ Διάσημος τῶν Ἀθήνησι* (niſi legendum *ἐν Κατάναις*) *νομοθετῶν*, non quod Athenis leges tulerit, ſed quod Thurii, quibus Charondas leges tuliſſe multorum teſtimonio ſcriptorum traditur, fuerint coloni Athenienſium, teſte Plutarcho in vita Lyſiæ & Periclis: & quod leges

Charon-

2011 Ministerio de Cultura

Charondæ apud Athenienſes celeberrimæ fuerint, atque ut Hermippus libro ſexto de legumlatoribus apud Athenæum Lib. XIV. p. 619. auctor eſt, inter pocula decantari ſolitæ ſint Athenis. Quemadmodum & Mazaceni in Cappadocia legibus Charondæ uſi, teſte Strabone Lib. XII. p. 539. adhibuerunt *νομῳδὸν legum decantatorem*, qui ipſis fuit legum interpres, perinde ut apud Romanos JCti.

VII. Utrum vero hinc certo concludere liceat, verſibus ſcriptas * ab ipſo Charonda leges fuiſſe, aliorum eſto judicium. Potuerunt enim poſtea ab ejusmodi *νομῳδῷ* fuiſſe verſibus expreſſæ, atque adeo memoriæ cantantium commendatæ. Et quemadmodum literarum uſu nondum reperto leges apud gentes quasdam decantari ſvaſit neceſſitas, quo minus illarum oblivisſcerentur, ita deinde ſine neceſſitate idem faciendi potuit obtinere conſvetudo, nec injucundus uſus, ut de Agathyrſis tradit Ariſtoteles problem. XIX. 28. Sane fragmenta legum Charondæ, quæ apud Diodorum Sic. Lib. XII. pag. 79. ſeq. & Stobæum ſermone 42. exſtant, proſa ſunt concepta, non verſu. Apud eosdem, uti apud alios quoque ſcriptores perquam multos, legislator fuiſſe Thuriorum perhibetur. Et Plutarcho lib. de curioſitate p. 519. *ὁ τῶν Θουρίων νομοθέτης* nullus alius intelligitur quam Charondas, â Xylandro in latina verſione recte nominatus.

VIII. Equidem vir jam plus ſimplici vice mihi laudatus Cl. Bentleius ** variis argumentis & Chronologicis rationibus evincere conatur, nec Thuriis leges tuliſſe Charondam, nec leges quæ à Diodoro, & Stobæo afferuntur, genuinas Charondæ, ſed illi perinde ut priores illas Zaleuco ſuppoſitas eſſe. Cæterum nec ipſe p. 377. tantum tribuit ſuis argumentis, ut ea plane certa atque apodictica eſſe affirmet ad ſententiam hanc confirmandam; & quæ apud Stobæum referuntnr ac Diodorum, Charondæ leges, etiam ante illos lectæ ſunt Ciceroni, qui Lib. I. de legibus p. 91. refert Zaleucum & Charondam in proœmio ſuæ *νομοθεσίας*, de legum laudibus dixiſſe: & alibi ad legem Charondæ, quæ adhuc exſtat apud Stobæum, alludit, notante Petro Victorio Lib. XVI. c. 21. Var. Lect. Tum veteres Comici fabulis ſuis leges Charondæ inſeruerunt, quorum verbis à Diodoro Lib. XII. p. 80. ſeq. laudatis reſpondent leges ipſæ apud eundem Stobæum occurrentes. Homines ejusdem familiæ *ὁμοσιπύους* à Charonda dictos, ut ab Epimenide *ὁμοκάπνους* teſtatur Ariſtoteles Lib. I. cap. 1. Politic.

* Hæc ſententia eſt clariſimi Bentleii, libro laudato p. 373.

** Apologia pro diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 358. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

IX. ZAMOLXIS ſive SAMOLSES Thrax, itidem Pythagoræ Philoſophi diſcipulus, & ſervus fuiſſe traditur à Laërtio Lib. VIII. ſect. 2. Jamblicho. c. 23. & 30. & Porphyrio p. 9. in Pythagoræ vita, qui Dionyſiphanem auctorem laudat. Sed & Straboni Lib. XVI. p. 762. Pythagoreus dicitur, & Lib. VII. pag. 297. fama de Zamolxi Pythagoræ ſervo confirmatur. Ne Origenem 3. contra Celſum p. 144. Cyrillum Lib. VI. contra Julian. p. 208. Etymologicum M. Svidam aliosque juniores laudem. Nam diu ante hos omnes Herodotus Lib. IV. cap. 95. idem ſe à Græcis accepiſſe tradit, mox vero cap. 96. addit ſe exiſtimare Zamolxin multis ante Pythagoram annis vixiſſe. Primus * Thracum Getarumque legislator fuiſſe conſentitur, qui ei divinos honores tribuerunt, pro Saturno, ſive ut Porphyrius auctor eſt pro Hercule eum colentes, atque quotannis præſtantiſſimum ex ſenibus ei ſacrificantes, teſte Clemento Alex. 4. Strom. p. 497. & Ænæe Gazæo p. 43. Theophraſti. De hoc Zamolxi ejusque Philoſophia ac legibus, quas à communi Veſta accepiſſe ſe jactabat teſte Diodoro Siculo Lib. I. p. 48. videndus *Carolus Lundius* in libro edito Upſaliæ A. 1687. 4. & recenſito in Actis Eruditorum Lipſienſibus Tomo 2. ſupplementi p. 282. Zamolxidis ἐπῳδὰς memorat Julianus in Cæſaribus p. 309. è Platonis Charmide, quem ſi placet vide.

X. THALES quoque à nonnullis nominatus fuit idem Zamolxis, ut ſcriptum eſt à Porphyrio. Sed & ab Ariſtotele Lib. II. Polit. c. 10. Thales inter celebres Nomothetas commemoratur, ** quem audiverit LYCURGUS, legislator & ipſe Spartanorum nobiliſſimus. De utroque dicere me memini libro ſuperiore c. XXXV. ubi oſtendi Thaletem hunc Cretenſem diſtinguendum eſſe à Philoſopho ejus nominis Mileſio ſectæ Jonicæ auctore. Lycurgus leges ſuas retulit ad Apollinem tanquam auctorem, teſte præter alios quam plurimos Diodoro Siculo Lib. I. p. 48. Libanio T. 2. p. 479. & Ariſtide Orat. 1. Platonicâ

* Jornandes cap. V. de rebus Geticis, auctor eſt ante Zamolxin Thracibus fuiſſe Zeutam quendam & Diceneum. *In ſecunda* (Scythiæ parte) *id eſt Daciæ Thraciæque & Mœſiæ ſolo Zamolxen* (habuiſſe noſcuntur) *quem miræ Philoſophicæ eruditionis fuiſſe teſtantur plerique ſcriptores annalium. Nam & Zeutam prius habuerunt eruditum, poſt etiam Diceneum, tertium Zamolxen.* Poſt Zeutam & Diceneum tertius neſcio quis *Comoſicus*, & tum demum quartus Zamolxis memoratur ab Abbate Urſpergenſi. Idem Diceneum æqualem facit Syllæ, ſed eo longe antiquior fuit Zamolxis.

** Apud Svidam in νομοθέται, legas, Thaletem Athenienſibus leges tuliſſe poſt Solonem.

2011 Ministerio de Cultura

T. 3. p. 19. Sed & Apollo ipſe apud Theodoritum Lib. X. de curat. Græcarum affectionum p. 140.

Ἥκεις εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
Δώσω — — — Confer Herodotum Lib. I. c. 65.

Nempe Oraculum Delphicum pecunia â Lycurgo corruptum fuiſſe refert Polyænus Lib. I. Stategem. p. 16. Cretenſium porro & Ægyptiorum leges in multis imitatus eſt hic Nomotheta, ut oſtendit Nic. Cragius Lib. III. de Rep. Laconica c. 1. Tempus quando leges ſanxerit Lacedæmoniis, præter Scaligerum & alios Chronologos, inquirit Joh. Meurſius Lib. II. c. 1. Miſcellan. Lacon. nec deſunt præclari ſcriptores, hoc factum ajentes annis circiter XXX. ante primã Olympiadem. Vide Dodvvellum * in Annalibus Thucydideis p. 39. De legibus ejus ita ſenſerunt ſcriptores præſtantiſſimi, Plato Lib. I. de legibus, Ariſtoteles Lib. II. politic. & 7. Polybius Lib. 6. Hiſt. & Plutarchus in Lycurgi vita, ὡς ἱκανῶς μὲν ἔχοντι πρὸς ἀνδρίαν, ἐνδεῶς δὲ πρὸς δικαιοσύνην. Confer Dacerium ad Plutarchum. p. 302. ſeq. Prætereo quæ in illis reprehendunt Theodoritus Lib. IX. & X. de curat. græcarum affectionum, aliique Chriſtiani, & nuper Petrus Bælius Vir Cl. in Lexico Hiſtorico Critico. Compendium quoddam legum Lycurgi, (non adeo multæ autem fuerunt, ut teſtatur Plutarchus in Apophtegmatis p. 189.) dat Svidas in Λυκοῦργος & ex Trogo Pompejo Juſtinus Lib. III. hiſtor. cap. 2. ſeq. adjungens eundem nihil lege ulla in alios ſanxiſſe, cujus non ipſe primus in ſe documenta daret. Sane in proverbium abiit nomen Lycurgi, pro viro honeſtatis & virtutis tenaciſſimo, quemadmodum apud Plautum in Bacchidibus Act. 1. Scen. 2. v. 3. Et καταλυκουργίζειν pro ſevere ac rigide adverſus aliquem agere, apud Alciphronem Epiſt. 41. Unde & Ciceronis illud Lib. I. Epiſt. 13. ad Atticum, *noſmet ipſi qui Lycurgei à principio fuiſſemus*, ad Lycurgum hunc legislatorem potius, quam alterum (de quo infra c. ult.) Atticum Oratorem hujus nominis reſpicere crediderim.

XI. Non prætereundum denique eſt, leges Lycurgi, quarum plerasque perſequitur etiam Xenophon libro de Rep. Lacedæmoniorum, ſcripto ** vulgatas non fuiſſe, ſed modo tanquam ῥήτρας Apollinis totidemque oracula Delphis allatas ut memoriæ tradendas, ac ſub Regum cuſtodia ſervandas. Plutarchus in vita Lycurgi pag. 47. νόμους δὲ γεγραμμένους οὐκ ἔθηκεν — — τὰ μὲν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν, ὡς θεοῦ δὲ θεῷ νομιζόμενα καὶ χρησμὸς ὄντα. Confer Scholia

* Homerum Lycurgo antiquiorem notavi Lib. I. cap. 35. Lib. II. c. 2. §. 11.

** Non deſunt quidem qui Lycurgum dicunt γράψαι νόμους, ut Libanius T. 2. p. 476. ſed notum eſt Græcos hac phraſi uti pro eo, quod latini dicunt *leges ferre*,

2011 Ministerio de Cultura

Græca ad Lucianum T. 1. p. 26. Herodotus Lib. VI. c. 57. de Regibus Lacedæmoniorum: τὰς ᾠδὰς μαντηίας τὰς γενομένας τότες Φυλάσσειν, συνεδέναι ᾠδὰς τὰς πυθίας. Vide Antonium VanDale de origine idololatriæ p. 310. sq. Ubi p. 314. inter alia docet à Regibus interdum aliquid tanquam novum oraculum sive novam legem ῥήτρας Lycurgi adjectum, ut â Polydoro & Theopompo Regibus factum refert Plutarchus in Lycurgi vita p. 43. Mentio ῥητρῶν Lycurgi apud Svidam, Etymologici magni auctorem & alios. Plutarcho de esu carnium diss. 2. p. 997. laudatur ὁ θεῖος Λυκοῦργος ἐν ταῖς τρισὶ ῥήτραις. Justinianus Imp. Lib. I. institutionum tit. 2. *In his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis ea quæ pro legibus observabant memoriæ mandarent, Athenienses verò ea quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.* Videntur autem leges à Spartanis decantari solitæ, modulos musicos adoptantibus *Thalete* Cretensi, *Terpandro*, *Tyrtæo* aliisque. De Thalete jam superiore Lib. dictum à me est, & de *Tyrtæo* hnjus libri cap. XII. De *Terpandro* ita Clemens Alex. 1. Stom. p. 308. Μέλος τε αὖ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, τὰς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος, ubi verbum ἐμελοποίησε interpres reddit: *numerosis versibus scripsit*, sed Marcus Meibomius ad Aristoxenum p. 76. rectius ita intelligit, ut leges Lacedæmoniorum à se, vel jam ante ab alio, versibus inclusas, modulandas atque decantandas populo exhibuerit Terpander Antissæus. Quod autem Cicero in Orat. pro L. Flacco c. 26. affirmavit Lacedæmonios per septingentos amplius annos *unis moribus & nunquam mutatis legibus* vixisse, hoc non de quacunque sed totali mutatione est accipiendum, quia Lycurgi legum quarundam adhuc usus fuit Lacedæmone sub Romanis Cæsaribus, ut ex Xiphilino in vita Neronis & Philostrati Lib. IV. de vita Apollonii Tyanensis c. 10. constat. Alioqui non tantum à victoribus Lacedæmoniorum subinde complura in ipsorum institutis alterata sunt, sed & neglectæ Lycurgi leges à Lysandro ap. Ælian. XIII. 29. Var. Hist. tùm ab Agesilao, de quo clarissimus Perizonius ad ejusdem Æliani varias Lib. XIV. c. 27. Ac superstite etiamnum Lycurgo Lacedæmonios quædam ex ejus institutis immutare ausos tradit Tertullianus c. 4. Apologetici: *Nonne & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmoniis emendatæ tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inediâ de semetipso judicarit.* Sed aliam inediæ Lycurgi causam reddit scriptor vetus apud Svidam in ἀποκαρτερήσαντα & in Λυκοῦργος, atque ex Plutarcho constat valde incerta esse, quæ de obitu illius viri traduntur. Complura sapienter & acute ab eo dicta refert idem Plutarchus in Apophtegmatis Laconicis pag. 225. seq.

apud

2011 Ministerio de Cultura

apud quem inter alia p. 227. interrogatus cur leges scripto non sanxisset, fertur respondisse : ὅτι οἱ πεπαιδευμένοι καὶ ἀχθέντες τῇ προσηκούσῃ ἀγωγῇ τὸ τε καιρὸς χρήσιμον δοκιμάζουσι, *quia viri recte instituti atque educati probe perspiciunt quid tempus & occasio requirat*, adeoque leges non scriptas pro re nata optime interpretabantur, cum scriptæ magis sint obnoxiæ fraudibus & cavillationibus. Lycurgo legislatori suo templum post fata dedicasse Spartanos tanquam Deo, præter alios memorat Pausanias in Laconicis p. 248.

XII. RHADAMANTHYS sive RHADAMANTHUS primus Cretensibus legestulit, ex quibus hunc versiculum affert Aristoteles Lib. IV. Ethic. ad Eudemum c. 3.

Εἶκε πάθοι τά κ' ἔρεξε|δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.
Quæ fecit si quisque ferat, jus fiet & æquum.

Aliam legem, *ne in jurejurando Deos nominare fas esset*, refert Svidas in Λάμπων. Confer Zenobium V. proverb. 81. & Hesychium ac Svidam in Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. Porphyrius 3. de abstinentia à cæde animal. p. 285. Κρητὶ δὲ νόμος ἦν Ῥαδαμάνθυος, ὅρκον ἐπάγεσθαι πάντα τὰ ζῶα. Professus autem est Rhadamantus à Jove se accepisse, quas promulgaret, leges, ut docet Ephorus apud Strabonem Lib. X. p. 467.

XIII. Rhadamantum, teste eodem Ephoro, imitatus est MINOS, legifer & ipse inclytus, Jove * itidem laudato auctore fidem auctoritatemque legibus suis conciliare conatus. De hoc videndus Joh. Meursius in Creta Lib. III. c. 3. & 8. & 14. Tabulis æneis descriptas leges illius fuisse testatur Plato in Minoë, ubi *Talum* administrum ejus memorat, & inter alia hanc Minois legem refert, *ne compotent inter sese usque ad ebrietatem*. Idem Lib. I. de legibus testatur Minoëm prohibuisse ne quisquam juniorum in leges rectene an secus latæ essent inquireret: senex vero si quid forte animadvertisset emendandum, hoc æqualium alicui vel Magistratui, nullo juvenum præsente indicaret. Leges ipsius magnifecere & ex parte in suis expresserunt *Lycurgus*, *Solon* ac *Plato*. *Pythagoram* quoque Minoïs imitatorem tradit Jamblichus in vita c. 5. antrum Philosophi memorans, quod extra urbem Samiorum habuit exemplo antri Idæi in Creta Jovi sacri, quod à Minoë pridem frequentatum Pythagoras in itinere adiit, teste Porphyrio. p. 11. Confer Meursium Lib. II c. 3. De Minoë & ejus legibus plura constarent nobis, si ætatem tulisset liber *Hippostrati* quem laudat Phlegon libro de longævis c. 30. Vel

* Libanius T. 2. p. 479.

2011 Ministerio de Cultura

Charontis Lampſaceni Hiſtoria, quem Minois leges recenſuiſſe teſtatur Svidas in χάρων.

XIV. Primus Athenienſibus leges tulit TRIPTOLEMUS, ex quibus tres Eleuſine exſtantes memoravit Xenocrates apud Porphyrium quarto περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων p. 431. & Hieronymum 2. adverſus Jovinianum: *Honorandos Deos, venerandos parentes, & carnibus non veſcendum.* Γονεῖς τιμᾶν, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, Ζῶα μὴ σίνεσθαι.

XV. Poſt Triptolemum leges ſive θεσμοὺς Athenienſibus tulit DRACO, circa Olympiaden XXXIX. Republica jam conſtituta, notante Ariſtotele Lib. II. Polit. c. 10. ubi addit nihil proprium ejus leges habuiſſe, quod dignum memoria ſit, præter aſperitatem, propter pœnæ magnitudinem, unde notum Herodici dictum apud eundem Ariſtotelem 2. Rhetor. cap. 23. *leges non hominis eſſe, ſed Draconis:* itemque aliud judicium Demadis, relatum à Plutarcho in Solone, *quod ſanguine non atramento leges ſuas ſcripſiſſet.* Adde Gellium Lib. XI. c. 18. Svidam in Νίκων & Tzetzen Chiliad. 5. hiſt. 5. De ejus ſtatutis conſulendus *Pardulphus Pratejus* in jurisprudentia veteri Draconis & Solonis cum Romano jure legum Regiarum ac Decemviralium diligenter collata Lugdun. 1559. 8. Vide & Johannem Meurſium in Solone c. 13. De Deo & rebus divinis ac de virtute nihil præcepiſſe σεμνοὺς Draconis νόμους, ac ne Solonis quidem, notavit Maximus Tyrius diſſ. XXXIX.

XVI. SOLON ab Athenienſibus anno tertio Olympiadis XLVI. * Archon electus, leges Draconis omnes ſuſtulit, exceptis iis, quæ de nece allata cuiquam ſcriptæ forent, ut poſt alios traditum Ælianо Lib. VIII. Var. hiſt. c. 10. ipſe conſilio Epimenidis uſus teſte Plutarcho, nova jura dedit, quæ partim ab Ægyptiis, ut Diodoro Sic. obſervatum, partim à Cretenſibus dicitur eſſe mutuatus, alia ipſe addidiſſe. De legibus Solonis inter veteres agunt Plutarchus & Laërtius in Solonis vita, è recentioribus *Joh. Meurſius* in Solone c. 2. ſeq. & in Themide Attica ſive libris duobus de legibus Atticis, qui poſt auctoris fata lucem viderunt Trajecti ad Rhen. 1685. 4. noviſſime recuſi in theſauro Antiquitatum Græcarum Jacobi Gronovii, Tom. V. Videtur in hoc opere Meurſius interdum fictas à Rhetoribus in declamationem leges pro veris Athenienſium ſtatutis admiſiſſe, quod recte ac diligenter cavit *Samuel Petitus* in egregio ad leges Atticas commentario Pariſ. 1615. fol. *Pardulphus* quoque

* Ita Soſicrates apud Laërtium 1. 110. licet Tatianus referat ad Olymp. XL. & Gellius XVII. 21. ad annum Tarquinii Priſci XXXIII. h. e. Olymp. XLIX 3. Conferatur Meurſius in Solone c. 10. & Lib. I. de Archontibus c. 12. Porro Solonem leges dediſſe non quas ipſe crederet juſtiſſimas, ſed quibus Athenienſium conditio maxime indigeret, obſervat Dio Chryſoſtomus diſſ. LXXX. p. 666.

2011 Ministerio de Cultura

que *Pratejus* præter jurisprudentiam veterem Draconis ac Solonis cum legibus Regiis ac Decemviralibus Romanis collatam Lugd. 1559. 8. paralipomena legum XII. Solonis subjecit ad calcem librorum de jurisprudentia media Lugd. 1561. Sat notæ præterea sunt eruditis observationes *Desiderii Heraldi* ad jus Atticum & Romanum, *Claudiique Salmasii* ejus adversarii Lugd. Bat. 1645. 8. qui in Epistolis pag. 272. memorat collectionem legum Atticarum ineditam auctore *Josepho Scaligero*, quæ manu exarata exstat in Bibliotheca Academiæ Batavorum Lugdunensis. Præterea Solonis leges latine versas vulgatasque cum additamentis *Valentini Wilhelmi Fœrsteri* Witteb. 1616. 8. & *Gotfridi Schmidii* de Solone legislatore diatribam in lucem editam Lipsiæ Anno 1688. 4. Denique *August. Milagii* Orationem de lege Solonis qua ignominia notarat eos qui in seditione alterutrius partis non fuissent, Helmstad. 1655. Leges Solonis, quæ res privatas spectabant, scriptæ erant in ἄξονας * ligneos quadratos, sed quæ agebant de sacrificiis & publicis negotiis, in κύρβεις saxeos triquetros. Confer Andream Schottum ad Zenobii IV. proverb. 77. Diogenianum V. 72. Meursium in Solone c. 24. Joh. Philippi Pfeiferi antiquitates græcas Lib. II. cap. 34. Scriptæ autem erant βουστροφηδόν, Vide Harpocrationem & Svidam in ὁ κάτωθεν νόμος. De quo genere scribendi dixi Lib. I. c. XXVII. num. 4. Servabanturque in Prytaneo, ut testis est Pausanias in Atticis p. 41. Ex arce in curiam translatæ ab *Ephialte*, ut tradit Harpocration & Svidas laudato loco. Contra *Nicomachum*, leges inter describendum corrumpentem, Vide Orationem Lysiæ XXIX.

XVII. *Demetrius Phalereus* περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας memoratur à Laërtio, sed illud opus cujus liber tertius laudatur à Svida in σκαφηφόροι, jam pridem intercidit, non minus, quam ea quæ in Solonis Ἄξοσι scripserat *Aristoteles*, *Seleucus* & *Didymus*. (Consule Menagium ad Laërtium p. 202. & p. 26.) De his aliisque legum latoribus multa nos docere poterant, si ad nos perveniissent libri de legum latoribus sive legiferis scripti à *Theophrasto*, ** & *Apollodoro* qui ambo apud eundem Laërtium memorantur, vel ab *Hermippo* denique, cujus *primum* περὶ νομοθετῶν laudat Athenæus Lib. IV. p. 154. & Origenes 1. contra Celsum, *secundum* Porphyrius quartô περὶ ἀποχῆς. *Sextum* Athenæus Lib. XIV. p. 619. Huc refer quod Hermippus ἐν θεσμοφόροις allegatur à Polluce Lib. X. c. 26. Neque enim hoc nomen fabulæ Hermippi Comici esse duxerim cum Meursio Bibl. Attic. p. 1512.

XVIII. Cæ-

* Ab eodem vocabulo carmina Saliorum videntur dicta *axamenta*. Confer Tobiam Gutberlethum de Saliis cap. XIX.

** De hoc Theophrasti opere dixi paulo ante num. 3.

2011 Ministerio de Cultura

XVIII. Cæterum in præſenti ſuffecerit nobis præcipuos legumlatores in veterum ſcriptis memoratos ordine literarum digeſtos lectori exhibere.

Æacus leges tulit Æginenſibus.

Æſchylus Athenienſibus. Svid. in νομοθέτης, & Cedren.

Agatharchides Lacedæmoniis.

Amaſis Ægyptiis, *ut Bocboris*, *Hephæſtus*, *Mnevis*, qui leges ſuas ad Mercurium referebat, *Saſyches*, *Seſoſtris* & *Triſmegiſtus*. Vide Diodorum Sic. Lib. I. p. 84. ſeq.

Anacharſis Scythis. Svidas in Σκύθης ὁρᾷ.

Androdamas Rheginus Chalcidenſibus. Ariſtoteles II. c. ult. Politic.

Apis Argivis. Theodoritus Lib. IX. curat. gr. affect.

Archias Cnidiis. Idem Theodorit.

Ariſtocrates Rheginis. Jamblich. c. 30. vit. Pythag.

Ariſtoteles Stagiritis & Abderitanis. Plutarch. contra Colotem.

Bacchus θεσμοφόρος apud Orpheum. Sic *Ceres* θεσμοφόρος, quæ Siculis leges dedit.

Brachman ſcripſit νόμους Βραχμάνων καὶ πολιτείαν, ſi credimus Svidæ.

Cecrops Athenienſibus, ut *Cliſthenes*, *Demetrius Phalereus*, *Hipparchus*, *Lycurgus Orator*, *Pericles*, *Piſiſtratus*, *Sophocles*, *Theſeus*. Demoſthenes quoque apud Libanium T. 1. pag. 449. μεσὸν δὲ τὸ μητρῷον τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων καὶ νόμων.

Cercidas Arcadibus. Ptolemæus Hephæſtionis apud Phot. Apud Euſtathium ad Iliad. β. pag. 199. edit. Baſil. pro Κερδίας legendum Κερκίδας.

Charondas Catanæis & aliis civitatibus Italiæ ac Siciliæ, Thuriis item & Mazacenis. Vide quæ de hoc ſupra.

Cliſthenes Athenienſium legislator. Meminit præter Theodoritum & alios Themiſtius Orat. 23. p. 287. edit. Harduini. Apud Max. Tyrium diſſ. IX. male Κλησθένης.

Crem ſive Cremus, Avarum. Svid. in Βέλγαροι.

Demonax Cyrenæis. Theodorit. 9. curat. Græc affect.

Diceneus Scythis, teſte Jornande, qui addit leges illius conſcriptas *Bellagines* appellari. Vide Loccenium Antiquitatt. Sveo Gothic. pag. (49. ſeq.

Diocles Syracuſiis.

Dorymachus Ætolis. Polybius in excerptis Peireſc. p. 58.

Draco Athenienſibus, de quo ſupra.

Eudoxius Mileſiis, ſive potius Cnidiis. Vide Menagium ad Laërtium p. 390.

Hebanax

2011 Ministerio de Cultura

Helianax Steſichori frater, teſte Svida, legislator fuit, unde ſuspicio eſt eum leges tuliſſe in aliqua civitate Siciliæ.

Helicaon Rheginis. Jamblich. c. 30. vit. Pythag.

Hippodamus Mileſiis.

Lacritus Iſocratis diſcipulus Athenienſibus. Plutarch. in Iſocratis vitâ. Photius cod. 260.

Lycurgus Lacedæmoniis, de quo ſupra.

Lycurgus Rhetor, Athenienſibus. Ælian. XIII. 24. Var. Plutarchus in Vitis decem Rhetorum.

Mercurius Ægyptiis. Vide Ælianum Lib. XIV. Var. c. 34.

Minos Cretenſibns, de quo ſupra.

Mneſion Phocenſibus. Vide Lambecium 3. Commentar. p. 66.

Neſtor Pyliis. Theodorit. 9. curat. Græcar. affect.

Numa Pompilius Romanis. Vide Plutarchum in ejus vita, qui inter alia teſtatur illum leges ſuas Nymphæ Ægeriæ in acceptis retuliſſe, quod tradit etiam Livius, itemque alii. Ennius Annal. *Olli reſpondet ſuavis ſonus Egeriai.* Quanquam hoc pro fabula habet Cicero 1. de legibus ſub init. Sed perinde Romulus ſuas ſe accepiſſe leges ajebat à Conſo. * Et Lycaon Pelasgi filius Arcadibus perſvadebat Jovem ſubinde ad ſe accedere viri peregrini ſpecie εἰς ἔποψιν δικαίων καὶ ἀδίκων *ut inſpiceret juſtos & injuſtos*, teſte veteri ſcriptore apud Svidam in Λυκάων, quem vide etiam in νόμια. Leges duodecim tabularum à Decemviris latæ in æs fuerunt inciſæ, ut teſtatur Livius III. 57.

Onomacritus Locrus Cretenſibus. Ariſtoteles 2. Politic. c. ult.

Pagondas Achæis. Theodoritus, 9. curat. Græçar. affect.

Phido Corinthiis.

Philolaus Corinthius Thebanis. Ariſtoteles 2. Politic. c. ult.

Phoroneus Græcis primus leges judiciaque conſtituit teſte Iſidoro Hiſp. Lib. V. Originum c. 1. Argivis leges tuliſſe innuit etiam Clemens Alex. in protreptico p. 67.

Phytius Rheginis. Jamblich. c. 30. vit. Pythag.

Pittacus Mitylenæis. Ariſtoteles 2. politic. c. ult.

Plato ** (de cujus opere de legibus infra dicturus ſum ſuo loco) Arcadibus, Cy-

* Plura ejusmodi Legislatorum leges ſuas ad Deos referentium exempla collegit Balthaſar Bonifacius Hiſtoriæ ludicræ XIX. 1.

** Plato genus ſuum maternum referebat ad Solonem. Vide Laërtium III. 1. Olympiodorum in Platonis vita & Proclum 1. in Timæum p. 25.

2011 Ministerio de Cultura

bus, Cyrenæis & Thebanis rogatus leges ferre noluit. Vide Menagium ad Laërtium pag. 148. Sicilia & Thracia per ejus dogmata Tyrannis liberata, id. p. 155.

Protagoras Thuriis.

Rhadamanthus Cretenſibus, de quo ſupra.

Salæthus Crotoniatis.

Scopas Ætolis. Polyb. in excerptis Peireſc. p. 58. & ex eo Svidas in Σκόπας.

Solon Athenienſibus: à quibus per decemviros deinde leges ejus mutuati ſunt Romani. Vide Meurſium in Solone, c. 23. Svidam in μογγάφοι.

Thales, cum Lycurgo, Lacedæmoniis.

Theætetus Rheginis, & *Timaratus* Locrenſibus, quos è Pythagoræ ſchola prodiiſſe auctor eſt Jamblichus in ejus vita c. 30.

Triptolemus Athenienſibus.

Zaleucus Locris Epizephyriis.

Zamolxis Thracibus & Getis; de quo, ut de quatuor præcedentibus quoque, ſupra dictum.

Zarades Perſis. Theodorit. 9. curat. Græcar. affect. & Agathias. Incertum an idem cum *Zarata* Pythagoræ Præceptore, qui aliis *Zabratus* vel *Nazaratus*. Hunc eundem qui eſſe putant cum Propheta Jeremia vel Ezechiele, eos non magis audiendos eſſe exiſtimo, quam Alexandrum Polyhiſtorem qui apud Svidam in Ἀλέξανδρ. tradidit Hebræam fuiſſe mulierem *Moſo* nomine, quæ leges ſcripſerit Hebræis.

Zathravſtes Arianis, vel, ut aliqui codices, Arimaſpis. Hic leges ſuas retulit ad ἀγαθὸν δαιμόνα, teſte Diodoro Sic. Lib. I. p. 84.

XIX. Obſignabo hanc de legislatoribus diatribam obſervatione Ariſtotelis Lib. IV. Polit. c. 11. τὺς βελτίσυς νομοθέτας εἶναι τῶν μέσων πολιτῶν. *Optimos legum ſcriptores exſtitiſſe* (non ipſos principes ſed) *è mediis civibus.* Σόλων τε γὰρ ἦν τέτων, δηλοῖ δ' ἐκ τῆς ποιήσεως, καὶ Λυκέργ., ὁ γὰρ ἦν βασιλεὺς, καὶ Χαρώνδας, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖσοι τῶν ἄλλων. *Solon enim unus horum fuit, declarat hoc ipſe ſuis verſibus: & Lycurgus, non enim fuit Rex, & Charondas, & fermè plurimi aliorum.* Hoc Ariſtotelis ipſius, Zaleuci, Eudoxi, & Protagoræ exemplis confirmat Bentleius in Apologia pro diſſertatione de Epiſtolis Phalaridis, pag. 496.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XV.

De Pindaro aliisque Lyricis.

Pindari Thebani ætas & vita. 1. *Scripta edita, & obiter de Græcorum Olympiis, Pythiis, Nemeis, Isthmiisque.* 2. *Laudata & reprehensa in Pindaro.* 3. *Scholia Græca in Pindarum edita, & Scholiastæ deperditi.* 4. *Editiones Pindari, Versiones, & in Pindarum commentaria.* 5. *Varia scripta recentiorum illustrantia Pindarum.* 6. *Deperdita Pindari scripta.* 7. *Catalogus scriptorum in Scholiis ad Pindarum allegatorum.* 8. *De præcipuis Lyricis aliis quorum vel nihil vel pauca admodum fragmenta hodie habemus, Alcæo,* 9. *Alcmane.* 10. *Alpheo.* 11. *Anacreonte.* 12. *Atque ita de reliquis secundum ordinem literarum.*

1.

PINDARUS Daiphanti tibicinis * & Myrtus F. natus Olymp. LXV. ** 1. ante Christum A. DXX. in ipso Pythiorum festo, futurus πολλῶν καὶ καλῶν ὕμνων τῷ Θεῷ Χορηγὸς, ut ait Plutarchus VIII. 1. sympos. Patriam Thebas Bœotiæ habuit, cujus opprobrium facile effûgit ingenii elegantiâ, & carminum svavitate. Vide Erasmum in adagio *Bœotica sus*, & scholia Pindari Olymp. Od. 6. ad verba:

Γνῶναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν
τὴν — — —

* Alii patrem vocant *Scopelinum*, alii *Pagonidam*, ut Mater aliis dicitur *Clidice* aliis *Myrtis*. Frater *Erotion*, Uxor *Timoxena*, filius *Daiphantus*, filiæ binæ, *Eumetis* sive *Polymetis* & *Protomache*. Verum de his aliisque quæ de industria prætermisi vide Svidam, Thomam Magistrum & è recentioribus Erasmum Schmidium, Joh. Benedictum, & Oxonienses editionis curatores in Pindari vitâ. Josua quoque Barnesius Vir Cl. in vita Euripidis sect. 4. Pindari vitam scripsisse se testatur, quæ adhuc inedita delitescit. Fuere & alii Pindari. Nam 1) Pindarus è nostri maioribus, Scopelini filius, Lyricus Poëta, Svid. 2.) Pindarus Melanis Filius, Ephesiorum Tyrannus, de quo Polyænus VI. 50. & Ælian. III. 26. Var. 3.) Pindarus libertus Cassii & in propricidio adjutor, apud Plutarch. in Bruto, & in Antonio p. 925. Dionem Lib. XLVII. p. 354. Valer. Maxim. VI. 8. 4. & Appianum Lib. IV. de bello civili. 4.) Pindarus Grammaticus, qui laudatur in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem, & Sexto Empirico p. 41. contra Grammaticos est *Pindarion*. 5.) Pindarus sub cujus nomine latinum carmen exstat de bello Trojano, de quo dixi in Bibl. latina. Est & *Pindarus* fluvii nomen in Plutarchi Alexandro p. 675. sed *Pinarum* vocat Polybius, Tom. 2. p. 922. ex Callisthene.

** Male LXVII. excusum in Scaligeri notis ad Eusebium p. 100. b. editionis secundæ.

2011 Ministerio de Cultura

Expoſitum infantem nutritum fuiſſe ab apibus, multi tradiderunt: Antipater in Epigrammate 4. Anthолog. c. 26. Philoſtratus 2. Icon. Pauſanias Bœoticis, & Ælianus XII. 45. Var. Inſtituerunt Pindarum præter parentes *Laſus* Hermionenſis & *Simonides*. Quinquies victus eſt à *Corinna*, de qua vide ad eundem Ælianum XIII. 25. Var. Cum vero Xerxes pugna Salaminia profligatus eſt ab Athenienſibus Olymp. LXXV. 1. (ante Chriſtum CCCCLXXX.) quadraginta annos natus fuit Pindarus teſte Svida. Diodorus Siculus ad eundem annum Lib. XI. p. 22. τῶν δ' μελοποιῶν Πίνδαρος ἦν ἀκμάζων κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. Itaque non tantum ad LV. vel LXVI. vel LXXX. annorum ætatem pervenerit Pindarus, ſed nonagenario major obierit, eſt neceſſe. Nam Olympionic. 6. canit laudes Ageſiæ Syracuſani, qui vicit Olymp. *LXXXV*. Præterea Pythionic. 7. laudat Megaclem Athenienſem qui vicit Pythiade *XL*. quæ incidit in Olympiadis *LXXXVII*. vel *LXXXVIII*. annum 3. Tum Iſthmionic. 7. celebrat mortem Strepſiadis, qui bello occubuit Peloponneſiaco, quod cœpit Olymp. *LXXXVII*. 1. Secta Pythagoreum fuiſſe Pindarum tradit Clemens Alex. V. Strom. p. 598. Fertur inopinato animam exhalaſſe in Gymnaſio (ut Valerius Maximus IX. 12. extern. 7.) ſive (ut Svidas) in theatro, cum ſuper gremium pueri *Theoxeni* quo unice delectabatur, capite poſito, quieti ſe dediſſet. Epitaphium illius memorat Svidas in χαλκευτής. Pridem defuncti generi pepercit Rex Alexander, captis Thebis, ut præter alios narrat Libanius T. 2. p. 218.

II. Exſtant Pindari carmina *XLV*. epinicia Lyrica, quæ Strophis * Antiſtrophis & Epodis conſtant, dialecto Doricâ ſcripta

In ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΣ *XIV*.
ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΣ *XII*.
ΝΕΜΕΟΝΙΚΑΣ *XI*.
Et ΙΣΘΜΙΟΝΙΚΑΣ *VIII*.

De quatuor illis Græciæ celeberrimis agonibus præſenti loco agere ſupervacuum eſſe exiſtimo, tantum noto *Olympia* celebrata eſſe apud Eleos in honorem Jovis, peracto quovis quadriennio, & primam Olympiadem numerandam ab anno ante Chriſtum 776.

Pythia apud Delphos celebrata ſimiliter poſt ſingula quadriennia in honorem Apollinis Pythii, non quovis anno tertio (ut Scaliger) ſed ut Sam.

* Schol. Euripidis ad Hecub. v. 647. τὴν μὲν στροφὴν κινούμενοι πρὸς τὰ δεξιὰ οἱ χορευταὶ ᾖδον, τὴν δ' ἀντιστροφὴν πρὸς τὰ ἀριστερά, τὴν δ' ἐπῳδὸν ἱσάμενοι ᾖδον. Ἐδήλωσε δὲ ὡς φασιν ἡ μὲν στροφὴ τὴν ἀρανῆ ἐκ τῶν ἑῴων πρὸς τὰ δυτικὰ μέρη κίνησιν, ἡ δ' ἀντιστροφὴ τὴν τῶν πλανητῶν, ὡς ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἕω γενομένην, ἡ δ' ἐπῳδὸς τὴν τῆς γῆς στάσιν, ἱσαμένων τῶν ᾀδομένων.

2011 Ministerio de Cultura

ut Sam. Petitus p. 63. ad leges Atticas & Dodvvellus p. 239. de Cyclis, secundo Olympiadis exeunte. Prima Pythias incidit in Olympiadem XLIX.

Nemea celebrata apud Argivos in honorem Herculis (aut vero Achemori Lycurgi F. vide Lud. Nonnium ad Græciam Hub. Goltzii p. 66.) singulis bienniis, anno cujusque Olympiadis primo & tertio, ut Scaliger, Petavius & Dodvvellus: non ut Samuel Petitus, anno secundo & quarto. Prima Nemea incidunt in Olympiadem LIII.

Isthmia apud Corinthios in honorem Neptuni singulis itidem bienniis. Prima incidunt in Olympiad. XLIX. Ita singulis quadriennis universi quatuor agones, & Olympia quidem ac Pythia semel, Nemea vero & Isthmia bis acta sunt, ut notat Julianus. Epist. 35. Mentio Isthmiorum illo tempore adhuc celebratorum etiam apud Libanium T. 2. p. 211. Seriem Chronologicam Olympiadum, Pythiadum, Isthmiadum & Nemeadum & quotquot potuere reperiri victorum accuratiorem edidit *Guilelmus* Lloyd Rev. Episcopi Vigornensis F. Oxon. 1700. fol. cui addendæ doctissimi Dodvvelli observationes in præclaro opere de Cyclis Græcorum. Olympionicas scripserant olim *Agriopas* Plin. VIII. 22. (ubi codices quidam *Atopas* vel *Copas*) tum Aristarchus, Aristoteles, Eratosthenes, Hippias, Hippostratus, Julius Africanus, Philochorus, Steſiclides & Timæus Siculus, de quibus adi Jonsium Lib. IV. p. 344. de scriptoribus Hist. Philosophicæ. Phlegontis Tralliani Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγὴν recenset Photius cod. 97. ex quo scripto supereſt fragmentum περὶ τῶν Ὀλυμπίων. Cœterum Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν quam Scaliger post Chronicon Eusebii p. 313. *seqq.* Græce edidit, & p. 343. *seqq.* indice, Ὀλυμπιονικῶν Alphabetico ornavit, vir incomparabilis ipse ex veteribus scriptoribus editis atque ineditis videtur singulari studio ita collegisse ac digessisse, licet à Meursio * & aliis viris doctis non paucis pro veteri passim laudatur.

III. Ut ad Pindarum revertar, ex plurimis quæ in ejus ingenium & μεγαλοφωνίαν apud veteres effunduntur elogiis tantum adscribam verba Quintiliani X. I. *Novem Lyricorum longe Pindarus princeps, spiritu, magnificentia, sententiis, figuris: beatissimus rerum verborumq; copia & velut quodam eloquentiæ flumine propter quæ Horatius* (IV. 2. Od.) *nemini credit eum imitabilem.* Neq; tamen reprehensoribus caruit, cui præter *Corinnam*, de quo paulo ante, fuit æmulus & adversarius *Amphimenes* Cous, memoratus à Laërtio in vita Socratis Lib. II. sect. 46. Arguitur etiam avarus fuisse & Musam mercenariam habuisse, quod à Magistro suo *Simonide* hausit, nec magis hoc erubuit fateri, quam Simonides, qui ut est apud Tzetzam VIII. hist. 228. dicebat

* Meursium eo nomine reprehendit Petavius doctrin. temp. Libro XIII. ad A. Per. Jul. 4029.

2011 Ministerio de Cultura

binas ſibi eſſe arcas domi, unam gratiarum in quam referret bona verba hominum elegantium ſed donantium nihil, alteram præmiorum, ac donorum quæ pro labore ſuo acciperet. Si qua re opus ſit, ex hac poſſe ſe quævis neceſſaria depromere, alteram vacuam opisque invalidam inveniri. Similiter Pindarus Oda 2. Iſthmionic. ex Metaphraſi Sudorii:

Muſa nam nondum radiantis auri
Capta nitore
Ditibus ſuaves operas locabat
Ære venales, neque cantiones
Ore fucato populum movebat
Laudis emacem.
Sed modo Argivus nimis ille verax
Qui ſibi elapſis opibus fugaces
Intuens una comites abiſſe
Fœdere rupto.
Dixit ingenti gemitu, quidô Dii
Eſt vir aut virtus, niſi magna numûm
Copia, hæc doctæ tibi non operta
Canto Thalia.

IV. Scholia Græca in Pindarum collecta ſunt à *Thoma Magiſtro* & *Demetrio Triclinio* ex commentariis deperditis variorum, *Ammonii*, *Ariſtarchi* & ejus diſcipuli *Ariſtodemi* Alexandrini, cujus meminit Athenæus, tum *Calliſtrati*, *Chæridis*, *Didymi* & *Dionyſii Phaſelitæ*, qui paſſim in ſcholiis illis allegantur. *Palamedis* quoque electa ὑπομνήματα in Pindarum & *Seleuci* Emiſeni commentarium in Lyricos memorat Svidas. *Gorgonem* Pindari ſcholiaſten laudat Michaël Neander in præfat. ad Catechiſmum Lutheri Græce à ſe redditum p. 67. ſed ex male intellecto initio ſcholiorum ad 7. Olympionic. Neſcio autem quid moverit Valentinum Rotmarum, ut in notis ad Apollonium Rhodium p. 63. Scholiaſtes Pindari ipſi diceretur *Tarreus*. Nec probo judicium auctoris Bibliographiæ curioſæ, Joh. Henrico Bœclero à plerisque tribui ſolitæ, cui Scholiaſtes Pindari eſt viliſſimus omnium, & in quo pauca majoris momenti reperiantur. *Tho. Magiſtri* & *Emanuelis Moſchopuli* ſcholia MSS. in Pindarum exſtant in Bibl. Auguſtæ Vindel. ut teſtatur Reiſerus ὁ μακαρίτης in Catalogo MSS. p. 78. Utraque illa ſcholia, & alia interlinearia in Pindarum occurrunt in Bibliotheca Auguſtiſſimi Imperatoris, notante Neſſelio.

V. *Edi-*

2011 Ministerio de Cultura

V. *Editiones Pindari.*

Græcæ cum scholiis Græcis 1.) Romæ A. 1515. 4to.
2) Florentina editio Gesnero memorata in 8vo.
3) Francof. 1542. 4. apud Petrum Burbachium, cum scholiis in unaquaque pagina contextui adjectis.
4) Paris. 1558. 4to.

Græcæ sine scholiis.
1) Venet. apud Aldum 1513. 8vo.
2) Basileæ apud Cratandrum 1526. 8vo. ad emendatum *Jac. Ceporini* exemplar, cum præfat. *Huldrici Zwinglii.*
3) Paris. apud Morellum 1558. 4to. typis perquam nitidis.
4) Lugd. B. 1590. 8vo. (Bibl. Carpzov. II. p. 239.)

Latinæ.
1) *Philippi Melanchthonis* interpretationem liberiorem qua verbis se non adstrinxerit, sed pondus eorum examinarit, laudat, eâque adjutum se fatetur H. Stephanus Præf. ad Pindarum A. 1566.
2) Ex versione *Joh. Loniceri* prodiit Pindarus Basil. 1528. 8vo. & cum notis ibid. 1535. Tiguri 1560. 8vo.
3) Pindarus latino carmine pereleganti redditus à *Nic. Sudorio* in curia Parisiensi inquisitionum præside, cum ejus commentario in Nemea Paris. 1592. 12.

Græcæ & Latinæ (sine scholiis Græcis.)
1) Cum interpretatione *H. Stephani* latinâ ad verbum, & fragmentis aliorum Lyricorum, minore forma. A. 1560. & 1566. Antvverp. apud Plantin. 1567. & apud Paulum Stephanum 1600. & 1612. Præterea Lugd. 1598. 12.
2) Ex recognitione *Æmilii Porti.* Heidelberg. apud Commelin. 1598. 8vo. cum Lyricorum fragmentis & H. Stephani notis ad Anacreontem.
3) Græce & latine prodiit Pindarus in corpore Poëtarum Græcorum Trag. Com. Lyric. Gnom. & Epigrammatar. Genev. 1614. fol. edente *Jac. Lectio.*
4) Cum versione latina & commentario luculento *Erasmi Schmidii*, qui præterea contextum è tribus MSS. Palatinis emendavit, & carminum rationem explicuit, singulorumque dispositionem sive Analysin Logicam præmisit. Witeberg. 1616. 4. Specimen hujus editionis suæ vulgaverat ibid. 1611. 4.

Græce

2011 Ministerio de Cultura

5) Cum verſione latinâ recognitâ, paraphraſi & commentario *Joh. Benedicti*, Salmurii A. 1620. 4.

Græcæ & Latinæ cum ſcholiis Græcis.

1) Cum ſcholiis Græcis & interpretatione latina ad verbum, Genevæ A. 1599. 4to. apud *Paulum Stephanum*, qui in præfatione ait *Iſaacum Caſaubonum* ſibi ſpem feciſſe ſuarum in Pindarum obſervationum. Huic editioni etiam ſubjectus index ſcriptorum in ſcholiis allegatorum, ſed perquam mancus.

2) Luculentam denique poëtæ hujus editionem cum verſione *Eraſmi Schmidii*, & *Joh. Benedicti* argumentis ac paraphraſi, variis lectionibus & notationibus criticis ex Codd. MSS. Bodlejanis & prioribus editionibus (Schmidii commentario maxime) tum ſcholiis Græcis emendatioribus exornarunt duo Collegii Magdalenenſis ſocii eximii *Richardus Weſt* & *Robertus Welſted*. Oxoniæ è theatro Sheldoniano A. 1697. fol. Præmittitur vita Pindari recens adornata, *Phlegontis* Tralliani de Olympiis fragmentum, & chronologica ſeries Olympionicarum, cum annis mundi, Olympiadum, urbis conditæ & æræ ante Chriſtianæ collata à *Gvil. Lloydio* Epiſcopo hodie Vigornienſi. Subnexa eſt præter indices omnium fere Pindari verborum & phraſium, Auctorumque in ſcholiis laudatorum longe quàm Stephanus dederat pleniorem, *Nicolai Sudorii* * quam ante dixi poëtica Metaphraſis, qui Pindarum varii generis carminibus latinis reddidit Horatianis, & Henrico III. Galliæ ac Poloniæ Regi inſcripſit.

Verſiones Pindari in linguas vernaculas.

Pindaro tradotto da *Aleſſandro Adimari* in parafraſi & in rima Toſcana, è dichiarato con oſſervazioni è confronti d'alcuni luoghi imitati o tocchi da Orazio Flacco. in Piſa 1631. 4o. Liber dicatus Urbano VIII. Pontifici Max.

Gallica verſio 1) *F. Marini* cum notis, Pariſ. 1618. 8vo. & 2) P. *de la Gouſie* proſa partim, partim verſu ſcripta additis iconibus ibid. 1626. 8. cum neutram harum viderim, pono utramque ex fide Martini Lipenii in Bibl. Philoſophica p. 1171.

Specimen novæ verſionis ſive potius Paraphraſeos Gallicæ Pindari editum

* De hoc Nic. Sudorio conſulenda elogia Scævolæ Sammarthani Lib. IV. p. 95. Alius fuit Johannes Sudorius Theologus Pariſ. circa A. C. 1520. de quo Johannes Launojus parte 2. Hiſt. ſcholæ Navarreæ p. 642.

2011 Ministerio de Cultura

tum est in memoriis Dombensibus sive Trevoltianis (de Trevoux) Anno 1702. part. 1. p. 75. seq.

Pindari Odas quasdam Anglice vertit notisque illustravit, & ad Pindari exemplum alias ipse lingua patria composuit *Abraham Coulejus* Lond. 1681. 8vo.

VI. *Varia scripta Pindarum illustrantia.*

1) *Francisci Porti* commentarii in Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Genev. 1583. 4to.

2) *Benedicti Aretii* Bernensis commentarii in Pindarum. Genev. 1587. 4.

3) *Mich. Neandri* Aristologia Pindarica, sive sententiæ & loca selecta (v. g. Pythionic. 4. de Argonautarum expeditione) cum versione & notis. Basil. 1556. 8vo. Argumenta etiam singularum Odarum Pindari Neander adjunxit, & aliorum Lyricorum sententias.

4) Comparaison de Pindare & d' Horace, par Mr. *Franc. Blondel* Maitre de Mathematiques de Monsigneur le Dauphin. Paris. & Amst. 1686. 12mo. Rem paucis complexus personatus scriptor Vignolius Marvillius in Miscellaneis suis T. 2. p. 127. *Pindare à plus d' elevation qu' Horace: Horace a plus de delicatesse, d' agrement & d' egalité, que Pindare. L'un donnoit plus à entousiasme, & l' autre au bon sens.*

Æmilii Porti Lexicon Pindaricum, Hanov. 1606. 8vo. *Erasmi* quidem *Schmidii* Πινδαροταμεῖον, sive *Concordantiæ Pindaricæ*, quarum specimen dat in suis prolegomenis, lucem nunquam viderunt.

Ex Pindari Odis excerptæ Genealogiæ Principum Veteris Græciæ, gnomæ illustres &c. studio *Davidis Chytræi.* Rostoch. 1556. 8vo.

Dan. Heinsii Oratio XXVII. Pindari Pythiis præmissa, & Poëtæ majestatem atque sapientiam prædicans.

VII. *Pindari scripta deperdita apud veteres memorata.*

Ἄσιγμος ᾠδή. Eustathius ad Iliad. ω. sub init. λέγεται γοῦν ἡ Πινδάρῳ ποιηθῆναι ἀσιγμοποιηθεῖσα ᾠδὴ καὶ τῷ Ἑρμοινεῖ δὲ Λάσῳ ἄσιγμος ὕμνος εἰς Δήμητραν. Confer Athenæum Lib. X. p. 455.

Βακχικά. Svidas in Πίνδαρος.

Δαφνοφορικά. Svid.

Διθυράμβοι. Svid. Scholiastes Pindari, Strabo Lib. X. Dionysius Halic. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων (confer locum insignem Pindari quem Dionysius ibi allegat restitutum & versione donatum à Josua Barnesio T. 2. p. 350. editionis Dionysii præclaræ Hudsonianæ) & Harpo-

2011 Ministerio de Cultura

cratio. Plures libros fuisse, constat ex Etymologico in θώραξ ubi laudatur Pindarus ἐν διθυραμβων πρώτῳ.

Δεράματα τραγικὰ ἰζ. Svid.

Ἐνθρονισμοί. Svid.

Ἐπιγεράμματα Πανά. Svid. *Epigramma in Panem* memorat Eustathius in Iliad. χ. p. 771. *In Hesiodum* Svid. in τὸ Ἡσιόδειον γῆρας & appendix Vaticana IV. 3. ex Aristotelis Rep. Orchomeniorum.

Pindarum ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους laudat Zenobius VI. 49. proverb. Idem V. 20. allegat Pindarum in Ἐυμεονικαῖς, sed legendum Νεμεονίκαις, respicitur enim Odæ 3. Nem. v. 56. seq.

Θρῆνοι. Svid. & Scholiastes Pindari. Plutarchus in Romulo & consolat. ad Apollon.

Κεχωρισμένα τῶν Παρθένων. Schol. Pindari 3. Pythionic. Παρεδρᾶ δ' ὁ Παὰν τῇ Ῥέᾳ, ὡς αὐτὸς ὁ Πίνδαρος ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθένων φησί. Idem Poëma Svidas vocat Παρθένια Προσῴδια.

Παιᾶνες, Svidas, Schol. Pindari Sophoclis & Apollonii Lib. I. Tzetzes ad Lycophronem v. 446. Plutarchus Lib. de Musica. Athenæus, Pausanias Bœotic. Didymum ἐν Ὑπομνήματι πρώτῳ τῶν παιάνων Πινδάρου laudat Ammonius in Θηβαῖοι. Hominum & Deorum laudes illud Pindari opus continuisse docet Servius ad 10. Æneid. Apud Galenum comm. 3. in Lib. περὶ ἄρθρων T. 5. p. 615. laudatur Pindarus ἐν τοῖς πλείοσιν ubi legendum suspicor παιᾶσιν.

Παραινέσεις τοῖς Ἕλλησι, prosâ, non ut cætera carmine. Svid.

Προσῴδια Παρθένια Vide supra κεχωρισμένα τῶν παρθένων.

Σκολια ἐγκώμια. Svid. Athenæus Lib. X. & XIII. & XIV. Etymolog. magnum.

Ὕμνοι Svid. & Schol. Pindari. Pausanias (qui & hymnum Pindari in *Persephonem* sive *Proserpinam* post mortem suam anui cuidam per somnium dictatam & ab eâ cum evigilasset missam in literas, Tum προοίμιον in *Sacadam* Argivum memorat: est autem προοίμιον hymnus, ut ex ipso Pindaro constat, Pythionic. c. 1. v. 6.) Scholiastes Aristidis ad orationem quæ inscribitur Pericles. Etymolog. magnum in ὠμήρησεν.

Ὑπορχήματα Svid. & Schol Pindari.

Fragmenta deperditorum Pindari scriptorum utcunque post Mich. Nedrum & H. Stephanum collegit Erasmus Schmidius ὁ μακαρίτης, cujus industria contenti fuere Oxonienses. Poterant autem & pro diversis Poëtæ scriptis melius disponi, & quam plurima adjungi. Vide sis etiam Andream Schottum Lib. II. Observatt. humanar. c. 62.

VIII. CATA-

2011 Ministerio de Cultura

VIII. CATALOGUS SCRIPTORUM

In Scholiis Græcis ad Pindarum allegatorum, ex editione Oxoniensi.

Ἀγέσιατ@.
Ἀγησίλα@.
Αἰθιοπίδα ὁ γεάφων.
Αἰνείας ὁ Ἀργεῖ@.
Αἰσχύλ@ ἐν Γλαύκῳ, ἐν Ἐπιγόνοις, ἐν Κιβήραις, ἐν Νυμφαίῃ.
Ἄισων ποιητής.
Ἀλέξανδρ@.
Ὁ Ἁλικαρνασεύς. (Herodotus)
Ἀλκαῖ@.
Ἀλκμὰν. — ὁ Ἀλκμὰν ἱστορεῖ.
Ἀμμώνι@.
Ἀμυντιανὸς ἐν τῷ περὶ Ἐλεφάντων.
Ἀνακρέων.
Ἀναξαγόρᾳ μαθητής (Euripides)
Ἀνδροτίων.
Ἄνδρων ὁ ἐφέσι@ ἐν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς.
Ἀντεσίων.
Ἀντίμαχ@.
Ἀπολλόδωρ@.
Ἀπολλώνι@ — ἐν τῷ δευτέρῳ.
Ἀπολλώνι@ ἐν τῷ καταλόγῳ.
Ἀπολλώνι@ ὁ εἰδογράφ@.
Ἄρατ@.
Ἀρίσταρχ@, sæpius.
Ἀριστάρχειοι.
Ἀριστείδης ἐν τῷ περὶ Κνίδου συγγράμματι.
Ἀριστόδημος * Ἀλεξανδρεὺς Ἀριστάρχου μαθητής.
Ἀριστοτέλης — ἐν τῇ Λακώνων πολιτείᾳ.
Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσιν.
Ἀρίων.
Ἀρτέμων, ὁ Περγαμηνός.
Ἀρχίδαμ@.
Ἀρχίλοχ@.
Ἄρχιν@ ἐν Θεσσαλικοῖς.
Ἀσκληπιάδης, ἐν τρίτῳ καὶ ἕκτῳ τῶν τραγῳδουμένων.
Βάτ@ ἐν δευτέρῳ Ἀττικῶν ἱστοριῶν.
Βακχυλίδης — ἐν διθυράμβοις.
Ο Βυκόλ@ (Theocritus)
Γραφὴ θεῖα.
Δημοσθένης.
Δημέας.
Δίδυμ@, sæpius.
Διευτυχίδας ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Μεγαρικῶν.
Διόδοτ@ ὁ Ἀριστοφάνει@.
Διονύσι@ ἐν πρώτῳ Κύκλων.
Διονύσι@ ὁ Ἀργεῖ@.
Διονύσι@ ὁ ἐξ Χαλκίδος.
Διονύσι@ ὁ Φασηλίτης.
Δίφιλ@ ὁ τὴν Θησηίδα ποιήσας.
Ἑλλάνικ@ ἐν τῷ πρώτῳ -- περὶ Αἰολικῶν ἱστόρηκεν.
Ἐπιμενίδης.
Ἐπίχαρμ@ ἐν νάσοις.
Ἐρατοσθένης.
Εὐμηλός τις ποιητὴς ἱστορικός.
Εὐμολπ@ Κορίνθι@ ὁ γράψας νόσον τῶν Ἑλλήνων.
Εὐριπίδης — ἐν Ἀνδρομάχῃ, ἐν Ἀντιγόνῃ, ἐν τῷ Μελεάγρῳ.

* Hujus τρίτον περὶ Πινδάρου laudat Athenæus Lib. XI. p. 495.

2011 Ministerio de Cultura

Εὐφορίων ἱστορεῖ.
Ἔφορος ἱστορεῖ.
Ζηνόδοτος.
Ἡρόδοτος.
Ἡρόδωρος — ἐν Πελοπείᾳ, ἐν Οἰδίποδι.
Ἡρόφιλος.
Ἡρωδιανός.
Ἡφαιστίων.
Ἡσίοδος, ἐν ἔργοις, ἐν Θεογονίᾳ sive ὑπὲρ τῆς τῶν Θεῶν γενέσεως, ἐν Ἠοίαις, ἐν μεγάλοις ἠοίαις, ἔπη εἰς Ἡσίοδον ἀναφερόμενα χείρων ὑποθῆκαι.
Θαλῆς.
Θεογένης ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης.
Θεόκριτος.
Θεόπομπος — ἐν Μήδῳ.
Θεόπομπος ἱστορεῖ — ἐν πρώτῳ περὶ ἀρρήνης.
Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων, ἐν τῷ περὶ Τυρσηνῶν.
Θουκυδίδης.
Ἴβυκος ἱστορεῖ.
Ἱερωκλῆς.
Ἱππίας.
Ἱπποστράτος, ὁ τὰ περὶ Σικελίας γενεαλογῶν.
Ἴστρος, ἱστορεῖ.
Καινέας.
Καλλίμαχος — ἐν Αἰκάλῃ, ἐν Ἰάμβοις, ἐν ὕμνοις, ἱστορεῖ.
Καλλίστρατος.
Κράτης.
Κρατῖνος.
Ὁ Κύπρια συγγράψας.
Λυκόφρων ὡς ἀφέλεια.
Λυσίμαχος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νόστων ἱστορεῖ.
Μεναῖχμος ὁ Σικυώνιος ἐν τῷ Πυθικῷ.
Μενεκλῆς.
Μενεκράτης.
Μίμνημος (an Μίμνερμος) ἱστορεῖ.
Μνασέας ὁ Παταρεύς.
Νικοκλῆς.
Ὅμηρος saepissime. Ὁμηρικοὶ ὕμνοι.
Οἱ τὰ μεθ' Ὅμηρον γράψαντες.
Παυσανίας ἐν τρίτῳ Ἡρακλείας.
Παρθένιος ἐν τῇ Ἀρήτῃ.
Παρμένων.
Πεισανδρος ὁ Καμιρεύς.
Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις, ἐν Πυθιονίκαις, ἐν Νεμεονίκαις, ἐν Διθυράμβοις, ἐν θρήνοις, ἐν παιᾶσι, ἐν ὕμνοις, ἐν τοῖς ὑπορχήμασιν, ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθένων.
Οἱ ὡδοὶ Πινδάρου.
Πλάτων.
Πολέμων, ἐν τῷ περὶ Θήβης.
Πυθαίνετος ἐν πρώτῳ Αἰγινητῶν.
Σαπφώ.
Σιδώνιος.
Σιμωνίδης — ἐν ὑπογράμμασι.
Οἱ ὡδοὶ Σιμωνίδου.
Σοφοκλῆς — ἐν Αἰθάμαντι, ἐν Αἰγεῖ, ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ, ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς, ἐν Λημνιάσι, ἐν Ναυπλίῳ, ἐν Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ, ἐν τῷ Θερμηθεῖ, ἐν Τελεπολέμῳ, ἐν Τρωΐλῳ.
Στησίχορος ἐν Κύκνῳ.
Συνέσιος.
Σωκράτης ὁ Ἀργεῖος.
Σωσίβιος.
Σώφρων.
Τίμαιος ὁ συντάξας τὰ περὶ τῆς Σικελίας

λίας

2011 Ministerio de Cultura

λίας - ἐν τῇ δευτέρᾳ, ἐν τῇ δεκάτῃ.
ὁ Τραγικός (Sophocles)
Φαῦσος ἐν τοῖς Λακεδαιμονικοῖς.
Φῆς ὁ τὰ Μακεδονικὰ συγγράψας.
Φερεκύδης ἐν πρώτῳ, ἐν δευτέρῳ.
Φερένικος.
Φίλαρχος.
Φίλις.
Φίλοστέφανος.
Φιλόχορος.
Φύλαρχος.
Χαῖρις.
Χείρων ὁ Ἀποφθέγματα.
Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν.

IX. Jam poſt Pindarum alios deinceps *LYRICOS* celebriores, *LYRICAS*q; ordine liter. rum perſequamur, idque tanto brevius, quo pauciora ex illorum ſcr ptis ad nos pervenerunt. ALCÆUS, Mitylenæus Lesbius, Tyrannis *minaci Camœna* ſua [& σασιωτικοῖς carminibus infeſtus, ſed libenter obſequens vino, æqualis ac civis Sapphonis, clarus fuit circa Olymp. XLIV. Vide Herodotum V. 95. Strabonem Lib. XIII. p. 617. & Laërtium Lib. I. ſect. 81. ubi quædam ejus in Pittacum convicia refert. *Carminibus* ſuis & ᾠδαῖς in eundem concitavit animos civium ſuorum Mytilenæorum, ut teſtatur Maximus Tyrius diſſ. XXI. Confer locum quem ἐκ τινῶν Ἀλκαίου σκολιῶν μελῶν profert Ariſtoteles III. 10. politic. Etiam *bellicas res* ſcripſit Alcæus & *navigationem ſuam*, cum à tyrannis Mytilenenſibus pulſus eſt, ſi fides Porphyrioni & Acroni ad Horatium Lib. II. Od. 13. *Hymnum in Apollinem* memorat Plutarchus Lib. de Muſica, Pauſanias Phocicis p. 817. vocat προοίμιον * εἰς Ἀπόλλωνα quod eruditus interpres perperam reddit *proluſionem*. *Hymni in Mercurium* meminit idem Pauſanias Achaicis p. 574. ac Porphyrio ad Horatii Lib. I. Od. 10. Alcæum ἐν τῷ ἐνάτῳ laudat Etymol. M. in ὀδέν. Æolica dialecto ſcripſit Alcæus, & magni exiſtimatus eſt à veteribus. Ἔκδοσιν poëmatum Alcæi Ἀελιοφάνειον & Ἀελιτέρχειον memorat Hephæſtio in Enchiridio p. 74. In Alcæi ᾠδὰς ſive ἄσματα ſcripſerat *Callias* Lesbius teſte Strabone, quem Athenæus vocat ex eadem qua Alcæus urbe Mitylenæum. *Horapollinem* quoq; in Alcæum ſcripſiſſe teſtatur Svidas. *Dicæarchum* ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου laudant Athenæus & Scholiaſtes Ariſtoph. uti *Chamæleontem* Ponticum idem Athenæus Lib. X. Luſibus & amoribus non aptiſſimam fuiſſe Alcæi Muſam, poſt Quintilian. X 1. notat Julianus in Miſopogone. Eodem autem Fabio judice Alcæus *in parte operis aureo plectro* ** *merito donatur*

* Προοίμιον idem eſt quod hymnus. Vide Ez. Spanhemii notas ad Callimach. p. 3 Menag. ad Laërt. p. 379. Scripſit & Alcæus *Epigrammata*. Porphyr. apud Euſeb. X. 3. præparat: Ἀλκαῖος δὲ ὁ τῶν λοιδορῶν ἰάμβων καὶ ἐπιγραμμάτων ποιητὴς παρῳδήκε τὰς Ἑλένης κλοπὰς ἐξελέγχων.

** Horat. *Hunc Lesbio ſacrare plectro*
Teque tuasque decet ſorores.

2011 Ministerio de Cultura

quo tyrannos insectatur : multum etiam moribus confert , in eloquendo quoque brevis & magnificus , & diligens , & plurimum Homero similis , sed in lusus & amores descendit , majoribus tamen aptior. Hodie nihil hujus Poëtæ exstat præter perpauca quædam fragmenta, quæ collecta sunt à *Mich. Neandro* a) in Aristologia Pindarica p. 425. seq. *Henr. Stephano* b) in Lyricis p. 12. 419. & 433. ac diligentius à *Fulvio Ursino* c) in carminibus novem illustrium fœminarum & Lyricorum, p. 100. seq. 300. seq. Videndus etiam Janus Rutgersius cap. 4. Venusinarum Lectionum, & Casp. Barthius Lib. I. Adversar. c. 19. Versus de duplici pudoris genere, laudato altero altero rustico & inepto, Euripidis est non Alcæi, inter cujus fragmenta ab H. Stephano perperam referri notavit Theodorus Canterus Lib. II. Var. Lect. cap. 18.

Fuerunt

a) *Mich. Neander* Gnomologiæ sive Aristologiæ Pindaricæ Basil. 1556. 8. Græcè & Latine cum notis editæ subjecit collectas à se aliorum Lyricorum vitas ac sententias, Simonidis p. 395. Anacreontis p. 410. Bacchylidæ p. 416. Stesichori p. 421. Alcæi p. 424, Sapphus p. 427. & Alcmanis p. 430. quibus denique p. 431. vitam Ibyci subjungit, nullas ejus sententias reperire se potuisse testatus.

b) *H. Stephanus* Græce & Latinè edidit Carminum Poëtarum novem Lyricæ Poëseos Principum fragmenta Alcæi, Sapphus, Stesichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis, Pindari, nonulla etiam aliorum, Archilochi, Melanippidæ, Telesti, Pratini, Timocreontis, Hybriæ Cretensis, Aristotelis, Erinnæ Lesbiæ, Alphei Mitylenæi, incerti in Anacreontem, Juliani Ægyptii & Theocriti. Plures hujus collectionis (Marco & Johanni Fuggero dicatæ) exstant editiones supra in Pindaro jam mihi notatæ, quarum binæ jam scribenti mihi sunt ad manus, una Plantiniana Antwerp. 1567. 12. altera ad calcem Pindari Græcolatini, forma minore, apud Paulum Stephanum Ao. 1600. editio quarta, multis versibus ad calcem adjectis locupletata, cujus paginas subinde allego hoc capite. Exstant & fragmenta hæc Græcolat. ex H. Stephani collectione in Corpore Poëtarum Græcorum Genev. 1614. fol.

c) *Fulvius Ursinus* Romanus vir eruditus & MStorum Codicum Bibliothecæ Farnesianæ ruspator tractatorque sollertissimus A. 1568. 8. ex officina Christoph. Plantini edidit Græce, Alex. Farnesio Cardinali inscripta, & diligentius à se quam Stephano factum fuerat collecta notisque illustrata Carmina, sive fragmenta potius carminum novem illustrium fœminarum Sapphus, Erinnæ, Myrus, Myrtidis, Corinnæ, Telesillæ, Praxillæ, Nosidis, Anytæ, & Lyricorum: Alcmanis, Stesichori, Alcæi, Ibyci, Anacreontis, Simonidis: Elegias Tyrtæi & Mimnermi & Bucolica Bionis ac Moschi. Denique Orphei quædam & Cleanthis, ac Moschionis Comici, Euripidisque, Theodectæ, Menandri & Philetæ Coi, subjecta ad calcem Metaphrasi Bucolicorum Bionis ac Moschi latina concinnata à *Laurentio Gambara* Brixiano. Fallitur enim Antonius Teisserius Vir Cl. qui in additionibus ad Elogia Thuanea. T. 2. p. 71. universam hanc Fluvii Ursini collectionem carmine à Gambara expressam tradit.

2011 Ministerio de Cultura

Fuerunt & alii Alcæi. 1) Avus Herculis. Pauſan. Arcadic. p. 627. 2) Herculis filius. Herodot. l. 7. 3) Socer Pythagoræ. Jamblich. in hujus vita c. 30. 4) Tragicus Athenienſis de quo infra in notia Tragicorum. 5.) Comicus veteris Comœdiæ, de quo infra in Comicis. 6) Alcæus Meſſenius Ἐπιγραμματογράφος, qui Philippi Macedonis æqualis fuerit, ſiquidem is ſit auctor Epigrammatis quod refert Plutarchus in Flaminio pag. 573. Sed If. Voſſius in Catullum pag. 42. Epigramma illud putat compoſitum ab Alcæo Comico, cui reſpondit Philippus ἀντικωμῳδῶν. Saltim antiquior Meſſenius ille Alcæus fuit Meleagro Gadareno, qui ſub ultimo Seleuco floruit & Coronæ ſuæ Epigrammata ejus intexuit. Vide Allatium de patria Homeri cap. XIV. 7) Alcæus Epicureus, qui Româ cum aliis ſectæ ſuæ pulſus eſt Anno U. C. 581. Olymp. CLI. 4. L. Poſtumio Albino Coſ. ut auctor Athenæus Lib. XII. p. 547. Ælian. Var. Hiſt. IX. 12. Quod porro Gyraldus facit mentionem Alcæi cujusdam qui æqualis fuerit Veſpaſiani, neſcio an fraudi eidem fuerit obiter inſpectus Plutarchus, in quo mentio Titi indignantis Alcæo, Epigrammatis quod paulo ante dicebam conditori. Verum iſte Titus haud Veſpaſianus eſt ſed Flaminius. Non niſi aliud plane agenti potuit obrepere error tam craſſus Gyraldo viro eruditiſſimo. Nihil vero certius quam hominem præſtantiſſimos etiam humani aliquid pati ac dormitare quandoque.

X. ALCMAN patria Lydus * Sardianus, civitate Meſſoates ** ſive Spartanus, Alcæo antiquior jam circa Olymp. XXVII. teſte Euſebio ac Svida claruit, cum in Lydia regnaret Ardys II. Crœſi proavus. Nomen hujus Poëtæ cum *Alcmæone* ſubinde confunditur à librariis ut docent Scaliger ad Euſeb. p. 82. & Menagius ad Laërtium VIII. 83. Archytâ autem Harmonico teſte (apud Athenæum Lib. XIII. p. 600.) Alcman fuit ἡγεμὼν & primus vulgator τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. Amaſia ipſius eodem loco memoratur Poëtria & ipſa *Megaloſtrata*. Clemens Alex. Ἐρωτικὰ ab Anacreonte, ab Alcmane choream initium duxiſſe tradit, à Pindaro ὑπόρχημα Strom p. 308. Non minus ἀκόλαστος quam ſuo ipſius teſtimonio ἀδδηφάγος Alcman, denique periit phtiriaſi. Vide Meurſium

* Vide Clariſſ. Perizonium ad Æliani XII. 50. Variar. & Salmaſium ad Solin. p. 825. edit. Pariſ. ubi illuſtrat Alexandri Ætoli Epigramma, quod inemendatum & ſine auctoris nomine exſtat de Alcmane apud Plutarchum libro de exilio p. 599.

** Svid. Ἀλκμὰν Λάκων ἐκ Μεσσόας, κατὰ δὲ τὸν Κράτητα τῷ ὄντι Λυδὸς ἐκ Σάρδεων. Nimirum Strabone auctore Μεσσόα μέρος τῆς Σπάρτης Lib. VIII. p. 364. StephanoByz. τόπος Λακωνικῆς. Hinc forte alterum Meſſenium Alcmanem Lyricum, nullialii veterum cognitum, procudit idem Svidas.

2011 Ministerio de Cultura

sium ad Antigoni Caryſtii cap. 95. Agit etiam de Alcmane idem Meurſius in Miſcellaneis Laconicis, p. 321. ſeq. & in Lexico ſuo ingenioſiſſimus Bælius. Scripta Alcmanis fuerunt Μελῶν libri VI. Svidæ memorati, quæ eadem ut ſuspicor *παρθένια ἄσματα* vocat Stephanus Byz. librum eorum ſecundum laudans in *Ἐρυσίκῃ*. Alcmanem *ἐν τρίτῳ* & *πέμπτῳ* laudat Athenæus, ſed & *ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ*, forte non libro ſed *μέλει* ſive *ἄσματι*, niſi numerus ſit corruptus. Memorat *ἄσματα* Alcmanis Hephæſtio quoque in Enchiridio pag. 39. Alcmanis Κολυμβώσας ſive *natantes* ante Svidam memoravit Ptolemæus Hephæſtio Lib. V. apud Photium. Adi Meurſii Bibl. Græcam p. 1205. Fragmenta Alcmanis, qui Dorice ſcripſerat, perpauca exſtant apud Neandrum p. 430. H Stephanum p. 334. 425. & 455. & Fulvium Urſinum p. 63. & 297. Cornelius Alexander *ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς* εἰρημένων* laudatur à Stephano Byz. in *ἄραξα* & *ἀστός*. Monumentum antiquum marmoreum Alcmanis memoriæ conſecratum, allatumque è Græcia, exſtat Venetiis apud Bernardum Juſtinianum Abbatem S. Leonhardi, niſi fefellit conjectura Joh. Antonium Aſtorium Venetum, in expoſitione ſive commentariolo ad illud monumentum quod A. 1697. fol. edidit & illuſtri Magliabecho dicavit. Sed omnino falli Aſtorium affirmavit mihi doctrina non minus quam genere nobiliſſimus Frid. Roſtgaardus, qui monumento ipſo Venetiis inſpecto nullum inde Alcmanem exſculpere potuit, ſed longe alia deprehendit nomina, hæc nempe:

ΦΑΝΟΣΤΡΑΤΗ ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΟΥ . . . . . .
ΑΥΤΩΙ ΥΙΩΝΟΙ Μ . . . ΛΟΠΙ ΤΗΔ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΖΗΛΩΤΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΤΟΙΣ ΠΑΡΙΟΥΣΙΝ ΟΔΟΝ.
ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΗΣ ΠΡΩΤΙΩΝΟΣ ΑΙΞΩΝΕΥΣ
ΖΑΝ ΧΑΙΡΕ

XI. ALPHEI Mytilenæi nihil exſtat præter Epigrammata quædam in Anthologia Planudæ relata, atque in his quatuor pulcherrimos phalæcos Lyricorum fragmentis ab H. Stephano p. 404. adjunctos, quorum poſtremus eſt:

Τὸ μηδὲν ἄγαν ἄγαν με τέρπει
Illud nil nimium nimis ſuave eſt.

Quando vixerit, & qualis fuerit, non mihi liquet.

XII.

* Alexander Polyhiſtor illo opere non commentatus erat in neſcio quos locos communes Alcmanis, ut putavit Berkelius Srephani interpres, ſed egerat de regionibus & locis quorum mentio fuit in Alcmanis poëmatis. Sic Euſebius ſcripſit *περὶ τῶν τοπικῶς εἰρημένων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ.*

2011 Ministerio de Cultura

XII. ANACREON ex Joniæ civitate Tejus, nobili familia, (Solonis enim cognatum innuit Plato in Charmide) ingenio nobilior, ſub Cyro maxime floruit, notante Zenobio V. 80. proverb. & quo tempore Polycrates Sami, Hipparchus Piſiſtrati filius tyrannidem tenuit Athenis, & ut ex Herodoto, Platone, Æliano, Pauſania, aliis conſtat. Interfectus eſt Cyrus Olymp. LXII. 4. Anacreon autem ætatem produxit teſte in Macrobiis Luciano, usque ad annum ætatis LXXXV. uvæ paſſæ acino tandem ſuffocatus. Vide Svidam in ὀινοπότης. Neque adeo incredibile mihi videtur Sapphonem & Anacreontem aliquo tempore eodem vixiſſe, licet amores quo Sappho Anacreontem arſiſſe fertur commentis & luſis Poëticis cum Athenæo lubens adſcribo. De vita hujus poëtæ præter editores, (Daceriam maxime) & qui de Poëtis ſcripſerunt, conſulendum Lexicon Clariſſimi Bælii, editione altera. Poëſin Anacreontis totam amatoriam eſſe jam olim affirmavit Cicero 4. Tuſc. neque aliud fere præcipit Teja Muſa Lyrici ſenis, niſi quod ait Ovidius, *cum multo Venerem confundere vino.* Minima pars ejus poëmatum tulit ætatem, nam Svida teſte, ſcripſerat dialecto Jonicâ Ἐλεγεῖα καὶ Ἰάμβους, παροίνιάτε * μέλη (Athenæo hinc inde laudata) καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια ſive *proprio carminis genere* ** *quod Anacreonticum ab autore appellatur compoſita*, qualia ſunt pleraque ejus quæ hodie ſuperſunt & quod ſervavit Gellius XIX. 9. *Hymni in Dianam* fragmentum affert Hephæſtio in Enchiridio p. 69. *Epigrammata* quædam Anacreontis nomine leguntur in Anthologia. Anacreontis Odas, quarum unam in antiqui libri tegmine reperit (teſte P. Victorio XX. 17. Var. Lect.) reliquas è duobus MSS. Codicibus *** quorum unum à Joh. Clemente Anglo Tho. Mori contubernali acceperat collegit, primus in lucem protulit, ediditque Græce & latine *H. Stephanus*, addita *Eliæ Andreæ* & ſua ipſius verſione latina, utraque carmine Anacreontico Pariſ. 1554. 4. Verſionem ſub H. Stephani editam nomine, Joſephus Scaliger in codice ſuo notaverat auctorem agnoſcere *Johannem Auratum*, ut ex Iſ. Voſſii fide refert Colomeſius p. 109. Opuſc. Anacreon porro Græce & latine frequenter recuſus eſt inter Lyricos ab eodem H. Stephano A. 1556. 8vo. collectos, & tum ex ejus Officina plus ſimplici vice, tum apud Plantinum, Commelinumque, tum in Corpore Poëtarum Græcorum denique Genevæ vulgatos, ut ſupra in Pindaro dicere me memini. Præterea recuſus eſt Anacreon cum

* Julian. Miſopogone: Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ καὶ Χαρίεντα. Τρυφᾷν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μουσῶν. Elegius ejus laudat Hephæſtio p. 4.

** Sunt & alia genera carminum quæ ab Anacreonte Anacreontia vocantur. Vide Marium Plotium p. 2638. & 2655.

*** Vide Bælii Lex. edit. 2. p. 214.

2011 Ministerio de Cultura

verſione proſaria *Frid Hermanni Flayderi* Prof. Tubing. & H. Stephani atque Eliæ Andreæ jam dictis Metaphraſibus & Flayderi notis, Tubing. 1622. 12. Denique cum fragmentis *Sapphonis*, notisque eruditis *Tan. Fabri* Salmur. 1660. & 1680. 12mo.

Anacreon & Sappho cum verſione *Gallica* proſaria & notis perelegantibus *Annæ Daceriæ* T. Fabri filiæ Pariſ. 1682. 12. & Amſt. 1693. 12. cui editioni, latinæ T. Fabri notæ ſunt adjunctæ.

Anacreon & Sappho cum verſione metrica, Gallica & notis haud minus eruditis *Longapetræi* (de Longepierre de Reicquelaine) Nobilis Burgundi, Pariſ. 1684. 1692. 12mo.

Prodierat etiam Anacreon Ao. 1556. & 1585. 12. ap. Patiſſonium è Gallica Metaphraſi *Remi Belleau* ſive *Remigii Bellaquæ*, quam è latina verſione H. Stephani compoſuit, & *Richardus* quidam *Renvoiſius* circa A. 1557. modulis animavit Muſicis, licet ab hoc Richardo & ipſo Anacreontem Gallice redditum tradit Antonius Verderius. Vide Bælii Lexicon edit. 2. pag. 214. Sed & *Henricus Stephanus* in præfatione ad editionem ſuam Græcolatinam Ao. 1554. teſtatur ſe odas Anacreontis prius jam tum Gallicas feciſſe: & *Petrus Ronſardus* nobilis Poëta Gallus pleraſque illarum Patrio carmine induit. De verſione Gallica (proſa an verſu, edita an inedita,) *Armandi Johannis Bouthillerii Rancei*, poſtea notiſſimi ſub nomine * *Abbatis de la Trappe*, mentio exſtat apud Adr. Bailletum libro de infantibus doctrina claris pag. 359. & Malpeolum (Mr. de Maupeou) in Rancei vita, ubi teſtatur ab eodem Armando vix tredecim annos nato illuſtratum præterea Anacreontem *ſcholiis Græcis*, vulgatumque Pariſiis 1639. 8. & recuſum A. 1647.

Hetruſco carmine Anacreontem reddidit *Bartholomæus Corſini* Pariſ. 1672. 12. & noviſſime *Franciſcus Seraphinus Regnerius Mareſius* Secretarius Academiæ Gallicæ, ibid. 1693. 12. additis notis. Idem Regnerius Gallicam ſuam Metaphraſin Poëticam plerarumq; odarum Anacreontis exhibet ad calcem Libri I. Iliados Gallico verſu à ſe translatæ Pariſ. 1700. 8vo.

Carmine Anglico Anacreontem maximam partem expreſſit *Abrahamus Cowlejus*, & cum Bione, Moſcho aliisque *Thomas Stanleius* Lond, 1651.

Nobiliſſimum virum *Lucam Langermannum* Anacreontis editionem molitum conſtat ex Reineſii ad Daumium Epiſtolis pag. 148. Specimen novarum emendationū neſcio cujus auctoris in Anacreontem (audacium

* Obiit die 26. Sept. 1700. natus 9. Jan. 1626. De Vita ejus conſule Ephemerides Pariſ. 1702. menſe Nov. p. 87.

2011 Ministerio de Cultura

dacium nimis, si quid judicio) occurrit in memoriis Trevoltianis Anni 1702. mense Januar. p. 96. seq. Fragmenta quædam Anacreontis ab H. Stephano omissa persequitur A. Schottus II. 61. Obs. human. Alius Anacreon fuit quem ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῆς laudat Scholiastes Nicandri ad Theriaca.

XIII. ANANIAS sive Ananius Jambographus antiquissimus, æqualis Hipponactis, memoratur Epicharmo apud Athenæum Lib. VII. c. 7. & Athenæo iterum Lib. III. cap. 5. & Lib. XIV. cap. 5. Tzetzæ prolegom. ad Lycophronem & Hephæstioni p. 16. Enchirid. ubi ait Scazontici carminis inventionem (non Jambici ut Vossius 3. Institut. poëtic. cap. 18. §. 8.) ab aliquibus Hipponacti, ab aliis Ananiæ tribui. Vide & Scholiasten Aristophanis ad Ranas v. 671.

XIV. ANYTE non Epidauria ut è Pausaniæ Phocicis colligebat Fulvius Ursinus, sed Tegeatis, ut ex ipsius inedito antea Epigrammate docet Holstenius ad Steph. Byz. in Τέγεα, apud quem scriptorem pro Ἀυγὴ μελοποιὸς Τεγεάτις legendum esse Ἀνύτη, primus observavit perspicacissimus in hisce literis Leopardus II. 16. emendat. licet & apud Leopardum in Gruteri editione (T. 3. Lampadis artium p. 37.) & in notis Berkelii ad Stephanum, pro Ἀνύτη perperam excusum Ἀκύτη. Præter XIV. hujus Anytes Epigrammata ex Anthologiâ Planudis petita, quæ in fragmentis fœminarum descripsit Fulvius Ursinus p. 56. seq. & Epigramma quod ab Holstenio primum in lucem editum dixi, Vide aliud apud Pollucem V. 5. quod incipit: ὦλεο δήποτε &c. Celebratur Ἀνύτης σῶμα in celebri Antipatri Epigrammate Lib. I. Antholog. cap. εἰς ποιητάς. De ætate hujus Poëtriæ non aliunde constat quam quod Tatianus narrat ejus statuam factam ab Euthycrate & Cephisodoto, quos CXX. Olympiade floruisse testatur Plinius XXXIV. 8.

XV. ARCHEBULUS Thebanus circa idem tempus floruit, ut colligitur è Svida in Εὐφορίων. Ab eo genus carminis Ἀρχεβούλειον dictum refert Hephæstio in Enchiridio p. 27. Exempli instar est hoc apud Terentianum Maurum:

Generi datur auctor huic vetus Archebulus.

Et apud Attilium Fortunatianum:

Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

XVI. ARCHILOCHUS Parius * Gygis temporibus vixit, ut au-

 ctor

* Parius Poëta pro Archilocho apud Dionem Chrys. Orat. 2. de regno & alios.

2011 Ministerio de Cultura

ctor eſt Herodotus Lib. I. c. 12. ſive regnante Romulo ut Cic. 1. Tuſc. hoc eſt circa * Olymp. XV. quo tempore à Pariis colonia deducta eſt, cui deductioni præfuiſſe certe interfuiſſe Archilochum conſtat. Confer Perizon. ad Æliani Var. X. 13. *Heraclidis Pontici* περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου libros duos memorat Laërtius V. 87. *Ariſtarchi* Grammatici Ὑπομνήματα Ἀρχιλόχεια ſive commentarios in Archilochum Clemens Alex. I. Strom. p. 326. Inter recentiores de Archilochi rebus non indiligenter egit Petrus Bælius in Lexico. Scripta ejus quædam recenſet in Bibliotheca Græca p. 1242. Joh. Meurſius. Jambicum genus carminis reperiſſe multi tradiderunt, ſed & ſummam in eo tuliſſe laudem innuit Quintilianus X. 1. & Vellejus Lib. I. *neque enim quenquam alium cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum & Archilochum reperiemus.* Confer Voſſium Inſt. Poëtic. III. 18. In *carmine Jambico* virulentiſſimo aliis ſubinde verſuum lyricorum generibus permixto, quo Lycamben ejusque filias ** perſtrinxerat & ad reſtin adegerat fabulâ uſum Archilochum teſtatur, Philoſtratus Lib. I. imaginum c 3. fabulâ nimirum de vulpe, ut ex Hermogene conſtat & Apoſtolio proœm. proverbior. ubi verba ipſa Archilochi habes. Adde quæ ſupra cap. VIII. §. 18. Julianus Orat. 7. Ἀρχίλοχος ὥσπερ ἡδυσμά τι περιτιθεὶς τῇ ποιήσει μύθους ὀλιγάκις ἐχρήσατο &c. Validas brevesque ac vibrantes ſententias in illo celebrat Quintilianus, quarum nonnullæ ſervatæ apud Stobæum. Obſcœnitatem jamborum Archilochi perſtringit Origenes 3. contra Celſ. pag. 125. Archilochi Ἐπῳδὰς memorat Zenobius V. 68. prov. & Stephanus Byz. in Πάρος. Ex his Semielegi quidam fuerunt ita ut Hexametris ſingulis dimidius verſus pentameter ſive dactylica tome ſubjiceretur, quod ab Archilocho repertum tradunt Diomedes Lib. III. p. 502. Terentianus p. 2422. & Victorinus p. 2551. De aliis Epodon Archilocheorum generibus vide eundem p. 2564. ſeq. & 2589. Ἐλεγεῖα Archilochi laudantur ab Athenæo Lib. XI. & videtur ex illis petitum qnod profert Svidas in Ξενία, Stobæus ſerm. 123. tum verſus de abjiciendo ſcuto ptopter quos à Lacedæmoniis expulſum *** narrat Plutar-

* Thaſium conditam Olymp. XV. è Dionyſio tradit Clemens Alex. I. Strom. p. 333. & ex Phaniæ fide Terpandrum æqualem Midæ, cujus mors ab Euſebio refertur ad Olymp. XX. 3. juniorem exiſtimatum Archilocho. Hinc malo aſſentiri Herodoto & Ciceroni, quam aliis ſcriptoribus qui Archilochum referunt ad Olymp. XXVII. vel XXIX. vel ad ſeriora etiam tempora, & amaſium faciunt Sapphonis, ut Diphilus apud Athenæum.

** Defendit filias Lycambis adverſus Archilochum Epigramma Dioſcoridis Lib. III. Anthолog. c. 12

*** Non Archilochum ipſum ſed ejus libros Lacedæmone exportari juſſos tradit Valerius Max. VI. 3. quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrarentur.

2011 Ministerio de Cultura

Plutarchus in Laconicis inſtitut. Archilochi *melos Olympionicis adcantari ſolitum* memorat Pindarus Olymp. Od. IX. Ἰοβάκχας Stephanus Byz. in Βέχαρ, & Hephæſtio in Enchirid. p. 55. qui addubitare videtur de auctore, ait enim : οἷόν ἐστ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχίλοχον Ἰοβάκχοις. Exemplum carminis hoc profert:

Δήμητερ ἁγνῆς καὶ κόρης τὴν πανήγυριν σέβων.

Τήλεφος Archilochi citatur ab Athenæo Lib. III. Allegat Poëtam iſtum etiam hinc inde Longinus, Etymologici M. auctor, & Euſtathius, ſed hic ex aliorum fide ferme, ut illius ætate jam interiiſſe ſcripta Archilochi videantur. Archilochi quædam fragmenta collegit H. Stephanus in Lyricis ſuis p. 376. 426. 459. De Pſeud Archilocho Annii Viterbienſis dixi in Bibl. latina. Nec ſane videtur fuiſſe ullus Archilochus Hiſtoricus, neque alius Archilochus poëta junior Lacedæmonius qui veteribus memoretur. Licet ſunt qui cum Antilocho etiam confundunt, aut cum Amphilocho, cujus celebre quondam oraculum exſtitit.

XVII. ARIPHRONIS Sicyonii nihil reliquum eſt præter *pæanem in ſanitatem*, quem ſervavit Athenæus in calce Lib. XV. Admodum vetuſtum ſcriptorem fuiſſe obſervo è Maximo Tyrio diſſ. 41. qui ejus meminit his verbis: ἄδεταί π ἐξ ἀρχαίας ᾠσμα ἐν εὐχῆς μέρει·

ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων
Μετὰ σᾷ ναίοιμι
Τὸ λειπόμενον βιοτᾶς.
Divarum Dea ſanitas,
Tecum ſit mihi vivere
Vitæ quod ſupereſt meæ.

XVIII. ARISTOTELIS Stagoritæ ſcolium * ſive ut alii Pæanem vel hymnum in Hermiam Atarnenſium Tyrannum ex Athenæi Lib. XV. c. 16. exhibet H. Stephanus in Lyricis p. 398. occurrit & apud Laërtium V. 7. & apud Cæſarem Scaligerum p. 109. Poëtic. cui tantopere ſe probavit, ut ex hoc maxime perpendere cupiat lectores, quantus vir Ariſtoteles fuerit in Poëſi, neque ipſo Pindaro minor. Vide & Meurſium ad Heſych. p. 123. De aliis Ariſtotelis poëmatis, ut peplo ei tributo, Ἐπεσι, Elegiis, μελοποιίοις ſive hymnis, atque encomiis, dixi infra ubi de Ariſtotele, Libro III. Scaliger affirmat Ariſtotelem ſcripſiſſe etiam

* Etymolog. M. σκολιὰ τὰ συμποτικὰ ᾄσματα. Videntur autem dicta σκολιὰ carmina quæ ex inæqualibus & diverſi generis verſibus conſtabant, ut ſonuli quidam ſive ſonetti & Madrigalia hodie. Confer Scholiaſten Luciani T. 1. p 27. Alias notationes nominis profert Cæſar Scaliger 1. Poëtic. c 44. Pindari quoque ἐπινίκια quæ habemus, Athenæus ſubinde vocat ſcolia.

2011 Ministerio de Cultura

pæana in Lyſandrum Lacedæmonium, qui ob dignitatem in Samo olim publice canebatur. Sed Plutarchus qui de hoc pæane memorat in Lyſandri vita p. 437. ab Ariſtotele compoſitum non docet. Neque Athenæus Lib. XV. p. 696. qui præterea Pæanem in Craterum Macedonem laudat ſcriptum non ab Ariſtotele ſed ab Alexino Dialectico.

XIX. ARTEMO μελοποιὸς memoratur Svidæ in ὄζων & Scholiaſtæ Comici in Acharnenſ. v. 830. Fuere autem plures Artemones: 2) Artemo Lacedæmonius (Servio ad IX. Æneid. p. 578. Clazomenius) machinarum bellicarum inventor, Diodor. Sic. XII. 28. Plutarch. in Pericle p. 167. & Athenæus Lib. XII. p. 531. 3) Artemo pro Antiocho SyriæRege ab uxore hujusLaodice poſt interfectum maritum ſuum venditatus. Plin. VII. 12. Valerius Max. XII. 14. Solin. &c. 4) Artemo Mileſius, qui ſcripſit Onirocritica libris XXII. (non XXIV. ut Hadr. Junius I. 13. animadverſ.) teſte Artemidoro Lib. II. c. 49. Memoratur & ab Euſtathio ad Iliad. Π. p. 1119. & inter alios ſomniorum ſcriptores à Tertull. de anima c. 46. & Fulgentio 1. Mythol. c. 13. 5) Artemo Pergamenus qui de rebus Siculis ſcripſit, ut è variis Scholiorum in Pindarum locis colligit Voſſius de Hiſt. Gr. p. 335. 6) Artemo Medicus apud Plin. XXVIII. 1. cujus collyrium memorat Galenus. 7) ArtemoLaodicenſis, Pater Andronis quo familiariter uſum ſe ſcribit Cicero XIII. 67. ad famil. 8) Artemo Caſſandreus, cujus ſcripta quædam laudantur ab Athenæo, ut περὶ συναγωγῆς βιβλίων, & liber II. περὶ βιβλίων χρήσεως ut Jonſius p. 331. legit, ſive ut Meurſius περὶ χρήσεως τῶν περὶ τὰς συνουσίας ἀδομένων. Hic ipſe forte eſt Artemo, quem Ariſtotelis Epiſtolas recenſuiſſe notavi ſupra c. 10. num. 17. è Demetrio Rhetore. Et quem περὶ ζωγράφων ſcripſiſſe tradit Harpocratio in πολύγνωτος. 9) Artemo Clazomenius, cujus ὄρους Κλαζομενίους allegat Ælianus XII. 38. hiſt. animal. Librum de Homero Svidas in Ἀρκτῖνος. Neſcio idemne ſit auctor operis περὶ Διονυσιακοῦ ἀπορήματος cujus librum primum laudat Athenæus Lib. XIV. p. 636. Meurſius quidem in Bibl. Gr. pag. 1266. ſed ſine cauſa tribuit Artemoni Caſſandreo, male vero titulus libri eo in loco latine redditur *de Dionyſiaca columna ſepulchrali*, nec melius Dalechampius: *de Bacchica intelligentia*, nam ἀπόρημα hîc ut ex contextu patet eſt vocabulum Muſicum idem fere notans quod σύσημα, ut adeo Artemo in iſto libro perſecutus eſſe videatur hiſtoriam inſtrumentum Muſicorum in Dionyſiis uſurpatorum. 10) Artemo Magneſius, ex cujus opere de virtute mulierum ἐκ τῶν Ἀρτέμωνος τοῦ Μάγνητος τῶν κατ' ἀρετὴν γυναιξὶ πεπραγματευμένων διηγημάτων profecit Sopater apud Photium cod. CLXI. p. 176. Deniq; 11) fuit Artemo

2011 Ministerio de Cultura

temo hæreticus, quem confutavit Cajus presbyter teste Photio cod. XLVIII. Meminit illius operis, Caji nomine omisso, Eusebius V. 28. Hist. Eccles. De Artemonis vero hæresi quam à Paulo Samosateno iterum resuscitatam ait Epiphan. LXV. 1. strictim agit Theodoritus II. 4. hæret. fab. ubi Artemonem hunc à nonnullis Arteman appellari ait, quemadmodum factum observo Methodio in convivio decem virginum p. 113. & à Felice III. Papa in Epist. ad Petrum Fullonem p. 543. Est & appellativum *artemo*, quod in glossario Isidori *instrumentum arietis* exponitur, & ita dictum possit videri ab Artemone Lacedæmonio, quem machinam bellicam, cui arieti nomen, reperisse tradit Servius loco supra laudato. Malunt tamen viri docti apud Isidorum rescribere *instrumentum ratis*, quorum rationibus assentior. Est enim artemo velum quod ad antennam expanditur, atque ita Papias Isidori exscriptor, ita alibi ipse Isidorus.

XX. Ab ASCLEPIADE Lyrico nomen accepit metrum carminis *Asclepiadeum*, non differens à Choriambico, ut ex Hephæstione pag. 34. apparet. Atilius Fortunatianus p. 2700. *Asclepiadion metrum vocatur, non quod repertor ejus Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius & frequentius sit usus. Ante illum enim usi Alcæus, & Sappho hoc integro usa est in libro quinto.* Male Gyraldus p. 493. ait Sapphonem libros quinque illo genere composuisse. Junior fuit Asclepiades Ægyptius, cujus hymnos in Deos patrios & alia scripta laudat Svidas in Ἡραΐσκῳ. De Asclepiade Poëta Ἐπιγραμματογράφῳ Samio Theocriti Magistro, cujus non pauca Epigrammata occurrunt in Anthologia Maximi Planudæ, consulenda Scholia ad Idyllion VII. v. 21. & 40. Qui vero in aliis eorundem scholiorum locis allegatur Asclepiades fuit Bithynus Myrleanus Gramrnaticus junior qui in Theocritum scripsit. De utroque Myrleano Asclepiade & aliis hujus nominis vide Jonsium p. 167. & 205. seq. Vossium Hist. Gr. Tiraquellum de nobilitate p. 343. Meursium Bibl. Græca p. 1195. & 1267. & ad Chalcidium p. 24. sq. Hendreichii Pandectus Brandenburg. pag. 305. seq. De Asclepiade Tragilensi Tragœdumenon scriptore ago infra in notitia Tragicorum.

XXI. BACCHYLIDES è Julide civitate Ceus, Simonidis civis & fratris vel sororis filius (ἀδελφιδῆς) Pindari vero æmulus* à quo hinc inde

* Etiam civem Pindari, Bœotum, ex nescio qua Alcmena vel Alalcomenio Bœotiæ civitate facit Lutatius sive Lactantius ad Statium, ut verba illius lecta sunt à Gyraldo dialog. IX. p. 474. & Fulvio Ursino in Lyricis p. 341. Sed nihil tale in emendatioribus Luctatii libris. Vide editionem Frid. Tiliobrogæ sive Lindenbrogii p. 254. Sane Ceum Bacchylidem fuisse consentiunt Strabo, Plutarchus, Ælianus, Stephanus Byz. Svidas & alii.

2011 Ministerio de Cultura

inde perſtringitur in ſuis ad Hieronem Regem odis, ſiquidem apud illum in gratia fuiſſe Bacchylidis Muſa dicitur. Vide Schol. Pindari 2. Pyth. p. 211. & Ælian. IV, 15. Var. In Peloponneſo ſcripſiſſe notat Plutarchus de exilio p. 605. Uſus eſt dialecto Dorica perinde ut Pindarus & Simonides, licet non eſſent δωριεῖς φύσει ut ait Corinthus de dialect. Scripta ejus à Meurſio in Bibl. Græca pag. 1273. recenſentur. Sunt autem hæc: 1.) Ἐρωτικά, Athen. Lib. XV. 2.) Ἐπινίκια quæ præter Stobæum Meurſio notatum memorat Ammonius in Νηρείδες laudans *Didymum* ἐν ὑπομνήματι Βακχυλίδου Ἐπινικίων. 3.) Προσῳδία Stob. ſerm. 96. 4.) Διθύραμβοι Schol. Pindari 1. Pyth. & Servius ad VI. Æneid. 5.) Ὕμνοι quorum præter Stobæum & Schol. Ariſtophanis meminit. Menander Rhetor capite περὶ τῶν ὕμνων τῶν εἰς τοὺς Θεούς. Verba ejus hæc ſunt: Κλητικοὶ μὲν ἔν ὁπόσοι εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶντε σὺν τῇ Σαπφοῖ ἢ Ἀνακρέοντι ἢ τοῖς ἄλλοις μετρικοῖς (forte leg. μελικοῖς) κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν Θεῶν. Ἀποπεμπτικοὶ δ' ὁποῖοι καὶ σὺν Βακχυλίδῃ ἔνιοι εὑρηνται ἀποπομπὴν ὡς ἀποδημίας τινὸς γενομένης ἔχοντες. 6.) Παιᾶνες. Clemens V. Strom. Zenobius II. 36. prov. & Stobæus ſerm. 53. His adde 7.) Bacchylidis ὑπορχήματα Meurſio præterita, quæ laudat Stobæus ſerm. XI. teſte Fulvio Urſino, nam in editis Stobæi codicibus ſolum Bacchylidæ nomen eſt adſcriptum. Ex iisdem videtur petitus Bacchylidis locus qui legitur apud Dionyſium Halic. περὶ συνθέσεως Ὀνομάτων. *Fragmenta* hujus Poëtæ poſt Neandrum p. 416. & H. Stephanum p. 250. 424. Collegit laudatus Urſinus pag. 199. & 340. Fuit & Bacchylides quidam Opuntius. Svidas in σοφιστής. Πλάτων γοῦν ὁ Κωμῳδοποιὸς ἐν δράματι σοφισταῖς καὶ τὸν Ὀπούντιον ποιητὴν Βακχυλίδην εἰς τοῦνομα κατέπαξε τῶν σοφιστῶν. Incertum an hujus ſit Epigramma quod ſub Bacchylidæ nomine exſtat in Anthologia Lib. VI. cap. 7. Cæterum Gyraldus qui ab Æliano duos præterea Bacchylides commemorari affirmat, Athenienſem alterum, tertiumq; Arcadem, falſus haud dubie memoria eſt, nam Bacides tres (non Bacchylides) atque in his Athenienſem alterum, tertium Arcadem commemorat Ælianus XII. 35. Var.

XXII. De CHARIXENA inter Lyricas Poëtrias mentionem facit Euſtathius ad Iliad. β. p. 247. Ἦν δὲ ποιήτρια ῥαψμάτων καὶ Χαριξένη, ὅθεν παροιμία σὺν καὶ τῷ Κωμικῷ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις (v. 938.) ὁ δὲ παπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν. Ad quem locum Scholiaſtes atque inde Svidas in Χαριξένη· εὐήθης καὶ μωρὰ ἡ Χαριξένη.

XXIII. CINESIAS Evagoræ F. Athenienſis Plutarcho Lib. de ſuperſtitione μελοποιὸς dicitur, & dithyrambos ſcripſit, unde κυκλιοδιδάσκαλος ſive κυκλίων ᾀσμάτων ποιητὴς dicitur ab Ariſtophane. Vide Scholia ad

2011 Ministerio de Cultura

lia ad Aves v. 1379. & 1403. & ad ranas v. 153. Ælian. X. 6. Var. Svidam in Κινησίας. E recentioribus Gyraldum p. 483. Erasmum proverbio *Camelus pyrrichiam didicerit* & Joach. kühnii specimen notarum ad Pollucem p. 132. seq. Duos fuisse Cinesias notaverat Aristoteles in Διδασκαλίαις, teste Scholiaste Comici ad Aves v. 1379. unde forte Cinesias à quibusdam vocatur Thebanus. Allegat Cinesiam quendam Erotianus in ῥεμβοειδέι τρόπον.

XXIV. CORINNA Thebana Poëtria Pindari temporibus floruit quem quinquies superavit teste Æliano XIII. 25. Var. confer Pausaniam Bœoticis p. 753. & Svidam. Eustathius ad Iliad. β. pag. 247. ἐ ἦ γυνὴ ἐποποιὸς τὴν Πινδάρε λυρικὴν ἀπήλεγξεν ἡττηθέντα ἰσόρροπα καὶ αὐτό, Βοιωτία ἦ ἦν ἐκείνη τὸ ἔθνος. Pindari juvenis adhuc à Corinna reprehensi meminit Plutarchus libro de gloria Athenienſium pag. 347. seq. At enim apud Apollonium libro de pronominibus Corinna reprehendit Myrtidem, quod mulier cum esset non dubitavit cum Pindaro contendere. Μέμφομαι Ἰώνγα τὰν Λιγυρὰν, Μυρτίδα μέμφομαι, ὅτι βάνα φῶσα ἔβα Πινδάροιο πολ' ἔριν. *Quantivis pretii* (inquit Salmasius Epist. XIV. ad Vosſ.) *hoc fragmentum, etiam ad Historiam. Vides hoc carmine argui Myrtidem poëtriam à Corinna, quod mulier nata descenderit in certamen cum Pindaro. Atqui Ælianus & cæteri antiquorum de Corinna hoc ipsum tradunt. Notat & Hesychius βάννα vel βάνα ex Æolica* (ita leg. non *Ætolica*) *lingua esse mulierem.* Scripsit Corinna teste Svida *libros quinque* (ἐπῶν ut ex Hephæstionis Enchiridio colligo p. 9. ἔστι μέντοι καὶ ἐν ἔπεσι, ὡς ᾠδὴ Κορίννης ἐν τῷ πέμπτῳ.

Ἡ δινεκῶς ἔυδεις ὀ μὰν πάρος ἦδα Κόρινα.)

Præterea νόμους λυρικοὺς ab illa scriptos ex eodem Svida discimus, quæ ἄσματα ni fallor vocat Pausanias pag. 753. In his fuit unum *in Tanagram* Pœmandri uxorem, memoratum eidem Pausaniæ p. 748. ex quo versiculos quosdam mihi videtur repetere Hephæstio p. 60. Enchirid. Sed & Θῆλυν Ἀθηναίης ἀσπίδα μελψαμένη Corinna dicitur ab Antipatro in veteri Epigrammate, atque *Epigrammata* etiam condidisse ipsa à Svida traditur, licet in Anthologia editâ nullum illius occurrit. Corinnæ vel potius Pindari *librum primum* παρθενίων laudat Scholiastes Aristophanis ad Acharn. v. 719. Nescio quod poëmation aliud Corinnæ suppositum innuit Athenæus Lib. VII. Κόρινναί τε ἡ ὁ ποιητικῶς τὸ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενον ποιημάτιον. Denique Antoninus Liberalis c. 25. allegat Corinnæ librum primum ἑτεροίων sive Metamorphoseon. Fragmenta quædam hujus poëtriæ collegit *Fulvius Ursinus* p. 46. & 295. seq. Svidæ binas

2011 Ministerio de Cultura

præterea Corinnas videas memorari, Thespiam unam, quæ Corinthia aliis, νόμων λυρικῶν auctorem. Altera junior Thebana, itidem Lyrica, ἡ καὶ μυῖα κληθεῖσα. Sed & primæ illi Thebanæ νόμους λυρικοὺς paulo ante Svidas tribuerat, & affirmaverat dictam μοῦσαν λυρικήν *Muscam Lyricam* (ita enim legendum apud Vossium de Poëtis Græcis pag. 29. non *Musam*) fortassis propter styli tenuitatem. Statius V. 3. silv. v. 158. *tenuisque arcana Corinnæ.* Ovidius quoq; amicam suam Corinnæ nomine celebrat, sed ut ipse testatur IV. 10. Trist. v. 60. *nomine non verô dictam.* Confer Joh. Savaronem ad Sidonii Lib. II. Epist. 10. p. 155. & carm. 23. p. 186. Alteram Thespiacam Corinnam à Pausania itidem celebrari, præter rem, ut existimo, tradit Tiraquellus in catalogo fœminarum eruditarum, Comment. ad leges connubiales p. 297.

XXV. CRITONIS μελοποιοῦ mentio apud Svidam in Μελανιππίδης. De aliis ejusdem nominis adeundus Svidas in Κρίτων & Meursius in Bibl. Græca.

XXVI. CTESIPHON ποιητὴς τῶν καλουμένων κολάβρων, sive auctor carminum quæ inter κολαβρισμὸν, lascivæ saltationis genus, decantabantur. Athenæus Lib. XV. c. 16. & ibi Casaubonus. Alius Ctesiphon fuit pro cujus decreto celebris exstat Demosthenis Oratio. Alius item Ctesiphon Athenienses alter, de quo Svidas. Alius Ctesiphon sive Ctesiphron Cnossius, Architectus, Metagenis pater, condita æde Dianæ Ephesiæ, & scripto de hoc volumine clarus, de quo Vitruvius præf. Lib. VII. Salmas. ad Solin. & Franciscus Junius in Catalogo Artificum. Alius Ctesiphon cujus Persica & Bœotica laudat Plutarchus in parallelis, & libro de flumin. Alius forte cujus περὶ δένδρων & φυτῶν idem Plutarchus libro de flum. allegat. Alius denique Ctesiphon ad quem literas exaravit Hieronymus. Fuit & vicus sive opidum Parthiæ hoc nomine ad Tigrim situm, ad quod occisus Gordianus & Carus Imperator ictu fulminis interiit. De illa civitate præter Geographos consules Valesium ad Ammiani XXIII. 6 p. 371. & Rittershus. ad Oppianum p. 8.

XXVII. DIONYSIUS Thebanus Epaminondæ in Musicis Magister, teste Nepote XV. 2. ab Aristoxeno apud Plutarchum Lib. de Musica p. 1142. accensetur claris Poëtis Lyricis sive λυρικῶν ῥημάτων ποιηταῖς ἀγαθοῖς, Lampro, Pindaro, Pratino. Hujus nullam mentionem fieri miror à Meursio in libro singulari, quo claros Dionysios recenset, T. X. Antiquitat. Græcarum.

XXVIII.

2011 Ministerio de Cultura

XXVIII. ERINNA Lesbia * æqualis, ut ajunt, Sapphonis, innupta discessit admodum juvenis vix nata annos undeviginti, & Heroico carmine dialecto Æolica scripserat Ἠλακάτην sive *colum* versibus trecentis qui elegantia nec Homericis cedere viderentur. Præterea epigrammata, è quibus unum itemque alterum exstat in Anthologia. In his mentio monumenti quod cicadæ fecerat non Myro statuarius, ut Varro apud Plin. XXXIV. 8. sed Myro Poëtria, Μυρὼ παρθένιον σέξασα κόρᾳ δάκρυ. Apud Stobæum serm. VII. habes oden sapphicam sub Erinnæ nomine *in laudem fortitudinis*, ut recte Grotius in Metaphrasi sua pag. 48. non *in laudem urbis Romæ* ut Gesnerus Stobæi interpres, H. Stephanus in Lyricis p. 403. & Lipsius Lib. I. c. 2. de magnitudine Romana. Cæterum à Fulvio Ursino Erinnæ reliquias colligente pag. 39. & 295. Ode illa prætermissa est, nescio an quod iliam Erinnæ non esse existimaret. Agit de Erinna etiam Tiraquellus in catalogo mulierum eruditarum, sed nonnulla tradit parum accurate, ut cum ait Myrus Epigramma in Erinnæ statuam legi Lib. VI. Anthologiæ c. 1. quod est in Cleonymum, scribit etiam Laertio in vita Cleobuli Erinnam appellari Hexametrorum ænigmatum vatem. Sed Cleobulinam sive Cleobuli filiam Eunœtin Laërtius vocat ἑξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτριαν, quæ illius ænigmata sive γρίφοι Plutarcho, Athenæo & Svidæ celebrantur. Sed & ænigma de cucurbitæ applicatione in balneo quod tangit Aristoteles III. 2. Rhetor. Demetrius de elocut. §. 102. Cleobulinæ esse, ex Plutarchi Convivio observat Menagius ad Laërt. pag. 52.

XXIX. De GLYCONE qui Glyconium carmen reperit, nihil fere restat præter exiguum fragmentum apud Hephæstionem in Enchiridio. pag. 33. Fuere & alii hoc nomine, ut Glyco Athenienſis statuarius, Glyco medicus dati Pansæ veneni suspectus, (Sveton. August. c. XI.) Glyco vocis absonæ tragœdus de quo Casaub. ad Persium V. 9. Glyco denique sive Lyco Philosophus de quo Laërtius V. 65. idemque (ut Heinsio visum) athleta de quo Horatius Lib. I. Epist. 1.

—— —— *invicti membra Glyconis.*

XXX. HERACLIDES Ponticus junior præter poëmata Heroica scripserat libros tres carmine Sapphico & Phalæcio, λέξεις inscriptos, pro Didymo Alexandrino præceptore suo adversus æmulum ipsius Aprum Grammaticum Aristarchi discipulum, de variis difficilibus quæ-

* Alii aliam ejus patriam nominant. Vide Stephanum in Τῆν, Svidam in Ἤρινναι & Eustathium ad Iliad. β. p. 247. De tempore quoque non conveniunt scriptores, nam ab Eusebio refertur ad tempora Alexandri M. circa Olymp. CVI.

2011 Ministerio de Cultura

ſtionibus & controverſiis. Vide Svidam in Ἡρακλείδ. & λέσχαι, Artemidor. IV. 65. Onirocrit.

XXXI. HIPPODROMUS Lariſſæus, Sophiſta, Philoſtrati Lemnii familiaris, Athenis ac Smyrnæ docuit, & præter declamationes ſive μελέτας, etiam Lyrica poëmata compoſuit. ᾄδονται γὰρ αὐτῷ καὶ λυρικοὶ νόμοι, καὶ δὴ καὶ τῆς νομικῆς λύρας ἥπτετο. Philoſtr. 2. de Sophiſt. p. 615.

XXXII. HIPPONAX Epheſius circa Olymp. *LX.* claruit, ut præter Plinium *XXXVI.* 5. confirmat Chronicon Marmoreum Arundelianum, quod poſt Cyrum eum ponit, & Proclus in Chreſtomathia qui ait floruiſſe ſub Dario. Ejus de Biantis juſtitia eulogium refert Strabo Lib. *XIV.* p. 636. & Laërtius I. 84. Clazomenem conceſſiſſe, cum à tyrannis Athenagora & Coma, pulſus Epheſo eſſet, teſtatur Svidas, unde Clazomenium appellatum in Sulpitiæ Satira v. 6. viri docti obſervarunt. Vide Adr. Junii adimadverſ. Lib. I. c. 16. *Hipponacti notabilis fœditas vultûs erat* ut ait Plinius, (adde Ælian. *X.* 6 Var.) *quamobrem imaginem ejus laſcivia jocorum Anthemus* (Athenis Svidæ) *& Bupalus propoſuere ridentium oculis, quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum* eos compuliſſe, quod tamen eſt falſum, complura enim in finitimis inſulis ſimulacra poſtea fecere.* Licet vero ἰαμβογράφος paſſim appellatur, tamen non vulgari jambico verſu uſus eſt, ſed ſcazonte ſive choliambo: λοιδορῆσαι γὰρ βουλόμενος τὸὺς ἐχθρούς, ἔθραυσε τὸ μέτρον καὶ ἐποίησε χωλὸν ἀντὶ εὐθέος καὶ ἄρυθμον, τουτέστι δεινότητι πρέπον καὶ λοιδορίᾳ. Τὸ γὰρ ἔρρυθμον καὶ εὐήκοον ἐγκωμίοις ἂν πρέποι μᾶλλον ἢ ψόγοις. Demetrius de elocut. §. 325. Tetrametri ſive octonarii ſcazontis Hipponactei exemplum exſtat apud Hephæſtionem p. 16. Jambos ſenarios & choliambos confuſe protuliſſe obſervat Priſcianus de metris pag. 1328. ſeq. Jambicum ſyllabarum quindecim in penultima claudicans Hipponacti tribuit Terentianus pag. 2436. Leges jambici carminis præterea ſubinde transgreſſum ex Heliodoro metrico obſervat idem Priſcianus pag. 1327. ubi librum primum ejus Ἰάμβων allegat, quemadmodum Pollux primum ac ſecundum. Parodiam ipſius ad primos verſus libri primi Iliados verſibus Heroicis ſcriptum ex ejus Hexametris profert Athenæus Lib. *XV.* & primum Parodias conſcripſiſſe affirmat

* Exempla eorum qui dictis vel ſcriptis acerbis alios ad mortem compulerunt, collegit Clariſſ. Bælius in Lexico ubi de Hipponacte agit, nota F, confer eundem in *Ceraſi* & in *Hochſtrato*, *Pighioque* itidem nota F.

2011 Ministerio de Cultura

mat. Perpauca alioqui Hipponactis fragmenta * exstant, quem non tantum petulanter atque acerbe, sed etiam αἰσχρῶς scripsisse, perinde ut Archilochum, ait Clemens initio primi stromatis. Hipponactem ἐν πρώτῳ Ἰάμβῳ κῆ Βαπάλῳ laudat Tzetzes in Chil. X. v. 380. & ad Lycophronem v. 219. & ex ejus χωλοῖς Ἰάμβοις adversum *Mimnem* sive, *Mimnetum* sex versus producit ad v. 424. Juniorem Hipponactem Grammaticum intelligo, cujus συνώνυμα laudat Athenæus Lib. *XIII.*

XXXIII. HYBRIÆ Cretensis scolium ex Athenæi Lib. XV. refert H. Stephanus in Lyricis p. 398.

XXXIV. IBYCUS Rheginus Simonide ** antiquior, æqualis Anacreontis, in Samo versatus est temporibus Polycratis, & teste Svidâ Dorice scripsit libros septem carminum sive μελῶν, ex quibus liber primus allegatur in scholiis ad Apollon. Lib. IV. Liber quintus ab Athenæo Lib. II dipnos. In iisdem scholiis ad Lib. III. Apollonii laudatur Ibycus ἐν τῇ εἰς Γοργίαν ᾠδῇ, qui Gorgias diversus sit oportet à Gorgia Rhetore. Stesichorum potius auctorem esse ἄθλων Ibyco tributorum docet Athenæus Lib. IV. Invenit præterea Ibycus instrumentum Musicum σαμβύκην teste Athenæo Lib. IV. & Svida in σαμβύκαι, perinde ut Anacreon invenit barbitum. *Maxime omnium flagrasse amore*, sive ut ait Svidas ἐρωτομανέστατον fuisse, ex scriptis ejus pridem observavit Cicero 4. Tusc. quæst. Apud Eusebium in Chron. num. MCCCC LXXVII. pro *Hippico* legendum *Ibycus*, *carminum* *** *scriptor agnoscitur*, ut pulchre notavit Salmasius ad Solin. p. 52. & ante Salmasium Arnoldus Pontacus Eusebii editor Scaligero etiam judice præstantissimus, quemadmodum Gvil. Canteri emendationem qui apud Statium V. 3. silvar. v. 153. pro *Obsitus* legit *Ibycus*, recte adversus Barthium tuetur Reinesius Epist. ad Hofmannum p. 504. Prætereo quæ de Ibyci rebus & fato Gyraldus, tum Erasmus in Adagio *Ibyci grues*, & Bonifacius historiæ ludicræ Lib. I. cap. VI. Fragmenta hujus Poëtæ collegit *H. Stephanus* p. 90. & 423. *Fulvius Ursinus* p. 115. & 318. Allegatur Ibycus etiam à Galeno 1. in sextum epidem. T. 5. p. 455. Marino in vita Procli c. 1. &c.

* Apud Aristotelem, Strabonem, Laërtium, Plutarchum, Stobæum, Athenæum, Eustathium ad Homer interpretes Hesiodi, Sophoclis, Aristoph. Apollonii, Lycophronis, Hesychium, Etymolog. M. Harpocrat. Tzetzem Chiliadibus. Svidam in βάπαλος &c.

** Schol. Apollonii Lib. IV. ὅτι δὲ Ἀχιλλεὺς εἰς τὸ Ἠλύσιον πεδίον παραγενόμενος ἔγημε Μήδειαν, πρῶτος Ἴβυκος εἴρηκε, μεθ' ὃν Σιμωνίδης.

*** Ita Hieronymus solet reddere vocabulum μελοποιός ut carmina ponat κατ' ἐξοχήν pro Lyricis carminibus,

2011 Ministerio de Cultura

XXXV. JULIANI Ægyptii carmen Anacreonticum quod incipit: στέρφω πολέων ποθ' εὗρον, ex libro VII. Anthologiæ exhibet H. Stephanus in Lyricis p. 408. Ejusdem Juliani, præfecti Ægypti, alia Epigrammata quamplura occurrunt in eadem Anthologia, quemadmodum & Juliani cujusdam Anteceſſoris * & Juliani Dioclis. Fuit & Julianus Ægyptius Medicus Olympiani diſcipulus, cujus libros 48. contra Aphoriſmos Hippocratis, & Philonium ſive librum de methodo, & alium περὶ ψυχικῶν καὶ σωματικῶν παθῶν idem Galenus memorat, qui eum Alexandriæ audiverat & poſtea Hippocratem adverſus illum ſcriptis defendit. De Juliano Theurgo patre & filio dixi ſupra Lib. I. cap. XXXVI. §. 11. Julianum Apſilarum dynaſtam qui ab Adriano Imp. regnum accepit, memorari videas ab Arriano, periplo ponti Euxini. Antonium Julianum hiſtoricum qui de Judæis ſcripſit, à Minucio Felice p. 37. De Juliano Cappadoce Sophiſta, adeundi Eunapius, Svidas & qui Lexicon ejus Rhetoricum memorat Photius Cod. 150. Julianus JCtus (νομικῆς φάλαγγος) in quem eſt Epigramma Theæteti IV. 1. Anthol. non eſt Salvius Julianus ** qui juſſu Adriani Imp. edictum perpetuum condidit, ſed alter junior qui ſub Juſtiniano vixit & conſcripſit Epitomen Novellarum, idem cui opus ſuum Grammaticum dicavit Priſcianus. Julianum ἐν Ἀθήναις κληρωτὸν ἄρχοντα ſæculo poſt Chriſtum natum tertio clarum memorat antiquum ſcholion Chriſtiani ſcriptoris ad Vitam Procli ſcriptam à Marino, ſed apud Marinum c. 36. potius reſpicitur Julianus Imperator, à quo Epocham quod repetat Philoſophus paganus natione Syrus, tanto minus mirari licet, ſiquidem Vir. Clariſſ. Joh. Harduinus in Chronologia V. T. è numis illuſtrata p. 62. obſervat in more poſitum fuiſſe Orientalibus, ut æram inchoarent ab exortu Principis alicujus qui de ipſis eſſet optime meritus, eamque producerent quam diutiſſime liceret, donec alius majore beneficio prioris recordationem deleviſſet.

XXXVI. LAMPRUS inter Lyricos poëtas celebratur ab Ariſtoxeno apud Plutarchum. Vide ſupra num. *XXII.* Idem ni fallor Lamprus à quo Muſicam edoctum ſe profitetur Socrates apud Platonem Menexemo, & quem magna in Muſicis gloria fuiſſe teſtatur Cornelius Nepos in vita Epaminondæ c. 2. Alius fuit & junior longe Lamprus Erythræus, cujus auditorem fuiſſe Ariſtoxenum tradit Svidas Ἀριστόξ. Alius quoque ni fallor Lamprus Grammaticus, cujus meminit Ariſtoteles II. 7. Ethicor. ad Eudemum. *XXXVII.*

* De Juliano Anteceſſore qui Juſtiniani Imp. temporibus claruit, Vide Menagii Amœnitates juris p. 141. ſeq.

** Ita viſum Alciato II. 27. diſpunction.

2011 Ministerio de Cultura

XXXVII. LYSIMACHUS quidam μελοποιὸς εὐτελὴς sive Lyricus mediocris fuit cujus mentionem fecit Lycurgus Rhetor in oratione περὶ διοικήσεως teste Harpocratione ac Svida. Fuere præterea Lysimachus Aristidis Justi Pater, teste Platone, sed & filius teste Demosth. in orat. περὶ τῶν ἀτελειῶν. Lysimachus Macedo leoni * objectus impune ab Alexandro, inter cujus duces ac successores postea fuit, & Lysimachiam in Ætolia condidit. Justin. XV. 3. Seneca, Plin. &c. Lysimachus Acarnan ejusdem Alexandri præceptor. Plutarch. Alexandrô. Præceptor Regis Attali, Athen. VI. 13. Lysimachus Alexandrinus qui libros περὶ νόσων scripsit teste Athenæo, Schol. Apollonii, Pindarique & Apostolio, (corrupte Tzetzæ ad Lycophronem Symmachus) vide Jonsium p. 12. & Vossium de Hist. Græcis p. 384. Idem ut videtur Lysimachus cujus Αἰγυπτιακὰ allegat Josephus 1. contra Apion. Θηβαϊκὰ παράδοξα Scholiastes Apollonii & Sophoclis. Confer Gisb. Cuperi Varias observationes Lib. I. c. 4. Opus de *agrigultura* quod memorant Varro, Plinius, Columella, forte fuerit Lysimachi Hippocratii, cujus mentio in Scholiis ad Alexipharmaca Nicandri. Prætereo Lysimachum Ptolemæi F. Hierosolymitanum, in additamentis ad librum Estheræ memoratum, & Lysimachum Menelai fratrem atque ejus in Pontificatu maximo successorem, 2. Maccab. IV. 29. Tum Lysimachum fratrem Apollodoti, Joseph. XIII. 21. Lysimachum Cyrenæum. Tzetz. VI. Chil. v. 921.

XXXVIII. MEGALOSTRATA amica Alcmanis Poëtæ, poëtria & ipsa, ut paulo ante in Alcmane observabam.

XXXIX. MELANIPPIDÆ duo fuerunt Lyrici, unus Melius (male apud Athenæum Lib. II. sub init. Μιλήσιος) circa Olymp. *LXV.* cui διθυράμβων βιβλία πλεῖστα, poëmata Epica, Epigrammata, elegias & alia multa Svidas tribuit. Alter prioris è filia nepos, cum Perdicca Rege versatus, & qui multa in dithyramborum modulatione innovavit, auctor & ipse plurium ᾀσμάτων & διθυράμβων. Ex alterutrius horum poëmate *Marsyâ* quædam profert Athenæus Lib. *XIV.* Clemens Alex. V. Strom. p. 602. Ὁ μελοποιὸς ὁ Μελανιππίδης ᾄδων Κλῦθί μοι ὦ πάτερ, θαῦμα βροτῶν πᾶς ἀναζώει ψυχᾶς μεδέων. Vide H. Stephani Lyricos pag. 390. seq. & Gyraldum p. 476. Democriti Chii Musici (qui cognominis Philosophi æqualis fuit) scomma in Menalippidem refert Aristoteles III. 9. Rhetor. ἡ ὁ μακρὰ ἀναβολὴ τῷ ποιήσαντι καλίσκη. Parodia ad Hesiodi Ἔργ. 266. Melanippides enim pro antistrophis longiores anabolas fecerat, ut notat Petrus Victorius ad Aristotelis Rhetor. p. 532. Meminit Melanippidæ etiam Plutarch. p. 1095. de insuavi vita sec. Epicurum.

* Fabula videtur Curtio VIII. 1. 17.

XXXX.

2011 Ministerio de Cultura

XXXX. MESOMEDES Cretenſis, Lyricus, libertus Adriani Imp. non exigua apud illum gratia valuit, & delicias ejus, *Antinoum* carmine celebravit. Svidas: Μεσομήδης Λυρικὸς γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανῦ χρόνων, ἀπελεύθερος αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις. γράφει ἓν εἰς Ἀντίνοον ἔπαινον (ὃς ἦν Ἀδριανῦ παιδικά) καὶ ἄλλα διάφορα μέλη. Ab Antonino Pio ſalarium ei imminutum refert Julius Capitolinus cap. 7. ab altero Antonino (Caracalla ut notat Scaliger ad Euſeb p. 219.) poſitum ei (jam ante aliquot annos ut videtur) defuncto honorarium monumentum, teſtatur vetus ſcriptor apud Svidam. Carmen hujus Meſomedis Anacreonticum de vitro (in Anthologia Epigrammatum Lib. IV. c. 32. male in trochaicos numeros redactum) emendavit & rectius diſpoſuit Salmaſius T. 1. ad Hiſt. Auguſt. p. 263. ubi præterea exhibet ineditum ante ejusdem Meſomedis ænigma quod incipit: ἕρπετα πετωμένα βεβῶτα κέρα. Quanquam vero ποιητὴς νόμων κιθαρῳδικῶν vocatur ab Euſebio in Chron. & apud Svidam ὁ τὰς κιθαρῳδικὰς νόμους συγγράψας, hoc eſt ut interpretatur Scaliger, qui modulos muſicos fecit, ſive cantica muſicis notis expedivit: tamen poëtam quoq; fuiſſe certiſſimum eſt, & in altera editione Euſebii ſui agnovit ipſe Scaliger, multis vero docet Salmaſius νόμους & μέλη tam de modulis Muſicis quam de ipſis carminibus dici, ſicut jampridem Muſicos eosdem quoq; fuiſſe Poëtas tradidit Cicero 3. de Oratore. Diomedes in Scholiis ineditis ad Dionyſium Thracem: Ἔστι τινὰ ποιήματα ἃ δὲ μόνον ἐμμέτρως γέγραπται ἀλλὰ καὶ μὴ μέλους ἐσκέπτοντο ἃ καὶ διπλασίονα κάματον παρεῖχε τοῖς σκεπτομένοις τὸ μέτρον σπουδάζουσι διασώζειν καὶ τῶν μελῶν ἐπινοεῖν τὴν ἔυρεσιν. Ταῦτ' οὖν τὰ ποιήματα καλεῖται λυρικὰ ὡς ἀπὸ λύρας ἐσκευασμένα καὶ μὴ λύρας ἀποδεικνύμενα.

XLI. MUSÆUM Thebanum Thamyræ & Philammonis filium μελῶν & ἁρμάτων Poëtam antiquiſſimum memorat Svidas.

XLII. De MYIA utraque Lyrica Poëtria, Spartiatide altera, altera Theſpiaca dixi ſupra cap. XIII. 2. cum Pythagoricas recenſerem. Nunc tantum addo Theſpiacam non diverſam videri à Corinna, de qua paulo ante num. XXIV.

XLVIII. MYRO ſive MOERO Byzantia Homeri Tragici qui temporibus Ptolemæi Philadelphi * claruit filia vel potius ut in Σωσίθεος & Ὄμη-

* Antiquior videtur Myro Byzantia cujus ſimulachrum æneum Tatianus factum tradit à Cephiſodoto Statuario quem Olymp. CII floruiſſe conſtat è Plinio. Epigramma etiam Erinnæ quo Myronis virginis cicadam celebrari dixi ſupra, cum de Erinna agerem, aliam antiquiorem hujus nominis reſpicit, ſiquidem auctor epigram.

2011 Ministerio de Cultura

&Ὅμηρος à Svida traditum eſt, mater, conjux Andronici Philologi, poëtria ἐπῶν καὶ ἐλεγείων καὶ μελῶν. Heroicis verſibus ſcripſerat poëma cui titulus Μνημοσύνη, ex quo nonnulla profert Athenæus Lib. XI. Forte eodem carminis genere etiam compoſuerat *diras* ſive ἀρὰς, quæ laudantur à Parthenio cap. 27. erotic. *Hymnum* illius in Neptunum memorat Euſtathius ad Iliad. β. p. 247. Antipater in Epigrammate:

Τάςδε Θεογλώσσῳς Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας
Ὕμνοις καὶ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος,
Πρήξιλλαν, Μυρὼ, Ἀνύτης σόφια &c.

Epigramma Myrûs occurrit in Anthologia IV. 1. Fragmenta quædam collecta à *Fulvio Urſino* p. 42. & 295. At Pauſaniam quidem miror, cui non fœminæ ſed viri nomen eſt, Μύρων ὁ Βυζάντιος ποιήσας ἔπη καὶ ἐλεγεῖα. pag. 721. Bœotic. ubi quædam ex eo refert de Amphione. De Myrone ſtatuario celeberrimo Elevthereo fuſe agit Franciſcus Junius in Artificum catalogo, præter quem fuit & Myron alter * Lycius itidem ſtatuarius diſcipulus Polycleti. Apud eundem Pauſaniam in Atticis p. 55. legendum videtur Λυκίου δὲ Μύρωνος χαλκοῦν παῖδα, non Λύκιον. Idem in Eliacis poſterioribus pag. 454. & alibi ſtatuas Myronis celebrans eum vocat Athenienſem. De Myrone Prienenſi ſcriptore Μεσσηνιακῶν, vide quæ ex Athenæo & Pauſania Voſſius p. 391. de Hiſt. Græcis. Myronis Sicionyorum Tyranni mentio apud Ariſtotelem V. 12. Politic. Sed & in commentitia Prochori de S. Johanne narratione inducitur Myron quidam pater trium filiorum Rhetorum. Omitto quod Myrto à Socrate in domum recepta (vide Plutarchum in Ariſtide p. 335. & Athenæum Lib. XIII. p. 553. ſeq.) alicubi per librariorum negligentiam vocatur Myro, ut apud Eraſmum in ſcholiis ad Hieron. in Jovinian. T. 3. p. 23.

XLIX. MYRTIS Anthedonia ποιήτρια μελῶν laudatur à Plutarcho in quæſtionibus græcis p. 300. ubi ex illa refert quare Eunoſti heroïs lucum intrare nefas fuerit fœminis Tanagræenſibus. De ætate ejus inde conſtat, quod Pindarum & Corinnam teſte Svida inſtituit. Vide *Fulvium Urſinum* p. 44. Ex fragmento Corinnæ, quod ſupra num. XXIV. retuli, apparet Myrtidem cum Pindaro ingenii certamen iniiſſe & propterea à Corinna fuiſſe reprehenſam.

epigrammatis ſit Erinna, Sapphonis ἑταῖρα & ut volunt æqualis; Verum ab Euſebio Erinna refertur ad Olymp. CVI. & ἑταῖρος non ſemper indicat æqualem, ut infra in Iſocrate obſervabo. Fuerunt & plures fœminæ, Myronis nomine celebres, ut Myro Rhodia Philoſopha, quam Svidas ait ſcripſiſſe χρείας γυναικῶν βασιλίδων καὶ μύθους.

* Fuit & Elevthera urbs Lyciæ, vide Steph.

2011 Ministerio de Cultura

L. NOSSIS Locrenſis, æqualis fuit Rhinthonis Tarentini vel Syracuſani, qui claruit circa Olymp. CXVI. Unicum ejus Epigramma ex Anthologiæ Lib. III. refert *Fulvius Urſinus* p. 55. quod in illum quem dixi Rhinthonem eſt compoſitum. Aliud legitur apud Holſtenium & Berkelium in notis ad Stephanum Byz. in λοκροί. Hoc ipſum emendatius exhibuit & alia inſuper tria antea inedita vulgavit illuſtravitque Clariſſimus Bentleius in Apologia pro diſſ. de Epiſtolis Phalaridis Anglice edita p. 355. ſeq. Meminit hujus Noſſidis Antipater in Epigrammate de novem Poëtriis:

Νοσσίδα θηλύγλωσσον ἰδὲ γλυκυαυχέα Μύρτιν.

LI. PHALÆCUM à quo genus carminis Phalæcium nomen accepit, Gyraldus & Laur. Craſſus confundunt cum Philiſco ſive Philico qui fuit ex Plejade Tragicorum. Mentio hujus Phalæci apud Auſonium Epiſt. 4. aliosque complures, Grammaticos præcipue Metricos. At ſcripta ejus qui commemoraret neminem reperi, niſi quod Hymnos in Cererem ab eo compoſitos teſtatur Terentianus pag. 2424. & Epigrammata Athenæus X. Dipnoſophiſt. p. 440.

LII. PRATINÆ Phliaſii quædam ex Athenæo retulit H. Stephanus in Lyricis p. 394. ſeq. De hoc dixi infra cap. XIX. in notitia Tragicorum.

LIII. PRAXILLA Sicyonia ſcripſit διθυράμβους ex quibus Odam cui titulus *Achilles* laudat Hephæſtion in Enchiridio pag. 9. Antiquiſſima fuiſſe videtur, ſiquidem Praxilleis trimetris uſum Sapphonem notat idem Hephæſtio pag. 36. Potuerunt tamen Praxillea metra dici quibus poſt Sapphonem Praxilla frequentius uteretur, nam & ab Euſebio in Chron. diu poſt Sppphonem Praxilla ponitur Olymp. LXXXII. Admirationi fuiſſe Praxillam ἐπὶ τῇ τῶν σκολιῶν ποιήσει ait Athenæus Lib. XV. At σκολιὸν illud de Admeto, ab aliis Alcæo vel Sapphoni tributum teſtatur Pauſanias in Lexico apud Euſtath. ad Iliad. β. p. 247. Ex Praxillæ παροινίοις petitum ait Scholiaſtes Ariſtoph. ad Σφῆκας v. 1191. *Sed & hujus Praxillæ*, inquit Gyraldus, *nunc etiam carmen legitur ad Calain puerum de amoris mutatione.* E Gyraldo Tiraquellus ad leg. connubial. p. 303. *Praxilla - cujus etiamnum exſtat carmen ad Calain puerum de amoris mutatione.* Laur. Craſſus de Poëtis Græcis p. 432. *De ſuoi Ditirambi và celebrato quello à Calai Fanciullo della Mutazion d' Amore.* Voſſius: *Supereſt ejus carmen ad puerum Calain.* Lud. Morery in Lexico: *nous avons encore des vers qv'elle envoya à un jeune homme nomme Calais.* Hoc non occurrit apud *Fulvium Urſinum*, qui pauca quædam Praxillæ colligit p. 53. & 296. Neque alibi hoc potui reperire, non magis quam quod Tan. Faber eam affirmat

2011 Ministerio de Cultura

mat composuisse hymnos, & à Græcis recentioribus appellari *Basilicam*. Μελοποιὸς dicitur à Polemone apud Zenobium IV. 21. proverb. pro quo male in explicatione proverbii Vaticana apud A. Schottum γελοποιός. Male etiam in proverbiis è Svida VII. 47. Ἠλιθιώτερος ἢ Πραξίλλης Ἀδώνιδος idem præstantissimus Schottus vertit : *Stupidior Praxillis Adonidos*, pro *Praxillæ*. Neque Apostolii interpres probandus IX. 81. prov. qui bis habet *Praxelles*, magis vero peccavit ipse Apostolius, cui Ἄδωνις Πραξίλλης est Praxillæ filius, cum intelligatur poëma ejus de Adonide.

LIV. SAPPHO Scamandronymi filia, Lesbia Mytilenensis, æqualis Alcæi * fuit, ut patet vel ex Aristotelis 1. Rhetor. cap. IX. & ex Sapphonis loco apud Demetrium de elocutione §. 145. ubi Alcæum celebrat. Fœminas illi familiares has refert Maximus Tyrius diss. VIII. Gyrinnam, Atthidem, Anactoriam, Gorgonem, Andromedam. Ibidem amores Sapphonis cum Socraticis amoribus contendit, eosque non minus atque Anacreontis honestos fuisse ac pudicos disputat, ut Archilochum contrà ὑβρεισήν. Svidas præter Atthidem amicas Sapphûs nominat Telesillam, Megaramque (quibus ex Ovidio addi possunt Cydno Mnais, & Pyrino. Discipulas Anagoram Milesiam, Gongylam Colophoniam & Eunicam Salaminiam. *Damophilam* præterea, uxorem Pamphyli, quæ cum Sapphone versata sit, & ἐρωτικὰ, tum hymnos in Dianam Pergæam aliaque poëmata ejus exemplo composuerit, celebrat Philostratus I. 20. de vita Apollonii. Gellonis quoque Lesbiæ virginis meminit Sappho apud Zenobium III. 3. prov. In Doricham vero quæ Charaxi (fratris Sapphonis) amore capta non optima fide cum eo egerat, invecta est teste Athenæo Lib. XIII. Meminit illius Dorichæ etiam Strabo Lib. XVII. & Svidas in Ῥοδώπιδος ἀνάθημα, Herodoto enim II. 135. eadem Doricha vocatur Ῥοδῶπις, licet Athenæo observante Rhodopis sive Rhodope illa de qua Herodotus, longe diversa fuerit à Dorichâ Sapphonis. Reliqui duo fratres hujus Poëtriæ, Larichus fuere & Eurygius, Cercolas autem maritus & Κλεὶς sive Cleis * filia. Ille vero cujus amore exarsit fuit *Pampho*, ex cujus ἔπεσι nonnulla didicisse Sapphonem testatur Pausanias Bœotic. p. 767. Scripta Sapphonis hæc apud veteres memorantur:

1. Μελῶν Λυρικῶν libri IX. Svid. Maximam partem de amoribus fuere, unde ἐρωτικὰ μέλη vocant Plutarchus, Athenæus, Dio Chrysost.

* Sappho ipsa apud Hephæstion. p. 55. Enchirid.

Ἔστι μοι καλὰ παῖς χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
Ἐμφερὴ ἔχουσα μορφὴν ΚΛΕΪΣ ἀγαπητά.

2011 Ministerio de Cultura

Orat. 2. de regno, Librum ſecundum & tertium laudat Hephæſt. in Enchirid. quintum Pollux, Athenæus & Atilius Fortunatus: Septimum idem Hephæſtio. Odarum Sapphonis quarundam argumenta refert & ad legendum quam ad decantandam aptiores fuiſſe notat Demetrius libro de elocutione §. 167. Inter illas fuere etiam ᾠδαὶ ἐπιθαλάμιοι, ut ex Demetrio Rhetore, Dionyſio Halicarnaſſ. Hephæſtione conſtat & Servio. Sed & Catulli Epithalamium de Heſpero, & alterum Thetidis & Pelei ex Sapphone expreſſum ſuſpicatur If. Voſſius p. 189. ad Catull. Alia duo illuſtria Sapphonis carmina recenſita & emendata videre licet in notis ejusdem Voſſii ad Catull. pag. 113. ſeq. Jacobi Tollii ad Longin. pag. 76. ſeq. & in Dionyſio Halicarneſſeo editionis præſtantiſſimæ Hudſonianæ T. 2. p. 47. & 351. Sunt & nonnulla Sapphonis Horatio in Odis pulchre tranſcripta & imitata, ut ab Urſino & eruditis interpretibus animadverſum.

2. Ἐλεγεῖα. Svid. Ex his forte eſt, quam latino carmine ad Phaonem expreſſit Ovidius in Epiſtolis Heroidum. Eam recenſitam habes in Fulvii Urſini Lyricis p. 29. Conſulendus & Bachetus Meziriacus in erudito ad Epiſtolas Ovidii Commentario Gallice edito, & Urſinus libri laudati p. 289.

3. Ὕμνοι. Menander Rhetor, & Julianus Epiſt. 30. ad Alypium. Hymnus in Venerem apud Dionyſium Halicarnaſſ. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

4. Μονῳδίαι. Svid.

5. Ἐπιγράμματα. Svid. Ex his bina ſuperſunt in Anthologia, & unum quidem in Timadem, quæ innupta deceſſerat.

6. Ἴαμβοι. Svid.

7. Verſus ad Anacreontem, quos ex Chamæleonte ἐν τῷ περὶ Σαπφῦς refert Athenæus Lib. XIII. non dubitat Sapphoni eſſe ſuppoſitos ab Hermeſianacte.

Exiguæ quædam carminum Sapphonis reliquiæ, aliquoties lucem viderunt cum Anacreonte, ut ſupra cum de hoc agerem notare me memini. Diligentius Fragmenta ejus collegit Fulvius Urſinus p. 7-36. & 281. - 295. quanquam video ejus induſtriæ tum in hac tum in reliquis Lyricis nonnulla accedere poſſe. *Callias* Lesbius olim ut Alcæi ita Sapphonis quoque poëmata commentario illuſtraverat, teſte Strabone. Varii quoque Comici Sapphonis nomine dramata ediderunt, ut *Antiphanes*, *Diphilus*, *Ephippus*: de quibus infra in notitia Comicorum. Non in flore ætatis deceſſiſſe, ſed ſenium attigiſſe ipſa teſtis eſt apud Stobæum

2011 Ministerio de Cultura

bæum ſerm. LXIX. ὁ γὰρ τλάσομ' ἐγὼ συνοικεῖν ὅσα γεραιτέρα. Mytilenæis tanti poſt mortem viſa eſt Sappho, ut ejus vultu numos ſuos ſignarent teſte Polluce IX. 6. p. 437. qualem numum exhibet Urſinus pag. 2. ſed & Alcæum in numo Mytilenæorum obſervat Holſtenius ad Steph. p. 216. Confer Harduinum in numis urbium illuſtratis. De Sapphonis ſtatua ærea à Silanione Artifice fabricata meminit præter Tatianum Cicero IV. 57. in Verrem. Sunt qui etiam alteram dicunt fuiſſe Sapphonem Lesbiam, meretricem non poëtriam, ut ait Ælianus XII. 19. Var. Sed & huic poëmata Lyrica à quibusdam tribui Svidas non accuratiſſimus in diſtinguendis ſcriptoribus auctor retulit. Confer ſi placet quæ in hanc rem elegans & eruditus ſcriptor Bælius in Lexico, ubi de Sapphone. De Sapphus Poëtriæ & Phaonis amoribus conſulendæ notæ Hiſtoricæ Humfredi Prideaux ad Chronicon Marmoreum Arundelian. pag. 200. 201.

LV. SIMONIDIS Julitæ Cei magnum encomium legitur apud Platon. 1. de Rep. Σιμωνίδῃ γε ὦ ῥᾴδιον ἀπιστεῖν, σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ὁ ἀνήρ. Natus Olymp. LV. 4. Verſatus eſt cum *Pittaco* Mytilenæo, *Hipparcho* tyranno Athen. *Pauſania* Rege Lacedæmonior. & *Hierone* Syracuſ. Tyranno: ut ex eodem Platone conſtat. Sed & cum *Themiſtocle*, ut docet Plutarchus in Themiſtoclis vita, & cum *Alevadis* Theſſaliæ Regibus teſte Sozomeno præf. ad Hiſt. Eccleſ. Annos vixit Simonides circiter nonaginta, & cum ætate provectus Pindarum inſtituiſſet, diem obiit ſupremum Olympiade LXXVIII. Æmulus ejus fuit *Laſus* * Hermionenſis teſte Ariſtophane in Vespis, tum *Timocreon*, Rhodius, Poëta Lyricus & ipſe, de quo infra ſuo loco. De dictis & factis Simonidis operæ pretium eſt videre Xenophontem in Hierone, & quæ collegerunt Gyraldus, atque in edit. 2. Lexici Clariſſimus Bælius. Nam meo quidem inſtituto ſatis fuerit ſcriptorum Simonidis catalogum hîc exhibere, quæ ad unum omnia interciderunt exceptis fragmentis collectis a Camerario & Hertelio inter Gnomologos de qvibus ſupra cap. XI. tum in Ariſtologia Pindarica Mich. Neandri p. 395. & in Lyricis H. Stephani p. 272. 424. & 451. longeque diligentius à Fulvio Urſino p. 153 - 198 & 328. - 340. Scripſerat itaque Simonides Dorica dialecto:

1. Καμβύτε καὶ Δαρείε βασιλείαν. Svid. in Σιμωνίδης & Schol. Ariſtophanis ad Veſpas.
2. Ναυμαχίαν Ξέρξε ſive τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, μελικᾶς. Svid. & Schol. Ariſtophanis. Schol. Apollonii Lib. I.

* De hoc Laſo conſules ſcriptores à me laudatos ſupra Lib. I. c. XVI. §. 4.

2011 Ministerio de Cultura

3. Τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίων Ναυμαχίαν, δι' ἐλεγείας. Svidas, Schol. Aristoph. Priscianus de metris Comicis.

4. Θρήνους. Svid. Scholiastes Aristoph. & Theocriti. Ex his threnis videtur petita *Danaë* miseriam suam ὀδυρομένη apud Dionysium Halicarnass. in calce libri περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Threnum Simonidis in Lysimachum Eretriensem memorat Harpocratio in Ταμύναι. Confer Meursium Attic. Lect. IV. 7. *Threnos sive Planctus optime scripsit Simonides*, inquit Porphyrio ad Horat. Meminit & Georgius Gaelesiota apud Leonem Allatium Lib. de Simeonum scriptis pag. 210. Quintiliano autem X. 1. Inst. judice, præcipua Simonidis in commovenda miseratione virtus fuit, quod præter Catullum, Dionysium Halic. & Horatium confirmat Basilius Cæsareensis Epist. 379. ad Martinianum. Nihilominus idem Simonides propter singularem suavitatem meruit ut diceretur *Melicertes*, teste Svida & Schol. Aristoph.

5. Ὕμνους & Παιᾶνας. Menander Rhetor, Svidas, & Schol. Aristoph. Hymnum Simonidis *in Neptunum* memorat Schol. Euripidis ad Hecubam. At Hymnus *in memoriam* de quo Philostratus Lib. I. c. XI. de vita Apollonii, & inde Svidas in Σιμωνίδ. non Simonidis fuit sed Apollonii. Falsum interim apparet quod plane nullos in Deum hymnos scripserit Simonides, ut tradit Joh. Tzetzes Chil. VIII. hist. 228.

Οὐθ' ὕμνους ἔγραφε Θεοῖς αὐτὸς ὁ Σιμωνίδης
Ἐκκλίνων τὸ ἀνάργυρον, ἔγραφε δ' αἴνους παίδων
Ἀφ' ὧν ἐλάμβανε πολὺ καὶ διαρκὲς χρυσίον.
Ἐρωτηθεὶς ὅ πρός τινων, τί πρὸς Θεοὺς ὐ γράφεις,
Πρὸς παῖδας αἴνους γράφεις δε; ὁ Σιμωνίδης εἶπεν
Ὅτι οἱ παῖδες μοι Θεοὶ, ὡς ἐξ αὐτῶν λαμβάνων.

6. Μέλη varii generis, præcipue Ἐπινίκια, atque ἐγκώμια. Theocritus * Idyll. 16. v. 44. Svidas, Schol. Aristophanis, Theocriti & Pindari. Carmen Simonidis *in Evalcidem* Eretriorum ducem (scriptum ante Olymp. LXIX.) memorat Herodotus V. 102. *In Anaxilam* Messenium, qui mulis Olympia vicerat, Aristot. 3. Rhetor. & Heraclides in Politia Rheginens. *In Leophronem*, Athenæus. *In Megarenses*, Scholiastes Theocriti: in *Scopam* ** Thessalum (quod laudibus

* Apud Allatium pag. 211. pro *Theoctisto in Eratiis* legendum *Theocriti in Gratiis*.

** Alii in *Glaucum Carystium*, in *Leocratem* alii, alii denique in *Agatharchum* fuisse affirmarunt, teste Quintiliano XI. 2. Nullum nomen adscripsit Phædrus IV. 24. idem carmen memorans. Dictum Simonidis ad Scopam retulit Plato Protagorâ.

2011 Ministerio de Cultura

dibus Caſtoris & Pollucis majorem partem repleverat) Cic. 2. de Oratore, Valerius Max. & Svidas. *In Xenocratem*, Schol. Pindari. Hisce epiniciis Carminibus etiam adſcripſerim, quod Simonidem ἐν πενταέθλοις laudant Lucillus Tarrhæus ab Aldo editus, Svidas, Apoſtolius in Ἀλκυονίδες, & quod Scholiaſti Comici ad Equites allegatur aliquid ἐκ τῶν Σιμωνίδε τετρίππων. De Epiniciis etiam potiſſimum intelligendum ſuspicor, quod Palæphatum Ægyptium Svidas refert ſcripſiſſe argumenta ſive ὑποθέσεις εἰς Σιμωνίδην. Primum mercede Πανήκια ſcripſiſſe, legas in Scholiis Pindari ad Iſthm. 2. & apud Tzetzam VIII. hiſt. 228. & X. hiſt. 354. ne hoc loco repetam quæ de mercenaria Simonidis Muſa ad Phædrum notant viri docti. Satis tamen acutum eſt, quod apud Stobæum ſerm. 10. rogatus cur ſenex etiam numos corradere non ceſſaret, Ὅτι βελοίμην ἄν, inquit, ἀποθανὼν τοῖς ἐχθροῖς μᾶλλον ἀπολιπεῖν, ἢ ζῶν δεῖσθαι τῶν φίλων.

7. Τραγῳδίας. Svid. & Schol. Ariſtoph.

8. Ἐπιγράμματα ſive Ἐλεγεῖα. Merito enim hæc duo conjungo, quoniam Epigrammata Simonidis uno diſticho conſtantia à Pauſania & aliis ἐλεγεῖα vocari, contra à Scholiaſte Ariſtophanis ac Svida, qui Epigrammata Simonidis memorant, nullum Ἐλγείων mentionem fieri video. Horum Epigrammatum non pauca adhuc ſuperſunt tum in Anthologia, tum apud Herodotum VII. 228. Thucydidem, Ariſtotelem, Pauſaniam, Hephæſtionem, Stobæum, Pollucem, Laërtium, Athenæum & Ariſtidem, quæ collegit & deſcripſit Allatius de Simeonum ſcriptis p. 214. ſeq. longe plura atque emendatiora Fulvius Urſinus p. 157. ſeq. quem ab Allatio non conſultum miror. Ἐλεγεῖα in Athenienſes, qui prælio * Marathonio adverſus Platæenſes occubuerant, tumulis ipſorum inſcripta memorat Pauſanias Bœoticis p. 715. in quibus componendis ſuperatum à Simonide Æſchylum legitur in Tragici hujus vita. Videntur adhuc ſupereſſe Lib. III. Anthologiæ cap. εἰς ἀνδρείας. Epigramma in mortuum quem repertum humaverat & à quo per ſomnium monitus naufragium evaſerat, præter Valerium Max. & Joh. Tzetzem in Chiliad. I. hiſt. 24. memorat Scholiaſtes Ariſtidis apud Urſinum p. 330. Fuerunt & in Simonidis Epigrammatis *Griphi* quidam, ut uno alteroq; exemplo conſtat, qnod producit Athenæus. Mentio Simonidis tanquam Ἐπιγραμματογράφε etiam in prolegomenis Tzetzæ ad Lycophronem, & in Scholiaſte Pindari.

Locus

* Geſtum eſt Olymp. LXXII. 3.

2011 Ministerio de Cultura

Locus quem ex Luciani Scytha producit Fulvius Urſinus p. 181. non Simonidis eſt, ſed alterius Cei, Bacchylidis: ut obſervat Colomeſius p. 463. ad Gyraldum. Idem Urſinus p. 181. ex Lucillo Tarrhæo in Σαρδώνιος γέλως & Theocriti Scholiaſte in Idyll. I. producit loca in quibus allegatur Simonides *libro ſecundo de Sicilia*, & *libro 2. de Syracuſis*, ſed is alius Simonides, Platone junior fuit, ut probe notatum Voſſio I. 8. de Hiſtoricis Græcis. Strabonis vero locus Lib. XV. p. 728. edit. Morelli, in vitio forte cubat, licet aliud videtur Allatio p. 211. nam pro verbis ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης ἐν Μήμνονι διθυράμβῳ τῶν Δαλιακῶν, Cauſaubonus è Svida legit Σῆμος ὁ Ἠλεῖος ſive ὁ Δήλιος. Sic *ovum* quod ſub Simonidis nomine laudat Franciſcus Blondellus in comparatione Pindari cum Horatio p. 32. Simmiæ eſſe conſtat, de quo infra ſuo loco. Quod porro Scholiaſtes Apollonii Lib. I. p. 56. τὸν γὰρ Ἰωλκὸν Μινύαν φῆκεν, ὡς φησι Σιμωνίδης ἐν συμμίκτοις, aut ſubintelligendum fuerit μέλεσι, aut alius fuerit Simonides illorum συμμίκτων ſcriptor, ſiquidem ejusmodi exſtiterunt qualia σύμμικτα Philemonis, Calliſtrati &c. de quibus Wovveranus c. 13. Polymath. Fuit & alius Simonides Jambographus * Amorginus, qui & elegiarum libros duos Svida teſte ſcripſit, cujus meminere Strabo, Clemens Alex. Athenæus, & alii: confer Voſſium III. Inſt. poët. p. 97. Allatium p. 206: tum Simonides Ceus junior, circa Olymp. LXXXII. clarus, quem Svidas ait ſcripſiſſe libros III. περὶ ** εὑρημάτων, & libros tres de genealogiis. De aliis Simonidibus conſulendus præter Voſſium Lib. de Hiſt. Græcis, Leo Allatius libro de Simeonibus p. 217. ſeq. Chamæleontem Heracleotam ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου laudat Athenæus: nimirum de pluribus Poëtis egerat ille ſcriptor, ut accurate notavit Jonſius p. 93. De dialectis Simonidis & aliorum poëtarum Lyricorum, Homerique, ſcripſerat *Tryphon* Alex. teſte Svida.

LVI. SIMON Magneſius de quo Strabo Lib. XIV. pag. 648. Muſicus fuiſſe videtur & ſimul Poëta. Καὶ Σίμων ὁ μελοποιὸς καὶ αὐτὸς παραφθείρας τὴν τῶν προτέρων μελοποιῶν ἀγωγὴν, καὶ τὴν Σιμῳδίαν εἰσαγαγὼν, καθάπερ ἔτι μᾶλλον Λυσιῳδοὶ καὶ Μαγῳδοί. Mentio hujus Simonis ſive

* Tzetzes Chil. XII. v. 52. notat Simonidem fuiſſe inventorem literarum η & ω, dubitat vero utrum τὸν Ἀμόργου, (Amorgi filium vocat etiam Chil. I. v. 619.) τὸν Σάμιον ἐκεῖνον, an Ceum. De literarum inventoribus conſule ſi lubet ſcriptores ſupra à me laudatos Lib. I. c. XXIII. §. 2.

** Præter Simonidem hunc ſcripſere περὶ εὑρημάτων Antiphanes, Ariſtodemus, Ariſtoteles, Cydippus, Dinias, Ephorus, Philoſtephanus, Scamon Mytilenæus, Strato Peripateticus & Theophraſtus. Confer Clementem Alex. I. Strom. p. 308. Athenæum & Plinium VII. 56.

2011 Ministerio de Cultura

ſive Simi Magneſii etiam apud Athenæum. Videndum quoque ſitne diverſus ab hoc Σῖμος Ἁρμονικὸς, cujus meminit Porphyrius in vita Pythagoræ p. 3.

LVII. STESICHORUS * Heſiodi filius à quibusdam habitus, ex Himera Siciliæ civitate fuit. Natus Olympiade XXXVII. antiquior Simonide, qui ejus meminit apud Athenæum Lib. IV. p. 172. Phalaridis Tyrannidi in Patria ſua reſtitit, narratâ fabulâ de equo, qui ut cervi levem injuriam ulciſceretur, frena injici ſibi paſſus eſſet. Vide Ariſtotelem II. 20. Rhetor. Quæ præterea in tributis Phalaridi Epiſtolis & inde apud Tzetzen Chil. I. hiſt. 25. & Chil. V. hiſt. 31. leguntur, tanquam virorum doctorum disputationibus controverſa, prætereo, licet illa non præter hiſtoriæ fidem ſcripta mihi videntur. Obiit apud Catanenſes, Olymp. LVI. ut tradit Svidas, vel ſerius etiam, ſi ætatis annum attigit LXXXV. ut Lucianus habet in Macrobiis. Dorica dialecto poëmata compoſuerat libris XXVI. ut ab eodem Svida annotatum. Tituli vero poëmatum ipſius apud veteres ſcriptores mihi obſervati hi ſunt:

Ἆθλα, quæ Ibyco ab aliis, ſed male, tributa, ex Simonide obſervat Athenæus Lib. IV. p. 172.

Βυκολικὰ μέλη. Ælian. X. 18. Var.

Γηρυονίς. Athenæus, Pauſanias Arcad. p. 602. ubi male in Kühnii quoque editione, Γηρυόνῃ Διὶ pro Γηρυονίδι, & Schol. Apollonii. Reſpiciunt & Schol. Heſiodi ad Theogon. & Strabo Lib. 3. Vide Fulv. Urſinum pag. 309.

Ἑλένης κατηγορία ſive ψόγος, in cujus ſcripti pœnam excœcatus, ſed poſt compoſitum oraculi monitu Ἑλένης ἐγκώμιον ſive *Palinodiam*, viſum recepiſſe traditur. Meminit Plato Phædro, Iſocrates Helenæ encomio, multique alii, quos laudat Fulvius Urſinus p. 305. ſeq. Steſichori Ἑλένην allegat Athenæus Lib. III. Ptolemæus Hephæſt. Lib. IV. Ex primo Helenæ epithalamio à Steſichoro ſcripto Theocritum in Idyll. XVIII. quædam mutuatum notat ejus Scholiaſtes.

Εὐρωπεία. Schol. Eurip. Phœniſſis.

Ἰλίου πέρσις. Dio Chryſoſt. Orat. 2. de regno, ait Alexandrum Regem Steſichori æſtimatorem fuiſſe, ὅτι μιμητὴς Ὁμήρου γενέσθαι δοκεῖ καὶ τῶν

* Heſiodi filium tradidere Philochorus, Ariſtoteles &c. ut Svidam ac Tzetzen præteream. Sed alia aliorum ſententia. Prius dicebatur *Tiſias*, Steſichori vero nomen accepit, ὅτι πρῶτος διθυραμβίαν χορὸν ἔστησεν, ut eſt apud Svidam. Confer de illa στάσει χορῷ differentem Clariſ. Dodwellum Lib. de ætate Phalaridis p. 62 ſeq. Κύκλιος χορὸς ſine ulla στάσει erat διθυραμβικῶν, ut ſupra dixi in Cineſia. Vide & ſi placet quæ de Choro Lyrico habet Tzetzes Chil. XI. hiſt. 377.

2011 Ministerio de Cultura

τὴν Ἅλωσιν ἐκ ἀναξίως ἐποίησε τῆς Τροίας. Mentio in veteri tabula Iliaca apud Fabrettum p. 342. Meminit & Pausanias Phocicis p. 856. Harpocrat. in καθελών. Tzetzes ineditus apud Clariss. Dodvvellum opere elaboratissimo de Cyclis pag. 802. Hoc poëma videtur respicere Quintilianus, cum Epici carminis onera, lyrâ sustinentem Stesichorum celebrat X. Inst. Or. cap. 1.

Καλύκη. Athen. Lib. XIV. Eustath. Iliad. Φ.

Κύκνος. Schol. Pindari Olymp. 10.

Ὀρεστεία. Schol. Aristoph. ad Pacem, Athen. Lib. XII. pag. 513. qui Xanthi Lyrici hoc in poëmate imitatorem fuisse Stesichorum observat.

Παιδιὰ sive παιδικά. Athen. Lib. XIII. Καὶ Στησίχορος δ' ὁ μελοποιὸς ἐρωτικὸς γενόμενος συνέσησε καὶ ἔστιν τὸν τρόπον ἀσμάτων ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά. Ejusmodi ἄσματος Stesichorei initium mihi videtur afferre Strabo Lib. VIII.

Ἄγε Μῶσα λίγεια ἄρξον ἀοιδᾶς
Ἐρατῶν ὕμνους Σαμίων θεὶ παίδων
Ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ.

Παλλάδος ἐγκώμιον quod ab aliis tributum *Lamprocli*. Initium ejus affert Tzetzes Chil. 1. v. 683. & Schol. Aristidis, tum Aristoph. ad Nubes qui Lamprocli tribuit.

Συοθήρας. Athen. Lib. III.

Angelicum metrum, celeritate nunciis aptum reperit Stesichorus, cujus hoc exemplum profertur à Diomede Lib. III. p. 512. *Optima Calliope miranda poëmatibus.*

Fragmenta nonnulla Stesichori collecta sunt à Neandro pag. 421. H. Stephano pag. 76. & 443. majorique industria à Fulvio Ursino p. 79 - 97. & 304 - 309. Socrati in carcere constituto quendam scite lyrici carmen Stesichori admodulatum refert Ammianus XXVIII. 4. p. 529. Allegatur Stesichorus à Vibio Sequestro, Christiano scriptore, ubi de Himera fluvio agit, sed Ctesichorum perperam ibi exhibent quædam editiones.

LVIII. TELESILLA Argiva Lyrica poëtria claruit temporibus Cleomenis Spartanorum Regis circa Olymp. CXXXIX. ut constat è Plutarcho Lib. de virtutibus mulierum. Itaq; longe fuit junior Laide meretrice, licet Theophylactus Simocata Epistolam Telesillæ ad Laidem confinxit. Ejus ἄσματα sive μέλη memorant Pausanias, Max. Tyrius, & alii. Auctor fragmenti Censorino subjecti c. 9. *Alcman numeros etiam minuit in carmen, hinc poëtriæ melicæ; at Telesilla etiam Argiva minutiores edidit numeros.*

2011 Ministerio de Cultura

meros. Athenæus Lib. XIV. ἡ ᾠδὴ εἰς Ἀπόλλωνα ᾠδὴ Φιληλιὰς, ὡς ἡ Τελεσίλλα παρέκβασιν. Versum ejus producit Hephæstio Enchirid. p. 36. Confer Ursini Lyricas p. 49. seq. & 296.

LIX. TELESTÆ Selinuntii quædam ex Athenæo describit H. Stephanus in Lyricis p. 392. Si idem est Telestus Poëta cujus monumentum memorat Plinius XXXV. 10. vixerit circa tempora Philippi Macedonis. Sed cujus Ἀργὼ & Ἀσκλήπιος ab Athenæo laudantur, Comicus fuit teste Svida in Τελεστής. Telestæ Dithyrambos memorat Plutarchus in Alexandro, Diodorus Sic. XIV. 47. & Athenæus Lib. XIV. laudat Τελεστὴν ἐν ὑμεναίῳ διθυράμβῳ. Aristoxenum de hoc Teleste agentem allegat Apollonius Dyscolus hist. mirab. c. 40. Alius fuit Telestes Æschyli ὀρχηστής, quem Tragici illius Septem Thebanam egregie saltasse tradit idem Athenæus Lib. I. pag. 22. Alius quoque Telestes Corinthi Rex apud Eusebium Chron. ad Num. MCCXXV.

LX. TELLEN tibicen pessimus, * nec multo forte melior poëta Lyricus, etsi propter dicacitatem nonnullis probatus. Si idem qui Τέλλις Plutarcho in Apophthegmatis, Epaminondæ temporibus vixit. Zenobius proverbio ἄειδε τὰ Τέλλην. ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν πάθεσιν ἢ παροιμία. Τέλλην δ' αὐλητὴς ἐγένετο καὶ μελῶν ποιητὴς, παγγιάτε κατέλιπεν εὐρυθμόταται καὶ χάριν ἔχοντα πολείσην καὶ σκώμματα κομψόταται. Idem alibi: ὅτι ὁ Τέλλην ἐγένετο αὐλητὴς καὶ μελῶν ἀνυποτάκτων (licentiosorum & liberæ dicacitatis carminum) ποιητής, μέμνηται αὐτῦ Δικαίαρχος ὁ Μεσήνιος. Meminit & Diogenianus, Apostolius &c.

LXI. THEANO Lyrica Poëtria commemorata mihi fuit supra cap. XIII. cum de fœminis Pythagoricis agerem.

LXII. TIMOCREON Rhodius pugil ac poëta, Simonidis adversarius fuit, ut notatum Laërtio II. 46. Comicus veteris Comœdiæ, sed qui præter Drama in Themistoclem ac Simonidem scripsit præterea Svida teste ψόγον sive *vituperationem Themistoclis* carmine Lyrico. Versus hujus Timocreontis ante ineditos profert Allatius de Simeonum scriptis p. 213. è quibus colligas eum à Simonide prius læsum fuisse:

Κήια μὲ πρόσηλθε φλυαρία ὄχ ἐθέλοντα
Οὐκ ἐθέλοντά με πρόσηλθε Κήια φλυαρία.

Scolium Timocreontis *in Plutum* memorat, & ejus initium refert Aristophanis Scholiastes ad Acharnenses v. 531. ex quo transscriptum exhibet H. Stephanus in Lyricis suis p. 396. Mortuum hoc epigrammate Simonides perstrinxit quod exstat in Anthologia Lib. III. c. 6:

* Plutarch. ἦν δὲ αὐλητὴς ὁ μὲν Τέλλις κάκις, ὁ δὲ Ἀντιγενίδας κάλλις.

2011 Ministerio de Cultura

Πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
Ἄνθρωπος, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

De voracitate hujus Timocreontis mentio apud Ælianum I. Var. Hist. c. 27. & Eustathium ad Iliad. ψ. p. 1447. At Simonides notante H. Stephano in diss. de Parodiis pag. 68. allusit ad hunc epitaphii Sardanapali versiculum: πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ τρυφήσας.

LXII. XANTHUS Poëtis Lyricis antiquissimis annumerandus Stesichoro antiquior est, qui Orestiam suam & alia ex illius carminibus composuit, ut testatur Athenæus Lib. XII. p. 513. Meminit & Ælianus IV 26. Var. ubi consulendæ præstantissimi Perizonii notæ. De Xantho Historico Meursius ad Hesych. pag. 173. seq. & Vossius de Hist. Græcis. De aliis Xanthis Illustris Ez. Spanhemius ad Callimachum pag. 356.

LXIII. XENOCRITUS Locrensis per omnem vitam oculis captus teste Heraclide in Rep. Locr. poëta fuit, ac vel pæanas vel dithyrambos scripsit, & à Plutarcho Lib. de Musica antiquissimis pæanum scriptoribus Thaleti ac Xenodamanti accensetur. Incertum, idemne sit XENOCRATES ἄσματα γεγραφὼς quem ex Aristoxeno memorat Laërtius IV. 15.

CAPUT XVI.

De Thespide & ÆSCHYLO Tragicis.

Thespis primus Tragicus Athenis. Dramata ei ab Heraclide supposita. 1. *Plures Thespides ibid. Æschyli ætas.* 2. *Quantum ab eo Græcæ accesserit Tragœdiæ.* 3. *Æschyli μεγαλοφωνία, dramata ipsius etiam defuncto illo acta publice proposito præmio.* 4. *Alia in ejus laudem, & quod in luctu movendo plurimum valuit. ibid. Sectâ Pythagoreus; Impietas ac vinositas ipsi objecta. Mors.* 5. *De Septem Æschyli Tragœdiis quæ exstant.* 6. *Catalogus deperditorum dramatum Æschyli, cum variis observationibus.* 7. *Alia scripta Æschyli deperdita, atque obiter de Tynnicho Chalcidensi.* 8. *De editionibus, Scholiastis & interpretibus Æschyli.* 9. *Catalogus Scriptorum in scholiis Græcis ad Æschylum allegatorum.* 10.

1. Quan-

2011 Ministerio de Cultura

I.

QUanquam Plato in Minoë, Tragœdiam Thespide & Phrynicho longe antiquiorem fuisse contendit, & Svidas nominat Tragicum Thespide antiquiorem *Epigenem* * Sicyonium, communis tamen sententia jampridem obtinet, quod primus Tragœdias docuit THESPIS Icariensis (vide Sponium de populis Atticæ & Reines. Var. Lect. p. 364.) ut præter Horatium, Plutarchum in Solone, aliosque testatur marmor Arundelianum: Θέσπις ὁ ποιητὴς - - - πρῶτ@ ** ὃς ἐδίδαξεν - - - καὶ ἐτέθη ὁ τράγ@ ἆθλον νενίκηκότι, Ἄρχοντ@ Ἀθήνησιν Ἀλκαίου τοῦ πρότερου, hoc est Olymp. LX. 4. sive LXI. 1. Confer Meursium in Solone cap. XXVII. Doscoiridis Epigramma editum à præstantissimo Bentleio:

Θέσπις ὅδε Τραγικὴν ὃς ἀνέπλασε πρῶτ@ ἀοιδὴν
Κωμήταις νεαρὰς καινοτομῶν χάριτας.
Βάκχ@ ὅτε τριτὸν *** κατάγοι χορὸν, ᾧ τράγ@ ἆθλον
Χ' ὠὶ πίνος ἦν σύκων ἄρρίχ@ ἆθλον ἔτι.
Οἱ δέ με νῦν πλάσσουσι νέοι, τὰ Ϝὴ μύρι@ αἰῶν
Πολλὰ πρό σευ, φήσει, χἄτερα· τἄλλα δ' ἐμά.

Cæterum Tragœdia hujus Thespidis non hodie tantum nulla supereſt, sed nec Platoni nec Aristoteli lecta ulla videtur, & quæ à junioribus scriptoribus allegantur, suppositæ fortassis sunt, ut idem Bentleius conjicit: sane *Heraclidem* Ponticum sub Thespidis nomine Tragœdias vulgasse testatur Aristoxenus apud Laërtium V. 92. Allegatur autem à Polluce VII. 12. Thespidis Πενθεὺς, præter quod drama, Svidæ memorantur ἆθλα πελίᾳ ἢ Φορβάς, ἱερεῖς, ἢ Ἴθεοι. Thespidis *Alcestin*, sed ex sola & parum verisimili conjectura, in marmore Arundeliano exhibuit Seldenus, cum Svida teste primus Phrynichus fœminæ personam in tragœdia introduxerit. Profert præterea Thespidis sub nomine versiculos tres Plutarchus Lib. de audiendis poëtis p. 72. edit. Grotii, & alios sex Clemens Alex. V. Strom. pag. 570. in quibus omnes literæ Alphabeti, quarum nonnullæ post Thespidis demum traduntur repertæ esse ætatem. Vide si placet

* De *Epigene & Phrynicho* egi infra cap. XIX.

** Hoc vocabulum πρῶτ@ diserte legitur in edit. Prideausii p. 168. itaque Seldeni ἔκδοσιν intelligit dum illud legi in editis negat. Clariss. Bentleius in Apologia prodisse de Epistolis Phalaridis p. 231.

*** Id. p. 233. hæc verba exponit de Dionysiis, quæ ter quotannis Athenis celebrabantur, Διονύσια τὰ ἐν Λίμναις & Διονύσια τὰ κατ' ἄγυ & Διονύσια τὰ κατ' ἄγρας, tempore quod respondet nostro Martio, Aprili & Januario. In his Dionysiis Comœdiæ agebantur & Tragœdiæ.

2011 Ministerio de Cultura

quæ illuſtrandis hisce verſibus ſcripta ſunt à Salmaſio ad Solimam p. 896. edit. Pariſ. à Tho. Galeo in diſſ. Apollodoro præfixa p. 16. ſeq. & à laudato Bentleio Epiſtolâ ad Millium p. 48. Neſcio alius ne ſit Theſpis ſive Theſpides, cujus Apophthegma, ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιΐας ὁ πλοῦτος, laudat Apoſtolius I. proverb. 53. adſcripto nomine Θεσπίδε. Alius certe Theſpis Thebanus citharœdus cujus meminit Lucianus adverſus indoctum. Alius denique Theſpis Erechthei F. unde Theſpiadæ de quibus Diodorus Sic. Lib. IV. p. 234. De Theſpide Tragico egerat qui de aliis etiam Poëtis ſcripſit *Chamæleon* Heracleotes, teſte Svida & Apoſtolio in ᾠδὴν πρὸς τὸν Διόνυσον.

II. ÆSCHYLUS Euphorionis F. (a) Athenienſis ex civitate Atticæ Eleuſine natus anno 525. ante Chriſtum, poſtremo Olympiadis LXIII. (b) ut teſtantur Epochæ marmoreæ Arundelianæ. Clarus fuit virtute bellicâ, quam tribus celebribus pugnis Marathonia (c), & navali ad Salaminem & (d) Platæenſi (e) demonſtravit, ſed ingenio clarior. Puer admodum in ſomnio monitus eſt à Baccho, ut tragœdias ſcriberet, factôque periculo comperit feliciter hanc rem ſibi procedere, ut ipſe refert apud Pauſaniam in Atticis p. 49. Sanè Theſpin, Phrynichum & alios, qui ante ipſum hôc in genere Athenis verſati ſunt, non minùs ſuperaſſe viſus eſt, quàm ipſe ætate jam provectior ceſſit juveni Sophocli.

(a) Macrobio Lib. V. Satnrnal. cap. 19. *vir Siculus* dicitur, quia in Siciliâ diu extrema ætate eſt verſatus, undè Siculis vocibus multis uſum notat Athenæus Lib. IX. pag. 402. Alius fuit Æſcylus Mathematicus, diſcipulus Hippocratis Chii (Ariſtot. I. 6. Meteorolog.) Hujus ut putabat in Bibl. Gr. Meurſius ποικίλα χρώματα laudat Svidas in Καλαΐς. Sed illa mihi potius tribuenda videntur Æſchylo Alexandrino, cujus Amphitruo & Μεσηνικὰ ἔπη ab Athenæo allegantur. Neſcio cujus Æſchyli περὶ παροιμιῶν laudat Zenobius in proverbio Σαρδώνιος γέλως. Æſchyli Cnidii Rhetoris Cicero ut tempore ſuo florentis meminit in Bruto, quemadmodum eidem Meurſio obſervatum.

(b) Hanc ſenteutiam ut veriſimillimam ſecutus ſum, licet in diverſa abeant veteres pariter & recentiores. Vide Caſub. de Satyricâ Poëſi Lib. I. cap. 5. Sam. Petitum Lib. III. Miſc. cap. 3. & qui diligentiſſimè doctisſimèque de Aeſchylô egit, Thomam Stanleium in notis ad vitam hujus Poëtæ ab Anonymô ſcriptam & Scholiis Græcis præfixam. Cui addes præſtantis ingenii virum Petrum Bælium in Lexicô Hiſtoricô Criticô Gallicè vulgatô p. 1166. ſeq. editionis ſecundæ.

(c) Olymp. 72. anno 3.
(d) Olymp. $\frac{74}{75}$ anno $\frac{4}{1}$
(e) Olymp. 75. anno $\frac{1}{2}$

2011 Ministerio de Cultura

cli. Primum tragœdiâ vicit, ut in iisdem marmoribus Arundelianis annotatum eſt, Archonte Philocrate Olymp. LXXIII. ¾

III. Quantum ab Aeſchylô acceſſerit Græcæ Tragœdiæ, docet hoc Epigramma Dioſcoridis ab eruditiſſimô Stanleiô editum:

Θέσπιδος ἔυρεμα ἦτο, τὰ δ' ἀγροιῶτιν ἄν' ὕλαν
Παίγνια καὶ κώμους τοὺς ἢ τελειοτέρους
Αἰσχύλος ἐξύψωσε (f) νεοσμίλευτα χαράξας
Γράμματα χειμάῤῥῳ δ' οἷα καταῤῥόμενα
Καὶ τὸ κζ' σκηνὴν μετεκαίνισεν· ὦ σόμα πάντων
Δεξιὸν ἀρχαίων, ἡθά τις ἡμιθέων.

His addas licet, quæ viri docti obſervant ad iſta Horatii art. poët. v. 279.

Poſt hunc (Thespin) *perſonæ pallæque repertor honeſtæ*
Aeſchylus, & modicis inſtravit pulpita ſignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Vitruvius præfatione Libri VII. *Primum Agatharchus Athenis, Aeſchylô docente tragœdiam, ſcenam fecit, & de eâ commentarium reliquit.* Ariſt. c. 4. poët. καὶ τότε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰ δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὸ τοῦ χόρου ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν. *Mox hiſtrionum numerum auxit Aeſchylus, pro unô enim uti duobus cœpit, chorica contraxit, ac primarum partium ſive præcipui hiſtrionis actionem introduxit.* Idem tradit Laërtius Lib. III. ſect. 56. ad quem locum Menagius affert luculentam explicationem Ludovici Caſtelvetrii ex ejus commentario ad Ariſtotelis verba jam adducta, cui addes ubi lubebit Stanleium p. 708. Athenæus Lib. I. p. 121. Καὶ Αἰσχύλος οὐ μόνον ἐξεῦρεν τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ δαδοῦχοι ἀμφιέννυνται, ἀλλὰ καὶ πολλὰ σχήματα ὀρχησικὰ αὐτὸς ἐξευρίσκων ἀνεδίδου ταῖς χορευτρίαις. Χαμαιλέων γοῦν πρῶτον αὐτὸν φησι σχηματίσαι τοὺς χορούς, ὀρχηστοδιδασκάλοις δὲ χρησάμενον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τοῖς χοροῖς τὰ σχήματα ποιοῦντα τῶν ὀρχήσεων, καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν τραγῳδίας οἰκονομίαν εἰς ἑαυτὸν περιῖσχεν. Ὑποκείνετο γοῦν μὴ ξενότροπα τὰ δράματα. *Aeſchylus non tantum pallarum & abollarum decorum & gravem habitum excogitavit, quam æmulati ſacerdotes, & qui faces in ſacris geſtant miniſtri, iis induuntur; Sed etiam multos ſaltatorios geſtus à ſe inventos chori perſonis*

(f) Ita legit clariſſimus Bentleius diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 232. pro eô quod Stanleius ediderat, ἐψύχωσε νοήσιμα * ετα, verteratque: *gratum ſpectanti modulatus & utile carmen*, quaſi legiſſet ὀνήσιμα. Sed Bentleius in MS. reperit ἐξύψωσε νονήσμια ευτα undè hæc ipſi lectio ſubnata.

2011 Ministerio de Cultura

personis tradidit. Chamæleon (g) *igitur scribit ab eô fuisse primùm formatos choros absque saltationum doctoribus, eumque gestus chori præscripsisse, ut totam prorsùs dispositionem tragœdiæ atque actionem in se transtulerit. Agebat enim quasvis in scena personas & fabulas, ut decebat agere.* Eandem rem deinde confirmat Athenæus allatis Aristophanis testimoniis, quæ hîc prætereunda duxi. Philostratus Lib. I. Sophistar. ubi de Gorgia, p. 496. Εἰ γὰρ τὸν Αἰσχύλον ἐνθυμηθείημεν ὡς πολλὰ τῇ Τραγῳδίᾳ ξυνεβάλετο, ἐσθῆτί τε αὐτὴν καταστευάσας καὶ ὀκρίβαντι ὑψηλῷ, καὶ ἡρώων εἴδεσιν, ἀγγέλοις τε καὶ ἐξαγγέλοις, καὶ ἐς ὅπη σκηνῆς τε καὶ ὑπὸ σκηνῆς χρὴ πράττειν. *Si Æschylum consideremus, quam multa is Tragœdiæ contulerit, nam & syrmate ornavit, & sublevavit cothurnis, & pulpito excelso grandiorem fecit, & Heroûm formis, nunciis, & iis omnibus quæ in scenâ aut sub scenâ agenda sunt.* Alter Philostratus Lib. VI. vitæ Apollonii c. 6. p. 258. Ξυνέσειλε τὰς χορὰς ὁ Αἰσχύλος ἀποτάδην ὄντας, καὶ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις ἔυρε, δεδιὼς μὴ τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος, καὶ τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησεν, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοιεν. Ὀκρίβαντας δὲ τὰς ὑποκριτὰς ἐνεβίβασεν ὡς ἴσα ἥρωσι βαίνοιεν, ἐσθῆτί τε πρῶτος ἐκόσμησε καὶ πρόσωπον ἥρωσι. *Cum Æschylus artem tragicam confusam nimis & rudem immitemque videret, eam aliquantùm moderatus est. Itaque contraxit choros nimiùm productos, reperitque ut histriones inter se colloquerentur, refugiens monodias illas prolixas, excogitatâ etiam cæde sub scenâ, ne in omnium oculis homines interficerentur.* (h) *Cothurnos prætereà histrionibus induit, ut gradientes Herôas repræsentarent, & vestes idoneas Heroibus attribuit.* Themistius Orat. 26. p. 316. Ἀλλὰ καὶ ἡ σεμνὴ τραγῳδία &c. *Immo & gravis ipsa ac severa tragœdia num cum omni simul apparatu, cum choro & actoribus in theatrum pervenit? Nec Aristoteli credimus, cum ait initio chorum ingredientem in Deorum aliquod præconium cecinisse, Thespin vero prologum ac ῥῆσιν sermocinationem invenisse, Æschylum vero τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας tertium actorem & pulpitum: cætera nos à Sophocle & Euripide accepisse?* Primus etiam præter arbylas cothurnosque in scenâ induxit usum personarum sive larvarum, cùm anteà ore & vultu fæcibus inunctô tragœdias egissent. Svidas

(g) Chamæleon Heracleotes, qui de Poëtis egit, & ἐν τῷ περὶ Αἰσχύλ8 laudatur ab eodem Athenæo Lib. IX. p. 375. & X. pag. 428. Glaucum ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων memorat Anonymus Scholiastes Græcus in argumento Persarum Æschyli. Heraclides quoque Ponticus teste Laërtio V. 88. scripserat περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν *de Æschylo, Sophocle & Euripide.* Cæterum de Glauco Rhegino consules Jonsium, uti de Chamæleonte quoque, de quo præterea agunt Vossius in Historicis & Meursius in Bibl. Græca.

(h) Huc refer illud Horatii v. 185. poëtic.

Nec pueros coram populo Medea trucidet.

2011 Ministerio de Cultura

das in Αἰσχύλῳ. Οὗτος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ κεχρισμένα ἔχειν τὰς τραγικὰς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις τοῖς καλυμένοις ἐμβάταις κεχρῆσθαι. *Hic primus invenit, ut tragici uterentur personis terribilibus & unctis, arbylisque, calceamenti genere ita appellato.* Idem tradit Porphyrion ad Horatium, & Horatius ipse in locô ante adducto. De reliquâ scenæ διαθέσει sive apparatu, quem ab Aeschylô repertum ait anonymus auctor vitæ ejus Græcus, suffecerit adscripsisse, quæ notat præstantissimus Stanleius pag. 702. *Scenæ antiquitus, cum adhuc tragœdia in lacte quasi & fasciis esset, è ramis & frondibus confectæ erant cum racemis & corymbis, quasi umbracula quædam, quæ parietes non haberent, ait Servius, Ovidium sequutus:*

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes
Simpliciter positæ Scena sine arte fuit.

Posteà casæ cum cellis effectæ; postremò magnifice exornatæ sunt. Hanc demùm perfectionem contulit Aeschylus - - & primus scenam ornavit picturis, machinis, aris, sepulchris, tubis, spectris & Divis, quæ omnia in alterâ vitâ Aeschyli, MS. Oxoniensi & editioni Robortelli præfixâ, enumerantur: Τὴν δὲ σκηνὴν ἐκόσμησε, καὶ τὴν ὄψιν τῶν θεωμένων κατέπληξε τῇ λαμπρότητι, γραφαῖς καὶ μηχαναῖς, βωμοῖς τε καὶ τάφοις, σάλπιγξιν, εἰδώλοις, ἐρινύσι. *Machinis usum fuisse tradit & Eustathius in Iliad. Σ. ubi clypeorum insignia ait in ἑστὰ ἐπὶ Θήβας descripsisse, quasi essent animata, quod & fecerat anteà Homerus in Achillis clypeo. Tumulos etiam adhibuisse, ex principiô* Χοηφόρων *discimus: Umbras, ex Prometheo vincto & Persis, Diras, ex Eumenidibus.*

IV. Cum priores Tragici ludicrô ferè sermone ac γελοίᾳ λέξει fuissent usi, Aeschylus primus sectatus est μεγαλοφωνίαν & genus dicendi ἀδρὸν de quô cum idem Stanleius p. 705. agat, adscribam tantùm verba Quintiliani Lib. X. Institut. cap. 1. *Tragœdias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis & gravis & grandiloquus sæpè usque ad vitium:* (confer Svidam in ψόφος πλέως, & in λῆμα Θέλιον.) *Sed rudis in plerisque & incompositus, propter quod correctas ejus fabulas in certamen deferre posterioribus poëtis Athenienses permisêre, suntque eô modô multi coronati:* Hoc est, ni fallor, quod apud Philostratum Lib. VI. de vita Apollonii c. 6. p. 258. legas: Ὅθεν Ἀθηναῖοι πατέρα μὲν τῆς Τραγῳδίας αὐτὸν (Αἰσχύλον) ἡγοῦντο, ἐκάλουν δὲ καὶ τεθνεῶτα εἰς Διονύσια. Τὰ γὰρ τοῦ Αἰσχύλου ψηφισαμένων ἀνεδιδάσκετο καὶ ἐνίκα ἐκ καινῆς. *Athenienses indè eum Tragœdiæ parentem habuerunt, & jam defunctum vocârunt ad Dionysia* (sive jam defuncti tragœdias in Dionysiis agi jusserunt) *Aeschyli enim dramata ex decreto iterum docebantur, qua ratione de novo ille vicit.* Adde Scholiasten Aristophanis ad Acharnenses pag. 261. & ad Ranas pag 164. Anonymus auctor vitæ Aeschyli addit præmium propositum iis qui illius tragœdias docerent. Confer

2011 Ministerio de Cultura

Sam. Petitum ad leges Atticas p. 68. & Stanleium pag. 708. Etiam in conviviis ramum myrti geſtantes pueri, poëmata Æſchyli recitabant, ut præter alios docet Svidas in μυρρίνᾳ. Tanti quoque viſæ ſunt Ptolemæo Evergeti tragœdiæ Æſchyli, Sophoclis & Euripidis, ut pignore XV. talentorum interpoſito eas deſcribendas ſibi peteret ab Athenienſibus, & antiquis codicibus ſibi ſervatis pulcherrime deſcriptas reſtitueret & quindecim inſuper talenta eis relinqueret, teſte Galeno comment. 2. in 3. Epidem. T. 5. pag. 412. Plurimùm valuiſſe Æſchylum in movendô mœrore & rebus triſtibus commemorandis notavit Baſilius M. Epiſt. 379. ad Martinianum: *Σιμωνίδᾳ ὄντως ἤ τιν᾽ τοιούτῳ μελοποιῷ ἐδεόμεθα, ἐναργῶς εἰδότ᾽ ἐπισεναίζειν τοῖς πάθεσι. Καίτοι τί λέγω Σιμωνίδην; δέον Αἰσχύλον εἰπεῖν, ἢ εἰ δή τις ἕτερ᾽ ὧδ᾽ ἀπαλησίως ἐκείνῳ συμφορᾶς μέγεθ᾽ ἐναργῶς ἀθρήσεν᾽ μεγαλοφώνως ᾠδύρατο.*

V. Pythagoræ dogmata ſecutum teſtatur Cicero Lib. II. Tuſc. quæſt. p. 179. *Veniat Aeſchylus, non Poëta ſolum, ſed etiam Pythagoreus, ſic enim accepimus.* Porro è Platonis Lib. II. de Republ. ſub extremum, apparet ab eô referri inter Poëtas, quorum lectionem, quòd de Diis parùm reverenter loquantur, interdicendam juventuti exiſtimat, & quorum dramata nolit publicè doceri aut ſpectari. Etiam apud Athenienſes impietatis accuſatum, vix pœnam capitis evaſiſſe interceſſione fratris Aminiæ, narrat Aelianus Lib. V. Variar. cap. 19. ſive quod Eumenidum crinibus primus angues inſeruit, ſive quòd choro quinquaginta Eumenidum ita exterruit ſpectatores, ut infantes deliquium, gravidæ abortum paterentur: ſive quod primus Poëtarum Aegyptiam potiùs quam Græcam ſecutus Theogoniam, Dianam auſus ſit vocare filiam non Latonæ ſed Cereris; ſive potius, cui ſententiæ eruditus Æliani interpres Jacobus Perizonius meritò adſtipulatur, quod Myſteria Eleuſinia in theatro propalaſſet, cauſatus deindè ſe haut initiatum, ἀπόῤῥητα illa quod eſſent, ignoraſſe, ut docent Clemens Alex. II. Stromatum p. 387. & Ariſtoteles Lib. III. Nicomach. cap. 1. ad quem locum Euſtratius: *Videtur Æſchylus in ſagittariis, in ſacerdotibus, in Siſypho ſaxum volvente, in Iphigenia item & Oedipode, de Cereris ſacris curioſius quædam evulgaſſe, de quô Heraclides Ponticus in primo de Homero libro ſcribit parùm abfuiſſe, quin in ſcenâ eâ de cauſâ fuerit interemptus, quod nonnulla de myſteriis prodere videretur: Præſenſiſſe enim populi tumultum, atque ad aram Bacchi confugiſſe, cumque Areopagitæ interceſſiſſent, dicerentque nihil prius de eo temerè conſulendum quàm judicio ſuo fuiſſet decretum: Ita fuiſſe in judicium adductum, atq; abſolutum, clementiâ judicum maximè veniam conſecutum, quod ſtrenuè apud Marathonem pro patriâ pugnaverat. Nam & fra-*

2011 Ministerio de Cultura

& fratri Cynægyro manus obtruncatæ fuerant, & ipse graviter saucius ex eô prælio fuerat exportatus. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυσικά τινα ἔν τε ταῖς τοξόπαι καὶ ἱεραίαις καὶ ἐν Σισύφῳ πετροκυλισῇ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ ἐν Ὀιδίποδι. Ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι φῂσι Δημήτρας λέγων τῶν μυσικωτέρων ποιημάτων ἅπτεσθαι ἔοικε. Λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου, ὡς κινδυνεύοντος ὑπὸ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι, ἐπὶ τῷ τῶν μυσικῶν φιλοτέχνειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προσαθόμενος κατέφυγεν ὑπὸ τὸν τοῦ Διονύσου βωμὸν, καὶ Ἀρεοπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων ὡς ὀφείλοντα κεκλῆναι πρῶτον, ἐδόκει ὑπαχθῆναι εἰς δικαστήριον καὶ ἀποφυγεῖν, αὐτῶν δικαστῶν ἀφέντων, μάλιστα, διὰ τὰ πραχθέντα αὐτῷ ἐν τῇ ὑπὸ Μαραθῶνι μάχῃ. Ὁ μὲν γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κυναίγυρος ἀπεκόπη τὰς χεῖρας, αὐτὸς δὲ πολλὰ τρωθεὶς ἀνηνέχθη Φοράδον. Cum vino incaluisset, tragœdias scribere solitum Æschylum tradit Plutarchus Lib. I. Symposiac. qu. 5. Obiit denique Olympiad. LXXVIII. anno 2. ante Christum 467. (ætatis undesexagesimo *) cum aquila in illius temerè considentis calvum caput testudinem dejecisset, ut præter alios refert Svidas in χελώνη μυῶν. Epitaphium ejus hoc refert Plutarchus libro de exilio p. 604.

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.

VI. Exstant Æschyli Tragœdiæ septem.

1. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ *Prometheus vinctus* sive *religatus*. Cicero Lib. II. Quæst. Tusc. p. 179. profert versus duodetriginta Æschyli latinè à se redditos, in quibus loquitur Prometheus affixus ad Caucasum. Sed in hâc Æschyli tragœdia versus illi haut leguntur, quæ Prometheum inducit vinctum non ad Caucasum, sed πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις μέρεσι τοῦ Ὠκεανοῦ, *ad Europæas partes Oceani*, ut observat Græcus Scholiastes. Videntur itaque petiti è Tragœdiâ deperdita, quæ inscribebatur Prometheus λυόμενος. Prometheum vinctum latina prosa vertit *Matthias Garbitius*, Græceque & latine adjectis notis edidit Basil. 1559. 8vo. Cum eâdem versione recusus in tragœdiis selectis H. Stephani A. 1567. 12mo. Ex Prometheo Æschyli multa translata in parabatem J. Aug. Thuani, notat Grotius Epist. 139. *Matthiam* quoque *Flacium* in hâc Tragœdiâ latinè transferenda versatum memorant Pandectæ Brandenburgicæ, Flacium fortassè pro Gatbitiô per auctoris memoriæ lapsum appellantes. Prometheum

* Petavius Scholiasten Græcum secutus ponit Æschylum anno ætasis LXV. obiisse Olymp. LXXVI. 1. ut adeo natus fuerit LX. 1. Auctor vitæ Sophoclis natum testatur Ol. LXVII, 1. Verùm malui sequi rationes marmoris Arundeliani.

2011 Ministerio de Cultura

docuit Æschylus victor anno ætatis 53. Olymp. LXXVI. 4. archonte Menone. Reliqua tria tetralogiæ dramata fuere *Phineus*, *Persæ* & *Glaucius Potnienſis*.

2. ΕΠΤΑ᾽ ΕΠΙ ΘΗΒΑΣ *Septem adverſus Thebas*, actæ poſt Olymp. LXXVI. Teleſten Æſchyli ὀρχηστὴν qui hoc drama ſaltavit, admirationi fuiſſe tradit Athenæus Lib. I. pag. 22. Stylo veteri tragicô expreſſa ſeptem Thebana à *Quintô Septimiô Florente Chriſtiano* Pariſ. 1585. 4to. Idem Prometheum quoq; ſimili Metaphraſi illuſtraverat, ſed quod ſciam adhuc inedità.

3. ΠΕΡΣΑΙ ante ſeptem Thebanam actæ ſunt, ut teſtatur Schol. Ariſtoph. ad Ranas, Archonte Menone Olymp. LXXVI. anno 4. Hanc Tragœdiam è Phœniſſis *Phrynichi* concinnatam notavit Glaucus Rheginus in libro de fabulis Æſchyli, & innuit in ranis Ariſtophanes. Quæ de ſucceſſione Regum Perſarum leguntur v. 765. ſeq. non temerè alibi invenias. Confer Chronologorum Principes Scaligerum, Petavium, Marshamum: ac ſi placet Barnabam Briſſonium opere de regnô Perſarum.

4. ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ Acta Archonte Philocle Olymp. LXX. (non XXVIII. ut in argumento græco perperàm legitur) anno 2. De hâc ita Salmaſius præf. ad librum de Lingua Helleniſticâ p. 37: *Quis Aeſchylum poſſit affirmare, Græcè nunc ſcienti magis patere explicabilem quàm Evangelia aut Epiſtolas Apoſtolicas? Unus ejus Agamemnon obſcuritate ſuperat, quantum eſt librorum ſacrorum cum ſuis Hebraiſmis & Syriaſmis, & tota Helleniſticæ ſupellectile vel farragine.* Agamemnonem Aeſchyli in primâ editione mancam & cum Choëphoris confuſam diſtinxerunt & integritati ſuæ ex MStis codd. reſtituerunt *Franciſcus Robortellus*, *Bartholomæus Barbadorus*, *Hieronymus Mæus*, & *Petrus Victorius*.

5. ΧΟΗΦΟΡΟΙ *Inferiæ*. Tragœdia itidem acta Olymp. LXX. 2. cum Agamemnone atque Eumenidibus. Hanc primus edidit *Franciſcus Robertellus* A. 1552. ſed initio mutilam, quod ex Ariſtophanis Ranis, nec integrum tamen, repoſuit *Stanleius*.

6. ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ *Furiæ* ſive *Diræ*, quæ cum Agamemnone, Choëphoris, & dramate Satyrico deperdito, cui titulus erat Proteus, conſtituerunt tetralogiam, quam *Oreſtiam* vocat Ariſtophanes, ut ex veteribus διδασκαλίαις obſervat Scholiaſtes Comici ad Ranas. Itaque & Eumenides Æſchylus docuit Olymp. LXX. 2. Has ſtylo veteri Pacuviano vertiſſe ſe teſtatur *Joſephus Scaliger* p. 111. ad Varronem, ubi Eumenides Æſcyli ab *Ennio* olim translatas obſervat. Ejusdem verſionis

2011 Ministerio de Cultura

sionis suæ meminit Epistola 30. ad Florentem Christianum. In illis Poëta chorum quinquaginta Eumenidum in theatrum induxerat, quo spectaculo ita perterriti spectatores, ὥστε τὰ νήπια ἐκ ψύξαι, τὰ ὑπ' ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι, ut narrat anonymus vitæ Æschyli auctor. Ab eo tempore numerus chori Tragici ad quindecim reductus est, teste Julio Polluce Lib. IV. c. 15. Confer. Samuelem Petitum ad leges Atticas p. 66.

7. ΙΚΕΤΙΔΕΣ *Supplices.*

VII. Anonymus scriptor Græcus vitæ Æschyli, ait eum fecisse dramata *septuaginta*, & quinque Satyrica. Svidas ipsi tragœdias *nonaginta* tribuit. Sed utrumque numerum excedunt nomina fabularum jam à me recusanda, sive quod una tragœdia sub duplici nomine laudatur ab antiquis, sive quod nomina corrupta numerum auxere, sive quod falso quædam hujus Aeschyli nomine ferebantur, sive quod Svidas & alter anonymus pariter in numero dramatum falsi fuerunt. Cæterum nomina deperditarum Æschyli tragœdiarum hæc sunt, partim memorata in Catalogo qui græcis in Aeschylum scholiis præfigitur, partim observata à Joh. Meursio in diatriba de Aeschyli Sophoclis & Euripidis Tragœdiis (quæ post editionem Lugd. Bat. 1619. 4. ex auctoris Chirographo auctior edita est Tom. 10. Antiquitatum Græcarum Clarissimi Gronovii) ab eôdem Meursio in Bibliothecâ Græca pag. 1197. seq. à Thoma Stanleio in Æschyli fragmentis, ab Hugone Grotio in excerptis Tragicorum, & à Thoma Gatakero in Adversariis posthumis cap. 10. quibus plures observationes nostræ accedunt.

Ἀθάμας Athen. Hesych.

Ἄιας λοιδός Zenob. VI. 14. prov. & Ἄιας alter μαστιγοφόρος, si audimus Gatakerum hoc è quôdam Scholiastæ Sophoclis locô colligentem.

Αἰγύπτιοι. Catalog.

Αἶτνα, Αἴτναι, Αἰτναῖαι, Αἰτναῖοι γυήσιοι & Αἰτναῖοι νόθοι. Vide Holsten. ad Stephanum in παλική. Et Macrobium V. 19. Pro Αἰτναίαις male Λιτανίαις legi apud Hesychium in ἀναξίαν, post Meursium notavit Salmasius.

Æschylum *in Alcibiade*, laudari videas in Svida latino Hieron. Wolfii, voce σκύμνος. Sed in græco tantum est: Αἰσχύλος λέγει περὶ Ἀλκιβιάδου.

Ἀλκμήνη. Hesych.

Ἀμυμώνη. Athen. Hesych. Ammonius in γῆμαι.

Ἀμφιτρύων & Μεσσηνιακὰ ἔπη, perperàm in Meursii Bibl. Græca referuntur

2011 Ministerio de Cultura

tur inter tragœdias Aeſcyli Athenienſis: Alexandrini enim eſſe, probe ex Athenæo obſervaverat idem vir doctus alibi.

Ἀργεῖοι Catalog. & Etymol. M. Pro quo male Ἀργεία apud Heſychium in *ἀπόσκημμα* & in *ἐμμέλεια* non minus corrupte *ἀργύφοι*.

Ἀργεῖαι. Vide Jac. Gronov. præfat. ad Harpocrat. **** 4.

Ἀργὼ ſive *κωπευτής*. Catalog.

Ἀταλάντη id.

Βακχαι id.

Βάσσαραι ſive Βασσαρίδες Heſych. Scholiaſtes Nicandri ad Theriac.

Γλαῦκος Πόντιος. Strabo Lib. X. Pauſan. Bœoticis, & Athenæus.

Γλαῦκος Ποτνιεύς. Strabo Lib. IX. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Ranas, Euripidis ad Phœniſſ. Æſchyli in argumento Perſar. unde hauſit Scaliger in deſcriptione Olympiadum Græce edita ad Olymp. LXXVI. 4. Cæterum duo diverſa Æſchyli dramata fuiſſe Glaucum Pontium & Glaucum Potnienſem, adeoque diſtinguenda, contra Cauſaubonum Meurſius docet. Glaucus Æſchyli, uter, incertum, memorantur à Schol. Theocriti Idyll. 4. Pindari Pythionic. Od. 1.

Δανάη ſive Δαναΐδες Heſych. Schol. Pindari Od. 3. Athen.

Δικτυλκοί. Heſych. Ælian. VII. 47. de animal.

Δικτυργοί (quæ fortè à ſuperiore haud diverſa fuit) Catalog. Pollux.

Διονύσου τροφοί. Schol. Euripidis argumento Medeæ.

Ἕκτορος λύτρα, ἢ Φρύγες. Auctor vitæ Æſchyli, idemque (ut puto) catalogi tragœdiarum. Etiam Aeſchylum *ἐν Ἕκτορι* laudat Stobæus & *ἐν Φρυξὶν ἢ λύτροις* Pollux & Scholiaſtes Comici ad Ranas: *ἐν Φρυξὶ* Athenæus & Heſych. eandem tragœdiam innuens. Aeſchyli imitatione *Lutra* quoque Ennius ſcripſit.

Ἐλευσίνιαι ſive Ἐλευσίνιοι. Plutarchus Theſeo. Heſych.

Ἑλλάδι vide infrà in Ἡλιάδες.

Ἐπίγονοι. Schol. Pindari Iſthm. od. 6.

Εὐρώπη ſive Κᾶρες Stob. ſerm. 49. Steph. in *μύλασα*.

Ἡδωνοί. Strabo Lib. X. Schol. Ariſtophanis ad aves, Athenæus. Erotianus in *ἵκταρ*, Svid. in *αἰγίζειν* & *μεσόμαντις*, Heſych.

Ἡλιάδες. Hoc drama Athenæo & in anonymi Catalogo memoratur. Verùm Schol. Sophoclis laudat Æſchylum ἐν Ἰλιάσι. Fortè, inquit Meurſius, *ſcriptæ fuerunt & Aeſchylo* Ἰλιάδες, *ut Euripidi* Τρωάδες. Sed magis eo propendeo ut legam ἐν Ἡλίασι. Similiter etiam apud Harpocrationem in *μαλακίζομεν* legit Gatakerus, pro ἐν Ἑλλαδίῳ ſed

2011 Ministerio de Cultura

ſed ibi verior videtur lectio Viri Clariſſ. Jacobi Gronovii, qui ad Harpocrationem p. 91. ἐν λαΐῳ reponendum eſſe ſuſpicatur.

Ἡρακλεῖδαι. Heſych. Stob. ſerm. 121.

Θαλαμοποιοί. Pollux.

Θεωροὶ ἢ ἰαθμιαθαί. Æſchylum in Θεωροῖς laudat Athenæus. Sed male apud Heſych. in λοπαδὰς citatur Aeſchylus ἐν Ἰαθάθαις. Perperàm & in anonymi Catalogo Aeſchyli tragœdiarum: Θεόδωροι ἢ ἰσομοιάζαι.

Θρῆσσαι Heſych. Scholiaſtes Sophocl. ad Ajacem. Comici ad ranas.

Ἱέρειαι *ſacerdotes* Macrob. V. 22. Heſych. Euſtratius ad Ethic. Ariſtotelis III. 1. Schol. Sophoclis ad Oedip. Colon.

Ἰλιάδες. Vide ſupra in Ἡλιάδες.

Ἰξίων. Heſych.

Ἰαθμιαθαί. Vide ſupra in Θεωρόι.

Ἰφιγένεια Euſtratius, ubi ſupra. Schol. Ariſtoph. ad ranas.

Κάβειροι. Athenæus. Sed male apud Schol. Pindari Pythionic. Od. 4. laudatur Aeſchylus in Κιβήβαις.

Καλλισὼ. Heſych.

Κᾶρες. Vide ſupra Εὐρώπη.

Καμικοὶ tam recte in libro de Æſchyli tragœdiis à Meurſio omittuntur quàm in Bibliotheca ejusdem Græca perperam accenſentur Æſchyli fabulis, ex corrupto loco Athenæi Lib. II. p. 51. nam pro καμικοῖς legendum ibi eſt κῶμος τῆς βάτου, ut ex MSS. codicibus docuit Caſaubonus Lib. II. c. 11.

Κεραυνών. Corrupta vox pro Κερκύων in prioribus Harpocrationis editionibus in ὄρον.

Κερκύων Σατυρικός. Heſych. Pollux. Harpocrat. in ὄρον ex Salmaſii emendat. (dante Clariſſimo Bentleio.

Κήρυκες Σάτυροι. Pollux & Photii Lexicon MS. in πυρσοκόμος λέοντος laudatur.

Κίρκη Σατυρική. Heſych. Corrupte in anonymò Catalogo Κίρκοι Σατυρικοί.

Κῆπται. Athen. Heſych.

Κωπευτὴς. Supra in Ἀργώ.

Λαΐος. Vide ſupra in Ἡλιάδες. Memoratur in Catalog. & apud Heſych.

Λέων Σατυρικός. Ita enim apud Stephanum in χώρα rectè legunt Salmaſius & Gatakerus. Sic omnium quinque Satyricorum Aeſchyli dramatum nomina tenemus. Quæ ſunt Κερκύων, Κήρυκες, Κίρκη, Λέων & Πρωτεύς. Ex his ne unam quidem ad nos perveniſſe, eſt quod doleant

2011 Ministerio de Cultura

doleant literarũ harum amantes, cum in istô genere primas Aeschylo tribuerit Menedemus Eretriensis teste Laërtio Lib. II. sect. 133. & Hesychio Illustri ubi de Menedemo agit, tum Pausanias in Corinthiacis.

Λήμνιοι tum in Catalogo memorantur tum apud Hesychium in Ἀγκυρόβολα, ubi Johannes Vitus Pergerus legit: ὡς ἡ ἐν Λημνίοις Αἰσχύλ&.

Λυκοῦργ&. Aristarchi Grammatici commentarius in Aeschyli Lycurgum memoratur in Scholiis Græcis ad Theocriti Idyll. 10. Fabulam ipsam allegant vel ad eam respiciunt Aristophanes Thesmophoriaz. Longinus περὶ ὕψους, Athen. Hesych. & Schol. Sophoclis ad Oedipum Colon. Schol. Aristoph. ad Equites.

Λύτρα ἕκτορ& sive Φρύγες. Vide supra ἕκτορ& λύτρα.

Μέμνων, Catalog.

Μήδεια, nescio satisne certo colligatur ex Aristotelis Poëtices capite 17.

Μυρμιδόνες. Strabo Lib. XIII. Harpocrat. Hesych. Athen. Scholiastes Aristoph. ad ranas, pacem, aves, & Ecclesiaz. Svid. in τελέμβολον. Ex eadem fabula Æschyli petitum quod affert Aristides Orat. I. Platonica p. 27. T. 3. & Philo de mundo incorruptibili p. 737.

Μυσοί. Svid. in Ὀργεῶνες. Steph. in Οἴ& Aristoteles c. 24. Poëtic. ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφων& ἐκ Τεγέας εἰς Μυσίαν ἥκων.

Μύσαι memorantur Harpocrationi in Ὀργεῶνας, sed μυστὰς reponi jubent Meursius & Maussacus, quod confirmat Svidas eadem voce.

Νεανίσκοι. Athen. Hesych.

Νέμεα. Catalog.

Νηρεὺς. Hesych.

Νηρηίδες. Schol. Euripidis ad Phœniss. Pindari Nemeonic. Od. 6. Hesych.

Νιόβη. Strabo Lib. XII. Hephæstio Enchirid. Aristot. c. 17. Poëtic. Hesych. Anonymus auctor vitæ Æschyli & Scholiastes Aristoph. ad aves & ranas: Euripidis ad Phœniss. Æschyli ad Prometh.

Ξάντριαι Schol. Æschyli ad Eumenid. Svid. in Ὀκτώπους.

Οἰδίπους Eustratius III. ad Ethic. Nicomach.

Ὁπλων κρίσις. Respicit Aristot. c. 23. Poëtic. laudat Stob. & Scholiastes Sophoclis ad Ajacem. Aristophanis ad Acharnenses.

Ὀρεστία tetralogia tragœdiarum Æschyli acta Olymp. LXX. 2. Schol. Aristophanis ad ranas v. 1153. Τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστίαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα, χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα Σατυρικόν. Ἄλιχ& (lege Ἀλίσαρχ&) καὶ Ἀπολλωνι& τελολογίαν λέγουσι χωρὶς τῶν σατυρικῶν.

Ὀσολό-

2011 Ministerio de Cultura

Ὀσολόγοι. Athen.

Παλαμήδην quoque vel Ναύπλιον inter Aeſchyli δράματα fuiſſe ſuſpicatur Gatakerus, ex locô quôdam Athenæi.

Πενθεύς. Catalog. & Galenus 1. in 6. Epidem T. 5. p. 455.

Πέρραιβοὶ, Περραιβίδες. Heſych. Athen.

Πηνελόπη. Etymol. M.

Πολυδέκτης. Catalog.

Προμηθεὺς πυρκαεὺς Polluci memoratur: Ab eo non diverſus eſt πυρφόρος laudatus Gellio Lib. XIII. c. 18. & in Catalogo Anonymi recenſitus. Vide Guil. Canterum Lib. VII. c. 21. novar. lect.

Προμηθεὺς λυόμενος Strabo Lib. I. Dionyſ. Halic. Lib. I. antiquitt. Stephanus in ἄβιοι, Hyginus Poëtic. Aſtronom. Lib. II. c. 6. Heſych. Athen. Scholiaſtes Apollon. ad Lib. IV. Arrianus in periplo Ponti Euxini. Ex hoc dramate H. Stephanus depromtos eſſe conjicit Aeſchyli verſus, quos de Prometheo laudat Strabo Lib. IV. & alios item quos adducit Galenus comment. 1. in ſextum Ἐπιδημίων Hippocratis, quanquam ibi (memoriæ ut videtur vitio) allegat Prometheum Æſchyli δεσμώτην. Vide & quæ de Ciceronis loco notavi ſuprà, ubi de edito Aeſchyli Prometheo.

Προπομποί. Heſych.

Πρωτεὺς Σατυρικός. Heſych. Athen. Scholiaſtes Æſchyli in argumento Agamemn. atque inde Scaliger in deſcriptione græca Olympiadum ad Olymp. LXXX.* 2. Vide quæ ſupra inter editas Æſchyli tragœdias in Eumenidibus.

Σαλαμίνιαι ſive Σαλαμίνιοι. Perperam apud Heſychium duobus in locis Σαλαμίνι.

Σατυρικὰ δράματα quinque Æſchylum docuiſſe auctor eſt anonymus Græcus, qui vitam ejus ſcripſit. Horum nomina habes ſuprà in λέων. Utrum vero tanquam ſingulares Tragœdiæ & ab aliis diverſæ memorandæ ſint Σατυρικὸς ex Heſychio, & Σάτυροι ex Pauſaniæ Corinthiacis, cum doctiſſimo Gatakero jure dubites; imo non eſſe, ne dubites quidem.

Σεμέλη ἢ ὑδροφόρος. Catalog. Heſych.

Σίσυφος δραπέτης. Catalog. Laudant etiam Siſyphum Æſchyli Ælianus XII. 5. animal. Erotianus in διοπτῷ & Pollux.

* Olympiade LXXX. jam obierat Æſchylus, itaque ad illam non magis quadrat tempus acti hujus dramatis, quam ad Olympiadem XXVIII. quæ in græco Agamemnonis argumento deſignatur, Illâ enim Æſchylus natus nondum erat.

2011 Ministerio de Cultura

Σίσυφ@ πετροκυλιστὴς, quod nomen dramatis corruptè legitur apud Heſychium in θωψεις. Integrum in Catalogo Anonymi, & apud Euſtratium III. 1. ad Ethic. Nicomach.

Σφύγξ. Athen. Heſych. Scholiaſtes Ariſtoph. ad ranas.

Τήλεφ@ Heſych. Clemens Alex. 4. Strom. Scholiaſtes Comici ad ranas.

Τοξότιδες ſ. Τοξότης. Antigonus Caryſtius hiſtor. paradox. c. 127. Euſtratius ubi ſupra, Heſych. Plutarch. in amatorio & Lib. de profectus indiciis.

Τροφοί Heſych.

Ὑδροφόρ@ ſive σεμέλη, quam vide.

Ὑψιπύλη. Heſych. Scholiaſtes Apollonii ad Lib. I.

Φιλοκτήτης Ariſtot. c. 22. Poëtic. Athen. Schol. Ariſtophanis ad ranas. Plutarchus Lib. de tranquillitate. Svid. in ἔνθ' ὅτε μίμνειν ἄνεμ@ ὅτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ, quo proverbio utitur etiam Ariſtænetus Epiſt. 27.

Φινεύς. Athen. Scholiaſtes Æſchyli in argumento Perſarum & inde Scaliger deſcript. Olympiadum ad Olymp. LXXVI. 4.

Φοινίσσαι, Pollux.

Φορκίδες. Eratoſthenes cap. 22. Cataſteriſm. Hyginus II. 12. poëtic. Aſtronom. Athenæus.

Φρύγες ἢ Ἕκτορ@ λύτρα. Corruptè apud Heſychium in ἀγασσὰ, legas, Αἰσχύλ@ Φρυξί, pro Αἰσχύλ@ Φρύζει. De hâc Æſchyli fabula conſulendus Cauſabonus ad Athenæum Lib. I. cap. 19. & quæ ſupra in Ἕκτορ@ λύτρα.

Φρύγιοι, tanquam diverſum à ſuperiore drama ab Anonymo recenſetur in Catalogo.

Ψυχαγωγοὶ. Pollux, Heſych. Svid. in σαθερὸν, Schol. Apollonii ad Lib. III. & Homeri ad Odyſſ. λ. Ariſtophanis ad ranas. Cæterum pro Ψυχαγωγοῖς, ψυχαγωγίαν habet idem Anonymus in Catalogo.

Ψυχοστασία, pro qua ἰσοστάσιον infelici conjecturâ reponit Reineſius p. 124. Variar. lect. Neque enim Plutarchus tantum Lib. de audiendis Poëtis, & Pollux IV. 19. Sed Anonymus quoque in Catalogo & Heſychius drama hoc commemorat, etſi apud iſtum duobus in locis legitur ψυχοστασίαι in voce ἀνηκίδοτι & ἀνεμβάτας.

VIII. Præterea Aeſchyli Ἐλεγεῖα laudantur à Theophraſtô Lib. IX. Hiſtor. plantar c. 15. & Plutarcho Lib. I. Sympoſ. qv. 10. ut Svidam omittam. Ex his Elegiis Stanleius p. 707. ad vitam Aeſchyli, ſuſpicatur petitum eſſe tetraſtichon, quod ſub ejus nomine legitur in Anthologia Lib. III. c. 5. in eos qui ad Marathonem occubuere. In eâdem quam dixi vita auctor Anonymus refert Aeſchylum à Simonide, cujus in eôdem Authologiæ loco verſus quidam hujus argumenti leguntur, ſupe-

2011 Ministerio de Cultura

ſuperatum Elegiaco carmine εἰς τὰς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας, quod Æſchyli dictio longiùs abeſſet à tenuitate illâ & λεπτότητι quam Elegia requirit. *Pæana in Apollinem* rogatus componere à Delphis, id facere renuit, quod jam exſtaret alius Pæan vetuſtior auctore *Tynnicho* * celebris, qui cum ſuo ſi conferatur, velut antiquæ imagines cum recentibus, fore, ut minus forte artis atq; elegantiæ, verum plus ſanctimoniæ & dignitatis habere videretur. Porphyrius de abſtinendo ab animatis Lib. II. ſect. 18. Τὸν Αἰσχύλον, φασὶν, τῶν ἀδελφῶν ἀξιούντων εἰς τὸν Θεὸν γράψαι παιᾶνα, εἰπεῖν ὅτι βέλτιστα Τυννίχῳ πεποίηται, παραβαλλόμενον ἢ τὸν αὐτῷ πρὸς τὸν ἐκείνου, ταῦτὸν πείσεσθαι τοῖς ἀγάλμασι καινοῖς πρὸς τὰ ἀρχαῖα. Ταῦτα γὰρ καίπερ ἁπλῶς πεποιημένα, θεῖα νομίζεσθαι, τὰ δὲ καινὰ περιέργως ἐργασμένα θαυμάζεσθαι μὲν, θεᾶς δὲ δόξαν ἧττον ἔχειν. Si Romulum Amaſæum Pauſaniæ interpretem audimus, Æſchylus in limine carminis *de pugnâ Marathoniâ* ſuum & Patriæ nomen commemoravit. Sed verborum Pauſaniæ Lib. I. Attic. p. 49. longè alius eſt ſenſus, ut animadverſum Joachimo Kühnio in notis ad Pauſaniam, & clariſſimo Bælio p. 1168. Dictonarii, edit. ſecundæ. Nempe Æſchylum ſibi ipſimet compoſuiſſe Epitaphium, & in eo nihil commemoraſſe quàm nomen ſuum, Patriamque, & quod ad Marathonem fortiter pugnavit.

IX. Jam dicendum mihi eſt de Aeſchyli editionibus. Primus omnium *Aldus Manutius* Tragœdias Aeſchyli Græcè publici juris fecit Venetiis 1518. 8. ſed parùm emendatè, atque ita ut Agamemnonis poſtrema pars cum Choëphoris capite mutilis confuſa, pro unâ fabulâ exhiberetur Agamemnone: ut etiam fecit Aldum ſecutus *Adrianus Turnebus*, qui Græcè & ipſe Aeſchylum elegantiſſimè excudit, multaque paſſim in tribus præcipuè prioribus Tragœdiis caſtigavit, ex MS. codice *Æmarii Ranconeti*, Pariſ. 1552. 8. adjuncto variarum lectionum Elencho. Eôdem Anno 1552. Venetiis in 8vo. *Franciſcus Robortellus* non tantùm Aeſchylum emendatius vulgavit, adjectis ſuis & *Mich. Sophiani* caſtigationibus, verſus ac perſonas diſtinxit, Agamemnonis, quam ſolam habebat partem poſtremam & Choëphoras diſtinctè ex MS. recenſuit; ſed & *ſcholia vetuſta* in Aeſchylum ex MS. codd. collecta primus vulgavit, ſeparatô volumine in 8vo. *Petrus* inde *Victorius*, ille tot veterum ſcriptorum Græcorum latinorumque Aeſculapius feliciſſimus, Agamemnonem integram primus exhibuit duobus ex codicibus MSS. ex iisdem aliisque totum

* Tynnichi Chalcidenſis pæanem usquequaque illis temporibus decantatum laudat Plato in Jone pag. 362. Apud Porphyrium male quidam codices habent Phrynichum pro Tynnicho.

2011 Ministerio de Cultura

Aeſchylum caſtigavit, Scholiaque Græca in plurimis locis locupletata & emendata exhibuit. Plurimùm tribuit his ſcholiis Victorius, * quorum jam apud Euſtathium Homeri interpretem magna fuit auctoritas. Neque dubium videtur, plerasque illorum particulas eſſe juſtorum commentariorum, quibus veteres Grammatici Aeſchylum olim explanarant. Uſus eſt Victorius eximio MSto codice, in quo præter Aeſchylum Sophocles & Apollonii Argonautica cum ſcholiis græcis continebantur. In hac Victorii editione per ſingulas paginas Tragici verbis ſubjecta & luculentis typis exſcripta proſtant operâ *Henrici Stephani* 1557. 4to. Sed & hic ipſe Stephanus eruditas ſuas in Aeſchylum caſtigationes editioni eidem ſubjecit p. 356. teſtatus ſe quindecim Pœtæ exemplaria manu exarata inſpexiſſe partim Venetiis partim Florentiæ, partim Romæ, & Neapoli, ſed in quorum bona parte tantum primæ tres tragœdiæ haberentur. Denique easdem Aeſchyli ſeptem tragœdias, ſine ſcholiis, Græcè vulgavit *Guil. Canterus*, Antvverpiæ apud Plantinum Ao. 1580. 12mo. quâ in editione non tantùm plura longe menda ſublata ſunt, ſed & carminum ratio primum perſpicue explicata habetur. Latina proſâ reddere Aeſchylum auſus eſt impar planè huic conatui *Johannes Sauromannus* Sileſius, cujus interpretatio ex officinâ Oporini prodiit Anno 1575. 8vo. *Si modo interpretatio dicenda eſt* (verba Stanlei agnoſcis) *in quâ vix ullibi reperiatur ſenſus: nemo, qui legerit, dicet ſecus.* Barthius etiam Lib. XI. Adverſar. c. 1. queritur *tam ſtupidè* latine redditum eſſe, *ut neſciat, an ſummo ſtudio quis laborans poſſit pejori modo, quod non capit, interpretari.* Adjunctam tamen hanc translationem Aeſchylo videre eſt in corpore Græcorum Poëtarum Tragicorum, Comicorum, Lyricorum & Epigrammatariorum, quod Græcè & Latinè editum eſt Genevæ Ao. 1614. fol. Cæterum egregios *Guil. Canteri & Iſaaci Cauſaboni* conatus, quorum ille in prolegomenis ad Aeſchylum, latinam verſionem, hic in notis ad Lib. I. & V. Strabonis, novam editionem Aeſchyli cum notis pollicitus eſt, fata interceperunt. Benè tamen ſe habet, quod Studioſorum ma-

nibus

* En ejus verba præfat. in Æſchylum: *Ut libere loquar quod ſentio de ſcholiis iis quæ in tres nobiliſſimos Tragicos circumferuntur, puto hæc quæ in Æſchylum leguntur in vetuſtiſſimo præſertim noſtro exemplari, meliora cæteris & eruditiora eſſe, primasque ipſis libenter detulerim: Secundas vero Sophocleis, & illis maxime quæ Romæ primùm ſeparatim excuſa fuerunt, nam ipſa poſtea crevere operâ cujusdam qui magis numerum augere voluit quàm intelligentiam ejus Poëtæ adjuvare ſtuduit, immiſcuit enim cum ipſis nonnulla, doctrina & acumine priorum illorum indigniſſima. Quæ in ſeptem Euripidis tragœdias declarationes editæ ſunt, minores multo, inferioresque doctrina eſſe exiſtimo.*

2011 Ministerio de Cultura

nibus teritu r editio Aeſchyli luculenta Londinenſis, curante Viro Clariſſ. *Thoma Stanleio* A. 1663. fol. In hâc contextus Poëtæ emendatè ex Canteri editione, & typis nitidis ac majoribus deſcriptus exſtat : ſubjuncta ſunt ad imum cujusque paginæ Græca Scholia deſcripta ex editione Victorii, & ad tres primas tragœdias ex MS. Barocciano locupletata, novis etiam Scholiis Græcis adjectis ex codice MS. quem Seldenus ipſi utendum dederat Arundelianô. Singulis paginis ex adverſo reſpondet recens latina proſaria Stanlei verſio, elegans ac perſpicua, tùm ad calcem voluminis leguntur ejusdem Stanlei in vitam Æſchyli & ſeptem Tragœdias notæ eruditæ, & ex deperditis Æſchyli tragœdiis * fragmenta, notis illuſtrata. Neque in hâc editione deſiderantur priorum editionum præfationes, Turnebi, Robortelli, Victorii, Canteri : nec Variæ lectiones ab iisdem collectæ, novisque ex codice Barocciano & Arundelianô auctæ, neque Henrici Stephani in Aeſchylum caſtigationes : Sed & ſententias ex Aeſchylô collectas & à Cantero in ſua Tragici editione, atque ab Hugone Grotio in Sententiis Tragicorum & Comicorum Græcorum latinis verſibus redditas Stanleius exhibuit. Idem dicitur prætereà ab eô tempore paraſſe ampliſſimos in Aeſchylum commentarios ** octo volumina in folia complentes, qui unà cum aliis viri docti ineditis ſcriptis manu exarati exſtant apud Johannem Morum Epiſcopum Norvicenſem. *Johannis Aurati* ἀνεκδότους in Aeſchylum gloſſas memorat, & apud Iſ. Voſſium evolviſſe ſe teſtatur vir Illuſtris doctrinæ *Ezechiel Spanhemius* ad Callimachum p. 535. à quo ipſo jam dudum eſt, quod novã & eximiam lucem Æſchylo afferendam ex promiſſo flagitant & impatienter exſpectant eruditi. Chriſtophorus Hendreichius fallitur cum in pandectis Brandenburgicis tradit à Johanne Meurſio Lugd. Bat. 1619. & à Joh. Fichteliô Lubecæ, Æſchylum emendatiorem vulgatum fuiſſe. Barthius Tom. 3. ad Statium p. 869. teſtatur ſe habuiſſe Æſchyli Prometheum, ſeptem ad Thebas & Perſas MSS. cum ſcholiis, *quorum* inquit *collatione ad Stephani & Canteri exemplaria, multa loca illuſtriora fieri poterunt.*

* Iniquiſſima eſt ſuſpicio viri docti, qui in præfatione ad tomum decimum theſauri Antiquitatum Græcarum, Stanleium de fragmentis hisce plagii in Meurſium commiſſi arguit.

** Vide Stanleii vitam novæ editioni Hiſtoriæ ejus Philoſophicæ præmiſſam, Acta Eruditor. Anni 1702. p. 46, & Catalogum MS. Bibliothecarum Angliæ & Hiberniæ T. 2. p. 378.

2011 Ministerio de Cultura

X. Reliquum eſt ut hoc loco ſubjiciam Catalogum Scriptorum in Scholiis Græcis ad Æſchylum * allegatorum, ex editione Londinenſi:

Æſchylus ἐν Ξαντρίαις. Eum. 26.
Alcæus. Theb. 404. Perſ. 349.
Anacreon. Perſ. 41.
Andron Halicarnaſſenſis. Perſ. 185.
Antimachus. Theb. 169. 553.
Apollonius. Prom. 836.
Archilochus. Prom. 617.
Callimachus. Prom. 367. Cho. 436. Eum. 21. 30.
Calliſtratus ἐν δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας. Perſ. 941.
Dionyſius ὁ περιηγητής. Prom. 788.
Draco. Theb. 303.
Epaphroditus ἐν Ὑπομνήματι Καλλιμάχου αἰτίων, β'. Eum. 2.
Epicharmus. Eum. 629.
Epicurus. Prom. 625.
Euphorion. Perſ. 649.
Eupolis Comicus ἐν Μαρίκᾳ. Perſ. 65.
Euripides. Theb. 103. 275. 781. Perſ. 181. 716. Cho. 149. Eum. 47. 276. Supp. 322.
Hellanicus. Perſ. 778.
Herodianus. Eum. 189.
Herodotus. Perſ. 150.
Heſiodus. Prom. 792. Agam. 185.
Homerus, ſæpius.
Lycophron Theb. 170.
Mnaſeas. Perſ. 747.
Pindarus Prom. 367. 788. 889. Cho. 323. Eum. 2. 11. Sup. 1078.
Pittacus. Prom. 886.
Plato. Theb. 599.
Pſalmi ** locus, ἐμνήσθην Θεοῦ καὶ ἐυφράνθην. Agam. 171.
Rhianus. Theb. 169.
Simonides. Cho. 323.
Sophocles. Perſ. 181.
ἐν Ξαντρίαις. Theb. 310.
Τηρεῖ. Prom. 128.
Sophron Cho. 294.
Timoxenus ἐν τῷ περὶ Λιμνῶν. Perſ. 302.

* Non eſt horum ſcholiorum auctor *Demetrius Triclinius*, quanquam & hunc in Æſchyli τὰς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ſcripſiſſe conſtat ex ejus ſcholiis ad Sophoclem, Oedip. Tyr. v. 21. & Antigonen v. 1020.

** Addit Scholiaſtes: τᾶυτα δ' ἀγαν ἐξιν ἐυσεβῆ, *ſed hæc ſanctiora ſunt*, quam ut huic nempe congruant loco.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XVII.

De SOPHOCLE Tragico.

Sophoclis ætas, vita & inſtitutum non Trilogiis neque Tetralogiis ſed ſingulis Tragœdiis certandi. 1. *De ſeptem ejus Tragœdiis quæ exſtant.* 2. *Catalogus Tragœdiarum Sophoclis deperditarum, cum variis obſervationibus.* 3. *Alia ejus ſcripta deperdita.* 4. *De Scholiaſtis, verſionibus & editionibus hujus Tragici.* 5. *Catalogus ſcriptorum in Scholiis græcis ad Sophoclem allegatorum.* 6.

I.

SOPHOCLES Sophili * F. Coloneus, Athenienſis, exnobili ut videtur familia, natus eſt Olymp. LXXI. 2. Archonte Philippo, anno ** poſt Æſchylum XXXI, ante Euripidem XV, cum quorum utroque deinceps Tragœdiis certavit, perinde ut cum Ariſtea, Chœrilo, Jophonte filio, aliisque. A *Lampro* *** Muſicam & ſaltandi artem teſte Athenæo Lib. I. p. 20. ab *Æſchylo* Poëticam edoctus, ingenio ſuo non parum decoris addidit Tragœdiæ. Juvenis adhuc vix ſedecim annorum & formæ pulcherrimæ, poſt Victoriam Salaminiam epinicium pæanem cithara præluſit deſaltavitque Athenienſibus (*τοῖς παιωνίζουσι τῶν Σαλαμινίων ἐξῆρχε*) nudus & unguentis delibutus, ut Græco vitæ ſcriptori traditum eſt: ſive ut alii apud Athenæum, veſtitus. Ne vero in præſenti alia ab illo inventa atque in uſum verſa jam memorem, de quibus auctor vitæ quæ ſcholiis præmittitur: primus inſtituit, ut quando dramatibus eſſet de palma concertandum, non ſemper *trilogiis* ſive ternis, ut ante à Theſpide usque

* Fuit & circa idem fere tempus Sophilus Rhamnuſius, pater Antiphontis Rhetoris, de quo infra. Sophoclis Pater ab aliis vocatur *Theophilus*, vel *Diphilus*, quæ nomina cum Sophilo, idem ſonant. Vide ſupra Lib. I. c. XXIX. num. 8.

** Auctor Vitæ Sophoclis, ait Sophoclem Æſchylo juniorem annis XVIII: ſeniorem Euripide, annis XXIV. Pro quibus rationibus Æſchylus natus fuerit Olymp. LXVII. 1. Euripides Olymp. LXXVIII. quod utrumque aliorum ſcriptorum teſtimoniis refellitur. Svidas ait Sophoclem natum Olymp. LXXIII. ſeptendecim ante Socratem annis.

*** Eodem qui Socratem docuit. Vide ſupra c. XV. num. 36.

2011 Ministerio de Cultura

usque vel *tetralogiis* * ſive quaternis (quorum quartum Satyricum) adverſus quaterna, ſed ſingulis ſubinde tragœdiis contra ſingulas certarent Poëtæ. Viginti quinque annorum fuerit, cum primus ἐπεδείξατο, ſive ingenii ſui opera publicavit, ut legas in Chronico Euſebii ad Olymp. LXXVII. 2. Raro ipſe docuit ſua dramata, quod voce tenui & parum firma eſſet. Victorias retuliſſe *duodeviginti*, tradit Diodorus Sic. Lib. XIII. p. 222. auctor vitæ è Caryſtio, *viginti*, Svidas *vigintiquatuor*. Additque vitæ ſcriptor δευτερεῖα ſive ſecundas aliquando tuliſſe, τριτεῖα autem ſive tertias nunquam. Sed & Ducem exercitus geſſit cum Pericle, ab Athenienſibus delectus adverſus Anæum Samiorum civitatem, annos natus LXV. Archonte Theodoro Olymp. LXXXV. $\frac{3}{4}$ anno ſeptimo ante bellum Peloponneſiacum, ut notat Ariſtophanes Grammaticus argumento in Antigonen. Vitâ deceſſit nonaginta * annos natus Olymp. XCIII. 3. Archonte Callia, eodem quo obiit Euripides, ſed qui ſeptuageſimum vix annum attigit, & Sophocle * prior eſt defunctus. Confer Diodorum Sic. loco laudato, & notas ad Chronicon Marmoreum Arundelianum p. 225. edit. Prideauſii. De genere mortis & aliis ad vitam moresque Sophoclis ſpectantibus multa Gyraldus dialogo VII. de Poëtis. Quemadmodum laudes ejus itemque cenſuræ legi poſſunt apud Bailletum in judiciis eruditorum de Poëtis cap. CXIII. Filii Sophoclis fuere Jophon, Leoſthenes, Ariſton, Stephanus, & Meneclides. Ex quibus Jophon Tragœdiis quoque, ſcriptis nomen ſibi comparavit, perinde ut avi veſtigiis inſtitit nepos cognominis, Sophocles Ariſtonis F.

II. *Ex*

* Vide Svidam in Τετραλογία, & Laërtium III. 56. ibique Menag. Jonſium Lib. I. c. 16. tum Notas viror. doctorum ad Ælian. II. 8. & 30. Var. & Cauſaubonum de Satyrica Poëſi Lib. I. cap. V. ubi etiam de quatuor feſtis in quibus dramata agebantur, 1) Panathenæis, menſe Auguſto. 2) Dionyſiis in urbe, menſe Aprili. 3) Chytris atq; Dionyſiis veteribus, quæ etiam τὰ ἐν Λίμναις, vel Ἀνθεστήρια menſe Martio, & 4) Dionyſiis κατ' ἀγρὸς ſive Λεναίοις, menſe Januario. De his videri præterea poteſt Meurſius in Græcia feriata & libro de Panathenæis (nam de Dionyſiis quidem intercidit) & Scaliger 1. de emendat. temporum pag. 29. De judicibus Poëtarum qui in certaminibus hisce annuis Poëtas coronabant, conſules Voſſium 2. Inſt. Poëtic. p. 55.

** Thomas Magiſter in Euripidis vita: Φασὶ δὲ ἐπὶ τῷ ἀκούσματι τῆς Εὐριπίδου τελευτῆς τοὺς μὲν Ἀθηναίους πάντας πενθῆσαι. Σοφοκλέα δὲ αὐτὸν μὲν καὶ φαιὸν ἐνδεδῦσθαι χιτῶνα, τοὺς δὲ ὑποκριτὰς αὐτοῦ ἀστεφανώτους τῷ τότε εἰσαγαγεῖν πρὸς τὸν ἀγῶνα. *Sophoclem vero ajunt ipſum audita Euripidis morte, pulla amictum tunica, & Hiſtriones ſuos ſine coronis in certamen tunc temporis celebratum introduxiſſe.*

2011-Ministerio de Cultura

II. *Ex Tragœdiis Sophoclis exſtant hæ ſeptem:*

1. ΑΊΑΣ ΜΑΣΤΙΓΟΦΌΡΟΣ, *Ajax flagellifer* ſive *lorarius*, de quo Tzetz. Chil. 3. hiſt. 76. Hæc fabula, cujus titulus apud Dicæarchum * teſte Sophoclis Scholiaſte fuit Αἴας Ἰάνατος, ſeorſim cum verſione *Joh. Loniceri* & eruditis *Balth. Stolbergii* Profeſſoris Witebergenſis obſervationibus edita eſt Witeb. 1668. 8. Elegantiſſimo carmine latino tragico reddidit *Joſephus Scaliger* Pariſ. apud Morell. 1573. 4. quod legitur etiam ad calcem poëmatum Julii Cæſ. Scaligeri ap. Commelin 1600. 8. & inter Joſephi Scaligeri poſthuma ab Iſ. Caſaubono edita Pariſ. 1610. 4. tum inter poëmata ejusdem junctim vulgata à P. Scriverio Lugd. Bat. 1615. 12. Græce cum *Joachimi Camerarii* proſaria verſione & *Georgii Rotalleri* poëtica Metaphraſi occurrit in H. Stephani tragœdiis ſelectis. Univerſarum tragœdiarum, non Sophoclis modo, ſed omnium quotquot exſtant, hæc princeps eſt, judice *Franciſco Hedelino* Albiniaci Abbate, in examine Ajacis Sophoclei ad regulas theatri, edito ad calcem operis ejusdem ſcriptoris, cui titulus: *Pratique du Theatre*.

2. ΗΛΕΚΤΡΑ, *Electra*, habetur in Tragœdiis ſelectis H. Stephani cum verſione proſaria *Viti Winſemii*, à *Franciſco Porto* locis quibusdam recognita, & Metaphraſi Poëtica *Georgii Rotalleri* A. 1567. 12. Idem Stephanus Græce ſuæ Sophoclis editioni ſcholiis Græcis ornatæ ſubjecit *Joach. Camerarii* in Sophoclem notas, atque in his pag. 50. Ajacem lora geſtantem, & pag. 83. Electram ex ejusdem Camerarii proſaria verſione. Vetus *Atilii* translatio, qui Sophoclis Electram optime ſcriptam male vertiſſe dicitur, pridem intercidit. Electram & Oedipum Tyrannum proſa Gallica luculenter expreſſit additis notis Criticis & examine ſecundum leges theatri, *Andreas Dacerius* Pariſ. & Amſt. 1693. 12.

3. ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ, *Oedipus Tyrannus*, Ariſtoteli imprimis probatus, licet à Rapino in obſervationibus Poëticis aliquot in locis reprehenſus. Hoc drama docenti Sophocli prælatus fuit Philocles, ut teſtatur Scholiaſtes in argumento. Latino carmine reddidit *Brandinus Gualfreduccius*, & ſeparatim edidit Romæ 1622. 12. Ajax, Electra & Oedipus Tyrannus cum gloſſis Græcis interlinearibus perpetuis ineditis fuit in Bibliotheca Renati Moreau, teſte Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 213. Hunc Sophoclis Oedipum in ſuo Oedipo ſecu-

* Dicæarchus teſte Sexto Empirico Lib. 3. contra Mathem c. 1. ſcripſerat ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων ſive *tragœdiarum Sophoclis & Euripidis argumenta.*

2011 Ministerio de Cultura

tus est *Seneca* Tragicus. Gallica prosa vertit & notis illustravit *Andreas* * *Dacerius*, ut jam in Electra dixi. Italice transtulit *Ursatus Justinianus* Patricius Venetus, Vicentiæ A. 1585. Ab Academia Olympicorum publice actum refert Gvaldus in vita Vincentii Pinelli p. 363. editionis Batesianæ. Ad quædam præsentis dramatis loca conferes ubi lubebit Sam. Petitum Lib. I. Obs. c. 10.

4. ἈΝΤΙΓΌΝΗ, *Antigone* seorsim edita & illustrata est à *Matthæo Dresfero* Lips. 1607. 8. Habetur etiam in Tragœdiis selectis H. Stephani cum versione *Viti Winsemii*, recognita per *Franciscum Portum*, & poëtica *Georgii Rotalleri* Metaphrasi. Hoc drama auctori suo fatale fuisse fertur, sive (ut è Satyro Peripatetico narrat auctor vitæ Sophoclis) quod inter recitandum eam extinctus est, cum longiorem periodum spiritu continente absolvere instituisset, sive quod ex illa coronatus victor, gaudium ferre non potuit. Alii tamen uvâ passa gustata præfocatum narrant, ut Simonides ** in Epigrammate, Sotades & alii.

5. ΟἸΔΊΠΟΤΣ ἘΠΙ ΚΟΛΩΝΩ͂ι. *Oedipus Coloneus*, quam senex *** admodum & patriæ gratificaturus (erat enim & ipse ut dixi è populo Atticæ Coloneo) docuit. Hic Oedipus δεύτερος appellatur ab Eustathio ad Iliad. θ'.

6. ΤΡΑΧΊΝΙΑΙ. *Trachiniæ*, è quibus expressus *Senecæ* Tragici Hercules Oetæus.

7. ΦΙΛΟΚΤΉΤΗΣ *Philoctetes* (divinum drama judice Jos. Scaligero) separatim excusus est cum glossis Græcis, & pereleganti Metaphrasi *Q. Septimii Florentis Christiani*. Paris. 1586. 3. Integer titulus hujus fabulæ Φιλοκτήτης ὁ ἐν Λήμνῳ.

III. Sophoclis **** tragœdiæ deperditæ hæ sunt, observatæ ab

* Nonnulla versionis Dacerianæ (utut perelegantis) loca non absurde reprehendit *Godfridus Olearius* in programmate edito Lipsiæ A. 1699.

** Epigramma Simonidis (non prisci illius qui Olymp LXXVIII. atque adeo ante Sophoclem obiit, sed junioris cujusdam) occurrit in Anthologia Lib. III. cap. 25.

Ἐσβέσθης γηραιὲ Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν,
Οἰνωπὸν βάκχᾳ βότρυν ἐρεπτόμενος.

*** Vide Cic. in Catone majore c. 7. Valerium Max. VIII. 7. Lucianum Macrobiis, Plutarch. Libro num seni gerenda Resp. p. 785. Apulejum Apolog. Hieron. Epist. 2. ad Nepotian. Schol. Comici ad Ranas v. 73.

**** Περὶ τῶν Σοφοκλέους μύθων, quinque libros olim scripserat Philochorus Atheniensis teste Suida in φιλόχορος. Cæterum recte notat Samuel Petitus ad leges Atticas p. 71. sq. Sophoclis junioris & Jophontis fabulas, veterum quorundam confusione & negli-

2011 Ministerio de Cultura

ab Isaaco Casaubono ad Athenæum Lib. VII. cap. 4. Johanne Meursio in opusculo de Æschyli, Sophoclis & Euripidis Tragœdiis, Lugd. Bat. 1619. 4. & T. 10. Antiquitatt. Græcar. Clarisimi Gronovii: & ab Hugone Grotio in excerptis Tragicorum, quibus nostræ quædam, & Thomæ Gatakeri observationes accedunt, ex Adversariorum posthumorum capite 10.

Ἀθάμας ά. Hesych. Forte etiam apud Harpocrationem in ἔπιστολον pro ἀκάμαντι legendum ἀθάμαντι. Et laudatur Sophoclis Ἀθάμας etiam Scholiastæ Pindari ad Pythionic. Od. 4.

Ἀθάμας. β΄. Hesych. & Schol. Aristophanis ad Nubes.

Ἄιας λοκρὸς. Suid. in σπολὰς, Scholiastes Sophoclis in argumento Ajacis flagelliferi. Aristides Apologia 2. contra Platon. T. 3. p. 477. ubi notat versum vulgatum σοφοὶ τύφαννοι τ' σοφῶν συνεσία non Euripidis esse, ut Plato in Theage p. 240. sed Sophoclis ex Ajace Locro, quod monet etiam Gellius XIII. 18. ubi pro Plato *in Theæteto* legendum *in Theage*. Fortassis vero Apud Euripidem & Sophoclem eadem sententia lecta est, notante Zenobio V. 98. prov. Post Platonem sane Euripidi illam tribuunt Themistius, Stobæus aliique. Sic Æschylo tribuit Libanius T. 1. p. 461. versum, qui legitur in Euripidis Oreste.

Αἰγεὺς sive Αἰγεὺς ἐκλυόμενος. Hesych. in ταύρειον πόμα, Pollux, Stephanus in χάρα, Athenæus, Schol. Pindari Pyth. Od. 2. & ante hos Strabo Lib. IX. Ejus fabulæ argumentum divinare licet è Plutarchi Theseo, ut docet Casaubonus III. 24. ad Athenæum, quem vide.

Αἴγιος. Hesych.

Αἰθίοπες. Athen. Hesych.

negligentia etiam tributas fuisse Sophocli majori, qui non plures quam LXVI. docuit. Suidas tamen CXXIII. ad eum referre non veretur, additque plures etiam illi adscribi ex quorundam sententia. Et sane Anonymus scriptor Græcus, qui vitam Sophoclis tradidit, CXXX. dramata ab eo scripta refert, inque his XVII. spuria esse pronunciat, auctorem laudans sententiæ suæ Aristophanem Grammaticum. *Sophocles* vero *junior*, majoris ex Aristone nepos, dramata XL. ab aliis falso XI. docuisse apud Suidam dicitur, & elegias itidem composuisse. Diodorus Sic. ad Olymp. XCV. 4. Lib. XIV. p. 278. ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους Τραγωδίαν διδάσκειν ἤρξατο, καὶ νίκας ἔσχε δυωκαίδεκα. Idem Suidas præterea *Sophoclem tertium* hoc nomine Tragicum & Lyricum laudat, nostri ἀπόγονον, clarum μετὰ τὴν πλειάδα ætate Ptolemæorum, cujus ait fuisse dramata XV. Alius denique fuit Sophocles, cujus edictum adversus Philosophos, contra Philonem defendit Rhetor Democharis, teste Athenæo. Confer de hoc Jonsium p. 94. sq.

2011 Ministerio de Cultura

Αἰχμαλώτιδες. Stephanus Byz. Pollux. Hesych. Etymol. M. in φαῦλος, Schol. Aristophanis ad ranas.

Αἰχμάλωτοι. Hesych. Schol. Nicandri ad Theriaca, Aristophanis ad ranas.

Ἀκάμας. vide supra in Ἀθάμας.

Ἀκρίτος. Hesych. Stob. vide & infra in Λαεισσαῖοι.

Ἀκύελοι. vide infra in Σκύελοι.

Ἀλέαδαι Ælian. VII. 39. animal. Hesych. Stob. Erotianus in κατεφρόνεε, ubi male legas: Sophocles in Ἀχαιάδῃ. Vide & infra Ἀλεύαδαι.

Ἀλεξάνδεια vel Ἀλέξανδρος. Hesych. in δύσαυλος & θηλάσριαι, Steph. in ἔφεσος. Eustathius ad Iliad. ε Rutgers. II 1. Var. Lect.

Ἀλέυαδαι. Clemens 6. Strom. pag. 621. Alevadæ nobiles Thessali, Casaub. lect. Theocritic. c. 17 Vales. ad Sozom. p. 79. vide & paulo ante in Ἀλέαδαι.

Ἀλήτης, ita enim apud Stobæum pro ἀλείτης legunt Casaubonus & Meursius. Incertum autem est, an *erronem* eo vocabulo denotare voluerit Sophocles, an *Aletam* Corinthi conditorem, à quo urbis illius incolas Aletidas dictos referunt Strabo & Pindari Scholiastes.

Ἀλκμαίων. Porphyr. qv. Homeric. 1. Hesych. in αἰνῶ & ἀραίας. Stob. serm. 77. nisi locus ille depromtus ex Alcmæone Euripidis.

Ἄμυκος Σατυρικός. Athen.

Ἀμφιάραος Σατυρικός. Athen. Strabo Lib. IX. Hesych. Scholiastes Aristoph. ad ranas & vespas. Erotian. in κατεφρόνεε & πέλον.

Ἀμφιτρύων. Hesych. Scholiastes Sophocl. ad Oedipum Colon.

Ἀμφιτρύων. β'. Hesych. in ἐπενώπισε è Meursii emendat.

Ἀνδρομάχη. Etymol. M.

Ἀνδρομέδα. Eratosth. cap. 16. & 36. catasterism. Prynich. Athen. Poll. Hesych. Etymol. M. Scholiastes Theocr. Idyll. 9.

Ἀντηνόριδαι. Athen. Hesych. Scholiastes Sophocl. argumento Ajacis.

Ἄπανις Hesych. in ἀπάνθρωπος. Sed pro Ἀπᾶνι Meursius legit καπανεῖ, Johannes Vitus Pergerus in notis ad Hesychium editione dignissimis ἀ Πανί. Quamvis neque Καπανεὺς Sophoclis, neque Πὰν prior vel posterior usquam alibi apud veteres memoratur, quod sciam.

Ἄργειὺς ἢ Μυκῆναι. Hesych. in Ἄπασπάσει. Schol. Euripidis ad Hippolytum. v. 307.

Ἀχαιάδῃ. Vox corrupta apud Erotianum. Vide supra Ἀλέαδαι.

Ἀχαιῶν σύλλογος. Pollux, Schol. Pindari ad Isthmionic. Hesych.

Ἀχαιῶν σύνδειπνος sive σύνδειπνοι. Cic. ad Quintum fratrem II. 16. Athen. Hesych. Stob.

Ἀχιλλέως ἔρασαί. Athenæus. Stob. Hesych. in ὁμμάτειος πόθος, Schol. Pindari

2011 Ministerio de Cultura

Pindari Nem. Od. 3. & 6. Aristophanis ad Nubes, ranas & vespas quo posteriore ex loco Casaubonus colligit drama hoc fuisse Satyricum. Scholiastes Apollonii Lib. IV. Zenobius & alii in ὁ παῖς τὸν κρύσελλον.

Δαίδαλος. Pollux. Hesych. apud quem male παιδάλῳ legitur in ἐζέφθην.

Δανάη. Hesych. Stob. Svidas in πέρσα.

Διονυσιακός. Hesych. in θωχθείς. Casaubonus negat se titulum hujus fabulæ satis capere: Gatakerum autem miror, cui non videtur titulus dramatis alicujus singularis innui, sed tantum notari Tragœdia quæ in Dionysiacis celebritatibus vel certaminibus edita fuerit.

Δόλοπες. Hesych. & Etymol. M.

Ἑλένη. Schol. Aristophanis ad Equites.

Ἑλένης ἀπαίτησις. Strabo Lib. XIV. Erotianus in θεράσει, Schol. Euripidis Phœnisс. Hesych. Confer Sam. Petitum Lib. I. Obs. c. 9.

Ἑλένης ἁρπαγή. Schol. Sophoclis in argumento Ajacis.

Ἑλένης γάμος Athen.

Ἐπὶ Ταινερίοις. Athen. Hesych. in ἀλαλίαν, ubi male παγεναίοις.

Ἐπὶ Ταινάρῳ Σατυρικόν. Hesych. in ἀργέμων.

Ἐπίγονοι. Schol. Sophoclis ad Oedipum Colon. Cicero de optimo gen. Oratorum, & 2. Tusc. pag. 188. ubi versum ex Epigonis producit, nomine Sophoclis præterito.

Ἐρασαὶ Ἀχιλλέως. Vide supra in Ἀχιλ. Schol. Sophoclis ad Oedipum Col. v. 473.

Ἐρεχθεύς. Stob.

Ἔρις. Hesych. in ἔυωρος. Forte Ἶρις.

Ἐριφύλη. Clemens Alex. 6. Strom. p. 621. Stob.

Ἑρμιόνη. Eustathius ad Odyss. δ'.

Ἑυμηλος. Harpocr. in καθελών. Hesych. in αἵματος.

Ἑυρύλας. Parthen. c. 3. ἐρωτικῶν.

Ἑυφυσίης. Hesych. in ἀδόξασον.

Ζωστῆρες. Pollux. VII. 14.

Ἡρακλῆς σατυρικός. Pollux IV. 25. Hesych. Steph. Etymol. M. in Βυθοίη, ubi male Ὀνομακλεῖ pro ἐν Ἡρακλεῖ. Fragmentum ex hâc fabula apud Strabonem. Lib. X.

Ἡσιγόνη. Etymol. M. in τοπάζειν. Erotian. in ὕποφρον ubi male Σμηριγόνη. *Attii* Erigonen fortassis ex hâc Sophoclis expressam suspicatur Casaubonus.

Θαμύρας vel Θάμυρις. Anonym. in vita Sophoclis, Pollux, Athenæus

2011 Ministerio de Cultura

Lib. I. p. 20. καὶ τὸν Θάμυριν διδάσκων αὐτὸς ἐκιθάριζεν ἄκρως ὑ ἐστρα-
βίζεν ὅτε τὴν Ναυσικάαν ἔθηκε.

Θεμιστοκλῆς Euripidis vel Sophoclis laudatur in marginibus Stobæi ſerm. 119. Sed verſus qui ibi afferuntur ex Euripidis Creſphonte petitos eſſe Gatakerus obſervavit. Neque quisquam veterum vel Euripidis vel Sophoclis Themiſtoclem laudat.

Θηζεύς. Svid. in Ὄμπνιον νέφ.

Θυέστης ἐν Σικυῶνι ſive Σικυώνι. Heſych. Stobæus Eclog. Phyſ. c. 8. & ſerm. 29. Scholiaſtes Euripid. in Phænisſ.

Θυέστης δεύτερ. Heſych.

Ἴαχ. Vide paulo infra Ἰναχ.

Ἰλίου ἅλωσις. Strabo Lib. XIII.

Ἴναχ. Dionyſius Halic. Lib. I. p. 20. Athen. Pollux, Heſych. apud quem in ἁλωπῶς male Ἰάχῳ pro Ἰνάχῳ. Scholiaſtes Apollonii Lib. I. Æſchyli ad Prometh. Ariſtophanis ad Plutum, equites & aves.

Ἶνω. Heſych.

Ἰξίων. Schol. Apollonii ad Lib. IV.

Ἰοβάτης. Heſych.

Ἰοκάστη. Euſtathius ad Odyſſeæ α.

Ἰοκλῆς. Pollux X. 8.

Ἰόλα. Schol. Comici ad Equites.

Ἱπποδάμεια. Stob. ſerm. 27.

Ἱππόλυτ. Arrian. Lib. I. c. 28. diſ. Epictet.

Ἱππόνο. Heſych. & Clemens 6. Strom. p. 621. ubi male codices quidam ἱππόνου pro ἱππόνου.

Ἵππων. Pollux. IV. 16. & Steph. in Ὤλεν, licet Meurſius utroque loco ἱππόνην, reſcribere jubet.

Ἶρις. Athen. Vide & ſupra in Ἔρις.

Ἰφιγένεια. Ariſtot. c. 13. Poëtic. Athen. Stob. Erotianus in ὕποφρον, Svid. in πενθερά. Heſych. cui in voce ἀπαρθένευτα laudatur Sophoclis Ἰφιγένεια ἡ ἐν Ἀυλίδι.

Ἰφίκλεια. Schol. Sophoclis ad Oedipum Coloneum, niſi cum Meurſio legendum Ἰφικλεᾶ, ut duas in Iphiclem Herculis fratrem tragœdias Sophocles docuerit.

Ἰχνευταὶ σάτυροι. Pollux. X. 7. Athen.

Ἴων. Heſych. Stob.

Καμικοί. Athenæus Lib. III. & IX. ſed Suidæ & Apoſtolio in πέρδικ ἱερὸν laudantur Sophoclis Κωμικοί.

Κατα-

2011 Ministerio de Cultura

Καπανεύς. Vide ſupra in Ἀπανίς.

Κασάνδρα. Schol. Heſiodi ad Theogon.

Κηδαλίων. Suid. & paræmiographi in λευκὴ ςαθμὴ (de quo proverbio Mercerus ad Ariſtæneti Lib. I. Epiſt. 28.) Athen. Heſych. in ἀντοκλιςὲς & δέατ@, ubi male κιδαλίῳ editum pro κηδαλίων.

Κλυταιμνήςρα. Erotian. in ἀντιόνθεον.

Κολχίδες. Schol. Apollonii Lib. IV. Athen. Svid. in ἀνθυπεργῆσαι.

Κόλχοι. Schol. Æſchyli in argumento Promethei, Etymol. M. in ἦσμεν. Galenus comment. 1. in ſextum Ἐπιδημ. T. 5. edit. Baſil. p. 454.

Κρέσσα. Pollux. Stob. Heſych.

Κρῆτες. Athen. Heſych.

Κύριοι. Vide infra, Σκύριοι.

Κωμικοί. Vide ſupra Καμικοί.

Κῶμ@. Heſych. in ἄνθρωπε. Forte legendum Μῶμ@.

Κωφοὶ Σάτυροι. Schol. Apollonii Lib. I. Scholiaſtes Nicandri laudat Sophoclem in Κωφοῖς. Vide & infra in Σάτυροι. Male hos Gyraldus p. 364. habuit pro poëmate à Dramatibus ſive fabulis diverſo.

Λάκαιναι. Ex hac fabula petitos eſſe putat Meurſius binos Sophoclis verſus quos in deſcriptione Laconicæ profert Strabo Lib. VIII. p. 364. Cæterum Sophoclis Λακαίνας laudant Pollux IX. 10. Priſcian. Lib. XVIII. p. 1177. Meminit & tragœdiæ hoc nomine Ariſtoteles c. 18. de Poëtic. licet Sophoclem non nominat.

Λαοκόων. Dionyſius Halic. Lib. I. p. 38. Harpocr. Heſych. Stob. Schol. Ariſtophanis ad Ranas.

Λαρισσαῖοι. Stob. Heſych. Athen. Lib. II. qui Ἀκρίσιον in Lariſſæis Sophoclis loquentem refert, & Steph. in κράνεια ubi male Σοφοκλῆς Λαρισσαῖ@ pro Λαρισσαίοις.

Λήμνιαι ἢ Λημνιάδες. Steph. Heſych. Schol. Apollonii ad Lib. I. & Pindari Od. 4. Pythionic.

Λήμνιαι δεύτεραι. Steph. in fragmento de Dodone.

Μάντεις. Stob. Scholiaſtes Comici ad ranas, Euripidis Phæniſſ.

Μελέαγρ@. Heſych.

Μελανίππη ſive Μεναλίππη. Schol. Ariſtoph. ad ranas.

Μέμνων. Schol. Sophoclis in argumento Ajacis Lorarii.

Μίνως. Clemens 6. Strom. p. 621.

Μῦσαι. Pollux X. 49 niſi legendum Μυσοί.

Μυκῆναι. Vide ſupra in Ἀργεύς.

Μυσοί

2011 Ministerio de Cultura

Μυσοί. Strabo Lib. VIII. Athen. Heſych. Stob. Vide & Loënſem Lib. VII. c. 24. Epiphyllid. & ſupra in Μῆσαι.

Μῶμος. Heſychius pluribus locis. Vide & ſupra in Κῶμος.

Ναύπακτος. Schol. Apollon. ad Lib. IV.

Ναύσταθμος. Poll. Heſych. Stob. Schol. Ariſtophanis ad pacem, & Pindari ad Od. 6. Iſthmionic.

Ναύσταθμος καταστολέων. Heſych. apud quem in Ἄπικοτα male legitur κατὰ στολέοντι.

Ναύσταθμος πυρκαεύς. Pollux, Heſych. in ναύκληρον & πεσσά.

Ναυσικάα. Athen. Pollux & Heſych. apud quem nomen hoc corruptum in ἀναῤῥοιβδεῖ. Tota fuit Homerica, & Satyricis dramatibus annumeranda judice Caſaubono.

Νιόβη. Athen. & Harpocration, qui in διερμιστὴς laudat Ariſtarchi Grammatici commentarium in Νιόβην. Laudat & Νιόβην Schol. Sophoclis ad Oedipum Colon. Comici ad Veſpas, & Lutatius ad Statii Thebaid. Lib. VI.

Νίπτρα. Suid. in παρασία. Cicero 2. Tuſc. ubi docet *Pacuvium* Sophoclis Niptra latina tragœdia expreſsiſſe, neque adeo ſine dubio eſt quod illo in loco à Cicerone reſpiciatur Sophoclis Ulyſſes ἀκανθοπλήξ.

Ξοανηφόροι. Schol. Æſchyli ad ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

Ὀδυσεὺς ἀκανθοπληγὴς vel ἀκαντοπλήξ. Heſych. Vide & ſupra in Νίπτρα. Stephanum Byz. fragmento de Dodone.

Ὀδυσεὺς μαινόμενος. Heſych. Schol. Pindari ad Iſthmionic. Od. 4.

Οἰνόμαος. Laërtius IV. 35. Athen. Heſych. Suid. in λήθης πεδίον & διέξοδοι. Pollux. X. 13. Schol. Comici ad Aves.

Ὀνομακλῆς. Etymol. M. in βαθοίη niſi legendum Ἡρακλῆς ut Caſaub. vel Οἰνόμαος ut Gataker. Aut niſi potius corruptum eſt ſcriptoris nomen, verſus enim Heroicus affertur.

Παίδαλος. Vide ſupra in Δαίδαλος.

Παλαμήδης. Heſych. Euſtathius in 2. Iliad. p. 172. è Svetonii περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν.

Πὰν ά & β'. Vide ſupra in Ἀπανίς.

Πάνδωρα ἢ Σφυροκόποι. Athen. Heſych. Pollux.

Πελιάς. Erotianus in παιδικὸν πάθος.

Πεφίλα. Heſych.

Πηλεύς. Clemens 6. Strom. pag. 625. Harpocr. Steph. Scholiaſtes Ariſtophanis ad aves, equites & nebulas.

Πλύντριαι. Pollux VII. 12.

Ποιμέ-

2011 Ministerio de Cultura

Ποιμένες. Steph. Athen. Harpocr. in ναννίον ubi male πίλεσιν pro ποιμέσιν. Erotianus in πέλον. Sextus 1. contra Matth. c. ult. p. 63. Etymol. M. & Tzetz. ad Lycophron.

Πολύειδος. Porphyr. 2. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, Hesych.

Πολυξένη. Strabo Lib. X. Hesych. Harpocr. Stob. Eclog. Phys. 1. Schol. Apollonii ad Lib. II.

Πέλαμος. Pollux X. 31.

Προκρίς. Pollux IX. 8.

Προμηθεύς. Schol. Pindari Od. 5. Pythionic.

Ῥιζοτόμοι. Hesych. Macrobius V. 19. Schol. Apollonii Lib. III.

Σαλαμίνη (forte Σαλαμίνιοι) Σάτυροι. Galenus comment. 1. in 6. Epidem. bis laudat hocdrama T. 5. p. 454. & 455. Licet Gatakerus malit legere Σαλμωνεὺς σατυρικός.

Σαλμωνεύς Athen. Hesych.

Σάτυροι. Zenobius IV. 80. proverb. & Aristides Orat. 2. Platonica T. 3. p. 512. Vide supra in ἰχνευταὶ σατύρων & κωφοὶ σάτυροι. Σατυρικὸν δρᾶμα Sophoclis laudat Athenæus Lib. X. Confer Casaubonum p. 723. Ab Hesychio in ἄρραγες ὄμμα allegatur Sophoclis σατυρίσκος, ubi Gatakerus legit σατυρικὸν & nomen proprium tragœdiæ putat excidisse. Plura autem Satyrica dramata scripserat Sophocles. Vide in Ἄμυκος, Ἀμφιάραος, Ἐπὶ ταγαρῷ, Ἡρακλῆς, Ναυσικάα, Σαλαμίνη, Σίσυφος, ὕβρις.

Σίνων, Hesych. Vide & infra in συνωνύμων. Meminit quoque sed Sophocle haud nominato Aristoteles c. 23. Poëtic.

Σίσυφος, Hesych. Hoc drama satyricum fuisse suspicatur Casaubonus, quia Euripidis Sisyphus satyricis accensetur ab Æliano Lib. II. c. 8. Var. Itaque eodem argumento licebit colligere Palamedem Sophoclis quoque fuisse satyricum.

Σκύθαι. Athen. Hesych.

Σκύριαι vel Σκύριοι. Stob. & Hesych. apud quem in αὐτόσυτον male legas ἀκυελίοις, pro σκυελίοις. Et in ἀποσίβης non minus corrupte Κυελίοις.

Σμικρυγόνη supra in Ἠλιγόνη.

Σύλλογος Ἀχαιῶν. } Σύνδειπνος Ἀχαιῶν. } vide supra in Ἀχαιῶν.

Συνωνύμων α'. & β'. Hesych. in ἄρπτον, ubi Meursius legit συνωνύμων ὑστέρῳ, etsi Salmasius Σίνωνι, alii aliter.

Σφυροκόποι. Supra in Πάνδωρα.

Ταινάριοι. Ταίναρος Satyricus. Vide supra in ἐπὶ Ταινάρῳ.

2011 Ministerio de Cultura

Τάλως. Schol. Apollonii ad Lib. IV.
Τεκμήσση. Euſtathius ad Iliad. λ'.
Τεύκρ@. Stephanus Byz. & Stob. Τεύκροι Schol. Ariſtophanis ad Nubes.
Τήλεφ@. Heſych.
Τηρεύς. Ariſtot. de poëtica c. 13. Heſych. Stob. Scholiaſtes Comici ad Aves, Æſcyli ad Prometh. Tzetzes ad Heſiod. Ἔργ. β.
Τηλεπόλεμ@. Strabo Lib. I. pag. 10. Plinius XVIII. 7. ubi innuit eam actam Olymp. LXXVII. 4. anno CXLV. ante mortem Alexandri M. qui obiit Olymp. CXIV. 1. Pollux X. 22. collatus cum Etymolog. M. & Heſych. in ἀπυνδάκωτ@. Athen. Harpocr. Heſych. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Acharnenſes, Pindari Olympionic. Od. 10. Corinthus de Dialectis, ubi de Jonica.
Τρώιλ@. Pollux, Heſych. Scholiaſtes Pindari Nemeonic. Od. 3. ubi verſiculus quem reſpicit Heſych. in ἀνδροποις.
Τυμπανιστάί. Athen. Steph. Heſych. Etymol. M. Stobæus ſerm. 57. Schol. Sophoclis in Antigonen.
Τύνδαρ@. Stob. ſerm. 103.
Τύραννοι. Heſych. ἔχθιμα, niſi legendum τυράννῳ & reſpiciatur Oedipus Sophoclis Tyrannus.
Τυρὼ. Athen. Stob. Ælian. XI. 18. animal. Macrob. V. 21. Svid. in ταυροφάγον. Etymol. M. Scholiaſtes Comici ad Ranas. Ariſtoteli quoque cap. 16. Poëticæ, tragœdia hoc nomine memoratur, incertum Sophoclisne an Euripidis.
Τυρὼ δευτέρα. Stob. Etymol. M. & Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aves, qui primum hujus fabulæ verſum ſervavit.
Ὕβρις. Athen. & Stob. ſerm. 26. ex cujus marginibus Caſaubonus colligit hoc drama fuiſſe Satyricum. Integer titulus videtur fuiſſe ὕβρις Σατύρων.
Ὑδροφόροι. Heſych. in κενός.
Ὑπόνυς. Vide ſupra in Ἱππόνυς.
Φαιδρα. Stobæus. (qui p. 244. florileg. edit. Grotii è Sophoclis Phædra laudat verſus aliquot, quos ex Euripidis Phædra petitos Grotius in excerptis Trag. pag. 413, putabat, Euripidi certe tribuit Clemens Alex. 6. Strom. p. 623. d.) Heſych. Paræmiographi in χαλάσω τὴν ἱερὴν ἀγκυραν.
Φιλοκτήτης Sophoclis ὁ ἐν Λήμνῳ quâ ad Trojam arceſſitur, exſtat. Sed alter Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ in quâ caſus ejus ad Trjoam recenſebatur, periit. Memorat Priſcianus Lib. XVIII. p. 1169. & Heſych. in ζηλῶ &

2011 Ministerio de Cultura

λῳ & forte Gellius XIII. 18. Vide infra in φυλοτίδες, Gatakerum p. 116. Adversar. Vossium 2. inst. Poëtic. p. 34.

φινεύς. Pollux, Athen. Hesych. Scholiastes Aristophanis ad Plutum, Apollonii ad Lib. II. Eustathius ad Odyss. δ. p. 168. Steph.

φινεὺς δεύτερος. Hesych. in ἀχαλκεύτα.

φοῖνιξ. Arrianus Lib. I. c. 28. diss. Epictet. Eustathius in Iliad. π. p. 1117. Athenæus, Socrates III. 7. Hist. Eccles.

φρίξος ſ. φρύξος. Steph. Byz. in ἄσυ.

φρύγες. Schol. Æschyli ad Prometheum δεσμώτην.

φυλοτίδες. Gell. XIII. 18. pro quo alii φυλετίδες, Casaub. φθιωτίδες, Thysius αἰχμαλωτίδες. Sed in Vet. edit. legitur φιλοκτήτης. De qua vide quæ paulo ante.

χρύσης. Ammonius in βωμός. Schol. Aristoph. ad Ranas v. 191. ubi male Σοφοκλῆς ἐν χρήσει.

IV. Non prætereundum est Svidam præterea testari, scriptam à Sophocle Elegiam, * pæanas, & prosario sermone librum de Choro tragico. Ἔγραψεν ἐλεγεῖατε καὶ παιᾶνας καὶ λόγον καταλογάδην περὶ τοῦ χοροῦ πρὸς Θέσπιν ** καὶ χοίριλον ἀγωνιζόμενος. Plutarch. lib. an seni gerenda sit Resp. p. 787. Τῶν ὃ ὁμολογουμένως Σοφοκλέους ἐστὶ τὸ ὑπόγραμμάτιον· ᾠδὴν Ἡροδότῳ τεῦξε Σοφοκλῆς ἑπτέων ὢν πέντ' ὑπὲρ πεντήκοντα. Denique Παρθενυπαῖον sub Sophoclis nomine vulgaverat *Spintharus* sive *Dionysius* Metathemenus, teste Laërtio V. 92.

V. *Editiones Sophoclis Græcæ sine scholiis Græcis.*

1. Aldina. Venet. 1502. 8.
2. Haganoënsis. 1534. 8. cum *Joachimi Camerarii* notis.
3. Ex recensione *Guil. Canteri.* Antvverp. 1579. 12.

Editiones cum scholiis Græcis.

1. Scholia Græca σχόλια παλαιὰ τῶν πάνυ δοκίμων εἰς τὰς σωζομένας τῶν Σοφοκλέους τραγῳδιῶν. Primum seorsim edita sunt Romæ 1518. 4. præfixo Johannis Lascaris in Sophoclem Epigrammate elegantissimo, quod ab H. Stephano & aliis prætermissum hîc adscribam:

* Meminerunt Hephæstio, Harpocrat. in ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Erotianus in χάριτες. Sed & junior Sophocles, nostri nepos, Elegias teste Svida composuit.

** Contra Thespin puta jam defunctum, cujus forte rationes Chœrilus Sophoclis æqualis fuerat secutus.

2011 Ministerio de Cultura

Πόλλ' ἐκ τεῶν σελίδων εἵποιμί κεν ἡὲ Σοφίλυ
Δείγματα σῆς πινυτῆς· πόλλ' ἀπὸ μαρτυρίης.
Ὅσσα μεθηρμόσαο τραγικῆς περὶ κόσμον ἀοιδῆς,
Ὡς μέρος, εἶδος ἅπαν, πᾶν πάθος ἠυτρέπικας.
Κάλλυς, ἐυσομίης, ὕψυς τέλος ἐξεπόνησας
Ζῆλον Ὁμηρείης γνήσιον ἐυεπίης.
Ὣς σε Δίων, Ξενοφῶν, σκώπτης σῶν τ' ἤνεσ' ἑταίρων,
Ἀρχέτυπον τραγικοῖς θῆκεν Ἀριστοτέλης.
Σύντε κόθορνον ἄειρεν ὁ κ' εἰς ἐὸν ἡγεμονῆα
Ἀγνώμων ὄχνυς ἔχυος Ἀονίυς.
Ἀργεάδης βασιλεὺς μεταπέμπτον σύμμαχον ἔχεν
Ἰοκάστε Μαιονίδυ τέρπετο οὖς ἀάροις.
Πολλὰ τεῶν ἀρετῶν σεμνώματα, ἓν ᾧ μέγιστον,
Κρέσσονας ἡμερίυς ἔπλασας ἡὲ Φύσις.
Λῆμά τε γενναῖον λαοῖς πόρες, ὃς Ἰωοφήπας
Ὧν βατὸς εἶα πάρος θέλγε διδασκαλίη.

2. Sophocles cum ſcholiis Græcis auctioribus. Florent. 1518. 8. Jam pridem vero Petrus Victorius præfat. ad Æſchylum notavit auctiora eſſe edita ſcholia ab eo, qui magis numerum locupletare voluerit, quàm intelligentiam Poëtæ ſtuduerit adjuvare, immiſcueritque nonnulla, acumine & doctrinâ priorum indigniſſima. Itaque longe præfert Romanam editionem. Pars ſcholiorum in Sophoclem quæ in Romana edit. deſideratur, collecta eſt à *Demetrio Triclinio*, qui Planudem allegat v. 1096. ad Ajacem. Cæterum falluntur qui cæterorum auctores ſcholiorum faciunt Sophoclem Grammaticum, Theonem ac Lucillum, quos in Apollonium Rhodium, non in Sophoclem ſcripſiſſe conſtat. Porro Sophoclem Tragicum illuſtraverant *Didymus* teſte Athenæo, & *Horapollo* de quo Svidas. *Praxiphanes* quoque, ut colligitur è Scholiis ad Oedipum Colon. v. 894. τῶν ἢ ἐξηγησαμένων ἅπάντων Πραξιφάνης δοκεῖ ἄμεινον διαδιδόναι. Et *Ariſtophanes* Grammaticus, cujus argumenta quibusdam dramatibus præfiguntur. *Androtion* Sophoclis Scholiaſtes appellatur à Morhofio p. 123. Lib. I. polyhiſt. c. 13. ſed vereor ut recte. Idem p. 64. inedita in Sophoclem ſcholia memorat, quæ edere voluit Vir Clariſſ. Joh. Andreas Boſius. Ajacem flagelliferum, Electram & Oedipum Tyrannum, cum gloſſis interlinearibus perpetuis ineditis fuiſſe apud Renatum de Moreau, teſtatur Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 213.

3. Fran-

2011 Ministerio de Cultura

3. Francof. 1544. 4. ex officinia Petri Brubachii.
4. Adriani Turnebi. Pariſ. 1553. 4. typis Regiis.
5. Henrici Stephani, Genev. 1568. 4. in quâ editione (præſtantiſſima facile earum quæ exſtant & emendatiſſima) ad calcem exhibentur annotationes *Joachimi Camerarii*, & Ajax atque Electra ab eodem latine translata.

Editiones latinæ. *

Verſio proſaria *Viti Winſhemii.* Francof. 1546. 8.
Verſibus jambicis latinis redditus Sophocles à *Georgio Rotallero.* Antverp. 1570. 8.

Editiones Græcolatinæ ſine ſcholiis.

Cum Viti Winſemii verſione, & Guil. Canteri notis. Heidelberg. 1597. 8vo. apud Commelin.
Ingolſtad. 1608. 8. Et in corpore Poëtarum Genev. 1614. fol.

Editiones Græcolatinæ cum ſcholiis Græcis.

Cum verſione *Viti Winſemii*, tùm ſcholiis Græcis, in qualibet pagina additis, & ſubjectis ad calcem voluminis notis Camerarii, ex H. Stephani recenſione. Genev. apud Paulum Steph. 1603. 4.
Cum verſione latina, & ſcholiis Græcis rejectis ad libri calcem, & minutiore typorum genere exſcriptis. Lond. 1661. 8. Cantabrig. 1672. 8.

Notæ in Sophoclem.

H. Stephani in Sophoclem & Euripidem. De Orthographia Sophocli peculiari, & de tragœdia ejusdem. Et diſſertatio de Sophoclea ** Homeri imitatione. Pariſ. 1568. 8.

* Sophoclis quædam & Iſocratis latine vertiſſe *Eliſabetham* Angliæ Reginam, ex Cambdeno tradit Balzacus VI. 10. Epiſt. Dicuntur etiam *Thomæ Stanlei* inedita in Sophoclem adverſaria exſtare in Bibl. Rev. Epiſcopi Norvicenſis.

** Polemoni, quem φιλοΣοφοκλῆ vocat Laërtius IV. 20. Sophocles dicebatur *Homerus Tragicus*, teſte Svida, & Homerus vicisſim, *Epicus Sophocles.* Non Homero autem tantum, ſed Cyclo Epico etiam frequenter Sophocles eſt uſus. Athenæus Lib. VII. Ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς Ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ἄλλα δράματα ποιῆσαι, κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιΐᾳ. Confer Salmaſ. p. 600. ſeq. ad Solin. Philoſtrati Alexandrini ſcriptum περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς memorat Porphyrius apud Euſeb. X. 3. præparat.

2011 Ministerio de Cultura

Franciſci Porti Cretenſis in omnes Sophoclis Tragœdias prolegomena. Vita Sophoclis. De Tragœdia ejusque origine. Sophoclis & Euripidis collatio. Morgiis 1548. 4.

Joh. Baptiſta Pigna Ferrarienſis, ut ipſe in commentario ad artem Poëticam Horatii teſtatur, ſcripſit quæſtiones Sophocleas, in quibus de tota doctrina Tragica, de Senecæ vitiis, de Græcorum Tragicorum virtutibus fuſe tractaſſe ſe affirmat.

VI. *Catalogus Scriptorum * in Scholiis Græcis ad Sophoclem allegatorum.*

ACeſodor[9] Oed.C.v.1047.
AgathiæSchol. Egigramgramma in Nioben El. 151.
Agathon Tr. 646.
Aeſchylus. Vitâ Soph. AM. 75. 791. 804. Ant. 566. 980. El. 139. 288. Oed.C. 1042. Oed. T. 205. 752. Argument. Phil. p. 377.
Aeſchyli *Agamemnon* Oed. C. 928. ἑωτὰ ὅτι ἡδέως El. 121. Oed. C. 1371. Oed. T. 21. ἱερεῖαι Oed. C. 887. ἰλιάδες Oed. C. 1244. *Lycurgus* Oed. C. 667. ὁπλων κρίσις AM. 191. *Perſæ* El. 158. *Threſſæ* AM. 134. 882.
Alcæus Oed. C. 948. Oed. T. 56. 154.
AlcmanOed.C 1244. Lacon patriâ, à quo Carminis genus Laconicum nomen accepit. AM. p. 9.
Anacreon v. Ant. 136. Oed. T. pag. 156.
Anacreontium Carmen AM. p. 42.
Androtion Oed. C. 691. 1047.
Anonymus ὁ τῶν κυκλικῶν θηβαΐδα ποιήσας Oed. C. 1371.
Antimachus. Oed. C. 14.
Apollodorus Oed. C. 56. 57. 698. Tr. 268. ἐν τῇ περὶ θεῶν ἑπταικαιδεκάτῃ Oed. C. 481. ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ Ant. 992. Ex eadem etiam deſumtum argumentum Τραχινίων p. 329.
Apollonius. El. 447. 747.
Aratus, Tr. 132. (145. El. 96.
Archilochus. Argument. Oed. T. p.
Argolici Scriptores quidam inter quos *Dinias* El. 283.
Ariſtarchns ὁ γραμματικὸς Oed. C. 1316.
Ariſteas Vita Soph.
Ariſtides El. 684. ὁ ῥήτωρ Ant. 362.
Ariſtocrates Tr. 270.
Ariſtophanes Vita Soph. AM. 753. Ant. 362. El. 147. 476. Tr. 398.
Ariſtophanis γηρυτάδης El. 291. *Heroës* Oed. C. 887. *Nubes* Oed. C. 691. *Plutus* Oed. T. 83.
Ariſto-

* Ad hunc Indicem concinnandum uſus ſum operâ eruditi Viri Juvenis *Stephani Bergleri* Transſylvani.

2011 Ministerio de Cultura

Aristophanis Grammatici argumentum in Antigon. p. 211. in Oed. Tyrannum p. 145.
Aristoteles Oed. C. 691. ἐν Κυμαίων πολιτείᾳ Arg. Oed. T.
Aristoxenus. Vita Soph.
Arizelus Oed. C. 91.
Astydamas Oed. C. 57.
Batrachomyomachia Ant. 102.
Bias. Ant. 183.
Callimachus AM. 26. Ant. 270. 640. Oed. C. 306. 3. 481. 502. Oed. T. 938. Tr. 312. Vide & infra, Cyrenæus.
Caryſtius. Vita Soph.
Chilo. Ant. 181.
Chœrilus. Vita Soph.
Cleomacheum Carmen AM. p. 66. Ant. p. 238.
Comicus (Ariſtophanes) AM. 103.
Crates Athenienſis Oed. C. 100.
Cratinus Ant. 511.
Cratini Dramata: Πυτίνη AM. 105. Χείρων Oed. C. 469.
Creophylus Tr. 270.
Cypriorum Auctor ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας El. 158.
Cyrenæus (Callimachus) ἐν τῷ τέλει τῆς δευτέρου τῶν αἰτίων Oed. C. 250.
Demoſthenes Oed. T. C. 6.
Dicæarchus. Vita Soph. Argum. Oed. T. p. 145.
Διδασκαλία Vita Sophocl.
Didymus AM. 408. Ant. 4. 45. Oed. C. 229. 756.
Dinias ἐν ἑβδόμῳ ἀργολικῶν El. 283.
Dioſcoridis Epigramma in Sophoclem, vitæ præmiſſum, una cum aliis, Simonidis junioris, Hercii (Ἑρκίου vel Ἑρυκίου) aliorumque exſtant Libro III. Anthologiæ c. 25. (AM. 729.
Epicharmus AM. 1085. ἐν Ἀμύκῳ
Epimenides Oed. C. 42.
Eumolpi plures. Eorum ſeries generis talis perhibetur: Eumolpus primus qui ex Thracia Athenas venit auxilii cauſa ſub Erechtheo: hujus F. Cercyon: (male Κήρυκα editum) hujus Eumolpus II. hujus Antiphemus: hujus Muſæus: hujus Eumolpus III. qui initiorum ſacra invenit. Oed. C. 1047.
Euphorion Oed. C. 674.
Eupolidis Δρᾶμα: Μαρικᾶς Oed. C. v. 1596.
Euripides. Vita Soph. AM. 75. 265. 290. 520. 555. 598. 804. 963. Ant. 62. 107. El 158. 963. 983. Oed. C. 467. Oed. T. 272. 1253. 1346. Phil. 1. Tr. 29. 175. 600. Euripideum Carminis genus Ant. p. 228. 237. 259. AM. p. 24. El. 90. 128. Oed. T. 156. 188. 195 Euripidis Δράματα: *Antigone* quomodo ea differatà Sophoclis ejusd. nominis dramate, Ant. 1349. *Bacchæ* Ant. 1160. *Creſſæ* AM. 191. *Cyclops* AM. 191. Δίκτυς AM. 794. Ἱκέτιδες Oed. C. 211. *Proteſilaus* Oed. C. 10.
Glycon inventor Glyconii ab eo dicti carminis. AM. p. 15. Ant. p. 228.

Heca-

2011 Ministerio de Cultura

Hecatæus Mileſius Oed.C.1316.
Hellanicus Phil. 201.
Hephæſtion AM.p.9.11. 13. 15. Ant.p.217.Oed. c.p.365.
Herodianus ἐν τῷ ε. τῆς καθόλου Oed. C.187.
Herodotus AM. 508. Phil. 201. Tr. 257. Ejus Lib. II. Tr.175.
Heſiodus Ant.424.731.1194.El.86. 541.Oed.C. 1207.1672. Arg. Oed. T. Phil. 457. Tr. 40. 56. 118. 270. 528. 1106. ἐν ἠόιαις, unde verba pluſcula Tr. 1175.
Hieronymus ἐν τῷ περὶ χρυσῆς στεφάνης Vita Sophocl.
HippiasSophiſta Arg.Oed.T.p.145.
Hippocrates AM.51. El. 257.269.
Hipponacteum carmen El. p. 128. Ant. p. 347. 252.
Homerus Vide Soph.AM. 7. 17.26. bis. 176. 190. 189. 254. 299. 308. 514. 478. 485. 499. 550. 575. 603. 656. 808. 839. 873. 1090. 1279. 1298. 1368.Ant. 15. 314. 343. 594.431. 687. 688. 996. 1042. 1048. El.4.9. 54.145.137.149.152.183.199. 158. 211. 322. 421. 437. 447. 647. 708. 983. 1012. 1062. 1081. 541. 1090. 1134. 1143. Oed.C.71. 129. 370. 372. 616. 623. 669. 1537. 1580. Oed. T. arg. 16. 27. 151. 153. 203. 765. 949. 1262. 399. Phil. 215. 1322. 335. 391. 1058. 783. 858. 959. 1025. Tr. 94. 331. 102. 175. 520. 22. 7. 13. 565. 644. 691. 899. 1080. 790. 1168. 942. 722. ἐν τῇ νεκυίᾳ El. 95.
Ionici alicujus dictum μόνον Σοφοκλέα τυγχάνειν ὁμήρου μαθητήν. Vita Sophocl.
Iſocrates AM. 290. El. 983. Tr. 119.
Iſter aut ſi mavis Iſtrus. Vita Sophocl. Oed. C. 57. 674. 691 ἐν τῷ περὶ ἀτάκτων. Oed. C. 1047. ἐν τῇ πρώτῃ τ ἀτάκτων Oed. C. 1053. ἐν τῇ πεμπτῇ Oed. C. 42.
Iudæ proditoris mentio AM. 922. δυσώνυμος ὁ Ἰούδας.
Libanius AM. 235. Ant. 759. 1033. ἐν τῷ περὶ ὀρχήσεων AM. 683.
Lucianus AM. 1276.
Lycophron AM. 434. Ant. 1212.
Lyſimachus Oed. C. 56. Alexandrinus ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τ Θηβαϊκῶν, inde verba pluſcula Oed. C. 91.
Menander ἐν ναυκλήροις Oed. C. 1371.
Menecrates Tr. 358.
Muſæ à Baccho lacesſitæ Ant. 977.
Muſæus Poëta ex Eulmolpidarum genere prognatus Oed. C. 1047
Neanthes. Vita Soph.
νεκυία (pars Iliadis) El. 95.
Nicander Ant. 128.
Nymphodorus ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν Βαρβαρικῶν, verba pluſcula Oed. C. 329.
Oraculorum conſcriptor incertus Oed. C. 57.
Pherecrates El. 86.
Pherecrates, à quo carminis genus Phere-

2011 Ministerio de Cultura

Pherecrateum dictum. AM. p. 15. El. p. 105. 133. Oed. T. p. 197. Ant. p. 217. 228. 253.
Pherecydes El. 506. Oed. C. 464. Oed. T. 794. pluſcula, Tr. 558. Argument. Tr.
Phileas AM. 889.
Philemon Comicus Oed. C. 42.
Philochorus Oed. C. 100. 691. 1316. Oed. T. 21. ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἀττίδων Oed. C. 100. ἐν τῇ τετραπόλει Oed. C. 1041.
Philocles vicit Sophoclem docentem Oed. Tyrannum. Argument. Oed. T.
Philon. AM. 131.
Philoſtratus ἐν ταῖς εἰκόσιν AM. 176.
Philoſtratus ἐν τῷ ἰσοκράτους βίῳ AM. 913.
Pindarus. Vita Soph. AM. 125. 154. pag. 11. p. 36. Ant. 1033. El. 698. 1032. Oed. T. 918. 1205. Tr. 753. ἐν παιᾶσιν Tr. 175.
Planudes ὁ σοφώτατος. AM. 1096.
Plato AM. 1276. El. 803.
Plato. in Cratylo Ant. 906.
Poëta (Homerus) Ant. 981. 1159. 1349.
Polemo ἐν τοῖς περὶ ἐρατοσθένην Oed. C. 481.
Praxiphanes interpres Sophoclis Oed. C. 894.
Pythagoras quo pacto mortuum ſe fingens hominibus impoſuerit El. 62.
Sappho Oed. T. p. 156. Sapphicum genus carminis AM. p. 36. 66. El. p. 86. 137. Ant. p. 247. 252.
Satyrus. Vita Soph.
Simonides AM. p. 11. AM. 747.
Socrates AM. 1276 El. 346. Sophocle junior annis XVII. Vita Sophocl.
Solon Tr. 1. Oed. T. 1543. Ant. 722.
Sophoclis *Antenoridæ*. Vita Soph. *Captivæ* ib. *Raptus Helenæ* ib. *Antigonæ* ob quam præfecturâ fuit honoratus. Argument. Ant. Vita Soph. El. 1003. 1025. Oed. T. 345. *Amphitruo* Oed. C. 382. *Danaë* AM. 1. *Electra* AM. 386. 791. Oed. C. 469. 1672. Ἔπίγονοι Oed. C. 370. Ἰφικλείᾳ Oed. C. 887. *Oedipus* Vita Sophoclis. AM. 791. Sophocles jam ſenex ſcripſit Oedipum Coloneum. p. 269. σωιδειπνῷ Oed. C. 10. AM. 191. *Thamyras* Oed. C. 370. *Trachiniæ* AM. 651. 318. *Triptolemus* Oed. C. 496. *Tympaniſtæ* Ant. 992. ὑδροφόροι Ant. 1.
Sophocles AM. 1209. Ant. 909. Oed. C. 139. Athenienſis. El. 709. Sophoclis ὑπομνηματισάμενοι, ὑπομνηματισόμενοι, ἐξηγησάμενοι &c. Ant. 45. El. 490. Oed. C. 378. 382.
Syneſius AM. 683. El. 983.
Thamyris AM. 118.
Theocritus Ant. 355.
Theſpis. Vita Soph.
Thucydides Ant. 111. 132. 266.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XVIII.

De EURIPIDE Tragico.

Euripidis ætas & vita. 1. *Tragœdiarum quæ exſtant recenſio.* 2. *Catalogus deperditarum Tragœdiarum cum Variis Obſervationibus.* 3. *Epiſtolæ Euripidi tributæ quæ exſtant, & ſcripta alia deperdita.* 4. *Scholiaſtæ, interpretes & editiones Euripidis.* 5. *Catalogus Scriptorum in Græcis ad Euripidem ſcholiis allegatorum.* 6.

I.

EURIPIDES Mneſarchi & Clitus F. ex demo ſive populo Phyle, Athenienſis, natus Salamine a) Olymp. b) LXXV. 1. (ante Chriſtum 480.) æſtate media die 20. Boëdromionis, quâ Athenienſes ad Salaminem Inſulam & oſtium Euripi, victoriam navalem de Perſis reportarunt, unde Euripidis nomen. Athleticâ non valde delectatus, pictoriæ operam dedit, & in Rhetoricis *Prodicum* Chium, in Philoſophia *Anaxagoram* ſectatus eſt. Confer Menagium ad Laërt. II. 10. Hinc anno ætatis duodeviceſimo ad tragœdias docendas animum appellens, tantum profecit, ut pluries victor evaſerit: Philoſophicæ autem doctrinæ ſuæ tot reliquit veſtigia, ut *Philoſophus Scenicus* ſive ὁ ἀπὸ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος c) paſſim appelletur, & σοφώτερός τε καὶ ἧττον σοφὸς d) Σοφοκλέους, à Q. Cicerone autem ſinguli ejus verſus ſingula exiſtimentur teſtimonia. Quintiliano etiam judice *illud quidem*

a) Eurípides in Meleagro v. 21. fragm. Σαλαμῖνα κοσμῶν, πατρίδα τὴν εὐδαίμονα. De matre quæ olera vendidit vide Svidam in σκάνδιξ. Heſych. in ἀρχαία Θεός & διασκανδίκησις.

b) Ita Laërtius II. 45. Plutarch. VIII. 1. ſympoſ. & alii, quos potius audiendos hoc loco quam marmor Arundelianum exiſtimaverim, quod Euripidem natum ponit aliquot annis ante, nimirum Olymp. LXXIII. $\frac{3}{4}$. Confer Joſuam Barneſium & Wilhelmum Piers Viros Clariſſ. in Euripidis Vita. Philinus Rhetor ἐν τῷ περὶ Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας laudatur Harpocrationi in Θεωρικά. Philochorus Athenienſis, teſte Svida, inter alia ſcripſerat περὶ Εὐριπίδου. Reſpicit Laërtius II 44.

c) Vitruv. præf. Lib. VIII. Origenes 4. contra Celſ. p. 215. Clemens V. Strom. p. 581. Athen. XIII. p. 561. & alibi. Cicero XVI. 8. ad famil.

d) Alluſione ad Tragici hujus nomen, per jocum dicti etiam σοφοκλεῖς, plauſores laudiceni, qui conducti, aliis recitantibus applauderent & acclamarent σοφῶς. Vide Plin. Lib. II. Epiſt. 14.

2011 Ministerio de Cultura

quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, iis qui ſe ad agendum cauſas comparaverint, utiliorem longe (Æſchylo & Sophocle) *Euripidem fore. Namque is & vi & ſermone (quod ipſum reprehendunt quibus gravitas & cothurnus & ſonus Sophoclis videtur eſſe ſublimior) magis aecedit oratorio generi, & ſententiis denſus & rebus ipſis; & in his quæ à ſapientibus tradita ſunt pæne ipſis par, & in dicendo ac reſpondendo cuilibet eorum qui fuerunt in foro diſerti, comparandus. In affectibus vero tum omnibus mirus, tum in iis qui miſeratione conſtant facile præcipuus.* Socratis Philoſophi, quem duodecim ferè annis ætate antecedebat, familiaris fuit, ita ut vulgo crederetur ab eo in tragœdiis componendis juvari. Vide Laërtium II. 18. Et raro theatra adibat Socrates, niſi cum Euripides novis Tragœdiis certaret, ut refert Ælianus Lib. II. c. 13. Var. Quin à Philochoro diſerte traditus eſt ante Euripidem obiiſſe. Vide Laërtium II. 44. Parum igitur credibile ſit Euripidem cum Platone poſt Socratis fata Ægyptios Prophetas adiiſſe, ibique ex gravi morbo à ſacerdotibus reſtitutū, ut tradit idem Laërtius III. 6. Mortuus eſt e) Euripides Archonte Callia, eodem quo poſtea Sophocles anno, Olymp. XCIII. 3. ætatis LXX. Euripidem paſſim perſtrinxerunt Comici, f) ut vel ex Ariſtophanis ranis paulo poſt Euripidis mortem actis patet, & pluribus nobis conſtaret, ſi ad nos perveniſſet *Axionici* vel *Philippidæ* Φιλευριπίδης. Hodieque in eo notatur ζιγματισμός, fatale optimo poëtæ vitium, ut ait Caſaubonus p. 13. ad Athenæum. Confer Scholia ad Medeam v. 475. Et odium in fœminas, quod in Hippolyto v. 664. ſq. & alibi interpretes obſervant, unde veteribus dictus μιζογύνης, licet Sophocles apud Athenæum Lib. XIII. pag. 557. affirmavit Euripidem extra ſcenam non ita adverſus muliebre genus affectum fuiſſe, & in ſcena quoque æquum bonarum fœminarum judicem probat Berneſius ad Eurip. T. 2. p. 153.

II. *Tragœdiæ Euripidis XIX. integræ ſuperſtites, cum viceſimæ initio, hæ ſunt:*

1. Ἑκάβη. *Hecuba.* Latinâ proſâ vertit *Matthias Heuslerus*, cum cujus verſione & commentario Grammatico ſeorſim prodiit Lipſiæ 1554. 8vo. In H. Stephani tragœdiis ſelectis occurrit idem drama cum *Dorothei Camilli*, qui totum Euripidem latine transtulit, verſione proſaria, ſed à Stephano ex *Philippi Melanchtonis* maxime prælectionibus recognita, & cum Metaphraſi poëtica *Deſiderii Eraſmi* 1567. 12mo.

e) De genere mortis vide Diogenian. & Apoſtol. in προμέρμηνες à quibus diſcerptus traditur, & Gellium XV. 20. notas Munkeri ad Hygin. fab. 247. Prideauſii ad Chron. Arundel. p. 224.

f) Et Tragici quoque. Vide Gatakeri Adverſar. p. 106. ſeq. edit. Lond.

2011 Ministerio de Cultura

Cum eâdem Metaphraſi Eraſmi ſeparatim edidit Henricus Rumpius Hamb. 1617. 8vo. *Rolandi Mareſii* Metaphraſis lucem non vidit, de quâ Lib. I. Epiſtolâ 29. ad Menagium, *Euripidis*, inquit, *Hecubam carmine inſtitui reddere, quod ex veteribus ipſum Ennium tanti nominis Poëtam facere non piguit. Cujus verſio quam libera eſt & ſoluta ex paucis quæ ſuperſunt reliquiis apparet. Nam adeo verba non curat exprimere, ut ne ſenſum quidem ubique reddat. Quam licentiam in poëtis vertendis uſurpare mihi conveniens eſſe videtur. — — Eraſmus & Buchananus, tanti viri, aliquot ejusdem Euripidis tragœdias carmine reddiderunt, ſed ita ut plerisque in locis verſus legere te non putes. Namque dum ita anxie verbis ſe alligant, ut interpretatio κατὰ πόδα eſſe videatur, paulo duriusculos verſus fecerunt, nec cæſuras in Jambis, qui præcipuus eſt illorum decor, cum ſtudio ſervarunt, contra vero in Anapæſtis illas quod maximum eſt vitium admiſerunt. Quod ſe ſcientem prudentem feciſſe in ſuâ præfatione teſtatur Eraſmus, nec ſibi perinde probari illam in vertendis auctoribus libertatem, quam Tullius ut aliis permiſit, ita ipſe uſurpavit. Sed Ciceronis quam Eraſmi judicium ſequi tutius eſſe putavi. Liberius ergo transferendi genus, multum tamen infra Ennianam libertatem ſecutus ſum.* Loca quædam Enniana Hecubæ & Medeæ cum Græcis Euripidis collata exhibet H. Stephanus in Tragœdiis ſelectis p. 944. ſq. Reprehenſus eſt Euripides, quod decorum neglexiſſet Hecubam Philoſophantem introducendo. Vide Theonis Progymnaſmata p. 4. Luſit Hecubam apud Latinos etiam *L. Accius*.

2. ΟΡΈΣΤΗΣ. *Oreſtes.* Archonte Diocle Olymp. XCII. 4. egit Hegelochus, deriſus ab Ariſtophane, à Strattide in *ἀνθρωποφέσῃ* & Sannyrione in Danaë. Vide Scholiaſten ad v. 278. & 371. Expreſſerat latina tragœdia *Oreſte* ſive *Duloreſte* Pacuvius, cujus meminit Cicero in Lælio, Feſtus, Nonius &c. Vide Scaligerum ad Varronem p. 113. Suidas hanc tragœdiam rribuit Euripidi tertio.

3. ΦΟΊΝΙΣΣΑΙ. *Phœniſſæ*, Tragœdiarum Euripidis facile princeps, quam emendatam & verſibus latinis felicisſime redditam Græce & latine cum luculenta de œconomia hujus dramatis præfatione edidit *Hugo Grotius* Pariſ. 1630. 8. Exſtat & *Georgii Rataller*i Metaphraſis Phœniſſarum, Hippolyti coronati atque Andromaches, Antvverp. apud Plantin. 1581. 12. Hoc drama *Johannem Hartungum* magna laude & applauſu Friburgi interpretantem audiviſſe ſe memorat Caſpar Stiblinus præfat. ad Euripidem. Denique Euripidis Medea & Phœniſſæ Græce & latine cum ſcholiis Græcis integris, nonnulliſque

nunc

2011 Ministerio de Cultura

tunc primum editis lucem viderunt Cantabrigiæ A. 1703. 8. ſtudio *Wilhelmi Peirs*, qui vitam Euripidis recens à ſe ſcriptam præfixit. Docuit Phœniſſas etiam *L. Accius* tragicus latinus, & *Senecæ*.

4. ΜΗΔΕΙΑ. *Medea.* Pythodoro Archonte Olymp. LXXXVII. 1. teſte Ariſtophane Grammatico in argumento. Hanc *Neophroni* quidam tribuerunt, ut notat Laërtius II. 34. & Suidas in Νεόφρων. Idem Suidas alibi eam refert ab Euripidem tertium, prioris fratris filium, quam ſententiam tuetur Samuel Petitus VI. 15. Miſc. Sane Neophronis Medea diverſa fuit, ut dixi in notitia Tragicorum deperditorum, & Euripidi Medea noſtra tribuitur ab Ariſtophane in ranis, & Ariſtotele c. 14. & 15. Poëtic. ne alios jam commemorem. Latine verterat olim Medeam Euripidis *Ennius*, ex cujus Medea initium profert ſcriptor ad Herennium Lib II. Nonnulla ipſius fragmenta cum Græcis Euripidis confert Politianus c. 27. Miſc. Joſephus Scaliger ad Varronem p. 92. & 99. ſeq. In multis etiam Euripidem expreſſit *Seneca*, cujus Medea adhuc exſtat. Scripſere Euripidis exemplo Medeam Comici quoque, ut Antiphanes, Strattis, Cantharus, Eubulus: è latinis præter Ennium L. Accium & Senecam, Ovidius. Medea Euripidis (quam legenti Ciceroni ſupervenit emiſſus ab Antonio percuſſor C. Popilius Lænas, teſte Ptolemæo Hæphæſtione Lib. V. apud Photium) ſeparatim Græce cum ſcholiis Græcis edita Pariſ. 1545. Et cum verſione proſaria *Dorothei Camilli* recognita ex Phil. Melanchtonis maxime prælectionibus, & cum Metaphraſi *Georgii Buchanani*, qui carmine latino Medeam reddidit, exſtat in tragœdiis ſelectis *H. Stephani*. Cum eadem Buchanani Metaphraſi, quæ & ſeparatim & inter poëmata ejus plus ſimplici vice prodierat, eandem recudi fecit *Henricus Rumpius* Hamburg. 1620. 8. Thomas quoque Hobbeſius adhuc in ludo literario degens Euripidis Medeam ſimili metro latinis verſibus eleganter expreſſit, ut in auctario ad ejus vitam tradit Radulphus Bathurſt p. 33. De eximia *Wilhelmi Piers* editione dixi paulo ante in Phœniſſis. Adverſus eos qui Euripidem corruptum eſſe confirmarunt ut cædis filiorum Medeæ invidiam à Corinthiis in matrem transferret, diſputat Joſua Barnes in Poëtæ vita §. 17. & §. 18. Medeam tragœdiam noſtro Euripidi vindicat.

5. ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ στεφανίας ſive στεφανηφόρος. *Hippolytus poſterior*, ſive *coronatus*. Vide Guil. Canterum Nov. Lect. VII. 21. (De Priore ſive Hippolyto καλυπτομένῳ *operto* dixi infra inter tragœdias deperditas.) Acta eſt Olymp. LXXXVII. 4. quo tempore Jophon quoque & Jon Tragici

2011 Ministerio de Cultura

gici dramata ſua docuerunt. Quod autem in argumento legas, τὸ δ' δρᾶμα τ πρώτων, ab interprete male redditur: *eſt autem hæc fabula inter optimas numeranda*, nam ſenſus eſt primum locum inter victores illo dramate Euripidem tuliſſe, ut contra Andromache tragœdia locum ſecundum, quemadmodum in ejusdem argumento ſcribitur: τὸ δ' δρᾶμα τ δευτέρων. Auctor vitæ Sophoclis: πολλάκις δ' καὶ δευτερεῖα ἔλαβε, τριτεῖα δ' ὐδεπώποτε. Græce ſeparatim excuſus eſt Euripidis Hippolytus Wittebergæ 1582. 8. latina Metaphraſi donatus à *Georgio Ratallero* Antvverp. 1581. 12. Hippolytum Euripidis & *Senecæ* ſingulari diſſertatione inter ſe contulit *Joh. Henricus Bœclerus* Argentorat. 1651. 4. Adde Sam. Petitum Llb. I. Obſ. c. 2. Lucianus quædam ex Hippolyto producens laudat Euripidem in Φαίδρᾳ. Vide Joſ. Barnes ad v. 480. ſed & ab Euſtathio ad Iliad. Ἡ. Euripidis Phædra allegatur p. 586. Et Malela in Chron. p. 109. Euripidem de Phædra compoſuiſſe drama ait, Hippolytum innuens.

6. ἌΛΚΗΣΤΙΣ. *Alceſtis*, quo nomine apud Latinos etiam tragœdiam docuit *L. Accius*, ex Euripidea ut ſuſpicor expreſſam. A *Nævio* quoque verſam obſervat Scaliger ad Varronem p. 114. Habetur Alceſtis in tragœdiis *H. Stephani* cum Metaphraſi *Georgii Buchanani* & verſione *Dorothei Camilli* recognita ex *Melanchtonis* prælectionibus. Ad verſum 780. notat Scholiaſtes quod contra πρέπον Euripides Philoſophantem inducit Herculem ebrium.

7. ἈΝΔΡΟΜΆΧΗ. *Andromache.* Acta Archonte Archia Olymp. XC. 2 vide Sam. Petitum III. 16. Miſc. & Joſuam Barnes ad v. 732. Latino carmine pereleganti donavit *Q. Septimius Florens Chriſtianus*, cum quo edita eſt Pariſiis, dehinc Hamburgi 1619. 8. curante *Henrico Rumpio*. Verterat & olim *Ennius*. Vide Scaligerum ad Varronem p. 12. *Georgii Ratalleri* metaphraſin memoravi paulo ante in Phœniſſis.

8. ἹΚΕΤΙΔΕΣ. *Supplices.*

9. Ἰ'ΦΙΓΈΝΕΙΑ. Ἡ ἐν Αὐλίδι. IPHIGENIA *in Aulide* Bœotiæ oppido. Hanc Germanico dramate liberius paulo & rationibus ad recentis theatri leges comparatis expreſſit *Chriſtianus Henricus Poſtellus* Vir Clariſs. Hamburgi in 4. Exſtat & Græce cum Metaphraſi ſive verſione metrica latina *Eraſmi* (quæ Londini 1519. & in Tom. 1. Operum ejus lucem vidit.) curante *Henrico Rumpio* recuſa Hamb. 1618. 8. Et cum eadem Metaphraſi proſariaque *Dorothei Camilli* ſed ex *Philippi Melanchthonis* maxime prælectionibus recognita verſione, in tragœdiis ſelectis *H. Stephani.*

10. ΙΦΙΓΕ'-

2011 Ministerio de Cultura

10. ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ *ἡ ἐν ταύροις. Iphigenia in Tauris* Scythiæ. Latine vertisse se sed non edidisse testatur Hugo Grotius Epist. 595. 348.

11. Ῥῆσος. *Rhesus.* Sophocli tribuitur à Jos. Scaligero prolegom. ad Manilium, licet ipse fatetur à veteribus Criticis Euripidi adscriptam hoc argumento, *ὅτι ἡ πρὸς τὸ μετάρσια ἐν αὐτῇ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ.* Mihi & Criticorum illorum & Critici summi Scaligeri argumentum in utramvis partem videtur admodum leve: sed quo minus Scaligero assentiar facit scriptorum antiquorum auctoritas, qui Rhesum allegantes sine tergiversatione ad auctorem referunt Euripidem.

12. ΤΡΩΑΔΕΣ *Troades*, quas Seneca in Tragœdia cognomine feliciter expressit. Ab hoc dramate diversi fuere Τρῳῶες, memorati Stobæo serm. 120. & Etymol. M. in Πέλασνοι. Acti sunt Τρῳῶες Olymp. XCI. 1. ubi Euripides & Xenocles inter se de palma concertavere, & victoria cessit Xenocli, quâ de re indignatur Ælianus Lib. II. Var. c. 8. Euripidis tetralogia fuit: *Alexander*, *Palamedes*, *Troes* & *Sisyphus Satyricus*: Xenoclis vero: *Oedipus*, *Lycaon*, *Bacchæ*, & *Athamas Satyricus*, quæ ad unam omnes interciderunt. Cæterum Troades Euripidis Archonte Pisandro Olymp. XCI. 3. actas conjicit Samuel Petitus Lib. I. Obs. c. 3. quo in loco Troades Senecæ confert cum Euripidis Troadibus & Hecuba. Luserat Troades apud Latinos quoque *L. Accius*, sed jam pridem est quod illæ periere.

13. ΒΑΚΧΑΙ *Bacchæ*, quo nomine itidem *L. Accius* latinam olim tragœdiam docuerat, ex Euripide liberius conversam. Vide Scaligeri conjectanea ad Varronem p. 88. seq. Argumentum hujus dramatis apud Tzetzen Chil. VI. hist. 61.

14. ΚΥΚΛΩΨ *Cyclops* (ex Odysseæ IX. petito argumento,) unicum quod supersit nobis ex universis veterum dramatibus Satyricis. Metaphrasin poëticam elegantem, & notas castigationesque *Q. Septimii Florentis Christiani* in Cyclopen edidit post auctoris fata *Isaacus Casaubonus* ad calcem duplicis commentarii sui de satyrica Græcorum poësi & Romanorum Satira Paris. 1606. 8vo. Plura loca ejusdem Cyclopis illustrat Casaubonus ipse Lib. I. cap. 6. ubi præcipue variis argumentis docet esse drama Satyricum. *Josephi Scaligeri* castigationes quædam in idem drama leguntur in Opusculis ejus posthumis, vulgatis cum Is. Casauboni præfatione Paris. 1610. 4. p. 522. — 527. Et à *Tho. Crenio* subjunctæ

2011 Ministerio de Cultura

junctæ ſunt præfationi in Muſeum Philologicum & Hiſtoricum, Lugd. Bat. 1699. 8. in quo ipſo Caſaubonum de Satyrica Poëſi & Florentis Cyclopem recudi fecit vir egregie de re literaria hoc & aliis nominibus promeritus. Cyclops Græce cum ejusdem Florentis Metaphraſi prodiit etiam ſeparatim Hamburgi curante in uſum Gymnaſii Hamburgenſis Henr. Rumpio 1618. 8.

15. ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ. *Heraclidæ.*

16. ΕΛΕΝΗ. *Helena.* Confer quæ infra inter deperditas noto in Ἑλένης ἀπαγτήζει.

17. ΙΩΝ. *Jon*, quam fabulam imitatus *Accius* in Oenomao ſuo, ut docet Scaliger ad Varronem. p. 94.

18. ΗΡΑΚΛΗΣ μαινόμενος. *Hercules furens*, à Seneca in cognomine Tragœdia latina expreſſus. Euſtathio ad Iliad. κ΄. ſimpliciter vocatur Ἡρακλῆς pag. 738. Ab Ariſtophane reprehenditur Euripides, quod induxiſſet Ἡρακλέα πεινῶντα Διόνυσον δειλὸν, καὶ Δία μοιχόν. Vide Scholiaſt. Ariſtophanis ad Pacem & Svid. in μάσπουπας.

19. ΗΛΕΚΤΡΑ. *Electra*, primum edita Græce & recenſita à *Petro Victorio* Florent. 1545. qui illam à Bartholomæo Barbadoro * & Hieronymo Meo accepit, Nicolaoque Ardinghello Cardinali inſcripſit.

20. ΔΑΝΑΗΣ *Danaës* vix initium ſupereſt, ſervatum ab *Hieron. Commelino*, & vulgatum in editione Euripidis Græcolatina A. 1597. 8. Huic in ſuo Euripide varia fragmenta Danaës ex Stobæo & aliis collecta Græce & Latine ſubjecit *Joſua Barnes* T. 2. p. 442. ſeq. & pag. 520. Confer Grotii excerpta è Tragicis p. 380. ſed & Rich. Bentleii Epiſt. ad Joh. Millium, Malelæ ſubjectam, p. 14. ſeq. Scripſit etiam Sophocles Danaën, & è Latinis Nævius.

III. Jam deperditas Euripidis tragœdias, quotquot apud veteres memorantur, recenſebo, poſt Meurſium in libro de Euripidis tragœdiis, Grotium in excerptis Tragicorum, & Barneſium in fragmentis Euripidis. Quorum obſervatis Gatakeri quædam ex cap. 10. Adverſariorum, Rich. Bentleii V. Cl. ex Epiſtola ad Joh. Millium, & nonnulla mea adjungam.

Αἶγες. Stephanus Byz. in ἄντρον. Sed ibi pro Αἰξὶ Meurſius & Barneſius T. 2. p. 517. legunt αἰγεῖ.

Αἰγεὺς Clemens Alex. 6. Strom. p. 622. Stob. Scholiaſtes Ariſtoph. ad aves. Euripidis ad Medeam v. 167. Svid. in δεκαπένταν.

Αἴολος. Strabo Lib. VIII. Dionyſius Halic. in arte Rhetor. Heſych. Stob. Scho-

* Horum elogium in Actis Eruditor. A. 1701. p. 503.

2011 Ministerio de Cultura

Scholiastes Comici ad ranas, Svid. in κλῆρος. Ἑρμῆς. Plutarch. de legendis Poëtis, Athen. &c. Vide Barnesium in fragmentis pag. 444. & 517.

Ἀλέαδαι vel Ἀλεύαδαι vel Ἀλωΐδαι. Stob. Florileg. p. 55. edit. Grotii, Barnesii Fragmenta p. 446. & 517.

Ἀλεξάνδρα. Cicero 1. divinat. c. 31. Stob. Hesych. Scholiastes Aristoph. ad Ranas. Barnesii fragmenta p. 446. seq. & 517.

Ἀλέξανδρος. Ælianus Lib. II. c. 8. Var. Hist. & ex eo Scaliger in descriptione Græca Olympiad. XCI. 1. Clemens Alex. 4. Strom. p. 483. & 6. Strom. p. 621. Schol. Euripidis ad Hippolytum v. 58. Ἕτεροι δέ εἰσι τῆς χορῆς, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ οἱ ποιμένες.

Ἀλκμαίων ὁ διὰ ψωφῖδος. Erotianus in σκεθροτέραν, Hesych. Stob. Priscianus Lib. XVIII. Malelæ Chron. p. 88. Eustath. ad Iliad. β. Scholiastes Aristoph. ad Equites. Barnesii fragmenta p. 448. & 518. Bentleii Epist. ad Millium p. 17. seq.

Ἀλκμήνη. Stob. Poll. & Hesych. in ἀμολγὸν, ubi male ἀλημήνη pro Ἀλκμήνη. Vide Barnesii fragmenta p. 449. & 518. Laudat & hanc tragœdiam Scholiastes Comici ad ranas.

Ἀλόπη. Stob. tùm alibi tùm serm. 103. ubi corrupte ἀλείπη, ut apud Hesych. in ἀπρόσιτος. Laudat & Ammonius in τροχοὶ & Etymol. M. in ἡδέσθην.

Ἀνδρομέδη. Lucianus de historia conscribenda sub init. Eratosthenes c. 17. Catasterism. Hyginus Poët. Astronomic. Lib. II. c 11. Schol. Theocriti Idyll. 2. Laërtius IV. 29. Stob. (male in Grotii Stobæo p. 130. *Andromache*) Athen. Scholiastes Comici ad Aves & Thesmophoriazusas. Macrobius V. 21. Maximus & Pachymeres ad Dionysii Mystic. Theol. c. 2. Barnesius in fragmentis p. 450. & 518. Latine vertit *Ennius*. Vide Scaligerum ad Varronem p. 12. Lusit apud Latinos & *Livius Andronicus* Andromedam, & *Accius*. Apud Græcos præter Euripidem, Sophocles.

Ἀντιγόνη. Clemens Alex. 6. Strom. p. 621. Aristophanes Grammaticus in argumento Antigones Sophoclis. Schol. Pindari Pythionic. 3. & Comici ad ranas. Barnesii fragmenta p. 452. & 518.

Ἀντιόπη. Harpocr. Stob. Hesych. Svid. in νόστον ἔχειν. Erotianus in καταφρόνες. Malelæ Chron. p. 58. Photius Lex. MS. in εὐκρας. Vide Bentleii Epist. ad Millium p. 16. ubi notat *Pacuvium* latine docuisse Antiopam de Græca Euripidis conversam & laudatam Ciceroni 1. de finibus, Persio sat. 1. 77. Charisio, Diomedi, Servio & Nonio

2011 Ministerio de Cultura

nio Marcello. Vide & Euripidis fragmenta à Barnesio collecta p. 453. 519.

Ἀρχέλαος. Strabo Lib. V. Stob. Justinus Lib. de Monarchia Dei p. 108. Libanius apologia Demosth. T. 1. p. 461. Stephanus Byz. Αἰθίοψ. Schol. Pindari Pythionic. od. 2. Barnesii fragmenta p. 456. 519.

Ἀτρεύς. (quo nomine etiam *L. Accius* tragœdiam docuit) Dio Cassius Lib. LVIII. p. 636. Arrianus Epictet. disc. Lib. I. c. 28. & Joh. Philoponus in Meteorolog. Aristotelis Lib. I. quanquam verba quæ ibi respicit Philoponus occurrunt in Oreste v. 1001. seq. Et Barnesius negat Tragœdiam sub Atrei nomine ab Euripide compositam.

Αὐγή. Laërt. II. 33. Stob. Hesych. Dionysius Halic. *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* extrem.

Αὐτόλυκος. ά. Athen. Lib. X.

Αὐτόλυκος Ζατυρικός. Pollux X. 24. & 46. Tzetzes VIII. hist. 202. quam cum superiore eandem facit Casaubonus X. 2. ad Athen. Diversam Meursius Lib. de fabulis Euripidis.

Βελλεροφόντης. Laërt. IV. 26. Svidas in *οἶμοι*. Justinus Martyr de Monarchia Dei p. 108. Stob. & tragœdiâ non nominatâ Sextus 1. contra Math. 13. p. 55. seq. Videtur præter Plutarchum de vitioso pudore f. 529. f. etiam respicere Seneca Epist. 115. Confer Barnesii Fragmenta p. 469. & 519.

Βύσιρις Hesych. in *αἱρεκτήσασα*, & *ἀγνίσαι* ubi Euripidis nomen excidisse videtur. Stob. serm. 60.

Βυτήμενος. Stob. serm. 54. nisi legendum *κτίμενος* vel potius *Τήμενος*.

Γλαῦκος. Stob.

Δανάη, cujus initium supersest, ut dixi supra inter editas Euripidis tragœdias num. 20.

Δεσμῶτις. Vide infra in *Μελανίππη*.

Δίδυμοι. Stob. Eclog. pag. 128. ubi nomen tragœdiæ additum non est quod supplet Grotius in excerptis Tragicorum. p. 380.

Δίκτυς. Acta Archonte Pythodoro Olymp. LXXXVII. 1. Vide argumentum Medeæ. Laudat Plutarchus consolat. ad Apollon. Stobæus.

Ἑλένης ἀπαίτησις. Sex vel septem versiculi quos à Clemente III. 2. pædagog. allegatos ad hoc drama refert Clarisc. Barnesius p. 466. petiti sunt ex Iphigenia in Aulide v. 71. seq. ut idem p. 520 agnoscit. Cœterum Ἑλένης ἀπαίτησιν Euripideam memorat Etymol. M. in *ημην*, & auctor argumenti Ἑλένης, qui testatur Aristophanem in Thesmophoriaz. multa ex Euripideo illo dramate *πεπαρῳδηκέναι*.

Ἐξάμε-

2011 Ministerio de Cultura

Ἐξάμετρος τήρησις. Clemens Alex. 6. Strom. p. 627. quibus verbis nihil aliud significari existimo à Clemente, quam Euripidem Hexametris Jambicis complexum esse quæ prosâ Hippocrates scripserat. Meursius sibi ipse diffidit, legens τηρεῖ. Paulo audacius Gatakerus p. 104. Adversar. ἐν Βελλεροφόντῃ ἡητῶς.

Ἐρεχθεύς. Clemens Alex. 6. Strom. p. 619. 621. Eustath. ad Iliad. π. p. 1074. Steph. in Αἰθίοψ. Stob. Hesych. Etymol. M. Svid. in ἀνάστατοι & βοῦς ἕβδομος. Plutarch. in parallel. p. 310. Theon in Aratum, ubi male Ἐρχθεῖ pro Ἐρεχθεῖ.

Ἐυρυσθένης Σατυρικός. Pollux X. 24. nisi legendum Ἐυρυσθεῖ pro Ἐυρισθένει.

Ἐυρυσθεὺς Σατυρικός. Steph. in Τάρταρος. Allegatur & Ἐυρυσθεὺς à Stob. Athen. Erotiano in τὸ τέρθρον & Scholiaste Eurip. in Hecubam. Barnesii fragmenta p. 469. & 520.

Ἐυρώπη tragœdiis Euripidis ex loco quodam Malelæ minime accensenda. Vide Rich. Bentleii Epist. ad Millium p. 43. 44.

Θεμιστοκλῆς. Stob. serm. 119. nisi mendum est, ut existimant Meursius & Gatakerus. Idem enim locus alibi laudatur ex Euripidis Cresphonte.

Θερισαὶ Σάτυροι. Aristophanes Grammaticus in argumento Medeæ Euripidis, testatur hoc drama Satyricum actum Olymp. LXXXVII. Archonte Pythodoro.

Θησεύς. Stob. Athen. Steph. & Scholiastes Aristophanis ad ranas. Cic. Tusc. quæst. Lib. III. Tzetzes Chil. XI. hist. 379.

Θυέστης. Ex qua suum videtur Seneca Thyestem transtuliisse. Laudat Stobæus.

Ἶνω. Hesych. Poll. Stob. Gellius XIII. 18. Hyginus fabul. 4. Plutarch. de Garrulitate p. 506. Fragmenta à Barnesio collata p. 475. & 520.

Ἰξίων. Laërt. IX. 55. Pollux, Stob. Plutarchus de audiendis poëtis. Svid. in Δημήτριος Ἰξίων· ἔτως ἐπεκλήθη ὅτι ἀπεσύλησεν Εὐριπίδειον φιλόπμον τὸ δρᾶμα ἔχον τὸν Ἰξίονα.

Ἱππόλυτος καλυπτόμενος. Pollux X. 5. Stob. Vide Barnesii fragmenta p. 474. 520. & Bentleii Epist. ad Millium p. 31. seq. ubi contendit Hippolytum coronatum qui exstat, non fuisse novum drama, sed hujus Tragœdiæ novam tantum & interpolatam διασκευήν.

Κάδμος. Pomponius Sabinus in Eclog. 6. Virgilii.

Καπανεύς non tragœdiæ nomen sed personæ, quæ ab Euripide loquens inducitur. Et verba ad quæ alludit Plutarchus in Pelopida, quæq; profert Laërtius VII. 23. petita sunt ex Euripidis supplicibus v. 861. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Καρκίνος. Stob. ſerm. 29. Sed Grotius retulit locum illum ad *Carcinum* tragœdum.

Κερκύων. Euſtath. ad Odyſſ. Θ. p. 323. Tragœdia Meurſio, Gatakero, Grotio & Barneſio præterita.

Κλεῖδες. Erotianus in ἀτρεκέως, ſed legendum κρησὶ pro κλεισί, ex Porphyrio enim Lib. IV. περὶ ἀποχῆς conſtat inde petitum eſſe quem producit locum, obſervante Clariſſimo Bentleio.

Κλυμένη. Vide infra in Φαέθων.

Κλεοφόντης. Schol. Euripidis ad Phœniſſ. ſed Meurſius κρεσφόντῃ legit pro Κλεοφόντῃ.

Κρεσφόντης. Cicero 2. Tuſc. Euſtratius ad III. 1. Nicomach. (Vide & infra χρεσφόντης & paulo ante in Κλεοφόντης & Θεμιστοκλῆς.) Polybius T. 2. p. 929. Stob. Plutarch. conſolat ad Apollon. Scholiaſtes Euripidis ad Medeam v. 85. Barneſii fragmenta p. 476. 520. & 529. Meminit & Ariſtoteles c. 14. Poëtic. ſine Euripidis nomine.

Κρῆσσαι. Athen. Stob. Etymol. M. in φλήναφος, Schol. Comici ad Veſp. & ranas, ubi male κρήτας pro κρήσσας.

Κρῆτες. Schol. Ariſtoph ad ranas, ex quo loco conſtat in illo dramate actum de μίξει Πασιφάης σὺς τὸν ταῦρον. Hoc itaque eſt drama περὶ Πασιφάης quod Euripidem docuiſſe affirmat Malelas 1. Chron. p. 106. Vide Rich. Bentlei Epiſt. ad Joh. Millium Malelæ ſubjectam p. 22. ſeq. & ſupra in Κλεῖδες.

Κτίμενος. Clemens Alex. 6. Strom. p. 622. Niſi legendum πήμενος.

Κύελαι. Heſych. in ζεύγλαι. Sed leg. σκυελίαις pro Κυελίαις.

Λαμία. Lactantius Lib. I. c. 6.

Λικύμνιος. Laërt. III. 63. Heſych. Etymol. M. Stob. Stephanus Byz. (ubi male Λικυμνία) Macrobius Lib. I. Saturnal. c. 18. Scholiaſtes Comici ad aves. Svid. in μιγνὺς, εἶδεα, Φαῦλον &c. Barneſii fragmenta p. 479. 520.

Μελανίππη ſive Μελανίππη ἡ σοφή. Dionyſ. Halic. in arte Rhetor. p. 47. & 57. Schol. Comici ad ranas.

Μελανίππη δεσμώτις. Athen. Lib. XII. Porphyr. apud Euſeb. 10. Præparat. c. 3. Μελανίππην Euripidis laudant præterea Eratoſthenes c. 18. Cataſteriſm. Plato in convivio, Diodorus Sic. Lib. I. cujus locum laudat etiam Euſebius Lib. I. præparat. c. 7. adde hæc Ariſtophanis de Euripide in Theſmophoriaz. Μελανίππας ποιῶν, φαίδρας ἐ, πηνελόπην ὃ δ' οὐ πώποθ' ἑπίησεν, ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι. Vide & Hygin. Lib. II. Poëtic. Aſtronom. c. 18, ubi de equo, & fragmenta Barneſio collecta

2011 Ministerio de Cultura

lecta p. 479. & 521. Vitamque Euripidis §. 14. & 15. ubi Poëtam adversus Aristotelis reprehensionem c. 15. Poëtic. tuetur. Forte ex hâc Ennius Menalippam suam expressserat.

Μελεάγρου. Macrob. V. 18. Stob. Hesych. Etymol. M. Scholiastes Pindari Nemeonic. Od. 10. Comici ad ranas. Suid. in νῦν, Malelæ Chron. p. 210. Memorat & Aristoteles c. 13. Poëtic. Euripide non nominato. Vide Barnesii fragmenta p. 481, & 521. Latine Meleagrum Euripidis exemplo docuerat *Accius*.

Μεναλίππη. Vide paulo ante Μελανίππη.

Μενησία & Μεδσίαι. Stob. serm. 13. & 3. sed corrupta nomina Meursio videntur.

Νιόβη. Aristoteles c. 17. Poëtic. Barnesii fragmenta p. 521.

Ξάνθιαι. Schol. Aristophanis ad ranas. Barnesii fragmenta p. 521.

Οἰδίπους. Hesych. Stob. Confer fragmenta à Barnesio collata p. 483. & 521. Malelæ Chron. p. 63. Erotian. in ὑπείλλει.

Οἰλεύς. Stob. A Meursio cum Oeneo tragœdia confunditur, sed Grotius & Barnesio distinguitur.

Οἰνεύς. Clemens Alex. 6. Strom. p. 619. Stob. Lucianus in convivio s. Lapithis. Hesych. Svid. in ἡφαίλειαν λίθον. Schol. Aristophanis ad Acharnenses, Erotianus in πυωρέουσα, ubi male οἴνῃ pro οἰνεῖ. Vide Barnesii fragmenta p. 484. & 521.

Οἰνόμαος. Clemens Alex. 6. Strom. p. 625. Theodorit. therapevt. Lib. VI. p. 102. Stob.

Παλαμήδης. Strabo Lib. X. Laërtius II. 44. Tzetza in Lycophron. Pollux X. 31. Hesych. Stob. Auctor argumenti in Isocrateum Busiridem, diversi ab eo quod H. Wolfius composuit. Ælianus II. 8. Var. & inde Scaliger in Græca descript. Olympiad. XCI. 1. Vide Barnesii vitam Euripidis p. 15. & fragmenta p. 486. & 521.

Παστφάη, Personæ nomen non dramatis. Confer supra in Κρῆτες.

Παρρήσιος qui ab aliis teste Athenæo ad Critiam tanquam auctorem relatus est, Euripidi tribuitur à Clemente 5. Stromatum, Hesych. Schol. Apollonii Lib. IV. & Comici ad aves.

Πελιάδες Ælian. VII. 47. animal. Stob. & Hesych. apud quem duobus locis ut & in Schol. Euripidis πολιάσιν pro πελιάσιν.

Πενθεύς. Stob. serm. 39. & 71.

Πηλεύς. Hesych. Stob. & Schol. Aristophanis ad nubes.

Πηνελόπη. Stobæi margines Eclog. Phys. p. 142. edit Grotii, Penelopen

2011 Ministerio de Cultura

tamen ab Euripide ſcriptam negat Ariſtophanes in loco quem habes ſupra in μεναλίπωη.

Πλειαθένης. Athen. Heſych. Stob. Ammonius in βωμός. Steph. Vide Barneſii fragmenta p. 489. & 522.

Πολύδωρος. Corinthus de dialect.

Πολύειδος. Stob. Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν. Erotianus in διεβλήθησαν. Schol. Euripidis ad Hippolytum v. 191. Vide Barneſii fragmenta p. 890. & 522. Meurſium Lib. de Euripide. T. 10. Antiqv. Gronov. p. 473.

Πολυνείκης. Stob. ſerm. 39.

Πολυξένη, Euripidi tertio à Svidâ tributa in ἐυριπίδης, locus ex ea apud Philonem Lib. quod omnis probus Liber p. 682.

Πρωτεσίλαος. Clemens 6. Strom. p. 628. Stob.

Ῥαδάμανθος. Strabo Lib. VIII. Stob.

Σατυρικὰ δράματα Euripidis Αὐτόλυκος, Εὐρυσθένης ſive Ἐυρυσεὺς, Θερισταὶ, Σίσυφος.

Σθενόβοια. Athen. Stob. Scholiaſtes Comici ad Veſpas & ranas, Malelæ Chron. pag. 184. Photii Lex. MS. in ξεναπάτας. Vide fragmenta Barneſii p. 491. & 522. & not. ad Medeam verſ. 1392. Bentleji Epiſt. ad Millium. p. 20. ſeq.

Σίσυφος σατυρικός. Ælian. II. 8. Var. & inde Scaliger in Græca deſcript. Olympiad. XCI. 1. Euripidem in Siſypho allegat etiam Plutarch. l. 7. de placitis Philoſ. Galenus Hiſt. Philoſ. Heſych. & Etymol. M. Alii Siſyphum adſcripſerunt non Euripidi ſed *Critiæ*, ut Sextus Empiricus eundem quem Plutarchus locum è Siſypho allegans Lib. VIII. adverſus Mathem. p. 318. Vide tamen Petrum Petitum Miſc. Obſ. Libro & capite primo.

Σκίρων σατυρικός. Pollux X. 8. Stob. Athen. Heſych. qui emendandus in ἔμβολα, ubi pro σκίρῳ legendum σκίρωνι.

Σκύλλα nullum fabulæ Euripideæ nomen Ariſtoteli c. 15. Poëtic. ac ne Voſſio quidem, qui Ulyſſen in Scylla ejulantem ab Euripide introductum ſcribit. In Scylla enim idem eo in loco eſt quod ad Scyllam, non in Tragœdia cui Scyllæ nomen eſſet.

Σκύριαι. Vide ſupra in Κύριαι. Stob. & tragœdiâ non nominatâ Cic. XVI. 8. Epiſt. ad famil. Sextus Empiricus Lib. I. contra Math. c. 13. p. 62. adde Gataker. c. 10. Adverſar. p. 104.

Συλεύς. Philo Lib. de Joſepho p. 420. & quod omnis probus ſit Liber 672. 681. 685. 686. Euſebius VI. 6. præparat. Stob. ſerm. 44.

Τέννης. Stob. ſerm. 2.

Τήλεφος.

2011 Ministerio de Cultura

Τήλεφος. Clemens 6. p. 624. Stob. Ammonius in περισβευέσθαι, Scholiastes Comici ad Plutum, ranas & Acharnenses. Eustathius ad Iliad. π. & Odyss. ά. Tzetzes Chil. IX. hist. 299. ubi ait Aristophanem & Æschylum (alium opinor à Tragico) ἐν λόγοις illud Euripidis drama perstrinxisse. Forte ex hâc Tragœdia Telephum suum expressérat *L. Accius*. Memorat & Telephum, Euripide non nominato, Aristoteles c. 13. Poëtic. Vide fragmenta à Barnesio collecta p. 495. & 529. Respicit Zenobius 2. proverb. 85.

Τημενίδαι. Stob. Pollux IX. 4. Ælian. VIII. 39. de animal.

Τήμενος. Hesych. & Stobæus. Vide & supra in βστήμενος, & κτίμενος, & inferius in τίμαιος.

Τηρεύς. Stob. serm. 13. Vide & supra in ἑξάμετος.

Τίμαιος. Stobæi margines serm. 31. sed Meursius legit τήμενος.

Τρῳάδες. Vide supra τρῳάδες inter tragœdias Euripidis quæ exstant.

Ὑψιπύλη. Didymus apud Macrob. V. 18. Stob. Suid. in δωδεκαμήχανον. Galenus comment. 3. ad Hippocrat. περὶ ἄρθρων T. 5. p. 615. Hesych. Harpocr. Scholiastes Comici ad ranas. Eustathius ad Iliad. ν'. p. 940. Vide & Gatakerum ad Antonin. VII. 40. Barnesii fragmenta p. 498. & 522.

Φαέθων ἢ Κλυμένη. Strabo Lib. I. Laërt. II. 10. Athen. Vitruvius IX. 4. Macrobius Lib. I. Saturnal. c. 17. Stob. Theon ad Aratum. Eustathius ad Odyss. ν'. sub init. Longinus p. 109. edit. Tollii. Vide & Loënsem Lib. IV. c. 11. Epiphyllid. Euripidem forte respicit Scholiastes Homeri, ad Odyss. ρ. 208. cum de Phaëthonte differens subjungit historiam occurrere ἀλλὰ τοῖς τραγικοῖς.

Φαίδρα, laudatur à Luciano Lib. ad indoctum multos Libros coacervantem. Sed locus exstat in Hippolyto Euripidis v. 418. ubi Phædra loquitur. Vide & quæ supra ad Phædram Sophoclis & Euripidis Troades ac Μεναλίππην.

Φιλοκτήτης Acta Pythodoro Archonte Olymp. LXXXVIII. 1. vide argumentum Medeæ. Laudant Aristoteles VI. 8. Nicomach. (& ibi Eustathius) Justinus Martyr de Monarchia Dei p. 109. Hesych. Stobæus. Schol. Comici ad ranas. Theodorus Canterus Lib. I. c. 2. Var. Lect. & Jacobus Loënsis VI. 17. Epiphyllid. Docuerat & *Accius* Philoctetem latinè ex Euripideo potius quam Æschyli vel Sophoclis expressam. Vide Scal. ad Varron. p. 101.

Φοῖνιξ. Æschines in Timarch. Erotianus in διηπειλῆς. Stob. Eclog. Clemens 6. Strom p. 625. Ex hac videtur suam Phœnicem Ennius expressisse.

Φρίξος.

2011 Ministerio de Cultura

Φείξ. Justinus Martyr de Monarchia Dei p. 109. Hesych. Sextus 1. contra Mathem. Etymol. M. Stobæus. Eratosthenes c. 14. Catasterism. Schol. Comici ad ranas. Barnesii fragmenta p. 503. 522.

Φείξ. β. Scholiast. Aristoph. ad ranas.

Φεύγες. Mnesilochus apud Laërtium II. 18.

Χρεσφόντης. Vide supra Κρεσφόντης.

Χρύσιππος. Philo Lib. περὶ νόσων (Euripide non nominato) Clemens Alex. 6. Strom. p. 627. Hesych. Stob.

IV. *Præterea sub Euripidis nomine à veteribus allegantur:*

Ἀλκιβιάδης sive in Alcibiadem ἐγκώμιον. Plutarch. in Demosth. Scholiastes Aristoph. ad ranas. Valesius ad Ammianum Marcellin. f. 21. Fragmenta Euripidis à Barnesio collecta p. 516. 517.

Ἐπιχαίρεκακος, quorum unum servatum ab Athenæo Lib. II. c. 19. & in Anthologia.

Ἐπικήδειον Νικία καὶ Δημοσθένους καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἐν Σικελίᾳ πεπτωκότων Ἀθηναίων. Plutarch. in Niciæ vita.

Ὕμνοι. Philostratus Lib. II. Sophist. in Hippodromi vita p. 613. ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε ὕμνων καὶ Ἀμφίονος.

Versus duos Hexametros Euripidis in Apollonis laudem profert Macrobius 1. Saturnal. c. 17.

De *Epistolis* quinque quæ sub Euripidis nomine exstant dixi supra c. X. §. 23.

V. *Editiones Euripidis hæ in notitiam meam venere:*

Græcæ quidem,

1) Quatuor tragœdiarum, literis capitalibus (nec sine accentibus tamen) ex MSto codice non contemnendæ notæ, in 4. sine nomine editoris, temporisve aut loci notatione, sed quantum ex ratione literarum conjicere licet Florentiæ circa extremum seculi XV. Confer Mericum Casaubonum in libello Anglico de credulitate & incredulitate p. 101.

2) Tragœdiarum XVIII. Venet. apud Aldum 1503. 8.

3) Aldinam exprimens Basileensis Ao 1537. 8. apud Hervagium.

Quarta tragœdiarum XIX. Antverpiensis A. 1571. 12. ex recensione Guil. Canteri, cum brevibus ipsius notis carminumque ratione explicata & appendice sententiarum Euripidis à Stobæo laudatarum quas idem Canterus reddidit latine.

Scholia

2011 Ministerio de Cultura

Scholia Græca in ſeptem primores Euripidis tragœdias, tùm ex antiquioribus * Grammaticis (Scripſerant enim in Euripidem complures, ut *Soterides* Epidaurius teſte Svida, *Didymus* & *Ariſtophanes* Alexandrini, *Calliſtratus*, &c.) tum ex recentioribus *Emanuele Moſchopulo*, *Laſcari* ** & *Thoma Magiſtro* per *Arſenium* Monembaſiæ Archiepiſcum collecta & Paulo III. Pontifici inſcripta, ſeorſim lucem adſpexerunt Venet. 1534. 8. apud Lucam Antonium Juntam, & emendatius Baſileæ A. 1544. 8. apud Hervag. Scholia MSS. in Euripidem à Galeſinio ſibi communicata allegat Caſaubonus ad Laërtium p. 203. edit. Wetſten.

Latinâ prosâ XVIII. Euripidis tragœdias primus vertit anonymus quidam ſub ficto *Dorothei Camilli* nomine latens, fictum enim nomen eſſe, diſerte tradit Geſnerus in Bibliotheca p. 229. b. Lucem adſpexit latina illa Dorothei verſio Baſil. 1550. 8. Francof. 1562. 8.

Græcolatinæ Euripidis editiones hactenus prodierunt quinque:

1.) Baſileenſis tragœdiarum XIX. cum verſione *Caſparis Stiblini* *** proſaria ad carmen Jambicum proxime accedente, magnamque partem ex verſibus conſtante Jambicis. Idem Stiblinus dramata ſingula in Actus diſtinxit, ſingulisque præfationes & notas addidit. Accedunt præterea *Jacobi Micylli* de Euripide & tragœdia collectanea quædam, & *Joh. Brodæi* notæ quibus erudite explicat loca quæque difficiliora in Tragœdiis undecim: Rheſo, Troadibus, Bacchis, Cyclope, Heraclidis, Hercule furente, Supplicibus, & utraque Iphigenia. Baſil. apud Oporin. 1562. fol.

2.) Commeliniana tragœdiarum XIX. adjuncto ex Bibl. Palatina viceſimæ ſive Danaës initio. Heidelb. 1597. 8 ex recenſione & cum verſione *Gvil. Canteri*, verbum ex verbo efferente, notisque ejusdem atque *Æmilii Porti*.

* Antiquum ejusmodi ſcriptorem loquentem agnoſces in ſchol. ad Medeam 273. Κορινθίοις μέχρι τῶν καιρῶν τῶν καθ' ἡμᾶς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑπτὰ ἡμέρας καὶ ἑπτὰ ὥρας τῶν ἐπισημοτάτων ἀνδρῶν ἐναπενιαυτίζειν τῷ τῆς Θεᾶς (Ἥρας) τεμένει. Alioqui recentis ſcriptoris in his ſcholiis veſtigia non infrequentia ſunt, etiam vocabula Græcobarbara, notata Barneſio ad Hecub. v. 466, 1114. Oreſt. 364. 834. 1121. Phœniſſ. 1107.

** Laſcaris Scholia in III. primores tragœdias MSta in Bibl. Thuana.

*** Laudat Conradus Dinnerus in præfat. ad Epitheta ſua Græca. Sed nimium ſiniſtre de Stiblino Barneſius interpres Euripidis ſæpe nominatus T. 2. p 425. *Sane in toto illius opere quo in Euripidem functus eſt nihil omnino docto homine dignum reperio, excepto quod Argumenta in omnes Actus ſcripſerit. Et morales gnomas & Philologicum nonnihil interſerit; ſed ſenſus Poëtæ minime vidit, cum etiam Jambici verſus leges ignorarit.*

2011 Ministerio de Cultura

3.) Genevenſis cum ſcholiis Græcis in priores ſeptem tragœdias, verſione *Gvil. Canteri*, notisque *Brodæi*, *Stiblini* & *Æmilii Porti* & ejusdem Canteri: apud Paulum Stephanum A. 1602. 4.

4.) Itidem Genevenſis, cum verſione Gvil. Canteri, in corpore Poëtarum Græcorum Tragicorum, Comicorum, Lyricorum & Epigrammatariorum, quod Latine & Græcè vulgavit *Jacobus Lectius*, Genevæ 1614. fol.

5.) Cantabrigienſis A. 1694. fol. curante viro Clariſſ. *Joſua Barnes*, quæ optima & luculentiſſima hactenus eſt Euripidis editio. Nam & textum accurate recenſuit, & poſt Canteri induſtriam ad metri rationes diligenter caſtigavit, ſcholiaque Græca integra ad priores ſeptem tragœdias adjunxit, caſtigata & ipſa, & ex MS. codice Collegii Corporis Chriſti, quod Cantabrigiæ eſt, hinc inde locupletata. Præterea univerſum Euripidem ſelectis virorum doctorum notis & ſuis animadverſionibus ſcholiisque illuſtravit. Fragmenta quoque Euripidis collegit diligentiſſime, Græceque & latine exhibuit cum notis, verſus ad 2068. Denique Epiſtolas Euripidi tributas Græce & latine ſubjunxit, totique operi binas diſſertationes unam de Euridis vita, alteram de tragœdia, ſcena, illiusque apparatu apud Græcos, muſica theatrica & verſuum tragicorum legibus præfixit. Euripidis effigies quâ Barneſius, ſuam exornavit editionem, paulo alia cernitur in prima editione imaginum Fulvii Urſini, & apud Albertum Rubenium Lib. II. de re veſtiaria c. 6.

Henrici Stephani animadverſiones in Sophoclem & *Franciſci Porti* Cretenſis collationem Sophoclis Euripidisque, ſupra in Sophocle commemoravi. Ariſtologiam Euripideam ſiev ſententias ex Euripide excerptas Græce & latine cum notis vulgavit *Michaël Neander*, Baſil. 1559. 4. Ne dicam de ſententiis Euripidis, quas ex illius dramatis ſive iis quæ exſtant ſive ex illis quæ perierunt ſelegit & elegantiſſima metaphraſi latina donavit in excerptis Tragicorum & Comicorum Vir ſummus *Hugo Grotius*, Pariſ. 1626. 4to. *Thomas* quoque *Stanleius* in Euripidem varia collegit quæ manu ipſius exarata reperiuntur in Bibliotheca Rev. Epiſcopi Norvicenſis. *Johannis Miltoni* atque *Jac. Duportii* ineditas ad Euripidem obſervationes ſubinde laudari obſervo à Clariſſimo Barneſio.

VI. Jam Catalogum ſcriptorum in Scholiis Græcis ad Euripidem allegatorum ſubjicere juvat, qui in editione Cantabrigienſi non minus quam aliis hactenus vulgatis deſideratur:

Catalo-

2011 Ministerio de Cultura

Catalogus ſcriptorum in Scholiis Græcis ad Euripidem laudatorum:

ÆGyptius (leg. Ægis, ſive Ægias, cujus cum Dercyllo meminit Clemens Alex. 1. Str. p. 321.) Phœn. 13.
Æſchines Oreſt. 1371.
Æſchylus Alc. 56. Oreſt. 678. Phœn. 172. 216. 949. 1026. 1118. ἐν Γλαύκῳ. Phœn. 1201. Ταῖς Διονύσου τροφοῖς. Med. argument. ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις Phœn. 755. Νηρέϊσι. Phœn. 218. Νιόβῃ. Phœn 162.
Alexander. Androm. 4.
Alcman. Hec. 12. ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας. Oreſt. 998
Ameleſagoras. Alc. 1.
Amphilochus. Phœn. 674.
Amphion μέλει & cithara ἐπαχόρδῳ Thebas murocingens. Phœn. 116. 294.
Anacreon. Hec. 933. 934.
Anaxagoras. Hip. 601. Ejus Philoſophiam ſequitur Euripides. Oreſt. 980.
Anaxandrides Delphus. Alc. 1.
Anaxicrates. Med. 19. ἐν β' Ἀργολικῶν. Andr. 221.
Androtion. Phœn. 674.
Antimachus. Oreſt. 390. ἐν Λήδῃ (Barneſ. legit θηβαΐδι) Phœn. 44.
Apollodorus. Alc. 1. Med. 48. Cyrenæus. Oreſt. 1385. Tarſenſis. Med. 169.
Apollonius. Med. 1334.
Aratus. Phœn. 1.
Archilochus. Med. 679. 708.
Ariſtodemus. Phœn. 162. 1126. 1164.
Ariſtophanes. Hec. 150. 444. Hip. 345. Med. 46. 1027. Oreſt. 14. 162. 167. 279. 340. 488. 1661. ἐν βατράχοις. Oreſt. 901. Θεσμοφοριάζουσις. Hec. 225. Νιόβῃ. Phœn. 162. Πλούτῳ. Phœn. 1416.
Ariſtophanes Grammaticus. Hip. 172. 612. Oreſt. 709. 1037. 1287.
Aſclepiades. Hec. 1273. Oreſt. 1645. bis. Phœn. 45. ἐν τραγῳδουμένοις. Alc. 1.
Batrachomyomachia (Homeri) Oteſt. 786.
Callimach⁹ Hec. 934. Hipp. 11. 979. Med. 1334. Phœn. 136. 858. ἐν Ἀρτέμιδος ὕμνῳ. Hip. 146.
Calliſtratus, Euripidis ut videtur enarrator. Oreſt. 314. 434. 1037.
Chilonis μηδὲν ἄγαν. Hip. 265. Med. 125. Phœn. 587.
Clitodemus Med. 19.
Crates. Oreſt. 1230. Phœn. 216.
Cratinus. ἐν Θεάτραις. Hec. 838.
Creophylus. Med. 273.
Critias Hip. 265.

2011 Ministerio de Cultura

Cyclus, ſive Cyclici Poëtæ. Oreſt. 1392. infra in Dionyſius.
Demagoras. Phœn. 7.
Demoſthenes. Hec. 559.
Dercyllus. Phœn. 7.
Dicæogenes ἐν τῇ Μηδείᾳ. Med. 167.
Didymus. Andr. 885 Hec. 736. 887. 1029. Med. 48. 169. 273. 356. 379. 737. Oreſt. 1385. Phœn. 755. 1735.
Dinias. Oreſt. 869.
Dionyſius. Phœn. 674. ὁ κυκλογράφος. Oreſt. 998. ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ τῶν κύκλων. Phœn. 1123.
Dionyſodorus ἐν τῷ περὶ πταμῶν Hip. 121.
Duris ἐν τῇ ις τῶν Λακεδαιμονικῶν Alc. 253.
ἐν τῷ ιβ τῶν ὡρῶν Hec. 934.
Ecphantus Phœn. 13.
Empedocles Phyſicus. Phœn. 16.
Epigramma. Hip. 265. Oreſt. 593.
Epimenides Phœn. 13.
Eratoſthenes Hec. 574.
ἐν Γεωγραφουμένοις. Med. 2.
Eubulus. Med. 475.
ἐν Ξάνθῳ Med. 613.
Eumelus. Med. 9. 20.
Eumolpus unde Eumolpidæ. Phœn. 861.
Euphorion Tragicus. Med. argument. & Phœn. 683.
Eupolis. Med. 520.
Euripides Athenienſis. Phœn. 396. πλωχοποιός. 1534. σοφὸς elogio nimis frequenter ac promiſcue utitur Med. 665. Alexandri M. temporibus fuiſſe (falſo) traditur Hip. 671. reprehenſus à Sophocle. Phœn. 1. allegatur:
ἐν Αἰγεῖ. Med. 167.
Ἀλεξάνδρᾳ. Hip. 58.
Ἀλκήστιδι. Hec. 1267. Hip. 834. 892. 1437.
Ἀρχελάῳ Phœn. 1165.
Βάκχαις. Hec. 1267. Phœn. 3.
Δίκτυς. Med. argument.
Ἐυρυσθεῖ. Hec. 838.
Θεσεὺς ἢ Σάτυροι. Med. argument.
Ἱκέτιδες. Phœn. 1160.
Ἱππολύτῳ. Alc. 22. Phœn. 3.
Κρεσφόντῃ. Phœn. 162. Med. 85.
Μηδείᾳ. Hip. 11. Phœn. 1.
Οἰδίπόδι. Phœn. 61.
Oreſte. Phœn. 3. 587. Euripides vicit. Eſt δρᾶμα ἐκ τραγῳδικὸν κωμικόν. Oreſt. 1691.
Πειρίθῳ. Oreſt. 980.
Πελιάσιν. Med. 693. ubi male πολιάσιν.
Πολυΐδῳ. Hip. 191.
Τρωάδες. Phœn. 3.
Φαέθοντι. Oreſt. 1389.
Φιλοκτήτης. Med argum.
Φοινίσσαι. Oreſt. 1082. ſunt αἰχμαλώτιδες. Phœn. 210. πρωταγωνιστὴς in hâc tragœdia ἀπὸ τῆς Ἰοκάστης προσώπου. Phœn. 93. actæ Archonte Euclide, quo tempore nondum uſus literarũ η & ω

2011 Ministerio de Cultura

η & ω (Olymp. LXXXVIII. 2.) 683.
φείξω. Phœn. 6.
Φωκίζιν. Phœn. 38.
Ἐυριπίδειον μέτρον Oreſt. 980. Phœn. 210. 308. 641. 683.
Euripidis verſus à Comicis deriſi. Oreſt. 234. 279. 1366. 1381. &c.
Euripidis κωμῳδηματισαί Oreſt. 1385. Phœn. 645.
ἀντίγραφα. Oreſt. 955. Phœn. 378. 1080. 1230. in colis & verſibus digerendis multus Scholiaſtæ labor. 791.
ὑποκρίτης. Med. 379. 910. Phœn. 201. 271.
Hecatæus. Oreſt. 869.
Helladius. Med. 613.
Hellanicus. Hec. 125. Med. 9. Oreſt. 1648. Phœn. 61. 71. 666.
ἐν τῇ Πτιγραφῇ Ἀτλαντιδι. Phœn. 162.
Hephæſtio. Hec. 59. 444. 629. 687. 1023.
Hermippus ἐν ἀρτοπώλοισιν. Med. 1027.
Herodianus ἐν τῷ μονοβίβλῳ τῷ περὶ κυρίων καὶ Πιθέτων καὶ προσῳδιακῶν. Hip. 408.
Herodotus. Hip. 541. Med. 434.
Heſiodus. Alc. 1. Hec. 1187. Hip. 146. 228. 380. 601. Med. 296. 424. Oreſt. 162. 174. 249. Phœn. 3. 179. 1098.
Hippeus (Ἱππεὺς ἐκτίθεται καὶ Ἑλλάνικος) Med. 9.
Hipponacteum genus carminis Phœn. 189.
Homerus. Alc. 51. 326. 449. 590. 902. 962. 978. 989. Andr. 14. 286. 456. 471. 483. 500. 552. 616. Hec. 125. 976. 1278. Hip. 1. 88. 98. 386. 455. 601. 683. 747. 881. 940. 1102. 1132. 1186. Med. 1. 33. 40. 51. 77. 120. 134. 232. 424. 651. 922. 1049. 1053. 1224 1251. Oreſt. 4. 12. 39. 41. 71. 81. 131. 142. 147. 219. 225. 249. 255. 257. 275. 319. 338. 340. 356. 364. 383. 516. 536. 585. 639. 1137. 1238. 1378. 1389. 1497. 1549. 1621. Phœn. 3. 4. 7. 41. 74. 88. 140. 158. 172. 193. 220. 308. 651. 710. 743. 753. 788. 789. 795. 893. 896. 909. 1165. 1166. 1230. 1386. 1417. 1467. 1505. 1530. 1659.
Jambe Poëtria. Oreſt. 962.
Jon Tragicus. Hip. argument. & Phœniſſ. 218.
Jophon Tragicus. Hip. argum.
Iſocrates. Med. 217.
Ἡ ἰσοελία φησί. Oreſt. 963. 980.
Λέων ὁ Ῥήτωρ. Med. 167.
Linimentio Oreſt. 1391. 1395.
Λυκοφρῶν. Andr. 221.
ἐν Κασάνδρᾳ. Hec. 123.
Lyſimachus ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς παραδόξοις. Hip. 541.
Marſyas junior ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Μακεδόνων ἱστοριῶν. Hip. 671.

2011 Ministerio de Cultura

Menander. Hec. 225. Hip. 332. 426. Phœn. 893.
ἐν Ἐπιτρέπουσιν. Phœn. 1161.
ἐν Φιλαδέλφοις. ibid.
Meſtor Μήσωρ. Phœn. 13.
Οἱ Μετοικοί (Hephæſtio) Hec. 1088.
Mnaſeas. Phœn. 652.
Muſæus ἐν τῷ περὶ Ἰαμβίων. Med. 9.
Neophron Tragicus. Med. 666. 1387.
Οἱ νεώτεροι. Hip. 683. Phœn. 126. &c.
Nicander. Oreſt. 479. 507.
Nicoſtratus. Phœn. 1017.
Ὁ τὰς νόσους ποιήσας. Med. argument. & Phœn. 1123.
Oracula. Med. 679. 1284. 1379. Phœn. 412. 641. 1050. 1416.
Orpheus Hip. 953. Alc. 357.
Ejus ποιήματα, χρησμοὶ, μυστήρια. Alc. 968. Hec. 1267.
Οἱ Ὀρφικοί. Alc. 1.
Palæphatus. Med. 831.
Palamedis inventa. Oreſt. 432.
Panyaſis. Alc. 1.
Parmeniſcus. Med. 9. 273.
Phemonoë. Oreſt. 1094.
Pherecrates. Phœn. 666.
Pherecydes. Hip. 742. Med. argum. & 167. Oreſt. 11, 998. 1645. 1655. Phœn. 53. 71. 162. 1111. 1123.
ἐν τῇ ἱστορίᾳ. Alc. 1.
Philochorus. Hip. 35. 73. Oreſt. 371. 770.
ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μαντικῆς. Alc. 968.
Philoſtratus. Oreſt. 372, 971.
ἐν Ἡρωϊκοῖς. Hec. 922.
Philoxenus ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων. Phœn. 271.
Phrynichus. Med. 1027.
Phylarchus. Alc. 1.
Pindarus. Hec. 553. 684. Hip. 265. 744. Med. 1196. 1224. Oreſt. 8. 364. 1621. Phœn. 47. 689. 1290.
Πινδαρικὸν ἔθος in carminis genere. Oreſt. 980. 1426. Phœn. 308.
Piſander. Phœn. 1748.
Pittheus (Πιτθεὺς σοφὸς καὶ ῥητορικός) Hip. 11. 265.
Plato. Hec. 447. 838. 1269. Oreſt. 1204.
ἐν Γοργίᾳ. Hec. 676.
Plato Comicus.
ἐν ἑορταῖς. Med. 475.
Plutarchus. Hip. 11.
ἐν ταῖς Ὁμηρικαῖς μελέταις. Alc. 1128.
Polemo. Hip. 231.
ἐν τῷ περὶ ποταμῶν. Med. 835.
Polyarchus Cyrenæus. Alc. 1.
Ψυχαγωγῶν καθαρμοὶ καὶ γοητεία. Alc. 1128.
Pythagoras. Hec. 1269. Hip. 953.
Rhetor (Demoſthenes) Phœn. 441.
ἐν Ὀλυνθιακοῖς. 1416.
Rhianus. Alc. 1.
Sannyrion in Danaë. Oreſt. 279.
Sappho. Oreſt. 1260. Sapphicum genus ſive Hipponacteum Phœn. 189.
Sarpedonis Epiſtola ſub Priami nomine ad Palamedem, Phrygiis literis ſcripta. Oreſt. 432.
Simoni-

2011 Ministerio de Cultura

Simonides. Med. argum. & 2. 9. 20. Oreſt. 41. 235. 780.
ἐν τῷ εἰς Ποσειδῶνα ὕμνῳ. Med. 4.
ἐν Ἰάμβοις. Phœn. 210.
Siſyphus. Hip. 265.
Sodamus. Hip. 265.
Sophocles. Alc. 902. Hec. 177. 328. 570. 1059. Med. argum. & 33. Oreſt. 61. 490. 602. 810. 1655. Phœn. 71. 114. 1605.
ἐν Αἴαντι Λοκρῷ. Alc. 446. Med. 93.
— Μαστιγοφόρῳ. Med. 618.
Ἀντιγόνῃ. Med. 1357. Phœn. 993. 1804.
Ἑλένης ἀπαγγελία. Phœn. 308.
Ἠλέκτρᾳ. Phœn. 1.
Θυέστῃ. Phœn. 235.
Μάντεσι. Phœn. 1261.
Μυκήναις. Hip. 307.
Οἰδίποδι κολονῷ. Phœn. 1704.
Τεχνίαις. Hip. 551.
Sophron. Phœn. 3.
Soſicrates Hip. 47. Phœn. 45.
Soſibius. Oreſt. 1637.
Soſiphanes Tragicus Phœn. 1017.
Staphylus. Med. argument.
Steſichorus Alc. 1. Oreſt. 41. 249. 268. 1287.
ἐν Εὐρωπείᾳ. Phœn. 674.
Στησιχόρειον μέτρον. Oreſt. 980. Phœn. 163. 308.
Srattis ἐν ἀνθρωποφόρῃ. Oreſt. 279.
Teleſargus. Alc. 1.
Theodorus (Gaza, opinor, quo junior fuit Arſenius ſcholiorum collector) Oreſt. 1525.
Timachides. Med. 167.
Timagoras ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς. Phœn. 162.
Timarchus. Med. 1.
Tragici. Phœn. 1 743. 1405.
Xanthus Lydus. Phœn. 162.

CAPUT XIX.

Notitia Tragicorum Græcorum quorum fabulæ perierunt, digeſta ordine Alphabeti.

ACAS, Svidæ memoratus, ποιητὴς τραγῳδίας, niſi in vitioſo aliquo codice *Acas* legit pro *Sacas*, ſive *Sacadas*, de quo infra.

ACATIUS Argivus à Martino Antonio Delrione in prolegomenis ad Senecam Tragicum inter Tragœdiæ ſcriptores refertur, quod ab Athenæo Lib. XIII. p. 610. allegatur ejus Ἰλιοπέρσης. Sed nec Tragicum eſſe affirmat ibi Athenæus, & in ora libri annotatur nomen Σάκα ſive Σακάδα ὁ Ἀργείου.

ACES-

2011 Ministerio de Cultura

ACESTOR de quo Scholiastes Aristophanis ad pacem non longe ab initio, ad verba: νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκα) ὅτός ὅστιν Ἀκέστωρ Τραγῳδιας ποιητής. Ἐκαλεῖτο ὁ Σάκας ἀφὰ το ξένος εἶναι. Σάκες γὰρ Θρᾳκές εἰσι. Θεόπομπος ὁ καὶ τὸν πατέρα αὐτῦ Σάκα προσαγόρευσεν πσαμένον. Ὁ ὁ αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσεν. Ibidem docet poësin hujus Acestoris derisui habitam à Callia & Cratino, non minus quam ab Aristophane qui eum perstringit qnod Atticè loqui affectaverit, cum nihil minus esset quam Atticus. Ὁ μὲν γὰρ ὢν σὺκ ἀστὸς, εἰσβιάζεται. Vide & Colomesium ad Giraldum, p. 163.

ACHÆI duo: unus Pythodori F. Eretriensis, cujus mentio apud Eustathium ad Iliad. β'. p. 246. & alter junior Syracusanus, uterque tragœdias scripsit, incertum utrius è duobus sunt quæ à veteribus memorantur, observatæ maximam partem à Joh. Meursio in Bibliotheca Græca: Ἀδρας, ἆθλα. Ἀίθων σατυρικὸς, Ἀλκμαίων Σατυρικὸς, Ἀλφεσίβοια, Ἤφαιστος Σατυρικὸς, Θησεὺς, Ἶρις σατυρικὴ (unde emendandus Hesychius in ἐκολλόπωσε, meminit & Suidas in βῦς ἕβδομος) Κύκλος (Athenæo Lib. VI. sed ibi judice Meursio legendum ex Hephæstione Κύκν, Grotius legit Κύκλωψ) Λῖνος, Μοῖραι, Οἰδίπους, Ὀμφάλη (Hesychio laudata in Φαναῖος) περίθους, Φρίξος, Φιλοκτήτης. Fragmenta quædam alterutrius vel utriusque horum Achæorum habes apud Hugonem Grotium in fragmentis Tragicorum & Comicorum Græcorum p. 441. seq. Apud Artemidorum Lib. II. Onirocritic. cap. 25. male *Archæus* legitur pro *Achæus*. Euripidem aliquid ab Achæo mutuatum esse notat Athenæus Lib. VI. p. 270. Eretriensem Achæum intelligens, quem adeo ante Euripidem scripsisse constat; Sophocle, ut docet Suidas, paululum juniorem. Tragœdiæ ejus fuere XXX. sive ut alii XL. verum Syracusanus non plures docuisse fertur quam decem. Fuit & alius *Achæus* ἱστοριογράφος, qui ante Pindarum scripsit, laudatus scholiastæ Pindari in Olympionic. Od. 7.

ÆANTIDES in Plejade Poëtarum Tragicorum refertur à Scholiaste Hephæstionis pag. 93. & 32. ab Isaacio Tzetza ubi genus Lycophronis recenset, & à Scholiaste Theocriti, quem in hanc rem laudant post Gyraldum dialog. 7. de poëtis, Delrio prolegom. ad Senecam p. 23. Andreas Schottus Lib II. Observatt. human. c. 3. Menagius ad Laërtium Lib. II. sect. 133. & Vossius de Poëtis Græcis p. 64. Idem Delrio affirmat ab Hephæstione vocari *Anantidem* qui aliis est *Æantides*. Verum Hephæstion ipse nusquam illius meminit, & Scholiastæ Hephæstionis bis vocatur Ἀιαντίδης.

ÆSCHINES Athenienſis Orator, utrum Tragœdias composuerit,

2011 Ministerio de Cultura

rit, est incertum. Hoc quidem constat, adolescentem illum tragœdias actitavisse, ut tradit Cicero 4. de Rep. apud Augustinum 2. de Civ. Dei c. 10. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς βαρυσόνοις ὑποκρίτης τὸν ἐν μειρακίῳ χρόνον ὑπερῆγε τραγῳδῶν, ut ait Philostratus 1. de Sophistis, & Plutarchus in vitis decem Rhetorum: λαμπρόφωνος ὢν ὠν τραγῳδίαν ἤσκησεν, ὡς ὁ Δημοσθένης φησὶν ὑπογραμματεύων καὶ περιαγωνιστῶν Ἀισχίνῃ ἐν τοῖς Διονυσίοις διετέλει, ἀναλαμβάνων ἔτι ἐκ σχολῆς τὰς παλαιὰς τραγῳδίας. Sane Demosthenes Orat. de corona p. 343. τριταγωνιστὴν vocat & pag. 347. τραγικὸν πίθηκον, *hypocritam* Quintilianus Lib. II. cap. 17. Institutionum Orat. adde Libanium argumento Orationis Demosthenicæ de falsa legatione, & Ulpianum pag. 99.

AGATHO * Athenienſis, Euripidi & Pausaniæ peramatus teste Æliano II. 21. XIII. 4. Var. & Aristophani non sine laude memoratus in Ranis: Cæterum ἔτι μελαχίᾳ διεβάλλετο ut notat hujus Scholiastes p. 133. ex eoque Svidas, & ante utrumque Lucianus in Rhetorum præceptis. In hujus ædibus convivium suum finxit Plato, qui teste Athenæo V. 18. Dipnosophist. qnatuordecim annorum fuit, cum Agatho Tragœdia vinceret. In illo convivio apud Platonem Socrates inter alia probat eum qui Tragœdias bene componere norit, eundem etiam aptum esse ad docendas Comœdias. Hinc alii diversum à Tragico exsculpsere Agathonem Comicum, Socratis discipulum, quos refellit Rich. Bentleius diss. de Epistolis Euripidis §. 2. Ejus Tragœdiæ veteribus memorantur: Ἀερόπη, Ἀνθ῀, Θυέστης, Μυσοὶ, Τήλεφ῀. Vide Meursii Bibliothecam Græcam p. 1202. Fragmenta ejus nonnulla collegit Grotius in excerptis Tragicor. p. 437. Primus fuit Auctor τ῀ ἐμβολίμων sive intercalarium carminum in Tragœdiis, teste Aristotele c. 17. Poëtic. Philostratus Lib. I. de Sophistis p. 497. Ἀγάθων ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς οὗ ἡ κωμῳδία σοφόντε καὶ καλλιεπῆ οἶδε, πολλαχοῦ τ῀ ἰαμβείων χορηγάζει, *frequenter in Jambis exprimit sive imitatur Gorgiam.* Antithetis delectatum notat Ælianus XIV. 13. Var. historiæ. Vide & Svidam in Μυρμήκων ἀτραπός.

LIII ALCÆUS

* Alius fuit *Lucius Agatho Priscius* in celebri inscriptione Bononiensi Æliæ Læliæ Crispidis, licet de hoc nostro intellectum voluit Gevartius Lib. III. elector. c. 1. Alius itidem in quem Platonis distichon apud Gellium XIX. 11. & Laërtium III. 32. Tragicus enim Agatho Platonem ætate antecesit, sed alter quem duobus illis versibus venustulis prosequitur, junior esse videtur, ut non absurde colligit Petrus Baylius de Agathone Tragico differens in editione secunda Lexici sui Historico Critici T. 1. p. 65.

2011 Ministerio de Cultura

ALCÆUS Athenienſis Tragicus, cujus Svidas mentionem facit: in *cælo* Tragœdia laudatur à Macrobio Lib. V. Saturnal. c. 20. An legendum Κωμῳδοτραγῳδία? ex Harpocratione in ἀδδηφάγος & Apoſtolio Centuria I. proverb. 51. Incertum quoque, ſit ne referenda ad Alcæum Athenienſem, an ad *Alcæum Mytilenæum* priſcæ poëtam comœdiæ, decem dramatum, Svida teſte, auctorem cujus ſunt Athenæo memoratus ἀδελφαὶ μηχενόμεναι (tragœdiis à Grotio perperam adſcriptæ) Γανυμήδης, quam laudat Pollux & Athenæus, Ἐνδυμίων quam Pollux & Priſcianus, ἱερὸς γάμος denique, παλιςὼ ac παλαίστρα, quas idem Athenæus memorat.

ALCESTIS Tragicus Poëta apud Valerium Max. III. 7. 1. extern. gloriatus ſe interea quod Euripides tres verſiculos maximo impenſo labore deducere potuiſſet, verſus centum perfacile ſcripſiſſe, ab eo reſponſum tulit in hanc ſententiam: *Sed hoc intereſt, quod tui in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus ſufficient.* Non eſt audiendus Joh. Brodæus qui Libr. IX. Miſcellaneorum c. 23. apud Valerium pro *Alceſti* Tragico *Alexin* Comicum reponere jubet; nam Valerius teſtatur Poetæ illius extemporalis ſcripta ſtatim intra primas memoriæ metas corruiſſe, cum fabulæ Alexidis Comici ab Athenæo aliisque Valerio junioribus frequenter laudentur.

ALCIMENES Megarenſis, Tragicus, Svidæ memoratur, & diſtinguitur ab altero hujus nominis Comico Athenienſi.

ALEXANDER Ætolus, ex Pleurone oppido, Grammaticus, in Plejade Tragicorum celebris fuit temporibus Ptolemæi Philadelphi. Vide infra in *Plejas*, & Svidam in Ἀλέξανδρος & Ἄρατος. Pleuronicus à patria cognominatur à Scholiaſte minore Homeri ad Ιιάλδος π'. Ejus Tragœdiæ Ἀιπόλοι, ἁλιεὺς, κριναεὺς vel potius κριεὺς (niſi apud Athenæum Lib. VII. p. 238. pro ἐν κριναεῖ legendum cum Caſaubono ἐν Ἁλιεῖ) πότος & πυγὼν ſive τρυγὼν, obſervatæ Meurſio p. 1206. Bibl. Græcæ. Scripſit ptæterea *Apollinem* verſibus Elegiacis, ex quibus locum profert Parthenius c. 14. erotic. & *Muſas*, itemque alia verſu Hexametro. Ex Muſis ejus petitos puto verſus de planetis, quos edidit Thomas Galeus ad Parthenium p. 149. ſeq. & Chalcidius p. 155. perperam tribuit Alexandro Polyhiſtori. Alios ejus verſus quosdam proferunt Strabo & Gellius XV. 20. &c. Alexandri hujus Tragici meminit Laërtius in Timone Lib. IX. Sect. 113.

AMPHIANUS Tragœdiarum ſcriptor laudatur à Scholiaſte Germanici p. 130. edit. Pariſ. 1559. 4.

ANANTIADES, Vide ſupra, in *Æantide*.

ANAXAN-

2011 Ministerio de Cultura

ANAXANDRIDES Rhodius Camiræus, vel ex aliorum ſententia Colophonius, circa Olympiadem 101. clarus temporibus Philippi Macedonis, fabulas LXV. docuit decies victor, teſte Suida. Has pro Tragœdiis accepit Delrio, adeoque Anaxandridem ſine hæſitatione Tragicis annumeravit. At enim Comicus fuit iſte Anaxandrides, qui primus amores & virginum violationes in ſcenam produxit, atque ab Athenæo aliisque diſerte κωμῳδοποιὸς appellatur. Ejus fabularum titulos ex priſcis ſcriptoribus habes infra in notitia Comicorum. Alia de eo notatu digna Gyraldus dialogo de Poëtarum hiſtoria p. 353. editionis Lugdunenſis Batav. Verſus ejus allegatur ab Ariſtotele 6. Eth. ad Eudem c. 10. & VII. 10. ad Nicomachum & III. 10. & 11. Rhetor.

ANAXIMANDER inter Tragicos computatur ab eodem Delrione p. 26. ni fallor propter hunc locum Laërtii in Empedocle Lib. VIII. ſect. 70, Διόδωρος ὁ ἐφέσιος φησὶν Ἀναξιμάνδρου γράφων ὅτι τὸν ἐζηλώκει τραγικὸν ἀσκῶν τῦφον καὶ σεμνὴν ἀναλαβὼν ἑσθῆτα.

ANDRONICUS Tragicus hiſtrio, qui Æſchyli drama cui Ἐπίγονοι nomen cum plauſu egit. Vide Athenæum Lib. XIII. p. 584. Alius *Livius Andronicus* Tragicus latinus, de quo dixi in Bibl. Latina.

ANTIPHON Rhamnuſius, Orator, dicitur & tragœdias compoſuiſſe καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ *& ſeorſim & Dionyſium Tyrannum juvans*, ut notat Plutarchus in decem Oratorum vitis, & Photius Cod. 259. Fuerunt itidem qui interfectum eum à Dionyſio affirmarent, ſive quod tragœdias illius exſibilaſſet, ſive quod in Convivio quodam propoſita quæſtione quodnam æs optimum eſſet, reſpondiſſet: *illud ex quo conflatæ eſſent tyrannidarum Harmodii & Ariſtogitonis Statuæ.* Sed Antipho Poëta Tragicus à Dionyſio ἀποτυμπανισθείς, alius omnino fuit ab Oratore proditionis damnato Athenis, ut temporum etiam ratio indicat. Vide quæ de Oratore infra c. 26. Cæterum Antiphontis quem τραγῳδοποιὸν vocat Athenæus, dramata Ἀνδρομάχη, Μελεάγρος & Πλήξιππος ab Ariſtotele & Athenæo laudantur. De Plexippo Antiphontis & Antiphonte ipſo pluribus egerat olim Adrantus, & Hephæſtion ejus compilator. Vide Jonſium p. 327 328. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophiæ.

APHAREUS Athenienſis Hippiæ F. privignus & adoptatus ab Oratore Iſocrate, præter Orationes quasdam ſcripſit tragœdias XXXVII. teſte Plutarcho in Iſocratis vita, ex quibus duæ fuerunt dubiæ fidei. Bis in Dionyſiis, totieſque vicit in Lenæis. Cœpit docere fabulas ſub Lyſiſtrato Olymp. CII. 4. uſque ad Soſigenem Olymp. CIX. 3.

APOLLINARIS Alexandrinus, ſæculo poſt natum Chriſtum

2011 Ministerio de Cultura

quarto celebris ſcriptor Chriſtianus, & presbyter Laodicenſis, cujus Metaphraſin Heroicam Pſalmorum habemus, non minus Tragœdias Euripidis quam Comœdias Menandri & Pindari lyram, Homerique poëmata imitatus, ad ſacrum argumentum transtulit, teſte Sozomeno Lib. V. c. 18. & Joh. Sarisberienſi Lib. VIII. Policratici capite 21. Unde Tragœdiam quæ ſub titulo *patientis Chriſti* legitur inter poëmata *Gregorii Nazianzeni*, ad hunc Apollinarem viri docti quidam referunt. Vide Guil. Cavei Hiſtoriam literariam ſcriptor. Eccleſ. ad A. C. 362. Alius *Apollinaris tragœdus*, cujus meminit Svetonius in Veſpaſ. c. 19.

APOLLODORUS Tarſenſis, Tragicus, cujus mentionem facit præter Svidam Scholiaſtes Euripidis * ad Medeam, & Ariſtophanis ad ranas. Dramatum tituli: ἀναν θοπλίξ, Ἕλληνες, Θυέστης, ἱκέτιδες, Ὀδυσσεὺς, Τενυκτόν. Quando vixerit, non inveni qui me doceret. Idem Svidas memorat & Alterum *Apollodorum* Athenienſem Aſclepiadis F. Grammaticum, diſcipulumque Panætii Stoici & Grammatici Ariſtarchi. Hunc refert primum fuiſſe auctorem τῶν καλουμένων τραγικάμβων.

APOLLONIDES, à Grotio recte Tragicis accenſetur, quoniam verſiculos quos ex Apollonide repetit Stobæus in florilegio ſerm. 76. ὅτι κάλλιϛον γάμ, eosdem Clemens Alexandrinus Lib. III. pædagogi c. 12. acceptos fert tragœdiæ.

APOLLOPHANES Athenienſis, Poëta veteris Comœdiæ fuit teſte Svidâ, non Tragicus. At inter veteres Tragœdiæ auctores illum numerat Delrio, quod tragœdias etiam compoſuiſſe videatur. Nimirum conjicit vir doctus *Daulidem* Apollophanis ab Athenæo & aliis memoratam fuiſſe tragœdiam, in qua Terei & Procnes & Philomelæ atrocia facta comprehenderit. Sed nihil incertius eſſe ejusmodi ſuſpicione docet Iſaacus Caſaubonus Lib. VII. ad Athenæum c. 23. allatis plurimis exemplis, in quibus Comici Poëtæ Tragicis argumentis comicos ſoccos aptarunt.

ARCHELAUS ὁ Τραγῳδὸς, qui Lyſimacho imperante clarus apud Abderitanos fuiſſe traditur à Luciano Lib. quomodo hiſtoria ſcribenda ſit, ſub init. (T. 1. pag. 601.) hiſtrio fortaſſe fuit tantum, non Poëta: eodem enim loco Lucianus ait eum Τραγῳδῆσαι Andromedam Euripidis. Abderitæ vero qui fabulam ſpectaverant plerisque febri ac ſimul

* Apollodorus Tarſenſis quem Scholiaſtes Euripidis allegat, videtur diverſus fuiſſe à Tragico: aut ſaltim tragœdia non eſt, ſed Grammaticum opus & forte commentarius in Euripidem, ex quo repetit quod ambiguitatis auctores ſint hiſtriones confundendo partes chori cum verbis Medeæ.

2011 Ministerio de Cultura

simul mentis perturbatione singulari corrupti sunt, ut & ipsi per urbem tragicos versus canerent & tragicos referrent histriones.

ARION Methymnæus Lyricus, circa Olympiadem XXXVIII. floruit, Alcmanis secundum nonnullos discipulus, apud Svidam dicitur (non Tragici carminis ut affirmat Rob. Stephanus in Elucidario, sed) τρόπου Τραγικοῦ hoc est modi cujusdam Musici in Tragœdia inventor fuisse & primus χορον* στῆσαι *chorum stantem induxisse*, quod his verbis tradit Tzetzes præf. ad Lycophronem: Διθύραμβον ἢ ἤτοι Κυκλικὸν χορὸν ἐν Κορίνθῳ πρῶτος ἔστησεν Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος, δεύτερον δὲ Λάσος Χαβρίνου Ἑρμιονεύς. Confer Herodotum Lib. I. c. 23. Aristotelem apud Proclum in Chrestomathia, & ex recentioribus Vossium Institutt. Poëtic. III. 16.

ARISTARCHUS Tegeates, ultra centum annos productâ ætate, Euripidis æqualis fuit, & primus ut auctor est Svidas, tragœdos cothurnis extulit. Ex dramatibus LXX. quæ docuit, pauca veteribus memorantur, ut *Achilles* quem Ennius (teste Festo in *prolato ære*) & Plautus in Pœnulo expressêrunt, tum *Æsculapius* Svidæ & *Tantalus* Stobæo laudatus. Sed & *Rhesum* Tragœdiam quæ inter Euripidis hodie legitur, & à Delrione Euripidi alteri tribuitur, Samuel Petitus refert ad hunc Aristarchum Lib. III. Miscellaneorum c. 22. Confer Colomesium ad Gyraldum. p. 373.

ARISTO Sophoclis Tragici nothus fuit, teste Svida in Ἰοφῶν. Idem ni fallor ποιητὴς Τραγῳδίας, qui inter plures hoc nomine scriptores celebratur à Laërtio in Zenone Lib. VII sect. 164. Aristonis Λύκων laudatus Plutarcho sub initium libri de audiendis Poëtis, non Aristonis Tragici est ut scribit Meursius in Bibl. Græca, sed ut Menagius ad Laërtium verisimilius suspicatur, Aristonis Peripatetici. De Tragœdiâ Aristonis *in Mnesthenum* virum fortissimum scriptâ, ex Plutarcho meminere Zarottus in Ovidii Ibin & Gyraldus sub extremum dialogi VII. historiæ Poëtarum. Alius Ariston actor Tragicus de quo Livius libro & capite XXIV. Aristonis quædam profert Theophilus Lib. III. ad Autolycum, quæ Aristophonti Comico tribuit Grotius. Idem ad Agathonem refert Tragicum quæ sub Aristonis nomine produxit Clemens Alex. 2. Strom. p. 407.

ARISTOCRITUS, Athenodorus, & Thessalus Tragœdiarum ὑποκρεταὶ tempore Alexandri Magni. Vide Athenæum Lib. XII. pag. 538. seq.

ARISTODEMUS Athenienſis, teste Cicerone apud Augusti-

* Confer quæ supra cap. XV, num. 57.

© 2011 Ministerio de Cultura

num 2. de Civ. Dei c. 10. *actor Tragicus fuit* antequam maximis de rebus legatus ad Philippum Macedonem mitteretur. Utrum Tragœdias ipse scripserit, atque adeo fuerit Tragœdiarum *auctor* quoque, perinde incertum est, ac de *Æschine* parum constare supra annotavi. De Polo & Aristodemo Tragicis ὑποκριταῖς confer Scholia Græca ad Lucianum T. 2. p. 7.

ARISTOLOCHUS ut malus Poëta Tragicus perstringitur ab auctore Epistolarum quæ ambulant sub nomine Phalaridis Epist. 63. ἐπαίρει σε καὶ ἐμὲ χεάφειν τραγῳδίας. Sed hoc ipso loco inter alia utitur Doctissimus Bentleius quibus Epistolas illas demonstret Phalaridi suppositas esse. Primus enim Tragœdias scripsisse traditur Thespis circa Olympiadem LXI. Et Phalaris jam obierat Olymp. LVI. vel certe LVIII. Sed ex Cl. Dodvvelli sententia, mors Phalaridis incidit demum in Olymp. LXIX. 1.

ARISTONYMUS, quo auctore inter Tragicos à Delrione referatur, haud comperi. Forte pro tragœdiâ habuit, ipsius *Theseum* laudatum Athenæo Lib. III. p. 78. Cæterum Comicus fuit iste Aristonymus, pluribus Scriptis inclytus sub Ptolemæo Philadelpho ac Philopatore ut Svidas testatur, Regiæque Bibliothecæ post Apollonium præfuit. Ejus Comœdiam Ἥλιον ῥιγῶντα allegat idem Athenæus Libro VII. Confer Etymol. M. in βεμβεφάς. Alia Stobæus & Plutarch. de fluminibus. Laudat & Aristonymum Hesychius Alex.

ARISTOPHANEM Tragicum Meursius observat ex hoc loco Lutatii ad Stat. 12. Thebaid. *Oedipus expulsus Creontis imperio confugit Epicolono in quo locus erat furiis consecratus. Sed misericordiâ Athenienſium illâ sede est erutus, hospitaliterque tractatus. Hanc tragœdiam Aristophanes scripsit.* Cæterum vix dubito Sophoclem legendum esse pro Aristophane.

ARISTOPHONTIS *Philoctetem* memorat Plutarchus Lib. de audiendis Poëtis p. 14. unde Tragicis Poëtis annumeratur à Delrione, & aliis. Sed Philoctetes ille pictura fuit, non tragœdia, ut Colomesio ad Gyraldum p. 406. pulchre animadversum. Aristophon pictor à Plinio laudatur Lib. XXXV. c. 11. Alius fuit Aristophon Comicus, cujus Pythagoristas laudat Laërtius, tum qui alias ejus fabulas memorant Athenæus ac Stobæus. Aristophontis Pancratiastæ mentio apud Pausaniam in Eliacis posterioribus p. 484. Aristophontem Athenienſem in libris qui *dysarestia* nuncupantur, allegat Fulgentius Lib. III. Mytholog.

ARISTOTELES Philosophus in Poëtica sua præclare disputat de Tragœdiæ compositione & de multis veterum Tragœdiis fert judicium. Sed scripserat etiam νίκας Διονυσιακὰς & de Tragœdiis librum, ac præ-

2011 Ministerio de Cultura

ac præterea διδασκαλίας, memoratas Laërtio Lib. V. sect. 26. Anonymo Menagiano in Aristotelis vita, Svidæ in ὄνος σκιά & Scholiastæ Aristophanis ad aves & Harpocrationi in διδάσκαλος. In hoc opere Aristoteles egerat de dramatibus celebriorum Poëtarum Tragicorum Comicorumque; ubi, quando, quomodo & quo eventu acta fuerunt. Vide Casaubonum ad Athenæum Lib. VI. c. 7. Joh. Wovveranum Polymathiæ c. XI. §. 15. & Jonsium Lib. I. c. XI. Διδασκαλίας ejusmodi scripsere Aristotelis exemplo *Carystius* Pergamenus, *Callimachus*, *Aristophanes* Grammaticus, *Aristarchus*, *Eratosthenes*, *Crates*, aliique.

ARISTOXENUS Musicus libro undecimo συμμίκτων egerat de Tragicis & Comicis. Vide infra in *Rufo*. Ejusdem περὶ τραγικῆς ἰαχήσεως. Harpocrat. in κορδακισμός.

ARTABAZES Armeniæ Rex, Tigranis (non Mithridatis ut Rob. Stephanus in elucidario) filius, Straboni & Plutarcho Ἀρταβάσδης, in Valerii Maximi Codicibus corruptè *Sariaster* Lib. IX. c. 11. exrern. 3. vel *Ariaster*. Appiano teste καὶ τραγῳδίας ἐποίει, καὶ λόγους ἔγραφε καὶ ἱστορίας, ὧν ἔνιαι διασώζονται Lib. de bello Parthico. p. 155. ex Plutarchi vita M. Crassi. p. 564.

ASCLEPIADES Isocratis discipulus Tragilensis Τραγῳδούμενα scripsit teste Plutarcho in Isocratis vita. Libris sex constitisse illud opus tradit Stephanus Byz. in Τράγιλος. Allegantur à Plinio in indice libri septimi, Athenæo, Harpocratione, Hesychio & Scholiaste Pindari atque Apollonii. Τὰ τραγῳδούμενα, qualia etiam scripsit *Demaratus* teste Clemente Alex. in protrepico, Harduinus reddit *ea quæ in Tragœdiis decantantur*. Hieron. Wolfius: *tragœdiarum argumenta*. Rectius hic quidem, quam Gyraldus, qui Tragœdias scripsisse Asclepiadem è Plutarcho evincere conatur. Sic *Herodicus* Cratetius scripserat Κωμῳδούμενα, sive *de argumentis Comicis* opus, cujus librum sextum laudat Athenæus Lib. XIII. p 586.

ASTYDAMANTES duo, unus Morsimi Tragici filius, Philoclis nepos, Athenienſis, auditor Rhetoris Isocratis, ducentas & quadraginta tragœdias teste Svida composuit, quindecies victor. Hujus videntur esse Ἀλκμαίων, Ἑρμῆς & Ναύπλιος, quæ ab Aristotele, Athenæo ac Stobæo allegantur. De hoc Diodorus Sic. Lib. XIV. p. 420. ad Olymp. XCV. 2. Ἀστυδάμας δ' ὁ τραγῳδιογράφος τότε πρῶτον ἐδίδαξεν· ἔζησε δ' ἔτη ἑξήκοντα. Astydamanti alteri prioris filio hæ tragœdiæ tribuuntur ab eodem Svida: Αἴας μαινόμενος, Ἀλκμήνη, Βελλεροφόντης, Ἐπίγονοι, Ἡρακλῆς Σατυρικός, Παλαμήδης, Τυρώ, Φοῖνιξ. A priore ortum

2011 Ministerio de Cultura

tum proverbium: *Aſtydamantis in morem ſeipſum laudare*, de quo Zenobius V. 100. Svidas in σαυτὸν ἐπαινεῖς & Apoſtolius. Uſi eo adagio ſunt Philemon Comicus & Julianus Epiſtola 12.

ATHENODORUS Tragicus ὑποκριτής. Vide ſupra in Ariſtocrito.

AVTOCRATES Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, ſed qui multas etiam Tragœdias ſcripſiſſe à Svida traditur. Ejus τυμπανιστὴς laudat Ælianus XII. 9. de animalibus. Alius ni fallor fuit Avtocrates, cujus Ἀχαϊκὰ in teſtimonium citantur ab Athenæo Lib. IX. p. 395.

BION Tragicus inter decem hujus nominis à Laërtio Lib. IV. ſect. 58. recenſetur his verbis: ἕνατος ὁ ποιητὴς τραγῳδίας τῶν Ταρσικῶν λεγομένων. Ad quem locum conferendus Caſaubonus de Satyrica Poëſi Lib. I. cap. 5. ex quo diſces Tarſicos eſſe appellatos qui Characterem Poëſeos extemporalis, quo Tarſenſes delectatos Strabo Lib. XIV. teſtatur, referrent. Junior videtur Tragicus iſte Tarſicus, *Bione* Æſchyli filio, quem & ipſum Tragicum fuiſſe Svidas affirmat.

CALLIAS cujus Τραγῳδία γραμματικὴ laudatur ab Athenæo, incertum eſt idem ne ſit cum Callia Athenienſi Comico cujus dramata Svidas enumerat. Alius videtur Johanni Meurſio in Bibliotheca Attica, quanquam & ipſe Athenienſis ab Athenæo appellatur.

CALLIMACHUS Cyrenæus Poëta celeberrimus, de quo ſuo loco egi, etiam Tragœdias teſte Svida compoſuit, ſed ex quibus nihil quicquam ad noſtram pervenit ætatem. Idem ſcripſit πίνακα τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων, hoc eſt *de iis qui Tragœdias & Comœdias docuerunt.* Vide Caſaubonum ad Athenæum Lib. VI. c. 7.

CALLIPIDES Τραγῳδὸς tempore Alcibiadis, Athenis. Auctor ſive hiſtrio tragœdiarum. Vide Athenæum Lib. XII. p. 535. & Pitiſcum ad Svetonii Tiber. c. 38. Mentio ejus etiam in vita Sophoclis.

CANTHARUM Athenienſem Comicum facit idem Svidas. Sed quia inter ejus dramata primo ſtatim loco Medeam nominat, hinc Delrioni veriſimile videtur Cantharum hunc etiam tragœdias compoſuiſſe. Vide tamen quæ ſupra in *Apollophane* notabam.

CARCINI duo fuere Tragici, Athenienſis alter, Xenoclis filius, de quo Harpocration in Καρκῖνος, alter Agrigentinus. Prior CLX. fabulas docuiſſe, alter etiam Comœdias ſcripſiſſe dicitur, æqualis Dionyſii tyranni, Socraticique Æſchinis. Incertum eſt utrius ex his ſint quas in veterum ſcriptis obſervat Joh. Meurſius,

Αλόπη

2011 Ministerio de Cultura

Ἀλόπη Aristot. VII. 7. Ethic. Nicomach.
Ἀχιλλεὺς Athen. Svid.
Θυέστης Aristot. c. 13. Poëtic.
Κύπριος. Hesych.
Μήδεια Aristot. II. 23. Rhetor.
Οἰδίπους Aristot. III. 16. Rhetor.
Σεμέλη. Athen. Suid.
Τηρεύς. Stob.

Vide Meursii Bibliothecam Græcam, Atticamque, & Gyraldum dialogo 7. p. 375. Leopardum Lib. XII. emendatt. c. 21. Valesium ad Harpocrationem. Alius Carcinus Sophista, cujus meminit Plato in Euthydemo: Carcinus Rhetor quem laudat Alexander περὶ τῆς λέξεως σχημάτων. &c.

CEPHISODORUS veteris Tragœdiæ poëta fuit, si Svidæ credimus. At enim Meursius in Bibl. Attica p. 1458. ex Athenæo, Polluce, ipsisque fabularum Cephisodori apud Svidam titulis observat eum fuisse Comicum.

CHÆREPHON Sphettius Socratis auditor quare à Delrione Tragicis annumeretur nescio. Hoc scio Tragicum fuisse CHÆREMONEM Theophrasto apud Athenæum XIII. p. 562. laudatum, quem Svidas perperam Comicum facit. Ejus fabulæ apud eundem Svidam atque Athenæum: Ἀλφεσίβοια, Ἀχιλλεὺς Θερσιτοκτόνος, Διόνυσος, Θερσίτης (Svid. in ὡς ἔχ ὑπάρχων) Θυέστης, Ἰὼ, Ὀδυσσεὺς, Οἰνεὺς, Πενθεὺς, Τραυματίας. Vide Meursii Bibliothecam Græcam, & Hertelii Comicorum fragmenta. Chæremonis κένταυρος sive ἱπποκένταυρος rhapsodia fuit ex variis metri generibus conflata, teste Aristotele c. 1. Poëtices.

CHOERILUS Atheniensis circa Olympiadem LXIV. clarus, ex quorundam sententia primus personatos induxit, auctor tragœdiarum CL. terdeciesque victor. Vide Svidam & de aliis duobus hujus nominis Menagium ad Laërt. Lib. I. sect. 24. & Sam. Petitum Lib. II. Observatt. c. 2. Ex Tragœdiis Chœrili Ἀλόπην laudat Pausanias in Atticis. p. 34.

CLEMENS Byzantinus Τραγῳδίας ὑποκριτὴς de quo Philostratus Lib. II. Vit. Sophist. in Hippodromo p. 610. seq.

CLEOPHON Athenienſis, Tragicus, cujus hæc decem dramata Svidæ traduntur: Ἀχαιῶν, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεὺς, Βάκχαι, Δεξαμενὸς, Ἡλιγόνη, Θυέστης, Λεύκιππος, Περσὶς, Τήλεφος. Propria at humili dictione usum notat Aristoteles. c. 22. Poëtices. Ejus Μανδρόβυλον memorat Lib. I. Sophist. Elench. c. 14.

2011 Ministerio de Cultura

CRATES Tragœdiarum ſcriptor memoratus Scholiaſtæ Germanici p. 124. Cratetem intellige Thebanum Cynicum, ex cujus tragœdiis ſublimi chararactere philoſophico ſcriptis ſpecimen profert Laërtius Lib. VI. ſect. 98. Ejus πιηπικὴν laudat Demetrius de elocutione §. 172. Hymnum & παίγνια Julianus Orat. 6. & 7. Idem & Crates ὁ πιηπὴς laudatus Eratoſtheni in Cataſteriſmis c. 25.

CRITIAS Athenienſis, Socratis auditor eloquentia præſtans atque unus è trigina Tyrannis, præter alia ſcripta fertur compoſuiſſe tragœdias, & in his Ἀπαλάντην Polluci VII. 10. laudatam. *Piritho*um quoq; & *Siſyphum* Euripidis aliqui ad Critiam tanquam auctorem retulere. Vide Meurſium in Bibl. Attica, & Clariſs. Bælium in Lexico Hiſtorico Critico. E veteribus de Critiâ videndi Plato, Cicero, Dionyſius Halicarnaſſeus, & in Libro priore de Sophiſtis Philoſtratus. Ex Euripide nonnulla expreſſiſſe atque in ſua ſcripta tranſtuliſſe notat Clemens Alex. Lib. VI. Strom. p. 620.

CYLISCUS Gyraldo, Voſſio & aliis nominasus, nullus eſt, nam apud Plinium Lib. XIII. c. 10. legendum haud dubie *Philiſcus*, quem tragœdiarum ſcriptorem, meditabundum pinxit Protogenes. Atque ita repræſentant optimæ Plinii editiones. De hoc Philiſco infra ſuo loco.

DEMARATI τραγῳδούμενα. Vide paulo ante in Aſclepiade.

DEMETRIUS τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς memoratus Heſychio, incertum idem ne ſit cum δραματοποιῷ hujus nominis, quem ab Horatio perſtringi notat ejus interpres. Vide Menagii notas ad Laërtium p. 225.

DEMOLOGUS in *Medeâ* laudatur à Polluce Lib. IV. c. 24. unde Tragicis à Delrione accenſetur: ſed Meurſius in Bibliotheca Græca pro *Demologo* legit *Dinolochum*, quod Comici nomen eſt memoratum Svidæ. Ejus Ἀμάζονας idem Pollux laudat Lib. X. c. 45. Floruit Dinolochus circa Olympiadem LXXIII. filius Epicharmi, fabularum XIV. auctor.

DICÆARCHUS de tragœdiis & Comœdiis ſcripſiſſe ex Scholiaſte Sophoclis & Ariſtophanis colligitur. Vide Caſaubonum ad Athenæum Lib. 6. c. 7. Ejus ὑποθέσεις Tragœdiarum Sophoclis & Euripidis laudantur à Sexto Empirico, ut ſupra in Sophocle notavi. Ejus περὶ μουσικῶν ἀγώνων à Svida in σκολιόν.

DICÆOGENES quoque Tragœdias & Dithyrambos teſte Harpocratione & Svida ſcripſit, ac κύπριοι ejus ab Ariſtotele, *Medea* à Scholiaſte Euripidis ad Medeam laudatur. Citat & hunc Tragicum Stobæus.

DIDYMUS Grammaticus Alexandrinus ſcripſit περὶ τραγῳδουμένης λέξεως, teſte Macrobio Lib. V. c. 18. & Heſychio in proœmio Lexici.

2011 Ministerio de Cultura

xici. Librum XXVIII. illius operis laudat Harpocration in ξηραλοιφεῖν.

DIODORUS ex Alexandria Troadis, Tragicus Straboni æqualis, ut notatum Gyraldo & Delrioni. Alios Diodoros decem recenſet Meurſius ad Chalcidium p. 20. ſeq. quibus adde Diodorum Adramyttenum prætorem, philoſophum Academicum, cauſidicum & Rhetorem de quo Strabo Lib. XIII. p. 814. Diodorum Epicureum qui ſe ipſe interemit teſte Seneca de vita beata c. 19. Diodorum amicum Procopii Sophiſtæ quem laudat Epiſtola 12. & Diodorum Aſpendium Pythagoreum cujus meminit Claudianus Mamertus.

DIOGENES OENOMAUS Athenienſis, Tragœdias in patria docuit, cum Reſp. triginta Tyrannis liberaretur, quod factum eſt ſub extremum Olympiadis XCIV. Ejus dramata apud Svidam hæc nominata leguntur: Ἀχιλλεὺς. Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη. Obſcuritatem hujus Diogenis reprehendit Melanthius apud Plutarchum de audiendis Poëtis. De DIOGENE Tarſenſi ita Strabo Lib. XIV. p. 675. ὁ δὴ Διογένης καὶ ποιήματα ὥσπερ ἀπεφοίβαζε πιθήσης ὑποθέσεως, τραγικὰ ὡς ἔπιπολύ. *Propoſito argumento poëmata effudit, velut ab Apolline concitatus, Tragica plerumque.* Tragœdias quæ ſub DIOGENIS CYNICI nomine olim ferebantur, *Philiſci Æginetæ* fuiſſe, Diogenis diſcipuli, notat Julianus Imp. Orat. 6. p. 186. Confer Laërtium Lib. VI. ſect. 73. ubi legas illas à quibusdam tributas eſſe *Luciano Paſiphonti*, & ſect. 80. ubi hæc ſeptem tragœdiarum nomina occurrunt: Ἀχιλλεὺς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, quæ eadem eſſe apparet cum illis quas Diogeni Oenomao a Svida tribui jam dixi. *Herculem* Diogenis memorat Tertullianus c. 14 Apologetici.

DION quoque Syracuſius, Dionyſii junioris Tyranni cognatus & victor inter Tragicos à viris doctis refertur, etſi Tragœdiam ipſius nullam veteribus laudatam potui reperire.

DIONYSIADES ſive

DIONYSIDES Tarſenſis, de quo Strabo Lib. XIV. pag. 675. ποιητὴς ἢ τραγῳδίας ἑπτὰ τῶν τῆς πλειάδος καλουμένων Διονυσίδης. Meminit hujus Dionyſiadis etiam Scholiaſtes Hephæſtionis p. 32. plejadem Tragicorum ſub Ptolomæo Philadelpho celebrem referens. Alius fortaſſis *Dionyſiades* Mallotes Philarchidæ F. itidem Tragicus de quo Svidas in Μαλλώτης.

DIONYSIUS Senior; Siciliæ TYRANNUS, Tragœdias & Comœdias compoſuit, ex quibus laudantur Ἄδωνις, Ἕκτορος λύτρα, Θεσμοφόρος

2011 Ministerio de Cultura

μεφόρᾳ & *Leda.* Antiphon vero & Philoxenus, Philiſtusque & Leptines, cum easdem ſibi haud probari confidenter magis atque aperte quam prudenter præ ſe tuliſſent, ab illo ſupplicio affecti exiliove multati, vel in latomias conjecti dicuntur. Vide Johannem Meurſium ad Helladium & in libro de LVIII. Dionyſiis, & Allatium ad Socratis & Socraticorum Epiſtolas p. 250. ſeq. Joh. Jonſium Lib. III. de ſcriptoribus Hiſtoriæ Philoſoph. c. 8. & Lib. IV. p. 327. ſeq. Magno ſumptu hic Dionyſius Æſchyli defuncti pugillares ſibi comparavit, ſperans ſe ex illorum uſu repente alterum Æſchylum futurum, ut refert Lucianus adverſus indoctum p. 387.

DIPHILUS, Tragœdus, quem in Pompejum petulanter invectum eſſe ægre fert Cicero 2. ad Atticum Epiſtola 19. & ex Cicerone narrat Valerius Lib. VI. c. 2. Rom. 9. non Græce egit ſed latine, quando verbis: *miſeria noſtrâ magnus eſt*, ad Magni Pompeji nomen alluſit. Græcum tamen fuiſſe hunc Diphilum vel nomen ipſum arguit, neque eſt incredibile græcas quoque eundem tragœdias docuiſſe.

DORILLUS ſive DORIALLUS Τραγῳδοποιὸς, quem Ariſtophanes deriſit. Vide Svidam, Heſychium & Etymolog. M. in Δορίαλλος & Scholiaſtem Comici ad Ranas.

DURIS Samius Ptolemæi Philadelphi temporibus clarus ſcripſit περὶ τραγῳδίας teſte Athenæo Lib. XIV. De aliis ejus ſcriptis Vide Voſſium in Hiſtoricis Græcis.

EMPEDOCLES Empedoclis Pythagorici è filia nepos cognominis, Tragœdiarum XXIV. auctor fuit, ſi Svidam audimus. Alii plures, tres nimirum & quadraginta numerant, & ad Empedoclem ipſum Phyſicum celeberrimum tanquam auctorem referunt, qui eas compoſuerit adhuc juvenis, ut affirmat Neanthes apud Laërtium Lib. VIII. ſect. 58. Τραγικὸν τῦφον ſive faſtum Empedocli Philoſopho tribuit Diodorus Epheſius ibid. ſect 70.

EPHIPPUS Athenienſis à Delrione Tragicis accenſetur, licet mediæ Comœdiæ Poëtam fuiſſe, è Svida conſtat. Sed fortaſſis exiſtimavit vir doctus inter Comœdias illum Tragœdiis quoque nonnullis ſcribendis operam dediſſe, & nomina quædam fabularum Ephippi, his magis quam illis congruere, qualia ſunt: *Buſiris* Athenæo & Macrobio V. 21. laudatus, Κίρκη, & Ναυαγός. Laudantur & ejus Ἄρτεμις, Γηρυών, Ἐμπωλὴ, Ἔφηβος, Κύδων, Ὅμοιοι ἢ Ὀβελιαφόροι, Πελταστὴς, Σαπφὼ & Φιλύρα. Vide Athenæum, & Meurſii Bibliothecam Atticam p. 1491.

EPICHARMUS patria Cous, à plurimis Siculus eſt habitus, quia

2011 Ministerio de Cultura

quia vix trimestris venit in Siciliam, & ibi vitam duxit. * Philosophus Pythagoricus idemq; Comicus veteris Comœdiæ fuit, qui cum ob Hieronis tyrannidem à publica professione Philosophiæ abstinuisset, in theatro subinde dogmata Pythagorica versibus inclusa vulgavit, ut notat Jamblichus cap. 36. vit. Pythag. Tragicis Epicharmus à Delrione accensetur jure haud majore quam Ephippus. Ex ejus fabulis 52. tot enim eum scripsisse refert Svidas, quas in decem volumina digesserat *Apollodorus* teste Porphyrio in vita Plotini, & de quibus *Dionysium* juniorem Siciliæ Tyrannum scripsisse idem Svidas docet in Διονύσιος, quadraginta adhuc tituli in veterum scriptis reperiuntur, collecti tum ab aliis tum à Meursio in notis ad Helladii Chrestomathiam p. 61. seq. Sunt autem hi: Ἀγρωστῖνοι, Ἀλκυὼν, Ἄμυκος, Ἁρπαγαὶ, Ἀταλάντη, Αὐτομόλος, Βάκχαι, Βύσιες, Γῆ καὶ Θάλασσα, Διόνυσοι, Δίφιλος, Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος, Ἑορτὴ, Ἥβας γάμος, Ἡρακλῆς Παραφόρος, Θεωροὶ, Κύκλωψ, Κωμασταὶ ἢ Ἡδωνὴ, Λόγος ἢ Λογικὴ, Μέγαρις, Μοῦσαι, Ναυαγὸς, Νῆσοι, Νιόβης γάμος, Ὀδυσσεὺς αὐτομόλος, Ὀδυσσεὺς ναυαγὸς, Ὀρύα, Περίαλλος, Πέρσαι, Πίθων, Πλοῦτος, Προμηθεὺς Πυρκαεύς, Πύρρα, Σειρῆνες, Σκίρων, Σφὶγξ, Τρῶες, Φιλοκτήτης, χύτροι. Prætereo quod notatum ab Athenæo Lib. XIV. est, *Chrysogonum* tibicinem ψευδεπιχαρμεῖα quædam sive πολιτείαν sub Epicharmi nomine vulgasse: tum alia quæ de Epicharmo ejusque scriptis observata sunt Gyraldo, Vossioque de Poëtis, & à viris doctis ad Laërtium VIII. 78. seq. Fragmenta ex Comœdiis Epicharmi videbis ubi lubebit in sententiis Comicorum collectis ab H. Stephano, Guil. Morello, Jacobo Hertelio & Hugone Grotio. Alia quædam Epicharmi fragmenta leguntur in ejusdem H. Stephani Poësi philosophica p. 54. seq.

EPIGENES Sicyonius cum Tragœdiam in Bacchum docuisset, ei acclamatum est: ᾄδειν πρὸς τὸν Διόνυσον, teste Svida & Apostolio. At idem Svidas alibi Epigenem refert Comicum, & inter ejus dramata Βακχείαν, Ἡρῳΐνην & μνημάτιον. Comicum quoque diserte vocat Athenæus Lib. VIII. p. 384. Et τῶν νεῶν Κωμικῶν τινα Pollux Lib. VII. c. 10. ubi ejus Ποντικὸν laudat. Pro Βακχείᾳ apud Athenæum male excusum est Βάκχαι & Βραγχία, ut apud Svidam Ἡραΐνη pro Ἡρῳΐνη. Vide Clariss. Bentleium in Apologia dissertationis de Epistolis Phalaridis p. 237. qui

* Mirum est quod Laërtius Epicharmi Pythagorici ὑπομνήματα memorans, in quibus (ut ipse ait) Φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρολογεῖ, ne verbulo quidem innuit Comœdias eum docuisse.

2011 Ministerio de Cultura

præterea notat falli Svidam in Θέσπις, qui Epigenem Thespide antiquiorem Tragicum facit.

EPITHERSES Nicænus Grammaticus scripsit de vocabulis Tragicis & Comicis teste Stephano Byz. in Νίκαια.

EUBULIDES Milesius, Comicus fuit, non Tragicus, quanquam à Gyraldo & post eum ab aliis Tragicus appellatur. Gyraldi hallucinationem notavit Colomesius pag. 437. ubi hunc Eubulidem vocat Διαλεκτικὸν, quod esset ex secta Euclidis Megarici, quemadmodum ex Laërtio quoque intelligitur.

EUPHANTUS Olynthius, Eubulidis discipulus; Antigoni Macedonum Regis præceptor tragœdias plurimas composuit, quibus valebat & in certaminibus probabatur, ut tradit Laërtius in Euclidis Megarici Vita Lib. II. sect. 110.

EUPHORION, Æschyli de quo cap. XVI. filius, Bionis de quo supra frater, quem patris Tragœdiis nondum ante editis quater vicisse, & ipsum tragœdias scripsisse Svidas auctor est. De hoc Euphorione & altero hujus nominis Chalcidensi videndus Meursius in Bibliotheca Attica & ad Helladium p. 54. seq. Ac Chalcidensem quidem præter Comœdias Ἀπολλόδωρον ab Harpocratione & Svida (in ὁ κάτωθεν νόμος) & Ἀποδιδράσκων ab Athenæo laudatam, & præter amatorias elegias memoratas Diomedi aliisque & à *Cornelio Gallo* versibus latinis teste Servio translatas, nonnulla etiam Epico carmine scripsisse constat, inque his *Mopsopiam* sive Ἄταχτα, in quo opere libris quinque complexus est omne genus fabularum historiarumque, tum Oracula post mille etiam annorum spatium eventu comprobata. Obscuritatem ejus perstringit Cicero 2. de divinatione p. 135. Inter poetas quibus delectatus Tiberius Imp. Euphorion quoque celebratur à Svetonio cap. 70.

EURIPIDES, Atheniensis, celebri illo hujus nominis Tragico, de quo capite superiore dictum est, antiquior, duodecim tragœdias composuisse & in illis bis victor abiisse traditur à Svida, qui præterea tertium Euripidem memorat, prioris ἀδελφιδῆν sive è filia nepotem, ejusque dramata tria, *Orestem*, *Medeam* & *Polyxenam*. Huic *Rhesum* qnoque tragœdiam, quæ inter Euripidis tragœdias exstat, tribuit Martinus Delrio.

EZECHIEL ὁ τῶν Ἰουδαϊκῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς, Judæus fuisse videtur, ut plerique sentiunt cum Josepho Scaligero ad Eusebium p. 402. confer W. E. Tentzelii dialogos menstruos, A. 1689. p. 1257. & A. 1690. p. 1142. Alexandro Polyhistore & Demetrio Judæo antiquiorem, atque adeo Christianam æram sæculo ad minimum antecessisse probat Huetius demon-

2011 Ministerio de Cultura

demonſtrat. Evangel. p. 99. Sane Demetrius ex Ezechiele quædam produxit apud Euſebium Lib. IX. præparat. c. 29. Demetrium vero allegat Alexander Polyhiſtor apud eundem Euſebium Lib. IX. c. 21. Nec defuerunt, qui incerta conjectura hunc Ezechielem haberent pro uno è LXX. Græcis Scripturæ S. interpretibus. Alii vero poſt excidium Hieroſolymitanum demum, vel poſt Barcocbæ plane tempora ad ſolandos popularium ſuorum animos compoſitum ab Ezechiele drama eſſe ſuſpicantur, quibus Demetrii & Alexandri apud Euſebium teſtimonia (citra cauſam forte) ſuſpecta ſunt. Ita poſt Stephanum Lemonium notis ad varia ſacra p. 336. celeberrimus Guil. Cavens in hiſtoria literaria Scriptorum Eccleſiaſt. ad A. C. 190. Tragœdia ipſius de Exodo Iſraëlitarum ex Ægypto Moyſe Duce, quam ἐξαγωγὴν inſcripſerat, intercidit, exceptis fragmentis quibusdam, quæ ſervavit Clemens Alexandrinus Lib. I. Strom. p. 344. ſeq. Euſebius Lib. 9. præparat c. 28. & 29. Euſtathius ad Hexaëmeron p. 25. Illa collecta latinis verſibus reddidit & caſtigationes addidit *Federicus Morellus* Pariſ. 1580. Græce & latine deinde exhibentur inter Poëtas Chriſtianos Græcos Pariſ. 1609. 8. In corpore Poetarum Græcorum Tragicorum & Comicorum cum latina verſione editorum Genev. 1614. fol. tum in Appendice Bigneana ad Bibliothecam Patrum Græcolat. Pariſ. 1624. fol. & apud Johannem Euſebium Nierenbergium de Origine Scripturæ Sacræ Lib. X. c. 26. Vide & Joh. Seldenum Syntagm. 1. De Diis Syris c. 3. Salmaſium ad Solin. p. 385. & Iſ. Voſſium ad Melam p. 296. editionis primæ.

GORGIAS Rhetor & Sophiſta, de quo ſuo loco dixi, male Tragicis à Delrione accenſetur ob perperam acceptum locum Plutarchi Lib. VIII. Sympoſiacon, cap. 7.

GREGORIUS Nazianzenus. Vide ſupra ubi de Apollinari. HEGELOCHUS Tragicus ὑποκριτὴς. vide Schol. ad Euripidis Oreſtem. v. 278.

HELIODORUM Athenienſem tragœdias conſcripſiſſe teſtatur Galenus Lib. II. de antidotis c. 7. ubi verſus quoſdam profert ex ejus poemate de venenis, ad Nicomachum.

HEPHÆSTION Grammaticus Alexandrinus ſcripſit λύσεις τραγικῶν καὶ κωμικῶν διορθωμάτων. Teſte Suida.

HERACLIDES Ponticus quoque, auditor Ariſtotelis, tragœdias ſcripſerat, eaſque ſub *Theſpidis* nomine vulgaverat, ut auctor eſt Ariſtoxenus apud Laertium in Heraclidis vita Lib. V. ſect. 92. Videtur hoc Ariſtoxenus notaſſe in ſuis hiſtoricis commentariis, quæ laudat idem Laertius Lib. IX. ſect. 40. aut certe in Miſcellaneis, ex quibus nonnihil profert

2011 Ministerio de Cultura

profert Lib. I. sect. 107. Sane in commentariis Aristoxeni Musicis, in quibus hoc illum tradidisse affirmat Delrio prolegomenis ad Senecam p. 25. nihil tale legitur.

HERILLUS Carthaginiensis ab eodem Delrione Tragicis accensetur, eam ut puto ob causam, quod inter ejus scripta apud Laertium Lib VII. sect. 166. refertur *Medea*.

HIERONYMUS Rhodius ἐν τῷ περὶ τραγῳδοποιῶν laudatur à Suida in Ἀναγνώστῃ, & Apostolio XI. 41. prov. Scripserat hic Philosophus Peripateticus libros plures de Poetis, quorum primum Epicis, alterum Tragicis, Comicis tertium, quartum Melicis tribuisse videtur: Quinto de Citharœdis egisse testatur Athenæus Lib. XIV.

HIPPARCHIA Metroclis soror, ttagœdias scripsisse videtur Delrioni, ni fallor propter locum Laettii Lib. VI. sect. 98. sed qui de Cratete accipiendus, non de Hipparchia, licet ad hanc referre malit etiam Menagius in suis ad Laertium notis.

HIPPIÆ ELIENSIS Sophistæ Apulejo in floridis laudati tragœdias & dithyrambos memorat Plato in Hippia minore: πρὸς ᾧ τούτοις ποιήματα ἔχων ἐλθεῖν, καὶ ἔπη καὶ τραγῳδίας καὶ διθυράμβους, καὶ καταλογάδην πολλοὺς λόγους καὶ παντοδαποὺς συγκειμένους.

HOMERUS junior, è Caria Hierapolitanus, Andromachi Philologi & Myronis Byz. Poëtriæ filius, * Tragicus fuit tempore Ptolemæi Philadelphi, unus ex illis septem qui Plejadis nomine signabantur. Vide Menagium ad Laërtii Timonem Lib. IX. sect. 113. Fabulas XLV. teste Svida composuerat.

JASON TRALLIANUS τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς *Actor Tragicus*, non scriptor Tragœdiarum, memoratus Plutarcho in vita Crassi, & Appiano Alex. Lib. de bellis Parthicis. p. 155.

JON Chius, Orthomenis filius cognomento Xuthus, Æschylum vidit senem juvenis, & circa Olympiadem LXXXII. duodecim amplius post Æschyli mortem annis tragœdias docere cœpit, ipse cum Aristophanes Pacem Comœdiam ageret Olympiad. XC. anno secundo jam defunctus. Ex ejus Tragœdiis quarum alii XII. alii XXX. alii XL. numerant, hos titulos in veterum Grammaticorum libris observavit Clarissimus Rich. Bentleius, qui Jonis hujus fragmenta diligenter & erudite collegit in Epistola Chronico Johannis Malelæ subjecta ad Joh. Millium: Ἀγαμέμνων, Ἀλκμήνη, Εὐρύτιδαι, Ἀργεῖοι, Μέγα δρᾶμα, Ὀμφάλη σατυρική.

* Svidas in Μυρώ Homerum hunc Myronis parentem fuisse affirmat, sed in Σωσίθεος & Ὅμηρος, filium. Apud Hephæstionem in Enchirid. Ὅμηρος ὁ Μυρῶς.

2011 Ministerio de Cultura

εικὴ. Τεῦκρος. Φοῖνιξ ἢ Καινεὺς.* Φοῖνιξ δεύτερος. Φερεροί Scripsit præter Tragœdias & alia varii generis. Versu quidem, Dithyrambos, Odas, Pæanes, hymnos, scolia sive carmina convivalia, Elegias, Comœdias & Epigrammata. Oratione soluta, dialecto Jonicâ, χίᾳ κτίσιν, περιοδευτικὸν, quem à quibusdam pro supposito habitum notat Aristophanis Scholiastes, ἀποδημίας sive de adventibus clarorum virorum in Insulam Chium, Κοσμολογικὸν, Τελαγμὸν sive Τελαγμὸς & ὑπομνήματα. In Jonis tragœdias commentarium scripserat *Epigenes* & *Didymus* Alexandrinus. *Baton* quoque Sinopensis librum composuerat de Jone. Vide & quæ de Jone observant Leopardus Lib II. emendation. cap. 20. Marcus Meibomius ad Musicam Euclidis p. 63. Menagius ad Laërtium p. 351. seq. & Andreas Christianus Eschenbachius in commentario de Poësi Orphica p. 196. seq. Alius ni fallor Jon Ephesius de quo dialogus Platonis, aliusquoque Jon junior Platonicus, Καινὸν dictus ob morum severitatem, de quo consules Lucianum in symposio & Philopsevde.

JOPHON Sophoclis F. Athenienſis, teste Svida tragœdias docuit quinquaginta, ex quibus fuere Ἀχιλλεὺς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἴλιος, Περσὶς (an Ἰλιοπέρσις?) Δεξαμενὸς, Βάκχαι (quas allegat etiam Stobæus in Eclogis) Πενθεύς. Meminit Jophontis Valerius Maximus. Lib. VIII. c. 7. extern. 12.

ISAGORAS tragœdiarum scriptor, auditor Chresti Byzantini Sophistæ qui Herodem Atticum audivit. Vide Philostratum in vitis Sophistar. p. 587. edit. Morelli.

ISOCRATES Athenienſis, nomen inter Oratores celeberrimum, sub Archonte Lysistrato usque ad Sosigenem, hoc est ab Olymp. CII. 4. ad Olymp. CIX. 3. scripsit tragœdias XXXVII. quarum duæ tanquam alterius auctoris in dubium vocatæ sunt, teste Plutarcho in ejus vita. Junior quoque Rhetor *Isocrates Apolloniates* Ponticus vel Heracleotes, prioris discipulus, inter Tragicos à Delrione refertur, quia Svidas narrat eum in Epitaphio Mausoli Regis superatum esse à Theodecte Rhetore & Τραγῳδοποιῷ. Certatum autem fuit tragœdiis. Nam ut idem Svidas in Θεοδέκτης, ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδία. Confer Hyginum apud Gellium Lib. X. c. 18

LEONTEUS Argivus, Jubæ Mauritaniæ Regis servus, Athe-

* E Phœnice Jonis petiti versus quos affert Zenobius V. 68. proverb. Plutarch. de sollertia animal. & Athenæus. Apud Svidam vero in Σίφνιοι ubi aliquid affertur ἐκ τῶν Ἰωνος Φοινῶν, H. Wolfius & Æm. Portus male: *ut scribit Jon in opere de præsidiis.* Est enim nomen Tragœdiæ.

2011 Ministerio de Cultura

nioris discipulus, tragicus. Ejus *Hypsipyle* perstringitur in Epigrammate Jubæ quod refert Athenæus Lib. VIII. p. 343.

LUCANUS *Pasiphon* scripsit paulo post obitum *Diogenis Cynici*, cujus Tragœdias ad illum nonnulli referebant, teste Favorino apud Laërtium Lib. VI. sect. 73.

LYSIPPUS, Tragicus à Delrione & Vossio appellatur, sed Polluci aliisque diserte est Comicus. Ejus *Βάκχας* idem Pollux & Athenæus, *Θυροκόμον* præterea Svidas memorat. Versus quosdam Lysippi in laudem Athenarum profert Dicæarchus p. 10. edit. Joh. Hudsoni Viri Cl. Eos præter Grotium in excerptis p. 876. latina Metaphrasi donarunt Ludov. Nonnius ad Græciam Hub. Goltzii p. 84. H. Stephanus Lib. VI. Schediasm. c. 15. & Conr. Rittershusius Lib. VIII. sacrarum Lect. c. 10.

MELANIPPIDES Critonis F. Melius, circa Olympiad. LXVI. clarus, præter alia poëmata varii generis, Dithyrambos & Tragœdias scripsit. Ex ejus *Proserpina* nonnihil profert Stobæus in eclogis p. 165. edit. Grotii. Alia duo ejusdem Melanippidis fragmenta exhibet idem Grotius in excerptis Tragicor. & Comicorum p. 455. ex Clemente Alex. 5. Strom. p. 602. Prætereo quæ de Melanippide leges apud Athenæum, Svidam, Gyraldum &c. Svidas in Φιλόξενος docet servum ejus fuisse Philoxenum Cytherium, de quo infra.

MELANTHIUS Philoclis F. Atheniensis, Tragicus, cujus luxuriem ac voracitatem aliaque vitia præter Calliam, Leuconem, Pherecratem, Eupolim & Platonem Comicum perstringit Aristophanes in Pace p. 466. Vide Svidam in Μελάνθιος & Μόρσιμος & Βδελύσσω, & Scholiasten Aristophanis ad aves p. 374. Versum Melanthii Tragici de iracundia post Plutarchum profert Johannes Tzetzes in Hesiodum p. 82. Plura de Melanthio Tragico Athenæus, qui elegias etiam composuisse illum testatur Lib. VIII. p. 343. Alius ni fallor Melanthius fuit cujus Librum de Mysteriis Eleusiniis laudat præter Scholiasten Aristophanis idem Athenæus Lib. VII. p. 325. & cujus secundum Ἀτθίδα memorat Harpocratio in *χευπάνιον*. Alius certe de quo Homerus, itemque alius hoc nomine pastor apud Theocritum. Alius Melanthius Messeniorum Rex, Codri pater, de quo Strabo & alii. Alius denique pictor celebris de quo Harduinus ad Plinii Lib. XXXV. sect. 32. & Franciscus Junius in Catalogo Pictorum.

MELITUS Orator & Poëta Tragicus Ἀνύτου, accusato Socra-

2011 Ministerio de Cultura

Socrate quàm ſcriptis ſuis notior. De eo Svidas in Μέλιτ@ & σκολιά, & Scholiaſtes Comici ad Ranas. p. 180.

MORSIMUS Philoclis Tragici F. Melanthiique frater, Tragicus & ipſe, ſed frigidus & ineptus, ut Ariſtophanes in Equitibus p. 211. pro dirarum formula uſurpet, ad Morſimi exemplum tragœdiam docere. Vide Svidam in Μελάνθι@ & Μόρσιμ@ & Φιλοκλῆς, Scholiaſten Ariſtophanis ad Ranas, Equites & pacem. Quod vero apud Philoſtratum Apollonius Tyanenſis ad Domitianum, σὺ μέν με κτενεῖς ἐπεὶ ἄτοι μόρσιμός εἰμι, non ad Morſimum Tragicum reſpexit, ut Gyraldo ex Svida perſuaſum, ſed μόρσιμ@ eſt *maturus morti* ſive *fato*. Vide Adrianum Junium Lib. VI. animadverſ. c. 19.

MORYCHUS Tragœdiæ Poëta ob gulam & luxuriem perſtringitur ab Ariſtophane & Platone Comico. Vide Svidam in Μώρυχ@, Ὀρθοφοιτοσυκ. & Φάσις, atque Scholiaſten Ariſtophanis ad Acharnenſes p. 296. & ad Veſpas p. 352. ſeq. De proverbio *ſtultior es Morycho* præter eundem Svidam in Μόρυχ@ & μωρότερ@ videndus Andreas Schottus ad Diogenianum, & Eraſmus in Adagiis reprehendens Joh. Baptiſtam Pium c. 101. annotatt. poſterior.

MOSCHIO Tragicus & Comicus (Comicus appellatur à Clemente Alex. 6. Strom. p. 623.) cujus *Themiſtoclem*, *Telephum* ac *Pheræos* laudat Stobæus. Vide Grotii excerpta ex Tragicis & Comicis pag. 921. De aliis hujus nominis ſcriptoribus dixi infra libro ſexto.

MYNISCUS, Τραγικὸς ὑποκριτὴς, non Poëta Tragicus fuit, cujus voracitatem perſtringit Plato Comicus apud Athenæum Lib. VIII. p. 445.

NAUCRATES Erythræus, victus eſt tragœdiâ in Mauſolum à Theodecte. Vide Svidam in Θεοδέκτης.

NEANTHES Tragicis Poëtis male accenſetur à Gyraldo & Delrione, ex loco malè intellecto Diogenis Laërtii Lib. VIII. ſect. 57.

NEARCHUS Tragicus una cum Calliſthene ab Alexandro M. interfectus, ut ſcribit Svidas in Καλλισθένης. Fortaſſis idem eſt, cujus navigationem juſſu Alexandri ſuſceptam referunt Plinius Lib. VI. hiſt. c. 23. & Arrianus in Indicis. Meminerunt Strabo, Plutarchus, Curtius aliisque. Hiſtoriæ Alexandri ab eo ſcriptæ fidem detrahit idem Strabo. In Inſula Patale ſepultum tradit Philoſtratus Lib. III. de vita Apollonii c. 15. Tragicum nemo vocat ſi à Svida diſceſſeris, qui cum Neophrone fortaſſis, de quo mox, illum confudit.

NEOPHRON ſive NEOPHON Sicyonius, Calliſthenis ami-

2011 Ministerio de Cultura

cus & ſupplicio una cum ipſo affectus ab Alexandro Magno. Ejus centum & viginti tragœdias exſtitiſſe, & Medeam Euripidis â nonnullis huic Neophonti tributam fuiſſe Svidas ſcriptum reliquit. Ex *Medea* Neophontis, verſus quindecim producit Stobæus in florilegio p. 107. edit. Grotii, qui in Euripidis Medea (eodem loco tanquam diverſâ à Stobæo laudata) non leguntur.

NEOPTOLEMUS, celebris τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς tempore Philippi Regis Macedonum. De eo videndus Leopardus Lib. IX. emendatt. cap. 15. & quæ viri docti ad Sveton. Caligul. c. 57. Tertull. de anima c. 46. Alius Neoptolemus Parianus Poeta, cujus præcepta de arte Poetica in Epiſtolam ſuam ad Piſones Horatium transtuliſſe Porphyrion obſervat.

NICOLAUS Damaſcenus præter alia doctrinæ genera poeticam quoque exercuit, ita ut juvenis adhuc Tragœdias & Comœdias cum laude compoſuerit. Τραγῳδίας ἐποίει καὶ Κωμῳδίας εὐδοκίμους, inquit Svidas. Ex his fuit Σωσανὶς, ſive Σωσάννης δρᾶμα memoratum Euſtathio ad Dionyſium Periegetem v. 976. & ab aliis male tributum *Johanni Damaſceno*. Vide Colomeſium ad Gyraldum p. 303.

NICOMACHUS è Troadis urbe Alexandrinus veteris Comœdiæ poëta; cujus hæ undecim Tragœdiæ à Svida numerantur: Ἀλέξανδρος ἢ Ἑλένης Φυλή, Ἀλεπίδης, Γυναῖκες. Ἐιλήθυια, (Athenæo etiam laudata) Μετεμβαίνουσαι, Μυσοὶ, Νεοπτόλεμος, Περσὶς ἢ Πολυξένη, Τεῦκρος, Τελλογία, Τυνδάρεως ἢ Ἀλκμαίων. Etiam Μεταλλῆς Pherecratis ad Nicomachum hunc auctorem retulit Eratoſthenes Libro VII. de vetari Comœdia, apud Harpocrationem in *μεταλλῆς*. Perperam in Svidæ codicibus his accenſetur *Oedipus*, ut pridem notatum Meurſio ad Nicomachum Muſicum p. 161. Nicomachi Ναυμαχίαν quoque allegat Stobæus in florilegio p. 149. edit. Grotii.

NICOMACHUS alter Athenienſis, itidem Tragicus, cujus *Oedipodem* Svidas memorat, addens ab hoc Nicomacho victos Euripidem & Theognin: Theognin puta Tragicum, de quo infra.

NOTHIPPUS Tragicus, cujus voracitatem ſugillat Hermippus Comicus apud Athenæum Lib. VIII. p. 345.

PALAMEDES Eleates, Grammaticus, ſcripſit de vocibus Comicis ac Tragicis, ut ex Svida didici.

PARTHENIUS cujus *Herculem* & *Iphiclum* laudat Stephanus Byz. Inter Tragicos ideo refertur à Delrione. Vide quæ de Parthenio dixi infra libro quarto.

PATRO-

2011 Ministerio de Cultura

PATROCLES Thurius in Tragœdia quadam de Dioſcuris egerat teſte Clemente Alex. in Protreptico p. 14.

PHILISCUS ut Svidas, ſive ut Voſſius p. 64. libri de Poetis legendum eſſe docet, PHILICUS Corcyræus, unus è Plejade Tragicorum fuit tempore Ptolemæi Philadelphi, à quo dictum genus carminis *Philicium*, de quo Hephæſtion, Atilius Fortunatianus in arte metrica, Marius Plotius aliique Grammatici.

PHILISCUS Ægineta, Tragicus. Vide quæ ſupra ubi de *Diogene* Cynico, & *Cyliſco*. Atque Lambecium Libro VII. p. 405. ſeq. qui cum hoc Ægineta confundit Philiſcum Iſocratis diſcipulum Lyſiæque amicum, qui Lycurgi Rhetoris vitam ſcripſit. Philiſcum Mileſium Neanthis Cyziceni Patrem memorat Svidas in Νεάνθης. De Philiſco Theſſalo Sophiſta Philoſtratus Lib. II. p. 617. ſeq.

PHILOCLES duo, unus Æſchyli ſororis filius, pater Morſimi, avus Aſtydamantis. Hic Tetralogiam tragœdiarum *Pandionidem* compoſuit, ab Ariſtotele in didaſcaliis recenſitam, teſte Scholiaſte Comici ad aves p. 379. ubi Ariſtophanes perſtringit hujus Philoclis *Tereum* ſive ἔποπα, ex eadem tetralogia fabulam, ad exemplum Terei Sophoclei compoſitam. Propter amarum & acerbum ſcribendi genus teſte Svidâ, dictus eſt χολή ſive *bilis*, & centum tragœdias compoſuit, ex quibus memorat Ἠδιγόνην, Ναύπλιον, Οἰδίποδα, Οἰνέα, Πηνελόπην, Πρίαμον, Φιλοκτήτην. Ab hoc Philocle Athenienſium judicio victus eſt Sophocles Oedipodem docens, ut memorat & indignatur Ariſtides T. 2. p. 422. De altero tragico juniore hujus nominis, filio Aſtydamantis, meminit Scholiaſtes Ariſtophanis jam laudato loco.

PHILOSTRATUS Lemnius major natu præter libros tres de tragœdia, etiam à Svida traditur compoſuiſſe tragœdias XLIV. & Comœdias XIV.

PHILOXENUS Cytherius Διθυραμβοποιὸς καὶ Τραγῳδιδάσκαλος Svidæ in Τρεπάνελο & Scholiaſtæ Comici ad Plutum. Hic in latomias conjectus à Dionyſio Tyranno, in iisdem Cyclopem ſuum (Κύκλωπας Ariſtotelic. 2. Poetices) elaboravit, ut refert Ælianus Lib. XII. Var. c. 44. ad quem videas licet quæ viri docti annotarunt, tum Zenobium V. 45. proverb. Joh. Tzetzen Chiliad. X. hiſt. 358. & Chiliad. V. hiſt. 23. De Philoxeno hoc agunt etiam Voſſius Lib. III. inſtitutt. poetic. c. 16. §. 3. Heinſius Lib. de Satira Horatiana p. 35. & 60. Reineſius Var. Lect. p. 472.

PHORMUS apud Athenæum & Svidam, ſed apud Ariſtote-

Paulus, Poeta tragicus, cuius meminit Plutarch. in libro: num ſeni gerenda Respublica, hic deſideratur.

lem c. 5. Poetic. & Pausaniam in Eliacis prioribus PHORMIS, quæ vera lectio videtur Rich. Bentlejo Viro Clariss. pag. 201. apologiæ diss. de Epistolis Phalaridis (apud Themistium male Ἄφορμος,) Patria Syracusius, & Svida teste Comicus fuit, Epicharmi æqualis, & filiis Gelonis tyranni præfectus. Delrioni tamen tragœdias etiam scripsisse videtur, quod Tragœdiam non Comœdiam sapiant ipsius *Cepheus*, *Alcyones*, & Ἰλίου πόρθησις. Sed quam incerta sit ejusmodi conjectura, paulo ante ubi de Apollophane agebam observavi.

PHRYNICHUS Athenienſis, Polyphradmonis F. discipulus Thespidis, primus fœminæ personam in scenam induxit, & octonariis Jambis in Tragœdia usus est teste Svida in Φρύνιχος, ut idem Svidas in Τετραμέτρου & Ὀκταμέτρου hoc in Comœdiis tribuit Aristophani. Fabulæ ejus hæ à Svida memorantur: Αἰγύπτιοι, (Hesych.) Ἀχταίων, Ἅλωσις, (Hesych.) Ἀνταῖος ἢ Λίβυες, (Schol. Aristoph. ad ranas) Δαναΐδες, (Hesych.) Δίκαιοι, Πέρσαι, Πλευρωνία, sive Πλευρῶν (Pausan. in Phocicis p. 874. Tzetza ad Lycophron.) Σύνθωκοι. Vicit Olympiade LXVII. Themistoclem choragum sive apparatus scenæ ministratorem habuit Olymp. LXXV. 1. Archonte Adimanto, unde inscriptio apud Plutarchum in Themistoclis vita: Θεμιστοκλῆς Φρεαρρίος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν. Fuit & alter *Phrynichus* itidem Athenienſis, Tragicus, filius Melanthæ, cujus videtur fuisse Μιλήτις sive Ἅλωσις Μιλήτου ob quam Athenienses (non Persæ ut Svidas tradit) eum mille drachmis multarunt, quod domesticas calamitates refricuisset, teste Herodoto Lib. VI. c. 21. Confer quæ viri docti notant ad Longinum de sublimi dictione c. 24. & ad Ælian. XIII. 17. Var. Tragœdiæ Phrynichi hæ præterea apud veteres memorantur: Ἀνδρομέδα, Ἡδωνή, Τάνταλος, (Hesych.) Φοινίσσαι. (Athen. Scholiastes Aristoph. ad Vespas, Æschyli ad Persas.) De utroque Phrynicho Tragico, uti de Comico quoque hujus nominis, consulendus Johannes Meursius in Bibliotheca Attica.

PINDARUS Thebanus quoque Tragicis annumerandus est, quia inter ejus scripta Svidas referte δράματα Τραγικὰ XVII.

PLATO Philosophus, de quo suo loco egi, ad Tragœdias scribendas primum animum applicuit, & tetralogiâ composita jam certator fieri cupiebat, nisi Socratis Philosophiâ captus hanc prætulisset. Vide quæ viri docti notant ad Æliani Var. Hist. Lib. II. c 30. & Menagium ad Laërtii Lib. III. sect. 6. De Platone Comico diligenter agit Meursius in Bibliotheca Attica.

PLEIAS TRAGICORUM tempore Ptolemæi Philadelpi celebrium

2011 Ministerio de Cultura

lebrium à variis diverſimode enumeratur. A Scholiaſte Hephæſtionis quidem hunc in modum:

1. *ÆANTIDES,*
2. *ALEXANDER ÆTOLUS.*
3. *HOMERUS, MYRONIS F.*
4. *LYCOPHRON.*
5. *DIONYSIDES, pro quo SOSIPHANEM* altero loco nominat.
6. *SOSITHEUS,* quem Suidas quoque unum è Plejade fuiſſe teſtatur, non minus quam *Soſiclem* Syracuſanum, in quo tamen fallitur ut infra ſuo loco notavi.
7. *PHILISCUS,* ſive *PHILICUS.*

Ab Iſaacio Tzetza autem, non Tragicos ut videtur, ſed Poëtas ex quocunque genere claros ejusdem ætatis celebrante, ſic:

1. *ÆANTIDES.*
2. *APOLLONIUS RHODIUS.*
3. *ARATUS.*
4. *HOMERUS junior.*
5. *LYCOPHRON.*
6. *NICANDER.*
7. *THEOCRITUS.*

Vide Voſſium Lib. II. Inſtitutt. Poëtic. p. 54. & ſcriptores ſupra à me laudatos in *Æantide.* Fuiſſe etiam videtur Plejas Poëtarum Comicorum, ex quibus *Machonem Sicyonium* laudat Athenæus ſub extremum Lib. XIV. De Plejade recentium Poëtarum Gallorum adi Menagium T. 2. Antibailleti c. 110.

PLINIUS junior quatuordecim annos natum ſe tragœdiam Græcam compoſuiſſe teſtatur Lib. VII. Epiſt. 7.

POLUS Tragicus ὑποκριτὴς celebris. Vide ſupra in Ariſtodemo. Plutarchum Lib. an ſeni gerenda ſit Reſp. p. 785.

POLYIDES Sophiſta inter Tragicos etiam locum ſibi vindicaverit, quem laudet Ariſtoteles c. 16. & 17. de Poëtica, memorans ejus *Iphigeniam.* Alius Polyides Medicus apud Palæphatum cap. 27. & Polyides Theſſalus apud Vitruvium Lib. X. c. 19. cujus Mechanica allegat idem in præfatione Lib. VII.

POLYPHRADMON Athenienſis, Phrynichi Tragici F. Tragicus & ipſe, Svidæ in Φρύνιχος memoratus.

PRATINAS, De quo ſic Svidas: Πρατίνας Πυῤῥωνίδου ἢ Ἐγκωμίου Φλιάσιος· ποιητὴς τραγῳδίας ἀντηγωνίζετο Αἰσχύλῳ καὶ Χοιρίλῳ ὅτε τὴς ἑβδομη-

2011 Ministerio de Cultura

δομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Καὶ πρῶτος ἔγραψε Σατύρους· ἐπιδεικνυμένου ᾧ τότε συνέβη τὰ ἰκρία ἐφ' ὧν ἐστήκεσαν οἱ θεαταὶ πεσεῖν, καὶ ἐκ τότε θέατρον ἐκωδομήθη Ἀθηναίοις. Καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξατο ἑξήκοντα, ὧν Σατυρικὰ τριάκοντα δύο. ἐνίκησε δ' ἅπαξ. Meminit hujus Pratinæ Euſebius in Chron. ad Olymp. 70. & Acron ad Horatii Artem Poëticam p. 579. ubi *Cratinus* pro *Pratinas* male excuſum eſt, ut notavit Caſaubonus Lib. I. de Satyrica Poëſi c. 5. Acronis verba hæc ſunt: *Tragœdiis ſatyra dicitur amata, in quibus ſalva majeſtate gravitatis jocos exercebant ſecundum Pratinæ inſtitutionem. Is enim primus Athenis Dionyſia cum eſſent ſatyricam fabulam induxit.* Pratinam ἐν δυμάναις ἢ καμπίτοις allegat Athenæus Lib. IX. Idem Lib. I. p. 22. teſtatur Theſpin, Pratinam, Cratinum & Phrynichum dictos ὀρχηστικοὺς διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν δράματα ἀναφέρειν εἰς ὄρχησιν ἢ χορόν, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοῖς βουλομένοις ὀρχῆσθαι. Proferuntur iterum nonnulla ex Pratinæ tragœdiarum quadam apud Athenæum Lib. XIII. & Lib. XIV. pag. 617. ubi hyporchema quoddam & p. 624.

PYTHANGELUS Tragœdiæ Poëta flagitioſus & ignobilis. Vide Scholiaſten Ariſtophanis ad Ranas p. 134.

RHINTHON Syracuſius tempore Ptolemæi Lagi floruit Tarenti, unde Tarentinus aliquibus dicitur, auctor *hilarotragœdiarum*, * quæ ab eo *Rhinthonicæ* appellatæ ſunt, & res tragicas atque graves ludicro ac Scarronico dicendi genere perſequebantur. Apud Grotium in 2. Tim. IV. 13. pro *Rhetor* Comicus, legendum *Rhinthon*. Hujus φλύακος ſive jocatoris fabulæ fuere XXXVIII. teſte Stephano Byzantino in Τάραντος & Svidâ in Ῥίνθων, ex quibus *Amphitruonem* laudat Athenæus. Vide Gisberti Cuperi Obſervationes Lib. I. c. 10. Voſſium Lib. II. Inſtitut. Poëtic. c. 21. & Cauſaubonum ad Athenæum Lib. III. c. 9.

RUFUS in Muſicæ hiſtoriæ libris tribus primoribus Tragicorum & Comicorum, tum Dithyrambicorum, & Avletarum, Citharœdorumque & epithalamiorum Carminum ac hymenæorum & ſaltationum theatricarum hiſtoriam perſecutus fuerat, & in Dramatica hiſtoria recenſuerat τραγῳδῶν καὶ κωμῳδῶν πράξεις τε καὶ λόγους καὶ ὑποκρίσεις καὶ τοιαῦτα ἔργα. Ex undecimo libro συμμίκτων *Ariſtoxeni* & iſtis Rufi ſcriptis pleraque hujus argumenti in quartum eclogarum librum eſſe à *Sopatro* Sophiſta relata notat Photius cod. 161.

SACAS τραγῳδίας ποιητὴς Svidæ in Νόμαδες & Σάκας Plutarcho in Lib. de Muſica p. 1134. *Sacadas* Argivus, ſcriptor elegiarum. Confer ſi placet quæ ſupra in *Acas* vel *Acatus*.

De

* Alii fuere ἱλαρῳδοὶ Poëtæ de quibns Feſtus & ex Ariſtotele Athenæus.

2011 Ministerio de Cultura

De SANNIONE Demosthenes Orat. contra Midiam refert quod Choros Tragicos docuerit, ad quem locum notat Ulpianus, eum docuisse canere numerose & aptis modis, μὴ ῥυθμῷ καὶ προσηκόντως μέλεσι ᾄδειν διδάσκων. Sed exinde Poëtis Tragicis Sannionem adscribere cum Gyraldo, Delrione & aliis nolim.

SATYRUS Histrio tragicus eximius, Demosthenis æqualis, cui quanta esset vis pronunciationis & actionis in dicendo, primus persuasit, teste Plutarcho.

M. ÆMILIUS SCAURUS Euripidis exemplo Atreum tragœdiam composuit Græce, ut ex Dionis verbis conjicio. In hac cum Tiberii Imp. ἀθυμίαν perstrinxisset, crimine alio impacto jussus est sibi ipsi manus inferre. Vide Dionem Cassium Lib. LVIII. p. 636.

SILANIONIS Jocasten laudat Plutarchus de audiendis Poëtis. Sed falluntur Gyraldus, Vossius aliique qui hunc pro Tragœdo habent, fuit enim insignis statuarius, cujus imaginem Thesei celebrat idem Plutarchus in Thesei vita. Sapphonis imaginem Cicero Verrina quarta c. 57. Confer Harduinum ad Plinii 34. 8. & Franc. Junii Catalogum Artificum p. 199.

SIMONIDEM Ceum, de quo in Lyricis dixi, inter alia etiam Tragœdias composuisse auctor est Svidas.

SOPATER Sophista libro quarto & quinto eclogarum egerat de Tragicis & Comicis. Vide paulo ante in *Rufo*.

SOPHOCLES duo. Vide quæ dixi supra ubi de tertio Sophocle Tragico celeberrimo.

SOSIBIUS Tragicus, ex cujus Daphnide versus quidam exhibentur & castigantur à Casaubono Lectionum Theocriticarum c. 12.

SOSICLES Syracusius, LXXIII. docuisse Tragœdias & in his septies victor abiisse à Svida traditur. Vixit sub Philippo Macedone & Alexandro Magno, neque adeo ex Plejade illa celebri esse potuit, ut idem Svidas affirmat, aliis præcipue qui Plejadem recensent Sosiclem omittentibus.

SOSIPHANES ex Plejade Tragicorum tempore Ptolemæi Philadelphi clarorũ fuit. Meminit ejus Stobæus & Scholiastes Hephæstionis.

SOSITHEUS Syracusanus sive Atheniensis potius, sive ut alii ex Troica Alexandria Alexandrinꝰ, itidem ex Plejade, Tragœdiarum scriptor, laudatus Svidæ, Scholiastæ Hephæstionis p. 93. & Germanici pag. 127. Hygino Poëtic. Astronom. c. 27. & ante hos ab Eratosthene in Catasterismis c. 28. Ex ejus ἀθλίῳ nonnihil producit Joh. Stobæus in flo-

2011 Ministerio de Cultura

rilegio p. 199. edit. Grotii. Δάφνιν ſive λιτυέρσαν Soſithei (an Soſibii?) laudat Athenæus. Memoratur hic Tragicus in συναγωγῇ ἱστοριῶν à Scaligero edita ad Olymp. CLXIV. Σωσίθεος, Συρακόσιος ἢ Ἀθηναῖος, μᾶλλον δ' Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωϊκῆς Ἀλεξανδρείας, τ τῆς Πλειάδος εἷς ἦμαζε.

SPINTHARUS Heracleotes, Tragicus, cujus *Herculem ambuſtum* & *Semelen fulmine tactum* Svidas memorat, idem forte eſt quem Laërtius Lib V. ſect. 92. refert *Parthenopæum* ſub *Sophoclis* nomine evulgaſſe. Idem quoque ni fallor, quem tanquam barbarum & ſtultum à Comicis exagitatum eſſe narrat Svidas. Alios Spintharos recenſet Jonſius Lib. I. de ſcriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ c. 14. & Menagius ad Laërtii Lib. II. ſect. 20.

STEPHANUS Monachus Sabbaita ſive S. Sabbæ ſectator, cujus memoriam celebrant Græci in Menologiis die XXVIII. Octobris, auctor à quibusdam, Gyraldo teſte, creditur Tragœdiæ de nece Chriſti, quam idem Gyraldus dialogo V. p. 288. diſtinguit à Tragœdia Chriſti Patientis, quæ legitur inter opera Gregorii Nazianzeni.

STHENELUS Tragicus à Platone ſive quisquis auctor fuit Comœdiæ cui titulus erat Λάκωνες, plagii accuſatus fuit quod aliena poëmata ſibi tribuiſſet. Vide Harpocrationem in Σθένελος, Svidam latinum Hieronymi Wolfii pag. 358. & Colomeſium ad Gyraldum pag. 380. Ariſtophanes Comicus apud Athenæum IX. 1. ἢ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥῆμα εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ λευκὸς ἅλας.

STRATTIS Athenienſis, non Tragicus fuit ut à Svida perhibetur, ſed veteris Poëta Comœdiæ, plurium dramatum auctor, quæ recenſeo infra in notitia Comicorum. Scriptor anonymus περὶ κωμῳδίας qui Ariſtophani præmitti ſolet, ſedecim dramata à Strattide compoſita teſtatur, ſed apud veteres ſcriptores obſervata ſunt nomina fabularum XXI. niſi forte unius dramatis plures fuere tituli.

TELEGONI Ulyſſen Τραυματίαν memorat Ariſtoteles c. 14. Poëtic.

THEODECTES Phaſelites, Iſocratis diſcipulus, Rhetor, Tragœdias etiam ſcripſit teſte Plutarcho in Iſocratis vita. Ex quibus apud Ariſtotelem, Stobæum & alios obſervavi ejus *Ajacem*, *Alcmæona*, Dionyſ. Halic. *Bellerophontem*, *Helenam*, Ariſt. I. 6. Politic. *Oedipodem*, *Oreſtem*, *Philoctetem* & *Tydeum*. Tragicus etiam vocatur à Clemente Alex. 6. Strom. p. 623. Pauca quædam illius fragmenta ſelegit Grotius in excerptis. p. 445. ſeq.

THEODORUS τραγῳδῶν ὑποκριτὴς memoratur Ariſtoteli Lib. VII. Po-

2011 Ministerio de Cultura

VII. Politic. c. ult. Plutarcho in proœmio noni συμποσιακῶν & Lib. de laude sui p. 545. & Laërtio Lib. II. sect. 104. ποιητὴς τραγῳδίας.

THEODOTUS, inquit Delrio, *cum Mnesarchum Tyrannum quâdam Tragœdiâ perstrinxisset, ab eo in Apollinis templo quo confugerat occidi jussus est, quam rem Ovidius in Ibin significat.* Verba Ovidii hæc sunt v. 465.

Victima vel Phœbo sacras mactaris ad aras,
Quam tulit à sævo Theudotus hoste necem.

Verum his alii rectius putant respici Theodotum Bactrianorum Regem ab Arsace Rege Parthorum mactatum. Longe minus credibile est hunc eundem, ut putabat Delrio, Theodotum esse, cujus Poëma Heroicum de Judæis laudat Eusebius IX. de præparat. c. 22. Potius enim intellexerim Theodotum Phœnicium, cujus scripta Græcè reddita à Læto memorat Tatianus. Meminit ejusdem Theodoti Josephus quoque 1. contra Apionem p. 1051. locum hujus Theodoti emendat Grotius ad Joh. IV. 5.

THEOGNIS, diversus à Megarensi, (de quo supra suo loco) unus ex triginta Tyrannis Athenis, ἐκ τ̃ λ′, ita enim legendum pro eo quod in Svidæ codicibus ἑτῶν λ′, nam apud Xenophontem Lib. II. hist. Græc. Theognidis inter triginta Tyrannos mentio. Τραγῳδοποιητὴς certe fuit, à Nicomacho Athenienſi superatus, sed adeo ineptus, ut propter frigiditatem diceretur χιὼν, sive *nix*. Confer Scholia ad Comici Acharnenses p. 267. & Urbanum Chevræum, Gallum, in Chevræanis T. 1. p. 246. ubi notat Arioſtum ab Italo quodam simili catachresi dictum *Aprilem*, veluti floribus, & Tassum, *Septembrem* fructibus abundantem. Adde quod Philocles Comicus propter acerbam dicacitatem teste Svida dictus est χολὴ, *bilis*: Dionysius Philadelphensis, ob dictionis ἀκυρολογίαν, Δρίκενθος, *vacuus*, ut notat Eustathius ad Dionysium Periegetem. Procides χεζᾶς *Cacator* apud Svidam in χεζηπιάων. Ecphantis ingenii obscuri Comicus, καπνίας, *captator fumi*, quod legas apud Hesychium Alexandrinum in illa voce.

Ex THEOPHRASTO definitionem Tragœdiæ profert Diomedes Lib. III. Grammat. p. 484. unde suspicari licet eundem ut de Comœdia sic de Tragœdia quoque peculiari opere egisse.

THESPIS Athenienſis, de quo superiore capite XVI. à me dictum est, primam Athenis tragœdiam egit è plaustro, Olymp. LXI.

THESSALUS Tragœdiarum ὑποκριτὴς tempore Alexandri Magni. Vide Athenæum Lib. 12. p. 538.

TIMESITHEUS Tragicus, cujus dramatum nomina apud Svidam exstant: Δαναΐδες, ά, β′. Ἔκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεὺς,

2011 Ministerio de Cultura

νεὺς, Μέμνων, Μνησῆρες, Ζηνὸς γοναὶ, Ἑλένης ἁπαίτησις, Ὀρέσης καὶ Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης. De aliis Timesitheis agit illustris Gisbertus Cuperus ad ἀποθέωσιν Homeri p 296.

TIMOCLES alter Tragicus fuit, ut ex loco restituto Athenæi docet Casaubonus IX. 18. De altero Comico dixi infra in notitia Comicorum.

TIMON Phliasius secta Pyrrhonius sub Ptolemæo Philadelpho clarus, præter sillos & alia Tragœdias quoque scripsisse à Laërtio traditur Lib. IX. sect. 113. Fuit & alter *Timon* Athenienſis μισάνθρωπος, qui tempore Peloponnesiaci belli vixit, & à Delrione nescio quo auctore Tragicis & ipse annumeratur.

TIMOTHEUS Gazæus in Anastasium Imperatorem, teste Svidâ, scripsit tragœdiam occasione *Chrysargyri* tributi, de quo consules ex veteribus Evagrium, ex recentibus Meursii, Cangiique glossaria græcobarbara.

Alius antiquior TIMOTHEUS Milesius, Poëta Tragicus & Dithyrambicus, Musicusque celebris temporibus Euripidis. Hujus Timothei νόμους κιθαρῳδικὸς memorat Hephæstion in Enchiridio p. 66. Inter ejus scripta Svidas refert *Persas* sive Ναύπλιον, pro quo male Ναυπάλον habent codices Athenæi. Timotheum in Tragœdia *Persis* laudat etiam Plutarchus de audiendis poëtis p. 60. & Aristoteles c. 1. Poëtices. Idem Svidas *Phinidas* ac *Laërtem* hujus Timothei memorat, quas tragœdiarum inscriptiones esse existimo. Plutarchus de laude sui p. 359. τὸν Τιμόθεον ἐπὶ τῇ κατὰ Φρύνιδος νίκῃ χαίροντα, Μακάριος ἦθα Τιμόθεε, ὅτε κάρυξ εἶπε, Νικᾷ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος τὸν κάρβανον τὸν Ἰωνοκάμπαν, εἰκότως δυσχεραίνομεν, ὡς ἀμούσως καὶ παρανόμως ἀναιρούμενα τὴν ἑαυτοῦ νίκην De hoc Timotheo præterea consules Vossium in Institutionibus Poëticis, & libro de Poëtis Græcis, Gyraldum dialogo IX. Fuit & *Timotheus Zacynthius* tragicus histrio, de quo adeunda scholia ad Sophoclis Ajacem v. 871.

TITUS VESPASIANUS Imperator, poëmata & tragœdias græcè composuit. Testis Eutropius Lib. VII. c. 21. Poëmata ejus memorat etiam Svetonius in Tito c. 3.

XENOCLES Duo, Carcini Tragici Pater, & filius, quorum meminit Scholiastes Aristophanis ad Ranas pag. 133. seq. Ac filio quidem, cujus Svidas in ἄξεσος meminit, duo fuere fratres *Xenotimus & Demotimus* χορευταί, ut docet idem Scholiastes ad Nubes p. 120. Xenocles Pater cum Euripide certavit, Olympiade LXXXI. vicitque tetralogia

2011 Ministerio de Cultura

gia Tragœdiarum, quarum tituli *Oedipus*, *Lycaon*, *Bacchæ* & *Athamas Satyricus*, contra Euripidis *Alexandrum*, *Palamedem*, *Trojanos* & *Sisyphum satyricum*. Vide Æliani Var. Hist. Lib. II. c. 8. Alius Xenocles Adramyttenus Rhetor, quem Asiatico dicendi genere excelluisse testatur Strabo III. Lib. XIII. p. 614.

XENOPHANEM Physicum, scriptorem Tragœdiarum vocat Eusebius in Chronico ad Annum MCCCLXXX. Confer Scaligerum in notis p. 96. & quæ de Xenophane dixi infra cap. XXIII.

CAPUT XX.

De HERODOTO Historiarum scriptore.

Herodoti ætas & vita. 1. *Novem Libri Historiarum.* 2. *Reprehensores Herodoti & laudes.* 3. *Liber de Herodoto.* 4. *Promissi ab eo libri de rebus Assyriacis, Libycisque.* 5. *Loca Herodoti à veteribus allegata quæ in editis non reperiuntur. Linguæ Persicæ ignarus Herodotus. ibid. Editiones latinæ.* 6. *Græcæ.* 7. *Græcolatinæ.* 8. *Versiones in linguas vernaculas.* 9. *Epigrammata in Herodotum. Plures Herodoti.* 10.

I.

HERODOTUS, sive ut viri docti scribendum contendunt a) HERODOTUS, è Cariæ urbe Halicarnassensis, quod ipse in limine libri I. Historiarum profitetur, b) â quibusdam Thurius c) deinde dictus est, quia propter Patriam â Lygdamo

a) Vide Henricum Valesium ad Ammiani Lib. XXI. cap 6. Pater Herodoti ab aliis *Lyxus*, ab aliis *Xylus* forte rectius appellatur. Vide Jac. Gronovium T. 2. Antiqu. Græcar. tabula LXXI

b) Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, quod initium operis laudatur etiam à Demetrio περὶ ἑρμηνείας §. 17. & 41. Licet Plutarchus Lib. de exilio p. 64. testatur in quibusdam Codicibus scriptum fuisse Ἡροδότου Θουρίου.

c) Avieno in ora maritima v. 49. Herodotus ipse Thurius. Juliano Epist. 22. & in alia ap. Svidam in Ἡρόδοτος, ὁ Θούριος λογοποιός. His antiquior Strabo Lib. XIV. p. 656. Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς (Ἁλικαρνάσσου) Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεὺς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας. Vide & Epitaphium relatum â Stephano Byz. in Θούριοι & Scholiaste Aristoph. ad nubes p. 79. â Salmasio autem latine expressum sic: Lyxidæ Herodoti cineres humus ista recondit

2011 Ministerio de Cultura

mo tyranno vexatam d) in Thurios cum aliis profectus fuit, cum ad illam magnæ Græciæ in Italia in ſinu Tarentino civitatem reſtaurandam Athenienſes Coloniam miſiſſent anno 3. Olymp. LXXXIII. prætore Callimacho e) Thurii f) quoq; ſi credimus Plinio, Hiſtoriam ſuam condidit circa annum ætatis ſuæ XL. g) Urbis Romæ CCCX. (ſive Olymp. LXXXIV. annum 1.) ante Chriſtum natum CCCCXLIV. Vixit annos ad minimum LII. nam Dionyſius Halicarnaſſenſis h) teſtatur eum Peloponneſiaci belli tempora vivendo attigiſſe. Parentes ipſius & genus haut ignobile commemoratur à Svida in *παυσανίας*. Cenotaphium honorarium Athenis inter monumenta Cimonia Herodoto poſitum tradit Marcellinus in Thucydidis vita, ad quem locum conferendus H. Dodvvellus in Annalibus Thucydideis p. 25.

II. Exſtat ſuaviſſimum ejus opus ΙΣΤΟΡΙΩΝ *λογοι θ'. Hiſtoriarum Libri IX.* quod exorditur Herodotus a Gyge Lydorum Rege, qui uno ac dimidio fere ſeculo Cyrum anteceſſit: inde à Cyro res Medo Perſicas fuſius proſequitur ad Xerxis uſque è Græcia fugam i) Ægyptiorum ſimul

condit Hiſtoriæ antiquæ Patris Joniacæ. Quem Doris Patria extulerat, patria altera poſthac Thurias excepit, dum fugit invidiam. Quod vero in Hygini codd. Lib. II. Poët. Aſtronom. c. 2. Herodotus Mileſius vulgo vocatur, error eſt à Joh. Schefero recte emendatus.

d) Svidas in Ἡρόδοτος.

e) Adi *ἱστοριῶν συναγωγὴν* Chronico Euſebii Scaligerani ſubjectam.

f) Plinius Lib. XII. c. 4. tanta ebori auctoritas erat urbis noſtræ trecenteſimo decimo anno, tunc enim auctor ille (Herodotus) hiſtoriam eam condidit Thuriis in Italia. A Plinio diſſentit Lucianus in Herodoto T. 1. p. 571. ſeq. qui ex Patria ſua eum recta ad Olympicum conventum profectum eſſe & ibi Hiſtoriam ſuam in Patria Halicarnaſſo elaboratam recitaſſe innuit. Diſſentit etiam Svidas qui Samum petiiſſe, & ibidem dialecto Jonicæ adſueviſſe (Halicarnaſſenſes enim Dorica utebantur) Hiſtoriarumque libros compoſuiſſe tradit. Diſſentit etiam Euſebius in Chron. qui ad Olympiadem LXXXIV. hæc habet: Herodotus cum Athenis libros ſuos in Concilio (in Panathenæis ut videtur) legiſſet, honoratus eſt. Confer Scaligernm ad Euſeb. p. 104. Voſſium de Hiſt. Gr. Lib. I. c. 3. & Petavium Lib. XIII. de Doctrina temporum p. 574.

g) Nam Olymp. LXXV. anno 1. quo Xerxes in Europam trajecit, Herodotus fuit annorum quatuor. Vide Scaligerum ad Euſeb. p. 102. hoc colligentem ex teſtimonio Pamphilæ apud Gellium Lib. XV. c. 23.

h) Dionyſius Halicarnaſſenſis de charactere Thucydidis p. 138. Ὁ δὲ Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν περσικῶν, παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν.

i) Argumenta librorum Herodoti expoſita tirones videre poſſunt in relectionibus hiemalibus Degorei Whear, & in Vite Hiſtorica Chriſtiani Gueintzii, ut præteream Davidis Chytræi ſcriptum de utilitate Herodoti, & in ſingulos libros argumenta.

2011 Ministerio de Cultura

mul Scytharumque & Græcorum res attingens. Dialecto ſcriptum eſt Jonica, k) genere orationis cum lenitate quadam æquabili profluente, quod *fuſum atque tractum* Cicero appellat, Ariſtoteles λέξιν εἰρομένην. Vide Turnebum ad Ciceronis 1. de legibus p. 14. Diviſum eſt ab auctore ipſo l) in Libros novem. Utrum vero totidem Muſarum elogium ipſe quoque impoſuerit ſcriptor, dubium mihi videtur, nec modeſtiæ ejus congruens, licet non deſint alii, qui ſcriptis ſuis Muſarum nomina impoſuiſſe dicuntur, ut notavi ſuperiore Libro I. c. 1. §. 3. ex quibus Aurelius Opilius teſte Suetonio de illuſtribus Grammaticis c. 6. variæ eruditionis volumina novem unius corporis exiſtimavit ſe non abſurde ex numero Muſarum atque apellatione & ſcripſiſſe & feciſſe, quia ſcriptores pariter atque Poëtas ſub clientela Muſarum eſſe judicaret. Lucianus vero duobus in locis m) aliorum admirationi tribuit, quod libri Herodoti vocati ſint Muſæ, & quidem videtur innuere factum hoc eſſe ab iis qui opus illud in Olympiis ab auctore recitari auſcultantes ejus elegantia & ſuavitate fuerant capti ac permoti.

III. Herodoto ejusq; fidei detraxere é veteribus Cteſias apud Photium, Strabo & Diodorus non uno in loco, Gellius, Plutarchus in Libro de malignitate Herodoti Bœotios cives ſuos vindicaturus, & Ælius Harpocration, qui teſte Suida Librum ſcripſerat περὶ τοῦ κατεψεῦσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν, & Manetho Ægyptius qui ἐν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον allegatur ab Etymolog. M. in λεοντοκόμος & ab Euſtathio ad Iliad. λ. unde haud ſatis accurate eruditiſſimus Bochartus 1. Hierozoic. p. 715. & ex eo Svicerus in λέων laudant Manethonem in notis ad Herodotum. Sed & Joſephus Lib. I. contra Apionem p. 1035. teſtatur Herodotum ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον non ab uno vel altero ſed ab omnibus argui, & Photio cod. LX. atque ipſo Cicerone judice Lib. I. de legibus, apud Herodotum Hiſtoriæ patrem

k) Ἰάδος ἄρις ἀνὴρ vocatur Herodotus à Dionyſio Halicarnaſſ. Epiſt. ad Cn. Pompejum p. 130. licet Hermogenes περὶ ἰδεῶν Lib. II. p 513. notat Hecatæum Mileſium à quo plurima accepit Herodotus (notante etiam Porphyrio apud Euſeb. Lib. X. præparat. c. 2. p. 466.) uſum ἀκράτῳ Ἰάδι, Herodotum ποικίλῃ. Adde Salmaſium p. 41. de Helleniſtica.

l) Herodotus ipſe Libro V. ὡς δεδήλωταί μοι ἐν πρώτῳ λόγῳ.

m) Lucianus de ſcribenda Hiſtoria T. 1. p. 631. ὁ δ' ἓν Θουκυδίδης ἓυ μάλα τοῦτο ἐνομοθέτησε, - - ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον ἄχρι ἧς καὶ Μούσας κληθῆναι αὐτῷ τὰ βιβλία; & in Aëtione ſive Herodoto T. 1. p. 572. ſeq. ὃ θεατὴν αὖλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν ᾠδῶν τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τὰς παρούσας, ἄχρι ἧς καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας.

2011 Ministerio de Cultura

patrem ſunt innumerabiles fabulæ: Huic judicio ſubſcribunt è recentioribus Lud. Vives, Joh. Bodinus & infiniti alii: quanquam Herodoti cauſam agunt non minus celebria nomina Joachimus Camerarius, Henricus Stephanus, & ante annos non ita multos Bernardus de Montfaucon in Libro gallico quo Hiſtoriam Libri Judith tueri & ab objectionibus Chronologorum liberare conatur. n) Saltim Herodotus ipſe non omnia pro exploratis venditat, v. g. Libro II. Τοῖσι μὲν νῦν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγομένοισι χράσθω, ὁτέῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι. Ἐμοὶ δὲ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται ὅτι τα λεγόμενα ὑπ' ἑκάστῳ ἀκοῇ χράφω. Et Lib. IV. cum de monſtris Libyæ diciſſet: ταῦτα εἰ μὲν ἔστι ἀληθέως, οὐκ οἶδα, τὰ δὲ λέγεται χράφω. Epitomen Herodoti duobus Libris concinnatam à Theopompo Chio o) & ejus æquali Ephoro, memorat Suidas in θεόπομπος. Salluſtii Sophiſtæ commentarium in Herodotum, idem in Σαλλύστιος. De dictione Herodoti leniter fluente & ſuavi, nota ſunt Ciceronis & Fabii judicia. Quod in medio dicendi genere excellat, pluribus diſputat Dionyſius Halicarnaſſeus, qui eum in pleriſque præfert Thucydidi, & Xenophontem in charactere πραγματικῷ pariter ac λεκτικῷ Herodoti ζηλωτὴν fuiſſe obſervat. Sidonio Apollinari carm. 23. v. 134. torrens Herodotus, tonans Homerus.

IV. Scripſit præterea Herodotus Jonica dialecto ἙΞΗΓΗΣΙΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΜΗΡΟΥ ΒΙΟΤΗΣ, *Narrationem de Homeri vita*, quæ itidem exſtat, & de qua dixi hoc ipſo libro ſecundo c. 1. ubi & eorum expendi ſententiam, qui ſcriptum iſtud Herodoti noſtri eſſe negant. Herodoto tribuunt præter ibi laudatos Euſtathius prolegom. ad Iliadem, & auctor Scholiorum græcorum in Lucianum T. 1. p. 32. & T. 2. p. 17.

V. Promiſit Herodotus etiam λόγους Ἀσσυρίους Lib. I. c. 184. adde c. 106. & λόγους Λιβυκούς Lib. II. c. 161. p) Sed ab eo elaboratos non crediderim, quoniam nemini veterum memorantur. Ariſtoteles quidem Lib. VIII. hiſt. animal. c. 17. reprehendit Herodotum, quod tradiderit aquilam in obſidione Nini bibiſſe, cum univerſæ aves γαμψώνυχες ſive aduncis unguibus præditæ potu abſtineant: illud vero in novem Herodoti Libris neutiquam occurrens, ex Aſſyriaca ejus hiſtoria petitum G. J. Voſſius q) ſuſpicabatur. Forte autem integrioribus Herodoti Muſis

n) De hoc libro agunt Acta Eruditor. T. 2. ſupplem. p. 49.

o) Quoniam nemo præter Svidam hujus epitomes meminit, hinc Voſſius de Hiſt. Gr. p. 16 & 31. conjicit, potius eſſe Theopompi cujusdam junioris.

p) Camerarius in Herodoti vita.

q) Voſſius de Hiſt. Gr. p. 17. Et Lib. III. de idololatria c. 90. Confer Gatakeri Cinnum Lib. II. c. 8. p. 314.

2011 Ministerio de Cultura

Muſis uſus eſt Ariſtoteles, cum Iſ. Voſſius quoque Colomeſio pag. 121. Opuſc. teſtatus ſit plura ſe Herodoti loca obſervaſſe, quæ in libris quales hodie habemus non exſtant. Ignarum fuiſſe Herodotum linguæ Perſicæ, & nullis Orientis gentium inſtructum monumentis, affirmat idem Iſ. Voſſius c. 1. libri de Oraculis Sibyllinis. Nimirum Perſicæ linguæ ignorantiam Gatakerus c. 21. p. 661. Adverſar. edit. Lond. colligit ex eo, quod Herodotus omnia Perſarum nomina in literam S deſinere tradidit, græcis tantum ſcriptoribus conſultis.

VI. *Editiones ſcriptorum Herodoti latinæ.*

1. Libri IX. Hiſtoriarum ex *Laurentii Vallæ* translatione, Venet. 1474. fol. Hæc cum paſſim peccet, obſcuras tamen quasdam ſententias apte expreſſit, fatente & mirante H. Stephano.

2. Eadem à *Conrado Heresbachio* ſuppleta & caſtigata, addito etiam libello de vita & genere Homeri. Colon. 1526. fol. apud Eucharium Cervicornum & 1537. fol. Lugd. 1542. 8vo. & 1551. 12mo. Colon. 1562. fol. apud Maternum Cholinum.

3. Utraque recognita ab *H. Stephano* 1566. fol. Francof. 1584. 8vo. & 1595. 8vo. cum *Frid. Sylburgii* ſpicilegio. Præcipue H. Stephanus induſtriam ſuam demonſtravit in reddendis latine verſibus quos græcos longe plurimos in vita Homeri affert Herodotus, & intranslatos Heresbachius reliquerat.

VII. *Editiones Herodoti Græcæ.*

1. Aldina Venet. 1502. fol.

2. 3. Duplex Hervagiana Baſileenſis Ao. 1541. & 1557. fol. cum *Joachimi Camerarii* præfatione, annotationibus in quædam loca, & de vita Herodoti deq; figuris, & qua uſus eſt Dialecto. In his editionibus Græcis liber de vita Homeri deſideratur, vulgatus Græce cum Homero edit. Florent. in fol. Aldinæ & Argentorat. in 8. & ab H. Stephano cum Homeri & Heſiodi certamine A. 1573. 8. adjunctis pag. 177. nonnullis Joſ. Scaligeri in Heſiodi libellum caſtigationibus. Viciſſim in hac Baſileenſi editione Herodoto additi Græce ſunt libri duo Georgii Gemiſti Plethonis de iis quæ poſt pugnam ad Mantineam geſta ſunt. Hos Aldus non cum Herodoto ſed cum Xenophonte & Herodiano vulgaverat A. 1503. fol.

4. *H. Stephani*, cum Cteſiæ fragmentis A. 1570. fol. cui ad calcem juncta quæ ſeparatim antea A. 1566. prodierat latina ejusdem editio,

2011 Ministerio de Cultura

præter verſionem denuo caſtigatam novem Hiſtoriarum & libri de Homero, exhibet Apologiam H. Stephani r) pro Herodoto, Excerpta é Cteſia latine reddita, & icones memorabilium quarundam apud Herodotum ſtructurarum.

VIII. *Editiones Herodoti Græcolatinæ.*

1. *Henrici Stephani* Ao. 1592. fol. in qua Herodoti Græca iterum à Stephano recenſita, caſtigata verſio, tum præfixa pro Herodoto Apologia, vocabulaque Jonica & genera loquendi Herodotea poſt Camerarii induſtriam diligentius adnotata, & Joniſmi Gallici ſive Jonici Galliciſmi obſervati, teſtimonia veterum & varia in Herodotum Epigrammata, tum appendix ex variis collecta ſcriptoribus veteribus, de legibus & inſtitutis tam Perſicis quam Ægyptiacis, & fragmenta Cteſiæ atq; excerpta cum H. Stephani verſione & de Cteſia disquiſitione. Notæ vero in Herodotum quas idem Stephanus editurum ſe promiſit, nunquam lucem adſpexerunt. 2. *Gothofredi Jungermanni* Francof. 1608. fol. qui vir doctiſſimus juxta ac modeſtiſſimus Stephani editioni præclara quædam adjecit, libros Herodoti in capita diviſit, indice locuplete ornavit, librum de vita Homeri ad codicem inſignem MS. emendavit, *Friderici Sylburgii* caſtigationes in non pauca Herodoti loca, gloſſarium breve Græcum in Herodotum s) ex MS. codice Goldaſti, fragmenta Cteſiæ poſt H. Stephani & A. Schotti t) diligentiam locupletiora, & novam appendicem è variis ſcriptoribus collectam de incremento Nili u) adjunxit. Voluit etiam addere notas Dan. Heinſii, ſi eas nanciſci in tempore potuiſſet, de quibus Hœſchelius in literis ad Jungermannum 7. Cal. Sept. 1608. (poſt „epiſtolas Hottomannianas p. 473.) Dan. Heinſii notæ ad tuum Herodo„tum vel ſeorſim edi mererentur ſi alia ſe ratio cum quocunq; alio libro „conjungendarum non offeret. Sed & illæ tenebris hactenus damnatæ „nondum in lucem prodiere. 3. *Tho. Galei* Rectoris ſcholæ D. Pauli Lond. 1679. fol. qui Jungermannianam editionem integram recuden-

dam

r) Toto cœlo differt hæc Apologia à libro Gallico H. Stephani qui inſcribitur l' introduction au traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes, ou traité præparatif à l'Apologie pour Herodote A. 1565. 8vo. & ſæpius poſtea editus acerbam ſatiram continens in mores perditos & alios abuſus Cleri Romani, non minus incredibiles futuros poſteris, quam ſint multa quæ de antiquis ætatibus ab Herodoto tradita ſunt.

s) Λέξεων Ἰάδων συλλογή. Multa hujus αὐτολεξεὶ occurrunt apud Corinthum de dialectis, ubi agit de dialecto Jonica.

t) A. Schottus ad verſionem Photii cod. 72. fragmenta Cteſiæ colligit.

u) Ab iſtis paſſim refutantur ea quæ de Nilo disputat Herodotus Lib. II. c. 7. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

dam dedit, ſed ita, ut & gloſſarium Græcum in Herodotum duplo auctius ex MSto codice vulgaverit, & indicem dictionum Jonicarum notatu digniorum à Nathanële Nicols confectum & Chronologiam Herodoteam, & ſuas denique eruditas notas & caſtigationes in Herodotum adjecerit, uſus MSto codice Archiepiſcopi Cantuar. & Variis lectionibus ex alio Herodoti codice manu exarato. Illud vere, inquit, dicturus videor,, me venam ſaltim aperuiſſe ad Herodotum ſanandum. Id certe volui,, & ut conſequerer, ex Galeno, Heſychio, Georgio Pardo Jonicarum,, dictionum lexicon x) auxi & locupletavi, tum etiam Herodotum non,, indiligenter contuli cum Athenæo, Euſtathio, Svida aliisque ſcripto-,, ribus qui ab eo quicquam fuerunt mutuati. Linguæ Jonicæ canon y),, fuit olim Herodotus, enimvero in vulgatis libris tot occurrunt gloſſe-,, mata, tot ab ea dialecto ad alias aberrationes, ut vix trientem Jonici i-,, diomatis nunc ſupereſſe crediderim. Infinita ſunt quæ ex codice Archi,, Epiſcopi hoc in genere reſtitui poterant, ſed nunc non erat his locus.,, Exoriatur aliquis ita voveo, cui otium ſit uberius & ingenium ad per-,, purgandum Herodotum. Prætereo loca quædam Herodoti illuſtrata à Palmerio in Exercitationibus ad optimos auctores Græcos, & à Tan. Fabro in Epiſtolis, Orationes ex Herodoto ercerptas & ſeparatim editas Lipſiæ à Rev. D. Joh. Oleario, tum loca quæ Pomponius Mela latine expreſſit cum Græcis Herodoti παραλλήλως poſita ab Andrea Schotto in ſua Melæ editione. Codicem MS. Herodoti Mediceum, impenſe laudat & commendat Jacobus Gronovius Vir Cl.

IX. *Verſiones Herodoti vernaculæ.*

Gallice libros hiſtoriarum transtulit P. du Ryer Pariſ. 1658. fol. 1660. 8vo. 2. Vol. & Gratianopoli 1665. 12. tribus Volum.

Belgice libri IX. Hiſtoriarum cum vita Homeri ab Olfer to Dapper è græco converſi. Amſt. 1665. 4to.

Ex latino Germanice per Hieron. Bœmerum Auguſtæ Vindel. 1535. fol. Alia verſio Georgii Schvvartzkopf Baſil. 1593. fol.

Anglicam verſionem cum notis, molitur D. Crake.

Concludam præſentem de Herodoto tractationem Epigrammate Chriſtodori Coptitæ, quod exſtat Libro V. Anthologiæ, atque ita latine expreſſit Salmaſius:

x) In hac palæſtra ſtudium præ cæteris ſuum demonſtravit Æmilius Portus, cujus lexicon Jonicum lucem vidit Hanoviæ A. 1603. 8vo. Ἐξήγησιν γλωσσῶν Herodoti ſcripſerat olim Apollonius Grammaticus, laudatam Etymolog. M. in Κωφὸς & σοφιστής.

y) Photius Cod. 60. de Herodoto: Ἰωνικῇ δὲ διαλέκτῳ Κανὼν ἕτερος ἂν εἴη, ὡς Ἀττικῇ Θουκυδίδης. Eadem habet codice 72, extremo.

2011 Ministerio de Cultura

Nec te Alicarnaſſo Vates divine ſilebo
Herodote ô ſapiens, quo fortia facta virorum
Quicquid in Europa atq; Aſia labentibus annis
Tempora priſca tulere, novem ſacrante Camœnis
Juncta Jadi certat florens facundia lingua.

Aliud in Herodotum Epigramma profert Scholiaſtes Comici ad Nubes p. 79. & Svidas in Λέχαι. Cæterum in veterum ſcriptis plures memorantur Herodoti nomine, ut docuit Jonſius Libro II. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. c. 1. cujus obſervatis nonnulla adjungam. Sunt igitur 2) Herodotus Democriti frater, Ælian. IV. 20. Var. 3) Herodotus logomimus qui apud Regem Antiochum in honore fuit teſte Athenæo Lib. I. 4) Herodotus Epicuri familiaris, cujus librum de pubertate illius Philoſophi memorat Laërtius Lib. X. ſect. IV. qui etiam de Democrito mihi laudari videtur apud eundem Lib. IX. ſect. 34. 5) Herodotus Tarſenſis ſive Philadelphæus Ariei F. Medicus Empiricus Sexti præceptor. Svid. in Σέξτ@ & Laërt. IX. ult. Hujus Herodoti librum Ἰατρὸν laudat Galenus 2. in 6. Epidem. T. 5 p. 472. 6) Herodotus Muſicus de quo Æneas Gazæus Epiſt. 7. 7) Herodotus Lycius, cujus librum de ficubus laudat Athenæus Lib. III. 8) Herodotus Agathini diſcipulus Medicus Pneumaticus. Galen. 1. de facult. ſimplic. & 4. de differentiis pulſuum. 9) Herodotus Baſilidis F. cujus meminit Herodotus Halicarnaſſeus Lib. VIII. c 132. 10) Herodotus, Menandri Protectoris, qui ſub Imp Mauritio hiſtoriam ſcripſit, frater. Svid. in Μένανδρ@. Hic ipſe eſt qui in Malalæ Chronico T. 1. p. 200. Ἡρόδοτ@ ὁ ἱστοριογράφος appellatur 11) Herodotus Olophyxius qui de Nymphis & ſacrificiis ſcripſit, de quo Svidas in Ὀλόφυξις. 12) Herodotus Thebanus celebratus Pindaro Iſthmionic. 1. 13) Herodotus Bryſonis Sophiſtæ pater, quem allegat Ariſtoteles VI. 5. & IX. 11. hiſt. animal. & III. 5. 6. generat. animal. & Antigonus c. 48 hiſt. mirabil. licet in quibusdam codicibus non Ἡρόδοτ@ eſt ſed Ἡρόδα@. Occurrit & Herodotus Sophiſta diſcipulus Secundi Sophiſtæ Athenienſis apud Svidam in Σεκοῦνδ@. Sed pro Ἡρόδοτ@ ibi legendum Ἡρώδ@ ut è Philoſtrato notavit Meurſius VI. 9. Attic. Lect. Sic in Stephani Byz. codicibus in Ἐρυσίκη, Herodoti Technici nomen irrepſerat pro Herodiano. Forte etiam apud Plutarchum in vitis decem Rhetorum ſimilis error, cum in vita Antiphontis ait inter ejus orationes præcipue laudari τὴν πρὸς Ἡρόδοτ@. Sane πρὸς τὸν Ἡρώδ@ λόγ@ etiamnum exſtat & laudatur ab Harpocratione in Φρεῶδ@.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXI.

De ARISTOPHANE Comico.

Ariſtophanis Comici ætas, cenſura & laudes. Ariſtophanes alii quinque ab iſto diſtincti. 1. *De undecim Ariſtophanis Comœdiis quæ exſtant.* 2. *Deperditorum dramatum Catalogus cum variis Obſervationibus.* 3. *Scholia Græca in Ariſtophanem.* 4. *Editiones.* 5. *Index ſcriptorum in ſcholiis ad Ariſtophanem laudatorum.* 6.

I.

ARISTOPHANES Philippi ſive Philippidæ F. patria incerta, civitate Athenienſis, Comicus: non conſtat quamdiu ætatem produxerit ultra Olympiadem XCVII. cujus poſtremo anno Plutum agendum permiſit filio Araroti. Mortuum hoc Epigrammate proſecutus eſſe dicitur *Plato* Philoſophus, teſte Thoma Magiſtro:

Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν ὅπερ ἀχὶ πεσεῖται
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Quod Franciſcus Vavaſſor ita transtulit:

Nunquam caſurum cupidæ ſibi ſumere templum
Invenere animam Gratiæ Ariſtophanis.

Vel etiam felicius ſic:

Trina ſibi æternum quærebat Gratia templum,
Unius invenit pectus Ariſtophanis.

Eosdem Platonis verſus referens Olympiodorus in vita Philoſophi excerpta ex ejus commentario in Alcibiadem Platonis & à Merico Caſaubono ad calcem Laërtii edita addit Platonem Ariſtophane & Sophrone peculiariter delectatū, ita ut horum ſcripta in ejus defuncti lectulo reperta fuerint. Ἔχαιρε δὲ πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ Κωμικῷ καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὰς μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς Διαλόγοις ὠφελήθη. Λέγεται δὲ ἅτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ ἡνίκα ἐτελεύτησε, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ * Σώφρονα. Vitam Comici expoſuit ſcriptor Græcus qui ſcholiis præmittitur, & dehinc non indiſerte Gyraldus dialogo VII. Effigiem Ariſtopha-

* De ſolo Sophrone hoc memorant Laërtius III. 18. Heſychius Illuſtris, Quintilianus, Valerius Max. & alii.

2011 Ministerio de Cultura

ſtophanis quam poſt alios exhibuit Clariſſ. Gronovius T. 2. Antiqu. Gr. tabula LXVIII. commentitiam eſſe non dubito, & veteri trunco aliunde ſuperimpoſitam. Acerbam Ariſtophanis cenſuram ſcripſit Plutarchus libro cujus epitomen duntaxat habemus, quo Menandrum longe ipſi prætulit, luſusque ſalesque Menandri ſed natos pelago quô Venus orta ſales neutiquam conferendos eſſe contendit cum Ariſtophanis amara & aſpera (adde & ſæpius obſcœna) ſcurrilitate. Haud dubie tamen Comœdiæ veteris * princeps fuit, Eupolidi & Cratino alicui longe prælatus, ſuæ pariter & poſteræ ætatis judicio. Mediæ quoq; Comœdiæ ſpecimen dedit in *Æoloſicone* & *Cocalo* dramate, ut infra inter deperditas Ariſtophanis fabulas annotavi. Propter Atticum dicendi genus à multis tanquam Græcæ linguæ Magiſter unice commendari ſolet, *Ferunt etiam* ** Johannem Chryſoſtomum *Ariſtophanis Comœdias duodetriginta, cum ſuperſint nobis undecim duntaxat, lectitaſſe ſtudioſe, atque etiam pulvillo, cum dormitum iret, ſubjeciſſe, perinde quaſi & deponeret tantum ſcriptorem è manibus quam tardiſſime, & primo quoque tempore repeteret intermiſſam lectionem. Ex quo dupliciter imitatione & exemplo profecerit, primum ut acer plerumque ac vehemens eſſet in notandis ac perſtringendis moribus, mulierum præſertim: deinde ut perbene Græce loqueretur, faciliusque ac ſolutius, quàm cæteri, verbis explicaret ſententias.* Achilles quoque Tatius Lib. VIII. de Amoribus Clitophontis & Leucippes inducit ſacerdotem in perditos Therſandri mores declamantem, quem p. 493. ita deſcribit: *παρελθὼν ὁ ἱερεὺς· ἦν δὲ εἰπεῖν καὶ δεινὸς, μάλιστα δὲ τῶν Ἀριστοφάνους ἐζηλωκὼς Κωμῳδίαν.* Ariſtophanis filii fuerunt *Araros*, *Philippus* (pro quo *Philetærus* memoratur Svidæ) & *Nicoſtratus*, de quibus infra in Notitia Comicorum deperditorum, ubi etiam de *Calliſtrato* & *Philonide*, quibus hiſtrionibus in fabulis ſuis agendis uſus fuit. Fuere & alii Ariſtophanes ut 1) qui Archon fuit Athenis Olymp. CXII. 2. Diodor. Sic. Lib. XVII. 2) Ariſtophanes Byzantinus Grammaticus de quo dicam Lib. III. 3) Ariſtophanes Mileſius, Plinio; Varroni Mallotes, qui de agricultura

* De differentia Comœdiæ *veteris*, *mediæ* & *novæ* Vide Anonymum περὶ Κωμῳδίας Ariſtophani præmiſſum, & quæ viri docti ad Horatium Lib. I. Sat. IV. Idem exponunt è recentioribus Joh. Jonſius de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. Lib. I. cap. 6. Samuel Petitus ad leges Atticas p. 79. Gerh. Voſſius Inſt. Poëtic. Lib. II. cap. 27. Franciſcus Vavaſſor Lib. de Iudicra dictione p. 72. ſeq. ubi etiam de Ariſtophane multa nec contemnenda.

** Vavaſſor libro laudato p. 79. Nec temere antiquiorem teſtem hujus de Chryſoſtomo narrationis reperiri quam Aldum Manutium in præf. ad Dan. Clarium Ariſtophani ſuo præmiſſa, obſervat Menagius præf. ad part. 2. Obſervatt. de Lingua Gallica, & T. 2. Anti Bailleti p. 48.

2011 Ministerio de Cultura

cultura ſcripſit, 4) Ariſtophanes Bœotus Plutarcho de malignitate Herodoti p. 874. laudatus, cujus ſecundum Θηβαϊκῶν allegat Svid. in ὁμολωΐῳ, Θηβαίας ὄρος Steph. in ἀντικονδυλεῖς, librum II. Βοιωτικῶν idem in χαιρωνεία. 5) Ariſtophanes Corinthius Libanii amicus, qui eum ſingulari tuetur oratione T. 2. Opp. p. 210. Cæterum Ariſtophanes Babylonius, quem ex Stephano refert Hendreichius pandectarum Brandenburgenſium ſcriptor, nullus eſt: nam Stephanus in λακεδαίμων citat Ariſtophanem Ἐν Βαβυλωνίοις, Comici noſtri drama deperditum reſpiciens. Ariſtophanes quoque Camiræus Comicus ab Athenienſi noſtro perperam diſtinguitur, ut in notitia Comicorum deperditorum annotavi.

II. Ex Comœdiis Ariſtophanis ætatem tulerunt hæ undecim, quas ſolas etiam evolviſſe ſe teſtatur Svidas in Ἀριστοφάνης:

1. ΠΛΟΥΤΟΣ. *Plutus* poſterior è duobus Comœdiis quas hoc nomine Poëta fecerat. Acta Archonte Antipatro Olymp. XCVII. 4. poſtrema earum quas Ariſtophanes ipſe docuit, ſive prima potius quam filio ſuo Araroti agendam permiſit. Hanc *Joh. Reuchlinus* Ingolſtadii ſe interpretatum affirmat auditoribus plus quam trecentis. Cum verſione metrica latina *Nicodemi Friſchlini* ſeorſim prodiit Hamb. 1613. 8. curante Henrico Rumpio. & Helmſt. 1667. 4. Carmine etiam reddidit *Adrianus Chilius* Antvverp. 1533. 8. & *Thomas Venatorius* Norimb. 1531. 4. Latina proſa verterunt præter *Andream Divum* & *Lambertum Hortenſium*, *Carolus Girardus*, Bituricenſis, cujus verſione & commentario copioſo (qui in editione Ariſtophanis Genevenſi A. 1607. fol. etiam recuſus exſtat) illuſtrata *Græce* & latine prodiit Pariſ. 1549. 4. tum *Angli*, qui Plutum & Nubes Ariſtophanis cum nova verſione ad verbum, adjectis per ſingulas paginas veteribus ſcholiis Græcis, eleganter typis exſcribi fecerunt Londin. 1695. 8. In eadem editione habes duos indices in Scholia Græca ad binas haſce Comœdias, unum verborum quæ explicantur, alterum auctorũ qui allegati ſunt. Gallica verſio & notæ *Annæ Daceriæ* T. Fabri filiæ in Plutũ ac Nubes cum examine utriuſque Comœdiæ ad regulas theatri Pariſ. 1684. 12. Amſtelod. 1692. 12. Hæc Comœdia ἐγκώμιον πενίας dicitur Tzetzæ Chilid. XI. v. 755. Etiam una cum Ranis Ariſtophanis in uſum Juventutis Græce ſeparatim edita eſt Ultrajecti 1561. 4. Plutum & Nubes Ariſtophanis cum ſcholiis ineditis fuiſſe in Bibl. Renati Moreau teſtatur Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 213.

2. ΝΕΦΕΛΑΙ. *Nubes*, quibus Socratem perſtrinxit Comicus, ab Anyto & Melito ad hoc inſtigatus. Socrates quidem ſciens ſe petendum ſalibus

2011 Ministerio de Cultura

salibus & scommatibus, non modo interfuit sed & quo ab omnibus videretur surrexit. Confer si lubet quæ viri docti ad Ælian. II. 13. Var. Plato hoc drama misit ad Dionysium Siciliæ tyrannum, & ex hoc aliisq; Aristophanis Comœdiis jussit eum Remp. Athenienſium discere, ut refert auctor Græcus vitæ. Mirifice populo Nubes Comicis placuisse testatur eodem in loco Ælianus, qui Aristophani, nec ulli alii victoriam à judicibus tribuendam esse clamaverunt. Synesius quoque in Dione p. 40. μήτε Κωμῳδία, inquit, τ νεφελῶν μᾶλλον εὐδοκιμεῖ, οὐδὲ γάρ ὅστιν ἥν τινα μ τῆς ἴσης δυνάμεως Ἀριστοφάνης ἀπήγγελκε. Scholiastes Aristoph. in ϖεσθεωρίᾳ νεφελῶν· τὸ ἢ δρᾶμα τοῦτο τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστον εἶναί φασι καὶ τεχνικώτατον. Judicum tamen sententia non Aristophanes sed Cratinus pronunciatus est victor & Amipsias. Docuit Comicus Nubes posteriores (quæ solæ exstant, prioribus deperditis, ut ex duobus locis Athenæi & scholiis Græcis ad hanc Comœdiam observavit Meursius in Bibl. Attica p. 1445.) anno post priores, Archonte Aminia Olymp. LXXXIX. 2. Aristophanes vicissim à Platone Socratem Magistrum suum ulciscente in symposio inducitur tanquam homo cui ϖερὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα διαϖεφυβή. Vehementer quoque in Aristophanem Socratis nomine invehitur Eunapius in Ædesio p. 35. *Thomæ Magistri* scholia inedita in Aristophanis νεφέλας ex Bibl. Renati Moreau allegat Joh. Pricæus ad Apuleji Apologiam, Cangius in glossario voce ϖερίυμι & alibi, qaanquam certum est scholiorum Thomæ partem inter edita in nubes scholia legi. Latina prosa hanc Comœdiam verterunt *Andreas Divus*, *Lambertus Hortensius*, & *Angli* qui etiam scholia vetera Græca adjecerunt, ut jam dixi in Pluto. Metaphrasi Poëtica *Nicodemus Frischlinus*, Gallica versione & commentariis egregiis illustravit *Anna Tan. Fabri* filia. De Νεφέλαις ϖρωτέραις quemadmodum etiam de Pluto priore dixi infra inter Comœdias Aristophanis deperditas. Aristophanis exemplo Hetrusca lingua Nubes scripsit sed adhuc ineditas *Cæsar Cremoninus*, Philosophiæ Peripateticæ apud Patavinos quondam Doctor celebris, ut è Joh. Maria Crescimbeno refertur in Actis Erud. A. 1704. p. 512. seq.

3. ΒΑΤΡΑΧΟΙ. *Ranæ*; in quibus Æschylus Euripidi præfertur. Actum est hoc drama in Lenæis (quæ in honorem Bacchi sub extremum autumni Athenis celebrabantur) Archonte Callia Olymp. XCIII. 3. Latina prosa vertit *Andreas Divus*, carmine *Nicodemus Frischlinus*. Quæ ex Aristoph. βατράχοις profert Svidas in πάνυ, in hoc dramate frustra quæres.

4. ΙΠΠΕΙΣ.

2011 Ministerio de Cultura

4. ΙΠΠΕΙΣ. *Equites.* Acta eſt Comœdia itidem in Lenæis, Archonte Stratocle Olymp. LXXXVIII. 4. & graviſſime perſtringit Cleonem Demagogum, effecitque ut quinque talentis * multaretur. Latine reddidit præter *Andream Divum*, *Lambertus Hortenſius*, cujus latina verſio Pluti, Nubium & Equitum prodiit Ultrajecti 1557. 4. Fallitur Menagius qui Græca cum verſione Hortenſii prodiiſſe refert T. 2. anti Bailleti p. 43. Metaphraſi latina Poëtica feliciter hanc quoque Comœdiam donavit *Nicodemus Friſchlinus*.

5. ΑΧΑΡΝΕΙΣ. *Acharnenſes.* Acta Olymp. LXXXVIII. 3. ſive potius $\frac{85}{86}$ anno $\frac{4}{1}$ Archonte Euthymene: in Lenæis. Hæc ultima eſt quinque Ariſtophanis Comœdiarum quæ cum Metaphraſi Poëtica *Nicodemi Friſchlini* excuſæ ſunt Francof. 1586. & 1597. 8. præmiſſa vita Ariſtophanis & ejusdem adverſus Plutarchum defenſione. Ejus translatione meliorem fieri potuiſſe negat Reineſius p. 416. Var. Lect.

6. ΣΦΗΚΕΣ. *Veſpæ.* Acta Archonte Amynia, itidem in Lenæis Olymp. LXXXIX. 2. ſeorſim cum Metaphraſi pereleganti latina Poëtica *Q. Septimii Florentis Chriſtiani* curante H. Rumpio Hamb. 1620. 8. cum verſione & commentario ejusdem Florentis legitur in editione Ariſtophanis Genevenſi 1607. fol. ut Andreæ Divi verſionem proſariam omittam.

7. ΟΡΝΙΘΕΣ. *Aves*, quam docuit Ariſtophanes Liberalibus ſive Διονυσίοις τοῖς κατ' ἄστυ die 16. Elaphebolionis, Archonte Chabria, Olymp. XCI. 2. Vide Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 316. & Lib. I. Miſc. c. 6. Hanc fabulam qui præter *Andream Divum* latine verterit neminem novi.

8. ΕΙΡΗΝΗ. *Pax.* Acta afflictis diuturno bello Peloponneſiaco Athenienſibus & tota Græcia pacem anhelante. Vide Tzetzem Chil. XII. hiſt. 436. Hæc cum Metaphraſi latina Poëtica *Q. Septimii Florentis Chriſtiani* & commentario luculento excuſa Pariſ. 1589. 8. & Hamb. 1615. 8. curante *Henrico Rumpio*, ſed qui commentarium Florentis prætermiſit, recuſum in editione Ariſtophanis Genevenſi Græco-latina 1607. fol. In editione Græca Ariſtophanis quam curavit Philippus Junta Florentiæ 1525. 4. primum ex MSto codice huic Co-

* Gyraldus p. 381. ambiguis verbis hoc ita refert, quaſi multatus ſit decem talentis non Cleon, ſed ipſe Ariſtophanes, qui in hoc dramate perſonam Cleonis ipſe egit facie minio oblita, cum hiſtrionum nemo hoc facere propter Cleonis potentiam auſus eſſet. Cleonem ab Equitibus multatum teſtatur Ariſtophanes ipſe in Acharnenſ. v. 6. ubi conſule ſi placet Scholiaſten.

2011 Ministerio de Cultura

mœdiæ acceſſerunt verſus LX. circiter, qui in prioribus duabus Aldina & Florentina deſiderantur. Edita Pax Ariſtophanis etiam Græce à Morello Pariſ. 1586. 4. Latina proſa vertit *Andreas Divus*. De Pace poſteriore, vide quæ infra in catalogo dramatum Ariſtophanis deperditorum.

9. ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ. *Concionatrices.* Verſione proſa poſt *Andream Divum* longe meliore & perutilibus ad phraſin ac ſenſum Poetæ intelligendum notis illuſtratæ à Tan. Fabro T. 2. Epiſtolar. (Salmur. 1674. 4.) p. 165. ſeqq. Verſionem intra triduum, notas ſex dierum ſpatio compoſuiſſe ſe teſtatur Faber ipſe in libello Gallico Journal du Journal p. 36. Habentur etiam ἐκκλησιάζουσαι cum Tan. Fabri verſ. & notis in editione Ariſtophanis Græcolatina Amſt. 1670. 12. Laudat Cuperus Lib. II. c. 13. Var. Obſ. Menagius T. 2. anti Bailleti p. 47.

10. ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ. *Cereris ſacris operantes.* Quæ Comœdia in antiquiſſimis Ariſtophanis editionibus non minus quàm Lyſiſtrata deſideratur. Primum utraq; vulgata eſt à Bern. Junta, hinc in editione Græca quæ ab Andrea Cratandro & Joh. Bebelio curata eſt Francofurti A. 1532. 4. cum præfat. Simonis Grynæi. Scholia Græca in Theſmophoria Zuſas (vetera enim nulla in hanc Comœdiam & Lyſiſtratam edita habentur) compoſuit & Franciſco I. Galliæ Regi inſcripta edidit *Ægidius Bourdinus* Advocatus & Procurator Generalis Parlamenti Pariſ. 1545. 8. Latina proſa vertit ſolus quod ſciam *Andreas Divus*. Porro duas Comœdias hoc nomine ſcripſerat Ariſtophanes, itaque iſta quæ ſola exſtat, πρώτερον Θεσμοφοριάζουσαι dicuntur Gellio XV 20. Hephæſtioni in Enchirid. p. 42. & Clementi Alex. 6. Strom. p. 628. ubi notat Ariſtophanem verſus quoſdam præſentis dramatis è Cratini ἐμπιμπραμένοις ſumſiſſe.

11. ΛΥΣΙΤΤΡΑΤΗ. *Lyſiſtrata.* (in Svidæ codicibus male λυσίστρατος) Acta Archonte Callia, cum poſt Leocritum magiſtratui præeſſet Olymp. XCII. 1. ut ex Philochori Atthide refert auctor ſcholiorum inedito-rum in Lyſiſtratam, quæ in codice Barcociano 38 ſervat Bibliotheca Bodlejana, & licet brevia ſint, digniſſima tamen quæ edantur judicat Dodvvellus de Cyclis Græcorum p. 742. Hæc Comœdia cum *Q. Septimii Florentis Chriſtiani* Metaphraſi poëtica & commentario legitur in editione Genevenſi 1607. fol. ut *Andreæ Divi* proſariam verſionem omittam.

III. Deperditarum Ariſtophanis Comœdiarum longe major eſt catalogus, quem hoc loco lectori repræſentabo adjutus

2011 Ministerio de Cultura

tus obſervationibus Johannis Meurſii in Bibliotheca Græca, Atticaque, Gvilelmi Canteri & Gvil. Coddæi in fragmentis Ariſtophanis, & Andreæ Schotti in iis quæ præmittuntur editioni Ariſtoph. A. 1624. & 1670. 12. Svidas & Thomas Magiſter in ejus vita tradunt ipſum docuiſſe dramata LIV. ut in altero anonymo vitæ ſcriptore error eſſevideatur *μδ'* pro *νδ'*. 44. pro 54. Ex his, quatuor: *πολίππην*, *ναύαγον*, *νήσους* & *νίοβιν* alii maluerunt referre ad Archippum.

Ἄμνος. Athen. Poll.

Ἀγωνιζεί. Poll.

Ἀιολοσίκων. Athen. Poll. Platonius de different. Comœdiar. qui teſtatur hanc fabulam mediæ Comœdiæ formam & nulla *χορικὰ μέλη* habuiſſe. Cœterum per filium ſuum Ararotem docuit & hoc drama & *κώκαλον* Ariſtophanes, ut notat ſcholiaſtes Comici in Argumento Pluti. Allegatur etiam in ſcholiis ad Pacem, Svid. in *ἀγυρράτου* & ab Hephæſtione in Enchirid. Acta poſt Plutum, adeoque poſt Olymp. XCVII.

Ἀιολοσίκων δεύτερ@. Athenæus Lib IX.

Ἀκλαὴς ſive *Ἀκλαιὴς* ſive *Ἀκαλλὴς.* Gell. XIX. 13.

Ἄμετροι vide infra, *τετράμετροι.*

Ἀμφίαρα@. Hephæſt. Harpocr. Poll. Svid. Athen. Apoſtolius, Erotianus in *λεβηλίδες.* Etymol. M. & Ælian. XII. 9. de animal. Schol. Ariſtophanis ad ranas. Hoc drama per Philonidem docuit Ariſtophanes, ut legitur in argumento Avium.

Ἀνάγυρ@ ſive *Ἀναγύρ@.* Svid. Poll. Etymol. M. Athen. & Scholiaſtes Ariſtoph. Vide Caſaubonum IV. 4. ad Athen.

Ἀνταγωνιζαί. Vide infra in *παγνιζαί.*

Ἀσκλήπι@. Pollux.

Ἀυτόλυκ@. Erotianus in *ἄμβην.* Galenus in Lib. I. Hippocratis *περὶ ἀέρων.* Schol. Ariſtophanis ad Veſpas.

Βαβυλώνιοι. Svid. & Apoſtolius in *Σαμίων ὁ δῆμ@.* quorum locis adde Meurſ. III. 21. Attic. Lect. Laudant & Ariſtoteles III. 2. Rhetor. Stephanus Byz. Pollux, Athenæus, Harpocration, Ammonius in *χολάδες.* Heſych. Etymol. M. Zenobius proverb. *ἀνθ' Ἑρμείων@*, Svid. in *Σίμ@.* auctor vitæ Ariſtoph. & Scholiaſtes ad aves & Acharnenſ. & in argumento Pacis. Vide & Caſaub. ad Athenæum III. 10.

Βοηθοί. Priſcian. Lib. XVIII.

Γεωργοί. Plutarch. in Nicia quem hoc dramate Ariſtophanes perſtrinxerat, Hephæſt. Priſcian. Lib. XVIII. Etymol. M. Athen. Poll. Harpocrat.

2011 Ministerio de Cultura

pocrat. Stob. & Zenobius in proverb. *αὐλῷ μελητέον.* Scholiastes Theocr. & Aristoph.

Γῆρας. Priscian. Lib. XVIII. Etymol. M. in *μορμολυκεῖον*, Svid. in *σλεγγίς.* Athen. Poll. Harpocrat. Scholiastes Nicandri Theriac. & Phrynichus in *Διονύσειον* p. 68. Schol. Aristophanis, Laërt.

Γηρόκαρδος, vel ut alii scribunt *γηλόκαρδος* vel *γηρόλοφος senectus curva* Ælian. hist. animal. XII 9. pro quo Meursius in Bibl. Græca suspicatur legendum *γεώργος* aut *γηρυτάδης.*

Γηρυτάδης. Erotianus in *γαργαλισμὸς* & *ἐκλαπήσεται.* Hesych. Athen. Poll. Harpocr. Etymol. M. & Scholiastes Sophoclis ad Electram & Schol. Aristoph.

Γλαῦκος. Pollux III. 3.

Γόητες. Athen. Lib. XIV. nisi legendum ibi Aristomenes pro Aristophane.

Δαίδαλος. Svid. Athen. Poll. Hesych. Phrynichus in *κάκκαβον* p. 80. Erotianus in *ἀνεκάς.* Clemens 6. Strom. p. 628. ubi ait Platonem Comicum & Aristophanem Dædalo sua invicem suffurari.

Δαιπαλεῖς. Athen. Poll. Harpocr. Etymol. M. Phrynichus & Thomas Magister Lex. Attic. in *ἀνεσὴς*, Galenus in proœmio Lexici Hippocratei, Svidas.

Δαναΐδες vel Δαναοί. Athen. Poll Svid. in *κλειδαγόρα.* Scholiastes Aristoph. ad Plutum & Pacem. Etymol. M. in *ἀπαλαίπωρον.*

Δηλία. Athen.

Διοναύαγος. *Jupiter naufragus.* Pollux X. 8. Vide & infra in *ναύαγος.*

Διόνυσος. Athen. Lib. XIV. nisi & ibi pro Aristophane legendum Aristomenes.

Δράματα. Videndus Casaubonus VII. 14. ad Athenæum, ubi suspicatur quatuor Comœdias, de quarum auctore Aristophane an Archippo (vide Anonymum in Comici vita quæ scholiis Græcis præfixa est) Criticis non constabat, Nioben, Centaurum, Insulas & Poësin ab aliquo in unum corpus conjecta, & titulum dramata ei inscriptum fuisse. At enim non de Centauro, sed de *ναυαγῷ* dubitabant veteres Critici. Apud Hesych. in *Βύρσαν* male *ἐν δράμασι* pro *ἐν δράμασι.*

Εἰρήνη. β'. Jam Eratosthenis ætate non exstabat, qui dubius hæret an Aristophanes Comœdiam *Pacem* quæ etiamnum habetur bis docuerit, an binas hoc titulo conscripserit, ut innuit Crates Grammaticus apud auctorem argumenti *εἰρήνης* Aristophaniæ.

Ἐρεχθεύς. Eustath. ad Iliad. *μ.*

Ἠνίοχος nisi apud Pollucem pro Ἡνιόχῳ legendum ἢ Νιόβῃ.

Ἥρωες.

2011 Ministerio de Cultura

Ἥρωες. Laërtius VIII. 34. Athen. Poll. Svid. Scholiastes Comici ad Aves & Stephanus Byz. in Ἄργος. Etymol. M. in πίνω.

Θεσμοφοριάζουσαι sive Θεσμοφοριάσουσαι, ut secundas Aristophanis Thesmophoriazusas inscribit Demetrius Trœzenius apud Athenæum Lib. I. Ex his locum insignem de muliebri cultu & ornatu proferunt Clemens Alex. III. 12. pædagog. & Pollux VII. 22. Emendat Salmasius p. 1148. ad Solin. (p. 808. edit. Ultraject.) Idem drama allegatur à Svida in λακωνίζω & λύκος ἔχανεν.

Κένταυρος sive Κένταυροι. Pollux, Hesych. Athen. Svid. in ᾠδεῖον. Vide & supra in δράματα, solet enim allegari Aristophanes ἐν δράμασιν ἢ Κενταύρῳ.

Κιθαρισής. Athen. Sed illa Antiphanis est, non Aristophanis.

Κιθαρῳδός. Hesych

Κόραι. Ammon. in λέφθαρται, pro quo legendum quidam suspicantur ὧραι.

Κότυλος. Pollux X. 23.

Κώκαλος. Erotianus in φῶδες, Athen. Hesych. Pollux, Harpocr. Zenobius in proverbio χρυσὸς ὁ Κολοφώνιος. Macrobius V. 18. Acta est hæc Comœdia post Plutum, adeoque post Olymp. XCVII. & post decretum ne quis nominetenus in theatro perstringeretur. Vide scriptorem Græcum vitæ Aristophanis, & quæ supra in Αἰολοσίκων. Porro Philemonem in Ὑποβολιμαίῳ suo hoc Comici drama æmulatum notat Clemens Alex. 6. Strom. p. 628.

Λήμναι. Ammon. in τύραννον. Harpocr. Athen. Poll. Etymol. M. Svid. & Hesych. in Δορίαλλος.

Ναύαγος. Vide supra in δράματα.

Νεφέλαι sive *Nubes priores* actæ Archonte Isarcho Olymp. LXXXIX. 1. in festo Lenæis. Vide Græcum argumenrum Nubium posteriorum, quæ exstant.

Νῆσοι. Etymol. Pollux. Scholiastes Eurip. Stob. Svid. Hesych. Ab aliis relata est ad auctorem Archippum. Supra in δράματα.

Νίκαι. Svid. nisi legendum νῆσοι vel σκηναί.

Νιόβη, (ab aliis tributa Archippo) Pollux, Schol. Euripidis ad Phœnisf. ubi allegatur Aristophanes ἐν δράματι Νιόβης. Forte leg. ἐν δράμασιν ἢ Νιόβῃ. Vide supra in δράματα.

Ὄβελος. Pollux X. 3.

Ὀλκάδες. Athen. Schol. Aristophanis, Hesych. Svid. Harpocr. & Stephanus Byz. Galenus 1. de alimentorum facult. T. 4. p. 316.

2011 Ministerio de Cultura

Πελαργόι. Schol. Ariſtoph. ad Plutum & Veſp. Athenæus, Harpocr. Pollux, Thomas Mag. vocibus Atticis in σημεῖον.

Πελασγόι. Pollux X. 44. & Athen. Lib. VI. niſi & ibi legendum πελαργόι.

Πελάσγοι. Athen. niſi leg. Πελασγοὶ vel Πελαργόι.

Περιαγγεύς. Vide mox περιαλγής.

Περιαλγής. Schol. Ariſtophanis ad Aves, ubi Meurſ. legit περιαλγεῖ pro περιαγγεῖ.

Πλαϑανισαί. Etymol. M. in αἰδοιέσατϑ, niſi legendum παγηνισαί.

Πλοῦτος. ά. Verſus quem ex Pluto ſecundo profert Athenæus Lib. IX. legitur in Comœdia hujus nominis, quæ exſtat, v. 1128. Viciſſim quæ in Pluto ά affert Scholiaſtes Ariſtoph. ad ranas, in illa non occurrunt. Unde recte colligit Meurſius, priorem Plutum periiſſe, poſteriorem ad nos perveniſſe.

Ποάσγιαι. Schol. Ariſtoph. ad Aves p. 602. Sed hæ Phrynichi vel Eupolidis potius ſunt quam Ariſtophanis. Vide Pollucem IX. 31.

Ποίησις ab aliis tributa Archippo. Vide ſupra in δράματα.

Πόλεις. Athen. Lib. III. qui docet idem drama ab aliis tributum Philyllio vel Phrynicho.

Πολύειδϑ. Etymol. M. Poll. Svid. Stob. Apoſtolius.

Προαγών. Athen. Poll. Svid. in σαθερόν.

Πυθαγόρειοι. Athen. Lib. IV.

Σέλφοι. Schol. Ariſtophanis ad Veſpas.

Σκηναί. Athen. Harpocr. Heſych. in τριτοσάτης. Alii hoc drama Platoni Comico adſcripſere. (Scholiaſtes Ariſtoph.

Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι. Heſych. Harpocr. Athen. Poll. Etymol. M.

Σκύθαι ἢ ταῦροι. Pollux Lib. X. Sed eundem verſum idem Pollux Lib. VII. non Ariſtophani tribuit ſed Antiphani.

Ταγηνισαί. Athen. Svid. Poll. Harpocr. Etymol. M. Scholiaſtes Comici ad ranas, nubes. Tarrhæus & Didymus, Apoſtolius. Forte apud Svidam in ἄλις ἀφ. pro ἀνταγωνισαῖς & apud Etymol. M. in αἰδοιέσατϑ pro πλαϑανισαῖς legendum ταγηνισαῖς.

Ταῦροι. Supra in Σκύθαι.

Τελμισσεῖς. (τελμισσοὶ, τελμησσεῖς, τελμήσσοντες) Athen. Heſych. Etymol. Poll. Ariſtides Orat. 1. ſacra T. 1. p. 486. Stephanus Byz.

Τετράμετροι. Zenob. in ἀκεσίας niſi legendum ἄμετροι quo titulo Ariſtophanes ſive Comicus ſive Grammaticus proverbia ſcripſit. Sed & Ariſtophanes uſus tetrametris jambicis, qui ab ipſo vocantur Ariſtophanii.

Τριφαλ-

2011, Ministerio de Cultura

Τελφαλλής. Athen. Harpocr. Poll. Heſych. Svidas in τ τριῶν κακῶν, Conſtantinus Porphyrogen. c. 23. de adminiſtr. Imper.

Φιάλαι apud Harpocrat. in ξύσις corruptum eſt, nam legendum Ἀριστοφάνης ἐν νεφέλαις.

Φιλωνίδης. Athen. Lib. VIII.

Φοινίσσαι. Athen. Poll. Svidas in ἀκαλήφη.

Ὧραι. Heſych. Athen. Pollux, Scholiaſtes Ariſtoph. Vide & ſupra in κόραι & Sam. Petitum ad leges Atticas p. 2.

IV. Scholia ſive Commentaria Græca in Ariſtophanem edita hactenus ſunt quadruplicia. *Prima* antiqua ſunt & pererudita ad Comœdias novem primores, in variis codicibus priſcis reperta & ad Aldi Manutii preces deſcripta ac recenſita à *Marco Muſuro* Cretenſi. Collegerant illa *Thomas Magiſter, Demetrius Triclinius* alique recentiores Græci ex variis Grammaticis antiquioribus qui in Ariſtophane illuſtrando operam ſuam olim collocarunt, quales fuere, ut ex ipſis Scholiis licet colligere, *Apollonius*, *Ariſtarchus*, *Ariſtophanes* Grammaticus, *Callimachus*, *Calliſtratus*, *Didymus*, *Eratoſthenes*, *Symmachus Athenienſis*, & *Theon*. Unde non mirum eſt verba Comici in hiſce, perinde ut aliorum Poëtarum in ſuis, frequenter in diverſam, haud raro etiam in contrariam exponi ſententiam. Facile etiam hinc componi poteſt controverſia, quæ exercuit viros* eruditos, ambiguum eſſe ducentes, utrum Svidas, in quo iisdem multa verbis atque in Scholiis ad Comicum leguntur, exſcripſerit Ariſtophanis Scholiaſten, an hic Svidæ fuerit compilator. Nimirum dubitari nequit Svidam, utpote longe juniorem, gnaviter uſum fuiſſe Grammaticorum veterum uti in alios poëtas ita in Ariſtophanem præcipue commentationibus, vel certe commentationum illarum antiquioribus excerptis: at vicisſim Muſurus qui illa Scholia ab aliis ut dixi excerpta digeſſit ac deſcripſit, Svidam hinc inde potuit habere ante oculos, & ex eo interdum illa ſupplere atque emendare.

Secunda Scholia ſunt in easdem novem Comœdias hinc inde ad Muſuri editionem adjecta à curatore Florentinæ editionis *Arſenio*, Archi Epiſcopo Monembaſiæ, nec adjecta ex Codicibus MSS. verùm ut Richardo Bentleio in Apologia diſſertionis de Epiſtolis Phalaridis p. 22. obſervatum eſt, è Galeno, Athenæo, Svida, Euſtathio & aliis vulgatis ſcriptoribus decerpta. Florentinam tanquam auctiorem, non Aldinam ſinceriorem editionem ſecuti ſunt, qui poſtea Ariſtophanem cum ſcholiis edidere Baſileenſes ac Genevenſes.

Tertia

* Vide Jac. Thomaſium de Plagio literar. §. 541. & 550. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Tertia ſcholia debentur *Odoardo Biſeto* Tricaſſino, quæ occurrunt in editione Genevenſi, & univerſas undecim Comœdias illuſtrant. De hoc Biſſeto in Franciſci Pithœi Pithœanis à Clariſſ. Teiſſerio nuper editis legas hæc verba: *Bizet qui a fait ſur l' Ariſtophane, eſtoit controlleur des guerres & Seignenr de Charlay. Il demeuroit en cette ville, & ſe retira pour la religion. Il a tout pris des dictionnaires grecs. Il eſtoit noſtre couſin.*

Quarta denique ſcholia Græca in ſolas conſcripta Thesmophoriazuſas ſunt ab *Ægidio Burdino* Advocato & Procuratore Generali Parlamenti Pariſienſis, editaque Pariſiis 1545. 8. & inſcripta Franciſco I. Galliæ Regi, & ab eo tempore recuſa in editione Ariſtophanis Genevenſi.

V. *Editiones * Ariſtophanis Græcæ cum Scholiis Græcis.*

1. Venet. 1498. (Male Geſneri Bibl. 1502. ſive MCCCCCII pro MCCCCIIC) fol. apud Aldum Manutium Romanum, qui in Epiſtola ad Danielem Clarium Parmenſem, Profeſſorem literarum humaniorum Raguſinum, *Accipe*, inquit, *novem Ariſtophanis fabulas: Nam decimam ** Lyſiſtraten ideo prætermiſimus, quia vix dimidiata haberi à nobis potuit. Sint ſatis hæ novem: cum optimis & antiquis ut vides cotamentariis, quibus Græce diſcere cupientibus nihil melius legi poteſt, non meo ſolum judicio ſed etiam Theodori Gazæ undecunque doctiſſimi, qui interrogatus quis ex Græcis auctoribus aſſidue legendus foret Græcas literas diſcere volentibus, reſpondit, ſolus Ariſtophanes, quod eſſet ſane quàm acutus, copioſus, doctus, & merus Atticus. Hunc item Johannes Chryſoſtomus tanti feciſſe dicitur, ut duodetriginta Comœdias Ariſtophanis ſemper haberet in manibus, adeo ut pro pulvillo dormiens uteretur: hinc itaque & eloquentiam & ſeveritatem quibus eſt mirabilis, didiciſſe dicitur.* Scholia Græca ut dixi non compoſuit ſed tantum ex veteribus codicibus deſcripſit & recenſuit *Marcus Muſurus*, *** cujus præfatio Græca præfigitur, in qua inter alia: Τὰ δ' ὑπομνήματα ταυτὶ καὶ πόνε πολλε καὶ χρόνε ἐδεῖτο μακρε, εἴ τις αὐτὰ πρὸς τὸ βέλτιον. ἐγχειρόιη μεθαρμόσασθαι χῆμα, ὧν ἕκατέρε μὲν ἐπειρατήσαμεν καὶτοι

* In editionibus Ariſtophanis recenſendis uſum me fuiſſe profiteor inter alia obſervationibus Ægid. Menagii T. 2. AntiBaïlleti cap. 113.

** Undecima quoque *Thesmophoriazuſæ* in hac edit. deſideratur.

*** De Muſuro, qui diem obiit ſupremum Romæ A. 1517. agunt Eraſmus XXIII. 5. Epiſt. Paulus Jovius in elogiis p 57. Paulus Freherus in theatro (qui male affirmat eum fuiſſe Cardinalem) Iſaacus Bullart in Academia ſcientiar. & artium T. 2. p. 324. Antonius Varillaſius in anecdotis Florentinis Libro IV. Petrus Bælius in Lexico, qui merito fidem detrahit Varillaſii commentis, & Petrus Lambecius Lib. VI. commentar. de Bibl. Vindobon. p. 278. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

καίτοι κρείττον ἢ φέρειν. Περὶ σενὸν δέ μοι κομιδῇ τὰ ξ χρόνα συνέβη. Οὐ γὰρ μόνον τὰς ἐξηγήσεις συνείρειν ἠργολαβήσαμεν πεφυρμένας τέως ὡς ἴστε πᾶσι καὶ αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ τυπωθείσας ἤδη ἐπετραπέμμεθα διορθῶν. Ad calcem Scholiorum in Comœdiam ſeptimam numero, quæ inſcripta eſt *Aves*, leguntur hæc verba: Ἀριστοφάνους Κωμῳδιῶν ἑπτὰ καὶ τῶν εἰς αὐτὰς σχολίων ἀρχαίοις συντεθέντων γραμματικοῖς ἃ δὴ σποράδην ἐν ἀντιγράφοις κείμενα διαφόροις καὶ πεφυρμένως, συνείλεκταί τε καὶ ὡς οἷόντ' ἦν ἐπιμελέσεται διώρθωται τῷδε Μάρκῳ Μουσούρῳ ξ Κρητός. Sed & in octavam deinde & nonam ſcholia ſequuntur (in Eccleſiazuſas quidem ſive nonam paulo breviora) ejusdem haud dubie Muſuri induſtra recenſitæ & emendatæ. Muſuri præfationi ſubjectum eſt *Scipionis* * *Carteromachi* in Ariſtophanem Epigramma, dehinc ſequuntur excerpta ex *Hephæſtionis* Enchiridio, & alia *Demetrii Triclinii* de metris quibus Ariſtophanes eſt uſus, *Platonii* item de differentia & diverſo charactere Comœdiarum apoſpaſmation, cujus mentionem feci ſupra cap. XI. num. 10. Tum Vita Ariſtophanis ab *Anonymo* ſcripta & alia brevior à *Thoma Magiſtro*: Denique nonnulla lectu digna de Comœdiæ antiquæ, mediæ, novæque ſcriptoribus, & numero ** Comœdiarum. Comœdiis ipſis Ariſtophanis varia ſunt argumenta præmiſſa Græco proſario ſermone, itemque aliud Jambis, qui tribuuntur Ariſtophani Grammatico.

2. Florentiæ Ao. 1525. (malè Geſneri Bibl. 1515.) 4. apud hæredes Philippi Juntæ recuſa editio Aldina eſt perquam nitide, & recenſita ab *Antonio Fracino* Varchienſi, cum ſcholiis Græcis per *Arſenium* auctis, & indice rerum in illis occurrentium. Sed Fracinum ipſum audire juvat in Epiſtola ad Benedictum Accoltam ArchiEpiſcopum Ravennatem: *Inter alia recognovimus Ariſtophanis Comicorum omnium lepidiſſimi novem Comœdias, vere Græci candoris eloquiique delicias, cum ſale ſuo, lepore facetiisque delectet multum*

* Hic Scipio Carteromachus Piſtorienſis, Græce & latine citra oſtentationem doctiſſimus, Politiani diſcipulus fuit, & notus eſt ſcripta Oratione de laudibus Græcarum literarum ad Dan. Renerium nobilem Venetum, quam H. Stephanus præfixit theſauro Græcæ Linguæ, & auctiorem ſeparatim edidit Joh. Faſoldus Baruthi A. 1690. Græca hujus Carteromachi Epiſtola, cum Epigrammate Græco, præmittitur Lexico Græco Varini Favorini Camertis, edit. Venetæ A. 1496. fol. apud Aldum. De hoc Carteromacho idem Clariſſ. Bælius conſulendus in Lexico edit. ſecundæ.

** Veteris Comœdiæ dramata, una cum Pſeudepigraphis, numerat CCCLXV. Poëtas Comœdiæ antiquæ nobiliſſimos Epicharmum, Magnetem, Cratinum, Cratetem, Pherecratem, Phrynichum, Eupolin & Ariſtophanem. Mediæ Comœdiæ Poëtas LVII. dramata DCXVII. Poëtarum celeberrimos Stephanum & Antiphanem. Novæ denique Poëtas LXIV. inque his præſtantiſſimos Philemonem, Menandrum, Diphilum, Philippidem, Poſidippum & Apollodorum.

2011 Ministerio de Cultura

multum, sententiarum vero luminibus plurimum prodesse possit, ad hoc Arsenii Cretensis ArchiEpiscopi Monembasiæ *magna eruditione viri acerrimo judicio usi, dum is Florentiæ adolescentulos illos quos Leo Pont. Max ad reparandam Græcæ linguæ jacturam ex media Græcia accersiverat, instituit. In qua quidem recognitione hoc imprimis gloriari licet, nos omnium primos in Comœdia cui titulus est* Pax, *ad* sexaginta versiculos *nostra diligentia repertos restituisse.*

3. Basileæ ex Officina Frobeniana A. 1547. fol. typis luculentis & perquam emendate Undecim Comœdiæ Aristophanis vulgatæ sunt, Novem quidem cum scholiis ex Florentina editione recusis, decima vero & undecima sine scholiis, recensente viro docto *Sigismundo* * *Gelenio* Pragensi, Marci Musuri discipulo, qui hoc opus insigni rerum in scholiis explicatarum indice ornatum inscripsit Philippo Melanchthoni, omnis bonæ literaturæ, ut vere eum appellat, peritissimo.

Editio Græcolatina cum Scholiis Græcis & Notis doctorum virorum.

Genevæ Ao. 1607. fol. sumptu Caldorianæ Societatis prodiit Aristophanes recognitus a *Francisco Porto* Cretensi, & a filio ejus *Æmilio Porto* in lucem editus, in qua lucupletissima omnium quæ hactenus prodierunt Comici editione, præter Comœdias ipsas undecim cum latina versione, & scholia in priores novem ex editione Basileensi recusa, habentur scholia Græca *Odoardi Biseti* ** in undecim Comœdias, *Ægidii Bourdini* scholia itidem Græca in Thesmophoria Zusas, *Caroli Girardi* commentarius in Plutum, & *Q. Septimii Florentis Christiani* notæ in Pacem, Vespas & Lysistratam, eleganti Metaphrasi poëtica latina à se donatas. Cæterum Claudius Christianus, Florentis filius, qui has parentis sui lucubrationes Genevam miserat, vehementer de illa editione conqueritur in literis ad Josephum Scaligerum datis *** 10. Sept. Anno 1608.

Je

* De Gelenio videndus Cœlius Sec. Curio in præf. ad Appiani Hispanica à se versa, Antonius Teisserius in elogiis Thuaneis & novis ad ea additionibus, H. Valesius præf. ad Ammianum, P. Bælius in Lex. Paulus Freherus, Tho. Pope Blount &c.

** Ad hunc Bisetum Epistola Æmilii Porti, cum ejusdem Porti præfatione duplici Græca altera, altera latina, operi præfigitur.

*** Ita rectius Colomesius cap. XCVIII. Bibl. selectæ quam Menagius T. 2. anti Bailleti p. 44. ubi has literas datas legas 20. Sept. 1610. Sed tunc jampridem defunctus fuerat Josephus Scaliger. De Florente Christiano præter Colomesium & Sammarthanum agit Teisserius in elogiis Thuaneis. De scriptis ejus editis & ineditis videnda quæ leguntur ad calcem libri Casauboni de Poësi Satyrica Græcorum, recuso ante aliquot annos in Museo Philologico Thomæ Crenii Viri Cl.

2011 Ministerio de Cultura

Je n'ose vous parler de l'Aristophane que vous avez veu je m'asseure premier que nous; car l'ouvrage en est si laid, que je ne le puis avouer pour parent. Le mal est arrivé de l'avoir envoyé hors d'icy, & en ville où ils ne croyent aujourd'huy que leur teste. Ils ont mepriſé l'ordre que je leur avois envoyé, ont retranché plusieurs choses de mon Pere, l'Epitre meſme à Mr. de Thou ſur l'Irene (imprimée à Paris l'An 1589. in octavo avec cette Epitre) *& y ont mis des gens qui n'ont du tout rien contribué à l'œuvre; puis ont tellement meslé ce que je leur avois baillé, qu'il ſemble que leur deſſein ait eſté pluſtot de l'eſtouffer que de luy faire voir le jour.*

Editiones Ariſtophanis Græcæ ſine Scholiis.

1. Florentiæ A. 1515. 8. *Bernardus Junta* Novem Comœdias à ſe caſtigatas & Philippi Juntæ typis exſcriptas dicavit Franciſco Accolto deſignato Epiſcopo Anconitano. *Putabam*, inquit, *duas quoque notioribus his addere poſſe nondum ab aliis impreſſas, quæ cito forſan abs te noſtra ope his novem comitatæ legi poterunt, ni forſan* Euphroſyni Bonini *præceptoris tui & aliorum tuorum pariterque noſtrorum amicorum promiſſa, quod credere nequeo, in leves abibunt auras.* Sed eodem anno iisdemque forma ac typis idem Bernardus ſeparatim edidit Thesmophoria Zuſas ac Lyſiſtratam, ut adeo ab illo jam tempore univerſæ Ariſtophanis undecim Comœdiæ manibus ſtudioſorum terantur. *Venit jam*, verba editoris ſunt in præfat. *exſpectata dies illa, in qua ex Urbinate Bibliotheca antiquiſſimum Ariſtophanis exemplar nacti ſumus, ibique inter alias Lyſiſtraten & Cereri ſacrificantes, non aliàs viſas Comœdias invenimus.*

2. Pariſiis A. 1528. 4. novem Comœdiæ Ariſtophanis recuſæ ſunt ſumtu *Ægidii Gourmontii*, cujus inſignia tanquam nobilis paſſim in hoc libro conſpiciuntur, profeſſi ſe primum fuiſſe illorum qui libros Græcos curaverint Pariſiis exſcribi typis. Singulis Comœdiis Græca *Johannis Cheradami* Epiſtola præmittitur, primæ ad Johannem Clericum Legatum Angl. ſecunda ad Thomam Winterum, ad Petrum Daneſium tertiæ, quartæ ad Johannem Violam, reliquis ad Joh. Tartaſſium, Joh. Lapithum, Joh. Beraltum virum eruditum, Joh. Ruellium Medicum & Gvil. Cuinum. ἐτυπώθη ἐν Λετκετίᾳ Παῤῥησίων, ἀναλώμασιν Ἐγιδίου Γορμοντίου, διὰ παραινέσεως καὶ ἐπιμελείας Ἰωάννου χερουδάμου, πόνῳ ᾧ καὶ δεξιότητι Πέτρου Ὀυιδαίου.

3. Francofurti A. 1532. 4. cum præfat. latina *Sim. Grynæi* ex officina Andreæ Cratandri & Joh. Bebelii, undecim Comœdiæ Ariſtophanis primâ vice junctim prodierunt, adjectis, quas ſeparatim prius Bernardus Junta ut dixi ediderat, Thesmophoria Zuſis & Lyſiſtrata.

2011 Ministerio de Cultura

4. Venetiis A. 1538. 8. typis Bartholomæi Zanetti.
5. Parisiis A. 1540. 4. apud Christianum Wechelum.
6. Francofurti A. 1544. 8. typis Petri Brubachii.
7. Basileæ apud Frobenium, teste Gesnero.

Editiones latinæ.

1. Undecim Comœdiæ Aristophanis latina prosa laudatissimo studio, licet non æque felici * successu, translatæ ab *Andrea Divo* Justinopolitano, & inscriptæ Aloysio Pisano ** Episcopo Patavino, Johannis Pisani D. Marci procuratoris filio. Venet. 1538. 8. Basil. 1552. 8.

2. Plutus, Nubes & Equites Aristophanis ex versione latina *Lamberti Hortensii.* Ultraj. 1557. 4.

Editiones Græcolatinæ sine Scholiis Græcis.

1. Plutus, Equites, Nubes, Ranæ & Acharnenses cum versione metrica doctissima *Nicodemi Frischlini.* Francof. 1586. 1597. 1625. 8vo. Vide quæ paulo ante in Catalogo Comœdiarum Aristophanis quæ exstant, num. 5.

2. Lugduni Batavorum Ao. 1624. 12mo Undecim Aristophanis Comœdiæ cum versione latinâ, ad quinque primores quidem, Nicod. Frischlini; ad Vespas, Pacem & Lysistratam, Florentis Christiani: ad reliquas, A. Divi. His præter *A. Schotti* præfat. & fragmenta Comœdiarum Aristoph. deperditarum, collecta à *Guil. Cantero* & *Guil. Coddæo*, Vitamque Aristophanis & diss. de Comœdia, auctore Nicod. Frischlino, indicemque proverbiorum Aristophani memoratorum adjunctæ sunt in calce voluminis perbreves notæ Criticæ in Aristophanem, *excerptæ ex variis lectionibus, emendationibus & conjecturis virorum doctorum, ac potissimùm duobus exemplaribus manu* Josephi Scaligeri *emendatis. E Bibliotheca Gerardi Ossii.*

3. Amstelodami A. 1670. 12. Aristophanes ex præcedenti editione Lugdunensi recusus est, quam tamen duplici nomine hæc vincit

* Tan. Faber T. 2. Epist. p. 164. *Bonus ille A. Divus vix alternos versus Comici nostri intellexit, qui nullum Hellenismi sensum haberet.* Idem p. 296. *infantissimam* versionem vocat, *nihil ut barbarum magis, nec minus intelligibile fingi posset.* Menagius 2. Anti Baillet. p. 41. *Cette traduction est pleine d'ignorances & pour le Grec, & pour le latin.*

** Miror à Menagio non hunc Aloysium sed Alexandrum Farnesium Cardinalem memorari.

2011 Ministerio de Cultura

cit, nam & notas plures Criticas habet adjectas, & Eccleſia Zuſas exhibet cum verſione & notis *Tan. Fabri.*

Editiones vernaculæ Ariſtophanis.

Undecim Comœdiæ *Italice* translatæ. Venet. 1545. 8.

Nubes & Plutus *Gallice* per Annam Daceriam. Vide ſupra Catalogum Comœdiarum Ariſtophanis quæ exſtant.

Nubes, *Germanicè*. Argent. 1613. 8.

Plutum *Hiſpanice* vertit Petrus Simon Abril teſte Nic. Antonio T. 2. Bibl. Hiſp. p. 193.

VI. Supereſt ut indicem ſcriptorum * in Scholiis Græcis antiquis ad Ariſtophanem allegatorum ſubtexam.

Aceſtor Poëta Tragicus O. 31.
Achæus B. 184. Ει. 1263. Eretrienſis. Ejus Philoctetes O. 363.
Achillis ἔρασαὶ (Sophoclis) Σ. 980.
Aelianus ἐν τοῖς περὶ Ζώων O. 158. (Aeſchines Selli O. 825. Σ. 1194. 1218.)
Aeſchines N. 445. Σ. 325. 417.
Aeſchinis Oratio contra Timarchum A. 44. Cteſiphontem Εκκλ. 290. Ejusdem ὁ περὶ παραπρεσβείας λόγος Eq. 1343.
Aeſchylus Pl. 423. N. 534. 1128. A. 75. 331. B. 713. 830. 835. 854. 910. 956. 1068. 1086. 1454. Eq. 359. 1364. O. 809. 1256. 1680. Σ. 18. 139. 270. Arg. B. B. 767. in contextu. Ει. 768.
Aeſchyli tempus mortis & honores A. 10.
Aeſchyli *Agamemnon* B. 1293. 1306. 1315. Eq. 583. *Glaucus Potnieus* B. 1570. 1444. ἡδωνοί O. 278. *Iphigenia* B. 1299. *Lycurgus* Eq. 1193. *Myrmidones* B. 939. 1020. 1293. Ει. 1196. Εκκλ. 392. O. 801. 810. 1420. *Niobe* B. 1437. O. 1246. 557. Ὅπλων κρίσις A. 862. Ορεσία. B. 1153. *Perſæ.* B. 1050. 1055. in contextu. 1057. argumentum dramatis ibidem recenſetur. *Prometheus* B. 823. Eq. 753. δρᾶμα Πυγραφόμβον Φεύγες ἢ ἕκτορος λᾶτρα B. 939. Ψυχαγωγοί B. 1295. *Sphynx* B. 1318. *Telephus* B. 1299. οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας in contextu B. 1050. *Threſſæ* B. 1357.
Aeſopus Pl. 1124. Ει. 129. O. 14. 441. 472. 653. 969. Σ. 1210. 1396.
Aeſopus Τραγῳδίας ὑποκριτὴς Σ. 524.
Agathon Τραγικὸς ποιητὴς B. 83. 84. in contextu, Socratis diſcipulus ib.

* In hoc concinnando operam mihi ſuam præſtitit *Stephanus Berglerus* Tranſſylvanus, idem quem ſupra in Sophocle laudavi.

2011 Ministerio de Cultura

ib. dicitur etiam χωμῳδοποιὸς
ib. Εκκλ. 1.
(Aglaophon Pictor O. 576.)
Alcæus Pl. 302. O. 1410. 1647. Σ. 1186. 1187. Et. 1263.
Alcman Et. 476. O. 252.
Aletes Et. 1090. vide Bacis.
Alexander B. 861.
Alexandrides Pl. 925.
(Alexis Εκκλ. 355.)
Amipsias. in contextu B. 14. Citatur ἐν κοινῷ O. 989. Egit δρᾶμα Comastas Σ. p. 366. edit. Froben.
Ammonius. Εκκλ. 607. O. 1297. Σ. 900.
(Amphidamas, Morsimi F. B. 151.)
Amynon ῥήτωρ Εκκλ. 365.
Anacreon Pl. 302. 1002. A. 829. 1109. B. 385. O. 1372.
Ananias. Ejus jambus B. 671.
Andocides Σ. 960.
Andreas O. 268.
Andron B. 1463.
Androtion N. 549. 981. A. 233. Et. 1180. O. 13. 1540. Σ. 900.
Anonymus ὁ τὰς ἀπαλαίστας συγχράψας. O. 1293.
Anticlides. N. 144.
Antigonus O. 301.
Antimachus Pl. 33. 717. A. 1126.
Antipater O. 1403. ἐν Ὑπομνήμασι.
Antipho N. 1419.
(Antipho Andocidis F. Σ. 1220.)
(Antisthenes Medicus Εκκλ. 365.)
Aphthonius B. 809.
Apion Eq. 574.
Apollodorus N. 447. A. 939. B. 331. O. 1022. 1354. Σ. 483.
Apollodorus Tarsensis B. 321.
Apollonius Pl. 103. B. 421. 501. 800. 870. 991. 1153. 1299. 1371. 1455. 1479. Eq. 22.
Apollonius Acharnensis. N. 407.
Apollonius Chæridis Σ. 1190.
Apollonii (Παρεγχαμμία) O. 1242.
Apollonius Rhodius. Pl. 63.
Apollonius Tyaneus B. 215.
Appianus Eq. 599.
Aratus A. 856. Et. 802. Σ. 262.
Aratus περὶ τῶν διοσημείων διαλεγόμενος. Et. 1086.
Archennus O. 576.
Archinus ῥήτωρ B. 368.
Archilochus A. 120. 278. 686. 1205. B. 385. Eq. 430. Et. 1167. Pl. 475. O. 653. 1426. Ejus ἐλεγεῖον. Et. 1317. ἐφύμνιον in Herculem O. 1762.
Archippus Eq. 419. Σ. 439.
Archippi Comœdia ὄνος σκιά Σ. 191. Ejusd. ἄλιτος O. 1647. Σ. 376.
(Ares Morsimus, Philoclis F. O. 283)
Arichus B. 1153. legendum Aristarchus.
Arignotus Citharœdus Et. 1320. Σ. 1231.
Arion B. 1347.
Arion Methymnæus primus instituit χοροὺς ἐγκυκλίους ut Hellanico (aut potius Dicæarcho) videtur O. 1403.
Aristarchus B. 134. 373. 309. 321. 998. 1018. 1173. 1178. 1235. 1299. 1441. 1454. 1463. 1479. 1235. Et. 1178. 1223. Eq. 482. 559. 749. 1321. O. 76. Σ. 220.

Aristias

2011 Ministerio de Cultura

Aristias Chius ἐν ταῖς θέσεσι. N. 397.
Aristocrates N. 967.
Aristocritus Σ. 801.
Aristomenes. Ejus δρᾶμα, *Olophyri.* argum. Equitum.
Aristomenis δρᾶμα: Βοηθοί A. 3.
Aristophanes A. 939. 1052. p. 366. B. 1068. Ει. in contextu. laus Poëtæ 753. 787. O. 678. Σ. 288. 460. 878. 1234. 1298. Eq. 1028. 1311. 1467. Dramata: αἰολοσίκων Ει. 760. *Amphiaraus* N. 663. B. 245. *Acharnenses* B. 1068. Arg. εἰρ. & 1020, 1022. 1033. 646. 1223. Σ. 61. 90. 550. 743. 1149. 1160. 1357. *Anagyrus* O. 1292. *Autolycus* Σ. 979. *Babylonii* A. 377. Arg. εἰρ. O. 1555. βατραχοι N. 1373. A. 242. 244. Ει. 1189. B. 1463. Ει. 760. Eq. 998. Ει. 1215. O. 751. 1133. Σ. 607. 1157. O. 1379. Δαιταλεῖς A. 271. Σ. 778. Eq. 1052. Danaides Pl. 1198. Ει. 941. Εἰρλώη. Duo hujus nominis δράματα fuisse probat Auctor Argumenti, quod passim citentur carmina, in hac quam habemus εἰρλώη non occurrentia: item auctoritate Cratetis. Arg. Ει. p. 433. Citatur: A. 443. B. 324. Eq. 243. 644. O. 43. 874. 1475. Σ. 483. 979. 1396. Ἐκκλησιάζουσαι A. 842. Σ. 1244. Ἱππεῖς N. 14. A. 8. 165. 380. 477. B. 574. Ει. 774. bis. O. 870. 979. Σ. 332. 454. 992. *Heroës* O. 800. *Gerytades* Σ. 1262. ὁλκάδες A. 709. Σ. 550. N. 609. *Lysistrata* Pl. 427. Σ. 460. 799. *Nubes* A. 135. 272. 875. 916. Ει. 470. 816 1055. Eq. 1143. 1413. O. 5. 132. 694. Σ. 966. 992. 998. 1379. Ὄρνιθες N. 360. A. 723. Ει. 760. Eq. 583. Ει. 822. Σ. 324. 349. *Pelargi* Pl. 84. 664. Σ. 1190. *Plutus* Arg. B. A. 393. 468. B. 490. 1477. 941: Ἐκκλ. 378. O. 535. Σ. 270. 634. 1028. Ποάστριαι O. 1297. σκίωαὶ καταβαίνουσαι Eq. 419. σφῆκες N. 352. 691. Pl. 796. A. 20. 135. 144. B. 1341. Ει. 450. 760. 472 O. 735. 472. Θεσμοφοριάζουσαι Pl. 159. 452. O. 1295. A. 331. Σ. 61. 1065. 1112. 992. *Tageniſtæ* N. 360. A. 640. B. 294. Eq. 639. σέμφοι videtur esse δρᾶμα Aristophanis Σ. 74. aut Cratini.
Aristophanes ἐν Πειραγεῖ O. 1297.
Aristophanis ἄμετροι παροιμίαι O. 1292.
Aristophanes Grammaticus auctor argumenti in Plutum pag. 1. in ἀχαρνεῖς pag. 259. in σφῆκες & quidem Διὰ στίχων p. 309. in Ἱππεῖς p. 189. in Ὄρνιθας p. 367. &c. Citatur O. 1540.
Aristophanes itidem (ut videtur) ille Grammaticus O. 1619.
Aristoteles Pl. 585. N. 37. 397. 404. 447. A. 108. B. 404. Ει. 1197. 1263. Eq. 417. 1193. O. 304. 495. Σ. 536. 649. 1386. Ejus διδασ-

2011 Ministerio de Cultura

διδασκαλίαι. O. 283. 1379.
Tertius Lib. Politicorum. A. 92. Sextus A. 956. Πολιτείαι. Σ. 157. 642. *Athenienſium* πολιτεία Pl. 278. A. 233. O. 1354. *Cyrenæorum.* Pl. 925. *Lacedæmoniorum* A. 319. *Ithacenſium.* μϛ Lib. *Samiorum* πολιτ. O. 472. Liber I. de animal. Eq. 417. Hiſtoria animal. Eq. 411. Problemata. Σ. 145.
(Ariſtoxenus B. 358.) 1335. Σ. 1190. Muſicus.
Ariſtoxenus Selinuntius. Pl. 486.
Arrianus A. 86.
Artemidorus. Σ. 1098.
Artemidori συναγωγὴ Σ. 1123.
Artemon, μελοποιὸς A. 830.
Aſclepiades B. 1299. 1306. 1362. 1379. O. 569. 348. bis. Alexandrinus. N. 37.
(Aſpaſia Sophiſtria A. 526.)
(Aſtydamas Morſimi F. A. 283.)
Athenæus Pl. 1110. ἐν τῇ ιέ. Ει. 1263.
Bacchylides 1535. Ejus Hymni A. 46.
Bacis Ει. 1138. Eq. 1047. O. 979.
Bacidas tres fuiſſe, unum ex Eleone Bœotiæ, alterum Atticum, tertium Arcadem ex urbe Caphyra, qui & Cydas & Aletes dictus fuit Ει. 1090. O. 963. Eq. 122.
Baris Hyperboreus conſcripſit Oracula quædam Eq. 722. lege Abaris.
βίβλος τῆς ὀδυσσειακῆς προσῳδίας O. 863. (Herodiani.)
Cajus Cæſar B. 1335.
Callias O. 283.
Callias egit Ariſtophanis Aves Arg. Oϱ. p. 367. leg. Calliſtratus.
Callias citatur ἐν παιδήταις O. 31. 151.
Callimachus A. 144. B. 215. 1330. Ει. 1263. Eq. 750. 860. O. 263. 304. 305. 600. 767. 885. 1181. 1242. Σ. 62. 262. 791. Pl. 388. N. 332. 508. Callimachi Scholia N. 397.
Callimachus reprehenſus O. 694.
Callimachus χοροδιδάσκαλος. Εκκλ. in contextu, 184.
Callimachus ἐν τοῖς ἰάμβοις Ει. 1086. Ephymnion (ni fallor) 472. ἐν Ἑκάλῃ A. 127. ἐν ὕμνοις A. 723.
Calliſtratus Pl. 179. 385. 717. 1110. A. 654. B. 92. 593. 1463. 222. 271. 703. 799. 800. Ει. 1069. 1145. O. 437. 441. 531. 935. 998. 1337. 1378. Σ. 157. 213. 562. 729. 760.
Calliſtrati σύγγραμμα περὶ Ἀθλων O. 396.
Calliſtratus Hiſtrio Ariſtophanis Σ. 972. Egit Aves ejus p. 366. Male p. 367. Callias illud Drama egiſſe ſcribitur. Egit etiam Calliſtratus Ἀχαρνεῖς. p. 259.
Carcinus habuit tres Filios τραγικοὺς χορδιπάς: Xenoclem. Xenotimum. Xenoclitum. B. 86. Ει. 804.
Carcinus Tragicus Poëta Ει. 802.
Carcini δράμα Μῦες Ει. 815. 813.

Carci-

2011 Ministerio de Cultura

Carcinites τραγῳδός Σ. 1452. 1454. χορδιτής.
Craterus O. 1073.
Carterus ἐν τῇ συναγωγῇ τ̃ ψηφισμάτων B. 321.
Caryſtius Pergamenus O. 576.
Cephiſodemus O. 1293.
Cephiſophon B. 972. 1494. adjuvit Euripidem in ſcribendis dramatis B. ib. in contextu.
Cercops certavit carmine cum Heſiodo Arg. B. p. 59.
Chærephon O. 1296. 1563. Σ. 1358.
(Chæris Tibicen A. 845.
(Chæris Citharœdus O. 860.
Chæris Tibicen diverſus à Citharœdo Ει. 970. O. 860.
Chæris B. 1057.
Charis O. 868.
Chœrilus B. 73.
Chryſippus Eq. 1028.
Cineſias B. 366. 1479. O. 1377.
Cineſias διθυραμβοποιός O. 1378.
Cineſias Thebanus peſſimus verſificator fecit πρὸ πυρρίχου B. 153.
Cineſias κυκλιοδιδάσκαλος quod Scholiſtes interpretatur: ἀντὶ τ̃ διθυραμβοποιός O. 1403. in contextu & Scholiis.
Cineſias ποιητὴς κυκλίων ᾀσμάτων O. 2379.
Cineſiæ duo O. 1379. teſte Ariſtotele ibid.
Cleanthes Eq. 84.
Clearchi περὶ χείρων σύνταγμα Σ. 20.
(Cleocritus, fortaſſis hiſtrio, O. 878.) B. 1479.
(Cleomachus Τραγικὸς ὑποκριτὴς Εκκλ. 22.)
Clidemides Sophoclis vel Filius vel Hiſtrio B. 800.
Clitagora Theſſala Poërria Σ. 1197. Ejus χείρωνες. Σ. 1190. Apollonio eſt nomen Viri Clitagora. ibid.
Clitarchus ἐν τῇ δεκάτῃ O. 488.
(Clitophon Euripidis diſcipulus. B. in contextu 995.)
(Connas ſive Connus Citharœdus Σ. 633. *Tibicen* Eq. 528.)
Crates B. 295. Arg. εἰρ. p. 433.
Crates περὶ τῶν ἀθήνῃσι θυσιῶν, Eq. 722.
Crates Comicus Eq. 530.
Crates ἐν Δερβίοις. N. 691.
Crates ἐν Πανόπλαις N. 96. forte legendum Cratinus.
Cratetis Phœniſſæ. Σ. 838.
Cratinus Pl. 66. 486. N. 447. A. 3. 1149. (B. 358.) Eq. 402. Ει. 760. bis. 719. 721. Εκκλ. 1081. Eq. 520. 523. 530. 1329. O. 121. 522. 1535. Σ. 151. 340. 1190. Veteris Comœdiæ Poëta Eq. 396. Ejus dramata: χειμαζόμενοι quod periit. Arg. Acharn. p. 259. δηλιάδες 502. O. 1293. *Eumenides* Eq. 524. θρᾴτται Σ. 550. κλεόβουλοι. O. 31. νέμεσις Ει. 1263. O. 522. Ὀδυσσεῖς Pl. 597. πανόπται N. 981. Σ. 980. πυτίνη N. 345. Ει.

2011 Ministerio de Cultura

621. 710. 721. Eq. 520. 525. 896. Ei. 1100. Πυλαία Ei. 753. Satyri p. 190. Arg. B. *Seriphi* Σ. 1141. χείρωνες πυλαῖαι ὦραι O. 768. bis. Σ. 1190.
Cratini verſus Eq. 528.
Cratini νόμοι Ei. 1193.
Cratinus diverſus ab iſto Poëta, uti videtur Eq. 787.
Critias. Ejus ἐλεγεῖα Ei. 1263.
(Cydas alias Bacis Ei. 1090.)
Cydides. N. 964.
Damon. Pl. 1002. infra Demon.
Demarchus ἐν τῷ περὶ διονυσιακῶν ἀγώνων. O. 1403. Sed videtur legendum Dicæarchus.
Demetrius B. 78. 184. 309. 998. 1018. 1225. O. 1568. Σ. 240.
Demetrius Phalereus. N. 73.
Demon (Δήμων) B. 440, O. 303.
Demoſthenes Pl. 682. N. 208. 259. A. 60. 284. 333. Eq. 600. O. 852. Σ. 191. 667. 1386.
Demoſthenis φράσις ἐξ ἀμάξης Eq. 541.
Demoſthenis *Prima Philippicarum* A. 205. 338. *Philippicæ* Eq. 520. Contra *Ariſtogitonem* A. 171. περὶ στεφάνου Eq. 759. Contra *Timocratem* A. 296. Contra *Aeſchinem* περὶ παραπρεσβείας A. 319. Contra *Midiam* A. 205.
Demoſthenes ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν ἀφισοκράτει. O 126.
(Dercylus hiſtrio Σ. 78.)
(Dexitheus optimus Citharœdus A. 13.)
Diagoras Eq. 352.
Diagoras μελῶν ποιητὴς. ἢ διθυραμβοποιὸς ἢ κωμικὸς διθυραμβικὰ (τουτέστι διονυσιακὰ) ποιῶν B. 321. Telecliti Filius, ibidem.
Dicæarchus N. 1367. Argument. B. Meſſenius, Ariſtotelis diſcipulus ἐν τῷ περὶ ἀλκαίου Ei. 1263. ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων. B. 1335. Σ. 1190. παναθηναϊκός Σ. 502. ἐν τῷ περὶ διονυσιακῶν ἀγώνων. Sic enim videtur legendum pro Demarchus O. 1403.
Dicæogenes Εκκλ. 1.
Didaſcaliæ incerti autoris (quales & Ariſtoteles ſcripſit) B. 67. 1153. Arg. εἰρ. p. 433.
Didymus Pl. 549. 1011. 1129, N. 133. A. 1052. 1077. B. 41. 55. 104. 222. 231. 713. 784. 993. 998. 1018. 1057. 1338. Ei. 950. 1273. Eq. 998. O. 13. 43. 59. 149. 219. 301. 306. 441. 531. 706. 441. 531. 706. 739. O. 818. 826. 837. 838. 878. 1002. 1112. 1113. 1121. 1273. 1283. 1293. 1295. 1297. 1363. 1379. 1520. 1680. 1677. 702. Σ. 729. 777. 850. 992. 1017. 1132. 1269. 1338. ἐν τῷ περὶ διεφθορυίας λέξεως O. 770.
Diodorus Pl. 9.
Dionyſius Zopyrus O. 1297.
Dinarchi oratio contra Philoclem Eq. 1343.
Dionyſius. Pl. 322. Halicarnaſſeus. N. 400.

Dionÿ-

2011 Ministerio de Cultura

Dionyſius Chalcidenſis. ἐν πρώτῳ κτίσεως N. 397.
Diopithes χρησμολόγῳ καὶ ῥήτωρ O. 989.
Diopithes ῥήτωρ Σ. 339. dubitat Scholiaſtes an ille ſit qui apud Phrynichum commemorabatur. ib. (1283.
Dioſcorides ἐν τοῖς περὶ νομίμων O.
Diphili ἐναγίσματα Eq. 1008. εἰς Βοῖδαν. N. 96.
Duris. ἐν β. λυδιακῶν Σ. 989. ἐν ιέ Μακεδονικῶν N. 397.
Ἐκλογαὶ incerti Autoris Ei. 1261.
(Eladus Argivus Statuarius, Magiſter Phidiæ B. 501.)
Epaphroditus ἐν ταῖς λέξεσιν Ei. 1193. Σ. 332.
Ephorus. N. 857.
Epicharmus Ei. 344. Pl. 486.
Epicrates ῥήτωρ Ἐκκλ. 71.
Epigramma incerti Ei. 259.
Epimenides Σ. 986.
Eratoſthenes B. 1292. Pl. 796. 1194. N. 447. 552. Arg. Ei. p. 433. Ei. 721. 774. Eq. 1007. O. 11. 122. Σ. 239. 460. 662. 986. Eratoſthenis Lib. IX. O. 588. Lib. III. de Comœdiis B. 1057
Euathlus ῥήτωρ A. 709. Σ. 550.
Eubulus Pl. 1129.
Eudoxus ἐν τῇ περιόδῳ (forte ἐν γῆς περιόδῳ) N. 397.
Eumolpus Pater Muſæi B. 1062.
Euphronius Pl. 385. 904. N. 1267. B. 1122. O. 268. 301. 358. 767. 800. 874. 935. 998. 1378. 1379. 1403. 1535. 1562. 1743. Σ. 562. bis. 632. 654. 1040. 1098. 1479.
Eupolis N. 96. 179. 350. 691. B. 309. 1097. 1441. Ei. 759. 782. 830. 1176. Eq. 985. 1028. 1130. 1332. O. 78. 1379. Σ. 979. 980. Ejus dramata: αἶγες Ei. 809. ἀσράτευτοι Ei. 828. O. 1555. Autolycus N. 109. 252. Ei. 1183. βάπται Pl. 883. N. 552. B. 419. Ei. 1263. Σ. 645. δῆμοι N. 997. 1018. A. 61. 529. O. 824. 878. 1568. κόλακες N. 52. Ei. 822. O. 285. μαρικᾶς O. 1555. B. 574. Pl. 1037. N. 549. 591. Νεμεώται quas ipſe egit, cum Calliſtratus doceret Acharnenſes Ariſtophanis, Arg. A. p. 259. πόλεις A. 503. B. 998. 1555. Ei. 1050. 1065. O. 882. Σ. 82. 98. 1222. περσοπαπάλιοι N. 541. ſive περσοπάλλιοι potius O. 841. (Male Σ. 57. περσοπαντῖνοι) πύλαι O. 1297. Taxiarchæ O. 1293. Φίλοι A. 127. χρυσῆν γένος A. 3. B. 1065. O. 39. Σ. 601. 879. 1260.
Eupolidis dicta protulit Ariſtophanes Eq. 525.
Euricles Vates Σ. 973.
Euripides Pl. 87. 203. 423. 446. 520. N. 30. 106. 138. 531. 604. A. 245. 331. 393. 395. 398. 400. 415. 442. B. 73. 75. 91. 316. 470. 569. 767. in contextu, aliquoties. 784. 785. 830. 861. 974. 1342. 1076. 1235. 1454. Ei 549. 552. 760. 928. 1087. Eq. 750.

2011 Ministerio de Cultura

750.1015.1225.O.590.Σ.61. 671.1074.1190.363.
Euripidis Dramata: *Aegeus* O.495. *Aeolus* N.1374. B. 870. 1517. Alceſtis N. 1417. *Alcmæon* Eq. 1343. *Alcmena* B. 537.93. *Alexandra* B. 100. *Andromeda* O. 348.B.53.B.105.A.307. *Antigona* B.1210.1432. *Bacchæ* Arg. B. p. 128. & adverſ. 103. Pl. 907. *Bellerophontes* Et. 147. 741. Eq. 1292. Σ.719. *Cretenſes* B. 870. 1392. *Creſſæ* Σ. 720. *Electra* Pl. 638. B. 1347. *Eumenides* B. 1371. *Hecuba* N. 53. B.1362. Eq. 560. *Heraclidæ* Eq. 1184. *Hercules* Et. 978. *Hippolytus* B. 1111. 1513. 1520. 102. Eq. 16. Σ. 708. *Hypſipyle* B. 1240.53.1352.1359. *Iphigenia ἐν αὐλίδι* B.1343.1441. Arg. B. p.128. *Iphigenia ἐν ταύροις* A.46. B.694. 1262. *Lycimnius* vel Lycimnii O. 1242. *Medea* N. 41. A.119. B. 1421. Bl. 1031. Eq. 808. Σ.1363. *Meleagrus* B.1267. 1347.1445. *Menalippe Sapiens* B.1273. *Oeneus* A.417.471. B. 72. Oreſtes Pl. 638. Peleus N. 1153. *Phædra* B. 1072. *Philoctetes* B. 283. 1441. *Phœniſſæ* Pl. 600. A.442. B.53. 1214. *Phryxus* B. 1111. 1520. *alter Phryxus* B.1254. *Palamedes* O. 844. *Pirithous* O. 180. *Sthenobœa* B. 1248. Σ. 111. 1028. *Telephus* Pl. 600. N. 888.919. Eq. 808. B. 1441. A.8.414.439.445. 453. 471.539.542. 554. Eq. 1283. *Theſeus* B.473.475. Σ. 512. *Troades* O.1717. *Ξάντριαι* B.1379.
Euripides p. 128. Arg. B.
Euripides Filius mortuo patre egit Athenis Iphigeniam *τὴν ἐν Αὐλίδι*, Alcmæonem & Bacchas. Arg. B. p. 128.
Euripides fuit Socraticus B. 912. 916.
(Execeſtides Citharœdus O. 11. 766.)
Galenus *ἐν ἀφορισμοῖς*. Pl. 873.
Glaucon egit *δρᾶμα πρέσβεις λεγόμενον* Arg. Σ. p. 309.
Glycon. N. 563.
Hegelochus *ποιητὴς τραγῳδίας*, à quibus perperam pro Poëtria habitus B. 304.
Hellanicus B. 703. O. 874. *ἐν τοῖς κραναϊκοῖς* O. 1403. *ἐν τοῖς περσικοῖς* O. 1022.
Hephæſtion B. 325. 1293. Pl. 252. 486.597. N. 274. 290.
Heracleotes * *περὶ ἡρακλείας ἐν τῷ ιβ'*. O. 875.
Hermippus Σ. 360. Pl. 700. Ejus *ἀρτοπώλιδες* O. 1555. *Θεοί* O. 1550. *στρατιῶται* O. 1150. *φορμοφόροι* O. 751. *κέρκοπες* O. 1405.
Hermip-

* Nymphis Heracleotes intelligitur, Ptolemæi Evergetæ temporibus clarus, quem de Heraclea libros XIII ſcripſiſſe teſtatur Svidas. Allegatur à Stephano & aliis, ut Voſſio pulchre obſervatum Lib. I. de Hiſt. Gr. p. 104. ſed idem Lib. IV. p. 514. Heracleotem hunc ex Ariſtophanis ſcholiaſte perperam tanquam nomen proprium refert inter Scriptores incertæ ætatis.

2011 Ministerio de Cultura

Hermippus ἐν διμέτροις Σ. 1123. ἐν τριμέτροις O. 1150.
Herodianus B. 221. 954. 1057. Ει. 62. Eq. 22. 482. 1193. 1228. Σ. 568. O. 863.
Herodianus ἐν ἐπιμερισμοῖς Eq. 430. ἐν τῇ ιά. Ει. 414. ἐν τῷ πρώτῳ τῆς καθόλου O. 1680. ἐν τῷ τρίτῳ τῆς καθόλου. Σ. 243. ἐν τῷ ζ. τῆς καθόλου Ει. 942. ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῆς καθόλου O. 878. ἐν τῷ βάσκ' ἰθι ἵππε ταχεῖα τὸν ἔκτορ' ἐπὶ μῦθον ἔνισπε, ἐπιμερισμῷ O. 878. Videntur hujus autoris ἐπιμερισμοὶ commentationes quædam fuisse in Homerum & alios etiam scriptores.
Herodotus Eq. 84. 91. 430. 1007. Σ. 460. 1207. Pl. 388. N. 151. 272. 301.
Hesiodus A. 179. 278. 739. 997. Arg. B. & 991. ἐν τῇ ἀσπίδι.
Hesiodus. Pl. 90. 726. Ει. 1178. 1189. Eq. 1007. O. 506. 611. 695. 711. 713. 1426. Σ. 238. 1068. Ejus versus allegatus Eq. 411. Scripsit χῆς ἐργασίας, καρπῶν ὥρας καὶ ἀρότου B. in contextu 1062.
(Hierocles Augur Ει. 1065. 1069.
Hieronymus Tragicus A. 387.
Hipponax B. 671. 933. Ει. 501.
Historia Animalium. (Aristotelis) O. 885.
Homerus Pl. 27. 109. 189. 301. 322. 468. 589. 695. 752. 1110. N. 41. 52. 53. 81. 178. 191. 195. 269. 272. 296. 336. 377. 400. 644. 1113. A. 1. 7. 16. 17. 24. 26. 68. 81. 85. 106. 112. 142. 217. 230. 210. 307. 329. 331. 262. 264. 265. 284. 294. 344. 390. 393. 399. 414. 478. 547. 558. 680. 738. 939. 973. 975. 1062. 1104. 1134. 1186. B. Argument. & 1. 18. 175. 187. 222. 226. 628. 784. 809. 837. 839. in contextu, 1063. 1067. 1068. 1180. 1541. Ει. 216. 379. 386. 774. 777. in contextu, 1108. 1109. seq. 1015. seq. 1000. 1050. 1058. 1065. 1069. 1186. 1129. 1235. Εκκλ. 378. Eq. 91. 137. 152. 159. 160. 53. 328. 480. 690. 697. 785. 1343. 1366. O. 13. 39. 152. 168. 263. (Ejus Ilias 1177.) O. 337. 400. 403. 576. 582. 600. 687. 1427. 1647. 1702. bis. Σ. 36. 85. 92. 194. 337. 460. 562. 606. 513. 989. 1298. 1417. 1428. (ejus Margites, O. 915.)
Hyperides Pl. 724. ἐν τῷ χαλκῷ O. 882.
Hypomnemata sive scholia Varior. in Aristophanem O. 283. 285. 1403. 558. 1072, 1252. Σ. 502. 921. &c.
Ibycus. O. 193. 1302. Σ. 671. N. 1047.
(Idmon ὁ σοφὸς O. 472.)
Idomeneus Σ. 900.
Ἰλιὰς μικρᾶς Auctor Anonymus Eq. 1101.
Isocrates B. 543. πρὸς Καλλίμαχον. N. 1132. Ejus πρὸς Δαμνέσεις A. 205.
Ion Chius διθυράμβων καὶ τραγῳδίας καὶ με-

2011 Ministerio de Cultura

καὶ μελῶν ποιητής, ſcripſit Oden cujus Initium: Ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀσέρα &c. Fecit etiam Comœdias, Epigrammata, Pæanas, Hymnos, Elegias, σκολιά, καὶ καταλογάδην τὸν Πρεσβυτικὸν λεγόμενον, it. κτίσιν, κοσμολογικὸν, ὑπομνήματα καὶ ἄλλα τινά. Ejus δράματα XII. alii XXX. alii XL. fuiſſe ajunt. Ει. 854. ubi de ejus celebritate quædam commemorantur.

Ionis Dramata: *Agamemnon.* O. 1110. *Cuſtodes* B. 1466. *Oeneus* B. 715. *Omphale* O. 1680. *Phœnicia* B. 715.

Iophon Sophoclis F. Suſpicio erat hunc Patris δράματα pro ſuis venditare B. 73. 75. 18. Fuit ineptus Poëta ib.

Irenæus Σ. 854.

Iſter. N. 967. ἐν τῇ ιβ. O. 1694.

Ixion B. 309. ἐν ταῖς ἀτθικαῖς λέξεσι O. 1568.

Καινὰ μέλη B. 1335.

Lampon χρησμολόγος Ει. 1103. O. 522. 989.

Lamprocles. N. 964.

Laſus Hermioneus Cyclicos Choros primus ſtitit, uti quidem Antipatro & Euphronio placet. O. 1403.

Laſus. Ejus περὶ μουσικῆς λόγος Σ. 1360.

Leotrophides διθυραμβοποιός O. 4105.

Libanius A. 144. Pl. 147. 221.

Lucianus. Ejus ἔρωτες B. 998. 1018. Pl. 326.

Lucillus Tarrhæus Apollonii Rhodii Scholiaſtes. Pl. 133. 397.

Lycis quandoque ſcribitur Lycus κωμῳδίας ποιητής. Ex ejus ſcriptis nihil jam ſuperfuit Scholiaſtæ tempore. B. 14.

Lycophron B. 1392. Ει. 721. Σ. 91. 103. 662. 293. Pl. 1194.

Lycus Rheginus ἐπὶ ταῖς περὶς ἀλέξανδρον Ει. 942.

Lycurgus O. 1293. κῆ Δημάδης. Pl. 689. κῆ Λεωκράτης. Pl. 182.

Lyſias Eq. 600.

Liber τῆς Ὀδυσσειακῆς περιῳδίας O. 863. forte Herodiani.

Magnes Veteris Comœdiæ Poëta. Ejus Dramata: *Barbitiſtæ.* Βάτραχοι. *Lydi.* Ὄρνιθες. Ψῆνες. Eq. 515. 516.

(Marpſias ῥήτωρ A. 701.)

(Marſyas Muſicus qui cum Apolline certavit Arg. B.)

(Megænetus Aeſchyli Diſcipulus B. 993.)

(Melanthus Pater Phrynichi Σ. 1440.)

Melanthes ἐν τῷ περὶ μυστηρίων O. 1073.

Melanthius Pl. 845. & in contextu Ει. 1028. Tragicus O. 151.

Melanthius Tragicus Poëta Ει. 822. Ejus Frater itidem Tragicus ignobilis Ει. 828.

Melitus Tragicus Poëta B. 1335.

Menander Pl. 688. N. 132. A. 201. B. 281.

2011 Ministerio de Cultura

B. 281. Ει. 888. Eq. 51. 644. O. 374. 1258.
Menandri δράματα: ἁλιεὺς Ει. 1184. ἀσπὶς A. 283. Γεωργὸς Pl. 651. Δάρδανος O. 1562. δύσκολος A. 999. ἐγχειρίδιον Σ. 191. Ἐπιτρεπὴς A. 1091. καρχηδόνιοι Σ. 1452. *Leucadia* A. 283. μισούμενος Σ. 639. στεφανίσκοι. O. 1490. Τὰ Μενανδρεῖα Commentarii in Menandrum &c.
Menander ἐν τῷ περὶ μυσηρίων O. 1073.
Menecles. Ejus περὶ ἀθλητῶν σύγγραμμα O. 396.
(Menippus O. 1292.)
Metagenes ἐν Ἄυραις O. 874.
Metagenes ἐν Ὁμήρῳ O. 1297.
Meton Astronomus & Geometra, a quo annus Metonis. O. 998.
Mnaseas. N. 397.
Mnesilochus ἐν Φαρμακοπωλῇ O. 472.
(Molon Histrio B. 55.)
Morsimus Philoclis F. Tragicus poëta frigidus; sed Medicus melior, oculorum præsertim B. 15. Ει. 822. Eq. 397.
Morychus Tragicus Poëta A. 866. Ει. 1072. in contextu. Σ. 1078. 1095.
(Moschus Citharœdus futilis A. 13.)
Musæus Lunæ & Eumolpi Filius. Composuit Θελξίνους, τελετὰς καὶ καθαρμούς. Eum χρησμολόγον fuisse Sophocles dixit. Epitaphium etiam hujus Viri adscripsit Scholiastes. B. 1062.
Myrtilus ἐν τῇ ταυοπάσῃ O. 1490.
Nicander & Aratus περὶ τῶν διοσημείων διαλεγόμενοι Ει. 1086.
Nicander περὶ γλωττῶν Eq. 403.
Nicochares ἐνγαλα τεία. Pl. 179. 303.
(Nicomachus τραγικὸς ὑποκριτὴς B. 1548.)
Nicophon, Ejus γοναὶ Ἀφροδίτης O. 82. 1283.
(Oeagrus τραγικὸς ὑποκριτὴς Σ. 537.)
Olympus Musicus Marsyæ discipulus, scripsit αὐλητικοὺς καὶ θρηνητικοὺς νόμους Eq. 9.
Ὁρισμοὶ πόλεως (Ἀθηνῶν) Anonymi. O. 998.
Orpheus τελεταὶς ostendit & composuit. B. 1061.
Palamedes Ει. 935. Σ. 668. 1062. 1078.
Pamphili Tragici (an pictoris) Heraclidæ. Pl. 385.
Panætius B. 1533. O. 441. 442.
(Pantacles B. 1065.)
(Patroclides O. 792.)
Pausanias N. 331. ἐν δευτέρῳ ἡλείων B. 55.
Phæax ῥήτωρ Eq. 1418.
Phænodemus Σ. 1190. vide Phanodemus.
Phainus Eq. 1193. 1263. 1299.
Phalaris. Pl. 142.
Phanodemus Σ. 1190. ἐν τῇ δ. O. 874.
Pherecrates A. 86. B. 321. 362. 1341. Σ. 632. 1452. 1459. N. 563.

2011 Ministerio de Cultura

563. Ejus Agri ἀγροὶ Eq. 755. O. 860. ἄγριοι Ekkl. 355. O. 1294. Videndum an idem & unum sit δρᾶμα. αὐτόμολοι Ei. 496. Eq. 417. Πτιλήσμονες Σ. 502. 988. κραταπάλοι Pl. 388. Ei. 768. Σ. 829. *Lamia* Ekkl. 77. τῶν κυμβείων πανυχὶς Ei. 1261. ἀγγεῖα Σ. 1459. Πτισολή Σ. 921.

Pherecydes Eq. 1364.

Phidias Statuarius B. 501. Ei. 623.

Philemon O. 39. 763.

Philetas Ephesius Ei. 1090. O. 963.

Philochorus Pl. 972. 1146. N. 213. A. 219. 1052. 1225. Ei. 485. 494. 623. bis. 683. 1050. Ekkl. 193. O. 723. 768. 998. 1106. Σ. 240. 676. 900. Ejus β. ἀτθίδι Eq. 411. ἐν τῷ δευτέρῳ ἀτθίδι Ekkl. 18. ἐν τῇ δευτέρᾳ Σ. 502. ἐν τῇ τετάρτῃ bis O. 588. ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἀτθίδων B. 218. Πὶ ἰσάρχῳ Σ. 210.

Philocles O. 281. Σ. 420. Poëta Eq. 396 397. Tragicus Ei. 822.

Philocles Duo Tragici Poëtæ O. 283.

Philocles Philopithis F. O. 283.

Philocles Pater Morsimi Poëtæ B. 151.

Philoclis δρᾶμα Tereus sive Epops. bis. O. 283.

Philocles ἐν τῇ πανδιονίδι πτεραλογίᾳ O. 283. bis

Philonides, Aristophanis Comœdiarum Actor Σ. 972. Egit τὰς βατράχους Arg. B. σφῆκας Arg. Σ. *Amphiaraum* Arg. O.

Philostratus ἐν τῷ Ἀπολλωνίου τυανέως βίῳ B. 215.

(Philoxenus B. 962. in contextu)

Philoxeni Γαλάτεια. Pl. 290.

Philyrius ἐν ταῖς πολιωτηρίαις O. 1586.

Phocio Peripateticus. Pl. 149.

Phocylides. N. 239.

Phœnissæ (Euripidis) nunquam actæ O. 348. 425.

(Phormisus Aeschyli discipulus. in contextu B. 993.)

Phrantides Σ. 1141.

Phrynichus B. 859. 1331. 1332. Ei. 636. O. 989. N. 754. 964.

Phrynichus *Choroclis F.* τραγικὸς ὑποκριτής O. 751. Σ. 1252.

Phrynichos IV. fuisse, O. 751. B. 13.

Phrynichus Comicus O. 751. *Eunomidæ F.* ἀλλότρια καὶ παρόμετρα λέγων B. 13.

(Phrynichus Dux Belli O. 751.)

Phrynichus Tragicus *Melanthæ F.* quem Athenienses multaverunt, quod expugnationem Milesiorum in Tragœdia proposuisset. Ejus Dramata sunt: *Andromeda* & *Erigone*. Πυρρίχας etiam fecit Σ. 1440.

Phrynichus *Polyphradmonis F.* Poëta svavis. O. 751. Σ. 1252. τραγῳδίας ποιητὴς, τοῦτον ὃν ἐπαινοῦσιν εἰς τὴν μελοποιΐαν B. 938. Ejus δρᾶμα Ἀνταῖος. Nonnulli hunc Poëtam Comicum dicunt. B. 697. 707. Ejus δρᾶμα Φοίνισσαι Σ. 220. Πσάλτης O. 1297. κωμασταὶ

2011 Ministerio de Cultura

μασχὴ O. 1568. μονότροπος quem ipse egit eo tempore quo Callistratus Aristophanis Ὄρνιθας. Arg. O. p. 366. O. 11. 998. 1297. *Musæ* quas egit tunc cum Philonides ageret Βατράχους Aristophanis. *Satyri* O. 1462. Σ. 82. N. 1153.
Phrynichus junior ἐν τῇ τοφιστικῇ Θησεΐδι Ει. 414.
Phyllis Musicus, B. 1335. Σ. 1190. Φύλλις. Pl. 179.
Pindarus Pl. 9. 210. N. 106. 223. 299. A. 61. 127. 637. 718. B. 321. Ει. 716. 1317. Eq. 620. 1307. 1370. O. 515. 943. 1121. Σ. 307. ἐκ τῶν Πινδάρου ὑπορχημάτων O. 928.
Pisander. N. 1047.
Pisides Ει. 17.
(Pittalus Medicus A. 1008. 1197. Σ. 1382.)
Plato Pl. 55. N. 360. 611. B. 304. 1415. Eq. 628. O. 121. 476. Σ. 191. 689. 1260. 751. ἐν νόμοις. Εκκλ. 355. ἐν τρίτῳ νόμων. N. 1276. *Phædoni* Pl. 362. Ejus *Euthyphron* Σ. 801. συμπόσιον B. 84. *Phædrus* Pl. 179. Σ. 980. 1136. *Theætetus* O. 697. *Protagoras* B. 1555. ἐν ἐυθυδήμῳ B. 202.
Plato Comicus Pl. 177. 179. N. 1419. A. 22. 351. Εκκλ. 71. O. 472. Σ. 1210. Poëta B. 428. 1180. Ejus Ἀμφιάραος Pl. 174. Δαίδαλος. N. 663. Μενέξενος. Pl. 823. *Mammacuthi.* Obs. à quibusdam duntaxat Platoni adscribi. B. 1018. Ζεὺς καχάβυος Ει. 1263. *Scythæ* O. 151. *Syrphax* O. 169. νῆσοι O. 1297. παιδάριον B. 309. Ει. 753. 967. *Cleophon* actus à Poëta cum Philonides ageret Ranas Aristophanis Arg. B. B. 687. 690. ἑορταί O. 800. *Pisander* N. 248. O. 1555. Σ. 550. Πελαλγὴς N. 109. σοφισταὶ Ει. 809. N. 330. O. 301. Σ. 157.
Plutarchus N. 447. 1181. 1191. ex Parallelis, Solon, Eq. 1016.
Poëta (Homerus) O. 1310.
Polemon ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τ' ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἀποδημίας O. 11.
Polybius Σ. 170.
Polymnestus Colophonius Citharœdus Eq. 1329.
Praxilla ἐν τοῖς παροινίοις Σ. 1191.
Praxion ἐν δευτέρῳ μεγαρικῶν. Εκκλ. 18.
Prodicus non Oratoribus, sed Philosophis annumerandus. O. 694.
(Pronomus Εκκλ. 102.)
Pythangelus Poëta Tragicus futilis B. 87.
(Pythodorus O. 998.)
Salustius. Pl. 724.
Sannyrion. Ejus *Danaë* B. 304.
Sappho A. 840. 582. Pl. 726.
Satyrus B. 73.
σκολιὸν μέλος Σ. 1190. Vide in Timocreon. nec non Tyrannion. item Ion.
τῶν σκολιῶν ratio exponitur B. 1335.

2011 Ministerio de Cultura

σέλφοι (uti videtur) Ariſtophanis Σ. 74. aut Cratmi. Σ. 1141.
Sibylla Ei. 1114. in contextu 1135.
Sibyllas tres fuiſſe O. 963.
Sibylla Erythræa Eq. 61.
Simonides A. 739. B. 321. Ei. 1167. Eq 1364. O. 921. in contextu. 1410. binæ ejus arcæ Eq. 716.
Simonides Steſichori attigens tempora, artis mnemonicæ inventor, deſcripſit Dorica dialecto Cambyſis & Darii regnum: item Xerxis prælium navale: nec non Prælium navale ad Artemiſium, & quidem elegiaco carmine: Præterea Prælium navale ad Salaminem μελικῶς: Scripſit etiam Threnos, Pæanas, Epigrammata, Tragœdiam & alia quædam. Vixit Olympiade LVI. alii LXII. vixiſſe ajunt, usque ad Septuageſimam. Obiit prope Centenarius diem ſuum. Σ. 1361. Auxit Lyram tertio tono; & literis, longis vocalibus, & duplicibus. ib. Ejus μέλη. Σ. 1176. 1301. Τέθριπποι Eq. 40. allegatur & Simonides * N. 1359.
Socrates Arg. B. B 84. 912. 916. 1335. 1533. Eq. 1007. O. 1281. 1282. 1554. Σ. 801. 992.
Socrates ἐν τῷ δυοδεκάτῳ Κρητικῶν O. 522.
Solonis leges Eq. 652. Σ. 1177.
Sophocleus (Σοφόκλεις) Apollonii Rhodii ſcholiaſtes. N. 397.
Sophocles A. 75. 638. 709. 939. B. 73. 75. 82. 191. 345. 796. in contextu. 800. 1062. 1558. in contextu. Ei. 549. 714. 716. O. 1240. Σ. 29. 420. 829.
Sophocles Aeſchylo ſeptem, Euripide tredecim annis junior B. 75.
Sophoclis δράματα: *Ajax Locrenſis* O. 935. Achillis ἔρασαί. N. 1064. αἰχμαλωτίδες B. 232. *Amphiaraus* B. 481. Σ. 1460. *Helena* Eq. 84. *Inachus* Pl. 726. 860. Εκκλ. 80. O. 1203. *Iolaus* Eq. 492. *Laocoon* B. 675. μάντεις B. 593. *Menalippe* B. 100. *Niobe* Σ. 537. *Oenomaus* O. 1337. *Peleus* Eq. 1134. 1193. O. 853. 859. *Phineus.* Pl. 634. *Tereus* O. 100. 283. *Teucri.* N. 583. *Tyro* B. 358. *Altera Tyro* O. 277. *Triptolemus* A. 217. Σοφοκλῆς ἐν ** χρήσει. B. 191.
Sophron A. 3. 203. 262. Σ. 483. Pl. 1050. N. 754.

Steſi-

* Verba ſunt: τοῦτο τὸ μέλος Σιμωνίδου καὶ Ἐπινίκου. Videtur leg. καὶ ἐπινίκιον. Notum eſt ἐπινίκια ſcripta â Simonide, ut notavi ſupra cap. XV.

* Putavi aliquando legendum ἐν χρύσῃ. Sed diligentius locum inſpiciens video verba παρὰ Σοφοκλῆ ἐν χρήσει nihil aliud ſibi velle, quam *in uſu*, ſive *uſitata* Sophocli. Sic Schol. Euripidis ad Phœniſſ. v. 1270. τὸ πάρος ἐπίρρημα παρὰ ποιηταῖς ἐν χρήσει.

2011 Ministerio de Cultura

Stesichorus Ei. 819. 795. O. 1302. Σ. 1361.
Stesichori μέλη Σ. 1176.
Sthenelus Histrio Tragicus Σ. 1262.
(Stilbides Vates Ei. 1050. 1051.)
Strabo Pl. 149. N. 331.
Stratis. B. 304. Pl. 1194. Ejus Κινησίας Pl. 549. *Atalantus* * B. 146. *Troilus* Σ. 1296.
Straton ** ἐν τῷ Κινησία O. 1568.
Symmachus Athenienſis Pl. 1011. N. 815. A. 471. 856. 1104. B. 754. 1256. Ei. 935. Eq. 84. 749. 1007, citat γεωργὸς neſcio quos. 1023. 1169. 1299. O. 17. 59. 169. 305. 441. 706. 989. 1121. 995. 1002. 1283. 1293. 1297. 1363. 1379. 1680. 1702.
Syneſius. Pl. 7. 42. 620.
[Teleclides A. 839. Σ. 1141.]
[Teleclides Comicus Poëta O. 17.]
Teleclidis Dramata: *Amphictyones* O. 989. *Heſiodus* O. 1126. *Prytanes* Σ. 791. σεῤῥοὶ Ei. 1059.
(Teleclytus Diagoræ Pater B. 321.)
Terpander ὃς ἔυρε τὸ βοιώτιον μέλος A. 13.
Thales τὰ ἑπτὰ φιλοσόφων εἰς ὃν περὶ γεωμετρίας διαβεβοημένος. O. 1010.
(Thamyris Muſicus certamen iniit cum Muſis Arg. B. lin. 60.)
(Theagenes O. 1127.)
Theagenes quem Ariſtophanes perſtrinxit Ei. 945. O. 824.
Theagenes (diverſus ab altero) qui in Homerum ſcripſit Ei. 945.
Theagenes plures fuiſſe. εἷς ὁ περὶ Ὁμήρου γράψας, ἕτερος ὁ περὶ μελανίας σκωπτόμενος. O. 824.
Theocritus Pl. 210. A. 218. 753. B. 245. 546. O 70. Σ. 1363. 1437. ἐν Ἀδωνιαζούσαις. N. 1128.
Theo ſcholiaſtes Apollonii Rhodii. N. 397.
Theodorus ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ N. 397.
Theognis Poëta Tragicus A. II. 140.
Theophraſtus Pl. 719. B. 245. Eq. 1061. Σ. 1065.
Theophraſti Lib. Septimus φυτικῶν. Eq. 417.
Theopompus Pl. 1138. N. 663. 1419. A. 6. 997. 1052. B. 218. O. 31. Σ. 483. 900. 960.
Theopompus Hiſtoricus Σ. 900. Ejus Lib. IX. Philippicorum. O. 963. Ei. 1090 Liber XI. Phil. Eq. 224. Lib. XII. Philipp O. 882. Lib. XXIV. Liber XXXIII. O. 1014.
Theopompus ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας O. 1354.
Theopompi Ἀφροδίσιοι Pl. 179. Βατυλη. Pl. 1011. Ἡδύχαρις. Pl. 767. παιδίῳ Σ. 1175. Ὀδυσσεὺς Σ. 1296. παιᾶνες *** O. 1568. καπηλίδες O. 1405.
Theorus Poeta Eq. 604.
Theramenes B. 47. Euripidis Diſcipulus

* Leg. Atalante.

** Leg. Stratis.

*** Pro Παιᾶσι ibi legendum παισί.

2011 Ministerio de Cultura

pulus. In contextu B. 995. Isocratis Magister B. 543.
Thespis Citharœdus diversus à Tragico Poëta Σ. 1429.
Thomæ Magistri Vita Aristoph. Argumentum Ranarum p. 128. &c.
Thrasymachus ἐν τῇ μεγάλῃ τέχνῃ O. 882.
Thucydides Pl. 69. 444. 468. A. 1. 12 145. 393. Ει. 498. 501. Eq. 55. 84. 755. 1372. 1099. O. 558. Σ. 460. Ejus Liber I. B. 553. O. 485. Liber V. O. 187. Lib. VI. A. 268. Liber VIII. O. 1568.
Thucydides quatuor fuisse A. 702. Σ. 900.
(Thymantis O. 1405.)
Timachidas B, 55. 651. 870. 1240. 1299. 1313. 1327.
(Timæus Ει. 62.)
Timocreon Rhodius Σ. 1017. σκολιὸν μέτρου Auctor. A. 531. in Plutum, cujus initium: ὤφελες ὦ πυφλὲ πολῖτε μήτ' ἐν γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ &c. Ibid. item B. 1335.
Timotheus B. 1495.
Trygon * ἐν δευτέρῳ περὶ ἀπλικῆς προσῳδίας O. 878.
Tyrannio, ejus ὑπόμνημα περὶ ξ σκολιοῦ μέτρου B. 1335.
(Xanthus Æsopi Herus O. 472.)
Xenagoras. Pl. 397.
Xenarchus Ει. 802.
Xenocles Carcini Filius Ει. 802. 811. bis. Σ. 1452. 1460. Poëta ineptus. B. 86.
Xenocles fuere duo, Tragici, fuit & Tertius ὁμώνυμος πολιτικός B. 86.
Xenoclitus Carcini F. B. 86.
(Xenophanes Ει. 716.)
Xenophantes, ** ejus Σιλλοί Eq. 403.
Xenophon Pl. 144. 360. B. 1463. Εκκλ. 1081. Σ. 170. ejus: ἀπομνημονεύματα Arg. B. Ἑλληνικά. B. 47. περὶ ἱππικῆς Eq. 1193. συμπόσιον Σ. 502.
Xenotimus Carcini Filius B. 86. Ει. 802.

* Videtur leg. Τρύφωνα pro Τρύγονα.
** Leg. *Xenophanes*, de quo infra cap. XXIII.

CAPUT XXII.

NOTITIA COMICORUM GRÆCORUM, QUORUM FABULÆ PERIERUNT: DIGESTA ORDINE ALPHABETI.

ÆNICUS

2011 Ministerio de Cultura

ANICUS Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, cujus Ἄντειαν Svidas memorat, & Pollux X. 24. ubi male Ἔννιχος pro Ἄνιχος excuſum, ut notavit Meurſius in Bibl. Attica.

AGATHONEM Comicum à Tragico hujus nominis diverſum colligunt nonnulli ex male intellectis ejusdem Svidæ verbis, quos refellit Clariſs. Bentleius diſſertatione de Epiſtolis Themiſtoclis. p. 118.

ALCÆUS Mytilenæus, priſcæ Comœdiæ Poëta. Vide quæ ſupra in notitia Tragicorum, & quæ de ſupplicio hujus Comici notavit Iſ. Voſſius ad Catullum p. 42.

ALCIMENES Athenienſis, Comicus, à Svida memoratur.

ALEXANDER ἐν Ἀἰπόλοις laudatur à Zenobio VI. 11. proverb. Sed forte legendum *Alexis*, licet Meurſius in Bibl. Gr. αἰπόλος tribuit Alexandro Ætolo, qui τραγῳδοδιδάσκαλος fuit, ut notavi ſupra cap. XIX. Sed Ἀἰπόλοι Comœdiæ videtur nomen, perinde ut ἁλιεὺς Alexandro huic à quibusdam tributus, fuit titulus poëmatii Heroici. Vide Athenæum Lib. VII. pag. 283. 296. Alexandro Regi quoque tributum eſſe Σατυρικὸν δραμάτιον Ἄγνια, quod alii retulerunt ad Pythonem Catanenſem, teſtis Athenæus XIII. p. 586.

ALEXANDRIDES. Vide infra in *Anaxandride*.

ALEXIS Thurius, mediæ Comœdiæ Poëta, Menandri πάτρων, teſte Svida, hoc eſt patronus fuit (ſi vocabulum hoc recte interpretatur, H. Stephanus in theſauro Græcæ linguæ & Henricus Valeſius in excerptis Peireſc. pag. 305.) ſcripſitque dramata CCXLV. ex quibus titulos CXIII. in veterum Libris ſuperſtites collegit Johannes Meurſius in Bibliotheca Græca p. 1210. ſeq. Titullos CXX. Jacobus Hertelius, duplicia earundem fabularum nomina ſubinde ſeparatim bis computans, in ſententiis quinquaginta Comicorum à ſe collectis. Sunt autem hæc dramatum nomina:

Ἀγκυλίων, Laërt. III. 27.
Ἄγων ſive ἱππίσκος, Athen.
Ἀδελφοὶ, Athen.
Ἀἰπόλοι, Svid. in τὰ τρία. & forte Zenobius VI. proverb. 11. licet ibi Codices editi: Ἀλέξανδρος Ἀἰπόλοις.
Ἄἰσωπος, Athen.
Ἀμφωτὶς,
Ἀντεία,
Ἀποβάτης, Athen.
Ἀπογλαυκόμενος, Athen.
Ἀποκοπόμενος, Athen.
Ἀρχίλοχος, Athen.
Ἀσκληπιοκλείδης ſive Ἀσκληπιάδης, Poll. Athen.
Ἀσωτοδιδάσκαλος, Athen.
Ἄτθις, (Svid. in μᾶλλον) Athen.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀχαΐς,
Βρεττία sive Βρεττία, Stob. serm. 103.
Βωμὸς, Poll.
Γαλατίων, Poll.
Γαλατεία, Athen.
Γραφὴ, Athen.
Γυναικοκρατία, sive γυναικοπρατεία, Athen. Poll.
Δαιτύλιον sive Δακτύλιον, Athen.
Δημήτριον ἢ Φιλέταιρον, Athen.
Δίδυμοι, Athen. (Stob.
Δὶς πενθῶν, Athen.
Δορκὶς ἢ Ποππύζουσα, Athen.
Δρωπίδης. Athen. Poll.
Ἐποικιζόμενον, Athen.
Ἐκπωματοποιὸς, Athen.
Ἑλένη ἢ Ἑλένης ἁρπαγὴ, Athen.
Ἑλληνὶς, Athen.
Ἐπίδαυρον, Athen.
Ἐπίκληρον, Athen.
Ἐπίτροπον, Athen.
Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Athen.
Ἑρετρικὸς, Athen.
Ἕρμαθοι ἢ πανυχὶς, Athen.
Ἡ εἰς τὸ Φρέαρ, Athen.
Ἥπακον, Athen.
Ἡσιόνη, Athen.
Θεοφόρητοὶ, Athen.
Θεσπεσιῳτοὶ, Athen.
Θηβαῖοι, Athen.
Θητεύοντες,
Θράσων, Athen.
Ἱππεὺς (pro quo male apud Grotium & alios ex corrupto Athenæi codice, Ἵππον.)
Ἵππωνικος. Athen.
Ἰσοστάσιον, Athen.

Καταψευδόμενον, Suid. in ἀναρίων. Athen.
Καύνιοι, Poll.
Κλεοβουλίνη, Athen.
Κνιδία, Athen.
Κονιάτης, Athen.
Κυβις, Athen.
Κρατεύας ἢ Φαρμακοπώλης. Athen.
Κυβερνίτης, Athen.
Κυβευταὶ, Athen.
Κύκνον, Athen.
Κύπελλον, Athen.
Λαμπὰς, Athen.
Λέβης, sive Λεβήτιον (pro quo male Λαβήτιον apud Hertelium.) Athen.
Λευκαδία ἢ Δραπέτης, Athen. & Poll. ubi male ἐν Λευκάδι pro ἐν Λευκαδίᾳ.
Λευκὴ, Athen.
Λημνία, Athen.
Λῖνον, Athen.
Λόκροι, Athen.
Λυκίσκος, Athen.
Μανδραγοριζομένη, Athen.
Μάντεις, Athen.
Μεροπὶς, Laërt. III. 27.
Μῖδων, Athen. Eustath.
Μιλήσιοι ἢ Μιλησία, Athen. Stob.
Μίλκων,
Μίνως,
Μνησῆρες, Athen.
Ὀδυσεὺς ὑφαίνων, Athen.
Οἰκιζόμενον, Athen.
Ὀλυμπιόδωρος, Laërt. II. 28.
Ὀλύνθιοι sive Ὀλυνθίων seu Ὀλυνθία Suid. in ἐνημερία, Stob. Athen.

Lib. III.

2011 Ministerio de Cultura

Lib. III. & VI. quo posteriore loco legitur ἐν Ὀμυθίοις Φησὶν pro ἐν Ὀλυνθίοις.
Ὁμοία, Athen.
Ὀπώρα, (Scorti nomen) Athen. XIII. p. 567.
Ὀρέσης, Athen.
Ὀρχηστρὶς, Athen. Stob.
Παλλακὴ, Etymolog. in Τοναία.
Παμφίλη, Athen.
Παγκρατιάσης, Athen.
Παννυχὶς ἢ Ἔριθοι Athen.
Παράσιτος, Athen. Laërt. III. 28.
Πάροινος, Athen.
Πεζονίκη, Svid. in μᾶλλον.
Ποιηταὶ, Athen.
Ποιήτρια, Poll.
Πολυκλεία, Athen.
Πονηρὰ, Athen.
Ποντικὸς, Athen.
Πρωτόχορος,
Πυθαγορίζουσα (Pythagoræ vita Gellio 4. 11.) Athen.
Πυλαῖαι, Athen.
Πύραυνος, Athen.
Ῥόδιος ἢ ποππύζουσα, Athen.
Στονδοφορικὸς, Poll.
Στρατιώτης, Athen.
Συναποθήσκοντες. Athen. Stob.
Συντρέχοντες, Athen.
Σύντροφοι, Athen.
Συρακόσιος (apud Hertelium ex corrupto Athenæi codice Σωράκοι) Stob.
Ταραντῖνοι, Athen. Poll.
Τηθὺς (pro quâ Hertelio duæ, Τιθυΐς & Τιτθή) Athen.
Τοκιστὴς ἢ καταψευδόμενος, Athen.
Τροφώνιος, Athen.
Ὕπνος, Athen.
Ὑποβολιμαῖος, Athen.
Ὑπόνοια,
Φαῖδρος ἢ Φαιδρία, Athen.
Φίλιστος, Athen.
Φιλόκαλος ἢ Νύμφαι, Athen.
Φιλοτραγῳδὸς, Stob.
Φιλῶζα, Athen.
Φρυγίου Διασκευὴ, Athen.
Φρὺξ, Athen.
Φυγὰς, Athen.
Χορηγὸς, Athen.
Ψευδόμενος, Athen.
Ψευδυποβολιμαῖος. Athen.

Fragmenta nonnulla Alexidis leguntur in sententiis Comicorum triginta Græcorum, forma minore A. 1569. editis & illustratis ab *H. Stephano** p. 4. sq. & p. 453. Tum in sententiis Comicorum duorum & quadraginta, Græce & latine editis à *Guilhelmo Morellio* p. 129. & longe plura in jam laudata *Hertelii* collectione p. 398. sq. atque in *Hugonis Grotii* excerptis è Tragicis & Comicis Græcis. Quasdam Alexidis fabulas à Comicis latinis expressas constat ex Gellio Lib. II. cap. 23. Admodum longe produxit vitam Alexis, ut præter alios innuit Plutarchus Libro de fa-

* Has sententias Comicorum à Stephano collectas duplici latina Metaphrasi auxit & recudi fecit *Christianus Egenolphus* Francof 1579. 8, Morelli, Hertelii, & Grotii, Stephanique collectiones recensui supra cap. XI.

2011 Ministerio de Cultura

de defectu oraculorum p.420. Victorem quoque in Scena & coronatum obiisse refert idem Plutarchus Lib. an seni gerenda Resp.p.785. Alius fuit Alexis Samius cujus Libros Σαμίων ὅρων & Librum περὶ ἀνταρχείας laudat Athenæus. Alius Alexis, amanuensis Pomponii Attici, de quo meminit Cicero VII. Epist. 2. ad Atticum. Alius denique Alexis, Asinii Pollionis servus, peramatus celebratusque Virgilio.

AMEPSIAS sive AMIPSIAS (Ἀμειψίας Athenienſis, Comicus ſubfrigidus notante Svida in Λύχις & Φρύνιχος. Veteris Comœdiæ Poëta fuit, clarus circa Olympiadem LXXXIX. Ejus dramata:

Ἀποκοπαβίζοντες, ἢ Μανία. Athen. & Etymolog. M.
Καταδίων, Athen.
Κόννος, Athen. Scholiaſt. Ariſtoph. in nubium argumento & Anonymus Scaligeri ſive Scaliger ipſe in Olympiadum deſcriptione Olymp. 89. Male aliquando pro κόννος ſcribitur κοινὸς vel κόνος.
Κωμασταί,
Μοιχοὶ Svid. in ἀναψυχῆναι, ἀνεώγειζαν & καββαλών. Apud Pollucem male μυχοί.
Σαπφὼ, Poll.
Σφενδόνη, Poll. Athen.
Φείδων. Athen. Lib. X. niſi & ibi legendum σφενδόνη, ut Caſaubono & Meurſio viſum.
Τρίβων. Laërtius in Socrate II. 28.

AMPHIS Amphicratis filius, Athenienſis, Poëta veteris Comœdiæ, cujus dramata memorantur:

Ἀθάμας, Athen.
Ἀλείπλια, Poll.
Ἀλκμαίων, Poll.
Ἀμπελουργὸς Poll. & Stob.
Ἀμφικράτης,
Ἀπογλαυκούμενος,
Βαλανεῖον, Athen.
Γυναικοκρατεία, Athen.
Γυναικομανία, Athen.
Διθύραμβος, Athen.
Ἐπὶ δὴ τὴ Θήβαις, Athen.
Ἔριθοι, Athen. & Stob.
Ἰάλεμος, Athen.
Κυρὶς, Athen.
Κυβευταὶ, Poll.
Λευκὰς, Athen. Lib. VII. p. 277. neque ſane intelligo quid ſibi velit notula adſcripta Meurſiii Bibl. Atticæ p. 1405.

Ὀδυσ-

2011 Ministerio de Cultura

Ὀδυσσεύς, Athen.
Οὐρανὸς, Athen.
Πάν. Athen.
Πλάνης, Athen.
Ῥαθθα, Svid. in νεανισκεύεται.
Φιλάδελφοι, Athen.
Φιλέταιρος, Athen.

Vide Fragmenta ejus collecta ab Hertelio p. 360. seq. & in excerptis Grotii p. 517. Nam in indice quidem ibi Amphidis nomen est prætermissum.

ANAXANDRIDES, de quo dixi supra in notitia Tragicorum. Mediæ Comœdiæ Poëta fuit, auctor dramatum LXV. ex quibus hi XXVIII. titnli superstunt:

Ἀγροικος, Athen. Macrobius V. 21.
Ἀγχίσης, Athen. Pollux IX. 6. ubi male Alexandrides pro Anaxandride p. 431. 21.
Αἰολὰ, Athen.
Ἀντερῶν, Athen.
Γεροντομανία, Aristot. III. 12. Rhetor. Athen.
Διθύραμβος, Athen.
Ἑλένη, Svid. in ἀβέλτερος ubi male excusum Alexandrides.
Εὐσεβεῖς. Aristot. III. 12. Rhetor.
Ζωγράφοι ἢ Γεωγράφοι, Pollux, sed & ibi male legitur Alexandrides.
Ἡρακλῆς, Athen.
Θησαυρὸς, Athen.
Κέρκιος, Athen.
Κιθαιρίστρια, Poll.
Κυνηγέται, Athen.
Λύκεργος, Athen.
Μελίλωτος, (apud Athenæum Lib. XI. ubi mendose legitur *Alexandrides*.)
Νηρεὺς, Athen.
Νηρηίδες, Athen.
Ὀδυσσεὺς, Athen.
Ὁπλομάχος, Athen. Lib. V. & XIV. ubi itidem male Alexandrides.
Πάνδαρος, Athen.
Πεισανδρος, Svid. in Ἀρεοπαγίτης (ubi similiter vitiose Alexandrides) Athen.
Πόλεις, Athen.
Πρωτεσίλαος, Athen.
Σαμία, Athen.
Σάτυρος, Athen.
Τηρεὺς, Athen.
Φαρμακόμαντις, Etymolog. M. in ὀρίγανον & Athen. Lib. VI. ubi iterum perperam Alexandrides.
Φιαληφόρος. Athen.

Vide Meursii Bibliothecam Græcam, Hertelii fragmenta Comicornm & Grotii excerpta ex Comicis Græcis. Alius Anaxandrides Delphus, qui scripsit περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων, cujus

2011 Ministerio de Cultura

operis librum primum laudat appendix Vaticana à Schotto edita Centur. I. prov. 5.

ANAXILAUS ſive ANAXILAS, Comicus Poëta, Svidæ & Æliano Lib. I. Var. cap. 27. memoratus, cujus hæc dramatum nomina ſunt obſervata à Joh. Meurſio in Bibliotheca Græca:

Αὐλητὴς, Athen.
Αὐροποιὸς. Vide infra in Λυκροποιός.
Βοτρυλίων, Laërt. in Platone, Poll.
Γλαῦκος, Poll.
Εὐάνδρεια, Athen.
Καλυψὼ, Athen.
Κίρκη, Athen. & Laërt. ubi male Κέρκῳ pro Κίρκῃ.
Λυκροποιὸς (Polluci, ſed Athenæo Λυροποιὸς vel Ἀὐροποιὸς, in Stobæi libris Μυροποιὸς.)
Μάγειροι, Athen.
Μονότροπος, Athen.
Μυροποιός vide paulo ante λυτροποιός.
Νεοττὶς, Athen.
Ὀρνιθοκόμοι,
Πλόκιοι ſive Πλόσιαι Athen. Laërt.
Χάκινθος ſive ὑάκινθος πορνοβοσκός. Athen. (male Ζάκινθος apud Meurſium.)
Χάριτες, Athen.
Χρυσοχόος, Athen.
Ὧραι. Svid. in μᾶλλον.

Adde Grotium in excerptis p. 861. ſeq. Alius *Anaxilaus* Lacedæmonius, de quo Plutarchus in Alcibiade. Alius *Anaxilaus* Lariſſæus Magus Pythagoreus qui ab Auguſto urbe & Italiâ pulſus eſt teſte Euſebio in Chron. Ejus παίγνια ſive *ludicra* memorant Irenæus Lib. I. c. 8. Epiphanius hæreſi 34. & Plinius Lib. XIX. 1. XXVIII. 11. XXXIII. 10. XXXV. 15. Alius denique *Anaxilaus* Rheginorum tyrannus apud Ariſtotelem Lib. V. Politic. c. ult.

ANAXIPPUS novæ Comœdiæ Poëta, Antigoni & Demetrii Poliorcetæ temporibus, Svida teſte claruit.

Ejus dramata: Ἐπιδικαζόμενος. Ælian. XIII. 4. hiſt. animal.
Κέραυνος ſive Κεραυνέμενος, Athen.
Κιθαρῳδὸς, Athen. Poll.
Φρέαρ. Athen.

ANTHIPPUS Comicus. Ejus Ἐγκαλυπτόμενον laudat Athenæus Lib. IX.

ANTIDOTI πρωτόχορος & μεμψίμοιρος ab eodem Athenæo citatur in teſtimonium.

ANTIOCHUS Alexandrinus ſcripſit *de Poëtis Mediæ Comœdiæ* περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν teſte Athenæo Lib. XIII.

ANTIPHA-

2011 Ministerio de Cultura

ANTIPHANES Rhodius (licet alii Caryſtium, * Smyrnæum alii vocant) mediæ Comœdiæ Poëta Alexandri temporibus clarus, ut conſtat ex Athenæi Lib. XIII. ſub init. Terdecies vicit, auctor dramatum CCCLXV. vel ſaltem CCLX. ex quibus ecce tibi nomina Comœdiarum pleraque obſervata ab Hertelio in ſententiis Comicorum, Georgio Matthia Kœnigio in Bibliotheca, Voſſio de Poëtis Græcis, & Meurſio in Bibliotheca Attica:

Ἄγροικος ſive Ἀγροικοι ἢ Βαλαλίων, Pollux, Athenæus.
Αἴολος, Athen.
Ἀθάμας, Poll.
Ἀκέσεια, Athen.
Ἀκοντιζομένη, Athen.
Ἁλιευομένη, Athen. Poll.
Ἀλκηστις, Athen.
Ἀντῳ̃ος. Athen.
Ἀντεία, Athen.
Ἀπακαρτερῶν, Poll.
Ἀρκὰς vel Ἀρκαδία, Athen.
Ἁρπαζομένη, Athen.
Ἀρχεστράτη, Athen.
Ἄρχων, Athen.
Ἀσκληπιος, Athen.
Αὐλητὴς, Athen. Hoc dramate Antiphanes perſtrinxit ineptum tibicinem Battalum, ut docet Plutarchus in Demoſthenis vita.
Αὐλητρὶς ἢ δίδυμοι, Athen.
Ἀφροδίσιος Athen. Stob.
Ἀφροδ. της γονάι. Poll. Ammonius in λυχνίον.
Βάκχαι, Athen.
Βάτταλος. Vide ſupra in Αὐλητής, hoc enim verum dramatis nomen.
Βοιώτιος. Athen.
Βομβύλιος (male Βομβύκιοι apud Pollucem) Athen.
Βόσπορις, Poll.
Βαλαλίων, ſupra in Ἀγροικος.
Βυζάντιος, Poll.
Γάμοι, Athen.
Γανυμήδης, Athen.
Γάστρων, infra in Κνοῖθις.
Γηρυτάδης, Athen.
Γόητες, Athen.
Γόργυθος, Athen.
Δευκαλίων, Athen.
Δίδυμοι. Supra in αὐλητρὶς.
Διπλάσιοι, Athen.
Δραπεταγωγὸς, Athen.
Δυσέρωτες, Athen.
Δύστροπος, Athen.
Δωδωνη, Athen.
Ἑαυτῆ ἐρῶν, Athen. Poll.
Ἐκγναφεὺς,
Ἔπικληρος,
Εὐθύδικος, Athen. Harpocr. Poll.
Εὐπλοία, Harpocr. Stob.
Ἔφεσία, Stob. & Apoſtolius VIII. 37. proverb. ubi pro Ἀντιφάνης & Ἐφεσίᾳ Meurſius legit τῇ Ἐφεσίᾳ.
Ζάκυνθος, Athen.
Ἡνίοχος, Stob.
Θαμύ-

* Svidas Caryſtium Antiphanem, Theſpidis Tragici æqualem, ab Antiphane altero diſtinguit.

2011 Ministerio de Cultura

Θαμύρας, Athen.
Θεογονία, Irenæus II. 19.
Θορυβυκίων, Athen.
Θορύνιοι, Athen.
Ἰατρὸς, Athen.
Ἱππεῖς, Athen.
Καινεὺς, Athen.
Κᾶρες, Athen.
Κάρνη, sive καρίνη. Athen.
Κηπυρὸς, Athen.
Κιθαρισὴς, Athen.
Κιθαρῳδὸς, Athen. Etymol. M.
Κλεοφάνης, Athen.
Κναφεὺς, Stob.
Κνοῖθις ἢ Κνοιθιδεία, Athen.
Κνοισθὶς ἢ γάστρων, Athen.
Κορινθία, Athen.
Κορωνλάθος, Poll.
Κοτύλη,
Κυρὶς, Athen.
Κρῆτες, Athen.
Κυβευταὶ, Athen.
Κύκλωψ, Athen.
Κνοιθιδεία sive κνηζιδεία, Supra in (Κνοῖθις.
Κώρυκος, Athen.
Κύελος Κώρυκος, id.
Λαμπὰς ἢ Λάμπων, Athen.
Λευκὰς ἢ Λευκάδιος, Poll. Svid. in ἀνάελσος.
Λεπτινίσκος, Athen.
Λεωνίδης, Athen.
Λήμνιαι, Athen.
Λυδὸς, Athen.
Λύκων, Athen.
Μαλθακὴ, Clemens Alex. II. 2. pædagog.
Μελανίων, Athen.
Μελέαγρος, Poll.
Μέτοικος, Athen.
Μήδεια, Poll.
Μητραγύρτης, Athen.
Μίδων, Poll. nisi legendum Μύλων cum Meursio, ex Athenæo.
Μισοπόνηροι, Athen.
Μνήμαζα, Athen.
Μοιχοὶ, Athen.
Μύλων, Supra in μίδων.
Μύσις, Poll. Athen. Porphyrius 2. περὶ ἀποχῆς.
Νεανίσκος sive Νεανίσκοι Athen. Stob.
Νεοττὶς, Athen.
Οἰνόμαος ἢ Πέλωψ, Athen.
Οἰωνισὴς, (hanc imitatus Menander in Δεισιδαίμονι) Porphyrius apud Euseb. X. 2. præparat. Evangel.
Ὅμοιαι, Athen.
Ὁμοπάτριοι, Athen.
Ὀμφάλη, Athen.
Ὁμώνυμοι, Athen.
Ὀρφεὺς, Poll.
παιδεραστὴς, Athen.
παράσιτος, Athen.
παρεκδιδομένη,
παροιμίαι, Athen.
πλόσιος, Athen.
ποίησις, nisi generale hoc nomen apud Athen. Lib. VI. Sed & Archippi sive Aristophanis Comœdia hoc nomine fuit.
ποντικὸς, Athen.
προβατεὺς, Athen.
πρόβλημα, Athen.
πρόγονοι, Athen.
προτρεπτικὸν, Athen.
Σάμος, Athen.

Σαπ-

2011 Ministerio de Cultura

Σατυρὼ, Athen.
Σκληρίαι, Athen.
Σκύθαι, sive Σκῦθης. Athen.
Σφαιρίων ἢ Τύχων. Athen. Poll.
Τιμοκλῆς, Stob.
Τίμων, Athen.
Τραυματίας, Athen. Poll.
Τριαγωνιστὴς, Athen.
Τυρρηνὸς, Athen.
Τύχων, Supra in σφαιρίων.
ὕδρα vel ὑδρία potius, Athen.
ὕπνος, Athen.

Φάων, Poll.
Φιλέταιρος, Athen.
Φιλίσκος, Poll.
Φιλοθήβαιος, Athen.
Φιλοκτήτης,
Φιλομήτωρ, Athen.
Φιλοπάτωρ, Athen.
Φιλῶτις, Athen.
Φρεάριος sive Φρέαρρος, Athen.
Φυσιογνωμονικὸς, Athen.
Χρῦσις, Athen.

Kœnigio inter Antiphanis Comœdias etiam *Φαινίνδα* numeratur. At Athenæus quidem Lib. I. p. 15. profert Antiphanis loca de pilæ lusu qui *Phœninda* appellabatur, sed proprium drama de illo edidisse non docet. Obiit natus annos LXXIV. Clarus circa Olymp. XCIII.

Alii Antiphanes duo Comici, *Antiphanes Bergæus* ἀπίσων scriptor, de quo Scymnus Chius v. 657. seq. unde *Βεργαΐζειν*, *fabulari*, apud Stephanum Byz. in Βέργη. Et *Antiphanes* Athenienſis, Panætio junior, apud Svidam in Ἀντιφάνης. Hic ni fallor eſt Ἀντιφάνης ὁ νεώτερος cujus περὶ ἑταιρῶν laudat idem Svidas in Νάνιον. Verum ibi & apud Athenæum XIII. p. 586. 587. pro Ἀντιφάνης forte legendum Ἀλεξοφάνης. Sane Ariſtophanem Byzantium περὶ ἑταιρῶν ſcripſiſſe teſtatur idem Athen. p. 576. & 583. Antiphanis Colophonii Θηβαΐδα laudat Athenæus Lib. VII. & inde verſum Hexametrum adducit, ſed pro Antiphane legendum Antimachus, ut pulchre obſervatum Johanni Jonſio p. 34. de Scriptoribus Hiſt. Philoſoph. Antiphanem Delium, Medicum, allegat Clemens Alex. Lib. II. c. 1. pædagog.

ANTIPHONTEM Rhetorem, Comicum etiam fuiſſe ait Philoſtratus, ſi audias Heidenreichium in pandectis Brandenburg. Sed à Comicis ob avaritiam perſtringi, non Comicum fuiſſe Antiphontem tradit Philoſtratus in vitis Sophiſtar. Lib. I. p. 503.

APOLLODORUS Athenienſis, Comicus, auctor dramatum XLVII. & quinquies victor, teſte Svida. Incertum hujusne, an Geloi, an denique Caryſtii Apollodori ſint Γαλάται, Ἔφηβοι, Λάκαινα & Οἰκέτης, quæ cum allis Apollodoro Athenienſi tribuit Meurſius in Bibliotheca Attica, atque in iis refert etiam Ἐκύραν, nulli quantum memini vete-

2011 Ministerio de Cultura

rum memoratam, licet Hecyram ſuam Terentius ex Apollodoro expreſſit. Sed Phormionem quoque ſuam ex Apollodoro transtulit Terentius, neque tamen ulla Apollodori Comœdia fuit eo nomine.

APOLLODORUS Caryſtius Comicus multis veterum laudatus. Hujus, an Geloi, ſunt dramata:

Ἀδελφοὶ,
Ἀμφιάραος, Poll.
Ἀντευεργετῶν, Poll.
Ἀπολίποντες. Svid. in ἐγκομβώσασθαι.
Ἀποκαρτερῶντες. Svid. in ἀπεδάζω.
Διαβάλλων, Stob.
Ἐνέα, Poll.
Ἐπιδικαζόμενος,
Ἐπιδικαζομένη (diverſa ab Ἐπιδικαζομένῳ & hæc ipſa, ex quâ Phormionem ſuam transtulit Terentius, teſte Donato, qui Hecyram quoque ex Apollodoro expreſſam eſſe innuit.)
Ἔφηβοι. Ammonius in χιτάς.
Οἰκέτης, Stob.
Πάφιοι. Athen.
Προικιζομένη ἱμαντόπωλις, Athen. & Svid. qui tribuit Apollodoro Geloo.
Σφαττομένη. Athen.

APOLLODORUS GELOUS è Gela Siciliæ urbe Comicus, Menandri æqualis, adeoquæ novæ Comœdiæ Poëta fuit teſte Svida. Ejus an Apollodori Caryſtii dramata:

Ἀιχίων, Svid.
Ἀπολείπουσα, Athen.
Ἀποκαρτερῶν ἢ Φιλάδελφοι, Athen. Stob. Svid.
Ἀποτυγχάνων,
Ἀφανιζόμενος, Stob.
Γάλα, vel potius Γαλάτης. Stob.
Γραμματοδιδάσκαλος, ſive potius γραμματιδιοπιὸς, Athen. Poll. Svid.
Δευσοποιὸι, Svid.
Ἐυξενὶς, Feſtus in *Romam*.
Ἡ δὲ νεὼ ποίησις, Poll.
Ἱέρεια, Athen. Svid.
Λάκαινα, Stob.
Παιδίον, Stob.

Φίλα-

2011 Ministerio de Cultura

Παραλογιζόμενοι, Stob.
Ῥύπινος Plutarch. quæſt. Gr.
Σίσυφος, Svid.
Φιλάδελφοι Vide ſuperius in ἀποκαρτερῶντες.
Ψευδέας ſive potius ψευδαίας. Poll. Svid.

Fragmenta habes apud Hertelium, Grotiumque. Vide & Joh. Crojum Obſ. in N. T. p. 282. & Gatakerum Lib. I. Cinni c. 9.

APOLLOPHANES Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, ut Svidas auctor eſt. Ejus dramata:
Δανάη, Svid.
Δαυλὶς (pro quo male interdum excuſum Δάλις vel Δαλνὶς) Athen. Svid.
Ἰφιγένεων, Harpocr. in ἀδελφίζειν.
Κένταυροι, Svid.
Κρῆτες. Svid. Athen. Heſych. in Θεοὶ ξενικοί. Memoratur hic Comicus Æliano VI. 51. de animal.

Alius *Apollophanes* Epicus, quem allegat Fulgentius 1. Mythol. Alius item Medicus, cujus Plinius mentionem facit: neſcio idemne, quem allegat Etymolog. M. in Φιβάλεως & cujus Φυζικὴν laudat Laërtius in Zenone Citieo Lib. VII. ſect. 140.

ARAROS, Athenienſis, Comici Ariſtophanis F. Comicus & ipſe, circa Olympiadem CI. docere cœpit fabulas, ex quib⁹ memorantur:
Ἄδωνις Athen. Svid.
Καινεύς, Poll. Svid.
Καμπυλίων Svid. & Athen. XIII. p. 562. unde diſces ab aliis hanc fabulam tributam eſſe Comico Eubulo.
Παιὸς γοναὶ, Athen. Svid.
Παρθενίδιον, Svid.
Τιμέναιος. Athen. & Svid. in ἀναθεῖναι & Ἀραρώς.

Etiam *Cocalus* Ariſtophanis huic Araroti adſcriptus à nonnullis. Vide Caſaubonum ad Athenæum Lib. III. c. 9. & 35. ubi de eo quod admodum frigidus fuerit Araros ille, unde Proverbium: Ψυχρότερος Ἀραρότος.

ARCESILAUM Antiquæ Comœdiæ Poëtam memorat Laërtius IV. 45.

ARCHEDICUS Comicus. Meminit Polybius in excerptis Peireſc. p. 53. Ejus dramata, Ἁμαρτάνων & Θησαυρὸς allegantur ab Athenæo, qvod Svidæ etiam pridem obſervatum.

ARCHIP-

2011 Ministerio de Cultura

ARCHIPPUS Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, qui ſemel vicit Olympiade XCI. ut Svidas refert. Dramata ejus:

Ἀμφιτρύων ά, β΄, Athen.

Ἡρακλῆς γαμῶν, Athen. Poll.

Ἰχθύες, Poll. Athen. Stephanus Byz. in Γαλεῶται

Ἱππεῖς,

Ὄρνιθες, Schol. Ariſtoph. ad veſpas, Zenobius VI. 28. & Svid. in Ὄρνιθες ex Ariſtotele. Archippum Ὄρνῳ allegat Harpocration in τοπεῖον.

Πλοῦτος, Poll. Schol. Ariſtoph. ad aves & Porphyr. quæſt. Homer. 1.

Ῥίνων. Athen.

Vide Meurſium in Bibliotheca Attica, ubi etiam ex auctore vitæ Ariſtophanis obſervat quatuor hujuſce Comœdias Archippo ab alii, tributas eſſe, Ναυαγὸν, Νῆσος, Νιόβην & πόλιν.

ARIPHRADES Comicus, à quo Tragicos exagitatos teſtatur Ariſtoteles c. 22. Poëtic. ut à veteris Comœdiæ Poëtis frequenter factum conſtat.

ARISTAGORAM in Marmmacutho laudat Athenæus XIII. p. 571.

ARISTEAS Phliaſius Comicus. Ælian. VI. 51. animal. Ejus Κύκλωπες Zenobius, Svid. & Apoſtolius in proverb. Ἀπόλεσας τὸν οἶνον ἀπὸ χέας ὕδωρ. Ejusdem Χῆρες Athen. Lib. XV.

ARISTIUM, ex cujus Orpheo Jambum producit Pollux Lib. IX. c. 5. Tragiciſne an Comicis accenſeam, ambiguus hæreo.

ARISTOMENES Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta circa Olympiadem LXXXVII. clarus, cognomento Θυροποιὸς, ut præter Svidam teſtatur Heſychius in hac voce. Ejus dramata:

Ἄδμητος, quo certavit cum Ariſtophane Plutum docente, ut teſtatur Scholiaſtes Comici in fabulæ illius argumento.

Βοηθοί (Macrobii codices V. 20. male μυθοι) Schol. Ariſtoph. ad Acharnenſes, Priſcian. Svid.

Γόητες, Athen. Poll. Harpocr.

Διονύζιος ἀσκητὴς, Athen. Poll.

Μῦθοι. Vide ſuperius in Βοηθοί.

Ὁλοφυρμοί. Schol. Ariſtoph. in argumento Equitum. Confer Meurſium in Bibliotheca Attica.

ARISTONYMUS Vide ſupra in notitia Tragicorum.

ARISTOPHANEM Camiræum Comicum Kœnigius in Bibl. & Hendreichius in pandectis Brandenb. perperam diſtinguit à celebri Comico hujus nominis Athenienſi. Athenienſis enim hic audit, quod

2011 Ministerio de Cultura

quod civitate donatus fuerit ab Athenienſibus, cum alioqui patria eſſet Camiræus atq; adeo Rhodius, vel ut alii Lindius, vel Ægyptius denique. Incertam enim hac ſuper re hominum variamque opinionem fuiſſe Svidas teſtatur.

ARISTOPHON Comicus claruit circa tempora Alexandri M. Ejus dramata ſunt:

Βαβία, Stob.

Δίδυμοι ἢ ἕλαυρον Pollux IX. 6. p. 434.

Ἰατρὸς, Stob. Athen.

Καλωνίδης, Athen.

Παρακαταθήκη,

Ψευδίππος, Athen.

Πλάτων, Athen.

Πυθαγορίζων, ex quâ poſtrema poſt Athenæum & Laërtium VIII. 38. nonnulla etiam repetit Svidas in Πυθαγόρης ſed apud quem male Ariſtophanis nomen eſt expreſſum pro Ariſtophontis. Vide Jonſium p. 50. Hertelii Grotiique excerpta Comicorum, & Kœnigium in Bibliothecâ.

ARISTOTELES ἐν τοῖς Κωμικοῖς laudatur ab Erotiano ſive Herodiano in Ἡρακλείης νόσῳ. Subintellige διδασκάλοις vel Κωμικαῖς διδασκαλίαις. Vide quæ ſupra in notitia Tragicorum.

ATHENION Comicus, ex cujus *Samothracibus* prolixum locum affert Athenæus Lib. XIV. latinis verſibus redditum à Grotio in excerptis p. 890. Laudatur etiam à Scholiaſte Apollonii ad Lib. I. ſect. 34. atque ſi Pricæum audimus & Heſychio in ἀνθέμιον. Alius fuit Athenion Peripateticus, de quo meminit Athenæus Lib. VI. Alius Athenion Pictor quem Plinius celebrat.

AUGIAS Athenienſis Comicus mediæ Comœdiæ Poëta memoratus Polluci Lib. III. c. 3. (ubi male Ἀγίας legitur & Clementi Alex. Lib. VI. Strom. p. 622. quo in loco notat eum ex Antimacho Tejo Poëta Epico expreſſiſſe quod ſcripſit:

Δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νόον ἤπαφεν ἠδὲ καὶ ἔργα.

Unde Augiam quoque Epico carmine quædam compoſuiſſe conſtat. Comœdiarum ejus nomina apud Svidam ſunt Ἄγροικος, Δὶς κατηγορούμενος, Πορφύρα.

AVTOCRATES Athenienſis veteris Comœdiæ Poëta. Vide ſupra in notitia Tragicorum.

AXIONICUS Comicus, cujus ab Athenæo allegantur Τυρρηνὸς

2011 Ministério de Cultura

ſive Τυρρηνικὸς, Φιλευριπίδης, χαλκιδικὸς & χαλκίς. Laudatur etiam à Stobæo. Perpauca ejus fragmenta collegerunt Hertelius atque Grotius.

BATO ſive Βάτων aut Βάτος Comicus, Athenæo, Stobæo ac Svidæ laudatus ſcripſit dramata:

Αἰτωλὸν,
Ἀνδροφόνον,
Εὐεργέται, & συνεξαπαλῶντα. Vide ubi lubebit, excerpta Hertelii & Grotii. Plutarch. de adulatoris & amici diſcrimine pag. 55. Καὶ Βάτωνι τῷ χολὴν ἀπεῖπεν Ἀρκεσίλαος, ὅτε πρὸς Κλεάνθην τίχον ἐποίησεν ἐν Κωμῳδίᾳ. Πείσαντος ἢ τὸν Κλέανθην καὶ μεταμελομένου διηλλάγη.

Alius fuit Bato Sinopenſis Rhetor atq; Hiſtoricus qui poſt Aratum vixit, de quo conſulendus Voſſius in Hiſtoricis Græcis. Hujus librum περὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τυράννων laudat Athenæus Lib. VII. Alios tres Batones obſervatos vide à Jonſio Lib. II. cap. 13. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph

CALLIADIS Καλλιάδου τοῦ Κωμικοῦ mentio apud Athenæum XIII. p. 577.

CALLIAS Athenienſis, Lyſimachi χοινοπλόκου ſive reſtionis filius, unde & ipſe dictus χοινίων.
Ejus dramata apud Svidam:

Αἰγύπτιος,
Ἀταλάντη, Zenobius IV. 67. proverb. ubi male ἀταλεσῇ pro ἀταλάντῃ.
Βάτραχοι,
Κύκλωπες, Athen. Poll. Svid. in ἀράχνη.
Παῖδες, Athen. Laërtius in Socrate. Etymol. M. Poll. Scholiaſt. Comici ad Aves ubi male παιδήτας.
Σχολάζοντες.

Allegatur Callias præterea plus ſimplici vice à Clemente, Polluce, Heſychio, Svida & Scholiaſte Ariſtophanis.

CALLISTRATUS, Ariſtophanis hiſtrio memoratur in Comici hujus vita Græcis ſcholiis præmiſſa.

CANTHARUS Athenienſis Comicus, cujus dramata apud Svidam memorantur:

Ἄνδρες,
Μήδεια,
Μύρμηκες,
Συμμαχία quæ ab aliis Platoni Comico tributa eſt, ut docet Harpocratio in ὀρνιθευτής.
Τηρεύς.

Medeam

2011 Ministerio de Cultura

Medeam laudat Apoſtolius & idem Svidas in Ἀριάβιος αὐλητὴς & *Tereum* in Ἀθηναία. Allegatur etiam Cantharus à Polluce Lib. IV. c. 9.

CARCINUM Κωμῳδοποιόν qui cum Æſchine apud Dionyſium tyrannum vixerit, è Polycrito Mendeſio memorat Laërtius Lib. II. ſect. 63. Vide ſupra in notitia Tragicorum.

CARYSTII Pergameni didaſcalias ſive librum de argumentis Comœdiarum laudat Athenæus Libro VI. Vide ſupra in Notitia Tragicorum, ubi de Ariſtotele.

CEPHISODORUS Athenienſis, Comicus fuit teſte Polluce & Athenæo: licet Svidæ Tragicus appelletur veteris Tragœdiæ. Dramatum ejus nomina hæc ſunt:

Ἀμαζόνες (Svid. in Ὄνος ὕειαν) Athen.
Ἀντιλαΐς, Svid. in Κηφισόδωρος.
Τροφώνιος, Poll. Athen. Svid.
Ὑγιὴς,
Ὗς. Athen. Svid.

Vide Meurſium in Bibliotheca Attica; & de aliis Cephiſodoris Harpocrationem, ac Jonſium Lib. I. c. 13.

CHÆREMON. Vide ſupra in Notitia Tragicorum.

CHIONIDES Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, memoratus Ariſtoteli c. 3. Poëtices, & Vitruvio præf. Libri VI. Ab Anonymo Scaligeri Olympiadum deſcriptore ſive Scaligero ipſo refertur ad Olympiadem LXXIII. Dramata ejus apud Svidam: Ἥρωες, Πέρσαι ἢ Ἀσσύριοι, & Πτωχοί. Confer Athenæum & Pollucem.

CHAMÆLEON Heracleotes Peripateticus Philoſophus, inter alia libros ſcripſit *de antiqua Comœdia*, περὶ ἀρχαίας Κωμῳδίας, quorum ſextum allegat Athenæus Lib. IX. c. 4.

De CLAUDIO Imperatore Svetonius in ejus vitâ c. 11. *Ad fratris* (Germanici) *memoriam per omnem occaſionem celebratam, Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de ſententia Judicum coronavit.*

CLEARCHI Comici Κιθαρῳδός, Κοίνθιοι & Πάνδροσος laudantur ab Athenæo.

CRANTOREM Comicum allegat Stobæus p. 387. & 389. florileg. edit. Grotii.

CRATES Athenienſis, Comœdiæ veteris Poëta, Cratini æqualis, & ejus primum hiſtrio, quem VII. Dramata compoſuiſſe teſta-

2011 Ministerio de Cultura

tur Anonymus περὶ Κωμῳδίας Aristophani præmissus. Sed novem Comœdiarum Cratetis nomina vel apud unum occurrunt Athenæum, quibus alia ex aliis adjungi possunt:

Γείτονες, Athen. Poll.
Θηρία, Athen. Poll.
Λαμία, Athen. Poll.
Παιδιαὶ Svid. in ἄλλο. Athen. Poll.

Laudantur etiam à Svidâ Ἥρωες & Ποδῆται, nisi sub ποδητῶν nomine latent παιδιαὶ ut suspicatur Meursius in Bibliotheca Attica, cui hæ præterea Cratetis fabulæ sunt observatæ:

Ἑορταὶ, Poll.
Μέτοικοι, Etymol. M.
Ὀδυσσεῖς, Etymol. M.
Πανόπλαι, Schol. Aristoph. ad nubes.
Παραπαλαθήκη, Poll.
Πυτίνη, Etymol. M.
Ῥήτορες, Athen.
Σάμιοι, Athen. Poll. Zenobius IV. 41. proverb.
Σέρριφοι, Scholiast. Comici ad nubes.
Συναγωγαί, Athen.
Τόλμαι, Athen. & Pollux IX. 6. ubi ἐν τοῖς Κρατιποσόλοις excusum pro ταῖς Κράτητος Τόλμαις.
Τροφώνιος, Etymol. M.
Φοινίσσαι. Schol. Aristoph. ad Vespas.
Χείρωνες. Athen.

A Kœnigio in Bibliotheca adduntur porro hæ tres:

Ἀνδρόφανης,
Ἐπιστολαὶ, ex versione latina loci corrupti Pollucis IX. 6.
Ἐυνεῖδαι.

Equidem idem Svidas alium præterea *Cratetem* Athenienſem fuisse docet, veteris & ipsum Poëtam Comœdiæ, cujus tria eidem dramata laudantur:

Θησαυρὸς,
Ὄφιδες,
Φιλάργυρος.

Laërtius contra in vita alterius Cratetis Athenienſis, Philoſophi Academici, cujus Arceſilas auditor fuit, Lib. IV. 23. ſect. decem Cratetes

2011 Ministerio de Cultura

tetes recenſens, unum tantũ nominat antiquæ Comœdiæ Poëtam. Cæterũ *Cratetem Academicum*, de Comœdia libros ſcripſiſſe refert idem Laërtius ex Apollodoro. Pauca quædam Cratetis Comici fragmenta habes apud Hertelium & Grotium. De eo Ariſtoteles cap. 5. Poëtic: Το δὲ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμον καὶ Φόρμις ἦρξαν. Τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε. Τῶν δ' Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους ἢ μύθους.

CRATINUS Callimedis F. Athenienſis, priſcæ Comœdiæ Poëta Horatio laudatus una cum Eupolide atque Ariſtophane. Novies viciſſe & XXI. Comœdias compoſuiſſe affirmat Svidas. Idem numerus confirmatur ab Anonymo περὶ κωμῳδίας qui præmittitur Ariſtophani. Sed longe plura ejus dramata eidem Meurſio in Bibliotheca Attica, Kœnigio in Bibl. Hertelio Grotioque in Fragmentis Comicorum annotata ſunt:

Ἀρχίλοχοι ſive ut Laërtius in proœm. ſect. 12. Ἀρχίλοχος: (male apud Heſychium in ἔδουλι, Κρατῖνος Ἀνλιλέγω pro Ἀρχιλόχῳ) Plutarch. in Cimone, Clemens I. Strom. Harpocrat. Pollux VII. 11. (ubi male Ἀρχίλοχος pro ἐν Ἀρχιλόχοις) Harpocrat. in Ἰθύφαλλοι, Athen. Stephanus Byz. fragmento de Dodone. Svid. & Apoſtol. in Διὸς ψηβυκόλοι, Athen. Svid. in ἀνδρακάς. (φ.

Βύζιες, Pollux X. 23.

Γαῖονες, Pollux VII. 33.

Γλαῦκος, Athen.

Δηλιάδες, Athen. Heſych. Scholiaſtes Comici ad Veſp. Svidas in ῥαζεῖν.

Διδασκαλίαι (Svid. in ἀναρύπτειν)

Διονυζαλέξανδρος, Svid. in βῆ & ἀνεπάγγελος. Etymol. M. in βῆ. Athen. & Pollux.

Δραπέται ſive Δραπέτιδες. Heſych. & Etymol. M. in ἀγερζικύβηλος Etymol. M. in ἀπόπατος, Athen. Svidas in κυβηλίζειν, ὄνος ὕεται, ὧδε. Zenobius V. 67. VI. 24. Harpocrat. in ἱερὰ ὁδός.

Ἐμπιπραμένοι, Clemens Alex. 6. Strom.

Ἐλφία, Pollux & Heſych. niſi utrobique legendum Σελφίοις pro Ἐλφίοις.

Εὐμένιδες (niſi Εὐνειδῶν apud Schol. Ariſtophanis legendum pro Εὐμενίδων Vide Meurſii Atticas lectiones V. 10.)

Εὐνεῖδαι. Stob.

Ἥρωες, Pollux X. 17. Svid. in ἀνευάς.

Θράσων, ut Meurſius monet legendum apud Heſych. in ἀπέφρησαν.

2011 Ministerio de Cultura

Θράττα. (In has scripsit Callistratus, teste Athenæo) Plutarch. Pericle, Pollux, Hesych. Scholiastes Eurip. in Hecubam & Svid. in Ὀκτώπους. Harpocrat. in ἀρχυωρός.

Ἰλιάδες, Hesych. in Αἰθρία.

Κλεοβουλίναι (Confer Menagium de mulieribus Philosophis. p. 8.) Pollux, Hephæstion enchirid. Laërtius Lib. I. 89. Hesych. Scholiastes Comici ad aves, Zenobius V. 14. proverb. Athen.

Κρῆσσαι, Hesych. in κωνῆσσαι.

Λάκωνες, Clem. Alex. 6. Strom. p. 619.

Μαλθακοὶ, Etymol. M. in κάθαιρος, Pollux, Athen. Svid. in κύλικι πήγαν, Constantinus Porphyrog. c. 23. de administrando imperio.

Νέμεσις, Pollux, Athen. Stephanus Byz. in ψύρα, Scholiastes Theocriti Idyll. XI. & Comici ad aves.

Νόμοι, Hesych. Athen. Svid. in ἀλώπηξ, Schol. Comici ad Equites.

Ὀδυσσεῖς, Svid. Athen. Pollux, Hephæstion Enchirid. Priscianus Lib. XVIII. Platonius de differentiis Comœdiar. Schol. Comici ad Plutum.

Πανόπται, Schol. Comici ad Nubes & vespas. Hephæstion, Svid.

Πλοῦτοι, Pollux, Athen. Stob.

Πυθαγορίζουσι sive Πυθαγορίζοντες vel Πυθαγορικοὶ Laërtius VIII. 37. Svid. in Ξενοφάνης.

Πυλαία, Svid. in ἀμύνασθαι & ἕνερον. Hesych. Maximus in Dionysii Areopag. Epist. 8. Schol. Comici ad Pacem.

Πυλίνη, quam ultimam egit & vicit anno ætatis 97. Olymp. 89. 1. cum ebriositatis convitium cujus ab Aristophane insimulatus fuerat removere à se voluisset. Lucian. in longævis, Svid. in κωδίων. Laudant præterea Athen. Pollux, Clemens 6. Strom. Plutarch. in Antiphonte, Schol. Comici ad Equites & Pacem, Sophoclis in Ajace. Svid. in δεσμώτης.

Σάτυροι, Scholiastes Aristoph. argumento equitum, unde constat actam hanc fabulam Olymp. 88. 4.

Σέλφοι, sive σελίφιοι. Svid. Hesych. Pollux, Stephanus Byz. Hephæstion, Schol. Comici ad Vespas.

Ταραντῖνοι, Laërtius VIII. 37. Svid. in Ξενοφάνης.

Τροφώνιος, Harpocrat. Pollux, Hephæstion, Athen. Svidas in αἴρεσθαι.

Χειμαζόμενοι, Scholiastes Aristoph. in argumento Acharnensium, unde patet hanc fabulam actam Olymp. 86. 1.

Χείρωνες. Schol. Luciani T. 1. p. 19. Zenobius 2. 66. proverb. & 5. 81. Svid.

2011 Ministerio de Cultura

Svid. in παιδελείας & alibi, Laërt. I. 62. Athen. Pollux', Plutarch. Pericle. Hephæstion. Schol. Comici ad nubes & Vespas.

Ψηφίσματα. Harpocrat. in ἀρκτῖνος nisi pro Cratino ibi legendum Craterus. Vide Maussaci notas.

Ὧραι. Hesych. Harpocrat. Hephæstion, Pollux, Athen. Schol. Luciani T. 1. p. 4.

Incertum est hujusne Cratini scriptis annumeranda & inter Comœdias referenda sit Θεττάλων πολιτεία laudata ab Athenæo. Sane facit hoc Hertelius, apud quem uti apud Grotium quoque Cratini fragmenta ubi lubebit videbis. Vixit annos XCVII. teste Luciano in Μακροβίοις. Laudatur & à Svida in Λέρνη & Ὄνος ἀλόναι. Vide & Zenobium in proverbio Ἐπεὶ δειλόπρωκτος, & Horatium Lib. I. Epist. 19. Tzetzen Chil. XI. hist. 375.

CRATINUS *JUNIOR* itidem Comicus fuit, cujus Comœdiæ à Meursio in Bibl. Attica observatæ hæ sunt:

Γίγαντες, Athen. Hesych.

Θηραμένης, Athen.

Ὀμφάλη, Pollux, Athen.

Τιτᾶνες, Athen.

Ὑποβολιμαῖος, Pollux VII. 33. ψευδυποβολιμαῖος Laërtio III. 28.

Χείρων. Athen. Hesych. in αὐτόφυρτοι, Scholiastes Sophoclis ad Oedip. Colon. Zenobius V. 9. proverb.

CRITONIS Comici Μηχανία à Polluce, Φιλοπάγμων ab Athenæo allegatur.

CROBYLUS. Vide infra in *Hegesippo*.

DAMOXENUS Athenienſis, Comicus, ex cujus στεφανόφοις locum prolixum affert Athenæus Lib III. quem latine reddit Grotius in Excerptis Comicorum pag. 698. Ab eodem Athenæo Lib. XI. laudatur etiam ejusdem Damoxeni αὐτὸν πενθῶν.

DEMETRIUS antiquæ Comœdiæ Poëta inter viginti alios Demetrios à Laërtio nominatur Lib. V. sect. 85. Ejus Ἀρεοπαγίτην laudat Athenæus, συκελίαν Ælianus Lib. XII. de animal. c. 10. præter eundem Athenæum & Etymologicum magnum in Ἔμμηροι, Hesych. in ἐμπήρας ut ex vitioso codice ibi descripsit, quod rectius ipse suo loco scripserat ἐμμήρας. Vide Rich. Bentleji Epist. ad Millium p. 38.

DEMONAX Comicus, cujus hoc est apud Stobæum p. 113. florileg. edit. Grotii:

Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς,
Supra Deos ne sapite, mortales sati.

DIDY-

2011 Ministerio de Cultura

DIDYMI Grammatici Alexandrini λέξεις κωμικὰς laudatas ab Heſychio itidem Alexandrino in proœmio lexici, notat Johannes Pricæus in indice ſcriptorum ab Heſychio allegatorum. Sed de Tragicis vocibus ſingulari opere egit Didymus, ut ſupra in notitia Tragicorum obſervavi, de Comicis vero Theon. Ita intelligenda Heſychii verba, non ut de utriſque (Comicis & Tragicis) uterque, ſed de alterutro genere unus egerit: Οἱ δὲ τὰς Κωμικὰς λέξεις ἰδίᾳ σύντεθείκασι, καὶ τὰς Τραγικὰς, ὡς θέων καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι.

DINOLOCHUS Comicus. Vide quæ ſupra in notitia Tragicorum.

DIOCLES Athenienſis, vel ut alii, Phliaſus, inter Poëtas veteris Comœdiæ, Sannyrionis & Philyllii æqualis fuit. Ejus Dramata memorata veteribus hæc ſunt:

Βάκχαι, Athen. Svid.

Θάλαττα (meretricis hoc nomen) Athen. Svid.

Μέλιτται, Athen. Pollux, Heſych. Svid.

Ὄνειροι, Svid.

Ὀρέστης. Svid.

Is ipſe fortaſſis eſt Diocles, de quo idem Svidas in ξυλυφίων & ὀξύβαφον, quod primus invenerit inſtrumenta lignea pulſatilia.

DIODORUS SINOPENSIS, Comicus, cujus apud Athenæum & Svidam memorantur:

Αὐλητρὶς,

Ἐπίκληρος,

Πανηγυρισαί.

DIONYSIUS Senior, Siciliæ Tyrannus Comœdias ſcripſiſſe à Svida traditur.

DIONYSIUS Sinopenſis Comicus quem circa Olympiadem centeſimam vixiſſe veriſimile eſt, laudatur ab Athenæo in Ἀκονιζομένῳ, Ὁμωνύμοις & Σωζούσῃ.

DIOXIPPUS Athenienſis, Comicus, cujus Dramata apud Athenæum & Svidam memorata:

Ἀνδρογυνοβοσκὸς,

Διαδικαζόμενοι,

Ἰσοελοχαφος (confer Voſſium de Hiſtoricis Græcis p. 359.)

Φιλάργυρος.

DIPHILUS teſte Strabone Libro XII. p. 546. Sinopenſis, novæ Comœdiæ Poëta, auctor dramatum C. γνωμικώτατος χαρίεις & κωμικώ-

2011 Ministerio de Cultura

μικκότατος judicio Clementis Alexandrini, etsi frigiditatem ejus perstrinxit jam olim Gnathæna. Cœnanti enim apud se & frigidam laudanti *non mirum*, inquit, *ego enim aquam frigefacio injectis in lacum tuarum Comœdiarum Prologis*, ut refert Athenæus Lib. XIII. Laudatur Diphilus à Clemente Alex. Auctore Scholior. ad Iliad. *i.* v. 122. Nomina Dramatum Diphili quæ apud veteres memorantur, hæc fere sunt:

Ἄγνοια, Athen.
Ἀδελφοί, Athen. Pollux. Stob.
Αἱρεσιπυχ@, vel Αἱρεζιτειχεὺς ἢ Ἐυνοῦχ@, Athen.
Ἀμαξὶς,
Ἀνασωζόμενοι, Athen.
Ἄπλης@, Athen.
Ἀποβάτης. Harpocrat.
Ἀπαλείπουσι, Athen.
Βαλανεῖον, Athen.
Βοιώτι@, Athen.
Γάμοι, Athen.
Διαμαρτάνουσα, Athen.
Ἑκάτη, Athen. Pollux.
Ἐλενηφορεῦντες (Hertelius è corrupto Athenæi codice Ἐλιωνηφορεῦντες.)
Ἐμπόριον, Athen.
Ἔμπορ@, Athen. Harpocrat.
Ἐναγίζοντες, Athen. Schol. Aristoph. ad Equites v. 1008.
Ἐπιδικαζόμεν@, Pollux.
Ἐπίκληρ@. Pollux.
Ἐυνοῦχ@ ἢ Σεραπιώτης, Athen.
Ζωγράφ@, Athen. Stob.
Ἡμέραι, Zenobius IV. 18.
Ἡρακλῆς, Athen.
Ἥρως, Athen.
Θησαυρὸς, Stob.
Θησεὺς, Athen. Δίφιλ@ ὁ τὴν Θησηίδα ποιήσας laudatur à Scholiaste Pindari ad Olymp. *i.* p. 127.
Κιθαρῳδὸς, Pollux.
Κληρούμενοι (quam Comœdiam imitatum se testatur Plautus in Casina.)
Λήμνιαι, Athen.
Μνημάτιον, Athen.
Παιδεραστὴς, Athen.
Παράζιτ@, Athen.
Πελιάδες, Athen.
Πιθεγούσης vel Πιθούσης Athen.
Πολυπεράγμων, Athen.
Πύῤῥα,
Σαπφὼ, Athen.
Στρατιώτης,
Συναποθνήσκοντες, (hanc Plautus in *commorientibus* expresserat, & Terentius imitatus est in Adelphis.)
Σύντροφοι. Harpocrat.
Συνωρὶς, Harpocrat.
Τελεσία,
Τιθράυσης,
Φρέαρ. Stob.

Fragmenta hujus Diphili videas licet apud Hertelium, Grotiumque. Alius Diphilus qui ante Eupolidem scripsit & integro Dramate perstrinxit Bœdam (Βοιδᾶν) Philosophum teste Scholiaste Aristopha-

2011 Ministerio de Cultura

nis adNubes p.64. Alius Diphilus Tragœdus quiPompejũ M.perſtrinxit ut dixi in notitia Tragicorum. De eo Lipſius Lib. I. Var. Lect. c. XI. Alius Diphilus cujus Mechanica memorat Vitruvius præf. Lib. VII. Alius Diphilus Craſſi ſcriptor & lector apud Ciceronem 1. de Oratore. Alius Diphilus Laodicenſis, qui ſcripſit in Nicandri Theriaca teſte Athenæo, à quo etiam allegatur Diphilus Siphnius περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς νοσοῦσι καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι.

ECDORUS Comicus in teſtimonium citatur à Stobæo in florileg. p. 365. edit. Grotii.

ECPHANTIDES in *Satyris* allegatur ab Athenæo Lib. III. Hic Comicus propter parum luculentum ſcribendi genus dictus eſt Καπνίας, teſte Heſychio in hac voce. Adde Mauſſacum ad Harpocrationem p. 402. & Colomeſium ad Gyraldum p. 179.

EPHIPPUS, Mediæ Comœdiæ Poëta. Vide quæ ſupra in Notitia Tragicorum, & infra in Philippo.

EPICHARMUS veteris Comœdiæ Poëta de quo vide quæ in eadem Tragicorum Notitia, Supra cap. XIX.

EPICRATES Ambraciotes mediæ Comœdiæ Poëta cujus laudantur dramata:

Ἀμαζόνες,

Ἀνθιλαΐς, Athen. XIII. p. 570. quod drama antiquius eſt omnibus ſcriptis *Anti* præ ſe ferentibus, quæ tam ſollicite duobus voluminibus collecta ſunt ab Adriano Bailleto.

Δύσπεφαλος,

Ἔμπορος,

Χορός. Vide Svidam atque Athenæum.

Fragmenta apud Hertelium & Grotium, qui p. 669. Πικράτην fabulæ nomen perperam ponit, cum ſit Poëtæ. Locus eſt apud Athenæum Lib. II.

EPIGENES Sicyonius. Vide ſupra notitiam Tragicorum.

EPILYCUS Comicus cujus Κορυλίσκου laudat Athenæus Lib. IV. atque ita legit Svidas in Ἐπίλυκος, etſi Lib. XIV. apud Athenæum editur Φωρυλίσκος. Idem Svidas in Κράτης Epilycum teſtatur fuiſſe Cratetis qui veteris Comœdiæ Poëta fuit fratrem, ut adeo Epilycus quoque antiquæ Comœdiæ Poëtis ſit accenſendus. Sed eo in loco Epilycus iſte à Svida dicitur Poëta Epicus, forte per lapſum memoriæ vel quod Heroicum poëma etiam Epilycus iſte compoſuit.

EPITHERSES Nicænus Grammaticus ſcripſit de vocabulis Comicis

2011 Ministerio de Cultura

micis & Tragicis, ut jam ſupra notare me memini è Stephano Byz. in Νίκαια. Similiter voces Comicas illuſtrarunt Galenus, Palamedes, Theon, de quibus infra. Pro Ἐπιθέρσης, male Θέρσις apud Erotian. in ἄμβην.

ERATOSTHENES Cyrenæus ſcripſit libros περὶ ἀρχαίας Κωμῳδίας, memoratos Athenæo, Scholiaſtæ Ariſtophonis, Svidæ & Galeno præf. ad gloſſas Hippocratis: in illis res & verba in antiquæ Comœdiæ Poëtarum dramatis occurrentia explicavit, ut ex Galeni gloſſis in Hippocratem notatum Johanni Wovverano Lib. de Polymathia c. 14. Septimum illius operis Librum laudat Harpocration in μεταλλεῖς. Idem opus reſpicitur à Cicerone Lib. VI. Epiſt. 1. ad Atticum ubi Eratoſthenem laudat.

ERYPHUS Comicus integros verſus Antiphanis deſcripſiſſe arguitur apud Athenæum. Ejus fabulæ:

Αἰολῶν,
Μελίβοια,
Πελλαςής,

Vide Hertelium in ſententiis Comicorum.

EUBULIDES. Vide ſupra in notitia Tragicorum.

EUBULUS Athenienſis, antiquæ & mediæ Comœdiæ quidam veluti terminus ac limes, ut eſt apud Anonymum Olympiadum deſcriptorem ad Olympiadem 101. annum. 1. Mediæ Comœdiæ poëta dicitur Ammonio in ἔνδον Dramata XXIV. Svidas, Athenæus ei tribuit quinquaginta. Utrumque numerum excedunt nomina fabularum obſervata à Joh. Meurſio in Bibl. Attica:

Ἀγκύλων, Athen.
Ἀγχίσης, Pollux.
Ἀμαλθεία, Athen.
Ἀμφίβολῳ, Pollux, Athen.
Ἀναζωζόμενοι, Athen.
Ἀντιόπη, Athen.
Ἄσυλοι, Athen.
Ἄυγη, Athen.
Βελλεροφόντης, Athen.
Γανυμήδης, Athen.
Γλαῦκῳ Harpocrat. Pollux.
Δαίδαλῳ, Athen.
Δάμαλις ά, β', Svid.
Δευκαλίων Athen.
Διογένους πρᾶσις, Laërtius VI. 30.
Διόνυσος ἢ Σεμέλη. Clemens Alex. 7. Strom. p. 716. Athen. Svid. Zenobius IV. 66. proverb.
Εὐρώπη, Athen.
Ἠχώ, Athen.
Ἰάλεμῳ, Athen.
Ἰξίων, Athen.
Ἴων, Athen. Pollux.
Καλαθηφόροι, Ammon. in ἔνδον
Κάλλαιχρῳ, Athen.
Καμπυλίων (Svid. in Μάνερως, & ἀνιακάς. Athenæus qui Lib. XI. teſtatur hanc fabulam, ab aliis tribu-

2011 Ministerio de Cultura

tributam Araroti Ariſtophanis F.

Καζακολλώμενος, Athen.

Κέρκωπες, Athen.

Κλεψύδρα, (ſcorti nomen) Athenæus XIII. p. 567.

Κορυδαλὸς Phrynichus in hac voce.

Κυβευταὶ, Pollux VII. 33. cui loco addendus Rich. Bentlejus Epiſt. ad Millium p. 40. Meminit præterea Heſych. Athen. & appendix proverb. Vaticana 2. 69.

Λάκωνες ἢ Λήδα, Athen.

Λυδία, Athen.

Μήδεια, Athen.

Μυλωτρὶς, Athen.

Μυσοὶ, Athen.

Ναννίον, Athen. XIII. p. 568. ex quo loco patet à quibusdam male hoc drama Philippidi tributum fuiſſe.

Ναυσικάα, Athen.

Νεοττὶς ſive *pullaſtra*. Athen.

Ξεῖνος, Schol. Euripidis ad Medeam v. 613.

Ὁ δυσεὶς ἢ παιδόπαι, Athen.

Οἰδίπους, Athen.

Ὀλβία, Athen.

Ὀρθάνης, Athen.

Πάμφιλος, Athen.

Παννυχὶς, Athen.

Παρμενίσκος, Pollux.

Πέλοψ, Athen.

Πορνοβοσκὸς, Athen.

Προκελὶς, Athen.

Προσυσία ἢ Κύκνος, Athen.

Σεμέλη ἢ Διόνυσος, Vide ſupra in Διόνυσος.

Στεφανοπωλίδες, Athen.

Σφιγγοκαμψίων, Athen.

Τιτθαὶ, Athen.

Τιτᾶνες, Athen.

Τύραννος, Athen.

Φοῖνιξ, Athen.

Χάλκιτες, Athen.

Χρυσίλλα. Athen.

Ψάλτρια. Athen.

Apud Hertelium & Grotium fragmenta inſigniora hujus Eubuli leguntur. Eidem Hertelio p. 537. memoratur Eubuli Δόλων, Μεταχολλομένος, Ὀρταίχνη & Τήθαι. Sed Τήθαι corruptum ex Τιτθαῖς, Ὀρταίχνη ex, Ὀρθάνη, Μεταχολλόμενος eadem cum Καζακολλωμένῳ.

EVETES Comicus memoratur Svidæ in Ἐπίχαρμος.

EUNICUS Comicus cujus Ἄντεια (ſcorti hoc nomen) ab aliis tributa Philyllio. Vide Athenæum XIII. p. 567. & 586. Supra in ÆNICUS.

EUPHORION Chalcidenſis. Vide quæ ſupra in notitia Tragicorum.

EUPHRONIS Comici hæc Dramata laudantur Athenæo, Stobæo & aliis:

Ἀδελφοὶ,

Αἰαχεῖς,

Δίδυμοι,

Θεῶν Ἐκκλησία,

Θεωροὶ,

Μῦσαι,

παρα-

2011 Ministerio de Cultura

Παραδιδομένη, Συνέφηβοι.

Fragmenta vide apud Hertelium, Grotiumque. Alius Euphron qui de re ruſtica ſcripſit, niſi apud Columellam pro *Euphrone* legendum ex Varrone & Plinio Euphranis.

EUPOLIS Athenienſis, Cratini imitator, Comœdiæ veteris Poëta clarus Olympiad. LXXXVIII. Svida teſte docuit fabulas XVII. decies victor. Sed Meurſio in Bibliothecâ Atticâ obſervata dramatum ejus nomina plura quam viginti:

Αἶγες, Plutarchus IV. 1. ſympoſ. Macrobius VII. 5. Erotianus in πρόμαλον & σελαχίοις, Priſcianus Lib. XVIII. Scholiaſtes Comici ad Veſpas, Heſych. Pollux, Etymol. M. Athen. Svidas in χρή.

Ἁλιεῖς, Pollux X. 24.

Ἀστράτευτοι, ἢ Ἀνδρόγυνοι, Svid. in Εὐπολις, Laërtius III. 7. Hephæſtion Enchirid. Athen. Scholiaſtes.

Αὐτόλυκῳ, ά, β΄. Pollux, Scholiaſtes Ariſtoph. ad nubes.

Βάπται, Ammonius in ὑπάγειν, Heſych. Harpocrat. Athen. Platonius de different. Com. Scholiaſtes Juvenal. 2. 92. Hephæſtion Enchirid. Pollux, Priſcian. Lib. XVIII. & de metris. Themiſtius Orat. 7. f. 110.

Δῆμοι, Plutarch. in Camillo & Pericle, Athen. Svid. Aphthonius c. περὶ ἠθοποιίας, Priſcianus Lib. XVIII. Schol. Ariſtophanis ad Acharnenſes. Male ἐν δόμοις pro δήμοις Ammon. in τύραννῳ & Stob. ſerm. 35. Euſtathius ad Odyſſ. ζ. p. 251.

Δραπέται, Etymol. M. in ἀφαδός.

Δυαὶς, Pollux IX. 4.

Εἵλωτες, Athen. Pollux.

Κλοπαὶ, Erotianus in ἡδύσμασι.

Κόλακες Acta eſt Archonte Alcæo Olymp. LXXXIX. 3. (in Hephæſtione male legitur Κόρακες) Athen. Pollux, Svid. Phrynichus in Ἐνδυμενία. Harpocrat. Laërtius IX. 50. Macrobius VII. 15. Schol. Comici ad Nubes & Pacem.

Λάκωνες, Erotianus in μυττωτόν. Reſpicit Plutarchus in Cimone & Anonymus in argumento in Cimonem Ariſtidis.

Μαρικᾶς (male Μαρία apud Erotianum in ψάγδας) Ariſtophanes nubibus, Plutarchus Nicia, Ælianus XII. 30. Var. Harpocrat. Stephanus Byz. Heſych. Pollux, Athen. Quintil. I. 10. Scholiaſtes Æſchyli ad Perſ. Sophoclis ad Oedipum Col. & Ariſtoph. ad Plutum & Nubes.

2011 Ministerio de Cultura

Νυμφαί, Schol. Ariſtophanis in argumento Acharnenſ.
Πόλεις, Athen. Harpocrat. Pollux, Stephanus Byz. Schol. Comici ad ranas, Acharnenſ. Veſpas.
Πρόδομος (hanc inter Eupolidis dramata refert Meurſius è Quintiliani Lib. I. c. 10.)
Προσπάλτιοι, Athen. Priſcian. Lib. XVIII. Scholiaſtes Comici ad Nubes, Veſpas & aves. Confer Caſaubonnm ad Athenæi Lib. VII. c. 22.
Πύλαι, Schol. Comici ad aves.
Στεφανοπώλιδες, Athen. Lib. IX. licet eo in loco Eubulum pro Eupolide (legit Caſaub.
Σφίγγες, Svid. in νεανιοπρέπεια.
Ταξιάρχαι ſive Ταξίαρχοι (Svid. in ὄνος ἀπροαῖος σάλπιγξ) Pollux, Athen. Ammonius in ἀμυγδαλῇ, Scholiaſtes Ariſtoph. ad aves.
Τριβελοδίκαι, Ptolemæus Hephæſtionis Lib. VI. apud Photium,
Φίλοι, Athen. Pollux, Harpocrat. Ammonius in φῖραι, Scholiaſtes Ariſtophanis ad Acharnenſes.
Χρυσογένης vel χρυσογενεῖς, ά, β΄. Harpocrat. Pollux, Etymol. M. Svid. Athen. Hephæſtion Enchirid. Priſcianus de metris Comicis, Zenobius 2. 19. proverb. & 6. 2.

Fragmenta hujus Eupolidis exſtant apud Grotium & Hertelium cui p. 293. memorantur inter alia Eupolidis δημιοπράτου, eidem προσπαίτιοι dicuntur pro προσπαλτίοις. De morte Eupolidis utrum ab Alcibiade quod in Baptis eum perſtrinxerat dejectus fuerit in mare; quod negavit Eratoſthenes, vide quæ viri docti ad Ciceronis Lib. VI. Epiſt. I. ad Atticum. Servum ejus Ephialten cum dramata quædam Domino ſuo ſurripuiſſet, à cane ipſius correptum & interfectum narrat Ælianus Lib. X. de animalibus c. 41.

EVETES & EVXENIDES Comici antiquiſimi, qui Athenis docuerunt fabulas eodem tempore quo in Sicilia Epicharmus. Svid. in Ἐπίχαρμος.

EVSCHEMUS ἐν Ἐμπολῇ. Athen. XIII. p. 571.

EUTHYCLES ἐν Ἀταλάντῃ laudatur à Svida ἕβδομος βῆς. Scholiaſtes quoque Ariſtophanis ad aves memorat τὸν τὰς Ἀταλάντας γράψαντα.

GALENUS Medicus πολυμαθέστατος inter alia ſcripſerat librum εἰ χρήσιμον ἀνάγνωσμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἡ παλαιὰ κωμῳδία, ut ipſe refert ingenii ſui monumenta recenſens T. 4. p. 368. ſive, *num utilis ſit Comœdiarum lectio*, ac præterea τῶν ἰδίως κωμικῶν ὀνομάτων παραδείγματα *Exempla vocum proprie Comicarum.* Tum de vocibus politicis Ariſtophanis Cratini & Eupolidis libros IX.

GERMA-

2011 Ministerio de Cultura

GERMANICUM Druſi F. Comœdias Græcas reliquiſſe teſtatur Svetonius, in Caji Imperatoris vita c. 3.

HEGEMON Thaſius cognomento *φακῆ* ſive *lenticula* inter veteris Comœdiæ Poëtas à nonnullis habitus eſt teſte Athenæo Lib. I. p. 5. Epicharmi æqualis fuit, ut idem Athenæus auctor eſt Lib. XV. c. 16.

HEGESIPPUS mediæ Comœdiæ Poëta, patriâ Tarentinus & à capillis retortis *κρωβύλος* cognomentum teſte Svida nactus. Ejus *Ἀδελφοὶ* & *Φιλέταιροι* ab Athenæo allegantur. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis pag. 372. ubi & de aliis Hegeſippis. Laudat præterea Athenæus Crobyli Comici, neſcio an ejusdem, *Ἀπαγχόμενον*, *Ἀποδειπνῶσαν*, *Ἀπολείπουσαν* & *ψευδυποβολιμαῖον*. Allegatur & Crobylus à Svida in *ὀψοφαγία* & Harpocratione in *ὅτι χιλίας*.

HENIOCHUS Athenienſis, itidem mediæ Poëta Comœdiæ, laudatus à Stobæo ſerm. 39. & aliis. Svidas hæc ejus dramata recenſet, quorum nonnulla etiam ab Athenæo allegantur;

Γοργόνες, Athen. Svid.
Διὶς ἐξαπατώμενος, Svid.
Ἐπίκληρος, Svid.
Θωρύκιον, Svid.
Πολύευκτος, Athen. Svid.
Πολυπράγμων. Athen. Svid.
Τροχίλος, Athen. Svid.
Φιλέταιρος. Svid.

Apud eundem Svidam in *πολύευκτος* male legitur *Ἡνίοχον* eſſe drama Polyeucti Comici, cum certiſſimum ſit *τὸ Πολύευκτον* eſſe drama Comici Heniochi. Fuit ſane Polyeuctus Sycophanta quidam contra quem dixit Dinarchus laudatus Svidæ in *παλιναίρετος*, tum alius hoc nomine homo itidem peſſimus, de quo idem Svidas ſuo loco.

HEPHÆSTIONIS Grammatici Alexandrini *λύσεις Κωμικῶν καὶ Τραγικῶν ἀπορημάτων* Svidas memorat.

HERACLIDES *Κωμῳδιῶν ποιητὴς* cujus verſus quosdam laudat Athenæus Lib. XII. p. 534. Meminit & Zenobius VI. 34. & Euſtathius ad Odyſſ. Δ. p. 144.

HERACLITUS quem *ἐν τῷ Ξενίζοντι Ἑλένην* laudat Athenæus Lib. X. p. 414. Comicis recte à me annumerabitur, niſi nomen ſit corruptum, quod in antiquioribus Athenæi editionibus legitur *Ἡράγαιτος*.

HERMIPPUS veteris Comœdiæ Poëta, Athenienſis, Myrtili, de quo infra, frater altero oculo mancus, auctor dramatum quadraginta, ut Svidas notavit. Ex his allegantur in veterum ſcriptis:

Ἀθη-

2011 Ministerio de Cultura

Ἀθηνᾶς γοναὶ, Etymol. M. in ἀρναῖος, Svid. in ἀνθέων & ἢ δ' ὅς.

Ἀρτοπώλιδες, Hesych. Pollux, Athen. Svid. in ἀγῆλαι, Schol. Euripidis ad Medeam & Aristophanis ad nubes.

Δημόται, Athen. Hesych. Pollux. Svid. in λεπτολογία & ὁ Φρονὶς Ἱπποκλείδη.

Δίμετροι. Vide infra in Ἴαμβοι.

Εὐρώπη, Svid. in ῥάζειν.

Θεοὶ, Pollux. Hesych. Stephanus Byz. in Ταίναρος, Athen. Scholiastes Comici ad Vespas & aves.

Θεσμοφόροι Pollux. Lib. X. c. 26. Sed hæc inter fabulas Hermippi Comici male à Meursio refertur, respicit enim Pollux opus Hermippi Smyrnæi in plures libros destributum de legislatoribus.

Ἴαμβοι, (Athenæus Lib. III. & XV.) Δίμετροι (Schol. Aristophanis ad Plutum) Τρίμετροι (id. ad aves.)

Κέρκωπες, Athen. Hesych. Scholiastes Aristoph. ad aves.

Κόθορνοι, Pollux VII. 33.

Μοῖραι Athen. Lib. X. XI. & XV. Pollux. Svid. in Ἴακχος. Etiam Hermippus in μύροις laudatur apud Athen. Lib. XI.

Σραλιῶται, Pollux, Hesych. Athen. Schol. Comici ad Pacem. Zenobius 2. 23. proverb.

Τρίμετροι. Vide supra in Ἴαμβοι.

Φορμοφόροι. Pollux, Athen. Hesych. Scholiastes Aristoph. ad aves Svid. in Ἀποδεδημηκότες.

Vide Meursium in Bibl. Attica, & Hertelium atque Grotium in Comicorum fragmentis.

HERODICUS Cratetius Grammaticus non Comœdias quidem sed Κωμῳδούμενα scripsit, de quibus dixi in Notitia Tragicorum ubi de Asclepiade.

HIPPARCHUS Veteris Comœdiæ Poëta, cujus ἀναζωζομένους & Θαΐδα allegat Athenæus, Ζωγράφον Stobæus: nescio an idem fuerit cujus Αἰγυπτία ἰλιὰς laudatur ab eodem Athenæo Lib. III. Svidas ait dramata ejus fuisse περὶ γάμων.

HIPPOSTHENES in Hippothoonte allegatur à Stobæo serm. 22.

HIPPOTHOON Comicus aliquoties laudatur à Stobæo. Alius Hippothoon qui in Attica regnavit, unde Eleusinam ἄστυον Ἱππωθόωντα vocavit Nicander. Vide Scaligerum ad Chronica Eusebii p. 21. editionis secundæ.

HOMERUS cognomento Sellus, Grammaticus, scripsit Svida teste

2011 Ministerio de Cultura

teſte περὶ τῶν Κωμικῶν προσωπων ſive de perſonis Comicis, & periochas ſeu argumenta Comœdiarum Menandri. Apud eundem Svidam in πέλλιος legendum περιοχὰς Μενάνδρε non περὶ Μενάνδρε.

IBYCUS Rheginus Comicis videtur accenſeri ab Æliano VI. 51. de animal. Καὶ Ἴβυκος ὁ Ῥηγῖνος, καὶ Ἀριστέας καὶ Ἀπολλοφάνης ποιηταὶ Κωμῳδίας ἄδουσιν αὐτόν. Poteſt tamen & debet illud ποιηταὶ Κωμῳδίας tantum referri ad binos proxime præcedentes Ariſteam & Apollophanem, non ad Ibycum, de quo vide ſis quæ in Lyricis dixi.

JON Chius. Vide ſupra in notitia Tragicorum.

JOPHONTIS nomen inter Comicos refertur à Grotio in excerptis p. 876. non quod pro Comico illum haberet vir ſummus, ſed quod vidiſſet in quibusdam Stobæi codicibus Comœdiam Jophonti tribui, & à Clemente I. Strom. p. 280. Comicum appellari. Cæterum Tragicus fuit, ut dixi ſupra, & in codice MS. Stobæi non Comœdiam ſed Bacchas Tragœdiæ nomen Jophonti adſcriptum Grotius reperit. Fuit & Jophon Cnoſſius, qui oracula verſibus Hexametris reddidit teſte Pauſania in Atticis p. 84.

LAONIS Comici Λαθήκην allegat Stobæus pag. 505. florileg. edit. Grotii. Verſus binos ejusdem Laonis in Laudem Bœotiæ & Bœotorum profert Dicæarchus in vita Græciæ p. 174. edit. Hoeſchelii.

LEUCON Agnuſius veteris Comœdiæ Poëta clarus temporibus belli Peloponneſiaci. Ejus dramata Svidæ memorata:

Ὄνος ἀποφόρος, & Φεράτορες, qui etiam ab Athenæo & Heſychio allegantur.

LYCIS veteris Comœdiæ Poëta ſubfrigidus ab Ariſtophane & aliis exagitatus, notante Svida in Φοίνιξ & Λύκις, Scholiaſte Comici ad ranas.

LYCOPHRON Chalcidenſis Tragicus præter alia ſuo loco à me recenſita ſcripſerat etiam περὶ Κωμῳδίας, teſte Athenæo Lib. VII. & XI. ubi nonum librum operis illius allegat. Meminit ejusdem operis ſub initium Libri XIII.

LYNCEUS Samius Grammaticus, diſcipulus Theophraſti ac Menandri æqualis, in certamine Comico viciſſe apud Svidam traditur.

LYSIPPUS. Vide ſupra in notitia Tragicorum.

MACHON Sicyonius, Ariſtophanis Byzantii Grammatici æqualis, Alexandriæ vixit, ſub Ptolemæo Evergete & poſt: vide Athenæum, & Jonſium de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. p. 167. Ex ejus dramatibus fuere:

2011 Ministerio de Cultura

Ἄγνοια,
Ἐπιστολή,
Χρείαι, quæ ab eodem Athenæo allegantur. Fragmenta Machonis leguntur in collectionibus Hertelii & Grotii.

MAGNES Athenienſis, Comœdiæ veteris Poëta memoratus Ariſtoteli c. 3. Poëtic. & Ariſtophani in equitibus, Anonymo περὶ Κωμῳδίας qui Ariſtophani præfigitur, & Svidæ qui novem Comœdias eum docuiſſe ac bis viciſſe teſtatur. Nomina dramatum Magnetis:
Βαρβιτίδες ſive Βαρβιτισταί.
Βάτραχοι. Ariſtoph.
Λυδοὶ, Ariſtoph. Heſych. & Photii Lex. MS. in λυδίζων.
Ὀρνίθες,
Πιτανίς. Svid. in νῦν.
Ψῆνες. Heſych. in ψηνίζων. Ariſtoph.

Magnetis νόμους laudari à Svida in νῦν exiſtimavit Meurſius in Bibl. Attica. Sed locum conſideranti apparebit reſpici locum Platonis ex octavo de legibus pauloante à Svida productum.

Inter antiquiſſimos Comicos refertur Magnes à Diomede. Vide infra in *Mullo*. Et Bentleii Epiſtolam Malelæ ſubjectam p. 32. Alius Magnis ſive Magnes Smyrnæus Poëta Epicus libidinoſiſſimus Gygis tempore claruit, cujus ἔπη, in quibus Lydorum virtutem in pugna equeſtri adverſus Amazonas prædicaverat, memorantur apud Svidam in Μάγνης è Nicolao Damaſceno. Vide excerpta Peireſciana p. 450. ſeq.

MEGARICAM Comœdiam per aliquod tempus in pretio fuiſſe narrat Diogenianus in proverbio γέλως Μεγαρικός.

MELITUS Socratis accuſator, Comœdias quoque teſte Svida, compoſuit.

MENANDER Athenienſis, obſcurius Poëta priſcæ Comœdiæ, de quo idem Svidas mentionem injicit.

MENANDER Athenienſis alter, novæ Comœdiæ Poëta celeberrimus CIX. vel CVIII. vel ut Apollodorus in Chronicis, CV. dramatum, auctor, octiesque victor, Philemone & aliis deterioribus Poëtis illi ſæpius prælatis. Vide Svidam & Gellium Lib. XVII. c. 4. Natus eſt Olympiade CIX, anno 3. mortuus Olympiade CXXXI. anno ult. Theophraſti optimi Magiſtri & virtutum vitiorumque notatoris acutiſſimi diſertiſſimique diſcipulus, teſte Pamphila apud Laërtium V. 36. Ingenio Comico & deſcribendis hominum moribus excelluit, ita ut Ariſtophani à Plutarcho præferatur. Et Menander Byzantius apud Scholiaſten Hermo-

2011 Ministerio de Cultura

Hermogenis p. 38. dubium esse ait utrum vita Menandrum, an Menander vitam expressferit ac depinxerit. Ὦ Μένανδρε καὶ βίε, πότερος ἄρ' ὑμῶν θάτερον ἐμιμήσατο; Prætereo elogia Menandri apud Ovidium 1. Amor. XV. 17. Phædrum V. 1. Manilium V. 469. seq. Propertium Lib. III. XX. 28. Alciphronem Epist. ult. aliosque quam plurimos. E recentioribus Sam. Petitum ad leges Atticas p. 313. Jac. Gronovium T. 2. Antiqv. Gr. tabula 98. (ubi Menandri Icon Vetus, & sex in Menandrum disticha, quæ creduntur esse Æliani) & Vavassorem p. 88. seq. de ludicra dictione, qui cum Josepho Scaligero præterea contendit Menandrum à Phrynicho & Thoma Magistro temere postulatum fuisse neglecti Atticismi. Nihil vero notius, quam Terentium Principem latinæ Comœdiæ, Menandri imitatione ita fuisse delectatum, ut *dimidiatus Menander* à Julio Cæsare diceretur, teste Donato in Terentii vita. Sic Menander quoque strenue usus fuit Poëtarum qui ante ipsum scripserant laboribus, ut ostendit olim Aristophanes Grammaticus in Διαλλήλοις Menandri eorumque quos imitatus est ἐκλογαῖς, & Latinus in sex libris περὶ τῶν ἀπὸ Ἰδίων Μενάνδρου, tum Cæcilius, quos laudat Porphyrius apud Eusebium X. 3. præparat. Pro Latino Cratinum nescio an ex meliori codice legit Gyraldus. De collatione sententiarum Philistionis ac Menandri dixi infra in Philistione. Fragmenta Menandri & sententias collegerunt Henricus Stephanus, Gvil. Morellus, Hertelius præcipue & Hugo Grotius. Adriani Barlandi scholia in Menandri carmina sive dicta memorat Valerius Andreas Bibl. Belg. p. 105. Pleraque etiam Monosticha quæ apud Grotium sine nomine leguntur, ad Menandrum referenda esse intellexi ex collectione sententiarum Menandri Alphabetica quam manu exaratam evolvi in Bibliotheca Gudiana. Reliquum est ut nomina dramatum Menandri quæ in veterum libris restant & magnam partem ab Hertelio Grotioque tum à Kœningio in Bibl. & præcipue à Meursio in Bibliotheca Attica sunt observata, subjungam.

Ἀχοινος ἡ Συνδολιμαῖος, Svid. in πέμπειν.

Ἀδελφοὶ, quam fabulam in *Adelphis* suis expressit Terentius, notante Donato. Allegant Athenæus, Stobæus, Svid. in κοινὰ τὰ τῶν φίλων, Ammon. in διέφθαρται, Justinus Martyr. de Monarchia p. 109.

Ἁλιεὺς sive Ἁλιεῖς. Athen. Pollux, Stob. Svid. Justinus Martyr. p. 108.

Ἀναπεπλεμένη ἡ Μεσσηνία. Harpocr. Poll. Svid. Apostolius in ἀληθέστερα τῶν ἀπὸ Σάγρα & Ἀράβιος ἄγγελος.

Ἀνδρία, Stob. Terentius *Andriâ*. Cic. de optimo genere Orat. Svid. in νεοπλόν.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀνδρόγυνος ἢ Κρής. Athen. Stob. Svid.
Ἀνεψιοὶ. Athen. Stob.
Ἀντιόπη. Stob.
Ἀπαγγελλόμενος. Vide infra Ἐπαγγελλόμενος.
Ἀρρηφόρος ἢ Αὐλητρίς. Athen. Poll. Stob. Svid. Zenobius VI. 5. proverb. Justinus Martyr pag. 109. Stephanus Byz. fragmento de Dodone.
Ἀσσὶς. Poll. Stob. Harpocration, Erotianus in ἔμυξεν, Schol. Aristoph. in Acharnenses, Constantinus Porphyrog. c. 23. de administr. Imperii.
Αὐλητρὶς. Vide in Ἀρρηφόρος. Svid. in Δωδωναῖον.
Αὐτὸν πενθῶν. Harpocr. Stob.
Ἀφροδίσιοι. Stob. ac Svid. in ἀλήθεια, & ἀναθέσθαι.
Βοιωτία, Stob. Erotianus in ἡμιεκτέα.
Γεωργὸς. Stob. Etymol. M. in βδελύν. Scholiast. Aristophanis in Plut. Stob.
Γλυκέρα. Priscianus Lib. XVIII. p. 1192.
Δαιδαλεῖς. Svid. in ἀπέδραν.
Δακτύλιος. Athen. Harpocr. Svid. Ammonius in παιδίσκη.
Δάρδανος. Erotianus in Ἡδύσμασι, Schol. Aristoph. in aves, Priscianus Lib. VI. p. 702. Theon progymnasm. p. 48.
Δεισιδαίμων (ex Antiphanis Οἰωνισῇ teste Porphyrio apud Euseb.) Clemens Alex. 7. Strom. p. 712. Theodorit. 6. Therapeut. p. 88. Stob.
Δημιουργὸς. Athen. Poll.
Διδύμαι. Athen. Harpocr. Laërtius VI. 93.
Διεξαπατῶν. Svid. in ζάκορος. Fulgentius 3. Mytholog. c. 1.
Δίφιλος. Justinus Martyr de Monarchia p. 108.
Δύσκολος. Athen. Stob. Harpocr. Julianus in Misopogone. Svid. in παντικῷ δείματι. Ammonius in εὑρεῖν & εὐθύς. Porphyrius 2. περὶ ἀποχῆς. Scholiastes Aristoph. in Acharnenses.
Ἑαυτοντιμορούμενος. Athen. Stob. Et Terentii Heavtontimorumenos è Menandro expressa est notante Eugraphio.
Ἐγχειρίδιον. Athen. Stob. Scholiastes Aristoph. in Vespas, Svid. in Κωφὴ κυρᾶι, Zenobius VI. 28. & IV. 75. proverb.
Ἔλεγχος. Aphthonius progymnasm. περὶ Ἠθοποιίας.
Ἐμπεπαμένη. Athen. Stob.
Ἐπαγγελλόμενος. Stob. serm. 35. & 49. Svid. in εἰς τὸ δέον ubi scribitur ἀπαγγελλόμενος.

Ἐπίλη-

2011 Ministerio de Cultura

Ἐπίκληρος, ά, β'. Athen. Stob. Harpocrat. & forte apud Svid. & Zenob. in Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστευσαν. Quintilian. Lib. X. c. 1. Χρήσης ἐπίκληρος Menandri allegatur à Theone in progymnaſm. p. 49. nec ſatis bene ut exiſtimo Vir ſummus Joach. Camerarius legit ἐν Χρησῇ & transfert *in præclarâ*, pro ἐν Χρήσῃ *in fœneratore*.

Ἐπιτρέποντες ſ. ἐπιτρέπων ſ. ἐπιτροπεὺς ſ. ἐπιτρέψασα, Quintilian. Lib. X. c. I. Alciphron. Epiſt. ult. Athenæus, Stob. Harpocr. Schol. Ariſtoph. in Acharnenſes, Erotianus in ἐχῖνον, Svid. in ματρυλλεῖον, Priſcianus Lib. XVIII. p. 1168. Sidonius Apollinar. IV, 12. adde Caſaubonum III. 33. ad Athenæum.

Ἐυνοῦχος ſ. Ἐυνοῦχοι. Stob. Poll. Terentius Evnucho. Zenobius & Lucillus Tarrhæus in συσσωμώτερος σκάφης.

Ἐφέζιος ſ. Ἐφέζιοι. Athen. Harpocr. Zenob. VI. 9.

Ἡνίοχος. Stob. Harpocr. Ammonius in ἁρπαγὴ & χειμάζει Juſtinus Martyr de Monarchia p. 107.

Ἥρως ſ. Ἥρωες. Athen. Stob. Ammonius in ἴωθι Svid. in ἀναλυθῆναι.

Θαὶς Propert. Lib. 2. V. 3. & Lib. 4. V. 53. Alciphron. Epiſt. ult. Athenæus, Harpocr. Plutarchus de audiendis Poëtis, Svid. in Κίγκλος, Ælianus XII. 10. de animal.

Θεοφορουμένη. Stob. Athen.

Θετταλὴ ſ. Θετταλικὴ, ſ. Θετταλοὶ. Stob. Poll. Stephanus Byz. in Θεσσαλία, Plin. XXX. 1.

Θησαυρὸς. Stob. Terentius Evnucho. Svid. in κάνθαρος.

Θρασυλέων. Alciphron. Athen. Stob. Harpocr. Reſpicit fortaſſis Julianus in Miſopogone: ἐνόμιζας ἂν Σμικρίνην ὁρᾶν, ἢ Θρασυλέοντα δύσκολον πρεσβύτην, ἢ σαπιώτην ἀνόητον.

Θρασωνίδου τὸ μίζος. Litanius protheoriâ declamat 31. T. 1. p. 701.

Ἱερεία. Zenob. V. 39. proverb. Juſtinus Martyr de Monarch. p. 107.

Ἴμβελοι. Stob. ſerm. 3.

Ἱπποκόμος. Laërt. VI. 83.

Καννηφόρος. Stob. Harpocr. Apoſtolius 1. 92. proverb. Svid. in ἀντιλλαγόν.

Καρίνη. Athen. Stob. Svid. in ἀλύσιον.

Καρχηδόνιος. ſ. Καρχηδόνιοι. Athen. Stob. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Veſpas.

Καταψευδόμενος. Stob. Svid. in τὸν ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς & Steph. Byz. in Μύλαζα.

Κεκρύφαλος. Athen. Stob. Svidas in ἀβυρτάκη.

Κιθαρισὴς. Athen. Stob. p. 16. Eclog. & ſerm. 9. 93. 96.

Κνιδία. Stobæus ſerm. 84.

2011 Ministerio de Cultura

Κόλαξ. ſ. Κολακεία. Athen. Stob. Terentius Evnucho, & adprologum Donatus atque Eugraphius.

Κόλωνες. Athen. Lib. VII. niſi pro κόλωζι legendum κόλακι.

Κονιαζόμεναι. Stobæus ſerm. 106.

Κυβερνῆται. Stob. ſerm. 22. Priſcianus Lib. XVIII. p. 1183.

Λευκαδία. Stob. Harpocr. Schol. Ariſtoph. in Acharnenſes. Etymolog. & Svid. in ζάκορος. Zenobius VI. 13. proverb. Heſychius in λευκάδος, ubi male legitur Μένανδρος ἐν Λευκάσεζιν.

Λοκροὶ. Zenobius VI. 27. proverb. & Quintil. X. 1. ubi male *Lochos* editum pro *Locros*.

Μέθη. Athen. Svid. in ἄλλο.

Μελαγκώμιος. Stob.

Μεσηνία. Poll. Ælianus XIII. 4. animal. Svid. in Ἴσα & ψύλλα, Demetrius περὶ ἑρμηνείας. §. 154. Vide & ſupra in ἀναπεθεμένη.

Μηναγύρτης ſ. Μητραγύρτης Stob. Μηναγύρτης Svida teſte fuit Rheæ ſacerdos qui ſingulis menſibus ſtipem colligebat: at Μητραγύρτης qui mulieres initiabat matri Deûm.

Μισογύνης. Phrynichus in γύρος, quo judice princeps hæc fuit Menandri Comœdiarum. Harpocr. Stob. Poll. Athen. Strabo Lib. VII. p. 296. ſeq. Priſcian. Lib. XVIII. p. 1192. 1193. 1213. Ex eadem Comœdia depromti verſus Menandri, quos profert Lucianus in amoribus T. 1. p. 903. ſeq.

Μισούμενος. Alciphron, Poll. Schol. Ariſtophanis ad Veſpas. Juſtinus Martyr de Monarchia Dei p. 107.

Νᾶννοι, vel potius Νάννιον Meurſ. Lib. I. c. 17. Attic. Lect. Stobæus ſerm. XI.

Ναύκληρος ſ. Ναύκληροι. Athen. Stob. Macrobins V. 21. Schol. Sophoclis ad Oedipum Coloneum.

Νομοθέται ſ. Νομοθέτης. Athen. Stob. Quintilianus X. 1. Ammon. in λύχνος.

Ξενολόγος ſ. Ξενολογία. Stob. Theon progymnaſm. p. 48.

Ὀλυνθία. Stob. Poll. Svid. in φέρειν, Zenob. VI. 51. proverb.

Ὁμοπάτριοι. Stob. & Svid. in ἀλφάνει.

Ὀργή. Athen. Stob. Heſych. Poll. Prima hæc fuit Menandri quam docuit Comœdia, certe prima earum quibus vicit. Euſebius Chron. Μένανδρος ὁ Κωμικὸς πρῶτον δρᾶμα διδάξας Ὀργὴν ἐνίκα.

Παιδίον. Athen. Stob. Poll. Svid. in ἀλεξιφάρμακα, & Ἀπόσα. Aliis πεδίον, vitiosè.

Παλλακή. Athen. Stob.

πανυ-

2011 Ministerio de Cultura

Παννυχίδες. Ælian. VII. 19. animal.
Παραπαπαφήμη. Athen. Stob. Poll. Harpocr. Ammonius in Θύρα, Heſych. in Ὄφεις, Juſtinus de Monarch. p. 107.
Πέμπτῳ, Ammon. in Διπαγής.
Περινθία. Athen. Stobæus, Poll. Harpocr. Terentius Andria. Svid. & Schol. Hermogenis.
Πιμπραμένη. Athen. Vide ſupra Ἐμπιμπραμένη.
Πλόκιον. Stob. Ælian. XII. 10. animal. Zenob. VI. 8. proverb. Gellius II. 23. & III. 16. Hanc Comœdiam in ſua Plocio expreſſerat latinus Comicus Cæcilius, ſed parum feliciter, ut Gellio obſervatum.
Πολέμων. Philoſtr. Epiſt. 26. (Meurſii edit. 13.)
Προεγκαλῶν. Stob.
Πωλούμενοι. Athen. Harpocr. Clemens Alex. 6. Strom. p. 622. Stob.
Ῥαπιζομένη. Alciphron, Stob. Clemens Alex. Lib. I. pædagog. c. 4. Svid.
Σαμία. Phrynichus in λίβανον.
Σικυώνιος. Alciphron Epiſt. ult. Stob. Harpocr, Svid.
Στρατιῶται. Stob.
Συναιρεῶσαι. Athen. Stob. Poll. Svid. Plin. XXIII. 9. Etiam apud Suid. in ὦ μελεὲ prō Μένανδρος συνερώζῃ Meurſius legit συναιρώσῃ.
Συνέλθοι, Schol. Ariſtoph. ad Aves.
Συνέφηβοι. Cic. de optimo gen. Oratorum & Zenob. V. 60. proverb.
Τίτθη. Svid. in αἰτήσασθαι.
Τρέποντες. Athen. Vide Ἐπιτρέποντες.
Τροφώνιος. Athen. Harpocr. Stob.
Ὑδρία. Athen. Stob. Heſych. Svid. Athen.
Ὑμνὶς. Athen. Stob. Heſych. Harpocr. Svid. Ammonius in αἰτῶ.
Ὑποβολιμαῖος, ſ. Ὑποβολιμαῖοι. Athen. Stob. p. 12. Eclog. & ſerm. 11. & 89. Quintil. Lib. I. c. 10. & Lib. X. c. 1. Ammonius in λέμβοι. Vide & ſupra in Ἄγχοινος.
Φανὸς Athen. aliis Φανίας.
Φάννιον. (Scorti nomen) Athen. XIII. p. 567.
Φάσμα. Athen. Heſych. Terentius Evnucho. Atilius Fortunatianus p. (2672.
Φιλάδελφοι. Athen. Poll. Stob.
Χαλκεῖα. Athen. Harpocr. Stob.
Χαλκὶς. Svid. in πέμπτη Φθίνοντος. Forte eadem cum ſuperiore.
Χαλκηδόνιος. Pollux X. 20. Svid. in λιτυέρσης.
Χήρα. Harpocr. in Διαρρῆσαι. Svid. in ἀνάδοχον.
Χρησὶς Ἐπίκληρος. Vide ſupra Ἐπίκληρος.

ψευδη-

2011 Ministerio de Cultura

ψευδηρακλῆς. Svid. in ἄβρα & Καρκίνου ποιήματα. Stob. Athen. Harpocr. Ammonius in ἧς κὴ ἧσθα, & Plutarchus Lib. de discernendo amicum ab adulatore.

ψοφοδεής. Harpocr. Svid. ὄνου λύρας. Confer Meursium Attic. Lect. Lib. II. c. 6.

Argumenta Comœdiarum Menandri enarravit teste Svida *Homerus* cognomento *Sellus*, Grammaticus. Commentarium in Menandrum, *Soterides* Epidaurius Grammaticus. Scripsit & Menander iste præterea Epistolas ad Ptolemæum & alia quam plurima, sermone prosario si Svidæ credimus. Ἐπιστολὰς πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα, καὶ λόγους ἑτέρους πλείστους καταλογάδην. At illa quidem quæ hodieque sub Menandri nomine ad Glyceram legitur Epistola, non Menandri est, sed Alciphronis, inter cujus Epistolas penultimum locum occupat.

MENECRATES Comicus, cujus apud Suidam memoratur Μανέκλεω ἢ Ἑρμιονεύς.

MENIPPUS Comicus, cujus Κέρκωπας nominat Svidas. De Menippo Gadarensi Cynico σπουδογελοίῳ à quo dictæ Satyræ Menippeæ, tum de aliis Menippis consulendus Laërtius Lib. VI. & ad eum Ægidii Menagii observationes. Menippus Magnes Pancratiastes memoratur Artemidoro Lib. IV. c. 44

METAGENES Atheniensis, Comicus. Dramatum ejus nomina Meursio observata:

Ἀσκητὴς. Vide infra in Ὅμηρος.

Ἄνυρα, Suid. Harpocrat. Athen. Scholiastes Comici ad aves.

Θεσμοπέρουσαι, Athen. Svid. in Μεταγένης.

Μαμμάκυθος, Athen. Svid.

Ὅμηρος ἢ ἀσκητής. Svid. Scholiastes Aristoph. ad aves.

Φιλοθύτης. Pollux, Athen. Svid.

MNESIMACUS mediæ Comœdiæ Poëta, cujus hæc apud Svidam dramatum nomina ex Athenæo occurrunt:

Βύσιος,
Ἱπποτρόφος,
Φίλιππος.

Etiam Δύσκολον Mnesemachi laudat idem Athenæus Lib. VIII. Ἀλκμαίων Laërtius VIII. 37. Alius Mnesimachus Phaselites, de quo Vossius in historicis Græcis.

MNESITHEUS Athenensis Medicus περὶ ἐδεσμῶν allegatur ab Athenæo Lib. II. III. & VIII. Ejus Epistola περὶ κωθωνισμοῦ sive de potatione,

2011 Ministerio de Cultura

tione, Libro II. Idem ſub initium Libri II. profert eximium locum Mneſithei (incertum an ejusdem) de uſu vini qui ex Comœdia repetitus videtur. Unde Mneſitheum Comicis annumeravit Grotius in excerptis p. 903. Cæterum de Mneſitheo Medico, qui interdum *Mneſtheus*, interdum *Mneſides* ſcribitur vide Reineſium in var. lect. p. 36. ſeq. Harduinum ad Plinium, & Jacobi Oiſelii notas ad Gellium Lib. XIII. c. ult.

MOSCHION. Vide ſupra in notitia Tragicorum, & Jac. Gronovium T. 2. Antiqv. Gr. tabula 73. ubi effigies Moſchionis ſedentis, incertum an Comici, expreſſa ad vetus marmor Fulvii Urſini.

MULLUS (Μῦλος Diogeniano VI. 40. Zenobio V. 14. proverb. & Svidæ in Ἐπίχαρμος) Athenienſis, inter primos Comicos refertur à Diomede Lib. III. p. 486. *Poëtæ primi Comici fuerunt Suſarion, Mullus & Magnes. Hi veteris diſciplinæ joculatoria quædem minus ſcite & venuſte pronunciabant.*

MYRTILUS, Hermippi Comici frater, Lyſidis F. Comœdiæ veteris Poëta, cujus dramata à Svida memorantur Ἔρωτες & Τιτανοπάνες, ſive ut Meurſius in Bibl. Attica p. 1573. ex Aſpaſio in IV. 2. Ethic. ad Nicomach. legit Τιτανὸ παῖδες. In Scholiis ad Comici aves male editum eſt Ταυροπάσῃ. Laudat eundem Myrtilum Pollux, Phrynichus in καλαφαγὰς, & Svidas in Λήμνιον κακόν.

NAUCRATES. Vide mox in NAUSICRATE.

NAUSICRATIS Comici Ναυκλήρους ac Περίδα memorat Athenæus & ex hoc Svidas, quanquam in codicibus Athenæi Lib. IX. editur: Ναυκράτης ὁ Κωμῳδοποιὸς ἐν περίδι. Nam ex Svida conſtat legendum eſſe Ναυσικράτης.

NICOCHARES Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, filius Philonidis Comici. Ejus dramata:

Ἀμυμιόνη, Athen. Svid.

Γαλάτεια, Pollux X. 23. (ubi male Nicocharmus pro Nicochare) Schol. Ariſtophanis ad Plutum, Svid.

Ἡρακλῆς γαμῶν (Pollux VII, 11.) Svid.

Δηλιὰς. Ariſtotel. c. 2. Poëtic.

Ἡρακλῆς χορηγὸς, Athen. Pollux. Svid.

Κένταυροι, Svid.

Κρῆτες, Pollux. Svid.

Λάκωνες, quibus cum Ariſtophone Plutum docente certavit, teſte Scholiaſte Comici in argumento ad illam fabulam.

Λήμνιαι, Athen. Pollux, Etymol. M. in κώδιον, Svid.

2011 Ministerio de Cultura

Πέλοψ, Svid.
Χειροχάστρες. Athen.

NICOLAUS DAMASCENUS. Vide supra in Notitia Tragicorum.

NICOMACHUS Comicis accensetur à Grotio in excerptis p. 883. & fateor quæ ibi ex Nicomachi Ἐιλειθυία ab Athenæo laudata Grotius repetit, Comœdiam potius sapere quam Tragœdiam: præterea constat Pherecratis Comici fabulas quasdam Nicomacho tributas fuisse. Svidas tamen inter Nicomachi Tragici fabulas Ἐιλείθυιαν refert. Vide quæ in notitia Tragicorum, & paulo infra in Pherecrate.

NICOPHRON sive NICOPHON, Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta. Ejus dramata:

Ἀφροδίτης γοναὶ, Pollux, Schol. Comici ad aves. Svid.
Ἐξ ᾅδου ἀνιών, Svid.
Παιδάρια, Pollux. Athen. Svid.
Σειρῆνες Athen. Svid.
Χειροχάστρες, ita enim legendum apud Svidam pro ἐγχειροχάστρες, ut ex Polluce, Athenæo & Scholiaste Aristophanis observat Meursius in Bibl. Attica. Ab eodem Scholiaste Aristophanis allegatur Nicophontis Ἄδωνις.

NICOSTRATUS filius Aristophanis idemque histrio eximius, & mediæ Comœdiæ Poëta teste Athenæo XIII. p. 587. Ex ejus dramatibus sunt:

Ἄβρα,
Ἀντερῶσα,
Διάβολος,
Ἑκάτη,
Ἡσίοδος,
Κλεινή,
Μάγειρος,
Οἰνοπίων (Svid. in Ἀμφίας) Vide infra in Philetæro.
Ὦλις,
Παίδαρος ἢ Ἄντυλλος (hanc alii Philetæro Comico tribuerunt),
Πάνδροσος. Athen. XIII. p. 587.
Πλόκος,
Σύρος ἀπελαυνόμενος,
Τοκιστὴς
Ψευδοπυγματίας. Vide Svidam & Athenæum.

OPHELIONIS Comici dramata apud Athenæum & Svidam hæc sunt:

Δευκαλίων,
Καλλαισχρος,
Κένταυρος,
Μονόψοφοι,
Μῦσαι,
Σάτυροι

Alius Ophelion Medicus apud Plinium in Hist. Nat.

PALA-

2011 Ministerio de Cultura

PALAMEDEM Eleatem Grammaticum de vocibus Comicis & Tragicis ex Svida jam notavi ſupra in Tragicorum notitia. Sed & Etymologico Magno in *ἁρμάτειον μέλος* laudatur *παλαμήδης ὁ ἰσοελικὸς ὁ τὴν Κωμικὴν λέξιν συναγαγών.* Vide & infra ubi de Theone.

PENTACLES Comœdiæ veteris Poëta, Ariſtophanis, Eupolidis & aliorum naſo ſuſpenſus. Vide Harpocrationem in *διδάσκαλος*, & ibi Valeſium.

PHERECRATES Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta Platonis laudatus in Protagora & dramatum XVIII. auctor ut tradit Anonymus *περὶ Κωμῳδίας* Ariſtophani præmiſſus, licet Svidas XVII. tantum Comœdias ipſe tribuit, & ſub Alexandro M. militaſſe affirmat. Nomina Fabularum Pherecratis obſervata ab Hertelio in fragmentis Comicorum & Meurſio in Bibl. Attica p. 1578. ſeq. & ad Nicomachi Muſica p. 171. ſeq. hæc ſunt:

Ἄγαθοὶ, Pollux.

Ἄγριοι. Habita Olymp. LXXXIX. 4. Archonte Ariſtione. Athen. Poll. Plato in Protagora, Scholiaſtes Comici ad aves, Eccleſiazus. & Veſpas. Themiſtius Orat. 26. p. 323. & ibi Petav.

Αὐτομόλοι. Athen. Poll. Harpocr. Clemens 7. Strom. pag. 716. Svid. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Equites.

Γραῦς ſive *γρᾶες* Athen. Svid. in *ἀθηναία* & *ἀρτήρ.*

Γραφεῖς. Athen. & forte apud Svidam in *φερεκράτης.*

Γράμματα. Pollux X. 36. niſi cum Meurſio legendum *γραφεῦσι* pro *γράμμασι.*

Δαιδαλοδιδάσκαλος. Athen. Poll.

Ἐπιλήσμων ſive *Θάλαττα.* Athen. & Schol. Ariſtophanis ad Veſpas, ubi ſemel editur *ἐν Ἐπιστολῇ* pro *ἐν Ἐπιλήσμονι.*

Ἵππος ἢ παννυχὶς. Athen. Harpocrat. Euſtathius ad Iliad. *μ'*. Scholiaſtes Comici ad Pacem & Pollux X. 47. ubi male *ἐν Ἱππῶνι* pro *ἐν ἵππῳ* ſive *ὑπνῳ.*

Ἰσὸς. Svid. in *ἀξιος.*

Κοριανώ. Athen. Etymol. Svid. in *ξ.* Hephæſtion in Enchirid.

Κραπάταλλοι. Pollux tum alibi tum p. 436. (ubi in Seberi indice legitur *ἐν ὁμωνύμῳ δράματι.*) Athen. Svid. Scholiaſtes Comici ad Plutum.

Λαμία. Schol. Ariſtophanis ad Pacem.

Λῆροι. Poll. Athen. (ubi male *Λῦροι* & *Μένδηροι* pro *λῆροι.*) Svid. in *χρή.*

Μεταλλεῖς. Athen. Erotianus in *ἁρμῷ* & Harpocr. in *μεταλλεῖς* qui teſtatur ab Eratoſthene hoc drama tributum eſſe Nicomacho. Idem de *Πέρσαις* & *χείρωνι* teſtatur Athenæus, qui Nicomachum illum Rhythmicum vocat.

2011 Ministerio de Cultura

Μυρμηκάνθρωποι. Etymol. Poll. Athen. Svid. in πθολωμέν@. Scholiastes Ariſtoph. ad Veſpas Zenobius IV. 23. proverb.

πέρσαι. Poll. & Athen. Schol. Ariſtoph. ad ranas. Vide & paulo ante in μεταλλεῖς.

πεπάλη. Poll. Harpocr. Svid. Priſcian. Lib. XVIII. Heſych. in μεπάλλειον, Svid. in ἄιρειν.

Ῥηπελικὴ. Etymol. in Ἐγκιλικίζειν, Ἐγερηγόρσιον & ἔγχεσα, vide Thomam Gatakerum c. 10. adverſar. p. 517.

Τελπόλεμ@. Athen.

Τυφαννὶς. Athen. Heſych. Harpocr. Svid. in ἀραάχνη.

Ὕπν@ ſive πανυχίς. Supra in ὕπν@.

Χείρων. Athen. Harpocr, Etymol. Priſcian. Libro XVIII.

Ψευδηρακλῆς. Athen.

De carminis genere quod ab hoc Pherecrate Pherecratium dicitur, videndus Hephæſtion & alii Grammatici. Schol. Euripidis ad Hecubam, v. 1077. Fragmenta hujus Comici apud Hertelium & Grotium.

PHILEMON *MAJOR*, Solis ſive Pompejopoli Ciliciæ oppido natus teſte Strabone Lib. XIV. p. 671. licet Svidas Syracuſanum facit, forte quod ibi verſatus eſſet, novæ Comœdiæ Poëta, in ſumma ætate, (ſæculum enim vivendo ſuperaſſe fertur) riſu nimio exſtinctus: cujus XCVII. dramata ſervata teſtatur Anonymus περὶ Κωμῳδίας ſcriptor præmiſſus Ariſtophani. Ex his apud veteres memorantur:

Ἄγροικος. Athen.
Ἀναπαλυπτήρια,
Ἀνανεγμένη. Athen.
Ἀνδροφόνος, Athen.
Ἀπόλλων,
Ἁρπαζόμεν@, Athen. Poll.
Βαβυλώνιος, Athen.
Γάμος, Poll.
Δελφοὶ, Athen.
Ἐγχειρίδιον,
Ἐκδικαζόμενος,
Ἔμπορος quam imitatus Plautus in Mercatore.
Εὑρετὴς, Poll.
Ἔφηβος.
Ἥρωες. Zenob. VI. proverb. 25.
Θησαυρὸς, Athen.
Θυρωρὸς, Poll.
Θηβαῖοι,
Ἰατρὸς, Athen.
Καταψευδόμενος.
Κορινθία, Athen.
Μοιχὸς, Athen.
Μετίων ἢ ζώμιον. Athen.
Μυστὶς.
Νεαίρα, Athen.
Νεμόμενοι,
Παγκρατιαστὴς.
Παλαμήδης,
Πανήγυρις, Poll.
Παρεισιὼν. Athen.
Παιλὼν, Athen.

παιδο-

2011 Ministerio de Cultura

Πιπροκοπτόμενος,
Πτέρυξ,
Πτωχὴ ἢ Ῥοδία. (πτωχὸς) Athen.
Πυρρὸς,
Πυρφόρος.
Ῥόδιαι.
Σάρδιος. Poll. Harpocr. Meurſius IV. 17. Attic. Lect.
Σικελικὸς, Poll.
Στρατιώτης, Athen.
Συναποθνήσκοντες, Athen.
Συνέφηβος.
Ὑποβολιμαῖος, in qua Ariſtophanis Cocalum expreſſit teſte Clemente Alex. 6. Strom. p. 453.
Φάσμα, Athen.
Φιλητᾶς.
Φιλόσοφοι.
Χήραι ſive χήρα.

Fragmenta hujus Philemonis collecta videri poſſunt ab Hertelio & Grotio. Menandro illum prælatum indignatur Gellius Lib. XVII. c. 4. & Quintil. X. 1. Ipſeque Menander ad Philemonem Gellio teſte *Quæſo*, inquit, *Philemo, bona venia dic mihi, quum me vincis, non erubeſcis?* Effigiem hujus Philemonis videas licet apud Jac. Gronovium T. 2. Antiqv. Gr. tabula 99. & in Laurentii Begeri theſauro Palatino p. 69.

PHILEMON *Junior*, ejus de quo jam dixi filius, & dramatum LIV. Svida teſte auctor, ab Athenæo allegatur. Ejus fortaſſis ſunt nonnullæ Comœdiæ ex illis quas ſeniori Philemoni tribui. Alius ab his Philemon Ἀγξωνεὺς (populi Atticæ hoc nomen) Athenienſis, Grammaticus, de quo Meurſius in Bibl. Attica. Ejus ſcripta: Ἀττικὴ γλῶσσαι, σύμμικτα, & de Oraculis omnis generis.

PHILETÆRUS Athenienſis, Comici Ariſtophanis F. Comicus & ipſe, mediæ Comœdiæ, cujus dramata fuere XXI. ex quibus hæc nomina ſuperſunt: Ἀντυλλες Svid. Ἀσκληπιὸς, Athen. Ἀπαλάντη. Athen. Svid. Ἀυτοφιλέταιρος, Svid. Ἀχιλλεύς. Svid. Κέφαλος. Svid. Κοιλινθιαστής. Athen. Svid. Κυνηγὸς ſive Κυνηγίας. Athen. Svid. λαμπαδηφόροι. Svid. Μελεάγρος Athen. Οἰνοπίων Athen. & Svid. (qui in Φιλέταιρος & Ἀμφίας teſtatur hoc drama tributum etiam *Nicoſtrato*) Τηρεὺς. Svid. Φίλαυλος. Svid.

PHILIPPIDES Athenienſis, Philoclis F. novæ Comœdiæ Poëta circa Olymp. CX. clarus, fabulas 45. teſte Svida compoſuit, ex quibus ſunt ab eodem Meurſio obſervatæ:

Ἀδωνιάζουσαι. Pollux.
Ἀμφιάραος. Athen.
Ἀναπρέπεια à Kœnigio additur,
Ἀνανέωσις Athen. Stob.
Ἀργυρίου ἀφανισμὸς, Athen.
Ἀυλοὶ Athen. Pollux.
Λαχιάδαι, Pollux.

2011 Ministerio de Cultura

Συνεκπολέμεζα sive Συμπολέμουσαι. Pollux. Athen.
Φιλάδελφοι, Stob.
Φιλάργυρος Athen.
Φιλευριπίδης, Pollux.
Φίλιππος. Stob.

Etiam Νάννιον à quibusdam tributum Philippidi fuit, sed Eubuli esse testatur Athenæus XIII. p. 568. Meminit hujus Philippidis & Plutarchus Libro de garrulitate p. 508. ubi refert eum gratia usum Lysimachi Regis & ab eo jussum petere aliquid, dixisse, quidvis mihi impertias o Rex, modo nihil arcani. Obiit præ gaudio, ætate jam provectus, cum in certamine præter spem vicisset, ut refert Gellius Lib. III. c. 15. Fragmenta ejus vide sis apud Hertelium, Grotiumque.

PHILIPPUS Comicus, quem Svidas ex Athenæo notat scripsisse Κωδωνιασάς, licet in Athenæi codicibus hodie legitur *Ephippus* non *Philippus* ut notatum Casaubono VIII. 15. ad Athenæum. Laudantur præterea ab Athenæo Philippi Comici Ὀβελιαφόροι & Φιλύρα. Idem ni fallor est Philippus γελωβοποιὸς apud Maximum Tyrium p. 49. cujus mimos memorat Themistius ad Aristotelem 1. de anima c. 3. ubi Philippi Κωμῳδιδασκαλὸς mentio. Notum est Aristophanis patrem, & unum ex filiis venisse nomine Philippi.

PHILISCI Comici dramata apud Svidam sunt:

Ἄδωνις,
Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος γοναί,
Διὸς γοναὶ,
Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναὶ,
Θεμιστοκλῆς,
Ὄλυμπος,
Πανὸς γοναί.

PHILISTION Nicænus (fuere etiam qui Prusaensem, alii quiSardianum fuisse affirmarent)à Svida dicitur diem obiisse supremum temporibus Socratis vel Isocratis, sed ab Eusebio Magnesianusvocatur & refertur ad tempora extrema Augusti Imp. præ nimio & ipse risu exstinctus est, risûs etiam in scriptis suis captator. Sane ejus ridicula μιμολογία in proverbium abiit, quo utuntur Julius Africanus, Hieronymus, Epiphanius & plerique alii. Vide Meursium ad Hesychum illustrem p. 214. seq. & Joh. Rudolphum Wetstenium ad Epistolam Africani ad Origenem. p. 162. sq. Svidas ait Philistionem scripsisse Φιλογέλωνι ἤγουν τὸ βιβλίον τὸ φερόμενον εἰς τὸν Κυρέα quod vertunt in *tonsorem* sed legendum εἰς ἑρμείαν τὸν Κυρέα ut notavit Reinesius in Var. Lect. p. 15. Idem Svidas Philistioni tribuit Κωμῳδίας βαιολογικὰς è quibus memorat μιοψηφισάς,

2011 Ministerio de Cultura

φιτὰς. Pro βαιολογικὰς legendum βιολογικὰς ſive Mimicas, ut pridem animadverſum Scaligero p. 179. ad Euſeb. Voſſio Libro de Poëtis Græcis p. 40. & Lib. II. Inſtit. Poëtic. p. 162. ubi plura de Philiſtione erudite obſervata. Idem Philiſtion memoratur à Marco Antonino Lib. VI. §. 47. ubi eum conjungit cum neſcio quo Phœbo & Origanione, ut Hieronymus 2. adverſus Rufinum cum Lentulo ac Marillo. *Σύγκρισιν ſententiarum Philiſtionis* * *& Menandri* è duobus MSS. Bibl. Reg. edidit *Nicolaus Rigaltius* Pariſ. apud Rob. Steph. nepotem, A. 1613. 8. Exſtant & ad calcem Variarum Lectionum *Jani Rutgerſii*. Lugd. Bat. 1618. 4. Amſt. 1654. 4. Senariis Latinis Jambicis vertit *Nic. Morellus* Federici F. Pariſ. 1614. 8. Alius fuit Philiſtion Locrus Medicus, Eudoxi Cnidii magiſter, laudatus Gellio XVII. 11. Plutarcho VII. 1. Sympoſ. Plinio, Galeno aliisque. Vide Gatakerum ad Antoninum, Harduini elenchum ſcriptorum Plinio laudatorum & Menagium ad Laërt p. 390.

PHILOCLES Κωμῳδοποιὸς cujus deformitatem ridet Ariſtophanes. Vide Scholiaſtem ad Theſmophoria Zuſas p. 776. & Svid. in φιλοκλῆς. De aliis duobus Tragicis hoc nomine dixi ſupra ſuo loco.

PHILOCRATEM Athenienſem Comicum, Κωμῳδοποιὸν, memorat Scholiaſtes Luciani ad Ἔρωτας p. 44.

PHILONIDES Athenienſis ex fullone Comicus Comœdiæ veteris Poëta, Nicocharis Comici pater. Ejus dramata apud Svidam:

Ἀπήνη,
Κόθορνοι (Athenæo etiam laudati ac Polluci.)
Φιλέταιρος.

Kœnigius in Bibl. male Κόεινθον inter Philonidis dramata refert ex male intellecto loco Svidæ in ἀπαίδευτοι. Allegat Philonidem etiam Stobæus in florileg. p. 59. 139. 140. edit. Grotii. Fragmenta quædam collegit Hertelius. Fuit & Philonides Ariſtophanis Comici hiſtrio, teſte vitæ illius ſcriptore qui ſcholiis Græcis præfigitur.

PHILOSTRATUS Lemnius. Vide ſupra in notitia Tragicorum.

PHILYLLIUS antiquæ Comœdiæ Poëta, idem forte *Phyllidius*. Supra in *Diocle*. Ejus dramata:

Αἰγεὺς, Svid. in ἀνάλφιτον, Steph. Byz. in χαλεῶται.
Ἄνθεια (meretricis hoc nomen) Svid. Athen. XIII. p. 567. ubi docet hanc Comœdiam ab aliis tributam Eunico.

Ἀπα-

* Rigaltio nec Menandri videntur eſſe illi verſus, nec Philiſtionis. Apud Stobæum quidam illorum tribuuntur Philemoni.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀταλάντη, Svid.
Ἀυγὴ, Svid. Athen.
Δωδεκάτη, Svid.
Ἑλένη, Svid.
Ἡρακλῆς, Svid. Athen.
Πλύντρια ἢ Ναυζικάα. Svid. Πλύντρια, Scholiastes Aristoph. ad aves.
Πόλις ſ. Πόλεις, Svid. Athenæus. Pollux.
Φρεώρυχος. Svid. Poll. Athen.

PHOENICIDES Comicus allegatur à Stobæo in florileg. p. 43. edit. Grotii. Ejus *μισθμένην* & *Φύλαρχον* laudat Athenæus, quæ duo nomina apud Svidam in unum male coaluerunt *Φύλαρχος μισθόμενος*, ut pridem monuit Casaubonus XIV. 18. ad Athenæum.

PHORMUS sive PHORMIS. De hoc dixi in notitia Tragicorum.

PHRYNICHUS *τῶν Πρώτων* veteris Comœdiæ Poëta clarus circa Olymp. LXXVI. decem dramata composuisse traditur à Scriptore Anonymo *περὶ Κωμῳδίας* qui Aristophani præfigi solet. Subfrigidus fuit notante Svida in *Λύκις* quem vide sis etiam in *παλαίσμαζιν*. Ab eodem hæc dramata memorantur:

Ἐφιάλτης, Athen. Pollux, Schol. Comici ad aves.
Κόννος, Hesych. in *ἀεὶ*.
Κρόνος, Pollux, Athen. Hesych.
Κωμασαὶ, Hesych. Pollux.
Μονότροπος, Athen. Pollux. Schol. Comici ad aves, Svid. in *ὑπεραιωνοπίζεις*.
Μῦσαι, Harpocr. & Svid. in *καδίσκος*, Athen. Pollux, Schol. Comici in argumento ranarum.
Μύσης sive Μύσαι. Svid. in *πυτάζειν*.
Ποάστριαι, Harpocr. Pollux, Athen. Priscian.
Σάτυροι, Phrynichus Sophista in *εὐαγγελίζομαι*. Athen. Schol. Comici ad nubes & Vespas.
Τραγῳδοὶ ἢ ἀπελεύθεροι. Pollux, Athen. Harpocrat.

Fragmenta quædam pauca Phrynichi Comici collegerunt Hertelius & Grotius. De duobus Tragicis hoc nomine dixi supra in notitia Tragicorum.

PHYLLIDIUS. Vide Grotii excerpta è Comicis p. 899. Nescio sitne idem cum antiquæ Poëta Comœdiæ qui *Philyllius* dicitur in Svidæ codicibus voce *Διοκλῆς*.

PLATO

2011 Ministerio de Cultura

PLATO veteris Comœdiæ Poëta circa Olymp. XCIII. c'arus, qui XXVIII. dramata composuit teste Anonymo περὶ κωμῳδίας qui Aristophani præmittitur. Vide & Laërtium III. 109. Alius junior mediæ Comœdiæ princeps laudatus tum ab aliis tum à Scholiaste inedito ad Dionysium Thracem, floruit circa Olymp. CXX. Incertum utrius horum sunt dramata sub Platonis nomine veteribns laudata:

Ἀδωνις, Pollux, Athen. Scholiastes Aristoph. ad Vespas, Svid. in Πλάτων & ἀφοδεῦσαι ubi male Ἀδώνισι pro Ἀδώνιδι.

Ἀμφιάραος, Schol. Aristophanis ad Plutum.

Ἀνδροφόνος, Athen. Svid.

Ἀτλαντικὸς, male inter Platonis Comici fabulas refertur cum sit dialogus Platonis Philosophi, de quo suo loco.

Ἀφ' ἱερῶν. Hesych. Pollux, Athen. & Svid. ubi male ἀφιέρων.

Γρύπες, Harpocration, Athen. Svid.

Δαίδαλος, Clemens 6. Strom. p. 628. ubi Platonem & Aristophanem testatur unum ex altero surripuisse. Schol. Aristophanis ad aves.

Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι, Svid. Pollux, Etymol. M.

Ἑορταί. Clemens Alex. 7. Strom. p. 718. Pollux, Svid. Scholiastes Aristoph. ad Aves, & Euripidis ad Medeam.

Ἑυμολπίδες. Etymol. M. in ἀναζυγῆν.

Ἑυρώπη. Athen. & Svid.

Ζεὺς καταιβάτης Athen. Svid. Scholiastes Aristoph. ad pacem & Pollux VII. 29. ubi male καλυμένῳ pro καταιμένῳ.

Ἰὼ. Athen. Svid.

Κέρκωπες. Vide infra Ξάνθαι.

Κλεοφῶν. Athen. Svid. Pollux, Schol. Aristoph. ad ranas.

Κρύφιοι. Zenobius 2. 31. proverb.

Λαΐς, Svid. & Athen.

Λάκωνες ἢ ποιηταί. Svid. Athen. Scholiastes Aristoph. ad aves & Harpocration in Σθένελος, qui dubitare videtur an fuerit Platonis.

Μαμμάκυθος. Svid. Hesych. & Schol. Aristophanis ad ranas, qui etiam de hac videtur addubitare.

Μενέλεως. Svid. in Πλάτων & Ἰὼ δη, & Athen. Zenobius VI. 17.

Μέτοικοι. Svid.

Μύρμηκες. Svid.

Μωμοθήρα. Hesych. in παλινδοξία.

Νῆσοι. Vide supra in Ἑλλάς.

Νίκαι, Svid. Scholiastes Comici ad aves.

2011 Ministerio de Cultura

Νὺξ μαινομὲνη. Svid. Athen. Pollux.
Ξάνθη ἢ Κέρκωπες. Svid. in πλάτων & πυπάζειν. Eadem Comœdia videtur quæ Hephæstioni in Enchirid. ξάνθιαι.
Παιδίον sive παῖς (παιδάριον Schol. Aristophanis ad ranas & pacem & Svid. in Δηλιάσαις.) Svid. in πλάτων & Athen.
Πανηγυρισαί. Svid.
Περιαλγὴς sive περιαλγὴς, Athen. Svid. Scholiastes Aristoph. ad nubes.
Πεισανδρος. Plutarch. in Antiphonte, Svid. in Ἀρεοπαγίτης. Scholiastes Aristoph. ad Vespas, Athen. Apostolius IV. 25. proverb. Photius Cod. 259.
Ποιητής. Athen. Poll. Svid. Vide & supra in Λάκωνες.
Πρέσβεις. Athen. Svid. Maximus ad Dionys. Areopagit. 2. 3. de Ecclesiastica Hierarchia.
Σκευαὶ. Svid. nisi legendum Σκύθαι.
Σκύθαι. Schol. Aristophanis ad Aves.
Σοφισαὶ. Athen. Scholiastes Aristoph. ad nubes Vespas & Pacem. Svid.
Συμμαχία. Pollux, Svid.
Συνεξαπατῶν. Svid. Athen.
Σύρφαξ. Svid. Hesych. Athen. Scholiastes Aristoph. ad aves.
Ὑπέρβολος. Plutarch. in Alcibiade & Nicia. Athen. Svid.
Φάων. Harpocration, Svid. Athen. Apostolius VI. 33. proverb.

Confer si placet Jacobi Hertelii & Grotii è Comicis Græcis excerpta, atque Joh. Meursii Bibl. Atticam.

POLYEUCTUS. Vide supra in *Heniocho*.

POLYZELUS Comicus, Svidæ memoratus, à quo hæc ejus dramata nominantur : Ἀφροδίτης γοναὶ, Δημοτυνδάρεως, Διονύσου γοναὶ, Μυσῶν γοναὶ, Νίπτρα. Alius Polyzelus Rhodius historicus & Philosophus, de cujus scriptis consules Meursium in Rhodo Lib. II. cap. XI.

POSIDIPPUS * Cassandreus ex Cassandra civitate Macedoniæ, vel saltem (ut Steph. Byz.) Cynisci Cassandrei filius, novæ Comœdiæ Poëta, qui triennio post Menandri mortem teste Svidâ docuit. Ejus dramata fuerunt usque ad XXX, è quibus memorantur à veteribus:

Ἀναβλέπων. Athen.
Ἀπικλειομένη, Athen. Pollux.
Γαλάτη. Poll.

Δημό-

* Imago Posidippi præsidentis in theatro & volumen manu tenentis apud Gronovium Virum Cl. T. 2. Antiqv. Græcar. tabula 100.

2011 Ministerio de Cultura

Δημόπαν. (Svid. in νεανιοκεύεπαν.)
Ἐπίκεθμος. Pollux.
Ἔφεσία. Pollux.
Κώδων. Athen.
Λοκροὶ. Athen.
Μεταφερόμενος. Athen.
Μύρμηξ.
πεδίον. Athen.
πορνοβοσκός. Athen.
Σύντροφοι. Athen.
Χορεύουσαι. Athen.

Quasdam Posidippi Comœdias à latinis etiam Comicis expressas fuisse, constat è Gellio Lib. II. c. 23. In Bibliothecæ Mediceæ pluteo LXXXVII. exstat volumen teste Gronovio continens fragmenta ex Posidippo Comico de vitæ necessariis Carmine Jambico, qualia nulla exstant inter fragmenta Posidippi ab H. Stephano, Hertelio vel Grotio collecta. Alius videtur Posidippus scriptor Epigrammatum de quo alibi.

PYTHON Catanensis. Vide supra in Alexandro.

Pro RULLO Comico apud Bulengerum Lib. I. de Theatro c. 2. legendum MULLUS, de quo supra.

SANNYRION Athenienſis, Poëta Comicus veteris Comœdiæ, Dioclis & Philyllii æqualis fuit teste Svida in Διοκλῆς. Ejus *Danaë* laudatur à Scholiaste Euripidis ad Orestem v. 279. & Aristophanis ad ranas, adductis ejus verbis in quibus exagitat Hegelochum ὑποκριτὴν qui Euripidis Orestem egit Olymp. XCII. 4. unde post illud tempus fabulas docuisse intelligitur. Ejus γέλωτα laudant Harpocration, Pollux & Athenæus. Confer Meursium in Bibl. Attica & Pearsonium parte 2. Vindic. Ignatii c. 1. ubi castigat ea quæ scripserat Casaubonus ad Athenæi Lib. VII. c. 9. & in auctore περὶ Κωμῳδίας qui scholiis Aristophanis præfigitur, pro Σαννυρίωνα docet legendum esse Σοσιρίωνα, de quo infra suo loco. Fuit præterea Sannyrionis fabula ἰὼ & altera ψυχαγωγοί ut Svidas notavit.

SATYRUS Κωμικὸς ὑποκριτὴς, memoratus Plutarcho de laude sui p. 545.

SCIRAS Tarentinus, Comœdiæ Italicæ Poëta, cujus Meleagrum laudat Athenæus Lib. IX. Καὶ Σκίρας εἷς δέ ἐστιν ἕτος τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης Κωμῳδίας ποιητὴς, γένος Ταραντῖνος, ἐν Μελεάγρῳ φησίν. Sed pro Scira, Colomesio judice legendum Sclerias de quo mox dicam.

SCLERIAS male Σκληρὶς vocatur apud Photium cod. 167. p.

2011 Ministerio de Cultura

194. ut Sciras apud Athenæum Lib. IX. Sed & Casaubonum fugit ratio, cum Lib. III. ad Athenæum c. 4. putaret nomen *Sclerias* apud Stobæum à quo ter laudatur, Comœdiæ esse, non Poëtæ Comici. Laudatur Sclerias etiam apud Antonium Melissæ Lib. II. c. 79. & Maximum in Collectaneis c. 63. Vide Colomesium ad Gyraldum de Poëtis p. 406.

SERAPION Comicus allegatur in Stobæi florilegio p. 67. edit. Grotii. Alius Serapion Poëta, quem Athenis adveniſse ait & loquentem inducit Plutarchus libro de Pythiæ Oraculis. Hunc ni fallor Serapionem ἐν ἔπεσι sive carmine Heroico nonnulla tradidisse de Sibyllæ vi μαντικῇ etiam post fata durante, notat Clemens Alex. I. Strom. p. 304.

SIMYLUM Comicum laudat Stobæus in florileg. p. 229. edit. Grotii. Alius Simylus Chalcidensis Nauclerus, quem memorat Lucianus in Toxari T. 2. p. 45.

SOPATER Paphius sub Alexandro M. & post claruit usq; ad tempora Ptolemæi secundi, ut ex Sopatro ipso observat Athenæus Lib. II. Idem Lib. IV. laudat locum ex incerto Paphii Sopatri dramate, quem dat Grotius in excerptis p. 871. Φλύαξ sive Φλυακογράφος fuit Sopater, qualis Rhinton & Sotades, de quibus suo loco. Apud eundem Athenæum allegatur Sopatri hujus:

Βακχὶς, licet Svidas eam tribuat Sopatro Parodo.

Βακχιδος γάμος,
Βακχιδος μνηστῆρες,
Ἐυβυλοτρόμβροτος,
Ἱπποκόλυτος. Svid.
Ἡ Κνιδία, Svid.
Μυσάκης Θηπίου,
Νεκύια, Svid.
Πύλαι, Svid.
Σίλφαι, (Svid. Σιλφία.)
Φακή. Svid.
Φυσιολογος. Svid.

Alius Sopater Phacius, Parodus, cujus ab eodem Athenæo laudantur:

Βακίδης,
Μύσαι, & Ὀρέσης, quem Sopatro Paphio male Svidas tribuit.

SOPHILUS Sicyonius vel Thebanus, mediæ poëta Comœdiæ, cujus dramata hæc apud veteres memorantur:

Ἀνδροκλῆς. Athen.
Γάμοι. Laërt. II. 120.
Δημία. Svid.
Ἐγχειρίδιον. Athen.
Κιθαρῳδός. Svid.
Λήδα. Vide paulo post Τυνδάρεως.
Παλαιστής, Athen. Svid.
Συντρέχοντες, Athen.
Τυνδάρεως ἢ Λήδα. Svid.
Φίλαρχος, Athen. Svid.
Χοιρίδιον, Svid. sed legendum ex Athenæo ἐγχειρίδιον.

SOPHRO

2011 Ministerio de Cultura

SOPHRONEM Comicum, à Sophrone Syracuſano Mimographo qui Euripidi æqualis erat, male diverſum facit Svidas. Scripſit Dorica dialecto, & obſcurius paulo, unde implicitum vocat Statius 5. Silvar. III. 157. *μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους Mimos in viros & fœminas*, quorum lectione delectatus fuit Plato Philoſophus. De hoc Sophrone conſules Voſſium Lib. II. Inſtitutt. Poëtic. p. 161. Salmaſium ad Solinum p. 76. Henr. Valeſium ad Ammianum Marcellinum XXIII. 5. Meurſium ad Heſych. Illuſtrem p. 199. ſeq. Ex *ἀνδρείοις* videntur:

Ἄγγελος. Schol. Germanici.
Ἀγριώτης. Athen. Ἅλιεύς. Athen.
Νυμφοπιός. Pollux. Athen. παῖς. Athen.
E Mimis *γυναικείοις*: Ἀκέστρια Svid. in *κάπηλος*. Θυννοθήρα ſive Θυννοθήρας Etymol. M.
πενθερά. Svid. Athen.

SOSICRATES Comicus allegatur à Stobæo pag. 117. florileg. edit. Grotii, & Svida in Ἀμφίας.

SOSIPATER Comicus, ex cujus *καταψευδομένῳ* prolixum locum profert Athenæus Lib. IX. quem cum Metaphraſi ſua dedit Grotius in excerptis pag. 886. Neſcio tamen an pro Σωσιπάτρῳ apud Athenæum legi debeat Σωπάτρῳ.

SOSITHEUS male Comicis accenſetur in excerptis Grotii p. 900. quem idem vir ſummus pag. 456. recte inter Tragicos retulerat. Vide quæ in notitia Tragicorum.

SOTADES Athenienſis, mediæ Comœdiæ Poëta Svidæ laudatus, cujus *κατηλυτρευμένον* & *ἐγκλειομένας* memorat Athenæus, neutiquam confundi debet cum altero Maronita, auctore *ἰωνικῶν ἀσμάτων* molliumque & obſcœnorum carminum, quæ ab eo dicta ſunt Sotadea. De hujus poëmatibus ſcripſerat filius *Apollonius*, teſte Athenæo Lib. XIV p. 620. ubi *Caryſtii* quoque Pergameni librum de Sotade commemorat, & refert hunc poëtam Ptolemæi Philadelphi juſſu incluſum ciſtæ plumbeæ & in mari demerſum, quod ipſius cum Arſinoë ſorore nuptias paulo liberius perſtrinxiſſet. Apud Juvenalem II. 10. pro Socraticis cinædis male Sotadicos reponit vir doctiſſimus Leopardus XIII. 10. qui de Sotade & aliis *ἰωνικῶν λόγων* auctoribus ſive *κιναιδολόγοις* verba Strabonis, Athenæi ac Svidæ eodem loco adſcripſit. Mirum eſt Strabonem videri affirmare, quod Sotades & Alexander Ætolus ſcripſerint non ver-

2011 Ministerio de Cultura

ſu * ſed proſa, cum alii veteres contrarium innuant, & Demetrius de elocutione §. 193. Sotadi ἄσεμνον quidem & κεκλασμένον ſed tamen tribuat μέτρον. Gyraldus vero p. 490. verba Strabonis κῶ μέλους ita intellexit, quod cantum addiderint Simus & Lyſis, at Sotades & Alexander tantum recitaverint cinædica ſua poëmata. Hephæſtion p. 13. laudat hujus ut opinior Sotadis Ἄδωνιν, & p. 8. Ἰλιάδα. Svidæ memoratur εἰς ἅδου καταβασις, πείπτω, εἰς Βελεσίχην, Ἀμαζών. E latinis Sotadica ſcripſere Ennius, L. Accius, aliique: Uſus eſt Sotadico quoque genere Terentianus Maurus & è recentioribus Jul. Cæſ. Scaliger, Caſpar Barthius &c. Arium hæreticum in Thalia ſua dicendi genere uſum fuiſſe molli & ad σωτάδεια ἄσματα proxime accedente, poſt Athanaſium Orat. 2. contra Arianos, notat Socrates Lib. I. Hiſt. Eccleſ. c. 9. Fuit & Sotades Victor Olymp. XCIX. Cretenſis, de quo Pauſanias Eliac. poſterior pag. 497. Alius Athenienſis Philoſophus qui teſte Svida librum de myſteriis compoſuit, & alter Philoſophus Byzantinus.

SOTERIDES Epidaurius Grammaticus ſcripſit περὶ Κωμῳδίας & Hiſtoriæ Muſicæ libros III. ut Svidas in Σωτηρίδης.

STEPHANUS mediæ Comœdiæ Poëta, filius Alexidis Comici, Svidæ in Ἄλεξις memoratur. Sed & idem in Ἀντιφάνης auctor eſt Antiphanis filium Comicum & ipſum Stephani nomine veniſſe.

STRATO, ſiquidem Svidæ credimus, mediæ Comœdiæ Poëta, cujus apud Athenæum laudatur λημνομήδα & Φοινικίδης, ſive ut apud Svidam legitur Φοῖνιξ. In Scholiis Ariſtophanis ad aves allegatur ejusdem Κινησίας. Sed veriſimile eſt Svidam deceptum vitioſis Athenæi codicibus, & apud Athenæum, Svidam & Scholiaſten Ariſtophanis pro Στράτῳ legendum Στρατίδις, de quo mox.

STRATTIS, Athenienſis, Comœdiæ veteris Poëta, de quo dixi nonnulla ſuperius in notitia Tragicorum. Præſenti loco ſubjicio nomina dramatum ejus, obſervata ab Iſaaco Caſaubono Lib. VII. ad Athenæum c. 23. & Johanne Meurſio in Bibl. Attica.

Ἀγαθοὶ ἢ ἀγγελίᾳ ἀφανισμός. Svid. & Athen. qui Pherecrati à quibusdam tributum auctor eſt.

Ἀνθρωποθύτης Athen. Svid. Scholiaſtes Euripidis ad Oreſtem v. 278. quam Tragœdiam riſerat illa fabula ſua Strattis.

Ἀναλάν-

* Ἦρξε δὲ Σωτάδης μὲν πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν, ἔπειτα Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός, ἀλλ' ἔτοι μὲν ἐν ψιλῷ λόγῳ, κατὰ μέλους δὲ Λύσις, καὶ ἔτι πρότερος τούτου ὁ Σίμος. Strabo XIV. pag. 684. Alii Cinædologi fuere Pyrrhus ſive Pyres Mileſius, Theodoras, Xenarchus, Alexus &c.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀταλάντη Svid. in σκῶρ & Athenæus. Ἀπαλάντη Hesych. Scholiastes Aristoph. ad aves & Svidas in διφροφόροι. Sed Ἀπάλαντος in scholiis ad Aristoph. ranas.

Ζώπυρος ψευκαιόμυος Hesych. in ὑ μάλα κυκᾶς, ut ex Lucillo Tarrhæo, Diogeniano & Apostolio recte legunt Erasmus & Meursius, licet Casaubono præplacet ὑ μάλα κικκὰς, quod putat respondere Plautino illi, *ciccum non interduim.*

Ἰφιγένων Svid.

Καλλιπωίδης Athen. Svid.

Κινησίας Pollux, Harpocrat. Athen. Scholiastes Aristoph. ad Plutum & ad aves ubi male Στράτων pro Στράττις.

Κυρηνόι Erotianus in καμμάρῳ.

Λιμνομέδα sive Λημνομέδα sive denique Λημνομέδων Harpocrat. in ἀπωλᾶς Svid. & Athenæus Lib. VII. & XI. ubi iterum male Στράτων ὁ Κωμικὸς pro Στράττις.

Μακεδόνες Harpocration & Etymol. M. in τοπεῖον, Svid. Athen. XIII. p. 589. Στράττις ἐν Μακεδόζιν ἢ παιδαγία.

Μήδεια Athen. Harpocrat. in Μυσῶν λεία. Svid.

Μυρμηδόνες Pollux IX. 6.

παιδαγίας Athen. Svid. Supra in Μακεδόνες.

πίτυος sive ut in Aristophanis scholiis ad Vespas scribitur πίτυος. Casaubonus legit πίτυλος, & videtur, inquit, Strattis nauticæ turbæ ἀταξίαν exagitasse. Vel fuit similis argumenti Monotropo Anaxilæ, nam πίτυλον interpretantur veteres etiam φανταστικόπον.

πολιτεία Svid. in ὑ λῖνον λίνῳ συνάπτεις.

Τρωΐλος Athen. Scholiastes Aristoph. ad Vespas. Svid.

Φιλοκτήτης Pollux, Athen. Svid.

Φοινῖσαι Erotianus in λεβηλίδες, & Pollux. Athenæo vocatur Lib. VIII. Φοινικίδης, Svidæ Φοῖνιξ, & utrinque pro Strattide appellatur Strato. Sed & Lib. IV. Athenæus allegat Strattidis Phœnissas, docens ex illis depromtum versum, quo Euripidem derisum à Strattide refert Aristoteles, de sensu & sensili c. 5. ὅταν φακὴ ἕψηται, μὴ ἐπιχεῖν μύρον.

Φορμικὸς Hesych. in κολεκάνοι.

Χρύσιππος Athen. Svid. Pollux.

ψυχασαί Athen. Svid Pollux.

SUSARION Megarensis Tripodiscius, primus Comœdiam versibus docuit Athenis Olymp. LIV. 2. anno 562. ante natum Christum.

2011 Ministerio de Cultura

ſtum. Comœdiæ ejus & ipſæ & nomina earum perierunt, præter quatuor verſus quos ſervarunt Svidas, Stobæus, Diomedes & commentar. MS. in Dionyſium Thracem. De Suſarione videndi Joh. Pearſonius in Vindiciis Ignatii parte 2. c. 1. p. 345. ſeq. & Rich. Bentlejus in Apologia diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 202 ſeq. Vide & ſupra in *Sannyrion*.

TELECLIDES Athenienſis, veteris Comœdiæ Poëta, quem VI. dramata compoſuiſſe teſtatur Anonymus ſcriptor περὶ Κωμῳδίας qui Ariſtophani præmitti ſolet. Sunt autem hæc obſervata à Meurſio in Bibliotheca Attica:

Ἀμφικτύονες. Svid. Pollux. Athen. Scholiaſtes Ariſtoph. ad aves.
Ἡσίοδοι. Athen. ſive ut Svid. & Schol. Ariſtophanis ad aves, Ἡσιόδῳ.
Πρυτάνεις. Heſych. Athen. Pollux, Svidas in ῥαγδαῖῳ, Scholiaſtes Comici ad Veſpas.
Στερροί. Svid. Athen. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Pacem.
Ψευδεῖς. Pollux.

THEO Gramaticus ſingulari opere Κωμικὰς λέξεις complexus laudatur Heſych. Alexandrino in proœmio Lexici. Forte idem auctor Κωμικῆς λέξεως συμμίκτου, quam allegat Scholiaſtes Apollonii Lib. IV. p. 280. & Κωμικὸν Λεξικὸν vocat p. 305. Niſi potius intelligendus Palamedes Eleates, de quo dixi ſupra.

THEOGNETUS Theſſalus, Comicus, cujus Κένταυρον, Φάσμα ἢ Φιλάργυρον & Φιλοδέσποτον laudat Athenæus, & ex hoc Svidas.

THEOPHILUS Epidaurius, veteris Comœdiæ Poëta, Polluci Athenæo & Svidæ memoratus. Ejus hæc ſuperſunt fabularum octo nomina:

Βοιωτία, Athen.
Ἐπίδαυρος, Athen. Svid.
Ἰατρὸς, Athen. Svid.
Κυθαρῳδὸς, Athen.
Νεοπόλεμος, Athen. Svid.
Παγκρατιαστὴς ſive παγκράτεια, Pollux, Athen. Svid.
Τροιπίδες, Athen. Svid.
Φίλαυλος. Athen.

Fragmenta ejus nonnulla collegit Hertelius p. 878. ſeq. & Grotius in excerptis p. 706. Dicitur & Euripidis Epitaphium compoſuiſſe.

THEOPHRASTUS Ariſtotelis diſcipulus, inter alia ſcripſit librum de Comœdia, teſte Laërtio Lib. V. ſect. 47.

THEOPOMPUS Athenienſis, veteris Comœdia Poëta, filius Theodo-

2011 Ministerio de Cultura

Theodectis vel Theodori Tragici. Ejus dramata XVII. fuisse tradit Anonymus περὶ Κωμῳδίας Aristophani præmissus, sed Svidas XXIV. Nec pauciora fabularum Theopompi nomina in veterum libris observantur. Hæc nempe:

Ἀδμητ@, Athen.

Ἄλθαι, (nisi apud Athenæum ex Polluce legendum ἀλφαία.)

Ἀλφαία. Pollux X. 46.

Ἀσκλήπι@, Svid.

Ἀυτύχαεις. Legendum Ἡδύχιεις apud Laërt. III. 26.

Ἀφροδίσιοι, Schol. Aristophanis ad Plutum.

Ἀφροδίτη, Athen.

Βατύλη, Schol. Aristoph.

Εἰρήνη, Pollux & Athen.

Ἐποποιοὶ, Schol. Apollonii Lib. IV.

Ἡδύχαεις Laertius III. 26. Athen. Harpocration in καπαχύσματα. Schol. Aristoph.

Θησεὺς, Plutarch. in vita Isæi Rhetoris, Athen. Svid. in ἀβυρτάκη.

Κάλλαιχρ@, Pollux IX. 6. Athen.

Κάπηλοι, (Svid. in μέτρησον.)

Καπηλίδες, Plutarch. Lysandro, Pollux VII. 32. Zenobius IV. 44. prov. Schol. Aristoph. Vide & infra in πόλεις.

Μῆδ@, Athen. Scholiastes Pindari Pythionic. 2.

Νεμέα, Athen.

Ὀδυσεὺς sive Ὀδυσεῆς, Schol. Aristophanis ad Vespas, Athen. Pollux. Theopompum ἐν Ὀδυσεῖ ά laudat Erotianus in λάσιον.

Παῖδες, Pollux, Hephæstion in Enchirid. & Schol. Comici ad aves, ubi male παγᾶσι pro παγσί.

Παμφίλη, Athen. Etymol. M. in Ἄπτηξή.

Παυπαλέων, Pollux IX. 1. qui testatur X. 8. dubitatum esse num vere esset Theompi.

Πηνελόπη, Athen.

Πόλεις (nisi apud Poll. X. 31. pro πόλεσιν legendum καπηλίσιν.)

Σειρῆνες. Athen. Etymol. M.

Σκαπιώτης sive Σκαπιώπιδες, Priscianus Lib. XVIII. Pollux, Athen.

Φινεὺς, Athen.

Τισάμενος. Harpocration, Aristophanis Schol.

De hoc Theopompo præter Hertelium pag. 384. adeundus Meursius ad Hesych. illustrem p. 185. seq. ad Apollonium Dyscolum

2011 Ministerio de Cultura

p. 98. seq. & in Bibl. Attica. Pauca quædam illius fragmenta selecta habes apud Grotium in excerptis p. 552.

THRASONIDIS Comici meminere præter Clementem Alex. & Laertium, Svidas in Ἔρως.

TIMOCLES Athenienſis unus an duo * hoc nomine, ut Svidas docet, Comœdiis ſcriptis inclaruerunt. Earum nomina hæc obſervata ſunt ab Hertelio in ſententiis Comicorum pag. 641, & Meurſio in Bibl. Attica:

Αἰγύπτιοι, Svid. Athen.
Βαλανεῖον, Pollux.
Δάκτυλος, Athen. Svid.
Δῆλος, Athen. Svid.
Δημοσάτυροι, Athen. Svid.
Διόνυσος, Athen. Svid.
Διονυσιάζουσαι, Athen. Stob.
Δωρεὺς ταυτοκλείδης (an δωριεὺς ἢ Αὐτοκλείδης) Arhen. Harpocrat. in Θεσμοφορίαζουσαι, ubi viri docti legunt Ὀρεσταυτοκλείδη.
Δρακόντιον, Athen. Svid.
Ἐπιστολαὶ, Athen. Svid.
Ἐπιχαιρέκακος, Athen. Svid.
Ἥρωες, Athen. Svid.
Ἰκάριοι σάτυροι, Athen. Svid.
Καύνιοι, Athen. Svid.
Κένταυρος ἢ Δεξαμενός. Athen. Svid.
Κονισαλος, Athen. Svid.
Λήθη, Athen. Svid.
Μαραθώνιαι, Athen. sive ut Svidas, Μαραθώνιοι.
Νέαιρα, Athen. Svid.
Ὀρέσης, Svid.
Ὀρεσαυτοκλείδης, Vide supra in Δωρεύς.
Πολυπεράγμων, Athen. Svid.
Πορφύρα (quæ Xenarcho tribuitnr ab Athenæo) Svid.
Πύκτης, Athen. Svid.
Σαπφὼ, Athen. Svid.
Φιλοδικαστὴς, Athen. Svid.
Ψευδολησαί. Athen.

Fragmen-

* Alterum Tragicum fuiſſe contendit Caſaubonus ad Athenæum IX. 18.

2011 Ministerio de Cultura

Fragmenta quædam Timoclis ſelecta habes apud Grotium in excerptis p. 698. ſeq. Allegatur etiam à Clemente Alex. IV. Strom. p. 476.

TIMOCREON Rhodius, Comœdiæ Veteris poëta, Themiſtoclem * & Simonidem dramatis ſuis perſtrinxit, teſte Svida in Τιμοκρ. qui in σκολιὸν memorat ejuſdem ut ſuſpicor Timocreontis (licet ἐποποιὸν illo in loco vocat) carmen invectivum in divitias, cujus initium: Ὄφελες τυφλὲ πλοῦτε μήτε ἐν γῇ μήτε ἐν θαλάττῃ μήτε ἐν Ἠπείρῳ φανήμεναι, quod etiam habet Schol. Ariſtoph.

XENARCHUS Sophronis mimographi F. Comicus, Zenobio V. 83. proverb. Athenæo & Svidæ laudatus, apud quos hæc illius dramatum nomina occurrunt:

Βυταλίων,
Δίδυμοι,
Πένταθλοι,
Πορφύρα quæ ab aliis Timocli tributa eſt,
Πειρατής,
Σκύθαι,
Στρατιώτης,
Ὕπνος.

Fragmenta vide apud Hertelium pag. 658. ſeq. & Grotium. p. 697. ſeq. Xenarchi mimos memorat Ariſtoteles c. 1. Poëtic. adde Svidam in Σωπάδης. Incertum eſt, idem ne ſit Xenarchus Rhodius compotator, quem ob bibacitatem dictum eſſe μεθυστὴν refert Athenæus libro & capite 10. Niſi pro Xenarcho ibi legendum Xenagoras ex Æliani Lib. XII. c. 26. Variar.

XENONIS binos verſus profert Dicæarchus in vita Græciæ p. 170.

Πάντες πλῶναι πάντες εἰσὶν ἅρπαγες,
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὡρωποις.

Hunc Xenonem Comicum vocat Grotius in excerptis & ad Lucæ III. 13. & Henricus Stephanus Lib. VI. ſchediaſm. c. 17. Alius Xenon ſive Xenion hiſtoricus, cujus Italica laudat Macrobius Lib. I. Saturnal. c. 9. Cretica ſive περὶ τῆς Κρήτης Stephanus Byz.

XENOPHON antiquæ Comœdiæ Poëta memoratus Laërtio II. 59.

* Non Thucydidem, ut excuſum eſt in Meurſii Rhodo Lib. II. cap. 13.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXIII.

De PHILOSOPHIS plerisque ante Socratem, tum de SOCRATE, CEBETE, & aliis quibusdam Socraticis.

H. Stephani Poëſis Philoſophica. Et Scipionis Aquiliani de placitis Philoſophorum ante Ariſtotelem. 1. *Ætas & ſcripta Xenophanis Colophonii.* 2. *Parmenidis.* 3. *Heraclitì.* 4. *Democritì.* 5. *Anacharſidis.* 6. *Anaxagoræ.* 7. *Anaximandri.* 8. *Anaximenis.* 9. *Archelai.* 10. *Biantis.* 11. *Bionis.* 12. *Botonis.* 13. *Chilonis.* 14. *Cleobùli.* 15. *Diagoræ Melii, ubi obiter recenſentur Philoſophi quibus objectatus fuit Atheiſmus.* 16. *Diogenis Apolloniatæ.* 17. *Diomenis Smyrnæi.* 18. *Hippiæ.* 19. *Hipponis.* 20. *Leucippi.* 21. *Meliſſi.* 22. *Myſonis.* 23. *Neſſæ Chii.* 24. *Periandri.* 25. *Pherecydis.* 26. *Pittaci.* 27. *Protagoræ.* 28. *Zenonis Eleatæ.* 29. *Socratis.* 30. *Æſchinis Socratici.* 31. *Antiſthenis.* 32. *Ariſtippi.* 33. *CEBETIS.* 34. *Critonis.* 35. *Euclidis Megarenſis.* 36. *Glauconis.* 37. *Menedemi.* 38. *Phædonis.* 39. *Phædri.* 40. *Prodici Chii.* 41. *Simmiæ & Simonis coriarii.* 42. *Stilponis.* 43.

I.

HENRICUS STEPHANUS A. 1574. 8. edidit librum qui inſcribitur *Poëſis Philoſophica*, in quo continentur reliquiæ quædam poëſeos Philoſophicæ antiquiſſimæ Græcorum, ſive fragmenta nonnulla utcunque è ſcriptis veterum collecta & Græce deſcripta: *Empedoclis* p. 1—31. *Xenophanis*, p. 35—39. *Parmenidis* p. 41—46. *Cleanthis* p. 49—52. & p. 124—127. *Epicharmi* p. 54—58. *Timonis Philiaſii*, p. 60—74. *Critiæ* p. 75. & 76. *Orphei* p. 78—107. *Muſæi* p. 109. 110. *Lini* p. 112. 113. *Pythagoræ* aurea carmina & alii quidam verſus Pythagoræ vel Pythagoræorum p. 114—123. *Heraclìti* Epheſii fragmenta p. 129—140. & Epiſtolæ p. 142—155. tum *Democriti* fragmenta p. 156—179. & Epiſtolæ p. 181. ſeq. Ad calcem libri ſubjiciuntur breves *Joſephi Scaligeri* in pleraque hæc fragmenta notulæ & caſtigationes.

SCIPIO quoque AQUILIANUS Piſanus, eques D. Stephani, ſcripſit librum de placitis Phyſicis Philoſophorum qui ante Ariſtotelis tempora

2011 Ministerio de Cultura

tempora floruerunt, editam à discipulo ejus Georgio Morales, Medico ac Philosopho, Venet. 1620. 4. Hic *Anaximandri* opiniones exponit cap. 2. *Anaxagoræ* c. 3—7. *Democriti* & *Leucippi* c. 8—17. *Pherecydis* c. 18. *Thaletis* c. 19. *Pythagoræ* & *Alcmæonis* c. 20. *Anaximenis* & *Diogenis Apolloniatæ* c. 21. *Hippasi* & *Empedoclis*. c. 22. 23. & 24. *Archelai* denique & *Heracliti* c. 25.

De Empedoclis scriptis jam dictum est à me supra c. 13. uti de Critiæ cap. 19. de Pythagoræ cap. 12. & de Orphei, Musæi ac Lini, Libro superiore. De Epicharmo dicendi locus fuit capite superiore, uti de Cleanthe ac Timone dicam Libro III. In præsenti igitur de Xenophane, Parmenide, Heraclito ac Democrito paucis agere juvat, eximioque huic virorum sapientum quaternioni alios celebriores qui ante Socratem vel Socratis ætate floruerunt, & alibi à me dicti * non sunt, Philosophos adjungere, hinc denique ad Socratem ipsum ac Socraticos progredi.

II. XENOPHANES natus Colophone, Olympiade quadragesima, ut testatur Apollodorus apud Clementem 1. Strom. p. 301. quod confirmat Sextus Empiricus I. contra Mathemat. c. 12. p. 51. nec obstat Eusebius in Chron. qui quinquagesima sexta, vel Laërtius IX. 20. qui sexagesima Olympiade claruisse scribit, Vixit enim Xenophanes annos non XCI. tantum, ut Lucianus in Macrobiis: sed centum amplius, ut Censorinus c. 15. Certe versiculos anno ætatis XCV. ab eo scriptos profert Laërtius IX. 19. Ex patria exsul, concessit in Siciliam, teste eodem Laërtio qui ait auditum ab eo fuisse *Botonem* Atheniensem, & ex quorundam sententia etiam Archelaum Physicum, quod licet à Luciano quoque confirmatur, parum tamen congruere cum ratione temporum videtur, neque alium Archelaum celebrem Physici nomine in veterum scriptis observare licet, quam qui Anaxagoræ successit.

Scripta Xenophanis (à quo Secta Eleatica originem duxit teste Clemente 1. Strom. p. 300.) hæc memorantur apud veteres:

Κολοφῶνος κτίσις ** καὶ ὁ εἰς ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμός, ἔπη διαχίλια. Laërt. IX. 20.

Ἐλεγεῖα. Laërt. IX. 18. & 19. VIII. 36. Athen. Lib. VIII. p. 368. Svid. in Ξενοφ.

Ἴαμβοι καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, in quibus perstrinxit quæ de Diis illi scripserant,

* Nonnullos enim jam attigi, ut Epimenidem Lib. I. c. 6. Thaletem Lib. I. c. 35. Solonem Lib. II. c. 11. & 14. Hippasum aliosque Pythagoreos c. 13.

** Alios κτίσεων scriptores colligit Jonsius Lib. I. c. 12. de scriptoribus Hist. Philos.

2011 Ministerio de Cultura

pſerant, unde dictus Ὁμηροπάτης *calcans Homerum*, ut recte illam vocem exponit Joachimus Kühnius ad Laërt. IX. 18. ubi forte legendum καὶ Ἰάμβους καὶ καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, nam verſiculi quos adverſus Homerum & Heſiodum à Xenophane ſcriptos profert Sextus (relati à me ſupra cap. VIII. num. 10.) Heroici ſunt non Jambici. Potuit tamen alio etiam opere Homerum & Heſiodum perſtringere Xenophanes, v. g. in Sillis de quibus mox.

Σίλλοι. Strabo Lib. XIV. inter celebres Colophonis viros poſt Mimnermum memorat Ξενοφάνην τὸν φυσικὸν τὸν τὰς Σίλλους ποιήσαντα διὰ ποιημάτων. Euſtathius ad Iliad. β. p. 154. ὅτι δὲ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε σίλλους ἐν οἷς εὐδοκίμησεν &c. Fallitur itaque Stanlejus qui in Hiſtoria Philoſophica Anglice edita p. 746. Timonis Sillos à Strabone perperam Xenophani tributos exiſtimat. Heroico verſu ſcriptos perinde ut Timonis & aliorum ſillos conſtat ex Schol. Ariſtophanis ad Equites v. 403. ubi verſum è Xenophanis ſillis profert, licet male ibi ſit excuſum Ξενοφάντης pro Ξενοφάνης.

Παρῳδαὶ ſive ut Menagius (qui ſillorum fuiſſe partem ſuſpicatur) παρῳδίαι Athen. Lib. II. p. 54. ubi verſus quinque Heroicos profert, quoniam poſtremus meminit fugæ Medorum:

πηλίκος ἦλθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο;

Xenophanem περὶ φύσεως laudat Pollux VI. 9. ex quo non dubito petita eſſe Phyſica ipſius dogmata, quæ paſſim celebrantur, vel etiam impugnantur in ſcriptis Ariſtotelis, Ciceronis, Plutarchi, Sexti, Clementis Alex. Galeni, Stobæi, Cenſorini aliorumque, ex quibus recte etiam concludas, verſibus Heroicis opus illud fuiſſe compoſitum, uti Euſtathius ad Iliad. λ. p. 759. ſententiam ejus de Iride proferens laudat Xenophanem ἐν ἡρωικοῖς ἔπεσι.

Tragœdias quoque ſcripſiſſe Xenophanem Phyſicum tradit Euſebius in Chron. quod merito miratur Scaliger in notis p. 96. Menagius non Tragœdias ſed Elegias in Euſebio legendas ſuſpicatur. Fuit & alius Xenophanes Lesbius, Jamborum (teſte Laërtio) ſcriptor, nam Xenophanem Heracleopoliten quidem omitto, pro cujus nomine apud Fulgentium 1. 14. Mythol. reponi debet Theophanes, qui Phyſicus memoratur Stephano in Ἡρακλεόπολις. Xenophanis vero dogmata cognoſci poſſunt ex Ariſtotele, illo præſertim libro quo Xenophanis, Zenonis Eleatæ & Gorgiæ placita quædam ad examen revocat, Laërtio & Heſychio illuſtri, quibus è recentioribus

2011 Ministerio de Cultura

tioribus addendi præter Laërtii interpretes Tho. Stanlejus in Hiſt. Philoſophica, & in Lexico ſuo Clariſſ. Baylius.

III. PARMENIDES Eleates, Xenophanis ut plerique tradunt auditor, atque ut alii, Anaximandri quoque, & Aminiæ, & Pythagorei Diochætæ, circa Olymp. LXIX. floruit, ita enim apud Laërtium IX. 23. legendum ex Palmerii conjectura p. 461. Exerc. A Socrate juvene auditum Parmenidem ſenem, refert Plato in Theæteto ac Sophiſta, magnisque afficit encomiis, & dialogum de Ideis Parmenidis nomine inſcripſit. πυθαγόρειον καὶ παρμενίδειον βίον pro vita optima & honeſtisſima dixit Cebes in tabula. Scripſit Parmenides φυσιολογίαν δι' ἐπῶν, ut ait Svidas, ſive (ut traditum Laërtio) ἐφιλοσόφει διὰ ποιημάτων. Confer Meurſium ad Chalcidium p. 41. Initium operis ejus περὶ φύσεως carmine deſcripti Heroico bene longum affert Sextus VII. contra Math. p. 157. Sed & Porphyrius Lib. de antro Nympharum laudat Parmenidem ἐν τῷ φυσικῷ. Laertius IX. 23. cum dixiſſet hunc Philoſophum primum ex Phavorini ſenrentia deprehendiſſe quod eadem ſtella jam ſit Lucifer jam Heſperus, ſubjungit: οἱ δὲ πυθαγόραν. Καλλίμαχος δέ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποιήμα. *Alii Pythagoræ hoc tribuunt*, (quod nempe in poëmate quodam ſub Pythagoræ nomine hoc legebatur) *Verum Callimachus negat ejus* (Pythagoræ* puta) *eſſe iſtud poëma. Leges* etiam dedit civibus ſuis optimas Parmenides, in quas jurare quotannis adactos à magiſtratibus cives narrat Plutarchus contra Colotem. Quæ porro Svidas καταλογάδην ſive proſâ ſcripſiſſe Parmenidem ait, memorataque Platoni, ea ſi ulla usquam fuerunt, (merito enim dubites) Dialecticiargumenti eſſe exiſtimaverim. De dogmatis Parmenidis conſulendi præter Platonem, Ariſtotelem, Plutarchum, Ciceronem, Cenſorinum, Sextum Empir. Proclum in Timæum, Laërtium & alios veteres, è recentioribus Beſſario Lib. II. contra calumniatorem Platonis c. 11. ubi opus Parmenidis de veritate & opinione memorat: Leſcaloperius ad Cic. 1. de Natura Deor. p. 45. ſeq. qui ex Simplicio obſervat duos ** omnino libros à Parmenide ſcriptos eſſe, alterum de ente uno intelligibili, obſcuriuſcule quidem, ſed verè atque ut ipſe reipſa ſentiebat, alterum de Diis, ex vulgi opinione. Et qui placita Parmenidis incruſtanda utcunq; in ſe ſuscepit *Bernardinus* *** *Teleſius*, in libris IX. de rerum natura Neapol.

* Stanleius p. 747. Hiſt. Philoſoph. hunc locum ita intellexit, quaſi è Callimachi Sententia nullum unquam poëma ſcripſiſſet Parmenides.

** Unum tantummodo ſcriptum Parmenidi tribuit Laërtius proœm. ſect. 16.

*** Baco Verulamius in ſcriptis de naturali & univerſali Philoſ. p. 238. *Parmenidis placita inſtau-*

2011 Ministerio de Cultura

pol. 1586. & Lugd. 1588. fol. Fragmentis Parmenidis ab H. Stephano collectis nullo negotio possis plura adjicere tum ex Galeno, Stobæo & iis veteribus quos nominavi, tum è Simplicio in Phys. Aristotelis & aliis Philosophi interpretibus Græcis. Hermogenes τὸ Παρμενίδε φιλοσοφῶν Platonis Magister. Laërt. III. 6. Fuit & Parmenides Rhetor τεχνογράφος Laërtio IX. 23. memoratus.

IV. HERACLITUS Ephesius, Parmenidis æqualis, auditor fuisse * Xenophanis traditur, atque ut Svidas addit, Hippasi Pythagorei, licet seipsum αὐτοδίδακτον gloriatus est, teste præter Laertium IX. 5. Taliano f. 143. & Olympiodoro comment. MS. in Phædonem. Ad Darium Hystaspis F. venire rogatus renuit, & magistratus ** dignitati quam fratri concessit prætulit vitam privatam, quam impendit severo virtutis studio & diligenti naturæ inquisitioni. A quibusdam arrogantiæ *** arguitur, ab omnibus **** obscuritatis, ea quæ vellet dicere οὔτε λέγων, οὔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων *nec clare eloquens, nec penitus occultans, sed innuens*, quod ipse de oraculis pronunciavit apud Jamblichum de Mysteriis Ægypt. p. 79. Iconem Heracliti duplicem exhibuit Vir. Cl. Jac. Gronovius T. 2. Antiqv. Gr. tabula LVI. quarum neutram genuinam præstare ausit vel ipse, uti nec præstantissimus Begerus 1. Thesauri Brandenburg. p. 113. ita passim in numis, marmoribus ac gemmis veteribus ingenium artificum potius, quam vera eorum quos referre debent forma conspicitur.

Scripsit Heraclitus unum opus, prosa Jonica compositum, cujus varios

instauravit nostro sæculo Telesius, vir Peripateticis rationibus, si aliquid illæ essent, instructus, quas etiam in illos ipsos vertit, sed affirmando impeditus, & destruendo melior.

* Miror in Morerii Lexico etiam nonæ editionis Heraclitum venditari præceptorem Hesiodi, Pythagoræ, Xenophanis & Hecataei, quibus omnibus fuit junior.

** Laërtius IX. 6. ex Antisthene refert Heraclitum ἐκχωρῆσαι τἀδελφῷ τῆς βασιλείας. Nempe antequam Pythagoras Ephesius tyrannidem invaderet, judices Ephesi vocabantur βασιλεῖς sive βασιλίδες. Vide Svidam in Πυθαγ. Hesych. βασιλεῖς.

*** Proclus 3. in Tim. ἀλλ' Ἡράκλειτος μὲν ἑαυτὸν πάντα εἰδέναι λέγων, πάντας τοὺς ἄλλους ἀνεπισήμονας ποιεῖ.

**** Quibusdam tantummodo in locis obscurum, in aliis perspicuum satis fuisse testatur Laërtius IX. 7. Inter causas obscuritatis fuit scribendi genus ambiguum, diversæ interpunctioni patens. Unde Aristoteles III. 5. Rhetor. Τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διασίξαι ἔργον. Theo progymnasm. p. 36. παρὰ ταύτην δὲ τὴν ἀμφιβολίαν τὰ Ἡρακλείτου τοῦ φιλοσόφου βιβλία σκοτεινὰ γέγονε, καταφανῶς αὐτῇ χρησαμένου ἤτοι ἐξεπίτηδες, ἢ καὶ δι' ἄγνοιαν. Demetrius de elocutione § 196. ἄδηλον γὰρ ἡ ἑκάστου κῶλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου. Καὶ γὰρ ταῦτα σκοτεινὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις.

2011 Ministerio de Cultura

varios titulos ſive elogia potius refert Svidas in Δηλίῳ κολυμβητῇ è Laërtii IX. 12. Ἐπιγράφουσι δ' αὐτὸ οἱ μὲν Μούσας, οἱ δὲ περὶ φύσεως, Διόδοτος δὲ ἀκριβὲς διάκισμα πρὸς σαθμὴν βίου. Ἄλλοι γνώμην ἠθῶν, κόσμον τρόπων ἑνὸς τῶν συμπάντων. Quæ ſequuntur apud Svidam, petita ſunt è Laërtii II. 22. Porro idem Laërtius IX. 5. teſtatur Heracliti ſcriptum quod in templo Dianæ Epheſiæ auctor repoſuerat, *Crates* vero quidam Græcis vulgavit primus (id. ſect. 12.) univerſe quidem fuiſſe περὶ φύσεως (quo titulo etiam allegatur à Clemente V. Strom. p. 571. aliisque. Ut Heraclitus paſſim veteribus vocatur Phyſicus) cæterum diviſum in tres λόγους, unum περὶ τοῦ παντὸς, alterum πολιτικὸν, tertium Θεολογικόν. Diodotus vero exiſtimavit præcipuum argumentum operis hujus fuiſſe de Republica, cui illa quæ de natura, tantum ἐν παραδείγματος εἴδει præmiſſa eſſent. Vide Laërtium IX. 15. ubi obſervat à multis commentario illuſtratum Heracliti ſcriptum, ut ab *Antiſthene* (non Cynico ſed altero quem Ἡρακλείτειον vocat VI. 19.) *Cleanthe* Pontico, *Heraclide* Pontico, *Sphæro* Stoico, *Pauſania* qui appellatus eſt Ἡρακλειτιστής, & *Diodoto* quem jam dixi Grammatico: tum à *Scythino* verſibus græcis jambicis expreſſum eſſe, ita enim potius intelligo verbum ἐκβαλεῖν cum M. Meibomio, quam cum Stanleio p. 724. Hiſt. Philoſ. & Laertii interpretibus, explosum & oppugnatum. *Ariſtonem* ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτου laudat idem IX. 5. & 11. & Heracliti ſectatores teſtatur dictos Ἡρακλειτείους. id. ſect. 6. Eorum meminit & Plato in Theæteto, Sextus &c. *Cratyli* Ἡρακλειτείου Laertius III. 6. Intelliguntur etiam Heraclitii quando συντονώτεραι Μοῦσαι & Ἀΐδης apud Platonem in Sophiſta & Themiſtium Orat. XVI. memorantur. Confer P. Petitum II. 10. Miſcell. Initium operis ab Heraclito compoſiti hoc refert Ariſtoteles III. 5. Rhetor. τοῦ λόγου τοῦ δ' ἐόντος αἰεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται. Ita enim legendum eſſe (non τοῦ δέοντος, ut in Clementis Alex. V. Strom. p. 602. excuſum eſt) præter Sextum Empiricum VII. contra Mathemat. pag. 162. docet Amelius apud Euſebium XI. 19. præparat. Καὶ ἔστιν ἄρα ἦν ὁ λόγος καθ' ὃν αἰεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς ἂν καὶ ὁ Ἡράκλειτος ἀξιώσειε. Patet etiam ex hoc aliisque Heracliti quæ paſſim occurrunt fragmentis, eum non ſcripſiſſe carmine ſed ſermone proſario, ut notavi ſupra Lib. I. cap. 1. num. 2. ſeq. Fallitur itidem Nic. Nourritus Vir Cl. qui in apparatu ad Bibliothecam maximam Patrum, de ſcriptoribus à Clemente Alex. allegatis differens, putat verſus Heracliti Jambicos laudari à Clemente Lib. IV. Strom. p. 494. nam qui locum inſpexerit, videbit dictis Heracliti proſario ſermone conceptis, à Clemente ſubjici verſus Tragici, perinde ut locum Plutarchi lib. de oraculorum defe-

2011 Ministerio de Cultura

ctup. 415. ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτυ καὶ τὰ Ὀρφεως ἐπινεμομένην ἔπη, erditus interpres minus accurate reddit sic: *quæ ut Heracliti & Orphei versus invasit*, vertendum enim erat, *quæ ut Heraclitì scripta & Orphei versus invasit.* Toto etiam cœlo aberrat elegantissimus Menagius in notis ad Laertium p. 395. edit. Wetsten. nostro Heraclito tribuens libros quos commemorat Plutarchus in commentario contra Colotem p. 1115. τὸν ζωροάστρην, τὸ περὶ τῶν ἐν ἅιδᾳ, τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀποφασμένων, manifestum enim est eo in loco Plutarchum agere de Heraclito quodam juniore Peripatetico. Sed & in eo fugit Menagium ratio, quod subjungit Heraclitum Ephesium scripsisse etiam libros περὶ πολιτείας, & Diodotum Grammaticum negasse quod volumen περὶ φύσεως esset Heracliti. Nam in illo ipso opere Physico Heraclitus περὶ πολιτείας egerat, atque ita quidem, ut Diodotus sibi persuaserit, quæcunque de natura præmisit, consideranda esse tanquam partem minus principalem, ut jam è Laertio annotavi. Aliis Heraclitis novem vel decem supra p. 3. & 142. à me nominatis, addes Heraclitum Mytilenæum, cujus meminit Eustathius ad Odyss. Δ. p. 178. Heraclitum Cynicum, ad quem scripsit Julianus Imp. ὡς πρὸς κύνα Ἡράκλειτον, πῶς κυνιστέον. Svid. Heraclitum * scriptorem Christianum Irenæi æqualem, cujus commentarios in Apostolum (Pauli Epistolas) memorat Eusebius V. 27. Hist. Philosophiam Heracliti Ephesii jam pridem illustrandam in se suscepit civis atque amicus noster charissimus, Patriæque Academiæ Lipsiensis ornamentum non inficiandum *Godfridus Olearius*, cujus rei specimen insigne jam una ** alteraque diatriba vulgata dedit, & priorem harum pro suo in me amore mihi inscribere dignatus est. De sex Epistolis quæ sub Heracliti nomine hodie exstant, & in Stanleii Historia Philosophica Anglice translatæ occurrunt, dixi supra cap. X. §. 19. Apud Laertium Lib. I. sect. 88. ὁ δυσάρεστος Ἡράκλειτος non est reddendum *insuavis Heraclitus*, sed *is cui vix quisquam placebat Heraclitus.*

V. DEMOCRITUS, ex nobili genere, Abderites, opibus honoribusque longe prætulit seriam inquisitionem naturæ, ita ut professus sit, se malle unam causam in rebus naturalibus investigatam reperire quàm Regnum Persarum consequi, teste Dionysio Alex. apud Eusebium XIV.

* Lectionem codicum Eusebii confirmant Nicephorus, Honorius, ailique, etsi in Hieronymi Catalogo c. 46. & Sophronii versione Græca editur Ἡράκλειτος.

** De principio Rerum Naturalium ex mente Heracliti Physici cognomento σκοτεινοῦ exercitatio. Lips. 1697. De rerum Naturalium Genesi ex mente Heracliti Physici dissertatio, Lips. 1702.

2011 Ministerio de Cultura

XIV. 27. præparat. p. 781. Itaque & in Græcia Leucippum, atque ut nonnulli volunt Pythagoreos quoque & Anaxagoram quo annis XL. junior fuit auſcultavit, & apud alias gentes, Ægyptios Perſas Jndos Æthiopes, quicquid usquam fuit ſapientum, ad octogeſimum usque ætatis annum peregrinatus, adiit. Cum quam plurima obſervaſſet & in literas miſiſſet ita ut *Philoſophiæ* nomine appellaretur teſte Æliano IV. 20. Var. extinctus eſt Olymp. XCIV. centenario major. Ab Heraclito diverſus non modo in eo, quod res humanas riſu * potius excipiendas eſſe duceret quam lacrymis, ſed etiam quod Cicerone obſervante 2. de divinat. *Valde Heraclitus fuit obſcurus, minime Democritus*, etſi peculiaribus quibusdam vocabulis hic uti non dubitavit, quas præter *Callimachum* illuſtraverat olim *Hegeſianax* teſte Stephano in Τρωιάς. De vita ejus, vereque ac falſo de eodem jactatis, tum de dogmatis Democriti conſulenda ſunt quæ Viri docti ad Laertium & Heſychium illuſtrem, Stanleius & Abr. Gravius in Hiſt. Philoſoph. Gaſſendus in Philoſ. Epicuri, Dan. Clericus in Hiſt. Medicinæ, Cudvvorthus in Syſtemate νοητῷ vero univerſi, Naudæus in Apologia pro viris doctis Magiæ accuſatis, Bælius Vir Cl. in Lexico, *Nicolaus Hill.* in Philoſophia Epicurea Democritea & Theophraſtica Genev. 1619. 8. *Scipio Aquilianus* de placitis Philoſophorum qui ante Ariſtotelis tempora floruerunt c. 8 - 17. *Joh. Chriſtoph. Magnenus* Prof. Patavinus in Democrito reviviſcente Lugd. Bat. 1648. 12. & Hagæ 1658. 12. &c. *Petri* vero *Borelli* opus quod tres in folio impleturum tomos molitus eſt de Vita & Philoſophia Democriti, cum auctore intercidit.

Scripta Democriti (proſa autem ſcripſit, dialecto Jonica) eadem recenſuerat *Callimachus* in πίνακι τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, teſte Svida: & per tetralogias perinde ut Platonica digeſſerat *Thraſyllus* teſte Laertio IX. 45. ex quo titulos eorum hoc loco perſequar, ut quidem diſtinguendos puto, ſubinde nonnulla additurus præclaris interpretum Laertii obſervationibus.

Ethici argumenti hi fuere:

1) πυθαγόρης, ἢ περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ μαθήσεως. Confer Laert. IX. 38. ubi ἐν ὁμωνύμῳ συγγράμματι, vertendum: *in opere ejusdem nominis*. Vide Jonſium p. 24.

2) περὶ τῶν ἐν ᾅδου. Athen. IV. p. 168. Proclus MS. apud Alex. Morum ad Joh. XI. 39. Svidas in Τετογένεια.

3) Τετογένεια ſive de prudentia, quæ hæc tria generat prorſus præclara: ut recte

* Juvenal. X. 33--53.

2011 Ministerio de Cultura

rec e conſulant homines, ut recte eloquantur, & ut recte agant. Euſtath. ad Iliad. Θ. p. 576. Tzetz. ad Lycophr. v. 519.

4) περὶ ἀνδραγαθίης, ἢ περὶ ἀρετῆς.

5) Ἀμαλθείας κέρας ἢ περὶ εὐθυμίης, ὑπομνημάτων ἠθικῶν ἡ. Ἡ γὰρ ἐυεσὼ ἀχ ἐυρίσκεται. *Cornucopiæ, ſive commentariorum Ethicorum de animi tranquillitate libri VIII. nam liber* (IX.) *cui titulus* ἐυεσώ * ſive *bonum ſtabile* (jam Thraſylli ætate qui ſub Tiberio vixit) *non amplius exſtat.* Ita puto ſcribendum & exponendum illum locum. Ac Singulis horum commentariorum libris crediderim fuiſſe titulum peculiarem argumento reſpondentem, quo ſingularis quædam dignitas ſummi boni deſcriberetur, uni quidem κέρας ἀμαλθείας, alteri εὐθυμίην, alii ἀθαραξίην, ἀθαμβίην, ἀθαυμασίην &c. alii denique περὶ τέλους, quem librum allegat Clemens Alex. 2. Strom. p. 417. Cæterum opus Democriti *de tranquillitate animi* laudant vel reſpiciunt Cicero V. de fin. Plutarchus & Seneca libris ejusd. argumenti. Præclarum fragmentum ſervavit Stobæus ſerm. 101. de felicitate. Præterea memorantur Democriti ἐπιθῆκαι, quarum initium refert Dionyſius Alex. apud Euſebium XIV. 27. præparat. p. 782. Plures ex illis ut ſuſpicor ſententias Stobæus. Magnenus etiam exiſtimabat librum à Democrito ſcriptum ſub titulo λόγου ἔργου σκιή, ſed hoc merito rejiciunt Menagius ad Laertii IX. 37. & Stanleius Hiſt. Philoſ. p. 767

Phyſici argumenti apud eundem Laertium ſcripta Democritea hæc ſunt:

1) Μέγας διάκοσμος ** Magnum digeſtum, *de univerſo* ut videtur, opus omnium Democriti ſcriptorum facile præſtantiſſimum. Laert. IX. 39. Athen. IV. p. 168. Svidas in Δημόκρ. Prima ejus operis verba videtur afferri e Cicero in Lucullo: *Hæc loquor de univerſis.* Plura Volumina de rerum natura ſcripſiſſe innuit Vitruvius IX. 3. & 7. At neſcio unde hauſerit Stanleius p. 761. Hiſt. Philoſ. tradens diviſum fuiſſe in libros XII. Theophraſtus (libro de Democrito) auctorem ejus exiſtimavit non Democritum ſed *Leucippum*, Laert. IX. 46. Quod vero Menagius itemque Stanleius ajunt ab Epicuro in Epiſt. ad Herodotum tanquam Democriti genuinum opus laudari, in illa Epiſtola incaſſum quæſivi. Porro in hoc opere inter alia Anaxagoræ

* Svid in ἀειεσὼ & ἐυεσώ.

** De hac voce Menagius, Kühniusque ad Laërt. & Salmaſius ad Simplicium p. 168. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

goræ Philoſophiam perſtrinxiſſe videtur Democritus. Confer Laert. IX. 35.

2) Μικρὸς Διάκοσμος, quem ſe ait ſcripſiſſe Anno DCCXXX. poſt captam Trojam. Laert. IX. 41. Troja capta A. Periodi Jul. 3521. ſcripſit ergo hunc librum Democritus Olymp. LXXIX. 2.

3) Κοσμογραφίη. Opus diverſum à Democriti Geographia, quæ infra memoratur inter ſcripta Mathematica. περὶ κόσμου Διαθέσεως ſcripſiſſe ſe affirmat Democritus ipſe, ſi modo ipſe Democritus Epiſt. ad Hippocratem.

4) περὶ τῶν πλανητῶν, in quo libro ſuspicatus eſt *plures eſſe Stellas quæ currunt, ſed nec numerum illarum poſuerat, nec nomina, nondum comprehenſis quinque ſiderum curſibus.* *Seneca quæſt. Nat. VII. 3.* Ariſtoteles I. 6. Meteor. teſtatur Anaxagoram & Democritum docuiſſe quod Cometæ eſſent σύμφασις ſive conjunctio τῶν πλανητῶν ἀστέρων.

5) περὶ Φύσιος ά. Svidæ περὶ Φύσεως κόσμου. Fulgent. III. 7. Mythol. *Phyſiologumena.*

6) περὶ ἀνθρώπου Φύσιος * ἢ περὶ σαρκὸς β΄.

7) περὶ νοῦ καὶ περὶ αἰσθήσεως, quem duplicem titulum alii unico complexi ſunt περὶ ψυχῆς. Et Democritus animam ſenſitivam mentemque non dubitavit idem eſſe. Vide Ariſtot. Lib. I. c. 2. de anima, Tertull. c. 12.

8) περὶ χυμῶν, etiamnum exſtat, ſiquidem Democritus auctor ſit libri hujus argumenti qui legitur inter ſcripta Hippocratis, de quo tamen merito dubites.

9 περὶ χροῶν.

10) περὶ τῶν Διαφερόντων ῥυσμῶν ſive *de differentibus figuris* atomorum, quod opus reſpicit Ariſtoteles Lib. I. cap. IV. Metaphyſ. Vide Menagium ad Laërt. IX. 47.

11) περὶ ἀμειψιῤῥυσμενῶν *de mutationibus figurarum*, ſive *fluxionum* quibus infinitis modis quotidie alterantur omnia ῥέοντα ποσαμοῦ δίκην.

12) Κρατυντήρια ſive Ἐπικρατικὰ aut vero Ἐπικριτικὰ τῶν προειρημένων. *Superiorum librorum confirmatio.* Male enim interpres *Remedia prohibentia*, nec melius Stanleius: *of the mixtures of things before ſaid*, quaſi eſſet à κεράννυμι. Svidas in κρατυντήρια. ἔγραψεν Δημόκριτος ὁ Ἀβδη-

Dddddd 3

* Inter Epiſtolas Democrito tributas hodie exſtat una hujus argumenti ad Hippocratem, quæ incipit: χρὴ πάντας ἀνθρώπους &c. In Poëſi Philoſoph. H. Stephani pag. 181.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀβδηρίτης βιβλίον ὅπερ ἔστιν ἅπαντων τῶν γραφέντων αὐτῷ βιβλίων. Laudat Sextus VII. contra Math. p. 163.

13) περὶ εἰδώλων ἢ περὶ προνοίας, quo libro formas rerum quas videmus divinitate præditas esse disputavit. Vide Ciceronem 1. de natura Deor. sect. 29. & 121. Plutarch. VIII. 10. Sympos. Augustin. Epist. 56. & Bælii Lex. in Democrito notâ (O) ubi hanc Abderitani senis sententiam confert cum dogmate acutissimi Malebranchii, quas percipimus visu, rerum ideas, existimantis esse divinas, à Deo profici, & in Deo percipi.

14) περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν. ά. β'. γ'. Ita enim legendum ex Gellii IV. 13. vidit jam Joh. Meursius in Bibl. Græca.

15) Ἀπορρημάτων sive dubiorum Physicorum Volumen.

Physico quoque argumento affinia sunt quæ deinceps referens Laërtius ἀσύνταξα appellat.

16) Αἰτίαι ἀράνιαι.

17) Αἰτίαι ἀέριοι.

18) Αἰτίαι ἐπίπεδοι. *Causæ* * *planorum*, sive eorum quæ in superficie corporum eveniunt.

19) Αἰτίαι περὶ πυρὸς καὶ τῶν ἐν πυρί.

20) Αἰτίαι περὶ φωνῶν.

21) Αἰτίαι περὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν. Plin. XIV. 2. XXIV. 17. XXV. 2. Petronius p. 22. Respicit & Martianus Capella Lib. II. p. 27. PseudoDioscorides & Apulejus de herbis.

22) Αἰτίαι περὶ ζώων, γ'. Ammianus Marcell. XXVIII. 4. *ut discissarum pecudum exta rimari cum anatomicis Democritum putes, docentem quibus modis posteritas mederi doloribus possit internis.* Ex his Democriti libris videtur Aristoteles referre quæ de aranearum telis habet IX. 29. Hist. animal. Neq; incredibile est unum ex his tribus libris fuisse *de chamæleonte*, cui singularem librum tribuit Democritus teste Plinio XXVIII. 18. licet Gellius X. 12. Democrito indigna putat quæ à Plinio referuntur.

23) Αἰτίαι σύμμικτοι.

24) περὶ τῆς λίθου. Non tantum de Magnete, neque de lapide Philosophorum, ut parum verisimiliter existimat Olaus Borrichius vir doctiss. p. 69. de Medicina Hermet. sed de quovis genere lapidum egit Democritus, quem ne *lapidum* virgultorumque vis lateret, ætatem inter

* Magnenus de planis Atomis accipit, quibus opponuntnr rotundæ, acutæ &c.

2011 Ministerio de Cultura

inter experimenta conſumſiſſe ſcribit Petronius. Vide & quæ Seneca Epiſt. 90. Plin. XXXVII. 10.

Librum Laërtio præteritum περὶ ἰδεῶν laudat Sextus VII. contra Math. p. 163. ſed & *de metallorum natura* ſcripſiſſe Plinius innuit.

Mathematici argumenti hos libros Laërtio memoratos videas:

1) περὶ διαφορᾶς γνώμης ἢ περὶ ψαύσεως κύκλων καὶ σφαίρας.
2) περὶ γεωμετρίας ἢ γεωμετρικόν.
3) Ἀριθμοί.
4) περὶ ἀλόγων γραμμῶν καὶ νασῶν, β'.
5) Ἐκπεπάσματα. Vitruvius præf. Lib. VII. *quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumque extenſionem certo loco centro conſtituto ad lineas ratione naturali reſpondere.*
6) Μέγας ἐνιαυτὸς ἢ Ἀστρονομίης παράπηγμα. Vide Salmaſ. ad Solin. p. 741. Hoc reſpici puto à Gemino, quando Democritum laudat element. Aſtronom. c. 16.
7) Ἄμιλλα κλεψύδρας. Magnenus: *examen motus Clepſydræ cum motu cœli.* Alii tanquam duo diſtincta legunt, ἄμιλλα, κλεψύδρα.
8) Οὐρανογραφίη. Democritum ἐν τῷ περὶ ἀστρονομίης laudat Schol. Apollonii Lib. II.
9) Γεωγραφίη. Democritus inter antiquiſſimos Geographos celebratur à Strabone & Agathemere Lib. I.
10) πολογραφίη. Epiſtola Democrito tributa ad Hippocratem: ἐτυγχάνομεν ἢ τότε περὶ κόσμου διαθέσεως καὶ πολογραφίης, ἔτι ἢ ἄστρων οὐρανίων ξυγγεγράφοντες.
11) Ἀκινογραφίη.

Hinc *Muſica* ſcripta ſequuntur, eo quidem ſenſu accepto vocabulo, ut non ſolam Muſicam proprie ſic dictam, ſed quoque Grammaticam, Poëſin & alias humaniores literas quas ἐγκυκλίους λόγους ſupra de Democrito loquens Laërtius * vocaverat, complectatur: de quo ſenſu vocabuli μουσικῆς videndus Wovveranus Polymathiæ cap. XXIV. Fuerunt itaque:

1) περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίης.
2) περὶ ποιήσεως. Claſſis in qua præſens Liber memoratur, perſpicue oſtendit non eſſe cogitandum hoc loco de ποιήσει Chemica, ut inmentem veniſſe video præſtantiſſimo Borrichio p. 70. de Hermete

* Καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος ὁ Δημόκριτος. Τὰ γὰρ φυσικὰ καὶ τὰ ἠθικά, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ καὶ τὰς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν.

2011 Ministerio de Cultura

te Ægyptior. Ac Democritus ipſe qualem intelligat Poëſin docet his verbis apud Clementem Alex. VI. Strom. p. 698. ποιητὴς ᾖ ἅσσα μὴ ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστιν.

3) περὶ καλλοσύνης ἐπέων.
4) περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων.
5) περὶ ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλώσσεων. Reſpiciunt Dio Chryſoſt. Orat. 53. & Euſtath.
6) περὶ ᾠδῆς.
7) περὶ ῥημάτων, ἢ Ὀνομαſτικόν.

His Laërtius *Technica* ſubjecit, hac ſerie:

1) πρόγνωσις.
2) περὶ Διαίτης, ἢ Διαιτητικόν, ἢ ἰητρικὴ γνώμη.
3) Αἰτίαι περὶ ἀκαιρίων καὶ ἀπαγελῶν.
4) περὶ Γεωργίης ἢ γεωργικόν. Ita recte hunc locum ante Menagium emendaverat Meurſius in Bibl. Græca. Democriti librum quem *Georgicon* appellavit laudat Columella XI. 3. & de agricultura ſcripſiſſe, notat poſt Varronem Lib. I. c. 2. & Columellam Iſidorus XVII. 1. Orig. ubi pro *Democritus Magnus Carthaginienſis* legendum *Democritus, Mago Carthaginienſis*, ut obſervatum Jonſio p. 25. Democritus ſed non ſolo ex hoc opere frequentiſſime allegatur in Geoponicis Græcis, ut ex indice ſcriptorum, quem alibi dedi, patet.
5) περὶ ζωγραφίης.
6) Τακτικόν.
7) Ὁπλομαχικόν.

Denique agmen claudunt ſcripta quædam peculiaria à nonnullis ſeorſim teſte Laërtio poſita:

1) περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων. Clemens 1. Strom. pag. 303. Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται. Idem è Clemente Euſebius X. 4. præparat. ſed addit Clemens: Λέγεται δὲ τὴν Ἀκικάρου καλουμένην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. De hac *Acicari* ſive ut Strabo vocat Achaicari columna dixi infra in Theophraſto, ubi inter eis ſcripta deperdita memoro Ἀχίχαρον.
2) περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων.
3) Ὠκεανοῦ περίπλους. In Aldobrandiniana Laërtii editione. Nam in aliis deſideratur.
3) περὶ ἱστορίης.
4) χαλδαϊκὸς λόγος.
5) Φρύ-

2011 Ministério de Cultura

5) Φρύγιος λόγος.
6) περὶ πυρετῶν, καὶ τῶν ἀπὸ νόσων βηττόντων.
7) Νομικὰ αἴτια.
8) χερνικὰ ἢ προβλήματα. Salmasius p. 1100. ad Solin. legit χειρόκμητα προβλήματα, quasi *manu notata*, nam ut docet Vitruvius IX. 3. in illo commentario, annulo usus erat Democritus, *signans cera molli quæ esset expertus.* Miras ac portentosas observationes in hoc libro obvias fuisse testatur Plinius XXIV. 17. Zosimus Chemicus Gr. MS. legit χειροτμήματα. Borrichius p 70. de Hermete χειροτμήματα.

Quæcunque alia tanquam Democriti feruntur, aut ex ejus scriptis decerpta (tales forte sunt ἐπιδῆκαι de quibus paulo ante in Ethicis, & liber περὶ ἰδεῶν de quo in scriptis Physicis dixi) aut manifeste aliena ac supposita esse affirmat Laërtius. Hujus postremi generis fuere:

1) *Commenta Boli*, Mendesii, sub Democriti nomine edita, de quibus dixi supra cap. XIII. Atque ex his puto fuisse librum περὶ παθῶν laudatum Etymol. M. in νέναπυ, & alterum περὶ ἀνθρώπων Columell. Lib. XI.
2) *Magica Volumina* quæ ex nescio cujus *Apollonicis* & *Capidenis*, & scriptis *Dardani*, è sepulchro petitis, à Democrito composita credidit Plinius XXX. 1. pro hominum male sollertium commentis habuit Laërtius, & Gellius X. 12.
3) Liber *de Elephantiacis*, Cœl. Aurelian. IV. 1. tardar. pasion. & alius *de morbis convulsivis* id. acutar. pasion. III. 14.
4) Φυσικὰ καὶ Μυστικὰ *de arte Sacra* sive CHEMICA, quæ cum *Synesii* ac *Pelagii* commentariis latine edita sunt Patavii 1572. 8. Græce vero adhuc ἀνέκδοτα in variis Bibliothecis (etiam Germaniæ) asservantur. Democriti sane nomen falso venditare non dubitant Salmasius ad Solin. & ad Tertullian de pallio, fœtum infimæ Græciæ agnoscens: Conringius de Hermetica Medicina p. 29. seq. Naudæus Apologia pro Magis p. 216. seq. Dan. Clericus in Historia Medicinæ, Menagius &c. Mottanus Vayerus T. 1. p. 301. *Ceux qui sçauront comme on parloit Grec du temps du Democrite & long temps aprés reconnoitront facilement que ce traitté qv' on lui attribüe ne peut estre de lui, & ils s' appercevront mesme par beaucoup de dictions qve son veritable auteur a eu connoissance du Christianisme.* In Scholiis Græcis Synesio tributis ad pseudo Democritum quatuor, ipsi tribuuntur libri: de Auro, argento, lapidibus (gemmis) & purpura. Δημόκριτος ἐλθὼν ἀπὸ Ἀβδήρης Φυσικὸς

2011 Ministerio de Cultura

φυσικὸς ὢν καὶ πάντα τὰ φυσικὰ ἐρευνήσας καὶ συγγραψάμενος τὰ ὄντα κατὰ φύσιν. Ἄβδηρα δέ ἐστιν πόλις Θρᾴκης. Ἐγένετο δὲ ὁ ἀνὴρ λογιώτατος, ὃς ἐλθὼν ἐν τῷ Αἰγύπτῳ ἐμυθαγωγήθη παρὰ τῶν μεγάλως Ὀσείρεως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν πᾶσι τοῖς ἱερεῦσιν Αἰγύπτου. Ἐκ τούτου λαβὼν ἀφορμὰς συνεγράψατο βίβλους τέσσαρας βαφικὰς, περὶ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων, καὶ πορφύρας. Plurimum huic teſtimonio tribuit Borrichius de Hermete Ægypt. p. 70. qui cap. III. §. 15. multis contendit Democritum Chemica ſcripſiſſe, etſi ea quæ hodie exſtant ab exſcriptoribus interpolata eſſe pag. 72. non diffitetur.

Quod de *Aphoriſmis Medicis* à Democrito ſcribi cœptis Menagius p. 417. ad Laërtium ait apud Oribaſium fruſtra quæri, legitur in præfatione ad Commentarium in Aphoriſmos Hippocratis quem ſub Oribaſii nomine latine tantum edidit Joh. Gvinterius Andernacus. Verba ſcriptoris illius veteris hæc ſunt : *Tentavit quidem Democritus tale* (Aphorismorum Medicorum opus) *etiam conſcribere, ſed non potuit.* Idem Menagius pag. 416. in Gerberti Epiſtola IX. ubi Demoſthenis Philoſoph. Ophthalmicus memoratur, conjectura infelici reponendum conjicit Democriti nomen, intelligitur enim Demoſthenes Medicus Maſſilienſis, cujus libri III. περὶ ὀφθαλμῶν Galeno, Oribaſio & aliis laudantur. Vide Reineſii Varias Lect. p. 9. & Menagium ipſum cap. 20. Anti Baillet. Meminit hujus Demoſthenis Gerbertus iterum Epiſt. 130. Cæterum apud Etymologici M. ſcriptorem in Ἡραία pro τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένους legendum Βιθυνῷ Δημοσθένει, neque enim *Bithynus* eſt nomen ſcriptoris, ut viſum Meurſio p. 1278. Bibl. Gr. ſed Bithynus Demoſthenes intelligitur auctor Βιθυνιακῶν & κλίσεων, Meurſio ipſi è Svida & Stephano Byz. minime ignotus.

De EPISTOLIS quæ ſub Democriti nomine hodieq; exſtant, & à Svida ſolæ cum utroque Διακόσμῳ pro genuino illius Philoſophi fœtu habentur, dixi ſupra cap. X. §. 18. Quæ apud Plinium VII. Hiſt. Nat. 55. notatur *reviviſcendi promiſſa Democrito vanitas*, videtur mihi reſpicere Democriti dictum ad Regem Darium conjugis morte afflictum quod refert Julianus Epiſt. 37. parum enim cum Democriti Philoſophia commune habet, neque cum illa facile conciliabitur quod viri docti ex illo Plinii loco colligunt Democritum à fide Chriſtiana de reſurrectione corporum alienum non fuiſſe.

A Democrito hoc dicti *Democritei*, ut *Anaxarchus* apud Ciceronem 3. de Nat. Deor. & 2. Tuſc. qv. *Bolus* apud Svidam &c.

Democri-

2011 Ministerio de Cultura

Democriti plures memorantur à Laërtio IX. 49. cui adjungendæ obſervationes Meurſii ad Chalcidium p. 23. & in Bibl. Græca: Jonſii p. 24. ſeq. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. & Menagii ad Laertium. De Democrito Epheſio qui de Dianæ Epheſiæ templo & de Samo ſcripſit puto accipiendum locum Heſychii viris doctis præteritum in Βάσις. Democriti ſtatuarii meminit præter Pauſaniam ac Laertium Plinius XXXIV. 8. Pro Democrito Trœzenio autem apud Laertium VIII. 74. recte reſtitutus eſt Demetrius in Wetſteniana & Aldobrandiniana Diogenis editione, probantibus hanc lectionem Jonſio, & Menagio, quos ſi placet vide.

Volumen Anglice ſæpius vulgatum ſub nomine *Democriti junioris*, cujus ſeptima mihi eſt editio Anni 1660. fol. auctorem agnoſcit *Robertum Burtonum*, & eleganter atque amœne disputat de origine, cauſis, generibus & remediis Melancholiæ. Miſer vero auctor, dum tempus quod ſibi ex aſtris fatale futurum prædixerat, videt appropinquare, præ animi mœrore ipſe eſt extinctus Oxoniæ 8. Id. Jan. Anni 1639. itaq; tumulo ejus præter thema genethliacum hæc inſcripta ſunt verba: * *Paucis notus, paucioribus ignotus hîc jacet Democritus junior, cui vitam dedit & mortem Melancholia.*

VI. ANACHARSIS ** Scytharum Regis frater, æqualis Solonis circa Olymp. XLVII. 1. Athenas adiit, vir egregius & qui opibus ac Tyrannidi ſtudium ſapientiæ præferret, ſcripſit teſte Laërtio I. 101. & Svida τῶν τε πρὸς τοὺς Σκύθας νομίμων καὶ τῶν πρὸς τοὺς Ἕλληνιν εἰς εὐτέλειαν βίου καὶ περὶ τοῦ πολέμου ἔπη ά, ſive Poëma Heroicum verſibus DCCC. De Epiſtolis quæ ſub illius nomine exſtant, dixi ſupra cap. X. §. 22. Dicitur reperiſſe ancoram, rotamque figuli. *** Dicta ejus plura obvia ſunt apud Laërtium notis doctorum virorum illuſtratum, Lucianum, præcipue in Scytha (T. I. p. 591. ſeq.) Plutarchum & alios. Imago Anacharſi-

* Antonius Wood Athen. Oxon. T. I p. 535.

** Illorum puta qui Nomadici appellabantur. Scymnus Chius:

Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
Φασὶ γενέσθαι τῆς σοφοδρ' εὐσεβεσάτων.

De Regia ſtirpe ejus vide Herodotum IV. 76. Nomen ipſum Anacharſidis Regem Scytharum ſonare putat Olaus Rudbeckius T. I. Atlanticæ p. 199.

*** Ita præter Laërtium ac Svidam Euphorus, Poſidonius, Plinius & alii. At enim τροχὸν κεράμεως diſerte memorat Homerus Iliad. Σ. 600. Qvid itaque? Num Homerus junior Anacharſide? Aut num audiendus Poſidonius, qui *malebat verſus* in Homero *falſos eſſe quam fabulam*, ut ait Seneca Epiſt. XC. Neutrum puto veriſimile, ſed potius aſſentior Straboni & Senecæ, qui figlinæ rotæ uſum (quem Scytharum gens Anacharſidi fortaſſe debuit) Græcis pridem ante, illum innotuiſſe exiſtimat. Confer quæ de ejusmodi narrationum fide notavi ſupra cap. VIII. §. 3.

2011 Ministerio de Cultura

charsidis ex veteri gemma exstat etiam in Jac. Gronovii thesauro T. 2. tabula XXXV. Philosophia vero Scytharum fuerit ne indignum ingenio aliquo haud barbaro argumentum, quod paulo diligentius illustraretur post leviorem operam Johannis Lomeieri Viri Cl. in parte 1. genialium dierum & Franciſci Otrococsii in Originibus Hungaricis. Apud Joh. Sarisberiensem VIII. 5. Policratici p. 465. Anacharsidis nomen male irrepsit pro Anaxarcho. *Alexandri pectus laudis insatiabile, qui Anacharsi comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, Heu me, inquit, miserum, quod nec uno quidem adhuc potitus sum.*

VII. ANAXAGORAS Clazomenius Anaximenis auditor quadraginta annis ante Democritum natus, teste ipso Democrito apud Laërtium IX. 41. incertum plane an vixerit usq; ad Olymp. LXXXVIII. Discipuli ejus vulgo celebrantur Archelaus, Democritus, Empedocles, Euripides, Pericles, Socrates & Themistocles. Primus è Physicis Græcorum de causa efficiente rerum sollicitus fuit, & materiæ νοῦν, κάλλως αἰτίαν καὶ κινήσεως adjunxit, licet hoc dogma suum quod ex Chaldæorum Philosophia petiisse putat Eugubinus Lib. I. de perenni Philos. c. 4. & 10. non satis pro dignitate prosecutum queritur Socrates apud Platonem in Phædone. Neque tamen ideo Philosophos qui Anaxagoram ætate præcesserunt pro Atheis omnes merito habueris, ut recte monet Samuel Parkerus disc. de Deo p. 10 & 25. sq. Primus à quibusdam dictus est prosa librum edidisse de argumento Philosophico, ita enim puto accipienda verba Laërtii II. 11. & Clementis I. Strom. p. 308. quod alii Anaximandro (vide locum Themistii allatum à me Lib. I. c. XXXV. § 3.) alii (apud Clementem) Alcmæoni, alii Pherecydi (apud Svidam in ἑκατῆι) tribuerunt. Scripta ejus hæc memorantur:

1) *Φυσικὰ.* Athenæus Lib. II. p. 57. Horum ut puto initium refert Laërtius II. 6. neque opus est cum doctissimo Meursio in Bibl. Græca peculiare hujus Philosophi opus περὶ ὕλης comminisci. Illa Anaxagoræ Physica respiciunt qui passim eum vel laudant vel castigant Socrates apud Platonem & Xenophontem, Aristoteles, Plutarchus, Cicero, Plinius, Galenus, Sextus, Censorinus &c. Putem etiam in his Physicis fuisse σαφέστατον illum καὶ θαρραλεώτατον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιᾶς λόγον, quem ab Anaxagora primum proditum notat Plutarchus in Nicia p. 358. In hoc scripto videtur solem vocasse μύδρον (sive μῦλον, vide notas ad Chronicon marmoreum Arundel. p. 221.) διάπυρον, quare in vincula conjectus & Periclis ope vix est liberatus.

2) Τετραγω-

2011 Ministerio de Cultura

2) Τετραγωνισμὸς Κύκλου quem in carcere scripsisse testatur Plutarchus Lib. de exsilio p. 607. Hoc opus videtur respicere Vitruvius Anaxaroram laudans præfat. Libri VII. & fallitur Laërtius qui Anaxagoram in proœmio §. 16. refert inter eos qui singula tantum scripta composuerunt. Theophrasti Libri περὶ Ἀναξαγόραν & περὶ τ̃ Ἀναξαγόρου Laërtio V. 42. & Svidæ memorati jampridem interciderunt. Ex recentioribus de hujus Philosophi vita & Philosophia præter Laërtii interpretes, & scriptores Historiæ Philosophicæ Gravium, Stanlejum &c. Bæliumque in secunda Lexici editione, consulenda est diatriba Rev. D. Joh. Andreæ Schmidii auspiciis Jenæ edita A. 1688. de Anaxagora ejusque Philosophia à Godofredo Lonero Augustano. Apud Ælianum IV. 14. Var. ubi allegatur Anaxagoras ἐν τῷ περὶ Βασιλείας, suspicor reponendum nomen Anaxarchi, ex cujus Libro περὶ Βασιλείας quædam profert Clemens Alex. 1. Strom. pag. 210. Fuit præterea teste Laërtio Anaxagoras Rhetor Isocrateus, & alius Grammaticus è Zenodoti sectatoribus, is forte qui allegatur in Scholiis ad Apollonium, tum Anaxagoras statuarius quem Æginetam Pausanias appellat: denique, Anaxagoras Rex Argivor. (de quo præter eundem Pausaniam Diodorus Sic. IV. p. 271.) & Anaxagoras Ephesius Tyrannicida.

VIII. ANAXIMANDER Thaletis discipulus, Milesius, Olymp. LVIII. 2. egit annum ætatis LXIV, non diu post defunctus. Scripsit teste Laërtio II. 1. primus γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον. Videtur eo usus Plinius quem Solinus exscripsit. Strabo autem Lib. I. & ex eo Agathemer ait primum ab eo editum πίνακα γεωγραφικόν. Præterea composuit *Compendiariam expositionem placitorum suorum de rebus naturalibus*, Τῶν δ' ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη τὴν ἔκθεσιν. Hæc superfuit adhuc tempore Apollodori Athenienſis. Horoscopia etiam construxisse & forte Horoscopicos scripsisse Libros (vide Fulgentium 1. Mythol. c. 12.) & Sphæram, gnomonem ac sciothera invenisse traditur, de quibus Salmasius ad Solin. & Gassendus T. 5. Opp. p. 376. De altero juniore Anaximandro vide Vossium Histor. Gr. p. 25.

IX. ANAXIMENES Milesius, Anaximandri auditor, præter Physicum opus ex quo sententias ejus referunt veteres (licet nemo quod meminerim scriptum ipsius nominetenus allegat) fertur scripsisse Epistolas binas ad Pythagoram, quas servavit Laërtius II. 4. seq. sed quas suppositicias esse non dubito. De Anaximene juniore Lampsaceno Rhetore atque Historico utroque, illo præsertim Alexandri M. æquali, qui pri-

2011 Ministerio de Cultura

mus Sophiſtarum ex tempore dicere inſtituit teſte Pauſania p.496.Eliac. poſterior. & cui Rhetoricam ad Alexandrum nonnulli tribuunt, diligenter egerunt Meurſius ad Chalcidium p. 37. ſeq. & in Bibl.Gr.p.1218. Voſſius de Hiſt Gr. p.75. ſeq. & ad Laertium Menagius. Apud Fulgentium Lib. I. Mytholog. c. 14. pro Anaximandro Lampſaceno, legendum Anaximenes.

X. ARCHELAUS patria Mileſius, Philoſophus Athenienſis, diſcipulus Anaxagoræ, & Socratis ut volunt, ut alii, etiam Xenophanis præceptor, itidem Phyſicum opus ſcripſiſſe videtur, neque enim à Laertio in proœmio §. 16. accenſetur iis Philoſophis qui nihil ſcripſere, & placita ejus paſſim in libris veterum traduntur. Vide de eo præter Laertii interpretes II. 16. ſeq. Lexicon Clariſſimi Bælii editione ſecunda & Eliam Boherellum in notis ad Origenis libros contra Celſum Gallice à ſe translatos pao. 383. ſeq. qui verba Laertii II. 17. ita legit: Πηγόμενον φησὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ θερμοῦ, καθὸ μὴ εἰς τὸ τυρῶδες συνίσασθαι ποιεῖν γῆν. Ingenioſe profecto. De reliquis junioribus Archelais nihil habeo quod addam induſtriæ Virorum præſtantiſſimorum Voſſii de Hiſt. Gr. Meurſii in Bibl. Græca & Harduini ad Plinium. Niſi quod Archelai Epiſcopi Chriſtiani Acta cum Manichæo longe integriora non ita pridem ex veteri latina verſione edidit & eruditis notis illuſtravit Alexander Zacagnius cuſtos hodie digniſſimus Bibliothecæ Vaticanæ.

XI. BIAS Prienenſis ex Joniæ civitate, æqualis Halyattis ejusque filii Cræſi, unus è VII. ſapientibus, & in cauſis agendis ſingulari juſtitiæ & æquitatis ſtudio inſignis, ita ut etiam proverbio locum dederit & Hipponacti laudatus ſit atque Heraclito qui paucisſimos laudabant. Scripſit de Jonia patriâ ſua, πόσα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονίη, *qua maxime ratione felix eſſe poſſit*, Poema Heroicum verſibus 2000. Laert. I. 85. Alius Bias Amythaonis F. de quo Mythographi, Apollodorus Lib. I. pag. 43. &c.

XII. BION Proconneſius Pherecydis Syrii æqualis libros duos ſcripſit teſte Laertio IV. 58. Cadmi epitomator ut notavi ſupra Lib. I. c. XXIII. §. 2. è Clementis VI. Strom. p. 629. Bionis dictum ad Theognidem refert Plutarchus de audiendis poetis p. 27. edit. Grotii.

XIII. BOTON Athenienſis, præceptor Xenophanis fuit teſte Laertio IX. 18.

XIV. CHILO Lacedæmonius, cujus *Epiſtolium ad Periandrum* producit Laertius Lib. I. ſect. 73. *Elegiaco carmine* ſcripſerat verſus circiter ducentos. id. 68. tria ejus præcepta γνῶθι σεαυτόν, μηδὲν ἄγαν, & ἐγγύα

2011 Ministerio de Cultura

ἐγγύα ϖῆ δὲ ἄτα, aureis literis fuere inſcripta Delphis teſte Plinio VII. 32. Hiſt. Alius Chilo Lacedæmonius junior, prærogativâ generis regnum affectans. Polyb. Lib. IV. pag. 47. Chilo Eleus, de quo Pauſanias in Eleis p. 384. Chilo Grammaticus, cujus meminit Plutarch. Catone Majore, Tzetzes &c. Chilo Athleta Achivus & alter Patarenſis de quo idem Pauſanias: Agrippa Curtius Chilo Coſ. Romanus, cujus Diodorus Sic. XII. 31. & Chilo Athenienſis cujus meminit Æſchines apud Harpocrationem.

XV. CLEOBULUS Lindius, atque ſi Plutarchum audimus Lib. de *a* Delphico, Lindiorum * Tyrannus, à Laertio traditur ſcripſiſſe *ἄσματα* & *griphos* verſibus Hexametris ad ter mille. *Epigramma* ejus in Midam quod ab aliis male refertur ad Homerum, & ænigma ** de anno, *Epiſtoliumque ad Solonem* refert Laërtius I. 89. ſeq. Inter ſcriptores rei Ruſticæ etiam laudantur Cleobulus quidam à Columella libro & capite primo. Cleobulo uſus præterea Plinius Hiſt. Naturalis ſcriptor in opere ut videtur Geographico. Fuit & Cleobulus quidam Sophiſta Manichæi æqualis, cujus mentio in Actis Archelai p. 23. edit. Clariſſ. Zacagnii & apud Epiphanium LXVI. 10. ubi præterea memoratur Μάρϛιων quidam, qui in iisdem Actis eſt Menippus. De Cleobulina Cleobuli Lindii filia Vide Menagium in mulierum Philoſopharum Hiſtoria & quæ à me notata ſunt ſupra cap. XV. §. 28.

XVI. DIAGORAS patria Melius,*** Philoſophus, Democriti ſervus & auditor, Atheiſmi **** ab omnibus fere (non ſine cauſa ut videtur)

* Hoc eſt Æſymneta ſive Prytanis in Civitate δημοκρατουμένη. Vide Perizonii viri Cl. notas ad Æliani III. 17. Var. & quæ ſupra §. 4. obſervavi de vocabulo βασιλεῖς.

** Confer ἄγαλμα Naturæ apud Porphyr. fragmento de Styge.

*** In quibusdam Libris male vocatur Μιλήσιος quod ex compendio ſcriptionis Μλιος factum ſuſpicatur Joh. Clericus vir acutiſſimus parte 2. Artis Criticæ p. 209. Ab hujus Diagoræ patria Μήλιος dicitur Socrates ab Ariſtophane in Nubibus, hoc eſt ἄθεος ut notat Scholiaſtes. Sic Hipponem Melium dici notabo infra §. 29.

**** Vide Mariangelum Bonifacium à Reuten de Atheiſmo Diagoræ & eruditiſſimi Bælii Lexicon in Diagara. Alii, Philoſophi maxime veteres, quibus Atheiſmum jure an injuria impactus fuit, ſunt Archagoras, Anaximander, Apollophanes, Ariſtagoras Melius, Ariſtoteles, Averroës, Bion Boryſthenites, Callimachus, Carneades, Cineſias, Clitomachus, Critias, Daphidas, Democritus, Dicæarchus Meſſenius, Diogenes Phryx, Epicurus, Evemerus Tegeates, Gorgias, Hippias Eleus, Hippon Melius, Leucippus, Nicagoras Cyprius, Plinius Hiſtoriæ Nat. ſcriptor, Prodicus Chius, Protagoras Abderita, Pyrrho & alii Sceptici, præterea Sofias, Stilpo Megarenſis, Strato Lanpſacenus, Theodorus Cyrenæus, Xenophanes. Fuere etiam qui Anaxagoram, Ciceronem, Empedoclem, Euripidem, Heraclitum, Panætium, Pythagorum, Socratem & alios ejusmodi arguerent hoc nomine, ſed minore longe ut videtur ſpecie veriſimilitudinis. *Lyſippi* Epirotæ Catalogus ἀσεβῶν memoratur in Scholiis ad Apollon. p. 288.

2011 Ministerio de Cultura

tur) accusatus, licet Christiani quidam veteres excusandum illum esse existiment, & è recentioribus Theoph. Raynaudus T. 12. Opp. p. 411. ac Godofredus Arnoldus parte II. Apologiæ Hæresium p. 598. Discessit Athenis quo supplicum effugeret Olympiade XCI. Ejus scripta pridem deperdita hæc memorantur:

Ἄσματα Lyrica. Hésych. Illustris & Svid.

Φρύγιοι λόγοι. Tatian. qui Hesychio Illustri & Svidæ sunt λόγοι ἀποπυ-

γίζοντες. Vide quæ supra cap. IX. §. 6.

Diagoræ beneficio ἐυνομωτάτους fuisse Mantinenses & optimas leges à Nicodoro accepisse docet Ælianus II. 22. & 23. Var. Lyncei Samii Epistola ad Diagoram laudatur ab Athenæo. Fuit & alius Diagoras Cyprius Medicus, qui de rebus hortensibus scripsit laudatus Plinio, Dioscoridi Lib. IV. & Erotiano in περόνας. Omitto Diagoram cui Eretrienses statuam posuere, de quo Aristoteles V. 6. de Rep. & Heraclides de Eretriensium politia. Diagoram item Rhodium victorem Olympicum, de quo præter Ciceronem, Plutarchum, Pausaniam, Gelliumque videnda Scholia ad Pindari Olymp. p. 33. Diagoræ Melii sectatores memorat Hieronymus in Chronico Eusebiano, male, cum in Græco Eusebii esset οἱ περὶ Διαγόραν quod ex notissimo Græcismo reddendum erat Diagoras. Vide Scaligeri notas p. 101.

XVII. DIOGENES Apolloniates Physicus, Anaximenis auditor fuit, teste Laërtio, qui initium operis ejus adducit VI. 81. & IX. 57. Scripserat autem libros plures περὶ Φύσεως quorum secundum allegat Rufus Ephesius apud Galenum 2. in VI. Epidem T. 5. p. 473. quod eruditis ad Laërtium & Hesychium illustrem interpretibus haud observatum. Hic Diogenes Sidonio carm. XV. v. 91. audit *junior Collega Anaxagoræ* ut docet Lipsius Lib. I. manuduct. Stoic. c. 8. Sed idem sine necessitate sollicitat verba Laërtii quæ bene se habent IX. 59. aërem ex Diogenis sententia esse γεννητικὸν τῶν κόσμων. Infinitos enim mundos statuebat hic Diogenes, & aërem compotem rationis divinæ. Augustin. VIII. 2. de C. D.

XVIII. DIOGENES (ut Eusebii in Chron. & Epiphanii T. 1. p. 1088. atque Clementis Codices I. Strom. p. 301.) sive (ut Laërtii IX. 58.) DIOMENES Smyrnæus, Nessæ sive Nessi Chii discipulus fuit, illius qui audivit Democritum. Cyrenæum quoque habitum à nonnullis, & eadem sensisse cum Protagora, Epiphanius dicto loco tradidit, neque causam video quare pro eodem sit habendus cum Diogene de quo jam dixi Apolloniate, licet ita sentire video viros eruditos, Meursium ad He-

2011 Ministerio de Cultura

ad Hesych. p. 146. & Menagium ad Laërt. p. 423. Certe Laërtius utrumque distinguit & patriâ & præceptore, ne de nominis diversitate jam dicam. Distinguit etiam Clemens Alexandrinus.

XIX. HIPPIAS Eleus Protagoræ tempore qui Democritum audiverat clarus, sed annis junior fuit, ut referens ipse inducitur apud Platonem. Discipulus *Hegesidemi* * non Philosophiæ modo & liberalium artium sed popularium quoque & sellulariarum ** ita peritus, ut nec annulo nec veste nec ulla re uteretur quam non manu sua, confeciisset ipse vel apparasset: quemadmodum post Platonem in Hippia minore & Ciceronem 3. de Oratore tradit Lucianus in descriptione balnei Hippiæ T. 2. pag. 356. Quintilianus XII. ult. Apulejus 2. Florid. & Dio Chrysost. diss. LXXI. περὶ Φιλοσόφου. Hippiæ λόγοι ac Ποιήματα ab eodem Dione memorantur; Poëmata Heroica, Tragœdiæ & Dithyrambi, à Platone: Ὀλυμπιονικῶν ἔλεγχος à Plutarcho in Numa sub init. & à Scholiaste Theocriti IV. Idyll. Λόγος εἰς Λυκοῦργον, à Plutarch. in Lycurgo. Τρωϊκὸς Διάλογος à Philostrato Lib. I. de Sophistis p. 503. ubi memoriam Hippiæ stupendam celebrat, quam tangit etiam Ælianus VI. 10. de animal. Proclum Naucratitam in dictione suâ Ἱππιάζουσα notavit idem Philostratus p. 600. Fuit & Hippias tyrannus Atheniensis Pisistrati F. Atheis à quibusdam accensitus, cujus nomen vel Gorgiæ apud Ælianum II. 31. Var. reponendum pro Sosia (sed ita etiam Eustathius ad Odyss. γ. p. 135.) Casaubonus suspicatur, denique Hippias Erythræus, cujus δευτέραν τῆς πατρίδος ἱστορίαν laudat Athenæus Lib. VI. p 258.

XX. HIPPON Rheginus, cujus Physica dogmata* perstringit liber Philosophumenon qui exstat sub nomine Origenis p. 279. non diversus forte est ab Hippone Pythagoreo quem frequenter laudat Censorinus, & ab aliis Metapontinum, ab Aristoxeno (quem secutus est Jamblichus) Samium habitum testatur cap. 5. Præter opus *Physicum* quod respiciunt Aristoteles, Hermias, Nemesius, Sextus, Origenes, Censorinus, Plutarchus & alii Hipponis dogmata referentes: scripserit etiam librum περὶ τῶν λεγομένων τόπων Φθείρειν τὸ ἐμπίπλουσα *de locis quæ*

* Svidas: Ἱππίας, Διοπείθης, Ἠλεῖος, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος, μαθητὴς Ἡγησιδάμου, non illius ut puto Hegesidemi Cythnii qui allegatur à Plinio & Solino cap. 12.

** Confer quæ de *Julio Cæsare Bottifanga* Janus Nicius Erythræus II. 7. Pinacothec. De *Anna Schurmannia* Salmasius in Schurmanniæ opusculis p. 323.

*** Aquam & ignem putavit esse rerum principia, ut testantur Origenes, Sextus &c. sive ὕδωρ γονοποιόν ut est apud Hermiam, non terram, quod ei tribuitur in Observatt. Hallens. T. 2. p. 433. seq. è Gassendi T. 1. Opp. p. 236.

2011 Ministerio de Cultura

dicuntur perdere quicquid in illa inciderit, nisi apud Antigonum Caryſtium c. 131. mirabil. pro Hippone legendum Hippys Rheginus, quæ Voſſii conjectura eſt p. 378. & 442. de Hiſt. Gr. Atheis accenſitum Hipponem conſtat ex Simplicio & Alexandro Aphrodiſ. ad 1. Metaphyſ. 3. Ariſtot. tum ex Clementis Alex. protreptico p. 15. & 36. Ælíano II. 31. Var. Arnobio Lib. IV. p. 147. & Euſtathio ad Odyſſ. γ'. p. 135. &c. Hinc eidem Clementi & Arnobio Melius dicitur, non à patria ſed quod idem cum Diagora Melio Atheo ſentiret. Alius fuit Hippo Cratiſtotelis F. cujus ψήφισμα pro Zenone Citieo affert Laërtius VII. 10.

XXI. LEUCIPPUS incerta patria, Zenonis Eleatæ atque ut Tzetzes II. Chil. v. 980. teſtatur Meliſſi diſcipulus, & præceptor Democriti, ſcripſit Opus *Phyſicum*, ex quo dogmata ejus repetunt Laërtius IX. 30. ſeq. Ariſtoteles, Cicero, Plutarchus &c. Librum περὶ νοῦ ex quo nonnulla profert Stobæus Eclog. Phyſ. c. VIII. p. 10. Theophraſtus huic Leucippo etiam tribuit Democriti μέγαν διάκοσμον ut notavi ſupra è Laërtii IX. 46. Quod vero apud Laërtium X. 13. legas: ἀλλ' οὐδὲ Λεύκιππόν τινα γεγενῆσθαι φησὶ φιλόσοφον ὅτ' αὐτὸς (ὁ Ἐπίκουρος) οὐθ' Ἕρμαχος, non ita accipiendum eſt, quaſi Epicurus & Hermachus negaſſent ullam unquam in rerum natura Leucippum exſtitiſſe, ſed ne verbulo quidem ejus meminiſſe in ſuis ſcriptis, quaſi nunquam ille exſtitiſſet, ita ſibi omnia adſcribebat Epicurus, cum certum ſit ipſum plurima Philoſophiæ ſuæ capita Democrito, ut Democritum Leucippo debuiſſe. Impugnat Leucippum Lactantius Lib. de ira Dei c. 10.

XXII. MELISSUS Samius Parmenidis auditor & æqualis Heracliti impugnatur à Platone in Theæteto, Ariſtotele in Sophiſticis Elenchis & alibi. Scripſerat *de Ente & Natura* librum, ut ex Alexandro Aphrodiſeo notat Beſſarion, qui præter Laertium IX. 24. de Meliſſi dogmatibus videndus eſt Lib. II. contra calumniatorem Platonis c. 11. Ariſtotelis librum περὶ τοῦ Μελίσσου memorat Laërtius V. 25. Idem ni fallor eſt Meliſſus quem laudat Palæphatus proœmio περὶ ἀπίστων & Svidas in γενητική, non aliena enim ab antiquo illo Phyſico ſcriptore ſententia utroque loco legitur, licet Meliſſum neſcio quem Euboicum notari putet præſtantiſſimus Voſſius & ad Palæphatum Cornelius Tollius. Equidem Fulgentius parum accuratus ſcriptor II. 16. Mytholog. Euboicum vocat Meliſſum Phyſiologum *qui omnium Phyſiologorum ſententias* (de animalibus puta non de Poetarum fabulis) *disputavit*. Quæ vero de cygno ibi profert petita ſunt è Meliſſi *libro de animalibus* quem laudat Albertus Magnus, & à Plinio in Hiſtoria Nat. reſpici putat Joh. Harduinus. Fuit & Meliſſus Grammaticus Mæcenatis libertus, de quo Viri docti ad Sveton.

2011 Ministerio de Cultura

ton. c. 21. de Grammaticis, Harduinus ad Plinii XXVIII. sect. 17. & Nic. Heinsius ad Ovidii IV. 16. ex Ponto.

XXIII. MYSON Cheneus Lacedæmonius laudatus Anacharsidi & Hipponacti: ac septem sapientibus à Platone in Protagora & dehinc ab aliis annumeratus, de quo Laërtius ejusque interpretes Lib. I. sect. 106. Valesius ad excerpta Peiresc. p. 41. & Holstenius ad Stephanum Byz. in Χήν.

XXIV. NESSAS sive NESSUS Chius Democriti discipulus, cujus meminit Eusebius in Chron. & Laërtius IX. 58.

XXV. PERIANDER *Corinthius*, cum per quadraginta annos tyrannidem tenuisset, obiit quadragesimo anno ante victum à Cyro Crœsum, hoc est Olymp. XLVIII. 4. Hujus an alterius *Ambraciotæ* Periandri (sunt enim qui hunc, non Corinthium tyrannnm ajunt septem accensendum sapientibus) fuerunt ὑποθῆκαι εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον versus Heroicis circiter bis mille, quarum meminit Laërtius I. 79. & Svidas. Bina sub Periandri nomine *Epistolia* idem Laërtius servavit, unum *ad Sapientes* Delphis congregatos, & alteram *ad Procleum* Epidauriorum Tyrannum, cujus filiam Melissam in matrimonio Periander habuit. Itemque Epistolam *Thrasybuli ad Periandrum* de consilio quod Periandro dedidisse tradit Herodotus V. 92. Periandro quodam usum se testatur Plinius Libro V.

XXVI. PHERECYDES Syrii ex Syro Insula duo quibusdam fuisse videntur, unus Astrologus, cujus fuerit Heliotropium, de quo supra c. VIII. num. 3. præceptor Thaletis à Tzetza dictus: & alter Theologus, Præceptor Pythagoræ. Ita è veteribus diserte Andron Ephesius apud Laërtium Lib. I. sect. 119. in quam sententiam multa & inter se pugnantia disputantur à Salmasio ad Solin. p. 841. seq. edit. Paris. De Pherecyde Pythagoræ Magistro (qui ab altero forte haud diversus fuit, licet ante Thaletem atque adeo ante Olymp. LVIII. defunctus) consulere juvat spicilegium Antiquitatis Laur. Begeri viri præstantissimi nec sine insigni elegantiorum literarum jactura hoc ipso anno 1705. extincti, p. 136. seq. & qui imaginem Pherecydis itidem conspiciendam offert Jac. Gronovium V. Cl. Thesauro Antiqv. Gr. Tomo 2. tab. XXXVII. Scriptum hujus Pherecydis, quem nullo præceptore usum sed Phœnicum arcana scripta evolvisse Svidas refert, fuit

Περὶ Φύσεως καὶ Θεῶν, quo de argumento primus Græcis eum scripsisse ait Theopompus apud Laertium Lib. I. sect. 127. Initium ejusdem Libri (non Genealogici operis à Pherecyde Athenienſi scripti, ut

2011 Ministerio de Cultura

Salmaſius ſuspicabatur) affert idem ſect. 119. unde proſa eum ſcripſiſſe conſtat, quod etiam diſerte teſtantur Apulejus & alii, licet ποίησιν vocat Maximus Tyrius diſ. 29. qua de re dixi Lib. I. c. 1.

Epiſtola ſub Pherecydis nomine ad Thaletem legitur apud Laertium Lib. I. ſect. 122. qua morti vicinus ſcripta ſua de Theologia ipſi committit, ſi videatur, evulganda.

Fuit & Pherecydes alter non multo junior Athenienſis, auctor * Theogoniæ in decem libros tributæ, qui Hiſtoricus & γενεαλόγος dicitur veteribus. Collegiſſe etiam Orphei ſcripta, & ſcripſiſſe αὐτόχθονας ſive περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας libros decem & Παραινέσεις carmine Heroico. Ab hoc Pherecyde Athenienſi diverſum tertium Pherecydem Lerium agnoſcit Svidas, qui ſcripſerit tum alia tum περὶ Λέρυ, περὶ Ἰφιγενείας & περὶ τῶν Διονύσυ ἑορτῶν. Sed eundem eſſe cum Athenienſi disputat Voſſius, quem vide Lib. IV. de hiſt. Gr. cap. 4. vide etiam Salmaſium loco laudato commentarii ad Solin. & Meurſium ad Helladii Chreſtomath. p. 58.

XXVII. PITTACUS Mytilenæus qui Olymp. LII. 3. obiit & Pherecydis præceptor fuit, ſcripſerat teſte Laërtio Lib. I. ſect. 79. & Svidâ, ἐλεγεῖα ἔπη DC. & *De legibus*, *ad cives* librum, ſoluta oratione. Ab Alcæo Poeta verſibus quamlibet proſciſſus, communi tamen voce ſeptem ſapientibus accenſeri meruit, & ſingularem modeſtiæ atque abſtinentiæ tulit laudem, quod non modo modicas facultates immenſis opibus, ſed & vitam privatam prætulerit tyrannidi. Vide Iſidorum Peluſ. Lib. V. Epiſt. 6. *Epiſtolium* quod ſub Pittaci nomine ad Crœſum legitur in Laertii Lib. I. ſect. 81. vel temporum ratio ſvadet ſuppoſitum eſſe, cum Crœſus regnare cœperit Olymp. LV. 3. duodecim poſt Pittaci mortem annis. At reſponderi poteſt binos fuiſſe Pittacos, & Mytilenæum legislatorem à priore diſtinguendum, & ætate juniorem. Laertius è Favorino & Demetrii Magneſiii Homonymis: γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιτθακὸς νομοθέτης ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη. Pittaci imaginem videbis ubi ludebit apud Fulvium Urſinum & in Laertio Wetſteniano, tum in Jac. Gronovii theſauro Antiqv. Gr. Tomo 2. tab. XXXII.

XXVII. PROTAGORAS Abderites è bajulo ** Democriti auditor, σοφία dictus & λόγος, *** cum & Philoſophiæ & eloquentiæ dediſ-

* Svidas hoc opus parum veriſimiliter tribuit Pherecydi Syrio. ἔστι δὲ ἅπαντα ἃ συνέγραψε ταῦτα· ἑπτάμυχος ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεογονία, ἔστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα, ἔχουσα γένεσιν καὶ διάδοχας. At eum Pherecyden γενεαλόγον à Syrio diſtinguit Eratoſthenes apud Laërt.

** Hinc Epicuri ſcomma Laërt. X. 8.

*** Vide ad Ælian. IV. 20. Var.

2011 Ministerio de Cultura

dediſſet operam, claruit circa Olymp. LXXIV. *Leges* ſcripſit Thuriis teſte Heraclide apud Laertium IX. 50. Præterea compoſuit *librum de Diis*, cujus initio (ex Magorum Perſarum diſciplina ſi credimus Philoſtrato 1. de Sophiſt. pag. 498.) profeſſus eſt ſe neſcire ἔιθ' ὡς εἰσὶν, ἔιθ' ὡς οὐκ εἰσιν, ἔιθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν. Confer Leopardum XI. 11. emendat. Woveranum ad Minucii Felicis Octavium pag. 8. & Menagium ad Laërt. pag. 420. Apud Valerium Max. Lib. I. cap. 1. extern. pro *Diagoræ* nomine recte *Protagoræ* agnoſcit MS. codex Petavianus quem penes Iſ. Voſſium inſpexit Marqu. Gudius ὁ μαναρίτης. Sed & apud Sarisberienſem V. 4. Policratici p. 222. pro *Pythagoræ* nomine legendum *Protagoræ*. Verba hæc ſunt: *Sed forte quid de natura Deorum ſentiret, in auribus corrupti populi proloqui non audebat,* (Plutarchus) *qui legeret combuſtos eſſe libros Philoſophi Protagoræ, & ipſum actum eſſe in exilium ab Athenienſibus, eo quod dubitaverat an de Diis vera eſſent quæ vulgo dicebantur.* Plures libros de Diis ſcripſiſſe colligas è latina verſione Laërtii IX. 54. ſed colligas male, quia nihil aliud in græco legitur, quam primum omnium ſcriptorum ſuorum recitatum à Protagora librum de Diis. Alia ipſius ſcripta fuere: περὶ τοῦ ὄντος ἢ περὶ φύσεως, Porphyr. apud Euſeb. X. 3. præparat. & Sextus VII. contra Matth. p. 149. ubi male περὶ τοῦ μὴ ὄντος legitur. Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ * καταστάσεως Laërt. IX. 55. Ἀνηλογιῶν duo. ibid. & III. 37. & 57. ubi Platonem in libris de Rep. ex hoc opere profeciſſe notat. Περὶ πολιτείας id. IX. 55. Περὶ φιλοτιμίας. Περὶ ἀρετῶν. Περὶ τῶν ἐν ᾅδου. Περὶ τῶν οὐκ ὀρθῶς ἀνθρώπις πραττομένων. Προτρεπτικός. Τέχνη ἐριστικῶν. Περὶ πάλης. Δίκη ὑπὲρ μισθοῦ. Περὶ τῶν μαθημάτων. ibid. Protagoræ μῦθον de natura benigniſſima animantibus matre, & mente inſtar omnium à Jove data hominibus, memorat Julianus Imp. Orat. VI. p. 194. Locum ejus de Pericle obitum filiorum fortiter ferente refert Plutarchus conſolat. ad Apollonium. p. 118. Videndus & Cicero, cumprimis Plato in Protagora. Alius Protagoras aſtrologus, in quem Epicedium ſcriptum ab Euphorione teſtatur Laërtius IX. 56. neſcio an diverſus a Protagora ** Cyziceno cui Alexipharmaca ſua inſcripſit Nicander Colophonius. Protagoram etiam quendam Stoicum Laërtius memorat, cujus forte libros Geographiæ laudat Marcianus Heracleota, & Tzetza Chil. VII. v. 648. videtur

* Varie hic titulus redditur. Aldobrandinus: *de prima commendatione* quaſi συσάσεως legiſſet. Alius interpres: *de ſtatu rerum in principio.* Sed Stanleius pag. 769. Hiſt. Philoſ. *De conſtitutione Principatus*, qnæ non abſurda eſt interpretatio.

** Etiam Protagoridam quendam Cyzicenum laudat Athenæus, ejusque libros περὶ τῶν ἐν Δάφνῃ ἀγώνων ἢ πανηγύρεων itemque alios περὶ τῶν Κωμικῶν ἱστοριῶν.

2011 Ministerio de Cultura

memorare inter ſcriptores mirabilium Hiſtoriarum. Fuit & Protagoras Cyprius Evagoræ F. frater Pythagoræ ac Nicoclis, cujus meminere Xenophon ac Pauſan. Critonis Protagoras dialogus intercidit.

XXIX. ZENO Eleates, Parmenidis auditor, præceptor Leucippi clarus circa Olymp. LXXIX. De hujus vita & placitis non repetam quæ viri docti ad Laërtium IX. 25. ſeq. & acutiſſimus Baylius in Lexico. Exſtat & Ariſtotelis liber de dogmatibus Zenonis, Xenophanis & Gorgiæ. Scripta illius plura olim ferebantur. Laertius.: Γέγονε δὲ ἀνὴρ γενναιότατος καὶ ἐν Φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν πολιτείᾳ. Φέρεται γοῦν αὐτοῦ βιβλία πολλῆς συνέσεως γέμοντα. Idem III. 48. Διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην. Et dialecticæ inventorem laudat in proœmio ſect. 18. & lib. IX. 25. Svidas ait eum ſcripſiſſe Ἔριδας, & πρὸς τοὺς φιλοσόφους & περὶ Φύσεως. Addit etiam compoſuiſſe ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους, quod temporum ratio vix patitur, neque enim Empedocles Zenone hoc Eleate antiquior ſed junior fuit, natus demum Olymp. LXXVI. 4. Fuere & Zenones alii, * ut *Zeno Citieus* Stoicæ ſectæ conditor Olymp. CXXX. adhuc ſuperſtes, quem cum Eleate confundunt Epiphanius hæreſi V. 1. & Ammianus Marcellinus XIV. 9. atque è recentioribus Jacobus Gronovius T. 2. Antiquitatt. Græcar. tabula LXIV. *Zeno Sidonius* Philoſophus Megaricus, quem hic de quo jam dixi Citieus audivit. Vide Menagium pag. 279. ad Laert. *Zeno* alter *Sidonius* junior, Philoſophus Epicureus à Cicerone & Pomponio Attico frequentatus, de quo vide ſi placet Petrum Baylium in Lexico edit. ſecundæ, *Zeno Tarſenſis* Chryſippi Stoici diſcipulus, de quo Lipſius Lib. I. Manuduct. c. 11. *Zeno Medicus* Herophileus, de quo Harduinus ad Plinium. Itemque alii Meurſio ad Chalcidium p. 30. Jonſio p. 116. ſeq. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. & viris doctis ad Svidam, ac Laertium VII. 35. dicti. De *Zenone Cyprio* Juliani Imp. temporibus archiatro dixi ad Eunapium. Zenonis cujusdam ſomnium refert Artemidorus IV. 33. Mitto Zenonem Tyri Epiſcopum, Zenonem Veronenſem & alios hujus nominis, in Hiſtoria Eccleſiaſtico obvios.

XXX. SOCRATES Sophroniſci F. Philoſophus egregius Athenienſis, cicutam juſſus bibere Archonte Lachete Olymp. XCV. 1. ætatis 70. teſte Euſebio Chron. Ariſtide Orat. 2 Platonica, & Laërtio II. 44. Audivit Anaxagoram & Archelaum, atque ut nonnulli apud Laërtium II. 19. Damonem. Nihil ſcripſiſſe Socratem affirmant Cicero 3. de

* Apud Valerium Max. III. 3. extern. 3. *ejusdem nominis Philoſophus* non eſt alius Zeno, ſed idem de quo ante dixerat Zeno Eleates.

2011 Ministerio de Cultura

3. de Oratore, Plutarchus, * Aristides, quibus adde Dionem Chrysost. diss. LIV. Origenem Philosophumenis p. 279. Laërtium proœm. Sect. 16. & Augustinum lib. I. c. 7. de consensu Evangelistar. Alii scripta ei tribuunt non unius generis.

De *Fabulis Æsopiis* à Socrate in versus translatis dixi supra c IX. num. 5. & 6.

De *Epistolis* tributis Socrati, c. X. num. 35.

Pœanis in Apollinem, meminit Plato Phædone & Themistius Orat. 14. qui προοίμιον vocant, ut Suidas ὕμνον. Laërtius II. 42. à Dionysodoro abjudicatum Socrati παιᾶνα testatus, hoc affert initium:

Δήλὶ Ἄπολλον χαῖρε καὶ Ἄρτεμι παῖδε κλεεινώ

Unde de uno eodemque accipiendum quod Dio Chrysost. diss. XLI. p. 507. ait Socratem fecisse παιᾶνα εἰς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν.

Ἐγκώμιον Γρύλλε. Hermippus apud Laërt. II. 55. sed pro Socrate eo loco legendum Naucrates ex Dionysii Halic. τέχνῃ c. 6. uti recte observavit Clariss. Gotfridus Olearius.

Ἐπιάφιος. Aristoteles III. 14. Rhet. at ibi Isocratis nomen pro Socrate reponendum, uti apud Dionysium loco laudato male legebatur ὁ δὲ Σωκράτης ἑταῖρος Ναυκράτης pro ὁ δὲ Ἰσοκράτης. Vide Meursium V. 14. & IV. 4. Attic. Lect.

Euripidem in scribendis Tragœdiis à Socrate adjutum jactabant Comici Mnesilochus, Callias & Aristophanes apud Laërtium II. 18.

Æschines Socraticus quoq; arguebatur dialogos, qui revera Socratis essent, à Xanthippe accepisse & pro suis edidisse. Vide quæ viri docti ad Laert. II. 60. & Hesychium Illustrem. Allatii dialogum de scriptis Socratis. 103. 108.

Plato denique scripta sua pro Σωκρατείοις λόγοις venditare ipse voluit ut ex Epistolis ejus constat. Confer Allatium p. 91. seq. Sed & alii passim ad scripta Platonis respicientes, Socratem laudant auctorem. Ita locus Salviani lib. VIII. de provident. ex quo Meursius in Bibl. Græca p. 1606. colligit Socratem scripsisse de Legibus & de Rep. manifeste respicit Platonis Politiam & libros de legibus. Sic Platonis Ionem in animo habuit Suidas Socratem laudens in Διθυραμβοδιδάσκαλοι. Meletius Lib. de hominis structura videtur respicere Platonis Timæum, cum ait: Σωκράτης ἢ Ἐτυμολογίας μᾶλλον μορίων καὶ ὀνομάτων ἐν τῷ περὶ Φύ-

* Plutarchi & Aristidis loca attuli supra c. 12. num. 4. Vide & Allatium de scriptis Socratis p. 80. seq. & eruditam diatribam Godfridi Olearii, quâ Allatium plura Scripta Socrati levibus argumentis vindicantem impugnat, Lips. 1696. 4.

2011 Ministerio de Cultura

τῶν Φύσεως ἀνθρώπῳ συντάγματι αὐξῆ ὡς γραμματικὸς ἢ Φιλόσοφος συνεπέξατο. Arrianus quoque Lib. II. c. 1. Epictetearum disſ. ita intelligendus, τί οὖν; Σωκράτης ὧδε ἔγραφε; ἢ τίς τοσαῦτα; *Quid itaque? nihil ne ſcripſit Socrates? imo quis tot ac tanta?* ſi nimirum diſſertationes ejus à Platone, Xenophonte & aliis diſcipulis in literas miſſæ computentur.

Apud ſcriptorem Altercationis Synagogæ & Eccleſiæ Socrates traditur XXIV. libros Ethicos compoſuiſſe, ſed Meurſius in libro de ſcriptis Theophraſti notavit excidiſſe nomen hujus Philoſophi, ut totus locus legendus ſit in hinc modum: *Ethicæ inventor Socrates fuit, de qua* (Theophraſtus) *XXIV. libros ſecundum poſitivam juſtitiam ſcripſit.* Confer Menagium ad Laert. V. 44.

Dolendum eſt fatis præmaturis Joh. Jonſii interceptam Hiſtoriam ejus Socraticam, quam vir doctiſſimus pollicetur p. 37. libri de Scriptoribus Hiſt. Philoſoph. Idem p. 12. teſtatur viginti fere Socrates ſe in veterum ſcriptis obſervaſſe, in quibus fuerunt haud dubie 2) Socrates hiſtoricus Argivus à Scholiaſte Pindari & aliis laudatus. 3) Socrates Ariſtotelis Magiſter, 4) Socrates Bithynus, Peripateticus. 5) Socrates Cous, 6) Socrates Epigrammatum Poeta, 7) Socrates Rhodius. 8) Socrates ſocer Piſiſtrati, 9) Socrates Achæus Cyri hoſpes, 10) Socrates Thebanus ſtatuarius, 11) Socrates hiſtrio, 12) Socrates Thracicarum rerum ſcriptor: de quibus ſingulis Menagius ad Laertii II. 47. Præterea 13) Socrates pictor Plinio memoratus, 14) Socrates Grammaticus, Etymol. M. in εὐβοΐς 15) Socrates CPolitanus, cujus Hiſtoria Eccleſiaſtica ad Theodorum ſcripta exſtat. 16) Socrates Chirurgus. Cœl. Aurelian. V. 1. Chron. paſſionum. 17) Alius ut videtur Socrates Medicus, cujus ecligma pro tabidis refert Nicolaus Myrepſus de antidotis ſect. 1. c. 174. Neſcio quem Socratem reſpicit Schol. Apollonii ad Lib. I. ubi laudat Σωκράτην ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεον. Sed quando apud eundem Scholiaſtem laudatur Socrates in libris Κρητικῶν, legendum Soſicrates, quemadmodum etiam in Laertii codicibus Socratis nomen pro eodem Soſicrate male irrepſit, ubi laudatur ἐν πρώτῳ Διαδοχῆς, etſi uterque locus impoſuit Voſſio p. 414. de Hiſt. Græcis. Fuit & Socratides quidam Pamphilæ Epidauriæ maritus. Svid. Παμφ. tum Socration laudatus Galeno.

Forma Socratis Philoſophi licet paſſim ut tetrica deſcribitur, nec admodum amœna occurrit apud Chiffletium libello de gemmis Socratem referentibus, Gronovium T. 2. theſauri tab. LXVI. aliosque, tamen ſi Epictetum audimus ſive Arrianum IV. 11. diſſ. illi fuit τὸ σῶμα ἀπίκαες καὶ ἠδὺ ὡς ἥρων αὐξῆ οἱ ὡραιότατοι καὶ εὐγενέστατοι καὶ ἐπεθύμευν ἐκείνῳ

2011 Ministerio de Cultura

ἐκείνῳ ϖ̃ξ ἀκαταπλίνϑαν μᾶλλον ἢ τοῖς ἐνμορφοτάτοις. Et quicquid criminetur Ariſtophanes, nihilominus ut ait idem Epictetus, πάντες οἱ γεγραφότες ϖ̃ξὶ Σωκράτους πάνϑ' ὑναντία αὐτῷ ϖ̃ξοσμαρτυρῶσιν, ὅτι ἡδὺς ἦ μόνον ἀκοῦσαι ἀλλὰ καὶ ἰδεῖν ἦν.

De Socrate olim ſcripſerat Tiberianus, quem laudat Fulgentius de continentia Virgiliana: Ariſtoxenum enim, Porphyrium alios que Jonſio notatos, & qui de Socraticis egerunt Idomeneum ac Phaniam libenter prætereo. Apologiam Socratis compoſuerunt Plato, Xenophon, itemque alii, ut infra Lib. III. dixi in Platone.

XXXI. ÆSCHINES Lyſaniæ F. Athenienſis, ab Oratore * Atrometi F. (de quo infra c. XXVI.) diſtingendus, Socratis auditor & cultor aſſiduus. Dialogi ejus μακροὶ καὶ ἀσεῖοι (ut ait Lucianus in Paraſito) & Socraticum ſervantes Characterem, fuere hi ſeptem teſte Laërtio II. 61. & Svida in Αἰσχίνης:

Ἀλκιβιάδης. Ariſtides Orat. 1. Platon. p. 35. Athen. Lib. XIV. p. 656.

Ἀξίοχος, in quo Alcibiadem acerbe perſtrinxit tanquam vinoſum & mulierum corruptorem teſte Athenæo V. p. 220. quod in Axiocho qui inter Platonis ſcripta occurrit, non legitur. Meminere Axiochi Æſchinis Harpocratio, Pollux, Svid.

Ἀσπασία. ** Harpocrat. in Ἄσπασ. Athen. Lib. V. p. 220.

Καλλίας. Athen. Lib. V. p. 220.

Μιλτιάδης primus ordine dialogus, ideoque reliquis etiam judice Laërtio imbecillior, ſed quo tamen gratiam Dionyſii Siciliæ Tyranni ſibi Æſchinem conciliaſſe teſtatur Lucianus T. 2. p. 254.

Ῥίνων. Pollux. Lib. VII.

Τηλαυγής. Athenæus, ac Demetrius ϖ̃ξὶ ἑρμην. §. 310. reſpicit & §. 172. & M. Antoninus VII. 66. ex Menagii emendatione.

Præterea ſub Æſchinis nomine ferebantur dialogi alii dicti ἀκέφαλοι

* Confunditur in editione Laërtii Amſtelodamenſi p. 115. ubi Æſchinis Oratoris imago exhibetur pro Æſchine Socratico, ut notatum Jacobo Gronovio T. 2. theſauri in addendis ad tabulam 94. ſed notatum nimis acerbe ab eo qui ſimilem ἀβλεψίαν in Zenone commiſerat, ut monebam §. XXIX.

** De Aſpaſia Mileſia quæ Socratem docuit & Periclem, hujusque linguam ad Gorgiæ imitationem exacuit ut, ait Philoſtratus Epiſt. p. 817. vide Platonem Menexemo, Ariſtoph. Acharnenſes, Plutarchum Pericle, Athenæum XIII. p. 569. ſeq. Lucianum, Harpocrationem, Svidam &c. Effigies ejus, (ſi tamen ejus effigies, de quo dubitat Menagius in Hiſtoria mulierum Philoſophar. p. 10.) galeata apud Jac. Gronov. T. 2. Antiqv. Gr. tabula LXXXV. Antiſthenes quoque librum Aſpaſiæ nomine ſcripſerat. Laërt. VI. 16. Fuit & alia Aſpaſia Cyro & poſtea Artaxerxi dilecta, de qua Ælianus XII. 1. Var. Itemque alia meretrix, de qua Svidas.

2011 Ministerio de Cultura

Φαλοι, sed minus elaborati atque ingenioſi, ſive ut ait Laërtius II. 60. σφόδρ' ἐκλελυμένοι, καὶ ἐκ ὑπαφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν. Hi à Svida referuntur itidem ſeptem: Περὶ ἀρετῆς, Δρακόντων, Ἐρασίστρατος, Ἐρυξίας, Πολύξενος, Σκυθικοὶ, Φαίνων.

Arguebatur Æſchines ut qui Antiſthenis ſcripta expilaſſet, vel qui Socratis ipſius à Xanthippe acceptos dialogos pro ſuis publicaſſet. Alii à Paſiphonte Eretrico ſua Æſchinis nomini ſuppoſita eſſe notarunt. Λόγον περὶ Θαργηλίας in quo Gorgiam fuerit imitatus, laudat Philoſtratus Epiſt. ad Juliam Auguſtam p. 887. ſeq. Ἀπολογίαν ἔ πατρὸς Φαίδωνος ἔ στρατηγοῦ, Laërt. II. 63. *Epiſtolam ad Dionyſium* id. Aliia ſub ejus nomine Epiſtola inter editas ab Allatio exſtat, numero XXIII.

XXXII. ANTISTHENES Athenienſis, Gorgiæ primùm deinde Socratis auditor & auctor ſectæ Cynicæ, varia ſcripſit diſtributa in tomos decem, quæ vide ſi placet apud Laërtium VI. 16. ſeq. & quæ ad illum locum Menagius ac Caſaubonus. Inter alia ibi memorantur Antiſthenis Ἄιας & Ὀδυσσεὺς quæ hodieque exſtant, & ſunt breves μελέται ſive declamationes ſub Ajacis & Ulyſſis nomine compoſitæ. *Græce* eas edidit *Aldus* cum Æſchinis, Lyſiæ & aliorum Orationibus. Venet. 1513. fol. Inde *H. Stephanus* inter Oratores veteres A. 1575. fol. *Latine* vertit *Guil. Canterus*, ad calcem Ariſtidis, Baſil. 1566. fol. Legitur quoque Epiſtola ſub Antiſthenis nomine ad Ariſtippum, inter Socraticorum Epiſtolas ab Allatio editas. Vide ſupra cap. X. num. 35. Æſchinem Socraticum olim arguit Perſæus quod Antiſthenis ſcripta quædam ſibi tribuiſſet, apud eundem Laërtium II. 61. De libro Magico quem huic Antiſtheni à quibusdam tributum ait Svidas, dixi in elencho ſcriptorum Ariſtotelis deperditorum. Antiſthenis ſectatores Ἀντισθένειοι appellantur Ariſtoteli VIII. 3. Metaphyſic. Antiſthenes qui τῶν Φιλοσόφων Διαδοχὰς ſcripſit non Cynicus fuit, ut Meurſio in Bibl. Attica viſum, ſed junior quidam, fortaſſe Rhodius * ille Hiſtoricus qui Hiſtoriam patriam conſignaſſe colligitur è Polybio excerpt. Peireſc. p. 69. ſeq. & Peripateticus vocatur à Phlegonte c. 3. Mirabil. Alius teſte Laërtio VI. 19. fuit Antiſthenes Ἡρακλεώτης, alius item Antiſthenes Medicus de quo Schol. Ariſtophanis ad Eccleſia Zuſ. alius Antiſthenes Parius, quem à ſe arcet Apollonius apud Philoſtratum IV. 4. alius Antiſthenes quem Alexandri res geſtas ſcripſiſſe ait Volaterranus, niſi eum confudit cum Calliſthene, uti Hendreichius in pandectis Brandenburgicis affirmat Antiſthenem Thaſium, qui cum Near-

* Ita quidem Voſſius p. 325. de Hiſt. Gr. & Jonſius p. 329. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. Sed pace Menagii alius fuit Antiſthenes non Rhodius ſed cognomento Ῥόδων, Agrigentinus, cujus opes ac magnificentiam in nuptiis filiæ deſcribit Diodorus Sic. Lib. XIII. p. 205.

2011 Ministerio de Cultura

Nearcho navigarit, à Strabone allegari. Sed is Straboni Lib. XVI. p. 766. eſt Androſthenes. Incertum eſt quem Antiſthenem laudet Plinius XXXVI. 12. inter eos qui de pyramidibus Ægypti ſcripſerunt, itemque cujus librum tertium Μελεάγριδα in teſtimonium citat Plutarchus de fluminibus.

XXXIII. ARISTIPPI Cyrenæi, Socrati familiaris, imago ex F. Urſini gemmâ occurrit in Laërtio Wetſteniano & in Theſauro Gronovii T. 2. tabula LXXXIV. Scripta ejus refert Laërtius II. 83. ſeq. & alibi laudat ejus περὶ τῆς ἡδονῆς X, 4. & libros περὶ παλαιᾶς τρυφῆς pluribus locis, tum περὶ Φυσιολογιῶν VIII. 21. Sub Ariſtippi nomine Epiſtolæ quædam editæ à Leone Allatio, ut dixi c. X. num. 25. Apophthegmata hujus Philoſophi è Laertio, Plutarcho, aliisque exponit Paulus Leopardus in Ariſtippi vita pag. 44. ſeq. Alios præterea octo Ariſtippos refert Menagius ad Laert. p. 114. ex quibus fuit Ariſtippus, hujus de quo agimus Cyrenaicæ ſectæ Principis ex filia Arete nepos, à qua inſtitutus μητροδιδάκτου nomen meruit. Alios μητροδιδάκτους celebrat Menagius in Hiſtoria mulierum Philoſoph. ubi de Arete.

XXXIV. CIBES Thebanus, Socratis teſte Xenophonte I. ἀπομνημονευμ. p. 418. auditor, qui à Platone loquens inducitur in Phædone, & Phædonem hortante Socrate ſervum emiſſe traditur apud Gellium II. 18. Macrobium lib. I. c. 11. Saturnal. & Lact. III. 24. Scripſit & ipſe dialogos tres, ut notatum Laërtio II. 125. & Svidæ, quorum tituli: Ἑβδόμη, Φρύνιχος & ΠΙΝΑΞ. Sed duobus prioribus deperditis ſolus ad nos tertius pervenit, in quo continetur elegans & lectu digna expoſitio philoſophica Fabulæ ſive imaginis, univerſam vitæ humanæ rationem * adumbrantis, quam Athenis in templo Saturni dedicaverat aliquis Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον. Hunc dialogum Cebetis illius antiqui eſſe ſvadent præter Laërtium & Svidam Lucianus lib. de mercede conductis T. I. p. 479. & in Rhetorum preceptis T. 2. p. 311. tum Julius Pollux III. 16. Tertullianus de præſcript. c. 39. & Chalcidius in extremo commentarii ad Timæum Platonis p. 462. quorum omnium loca Jacobus Gronovius Vir Cl. ſuæ præfixit Cebetis editioni. Idem in notis p. 105. & 108. obſervavit Dionem Chryſoſtomum Orat. 2. de Regno & Ariſtænetum lib. I. Epiſt. 2. quædam ex

* Addit Svidas: ἔστι δὲ τῶν ἐν ᾅδου διήγησις, enarrantur enim in tabula quæ animabus coutingunt antequam in corpora immittantur. Deinde varii hominum mores in hac vita, varia ſtudia, & quis illa maneat exitus, ſi vel per anguſtam virtutis ſemitam ambulent, vel latam voluptatis ac vitiorum viam ingrediantur. Stanleius p. 121. Hiſt. Philoſoph. ilam τῶν ἐν ᾅδου διήγησιν putat diverſam à Tabula, quod à mente Svidæ videtur eſſe alienum.

2011 Ministerio de Cultura

hac Cebetis tabula expreſſiſſe. Præ cæteris autem omnibus Chalcidii locus annotandus eſt, quia ex illo colligere licet verba ex quibus viri quidam docti conjiciunt dialogum hunc Cebeti ſuppoſitum, à Chalcidio lecta non fuiſſe. Hodie quidem in Cebete hæc legenti occurrunt P. 29. laudatæ edit. Τίνες ἦν καλῶσιν ἕτοι; οἱ μὲν ποιηταὶ, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοὶ, οἱ δὲ Μυσικοὶ, οἱ δὲ Ἀριθμητικοὶ, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι, οἱ δὲ Ἡδονικοὶ, οἱ δὲ Περιπατητικοὶ, οἱ δὲ Κυνικοὶ, καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦτοις ἐπόμενοι. Merito mirantur Viri eruditi * quomodo Cebes meminiſſe potuit Peripateticorum & Ἡδονικῶν ſive Ariſtippeorum Epicureorumque, qui ipſo fuere poſteriores, tum Criticorum, quorum ab Ariſtotele demum vocata eſt natio? Neque Dialecticæ ** illa ætate erat tam contemtum vel abuſu dehoneſtatum nomen, ut ψευδοπαιδεία & non ipſi Philoſophiæ accenſeretur. Sed in Chalcidii verbis præſentem Cebetis locum laudantis nihil horum occurrit, ſed tantum mentio fit Geometricæ, Muſicæ, Arithmeticæ & Aſtrologia.

Verſiones & Editiones Tabulæ Cebetis.

Tertullianus c. 39. de præſcript. teſtatur a propinquo quodam ſuo Pinacem Cebetis verſibus explicatum Virgilianis. Sed illa Metaphraſis pridem intercidit.

Latina proſâ non ineleganter ex integriore codice Græco vertit *Ludovicus Odaxius* Patavinus, (cujus aliquot ad Politianum Epiſtolæ exſtant libro III.) A. 1497. fol. edente Philippo Beroaldo. Recuſa eſt hæc verſio cum ſcholiis *Huldrici Fabri* Rheti, Viennæ 1519. 4.

Marſilius Ficinus quoque Cebetem latine reddidiſſe traditur, ſaltim editam eſſe ejus verſionem non puto.

Juſti Velſii Hagani translatio cum commentariis ejusdem copioſis lucem vidit Lugd. 1551. 4.

Odaxii verſio cum animadverſionibus *Joh. Camertis*, ad calcem Solini & Flori ab eodem Camerte illuſtrati. Baſil. 1557. fol.

Hieronymi Wolfii translatio cum notis ejus plus ſimplici vice recuſa poſt primam editionem Baſil. 1560. 8. *Caſparis Barthii* in Variis ejus opuſculis, Hanoviæ Ao. 1612. 8. editis p. 319. ſeq.

Latinis verſibus Heroicis Cebetis Tabula reddita à *Samuele Scharlachio*, adjecta ejus Satira de ingruente iterum barbarie. Francof. ad Viadr. 1614. 4.

Erici Ericii Pantoppidani Metrica Paraphraſis. Pariſ. 1642. fol.

Græce

* Vide Sam. Petiti Miſcellanea Lib. IV. cap. 4.

** Jac. Thomaſius diſſertat. XXXIV. de ſeptem artibus liberalibus p. 380. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Græce editus Cebes cum Pythagoræ aureis carminibus &c. Pariſ. 1557. 4. apud Martinum Juvenem, quæ editio valde commendatur à Jac. Gronovio ut non ſolum elegans ſed etiam præ cæteris emendata.

Ex *Joh. Caſelii* recenſione. Helmſt. 1594. 4.

Græce & Latine Cebetis pinacem primus in lucem edidit Aldus, inde recuderunt Baſileenſes, additis Batrachomyomachia, Galeomyomachia &c. A. 1541. 8.

Cum verſione *Hieronymi Wolfii* & notis prodiit frequentiſſime in 8. & minore forma cum notulis *Joh. Danielis Snecani* Medici. Vide infra lib. IV. ubi de Epicteto.

Cum verſione & notis *Johannis Caſelii* primus edidit Geverhartus Elmenhorſtius Lugd. Bat. 1618. 4. Cum eadem verſione excuſa exſtat Hanoveræ 1646. 12. Animadverſiones quædam in editionem Cebetis Caſelianam occurrunt in libro primo Obſervationum *H. Ernſtii* cap. 1. ſeq.

Cum verſione & notis *Danielis Claſen.* Magdeb. 1652. 4.

Cum argumentis capitum à *Mich. Boſchio.* Argentor. 1604. 8.

Cum verſione Lud. Odaxii latina, & *Arabica* Metaphraſi è Bibl. *Joh. Elichmanni* cujus latina Arabicæ Metaphraſeos translatio adjuncta eſt. Lugd. Bat. 1640. 4. è Bibl. *Claudii Salmaſii* ad calcem Epicteti & Simplicii, ejusd. Salmaſii commentariis illuſtrati, & aureorum Pythagoræ carminum Arab. & Lat.

Cum verſione Hieron. Wolfii & notis *Merici Caſauboni*, Lond. 1659. 8. ad calcem Epicteti. Cum eadem Verſione Oxon. 1680. 8 & in editione Epicteti ac Cebetis, quam cum variorum notis curavit *Abraham Berkelii*, Lugd. Bat. 1670. & Delphis Batav. 1683. 8.

Cum Verſione ad literam, concinnata in tironum uſum à Socero meo dilectiſſimo *Johanne Schultze* Hamb. 1694. 12.

Præ cæteris commendanda editio Viri Cl. *Jacobi Gronovii*, qui Cebetem edidit cum H. Wolfii verſione & notis ſuis Amſt. ex H. Wetſtenii officina 1687. 8. Edidit autem recenſitum ad tres codices MSS. vetuſtum unum, alterum juniorem, tertium à Jano Laſcari exaratum & ad editionem Pariſ. 1557. Habet præ reliquis hoc peculiare, quod clauſulam quam Græce legit Arabicus interpres, tum Odaxius qui latine vertit, nulla autem alia editio exhibet Græce, repræſentavit è MS. codice, quam hoc quoque loco, quia paucis verbis conſtat, in eorum gratiam qui Gronoviana editione deſtituun-

2011 Ministerio de Cultura

tur apponere volui. Ἀγνοῶσι γὰρ ὅτι ἡ γίνεται ἐκ κακῶν ἀγαθόν. Πλοῦτον δέ ἐστι πολλοὺς κτησαμένους ἰδεῖν ἐκ κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἔργων. Οἷον λέγω ἐκ προδιδόναι καὶ λῃΐζεσθαι καὶ ἀνδροφονεῖν καὶ συκοφαντεῖν καὶ ἀποστερεῖν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν καὶ μοχθηρῶν. C. ἔστι ταῦτα. D. Εἰ τοίνυν γίνεται ἐκ κακῶν ἀγαθὸν μηδέν, ὥσπερ εἰκὸς, πλοῦτος δὲ γίνεται ἐκ κακῶν ἔργων, ἀνάγκη μὴ εἶναι ἀγαθὸν τὸν πλοῦτον. C. συμβαίνει οὕτως ἐκ τοῦ τοῦ λόγου. D. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ φρονεῖν γε οὐδὲ δικαιοπραγεῖν ἔστι κτήσασθαι ἐκ κακῶν ἔργων, ὡσαύτως δὲ οὐδὲ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀφρονεῖν ἐκ καλῶν ἔργων, οὐδὲ ὑπάρχειν ἅμα τὰ αὐτὰ δύναται. Πλοῦτον δὲ καὶ δόξαν καὶ τὸ νικᾶν καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τοιούτοις ἐστὶ πλήσια, οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν τινὶ, ἀλλὰ (forte ἅμα) μετὰ κακίας πολλῆς, ὥστε οὐκ ἂν ἡ ταῦτα ἀγαθὰ ὅτε κακά, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν μόνον ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἀφρονεῖν κακόν. C. ἱκανῶς μοι δοκεῖς λέγειν, ἔφην. Hæc Odaxius ita vertit: *Illud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in divitiarum poſſeſſionem ex peſſumis ac turpiſſimis facinoribus deveniſſe, veluti proditionibus, depræda tionibus, homicidiis, caluminiis, rapinis, aliisque compluribus & pravis operibus.* C. *ita res eſt.* D. *ſi igitur ut par eſt ex malo bonum nullum provenit, divitiæ vero ex malis facinoribus proveniunt, divitias nequaquam bonum eſſe neceſſe eſt.* C. *Sic ex iſto ſermone contingit.* D. *Cæterum ne ſapientia quidem & juſtitia ex malis operibus acquiri poteſt, neque ibidem injuſtitia & inſipientia ex bonis, ſiquidem ipſa eadem ſimul conſiſtere non poſſunt. Divitias vero & gloriam & victorias & reliqua id genus multa cum pravitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quapropter hæc neque bona neque mala cenſeantur, Cæterum ſapientia duntaxat bonum, inſipientia vero malum.* C. *Recte, inquam & ſufficienter mihi dicere videris.*

Hiſpanice Pinacem Cebetis verterunt *Ambroſius de Morales*, Cordubæ 1585. 4. *Petrus Simon Abril*, Cæſar Auguſtæ 1586. 8. & *Gundiſalvus Correa* Salmanticæ 1630. 8.

Italicè Auguſtinus Maſcardus, cujus inſignes ac diſertæ in Cebetem diſſertationes adjunctæ Venet. 1627. 4.

Anglicè Joh. Davies, Lond. 1670. 8. Alia translatio Cebetis adjuncta M. Antonino Anglice edito Londini A. 1701. per *G. Stanhope*.

Gallice cum Epicteto Cebetis tabulam edidit elegantiſſimi vir ingenii & variis ſcriptis notiſſimus *Bellegardeus*. Trevoltii Ao. 1700. 12.

Germanice Georgius Jacobus Schultzius Norimbergenſis, Francof. 1656. 4. apud heredes *Matthæi Meriani*, in qua editione etiam tabula ex Cebetis deſcriptione in æs inciſa exhibetur, quod idem fecerunt & alii

2011 Ministerio de Cultura

alii, præcipue *Goltzius*, licet neque hic mentem Cebetis per omnia assecutus Jacobo Gronovio videtur. Prodiit etiam Cebetis tabula itemque Epicteti enchiridion, cum Bruti, Apolloniique Epistolis, Agapeto & Isocratis & Luciani quibusdam, Græce typis majoribus, & adjuncta ad calcem Germanica versione, Cothenis Anhaltinor. 1620 8.

Belgicè, *M. Antonius Gillis*. Antvverp. 1564. ap. Plantin. Alia Belgica versio, lucem vldit Amst. 1658.

XXXV. CRITO Atheniensis, cujus nomine Plato Dialogum inscripsit & Euclides Megaricus, composuerat dialogus XVII. uno volumine comprehensos teste Laertio II. 121. quorum tituli: 1) Ὅτι δὴ ἐκ τῶν μαθεῖν οἱ ἀγαθοί. 2) περὶ τοῦ πολλοῦ ἔχειν. 3) τί τὸ ἐπιτήδειον, ἢ Πολιτικός. 4) περὶ τοῦ καλοῦ. 5) περὶ τοῦ κακοεργεῖν. 6) περὶ * εὐθημοσύνης. 7) περὶ νόμου. 8) περὶ τοῦ θείου. 9) περὶ τεχνῶν. 10) περὶ συνουσίας. 11) περὶ σοφίας. 12) Προταγόρας ἢ Πολιτικός. 13) περὶ γραμμάτων. 14) περὶ ποιητικῆς. 15) περὶ τοῦ καλοῦ. 16) περὶ τοῦ μαθεῖν. 17) περὶ τοῦ γνῶναι ἢ περὶ ἐπιστήμης, τί τὸ ἐπίστασθαι. Mirum est omissam à Laertio Apologiam Socratis, quam à Critone scriptam Svidas auctor est, nisi tamen falsus est Svidas. Critonis hujus filii, Socratis itidem discipuli: *Critobulus*, *Hermogenes*, *Epigenes*, *Ctesippus*. Alius fuit *Criton Ægeus*, Pythagoricus, cuju περὶ προνοίας καὶ ἀγαθῆς τύχης à Stobæo ferm. 3. laudari puto, non Critonis nostri Atheniensis, ut Meursio visum in Bibl. Attica. Alius *Crito historicus Pieriotes*, de quo Vossius in Hist. Gr. & idem Meursius in Bibl. Græca, ubi inter alia observat hunc male Κρότωνα vocari apud Svidam in Βοιωτία. Alius *Crito Comicus*, cujus drama est Μεσηνία Polluci laudata, non opus historicum Critonis Pieriotæ, ut Vossius existimabat. Alius *Crito Medicus discipulus Acronis*, temporibus Artaxerxis Longimeni. Vide Vossium de Philosophia p. 86. Alius *Crito* itidem *Medicus Empiricus* sub Imperatoribus clarus, cujus an superioris libros IV. κοσμητικῶν, & περὶ Φαρμάκων & de morbis medendis laudant Galenus, Oribasius, Paulus Ægineta & Aëtius. Mentio Critonis Medici etiam apud Martialem, Plinium aliosque, & forte apud Celsum, ubi Crato laudatur. Incertum cujusnam Critonis ὀψαρθυτικὰ laudet Athenæus. Sed & *Critonem Naxium* Svidas memorat auctorem Octaëteridos.

XXXVI. EUCLIDES Megarensis, auditor Socratis inter primos, & auctor sectæ Megaricæ, cui Eristicorum postea & Dialecticorum nomen

* Aldobrandin. *de animi securitate*. Stanleius *de securitate* M. Meibonius *de felicitate*. Ambrosius Camaldul. *de fertilitate*. Sed vertendum est *de recta rerum administratione* Vide Leopardum V, 2. emendatt.

2011 Ministerio de Cultura

nomen hæsit, scripserat dialogos VI. Λαμπρίαν, Αἰσχίνην, Φοίνικα, Κρίτωνα, Ἀλκιβιάδην, & Ἐρωτικόν. Laërt. II. 108. & Svid. Scripta ejus jam videntur intercidisse cum hæc scriberet Censorinus c. 3. *Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appositum, quam rem apud Lucilium in libro Satirarum nono licet agnoscere.* Iconem hujus Euclidis habes etiam in Gronovii Thesauro T. 2. tabula LXXXII. De altero Euclide Mathematico celebri, qui Ptolemæi Lagi temporibus Alexandriæ docuit, egi infra libro III.

XXXVII. GLAUCO Athenienſis, Platonis frater, composuerat dialogos novem, Laërtii etiamnum ætate exstantes. Καὶ ἑξῆς (inquit II. 124.) Φέρουλαι ἐν ἑνὶ (βιβλίῳ) διάλογοι ἐννέα. Φείδυλος, Εὐελπίδης, Ἀμύνταχος, Ἐνθίας, Λυσιθείδης, Ἀεισοφάνης, Κέφαλος, Ἀναξίφημος, Μενέξενος. Ait & alios sub ejus nomine ferri dialogos XXXII. sed supposititios. Alius fuit Glauco Rhapsodus, cujus meminit Plato Ione sub init. Alius Comicus, cujus drama πρέσβεις memoratur in argumento ad Vespas Aristoph. Alius Glauco Medicus laudatus Plinio, alius forte Glauco scriptor γλωσσῶν quas allegat Athenæus, alius denique L. Glauco Romanus fortissime contra Hasdrubalem militans, quem cum Cynegiro confert Plutarchus parallel.

XXXVIII. MENEDEMUS auctor Eretriacorum, auditor Stilponis, & æqualis Antagoræ Rhodii, Arati, Lycophronisque, nullum librum scripsit teste Antigono Carystio apud Laërtium II. 136. Initium Epistolæ ejus ad Demetrium Regem legitur apud eundem 141. qui 140. refert Lycophronem drama satyricum edidisse sub titulo Menedemi, quo Philosophum illam laudabat, sive naso suspendebat pertius, ut docet Athenæus. Asclepiadem quocum adeo familiariter versatus est Menedemus, Phliasium fuisse constat è Laertii VI. 91. & II. 105. Alius Menedemus Medicus cujus meminit Dioscorides. Alius quoque Menedemus Cynicus, patria Lampsacenus, de quo idem Laërtius VI. 102. seq. Sed Eretrienſem intelligit Josephus XII. 2. Antiqv. idemque *Providentiæ vindex* dicitur à Tertulliano c. 18. Apologet.

XXXIX. PHÆDO Elienſis, Eliacæ sectæ autor, cujus nomine Dialogum perelegantem inscripsit Plato. Composuit Dialogos, quorum tituli: Ζώπυρος (Laërt. II. 105. Svid. & Pollux.) Σίμων. Et de quibus dubitatum est utrum ipsius essent, Νικίας, Ἀντίμαχος ἢ πρεσβύτης sive ut Svid. πρεσβύτης, tum Μήδιος (quem alii Polyæno, Æschini alii tribuerunt) Σκυθικοὶ λόγοι (quos & ipsos quidam retulerunt ad Æschinem) tum quos solus commemorat Svidas: Σιμμίας, Ἀλκιβιάδης & Κε-

2011 Ministerio de Cultura

κεφάλαιον. Succeſſor Phædonis Pliſtanus, Pliſtani Stilpo, Stilponis Menedemus, de quo jam dixi, & Aſclepiades Phliaſius.

XL. Sub PHÆDRI nomine Epiſtola ad Platonem edita ab Allatio eſt vigeſima quinta inter Socraticas de quibus dixi ſupra c. X. §. 35. In hac ſic inter alia de ſe loquitur Phædrus, ſive potius loquens inducitur ab auctore Epiſtolæ: Ἐμοὶ γὰρ ἥδιον φιλοσοφίας ἄδειν καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων. Ἐτιθηνήθην γὰρ ἐκ νέου ἔτι παῖδα Σωκρατικοῖς ὡς ἄν τις εἴποι βαυκαλήμασιν ἐν παντὶ ἁρμοδίῳ καὶ ἱερῷ τόπῳ. Τοῦτο μὲν Ἀκαδημίᾳ τοῦτο δὲ Λυκείῳ τε καὶ Ἰλισσῷ ὑπὸ τῇ θείᾳ Πλατάνῳ ἐνισαμένης μεσημβρίας, ἵνα Λυσίας ὁ Κεφάλου τὰ περὶ ἔρωτος διωρθοῦτο. Amantiſſimus ſane Phædri Plato fuit & ejus nomine dialogum ſuum de pulchro inſcripſit. Sed ea cum Phædro juniore locutum Socratem quæ Plato fingit, temporum rationi repugnare notat Athenæus.

XLI. PRODICUS Patria Ceus fuit, Simonidis teſte Platone civis, pro quo male Chium * vocant alii, vel Coum. Junior autem longe Simonide, claruit circa Olymp. LXXXVI. Protagoræ auditor, æmulus Gorgiæ, & à Socrate, Theramene, Euripide **, Iſocrate, Xenophonte auſcultatus, qui poſtremus cum carcere detineretur, vadem ſiſtere quam Prodici λόγοις non intereſſe maluit, ut refert Philoſtratus I. Sophiſt. p. 503. Ingenio cum valeret, eloquentiam ἔμμισθον ſive mercenariam per varias jactavit civitates, & ad Protagoræ exemplum ut docet Laërtius IX. 50. certo pretio ab auditoribus exacto, recitavit λόγους ſive diſſertationes, lectiones & declamationes ſuas, alias drachmis *** ſingulis, alias binis, alias quaternis, alias denique ut idem notavit Plato quinquagenis. Philoſophici argumenti fuiſſe λόγους ipſius plerosque, è veterum Prodicum memorantium teſtimoniis jure colligas. Et Schol. Ariſtoph. ad Aves v. 694. reprehendit Callimachum, quod Oratoribus potius quàm Philoſophis Prodicum accenſuerit. Inprimis nihil celebrius eſt ipſius fabula de Hercule ante bivium conſtituto, cujus poſt Platonem in Axiocho meminit Xenophon 2. de dictis Socratis, καὶ Πρόδικος ἢ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους ὅπερ δὴ καὶ πολλοῖς

* Vide Clariſſ. Bælii Lexicon, ubi de Prodico erudite diſſerit.

** Gell. XV. 20.

*** Drachma idem valebat quod denarius, pars ſicli quarta, thaleri octava, 50. drachmæ ſunt ſex thaleri cum quadrante.

2011 Ministerio de Cultura

σοις ἐπιδείκνυται &c. Philoſtratus 1. de Sophiſt. p. 487. Προδίκῳ τῷ Κείῳ συνέγραπτό τις ἐκ ἀηδὴς λόγος &c. Svidas: Φέρεται κὴ βιβλίον Προδίκου ἐπιγραφόμενον ὧραι, ἐν ᾧ ἐποίησε τὸν Ἡρακλέα τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ κακίᾳ συντυγχάνοντα. Confer Schol. Ariſtoph. ad Nubes p. 81. Cic. 1. Offic. & XII. 5. ad famil. Quintil. IX. 2. Clement. V. Strom. p. 561. & Maximum Tyr. diſſ. IV. Imitatus etiam eſt Philo libro de mercede meretricis & Silius Italicus XV. 20. ſeq. Dio Chryſoſt. Orat. 1. de regno, Lucianus ſomnio, & è recentioribus Steph. Vin. Pighius in Hercule Prodicio. Notum eſt Prodicum hunc accenſeri Atheis à Cicerone 1. de natura Deor. ſect. 119. & Sexto Empirico VIII. contra Math. p. 318. ſeq. tum à Svida tradi, juſſum ab Athenienſibus cicutam bibere, utpote qui juventutem corrupiſſet. Alius fuit Prodicus, cujus meminit Hippocrates ſexto Epidem. ubi ambiguus hæret Galenus utrum Prodicum intelligat Leontinum an Selymbrianum. Lib. III. comment. in 6. Epidem. T. 5. p. 488. Alius Prodicus Samius, cui Poëma Orphicum quod inſcribebatur ἡ εἰς ᾅδου καταίβασις tributum à nonnullis tradit Clemens 1. Strom. p. 333 Alius denique Prodicus hæreticus Gnoſticus, cujus ſectatores jactabant ſe poſſidere libros Apocryphos * Zoroaſtris, teſte eodem Clemente 1. Strom. p. 334. De hoc Prodico auctore Adamitarum conſule Bælii Lexicon & Tillemontii Memor. Hiſt. Eccleſ. Tom. 2. part. 2. p. 162. ſeq.

* Vide quæ ſupra Lib. I. cap. XXXVI. §. 6.

CAPUT XXIV.

De HIPPOCRATE Medicorum Principe, & Polybo ejus diſcipulo.

Hippocratis genus, ætas, Vita. Plures Hippocrates. 1. Scriptorum Hippocratis recenſio cum variis obſervationibus. 2. Editiones & interpretes. 3. Epiſtola Theophraſti Renaudoti de exiguo operæ pretio quod ex collatione verſionum Hippocratis Syriacarum & Arabicarum ſperari poteſt ad Hippocratem emendandum. 4. Scripta Polybo tributa Hippocratis genero ac diſcipulo. 5. Alii Medici illius ætatis ſtrictim indicati. 6.

1. HIPPO-

2011 Ministerio de Cultura

I.

HIPPOCRATES Cous, ad Herculem & Æſculapium genus ſuum (a) retulit, ſi credimus auctori vitæ ejus quæ

a) Stirpem Hippocratis poſt Joh. Tzetzen Chil. 7. hiſt. 155. Reinerum Reineccium in hiſtor. Julia & Hieron. Henningeſium in tabulis genealogicis (adde Vanderlinden Hippocr. T. 2. p. 956.) plenius & accuratius expoſuit (quamvis & in hoc quædam haud ſine ratione caſtigat Daniel Clericus parte 1. Hiſt. Medicinæ Lib. IV. c. 1.) Joh. Henricus Meibomius comment. in jusjurandum Hippocr. c. 1. Idem plures Hippocrates eodem loco recenſet, quos hîc additis nonnullis obſervationibus paulo plenius ac diſtinctius repetam. 1) Hippocrates Gnoſidici F. noſtri avus, Medicus, qui ex quorundam ſententia nihil ſcripſit, ex aliorum vero, duos compoſuit libros, qui inter noſtri ſcripta hodie leguntur, τὸ περὶ ἀγμῶν καὶ τὸ περὶ ἄρθρων unum de fracturis & alterum de articulis. Galen. 1. in Hippocr. de victu in morbis acutis T. 5. p. 43. & in lib. de fracturis p. 525. Palladius in eundem lib. 2) Hippocrates Theſſali F. Hippocratis noſtri Nepos, à quo & ipſo ἰατρικὰ ſcripta fuiſſe Svidas auctor eſt. Idem ut exiſtimo contra quem Antiphon Retor ſcripſit teſte Plutarcho, & Photio, ubi male ἰατρῷ nomen ab imperito librario accesſit. Conſer Jonſium p. 324. 3) Draconis F. Cous & ipſe & noſtri gentilis, qui ſub Caſſandro Antipatri F. è vita diſcesſit. Etiam hunc ἰατρικὰ ſcripſiſſe Svidas refert. 4 & 5) uterq; Thymbræi filius, Cous ex eâdem familia, qui & ipſi ambo de re Medicâ ſcripſerunt, Svidâ teſte. 6) Praxianactis filius Cous Medicus itidem ex noſtri poſteris, & ſcriptor. 7) Hippocrates Chius Mathematicus, de quo dixi in notitiâ Pythagoræorum. 8) Hippocrates Piſiſtrati Pater Athenienſium tyranni. Herodot. 1. 59. Demoſth. Orat. in Midiam & Plutarch. Solone. 9) Hippocrates Megaclis ejectoris Piſiſtrati F. avus Periclis, pater Megaclis, Agariſtæ & Xantippi. id. VI. 131. 10) Hippocrates Athenienſis, cujus filios Teleſippum, Demophontem & Periclem tanquam fatuos perſtringunt Eupolis apud Svidam in τοῖς Ἱπποράτεσ & Ariſtophanes in Νεφέλ. Meminit & Galenus libro quod animi mores temperamentum corporis ſequantur. Adde Gatakerum p. 133. Adverſar. & Voſſium Inſt. Orator. Lib. II. c. 14. ſect. 8. & de Philoſophia c. 11. §. 22. 11) Hippocrates Athenienſium in bello Peloponneſiaco dux, Thucydidi Lib. IV. Diodoro Sic. Lib. XII. & Pauſaniæ in Laconicis ac Boeoticis memoratus, & cui Dioſcorides teſte Galeno 1. in 6. Epidem. T. 5. p. 456. tribuit librum de morbis. Vide & eundem commentar. 2. in lib. de natura humana ſub init. 12) Hippocrates Smyndiritis Sybaritæ Pater. Herodot. Lib. VI. 12. Athenæus Lib. XII. 13) Lacedæmoniorum in Chalcedone præfectus. Plutarch. in Alcibiade. 14) Hippocrates Xenodici filius Capyos frater, ex Thebanorum Regum familia, Theronis conſobrinus. Schol. Pindari Olymp. Od. 2. extrem. 15) Hippocrates Patareus Cleandri frater, pater Euclidis & Cleandri, Tyrannus Geleorum. Herodot. VI. 154. ſeq. Diodorus Sic. in excerptis Peireſc. p. 254. 16) Hippocrates Apollodori F. Phaſonis frater. Plato Protagorâ. 17) Hippocrates Aramiteus, cujus filius Atyanas in Olympiis periodo vicit, Phlegon Trall. apud Phot. cod. 97. 18) Hippocrates Mindaro Lacedæmonium duci ab Epiſtolis. Xenoph. 1. rerum Græcar.

2011 Ministerio de Cultura

ſub falſo (b) *Sorani* nomine exſtat. Natus Olympiade LXXX. 1. die XXVI. menſis Agriani (c) regnante apud Coos Abriada, qui Hippocratis natalem deinde quotannis feſtum habuerunt. A Patre Heraclida (d) Medicinæ artis ſcientiâ imbutus eſt, poſtea ab Herodico Selymbriano Medico Gorgiæ Rhetoris fratre, quem & ipſum ac Prodicum (*) Democritumque ab Hippocrate auditum ſunt qui teſtantur. Cæterum de Democrito quamvis apud Celſum & alios hoc ſcriptum lego, non ab re dubitarim, quia non prius cognitus Hippocrati videtur fuiſſe Democritus, cum ad illum curandum Abderam vocaretur, præcipue ſi vera ſunt quæ habet Ælianus lib. IV. Var. cap. 20. In Philoſophia Hippocrates Heracliteam maxime ſententiam ſecutus fuiſſe, ignemque omnium rerum ſtatuiſſe principium, ac Deo igneam naturam tribuiſſe videtur, ut è libro de principiis ſive carnibus obſervat. Rad. Cudvvorthus Anglus p. 109. ſyſtem. intellectual. & Rev. D. Johannes Andreas Schmidius in exercitatione de Theo-

Græcar. 19) Hippocrates prætor Syracuſanus de quo Livius Lib. XXIV. 20) Hippocrates curator teſtamenti Stratonis Lampſaceni, apud Laërtium V. 62. Cæterum Ἱπποράτης Ἰων apud Erotianum in Τριταιοφυεῖς, non diverſus eſt à magno noſtro Hippocrate qui Jonice ſcripſit & vocabulo Τριταιφυεῖς utitur VI. Epidem. & alibi.

b) Vitam Hippocratis quam habemus non à Sorano ſcriptam ſed à neſcio quo ex Sorani Coi *βίοις ἰατρῶν* (Soranum Epheſium vocat Svidas & Tzetzes) Hiſtomachi Epheſii libris *περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσιος* & Andreæ Medici *περὶ τῆς ἰητρικῆς γενεαλογίας* opere utcunque collectam eſſe exiſtimo. Soranus ipſe bis in illa laudatur, & Soranus Epheſius ſcripſerat teſte Svidâ *βίους ἰατρῶν καὶ αἱρέσεις*, in hac autem quæ exſtat vita nihil occurrit quod ad hæreſin & dogmata Hippocratis intelligenda faciat. Neque in eâ leguntur pleraque quæ è Sorano Epheſio de Hippocrate affert Tzetzes Chil. 7. hiſt. 155. Hippocratis effigiem exhibet prærer Fulv. Urſinum, Dan. Clericum aliosque Jacobus Gronovius Vir Cl. T. 2. Antiqv. Gr. tabula LVIII. Aliam præfixam videre licet editioni Vander Lindenianæ, aliam Charterianæ.

c) Nomen menſis apud Coos, ſolum forte cujus memoria ad nos pervenit, itaque cuinam parti anni reſpondeat, incertum, nec tanti. Fuit & feſtum apud Græcos dictum Agrania ſive Agriania & Agrionia, de quo Caſtellanus & Meurſius.

d) Fallitur Joh. Woweranus c. 16 Polymathiæ §. 8. Hippocratem noſtrum quem Coum vocat ab Hippocrate Heraclidæ filio diſtinguens. Galeni locus quem reſpicit eſt T. 5. edit. Baſil. p. 422. nec quicquam aliud innuit, quam ex communi ſententia Aphoriſmos & *προγνωστικὸν* haberi pro genuino fœtu magni Hippocratis. Eundem in lapidem impingunt & præterea *προγνωστικὸν* cum ſpuriis *προῤῥητικῶν* libris confundunt Placcius *ὁ μαχαρίτης*. p. 209. Pſeudonym. & Vir clariſſ. Joh. Mollerus p. 315. Homonymoſcopiæ.

(*) Non Ceum illum ſed Leontinum vel alium Medicum hujus nominis, cujus meminit 6. Epidem. Vide quæ notavi capite ſuperiore XXIII. §. 41.

2011 Ministerio de Cultura

de Theologia Hippocratis, atque ante hos Johannes Stephanus Bellunenſis in Hippocratis Theologia. Somnio monitus Theſſaliam petiit, ibiq; magnam vitæ partem verſatus & in eâ ſepultus eſt, unde Theſſalum vocat vetus Epigramma. (e) Tzetzes quidem ideo in Theſſaliam profugiſſe refert, quod Bibliothecæ cuſtos in patria ſua conſtitutus libros vetuſtiorum Medicorum & Bibliothecam integram exuſſiſſet (f). Sed neſcio temerene quis fidem habiturus ſit rei abſonæ atque aliis veteſtioribus ſcriptoribus præteritæ, quamvis idem Tzetzes res Hippocratis exponere ſe teſtatur ex Epheſio Sorano. Et Plinius XXIX. 1. ex Varrone : *Medicinam revocavit in lucem Hippocrates, genitus in inſula Co, inprimis clara ac valida & Æſculapio dicata. Is cum fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in templo ejus Dei quid auxiliatum eſſet, ut poſtea ea ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur, atque jam templo cremato inſtituiſſe Medicinam hanc quæ Clinice vocatur.* Sane artem hanc tantâ cum laude fecit, ut Athenis (g) & per univerſam Græciam quam peſtilentia liberavit, tum apud Regem Perdiccam in admiratione eſſet, atque vivus ab omnibus veluti præſens Deus quidam haberetur, & poſt mortem divinis afficeretur honoribus, tantâ etiam cum laude de arte Medica ſcripſit propriis obſervationibus & privata experientia fultus, quamvis ſcripſit ſuccincte atque obſcurius, ut jam pridem ex plurium judicio ſententiæ ejus totidem oracula ac voces divinæ (h) ſint. Patria utut Doricus, uſus eſt in ſcriptis dialecto Jonica ſive Attica veteri (i) vel in Democriti (k) gratiam, vel potius quod illam dialectum tanquam ſuaviorem pluribus ſciret probari. Ad barbaros & Perſarum Regem Artaxerxem (l) venire

e) Antholog. Epigramm. f. 348. Lib. III. c. 15.

f) Tzetzes Chiliad. p. 139.

Ἐν Κῷ βιβλιοφύλαξ δὲ δειχθεὶς ὁ Ἱπποκράτης
Τὰ παλαιὰ τῶν ἰατρῶν ἐνέπρησε βιβλία
Καὶ τὸ βιβλιοφυλάκιον. Δι' ὃ φυγὼν ἐκεῖθεν
Ἐν Ἠδωνοῖς διέτριβεν Ἑλλάδι Θετταλίᾳ.

g) Olymp. LXXXVII. 3. anno ætatis XXXI. Conſet decretum Athenienſium apud Lindenium T. 2. p. 936.

h) Svid. in Ἱπποκράτης Galenus lib. 1. de uſu partium c. 9. πάλιν ἦν ὥσπερ ἀπὸ θεᾶς φωνῆς τῆς Ἱπποκράτους ἀρξώμεθα λέξεως. Idem c. 8. Ἀλλ' ἠδὲ τὰ Ἱπποκράτους ἦν ἰκανὰ τὰ μὲν ἀσαφῶς εἰπόντος, τὰ δ' ὅλως παραλιπόντος. Κακῶς μὲν γὰρ ἐκεῖνος ἠδέν ἐγραψεν ἐμοί γ' ἂν κριτῇ. T. 1. p. 370. Laudat Hippocratem tanquam magnum Medicum etiam Ariſtoteles VII. 4. Politic.

i) Galen. in librum de fracturis T. 8. p. 525. ἔοικε γὰρ ἀμελεῖν καὶ τοῦτο σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς, ὧν τῇ διαλέκτῳ χρῆται καὶ ἅ τι καὶ ὁ Ἱπποκράτης ὡς ἀποφήνασθαι τινὰς αὐτὴν ἀρχαίαν Ἀττίδα.

k) Ita Ælianus IV. 20. Var. Confer Menag. ad Laërt. p. 381. 387.

l) Pſeudo Soran. in Vita, Galenus. ἦν ἀνὴρ ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος. T. 1. p. 9.

2011 Ministerio de Cultura

rogatus renuit, opum non minus contemtor quam Græcorum ſuorum amantiſſimus. Denique poſtquam ipſe artis ſuæ ope quam plurimos morti ſubduxiſſet, mortuus ipſe eſt (m) apud Lariſſæos, quo ætatis anno incertum: qui vero minimum dicunt, octoginta qninque annos natum deceſiſſe affirmant Olymp. CI. anno 1. aliis XC. aliis CIV. aliis denique CIX. tradentibus, qua ratione vitam produxerit ad Olymp. CVI. 1. Capite velato plerumque pingi ſolitum, in ejus vita & apud Tzetzam, Svidamque legitur. Filii ipſius duo, Theſſalus (n) & Draco, gener Polybus, diſcipuli inter alios quam plurimos Prodicus (o) Selymbrianus, Apollonius & Dexippus. De filia Hippocratis in Draconem mutata à Diana, ridiculam fabulam ex Joh. Mandevillii itinerario c. 6. exponit Lindenius T. 2. Hippocr. p. 977.

II. Scripta Hippocratis recenſere juvat ordine Alphabeti, ita tamen ut præter varias obſervationes Criticas ſingulis tractatibus adjectas, præfigam numeros editionis Lindenianæ in binos diſtinctæ tomos, quorum prior deſinit in numero ſexageſimo: addamque tomos editionis Charterianæ Pariſienſis, atque deſignationes commentariorum Galeni, aliorumque veterum, & præcipuorum è recentibus.

82. Περὶ ἀγμῶν ſive κατηγμάτων, *de fracturis* liber, quem aliqui perinde ut librum περὶ ἄρθρων ad Hippocratem Gnoſidici filium noſtri avum retulerunt, teſte Galeno & Palladio. Et utriusque libri inſcriptio fuit τὰ κατ' ἰητρεῖον. *Galeni* libri 3. comment. in hunc librum T. 5. edit. Baſil. & Pariſ. T. 12. Commentarius ſive fragmenta commentariorum *Palladii* ſcritoris Græci (qui in MS. Sophiſta appellatur) cum verſione & brevibus notis *Jacobi Santalbini* Metenſis Medici, occurrit in Hippocrate editionis Foëſianæ ſect. VI. pag. 917. — 932. & in Pariſienſi T. 12. Eadem latine exſtant in editione Hippocratis latina Francof. 1596. 8.

31. Περὶ ἀδένων, *de glandulis* liber, Erotiano inter Hippocratis ſcripta præteritus, & juniori cuidam à Galeno tributus qui Hippocratis dictionem & mentem in eo requirit, etſi Hippocrates libro περὶ ἄρθρων promiſit ſe alibi dicturum περὶ ἀδένων ὑλομελίης ſive de univerſa glandu-

m) Marcus Antoninus lib. 3. §. 3. Ἱπποκράτης πολλὰς νόσους ἰασάμενος, νοσήσας ἀπέθανεν.

n) Hujus πρεσβευτικὸς ſive oratio ad Athenienſes legitur in editionibus operum Hippocratis Foëſiana p. 12. Lindeniana T. 2. p. 937. Idem dicitur recenſuiſſe atque interpolaſſe libros quosdam parentis ſui περὶ ἐπιδημιῶν. Vide Galenum T. 5. p. 470. 442. 461. o) Plin. XXIX. 1. ubi non neceſſe eſt Herodici nomen reponi,

2011 Ministerio de Cultura

glandularum natura per totum corpus humanum. Exstat T. 4. edit. Paris. Illustravit Theodorus Zvingerus.

28. περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, *de aëribus, aquis, locis*, atque ut in Erotiano & Galeno additur, περὶ οἰκήσεων, ὡρῶν καὶ χωρῶν *de habitationibus, tempestatibus anni & regionibus* valetudinis causa observandis. Gallice vertit *Dacerius* T. 2. p. 407. At cum *Galeni* libris 3. commentariorum latine tantum editis occurrit T. 6. Paris. Cum commentario *Ludovici Septalii* idem Hippocratis liber prodiit Græce & lat. Col. A. 1590. Illustrarunt præterea Theodorus Zvingerus, Adrianus Alemannus, Hieron. Cardanus, ut Camilli paraphrasin prætream, editam Venet. 1596. 4. In editionibus priscis hujus libri magnus hiatus & trajectio, quam recentiores restituerunt.

69. περὶ αἱμορροΐδων, *De hæmorrhoidibus.* Cum libro περὶ συρίγγων olim conjungebatur, ut inferius notavi. Exstat T. 12. edit. Paris.

25. 26. περὶ αἰῶν & *de ætate hominis* libellus sive fragmentum extremam partem libri περὶ ἀρχῶν in aliis quibusdam editionibus occupat. Sed locus ejusdem argumenti à Philone libro de mundi opificio ex Hippocrate laudatus, quem Lindenius libello de ætate subjecit, fortasse petitus est ex libris Hippocratis περὶ ἑβδομάδων *de hebdomadibus* quos laudat Chalcidius p. 111. & Favonius Eulogius ad somnium Scipionis p. 441. edit. Grævii. Locum è Philone Charterius exhibet ad calcem Tomi 5. Paris. Libellum de ætate hominis illustrarunt Theodorus Zvvingerus, Joh. Lalamantius.

21. περὶ ἀνατομῆς de resectione sive anatomia corporis humani T. 12. edit. Paris.

44. 45. Hippocratis *antidota* ex Actuarii methodo medendi lib. V. c. 6. & Nicolai Myrepsi Alexandrini de compositione medicamentorum lib. I. c. 378.

83. περὶ ἄρθρων *de articulis* sive περὶ τῶν ἐξαρθρημάτων ut interdum vocat Galenus. In MS. Vaticano occurrit post librum de natura pueri, sub titulo περὶ ἄρθρων ἐκβολῆς. Vide & quæ paulo ante de libro περὶ ἀγμῶν. Cum libris 4. commentariorum Galeni T. 5. Basil. & T. 12. Paris.

2. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, *de veteri Medicina*, unde initium sumserit & quomodo aucta locupletataque fuerit, necessitate ipsa homines docente. In hoc libro, ut passim alias perspicue testatur Hippocrates, alios ante se fuisse qui de Medicina dicere & scribere sunt aggressi, licet

2011 Ministerio de Cultura

licet nil eorum ad nos pervenit, & ipſe à quibusdam Medicæ artis inventor exiſtimatur. Idem lib. 1. de diæta: *νῦν δὲ πολλοὶ μὲν ξυνέγραψαν, ἰδεὶς δὲ ἔγνω ὀρθῶς καθότι ἂν αὐτῖς ξυνγραπτέον.* Occurrit. T. 2. edit. Charterii & Gallice in Daceriano T. 1. p. 53. Illuſtrarunt Michaël Antonius Blondus, Theod. Zvvingerus, Joh. Heurnius, Joh. Gorræus. Quibus addes in textum 24. Wilhelmi ten Rhyne meditationes Lugd. Bat. 1672. 12. Gallice vertit etiam *Joh. Maſſardus* in tractatu de panaceis Amſt. 1676. 12. *Lucæ Antonii Portii* elegans paraphraſis latina exſtat ad calcem Bernhardi Ramazzini de morbis artificum, Ultraject. 1703. 8.

9. *περὶ ἀρχῶν ἢ σαρκῶν, De principiis aut carnibus.* In hoc libello Hippocrates Heracliteum ſe eſſe Philoſophum demonſtrat, & ſententiam ſuam de principiis univerſi & ſingillatim ex quibus homo conſiſtit & quomodo corpus ejus conſtitutum ſit exponit. Exſtat T. V. edit. Charterii, & Gallice à *Dacerio* T. 1. p. 323. Illuſtrarunt Theodorus Zvvingerus, Joh. Heurnius.

8. Ἀφορισμοί, Aphorismorum ſive brevium regularum Medicarum è longa obſervatione atque uſu collectarum ſectiones

1	25.
2	54.
3	31.
4	83.
5	72.
6	60.
7	79.
8	18.

Aphroriſmi 422.

Sectio Octava παρεμβλημένας ſive adjectitios complectitur, quos Galenus & alii non agnoſcunt. Neque diſtinctio in ſectiones eſt ab ipſo Hippocrate, nam ut Oribaſius docet, *Soranus* aphorismos diviſit in partes tres, *Rufus* in quatuor, *Galenus* in ſeptem, cujus diviſionem plerique ſunt ſecuti. Præter Galeni commentarium T. 5. Baſil. & T. 9. Pariſ. exſtat alius in ſeptem aphorismorum libros latine tantum editus ſub *Oribaſii* nomine, Pariſ. 1553. Venet. eodem anno, & Patavii 1658. 8vo. *Theophili* ſive *Philothei* commentarium Gr. MS. memorat Labbeus pag. 212. Bibl. nov. MS. Latine prodiit Spiræ Anno 1581. 8vo. Venet. 1549. 8vo. Corrado interprete. Interciderunt latina

2011 Ministerio de Cultura

tina *Pelopis* verſio & commentarii ejusdem *Pelopis* ac *Lyci*, *Rufi*, *Sorani*, *Domni*, *Attalionis*, quos univerſos laudat in præf. Oribaſius. Adverſus Aphorismos ſcripſerant *Theſſalus Trallianus* & libris XLVIII. *Julianus Alexandrinus* à Galeno ſingulari libro qui T. 5. edit. Baſil. p. 337. & T. 9. Pariſ. legitur, oppugnatus: Præterea *Lycus*, contra quem ejusdem Galeni liber in iisdem tomis habetur pro defendēdo aphorismo 14. ſectionis primæ. E recentioribus *Mich. Aloyſius Sinapi* in paradoxis Medicis Parte 3. At Oribaſius in præf. refellens eorum ſententiam qui Hippocratis eſſe negarunt, *nemo*, inquit, *tale opus aggreſſus eſt poſt Hippocratem, quem Philoſophi amicum naturæ dixerunt. Tentavit quidem Democritus talem conſcribere, ſed non potuit.* Forte legendum *non perfecit.* Ex Hippocratis ſcriptis per alium quendam bono judicio excerptos hoſce aphorismos exiſtimabat Gerhardus Voſſius lib. de Philoſophia p. 83. Sane in illis compendio contineri quæ in ſcriptis Hippocratis hinc inde fuſius exponuntur, obſervatum Galeno 1. de criſibus T. 3. p. 393. Confer editionem Aphorismorum ab *Adolfo Vorſtio* curatam cum locis parallelis ex Hippocrate & Celſo. E recentioribus plurimi hunc libellum illuſtrarunt, quorū nomina vide ſis in parte 2. Bibliothecæ Medicæ Lindenio Merklinianæ in voce Aphorismi. His adde quod latino carmine reddidit Matthæus Roſelerus Lucanus: Græco ſectionem primam Radulphus Wintertonus, reliquas Johannes Frerus. Cantabrig. 1633. 8. *Hebraice* edidit Marcus Antonius Gajotius. Rom. 1647. 8. Prodierunt & Gallice cum notis Pariſ. 1685. 12. Vide Acta Er. 85. p. 425. Nicolai Andrynotæ. Hiſt. des Ouvrag. des Sav. 1700. p. 123. Prætereo verſiones Germanicas, Anglicas &c. Sectionis IV. Aphorismum 79. ſingulari libro de calculo ad Beverovicium (cujus exercitatio in eundem aphorismum exſtat Ao. 1641. 12.) illuſtravit Salmaſius Lugd. Bat. 1640. 8vo. *Jacobus* vero *Sponius* in Aphorismis novis ex Hippocrate nunc primum collectis Lugd. 1684. 12mo. oſtendit Hippocrati quam plurima nota fuiſſe quæ pro novis inventis hodie jactantur, de quo argumento conſules etiam clariſſimum Almelooveenium in inventis novantiquis Amſt. 1684. 8vo.

76. περὶ ἀφόρων *de ſterilibus*, librorum περὶ γυναικείων veluti appendix.

10. περὶ γονῆς *de genitura* ſive ſemine. Non memoratur Erotiano, niſi ſub libro περὶ φύσιος παιδίου comprehendit: & à quibusdam ad *Polybum* refertur auctorem. Exſtat tomo 3. edit Pariſ. Illuſtrarunt Theodorus Zvvingerus, Joh. Gorræus. Latine vertit etiam Jodocus Willichius cum cujus notis Medicis ad Lactantium de opificio Dei prodiit Francof. ad Viadrum A. 1542. 8o.

2011 Ministerio de Cultura

72. περὶ γυναικείης φύσιος *de natura muliebri* in qua multa ex libris γυναικείων repetita. Exſtat T. 7. edit. Pariſ.

73.—75. περὶ γυναικείων *de morbis mulierum libri* II. Libro primo quædam ab alio adjecta ſunt, quæ incipiunt: βῆχος παιδὸς θαψίην &c. hi libri laudantur in extremo libri quarti de morbis, & libri περὶ Ἑλλεβορισμοῦ, tum in libro περὶ ἀφόρων & περὶ γονῆς. Exſtant T. 7. edit. Pariſ. Librum priorem illuſtravit Mauritius Cordæus, Pariſ. 1585. fol. Libri ſecundi initium in editione Græca Baſileenſi p. 47. occupat locum poſtremum libri περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον.

15. 16. 17. περὶ διαίτης ὑγιαινόντων, *de diæta* libri III. De hoc opere Galenus 1. de alimentor. facultatibus p. 706. & in 1. de victu in morbis acutis T. 5. p. 43. notat quod ab aliis tributũ fuerit Philiſtioni (Locro) ab aliis Ariſtoni vel Euryphonti, vel Philetæ (Phaonti) qui omnes antiqui Medici fuerunt, aliqui etiam ipſo Hippocrate antiquiores. Secundum librum teſtatur in quibusdam codicibus ita incipere: σιτίων τε καὶ πομάτων δύναμιν ἑκάστου καὶ τὴν κατὰ φύσιν καὶ τὴν διὰ τῆς τέχνης ὧδε χρὴ διαγινώσκειν, atq; hunc ex quo nonnulla Celſus in ſuum opus transtulit idem Galenus putat videri Hippocrate dignum, ſed primum ab ejus ingenio diſſidere. Totum vero opus in quib⁹ nulla trium librorum ſive partium diſtinctio, inſcribi περὶ φύσιος ἀνθρώπου καὶ διαίτης. Exſtat T. 6. edit. Pariſ. & Gallice à Dacerio T. 2. Illuſtravit Theodorus Zvvingerus.

66. Περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, *de victu ac diæta in morbis acutis* obſervanda. Cum *Galeni* libris quatuor commentariorum Pariſ. 1543. 8vo. & T. 5. edit. Gr. Baſil. & T. 1. edit. Græcolat Charterii. Librum Hippocratis Gallice vertit A. Dacerius T. 2. p. 375. Προσκείμενα ſive additamenta huic libro aſſuta memorant Galeni gloſſæ in ἀκόνη. Ab aliis ut Alex. Aphrodiſeo 2. Problem. 9. Erotiano & Plinio inſcribitur περὶ παρακοπῆς, ab aliis ut Polluce & Cœlio Aureliano πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας *adverſus placita Cnidiorum Medicorum* Euryphontis aliorumque. Illuſtrarunt Joh. Heurnius, Hieronymus Thriverus Brachelius & Lud. Duretus. Latine vertit ante Cornarium & alios Guil. Copus.

47. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς πρὸς τοὺς ἰδιώτας, *de ſalubri diæta. Polybi* eſſe videtur Hippocratis diſcipuli judice Galeno 2. in lib. de natura humana T. 5. edit. Baſil. p. 17. & in commentario ad hunc librum, ibid. p. 29. Exſtat. T. 6. edit. Pariſ. Illuſtravit Hieron. Thrivcrus Brachelius.

Latine

2011 Ministerio de Cultura

Latine vertit ante Cornarium & alios Guilelmus Copus.

Περὶ ἑβδομάδων intercidit. Vide supra *περὶ αἰῶνος*.

78. *περὶ ἐγκαταῤῥομῆς ἐμβρύου*, de exsectione fœtus. T. 12. edit. Paris.

79. *περὶ ἑλκῶν, de ulceribus.* Galeni in hunc librum commentaria intercederunt. Liber ipse exstat T. 12. edit. Paris.

43. *περὶ ἐλλεβορισμοῦ* de *veratri* sive ellebori usu.

48. *περὶ ἐνυπνίων de insomniis* quomodo ex illis conjecturam facere Medicus possit. Foësio videtur esse pars librorum de diæta, de quibus suo loco. Exstat T. 6. edit. Paris. & cum *Julii Cæsaris Scaligeri* versione & commentario atque Aristotelis libellis de somno, vigilia, insomniis & divinatione. Giessæ 1610. 8vo. ut Lugdunenses, Genevensem & Amstelodamensem editiones omittam. Illustrarunt præterea Theodorus Zvvingerus, Joh. Collis & Justus Velsius, qui latine vertit. Prodiit & separatim Græce apud Morellum Paris. 1586. 8vo.

87. *Ἐπῳδή* sermo brevis ad Thessalos dictus ante aram Minervæ post vastatam patriam suam ab Athenien sibus, quos pœnas hujus rei daturos ominatur. T. 1. edit. Paris.

52.—58. *Ἐπιδημιῶν, de morbis popularibus libri VII.* è quibus *primum* & *tertium* ab Hippocrate profecta *συγγράμματα* & ut ederentur scripta: *secundum, sextum* & *quartum* forte ab eodem privatis usibus destinata *ὑπομνήματα*, sed à *Thessalo* aliisque post ipsum deinde recensita & interpolata: *quintum* & *septimum* manifeste spurios & ex his quintum ad Draconem Hippocratis junioris filium, septimum ad alium longe juniorem referendum Galenus pronunciat, cujus in *primum, tertium & sextum* commentarii exstant T. 5. edit. Græc. Basil. & T. 9. Græcolat. Paris. in qua occurrit etiam fragmentum *Galeni* in librum *secundum*, & *Palladii* in librum *sextum* commentarius. Illustravit & hos libros Hieron. Mercurialis in prælectionibus Pisanis & Bononiensibus: ut præteream quod Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 11. auctor est Hippocratis de morbis Epidemicis opus exstare Arabice sub titulo *Abidima*.

77. *περὶ ὑπερκυήσεως de superfœtatione*, sive ut Hieron. Mercurialis scribit *περὶ κυήσεως καὶ ὑπερκυήσεως*. Non memoratur Erotiano. Exstat T. 7. edit. Paris.

86. Epistolæ de quibus dixi supra cap. XIV. §. 18. Exstant T. 1. edit. Paris.

12. 13. *περὶ ἑπταμήνου de septimestri partu* libellus duplex, quorum prior inci-

2011 Ministerio de Cultura

incipiens his verbis : *περὶ ἢ ἐπιλαμήνων* &c. ſpurius eſt. Poſteriorem agnovit Galenus & commentario illuſtravit. Neutrius meminit Erotianus. Exſtat T. 5. edit. Pariſ. Illuſtrarunt Theodorus Zvvingerus, Joh. Lalamantius, Hieron. Cardanus.

6. *περὶ εὐχημοσύνης*, *de decoro Medici.* Non meminit Erotianus. Exſtat T. 2. edit. Pariſ. & Gallice à Dacerio T. 1. p. 179. Illuſtrarunt Theodorus Zvvingerus, Johannes Heurnius.

67. *περὶ ἱερῆς νόσου*, *de morbo ſacro* ſive *epilepſia*, ut Cœlius Aurelianus Lib. I. tardar. paſſ. c. 4. Exſtat T. 10. Edit. Pariſ. Democrito hunc librum adſcribere non dubitarunt Cæſalpinus Lib. V. Artis Med. c. 1. & Antonius Ponce de ſancta Cruce in prælectionibus Valliſoletanis ſive commentariis ad hunc librum. Vide Menag. ad Laërt. p. 414. Allegatur initio libelli *περὶ μανίης*.

46. *Καθ' ἰητρεῖον* ſive *περὶ τῶν καθ' ἰητρεῖον πραττομένων*, *officina atque officium Medici.* Cum Galeni libris quatuor commentarior. T. 5. edit. Gr. Baſil. & T. 12. Græcolat. Pariſ. *Aſclepiadis* commentarius Galeno & Erotiano laudatus intercidit.

5. *περὶ ἰητροῦ*, *de Medico* ſive de Medici officiis. Non meminit Erotianus. Exſtat T. 2. edit. Pariſ. & Gallice à Dacerio T. 1. p. 155. Illuſtrarunt Theodorus Zvvingerus, Joh. Heurnius, Franciſcus Faber.

85. *Ἱππιατρικὰ* ſive Veterinaria quædam in Hippiatricis Græcis ſub Hippocratis nomine occurrentia. T. 10. edit. Pariſ. Vide quæ infra libro ſexto, ubi veterinariæ Medicinæ ſcriptores recenſeo.

22. *περὶ καρδίης*, *de corde.* Pars quædam libri *περὶ σαρκῶν* ſupra num. 9. memorati videtur eſſe Foëſio, atq; à Galeno & Erotiano non memoratur. Exſtat. t. 4 edit. Pariſ.

81. *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων*, *de capitis vulneribus.* Galeni in hunc librum commentarius periit. Idem commentario 4. in librum de diæta in morbis acutis, & in gloſſis voce *ἐκλύθω* & *σφάκερος* teſtatur ſub extremum hujus libri *νοθευόμενα* quædam adſuta eſſe. Exſtat T. 12. edit. Pariſ. Illuſtrarunt Petrus Pavvus, Hippolytus Parma, Julius Cæſar Arantius. Franciſci Vertuniani commentarius & Joſephi Scaligeri caſtigationes lucem viderunt Pariſ. 1578. 8.

Πρὸς τὰς Κνιδίας δόξας. Vide ſupra *περὶ Διαίτης ὀξέων.*

33. Περὶ *κρισίμων de diebus criticis ſive judicatoriis.* Non memoratur Erotiano, & ex variis Hippocratis ſcriptis conſarcinatus eſt, obſervante Foëſio. Exſtat T. 8. edit. Pariſ.

34. Περὶ *Κρίσιων de judicationibus.* Hujus libelli Erotiano itidem non memorati

2011 Ministerio de Cultura

morati parumque integri, & Foësio judice ex aphorismis, prognostico & aliis Hippocratis libris consarcinati aliud principium habet Calvus, in quo quid Crisis sit in morbis & quantum Medico conferat ostenditur. Exstat T. 8. edit. Paris. Adversus Hieronymum Fracastorium Hippocrates & Galenus defenduntur ab Andrea Thurino de causis dierum Criticorum, Bonon. 1543. 4.

38. Κωακαὶ προγνώσεις *Coacæ prænotiones.* Non meminit Erotianus, & videntur è prognostico & priore prorrhetico aliisque scriptis Hippocratis consarcinatæ, additis quibusdam ab Hippocratis genio alienis. Exstant T. 8. edit. Paris. Illustrarunt Jac. Hollerius Stempanus, Desiderius Jacotius. Recensuit & Joh. Opsopæus & cum prognosticis ac porrheticon libris Græce & Lat. edidit Francof. 1587. 12mo. Cum commentario Lud. Dureti prodierunt Paris. 1621. fol.

68. περὶ μανίης *de insania.* T. 10. edit. Paris.

84. Μοχλικός *Vectiarius*, sive de luxatorum ossium repositione. T. 12. edit. Paris.

3. Νόμος *Lex* præscribenda iis qui Medicinam facere instituunt, ne ignari atque imperiti sub Medicorum persona irrepentes nomen venerandum artis turpiter prostituant. T. 2. edit. Paris. Græcolat. & Gallice in *Andreæ Dacerii* T. 1. p. 136. Illustrarunt itidem Theodorus Zvvingerus, Joh. Heurnius, Joh. Stephanus Bellunensis, Rodericus à Fonseca. Solet & subjici minutis Aphorismorum editionibus.

59.—63. περὶ νούσων *de morbis libri* IV. Galenus in glossis laudat Hippocratem ἐν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ σμικροτέρῳ, ut adeo duos de morbis magnos, duos parvos libros faciat. Quæ è libro primo τῷ σμικροτέρῳ profert, in libris editis non legi observat Foësius, uti nec alia quædam ex libris de morbis laudata eidem Galeno initio comment. 1. in prorrhetic. & Cœlio Aureliano lib. 2. c. 13. tardarum passionum. Primus liber major, est in nostris liber secundus. Liber secundus major hodie inscribitur περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν ut dixi suo loco. Liber minor secundus, est in nostris tertius. Per librum minorem primum nescio an quartum nostrum, an librum de quo infra περὶ παθῶν Galenus intellexerit. Erotianus duos tantum in universum agnoscit. Galenus in 1. Epidem & 1. in 6. Epidem testatur Dioscoridem hoc opus tribuisse *Hippocrati Thessali F* alios *Polybo.* Idem alibi notat ὑπομνήματα potius esse, memoriæ

2011 Ministerio de Cultura

causa utcunque adumbrata (licet egregiis referta observationibus) quam justa συγγράμματα sive elaboratos tractatus, comment. 2. & 3. in lib. de victu in morbis acutis. Porro librum 1. de morbis, male ita inscribi, & proœmium libri primi esse contendit, comment. 3. in 1. Epidem. Exstant T. 7. edit. Paris.

39. περὶ ὀδοντοφυΐης *de dentitione.* Non meminit Erotianus. Exstat T. 7. edit Paris.

14. περὶ ὀκταμήνου *de octimestri partu.* Non meminit Erotianus. Exstat T. 5. edit. Paris. Illustrarunt Theodorus Zvvingerus, Hieron. Cardanus.

4. Ὅρκος *Jusjurandum* T. 2. edit. Paris. Græcolat. & Gallice *in Dacerii* T. 1. p. 145. ac cum luculento atque eruditissimo commentario *Joh. Henrici Meibomii* Lugd. Bat. 1643. 4to. Illustrarunt præterea Theod. Zvvingerus, Joh. Gorræus, Blasius Hollerius, Franciscus de Franciscis, Franciscus Ranchinus, Petrus Memmius Mirabellus.

23. περὶ ὀστέων φύσιος *de ossium natura* libellus Mochlico Hippocratis (de quo supra suo loco) præmitti solitus. Vide Galeni glossas in κοχλίδα & ὠλεκράνου. A Cornario in edit. Græca Basileensi Hippocratis male sub Mochlici nomine vulgatus. Exstat T. 4. edit. Paris.

70. περὶ ὄψιος. *de visu* sive videndi acie corrupta ac vitiata, per manum curanda. In libro περὶ παθῶν promisit se singulatim de oculorum morbis dicturum. Exstat T. 10. edit. Paris.

64. περὶ παθῶν, *de affectionibus,* ab aliis *Polybo* tributus, Erotiano non memoratur. Exstat T. 7. edit. Paris.

65. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν *de internis affectionibus.* A Galeno inscribitur jam ὁ μείζων περὶ παθῶν, jam ὁ δεύτερος περὶ νόσων ὁ μείζων. Idem περὶ ἐμπύων à multis vocari testatur. At in glossis voce ἀμαλῶς librum περὶ ἐμπύων ab utroque majore de morbis libro distinguit, & primum nostrum de morbis librum ita vocare videtur. Foësius suspicatur auctorem hujus περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν esse Euryphontem Cnidium. Exstat Græce & Lat. T. 7. edit. Paris. & cum prælectionibus Joh. Martini Paris. 1637.

7. Παραγγελίαι *Præcepta Medica.* Non meminit Erotianus, neque à Galeno lecta videntur. Exstat T. 2. edit. Paris. & Gallice in Dacerii T. 1. p. 217. Illustrarunt Theod. Zvvingerus, Joh. Heurnius.

Παρακαταθήκην Hippocratis memorat Pollux IX. 6.

71. Περὶ παρθενίων *de virginum morbis.* Velut præludium quoddam tractationis de morbis muliebribus. Illustravit Joh. Baptista Donatius

2011 Ministerio de Cultura

natius. Francof. 1591. 8vo. Joh. Stephanus Bellunenſis. Venet. 1635. 4to.

35. Προγνωſτικόν ſive ut in quibusdam codd. Foëſius reperit προγνωſτικά. *Prænotiones.* Cum Galeni libris tribus commentariorum tomo 5. edit. Græc. Baſil. & T. 8. Charterii Græcolat. Illuſtrarunt Joh. Heurnius, Ludovicus Duretus Pariſ. 1588. fol. Joh. Jonſtonus, Joh. Butinus, Hieron. Cardanus & Mercurialis, Rodericus à Fonſeca Patav. 1597. 4to. multique alii quos videas licet ad calcem editionis Foëſianæ Genevenſis. Paraphraſi poëtica donavit Andreas Ellingerus. Francof. 1579. 8vo. Latine vertit ante Cornarium & alios Gvil. Copus.

36. 37. προρρητικὸν α', β'. *Prædictorum libri II.* In librum priorem libri tres commentariorum *Galeni* T. 5. Baſil. & T. 8. Græcolat. Pariſ. Librum poſteriorem Galenus in gloſſis voce μᾶσσον & alibi reſpicit laudans Hippocratem ἐν τῷ μείζονι προρρητικῷ. Erotianus in præf. ſui gloſſarii: προρρητικὸν α καὶ β' ὡς ἔνι ἔστιν Ἱπποκράτης, ἐν ἄλλοις δείξομεν, quæ verba dupliciter intelligi poſſunt, ut vel utrumque librum Hippocratis eſſe neget, vel poſteriorem duntaxat, quod verius eſt & Galeni conſenſu in libello περὶ τοῦ γινώσκειν comprobatur. Sane poſteriorem cum priore non ejusdem eſſe auctoris ex tota ſermonis ratione patere, Foëſius quoque obſervat, licet Celſus in ſuis libris multa ad verbum ex eodem expreſſit. Illuſtrarunt Joh. Heurnius, Hieron. Mercurialis. Latine vertit Gvil. Copus.

Περὶ πλισσάνης. Vide ſupra περὶ διαίτης ὀξέων.

80. περὶ συρίγγων. *de fiſtulis*, ani præcipue. Cum libro περὶ αἱμορροΐδων conjungitur apud Galenum in gloſſis voce πήρινα & σφυβλήν. Exſtat T. 12. edit. Pariſ.

1. περὶ τέχνης *de arte*, ſive quod Medicina ſit ars, adverſus illius obtrectatores. T. 2. edit. Græcolat. Pariſ. & Gallice in *Dacerii* T. 1. p. 1. Illuſtrarunt è recentioribus Theod. Zvvingerus, Joh. Heurnius, Joh. Gorræus, Jac. Fontanus.

29. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον *de locis in homine* ſive partibus corporis humani. T. 7. edit. Pariſ. Illuſtrarunt Theod. Zvvingerus, Adrianus Alemannus.

40. περὶ τροφῆς. *de alimento.* ab aliis Theſſalo vel Herophilo vel Pherecydi vel Philiſtioni tribuitur, teſte Galeno, qui ſæpe tanquam Hippocratis laudat & commentario explicavit. T. 6. edit. Pariſ. Illuſtrarunt etiam Theod. Zvvingerus, Hieron. Cardanus.

49. Ὑγιει-

2011 Ministerio de Cultura

49. Ὑγιεινόν. *de ſanitate tuenda*, Epiſtola ad *Demetrium* Regem. T. 1. edit. Pariſ.

41. Περὶ ὑγρῶν χρήσιος *de humidorum uſu*, mutilus & utcunque conſarcinatus ex ſchedis, neque ab Erotiano vel Galeno memoratus. Exſtat T. 6. edit. Pariſ. & Gallice in Dacerii T. 1. p. 413. Illuſtravit Theod. Zvvingerus.

42. Περὶ καθαιρόντων φαρμάκων *de medicamentis purgantibus*. Græce ad calcem breviarii Nicephori CPol. ex Cujaciano codice deſcriptum ediditDionyſ.PetaviusPariſ. 1616. 8vo. Ante Petavium *Johannes Cajus* Anglus cum quibusdam ſcriptis Galeni Baſil. 1544. 4to. Poſt *Junium* vero *Paulum Craſſum*, cujus verſio cum Aretæo & aliis quibusdam Medicis latine editis Baſil. 1581. 4to. prodiit; *Johannes Heurnius* donavit verſione & notis, quæ & inter Heurnii opera & ad calcem poſtremæ editionis Hippocratis Foëſianæ leguntur. Libellus ipſe (quem Heurnius putat eſſe initium libri ab Hippocrate ſcripti & reliquam partem deperditi de elleboro) Græce & latine editus eſt à Morello ſeparatim cum notis Pariſ. 1617. 8vo. legitur etiam in edit. Lindeniaua T. 1. p. 607. Charteriana T. 10.

24. περὶ Φλεβῶν, *de venis*, itidem Mochlico præmiſſum docent Galeni gloſſæ in περὶ ἀρθρίτιδος. In Baſileenſi editione Græca Hippocratis confuſus eſt cum libro περὶ ὀστέων Φύσιος.

18. 19. 20. Περὶ Φύσιος ἀνθρώπου, *de natura humana* liber, in quo πρόσκειμενα ſeu addiditia quædam à juniore Hippocrate Theſſali F. incipiunt à verbis: εἰδέναι χρὴ καὶ ταῦτα πρὸς &c. Cum Galeni libris duobus commentariorum hic liber occurrit in edit. Græca Galeni Baſil. T. 5. & in Græcolat. Charteriana T. 3. Gallice vertit *A. Dacerius* T. 1. p. 259. In Lindenii editione ſubjicitur *Democriti* ad Hippocratem diſſertatiuncula ejusdem argumenti, & *Hippocratis ad Perdiccam* Macedonum Regem libellus *de ſtructura hominis*. Latine tantum exſtat e verſione *Nicolai Petreji Corcyræi* T. 4. edit. Charterianæ. Illuſtrarunt Theod. Zvvingerus, Joh. Heurnius, Joh. Franciſcus Schrõterus, Jacobus Scutellarius, Euſtachius Quercetanus, Blaſius Hollerius, Joh. Stephanus Bellunenſis. Latine vertit ante Cornarium & alios Andreas Brentius.

11. Περὶ Φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ, de natura pueri in partu & graviditarum puerperarumque conditione. Etiam hujus libri *Polybus* à quibusdam habitus eſt auctor, ut docet Galenus initio libri περὶ κυσμένου διαπλάσεως T. 1. pag. 214. licet idem alibi & Erotianus ad Hippo-

2011 Ministerio de Cultura

Hippocratem referant. Hippocratis esse addubitat etiam Johannes Pincierius p. 234. otii Marpurgensis, ubi contra auctorem hujus libelli negat embryonem per os attrahere alimentum. Exstat T. 5. edit. Paris. Illustrarunt Theodorus Zvvingerus, Joh. Gorræus.

30. Περὶ φυσῶν *de flatibus*, Hippocrati tribuitur ab Erotiano & Galeno. Exstat T. 6. edit. Paris. & Gallice in Dacerii T. 1. p. 369. Illustrarunt Theod. Zvvingerus, Adrianus Alemannus.

27. Περὶ χυμῶν *de humoribus*, quem librum nonnulli suspicati sunt auctorem habere Democritum. Vide Menagium ad Laërt. IX. 46. Commentarii qui sub *Galeni* nomine in hunc librum latine circumferuntur, & exstant T. 8. Paris. an vere illius sint, non parva mentis speculatione indigere ait Foësius. Sane tria se in eundem ὑπομνήματα conscripsisse Galenus ipse affirmat 3. in 6. Epidem. & initio 4. E recentioribus illustravit Lud. Duretus.

Latinè tantùm exstant:

50. 51. Epistolæ duæ sub Hippocratis nomine *de sanitate tuēnda*, una ad *Antiochum* Regem, altera ad *Mæcenatem*, latine ex versione *Largii Designatiani*, Marcello Empirico præfigi solent, & Hippocratis nostri nomen mentiuntur.

Libellus *de structura hominis ad Perdiccam* de quo dixi in περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

III. Apud Galenum passim mentio fit ἐκδόσεως scriptorum Hippocratis recensitæ ab *Artemidoro Capitone*, & *Dioscoride* (non Anazarbeo, sed juniore quodam) qui ambo audacissimi fuerunt in perverteuda veteri scriptura, Capito præcipue, cum Dioscorides γραμματικώτερον partibus suus fuerit functus. Vide T. 5. edit. Basil. p. 442. 459. 463. 485. 484. 488. 489. &c. Laudat etiam Galenus exemplar scriptorum Hippocratis Alexandrinum & aliud quod vocat ἐκ τῶν πολλῶν. p. 411. & 413. Notas quoque memorat sive σημασίας literarum additas à *Mnemone* Sidete de Secta Cleophantia. ibid. & p. 431. & super iisdem notis digladiationes *Zenonis* & *Apollonii* Empirici cognomento *Byblæ*, *Heraclidæ* item *Tarentini* & Empirici *Erythræi*, p. 413. seq. Longum præterea esset recensere quæ idem observat de *Sabino* hujusque discipulo *Metrodoro*, germanis ut ait Hippocraticis, *Glaucia* itidem Empirico, & qui post hunc scripsit *Zeuxide*, tum *Rufo* Ephesio, *Quinto* Empirico Pergameno qui Romæ Medicinam ferit, *Lyco*, *Bacchio*, aliisque apud Erotianum quoque laudatis, qui Hippocratis scripta illustranda sibi sumpsere.

2011 Ministerio de Cultura

Editiones Operum Hippocratis Græcæ.

1. *Veneta* A. 1526. apud Aldum in fol.
2. *Basileensis* A. 1538. fol. apud Hieron. Froben. castigata ad tres codices MSS. à Jano Cornario, *pluribus quatermille locis redintegratis, qui in Veneta editione aut defuerunt ex toto, aut vitiati habebantur: atque hoc eâ tamen religione factum, ut nihil temere sit mutatum, ita ut in ambiguis lectionibus eas potissimum secutus sit, quas Galenum recepisse deprehendit.*

Editiones Latinæ.

Versio Latina antiqua Hippocratis & Galeni quam commendat Cassiodorus c. 31. divin. Lect. intercidit, cæterum exstant Hippocratis editiones *Latinæ* post scripta nonnulla ejusdem sparsim edita & ex Arabico fere translata Venet. 1493. & 1497. Vide Beughemii incunabula typographiæ p. 74.

1. *Variis interpretibus*, Basileæ apud A. Cratandrum 1526. fol.
2. *M. Fabii Calvi* Ravennatis, qui jussu Clementis VII. Pontificis ex MSS. Græcis Vaticanis Hippocratem convertere cœpit circa A. C. 1530. licet editum demum Romæ 1549. fol.
3. *Jani Cornarii*, Venet. 1545. 8. Paris. 1546. 8vo. & eodem anno Basileæ luculentiore charactere apud Froben. in fol. & ibidem 1553. fol. 1554. 8. 2. Vol. 1558. fol. Lugd. 1562. 8. & 1564. fol. & cum commentario *Joh. Marinelli* & Joh. Culmanni argumentis. Venet. 1575. & 1619. fol. Vicentiæ 1610. fol. Toti operi præluſit Cornarius versione paraphrastica Epistolarum & aliorum quorundam librorum Hippocratis. Colon. 1542. 8vo.
4. *Anutii Foësii.* Francof. apud Wechelos 1596. 8vo.

Editiones Græco Latinæ.

1. *Hieronymi Mercurialis*, qui codices MSS. contulit, libros Hippocratis in quatuor ordines digessit & scholiis illustravit, versionemque recensuit. Venet. A. 1588. fol.
2. *Anutii Foësii* Mediomatrici, qui Græca diligenter ad codices MSS. castigavit, scripta Hippocratis ex Erotiani mente in octo sectiones digessit, nova versione & censuris Criticis, commentariisque eruditis illustravit, *Palladiique* commentarium in librum de fracturis addidit, ut facile primos inter Hippocratis editores tulisse videatur. Ad calcem voluminis adjectæ Variæ Lectiones ex duobus Servini & Fe-

2011 Ministerio de Cultura

& Febrei Codicibus, Variæ Lectiones Johannis Martini Medici, Variæ Lectiones è codice Mediceo qui Parisiis fuit in Bibl. Catharinæ de Medicis, & castigationes Æmilii Porti. Francof. typis Wechelianis 1595. Fol. Repetita editio ibid. 1621. 1645. & Genevæ 1657. fol. in qua accesserunt liber περὶ φαρμάκων, cum commentario Joh. Heurnii, Liber de structura hominis, latine, Erotiani sive Herodiani, Herodoti & Galeni glossaria in Hippocratem. Debemus eidem Foësio Oeconomiam Hippocratis sive *Lexicon* Hippocrateum*, post veterum jam laudatorum in hoc genere labores, in Charteriana etiam Hippocratis editione Tomo Secundo obvios utilissimum. Francof. 1588. Genev. 1662. fol.

3. *Joh. Antonidæ van der Linden* (paulo ante absolutum opus denati) cum versione Cornarii Lugd. Bat. 1665. 8vo. 2. Volum. nitido charactere, perque oras paginarum annotatâ reliquarum editionum præcipuarum, quas hactenus recensui, harmoniâ. Cæterum Tho. Bartholinus diss. 4. de legendis libris p. 118. notat Hippocratis nec primam editionem Venetam approbari, quia manca; nec primam latinam Calvi, quia in sensu deficit; nec primam Græcolatinam Mercurialis, licet novo ordine digestam, quia in numerum interpretum male ille se ingessit, judicio Castrensis: nec ultimam Lindani Leidensem, licet nitidissimam, *quia ingenio suo abusus in textu emendando audacius, sicut in Celso, versatus est vir ille multiscius.* Sed mediam in latinis Cornarii, in utrâque lingua Foësii, Medicis commendari.

4. *Renati Charterii* Vindocinensis, qui Hippocratis & Galeni opera recensuit ad MSS. codices, versionem passim emendavit, Varias Lect. & castigationes in singulis tomis addidit, Paris. 1679. fol. tredecim Voluminibus, quam luculentam ac præcipuam editionem accurate recenseo infra libro IV. in Galeno.

E recentioribus præter editores hactenus recensitos Hippocratis scripta illustravit *Prosper Martianus*, cujus annotationes posthumæ à Petro Castellano editæ sunt Rom. 1626. fol. Tractatus XXII. cum Cornarii versione & *Theod. Zvvingeri* analysi sive tabulis & animadversionibus Basil. 1579. fol. raro obvii sunt.

* Interciderunt Lexica in Hippocratem scripta à *Xenocrito* Coo Grammatico, *Callimacho* Herophileo, *Dioscoride* juniore, & *Bacchio* (qui male Βέκχιος in edit Galeni Charteriana T. 2. p. 80.) Tanagræo, & aliis, de quibus Erotianus in præfatione quam Charterius exhibuit Tomo primo.

2011 Ministerio de Cultura

Gallicè verti Hippocratem nolebat Guido Patinus, vir acutiſſimus, ne Medicaſtrorum vanitati conſuleretur. Sed forte plus quam vanum fuerit, ab uſu ex bonis ſcriptoribus capiendo, prohibere velle univerſos, qui lingvam Græcam vel Latinam non intelligunt. *Andreæ* itaque *Dacerii* labor non ſine plauſu exceptus eſt, qui ſcripta quædam Hippocratis ſelecta eleganter in Gallicum ſermonem convertit, & Hippocratis vitam ſuccinctam, ac Medicinæ ante Hippocratis tempora Hiſtoriam, Danielis Clerici (ut videatur) obſervationibus adjutus præmiſit. Pariſ. 1700. 12mo. 2. Vol. Libros Hippocratis à Dacerio translatos ſuo ſubinde loco ſupra annotavi.

IV. At fortasſis non ingratum erit Lectori, ſi præſenti loco ſubjiciatur ex Gallico à me verſa

Epiſtola Clariſſimi Theophraſti RENAUDOTI ad ANDREAM DACERIUM,

De exiguo operæ pretio quod ex verſionibus Syriacis & Arabicis ferri poteſt ad emendandum & illuſtrandum Hippocratem aliosq; ſcriptores Græcos, præſertim Medicos.

NImium ſane tribuit literis Orientalibus, Vir doctiſſime, quisquis tibi ſpondet illas conferre aliquid poſſe ad perficiendam Hippocratis interpretationem, quam in te ſuscepiſti. Quanquam enim utiles olim eſſe potuerunt Medicis, qui artem ſuam repetebant ex ſcriptis aut translationibus Arabicis, quod ad ſæculum usq; decimum quintum extremum factum eſſe conſtat: At ex quo tempore præcipuos ſcriptores in ſua quemque lingua (Græca & latina) cœpimus evolvere, non modo Arabes conſuli deſierunt, ſed vix unus itemque alter repertus eſt vir doctus, qui Hippocratis, Galeni, Diſcoridis verſiones ineptas ex Arabicis factas adire voluerit. Nihilominus perſuaſum hactenus fuit eruditis, ſi Arabum ſcripta legere parum ſit neceſſe, ſaltim translationes eorum haud inutiles eſſe, ad veram quandoque lectionem reddendam ſcriptis quæ illi ſuam in linguam transtulerunt. Quæ opinio facile radices egit, plerisque ſerio credentibus colligendoque exaggerantibus quæ à cultoribus linguarum orientalium ſunt in laudem Arabum disputata. Neque negari poteſt, cum literæ in Europa peſſundari & extingui cœpiſſent, ab Arabibus omne genus ſcientiarum tractatum fuiſſe atque excultum, & principes quosque ſcriptores in linguam ipſorum translatos, usque adeo, ut quidam Græce deperditi apud ſolos Arabes reperiantur: unde tot

2011 Ministerio de Cultura

tot inter illos Philosophi, Medici, Mathematici, quanquam dispari pretio. Mathematici illis fuere præstantissimi, quorum observationes veræ & accuratæ: Geometræ non contemnendi, etsi nemo unus eorum ita excelluerit, ut cum ingeniis nostræ ætatis sit comparandus: nam & hodie solent quæ ex nostratium aliquo in illorum linguam transfunduntur, præferre omnibus suorum lucubrationibus. Ac Bernerius mihi sæpius retulit, doctissimum quendam Ministrum Aureng Zebi Mogolum Imperatoris, Daneschmend Chan nomine, & præstantissimos quosque Philosophorum Indorum antetulisse tractatus quosdam Gassendi quos in linguam Arabicam verterat, Philosophis suis quibuscunque. Tychonis quoque Brahei observationes nonnullas transtulit Greavesius, quas peritissimi ex Astronomis CPolitanis animadverterunt cum optimis suorum observationibus consentire. Itaque veræ laudes quas exculto omni genere disciplinarum promeruerunt, Orientalibus haud quaquam sunt negandæ, quisquis vero tanquam interpretes eximios suspicit, profecto non satis habet illos perspectos. Ut enim multi tam præclare de illis sentirent, Salmasii non parum videtur contulisse auctoritas, qui frequenter ad eorum libros provocavit, quos non satis intelligebat ipse, ac Discoridem promisit restituere ex versione Arabica, quam in Ebenbeitare legerat. At longe aliud Dodarti est judicium, qui specimina & conatus quosdam illius Viri vidit: & siquis vel historiam illarum versionum norit, aliter judicet. Antiquissimæ à Syris idiomate compositæ Syriaco penitus interciderunt, solis titulis superstitibus. Si vero non dissimiles fuere translationibus Syriacis quas de scriptoribus Græcis Ecclesiasticis habemus, non est dubitandum, quin illi qui in rebus tritis & vulgatissimus toties impegerunt, sæpius etiam & gravius lapsi fuerint in aliis adeo difficillimis, ut ipsi etiam Græci debuerint singularibus Lexicis ea explicare. Cujus rei conjectura etiam capi potest ex pluribus vocabulis Græcis quæ in Dictionariis Syriacis occurrunt, quoniam linguâ illa reddi non potuerint, Arabes vero, dum eadem in suam voluerunt linguam teansferre, sæpius perperam intellexerunt. Attamen nequit negari, primas istas versiones Syriacas factas esse temporibus quibus Græca lingua notior & adhuc vernacula erat, cum e contrario maxima pars Arabicarum composita fuerit sub stirpe secunda Calipharum qui Muhamedi successerunt, qua ætate Græca lingua non erat nisi eruditorum in provinciis quibus Caliphæ imperabant. Celeberrima Epocha versionum Arabicarum assignari solet sub imperio Almamonis * *quinti, quo nullus fuit major unquam fautor literarum & eruditorum, quique genti suæ instillavit curiosum desiderium doctrinarum à Græcis concinnatarum. Avus ejus* AbuJafar Almansor *jam præiverat, largissimaque præmia proposuerat eruditis, iis præcipue qui Græcorum librorum translatione Arabibus*

* Regnare cœpit anno Hegiræ 198. sive Christi 813. Obiit anno Hegiræ 218. Christi 833.

2011 Ministerio de Cultura

*bibus ansam præberent Philosophiam, Astronomiam, Mathematicas artes Medicinamque excolendi. Jam quoque multi ex præcipuis auctoribus Syriace versi exstabant à Sergio Syro * qui Justiniani temporibus vixit & pro antiquissimo interprete habetur. Sed Almamon singulari prorsus studio Græca volumina conquisivit, à Christianis principibus illa per legatos impetravit, magnoque illorum numero collecto de eruditis interpretibus qui eadem Arabice redderent sollicitus fuit. Vulgo quidem creditur plerasque istarum versionum ad Græcos fontes fuisse compositas, neque sane aliquas abnuerim. Scriptores tamen fide dignissimi observant ex translationibus Syriacis, quæ in Syrorum manibus fuere, plerasque profluxisse. Cum enim Almanon ejusque avus Almansor à quo Bagdad condita est, in illa urbe fere regiam suam haberent, in qua Syriacum idioma vernaculum erat, uti in quibusdam opidis Græcum quoque, accuratior nihilominus notitia linguæ Syriacæ apud solos propemodum erat Christianos, quos adeo præcipuos translationum istarum auctores haberi oportet. Primas inter versiones fuit Hippocrates translatus à Medicis Christianis ** quorum non mediocris fuit in aula Califæ Almansoris fides atque auctoritas. Hactenus non adeo multum Medicis externis tribuerant Arabes, nam in historia Muhamedis *** legas Medicum à Principe quodam ad ipsum missum diu inter Arabes versatum, neque ullam artis suæ experimentum faciendi occasionem nactum esse: itaque adiisse Mahumedem, & quod toto illo tempore à nemine consultus esset, conquestum, ex eodem percepisse, quod cibum non caperent Arabes nisi fame sollicitante, & ante satietatem ab edendo desisterent. His auditis Medicum Muhamedi longum Vale dixisse, seque parasse aditer: professum, quod ista regula valetudinis nihil sit certius, quæ ubicunque obtineat, ab eo loco Medicos tuto posse abesse. Narrant equidem nonnulli, Arabibus fuisse Medicum Hareth Ebn Chalda, cui Muhamedes ægrotos curandos commiserit, sed qui simplicibus tantum eos curaverit medicamentis. Habuit idem discipulos, quorum omnis scientia paucis observationibus & experimentis constabat, utpote qui fundamentorum artis Medicæ prorsus expertes erant. At enim Almansor cum vehementer ægrotaret, & adhibuisset omne genus remediorum Medicorumque, arcessivit ad se è Persia* Georgium *filium* Boct Jechuæ, *quo per longum tempus Archiatro usus est. Hic Syrus gente, religione Christianus & Nestorianus fuit, magnamque qua polluit scientiam visus est hausisse ex assiduo studio veterum, quorum præcipuos in linguam suam convertit. Inde Mahumedani ejusdem doctrinæ desiderio ferri cœperunt, in qua Magistris usi sunt Syris, cum nullus fere è Muhamedanorum numero Græcis literis operam navasset. Sed Syriace quoque imperiti fuere plerique, ut Græcos quos evolverunt scriptores Medicos præcipue legerint*

* Abulpharaj. hist. Dynastiar. p. 94. & Histor. Medicorum MS.

** Inter alios à Georgio filio Boctiechuæ Christiano Nestoriano Jondisaburensi.

*** Gulistan p. 239.

2011 Ministerio de Cultura

legerint ex versionibus Arabicis, quos Christiani homines Syri sub Almansore & Almamone concinnaverunt. Ægyptii quoque magna contentione hoc studii genus amplexi sunt, & Græcarum literarum usus diutius in Ægypto quam in Syria obtinuit, præcipue apud Christianos Orthodoxos, vulgo Melchitas appellatos, qui in liturgiis suis linguam Græcam retinuerunt, Semi Eutychianis sive Jacobitis Coptico sive Ægyptiaco idiomate utentibus. Paucæ tamen ab Ægyptiis translationes compositæ sunt, si cum Syris comparentur, quorum Califæ Scientiarum patroni ac fautores Ægyptum provinciam ab Emiribus sive Prætoribus sub imperio suo administratam non adierunt ipsi, unde nec scientiæ tantum florere atque ibi, nec vigere potuerunt. Quod si scriptorum Orientalium complurium stamus testimoniis, probabile est primis Almansoris & Almamonis temporibus Hippocratem Arabice redditum fuisse: sed omnibus reliquis translationibus obstruxit prælataque est versio composita ab Honaino filio Isaaci cujus magna fuit sub Califa Elmotewakelio autoritas. Is imperio præesse cœpit Anno Hegiræ 232. Christi 847. defunctus anno Hegiræ 247. qui respondet anno Christi 861. Honainus vero discipulus fuit Johannis filii Masowiæ, qui vulgo Mesue dicitur, atque ut historici referunt, auctores Græcos transferendos in se suscepit, quod translationes Sergii essent valde imperfectæ nævisque scatentes. Tum Gabriel filius Boctiechuæ Medicus & ipse celebris ad hoc eum laboris exhortatus est, quo fuit tanto cum successu defunctus, ut versio ejus omnes alias longe post se reliquerit. Sergius suas ut dixi translationes in Syriacum idioma composuerat, ut Honainus duos annos in regionibus ubi Græca esset vernacula versatus Basoram petiit, ubi Arabice quam emendatissime loquebantur, eaque lingua rectissime percepta, animum ad concinnandas versiones appulit. Igitur Honaini nomen præferunt translationee pleræque Arabicæ, tum Hippocratis pleræque, & Hebraicæ ante septingentos amplius annos elaboratæ ex illis expressæ sunt. Primi quidem interpretes Syri Syriaco suas idiomate elaboraverant, quod primis illis Muhamedismi obtinentis temporibus plurimi non satis Arabice callerent, cujus linguæ apud Arabes variæ elegantiæ atque veneres constabant. Qui postea vertendi labore fnncti sunt, Syriacas potius translationes quam Græcos fontes originarios consuluere, unde Honaini versiones qui cognitionem Græcæ linguæ cum elegantia idiomatis Arabici conjunxerat, facile omnes reliquas & accuratione & styli elegantia anteverterunt. Neque primæ latinæ Hippocratis translationes, quibus superiorum sæculorum Medicos per totam Europam usos constat, ex Græco derivatæ sunt. Sed nonnullæ post bellum Outremeri vulgatæ ex libris profluxere Arabicis, aliæ ex Africa & Hispania allatæ, ubi Judæi diligentissimam Medicæ arti operam navarunt, maximam partem factæ sunt ex versionibus Judæorum Hebraicis, Arabicas reddentibus. Has inter se distinguere non exigui est negotii, quia librarii, sed & Medici illorum temporum editiones frequenter ad alias, quæcunque in manus inciderant, corrigebant, & ratio transferendi

2011 Ministerio de Cultura

rendi adeo misera erat atque corrupta, ut versiones illæ, cum jam Hippocrates suæ lingua legi inciperet, ne intelligi quidem possent, utpote reformatæ à Medicis qui Arabicam & Hebræam Linguam juxta ignorabant, aut à Judæis qui erant in Medica arte hospites. Idem dici potest de reliquorum Græcorum scriptorum translationibus, singulatim Aristotelis: Nam & iste Syriace primum redditus est, hinc Arabice, denique Hebraice: ex qua versione vel factæ vel reformatæ translationes latinæ omnes quæ in scholis lectæ sunt usque ad restitutam rem literariam restauratumque studium linguæ Græcæ. Tanta vero fuit interpretum istorum sive ignorantia sive negligentia, ut si quis veterem Avicennæ versionem cum fonte conferat, vix agnoscat auctorem, nedum in aliis scriptoribus difficilioribus. Ut itaque ad Honainum Isaaci filium redeam, præstantissimus hic & solus fere est Hippocratis interpres, à quo Arabes quicquid in historia Medica habent præclari, hauserunt. Ferebatur illis temporibus & aliud versionum genus duplex, Syriacarum alterum, alterum Arabicarum: quarum priores velut alter textus habebatur Originarius, adeo ut veteres codices translationum Arabicarum, Dioscoridis præsertim, non raro invenias cum Syriacis collatos. Rarissimæ etiam à pluribus jam sæculis sunt versiones Syriacæ, quia lingua hæc doctorum esse cœpit, qua soli usi Christiani, sed & ipsi ita ejus obliti, ut licet sacra in illo idiomate celebrant, tamen studio id cogantur addiscere. Inde jam pridem, ut dixi, rarissimæ sunt, nec amplius reperiuntur. Cæterum per ea quæ hactenus disserui, abunde constare puto, quod ex collatione versionum Arabicarum exigua utilitas capi possit ad Græca scripta emendanda.

Hactenus Renaudotus, qui subjecit deinde ex Eutychio & Abulpharajo nonnulla de Hippocrate, quæ Dacerius prætermittenda esse duxit, quod nihil complectebantur præter male excerpta ex iis quæ de principe Medicorum à Græcis tradita sunt.

V. POLYBUS gener ac discipulus Hippocratis, & teste Galeno 1. in Lib. de natura hominis T. 5. p. 2. Δεξάμενος τὴν τῶν νέων διδασκαλίαν, ὃς ἐδὲν ὅλως φάινεται μεταχινήσας τῶν Ἱπποκράτους δογμάτων, allegatur ab Aristotele III. 3. hist. animal. & habitus est à nonnullis auctor librorum quorundam eximiorum qui inter Hippocratis scripta leguntur, qualia sunt περὶ φύσιος ἀνθρώπου (sed neutiquam assentiente Galeno) tum περὶ φύσιος παιδίου, περὶ γονῆς, περὶ διαίτης ὑγιαινῆς πρὸς τοὺς ἰδιώτας *de salubri victus ratione*, qui libellus sub Polybi nomine frequenter editus est, & latine versus à *Gvinterio Johanne Andernaco* Basil. 1529. ad calcem Scribonii Largi, 8. quæ editio adjungenda aliis in Lindenii Bibl. Medica p. 924. notatis. Præterea περὶ νούσων ac denique περὶ παθῶν. Albanus Torinus librum περὶ γονῆς *de seminis humani natura*, librum *de ratione victus sanorum* de quo jam dixi, & librum περὶ παθῶν *de morbis* & περὶ τῶν ἐν-

τὸς

2011 Ministerio de Cultura

τὸς παθῶν *de morbis internis*, qui ibidem inter Hippocratis ſcripta leguntur, latine vertit & ſub Polybi nomine edidit. Baſil. 1544. 4. Polybi paſtillum glutinandis vulneribus laudat Celſus V. 20. Πόλυβον τὸν ἰατρὸν ἐν τῷ περὶ ὀκταμήνων. Clemens VI. Strom. p. 683.

VI. Etiam ad HIPPOCRATEM Gnoſidici & ad HIPPOCRATEM Theſſali F. ſcripta nonnulla relata ſunt, quæ inter libros Hippocratis noſtri, Heraclidæ F. leguntur, ut ſupra ad §. 1. nota a) obſervavi. Sed & THESSALO ejus filio librum ſextum & quartum ἐπιδημιῶν, librumque περὶ τροφῆς tribuerunt nonnulli. Verum de his aliisque Medicis, Hippocratis vel filiis, ut *Theſſalo* & *Dracone*, vel diſcipulis, *Prodico*, *Dexippo*, *Apollonio*, tum *Cteſia* & *Theomedonte*: vel æqualibus aut etiam antiquioribus, *Phæone* ſive *Phaone*, *Philiſtione* Eudoxi Cnidii præceptore, *Ariſtone*, *Pherecyde*, *Pythocle*, *Phileta*, *Acumeno*, *Pittalo*, *Archidamo*, *Metone*, *Eryximacho*: tum de *Acrone* auctore ſectæ Empiricæ, de *Apollonide*, *Antigene*, *Ægimio*, *Euryphronte* Cnidio, & de Philoſophis Medicinæ peritis *Thalete*, *Pherecyde*, *Epimenide*, *Toxari*, *Pythagora*, *Zamolxi*, *Empedocle*, *Pauſania*, *Alcmæone*, *Epicharmo*, *Eudoxo*, *Timæo*, *Heraclito*, *Democrito* & *Diagora*: denique de *Machaone*, *Podalirio*, *Melampo*, *Chirone* & aliis antiquioribus, *Æſculapioque* & ſchola *Aſclepiadarum* conſulenda Clariſſimi Viri Danielis Clerici Hiſtoria Medica, parte prima, cujus libro tertio diligenter imprimis ad examen revocat ſcripta Hippocratis ipſius, & de inventis ejus atq; obſervatis diſputat, & quousq; ille ſaluturem artem provexerit, oſtendit. Hiſtoriam & vitas* Medicorum veterum, ſed huc usq; ineditas ſcripſerunt etiam triumviri doctiſſimi *Thomas Reineſius*, *Ægidius Menagius* & *Joh. Henricus Meibomius* ex quibus Meibomii ſaltim labor à filio Henrico Meibomio τῷ μακαρίτῃ locupletatus ut aliquando lucem videat non plane deſperandum puto, & publico nomine ut operis illius editionem maturare dignetur rogo oroque nobiliſſimum paternarum avitarumque virtutum heredem *Hermannum Dietericum Meibomium*.

* Prætereo tanquam notiora de veteribus Medicis ſcripta Andreæ Tiraquelli (in opere de Nobilitate) Petri Caſtellani (recuſi Tomo X. Antiqv. Græcarum) G. Voſſii, libro de Philoſophia, Hermanni Conringii, introductione ad Artem Medicam, ab excellentiſſimo Schelhammero locupletata, Tho. Bartholini de Medicis Poëtis &c.

CAPUT XXV.

De THUCYDIDE & CTESIA.

Thucydidis vita à Marcellino ſcripta. Ac de Thucydide ipſo, ejus ætate, exſilio & ſepulturâ. Ἰκεσίου Cenotaphio impoſitum. I. *Thucydidis libri de bello Peleponne-*

2011 Ministerio de Cultura

loponnesiaco. Librorum divisio num ab ipso auctore. Liber octavus γνήσιος. 2. Thucydidis continuatores. 3. Pestilentia ab eo descripta. Tyrannus Atticæ febris. 4. Thucydidis virtutes, admiratores, imitatoresque. 5. Scholia & observationes veterum in Thucydidem, ubi etiam de Scholiaste Græco edito. 6. Thucydidis vitia ac virtutes. 7. Epistola Thucydidis prægrandis deperdita. 8. Alii Thucydides. 9. Editiones Thucydidis sive versiones latinæ. 10. Editiones Græcæ. 11. Græcolatinæ. 12. Versiones in linguas vernaculas. 13. Vitæ Thucydidis Synopsis Chronologica ex mente Henrici Dodwelli. 14. Catalogus Scriptorum in Scholiis ad Thucydidem laudatorum. 15. De Ctesia & ejus scriptis. 16.

I.

THUCYDIDES ex Alimusio populo Athenienſis, ad Miltiadem genus ſuum retulit, ſi credimus *Marcellino* Rhetori a) qui vitam Thucydidis græce compoſuit. Verum hoc refellitur a Jano Rutgerſio lib. 1. Var. Lect. cap. IX. Summo certe loco natus fuit, *Olori* ſive ut potius ſcribendum b) *Oroli* filius, cui de illius ingenio præclara jam ominatus fuerat Herodotus, cum in Olympiis recitante ſe Hiſtorias ſuas, obſervaſſet auſcultanti Thucydidi præ admiratione & idem olim faciendi cupiditate lacrymas excidere. c) Natus eſt anno ſecundo Olympiadis LXXVII. (ante Chriſtum natum CCCCLXIX.) ut ex Pamphila apud Gellium lib. XV. c. 23. colligitur : adeoque ſedecim circiter annorum erat, cum Herodotum ſua recitantem audiret, ipſe Herodoto minor annis tredecim. Præceptores

a) De hoc *Marcellino* dixi libro IV. in Hermogene, quem commentariis illuſtravit. Vita Thucydidis, quæ ſub Marcellini nomine exſtat, ab Aldo primum Græce cum Thucydide edita, a *Barptolemæo Parthenio* Benacenſi, & poſtea ab *Is. Caſaubono* latine verſa, & ab Æmilio Porto & V. Cl. Johanne Hudſono illuſtrata, laudatur â Svida in ἀπήλαυσε & ἀπολαύειν, & manu exarata exſtat in Bibl. Regis Galliæ cod. 1411. & in Bibl. Marquardi Gudii. Mihi videtur eſſe ἀπόσπασμάτιον Operis Rhetorici, in quo de Demoſthene & aliis viris eloquentiæ laude claris Marcellinus egerat. Neque Svidas Βίον Θουκυδίδου vocat, ſed Marcellinum laudans, περὶ Θουκυδίδου, inquit, φησίν.

b) Ita Marcellinus Didymum Grammaticum ſecutus ſcribendum contendit, auctoritate στήλης quæ Athenis cenotaphio ejus impoſita fuit his verbis : Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἀλιμούσιος.

c) Marcellinus : λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας ἐδάκρυσεν. Ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα Ὄλορον, ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ Φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα. Idem tradit Photius cod. 60. & Svidas in Θουκυδίδης, qui in Olympiis accidiſſe affirmat. Thucydidem æmulatione hiſtoriæ Herodoteæ accenſum etiam memorat Lucianus de ſcribenda Hiſtoria T. 1. pag. 631.

2011 Ministerio de Cultura

res habuit Anaxagoram Philoſophum, Rhetoremque Antiphontem * & propter Anaxagoræ diſciplinam Athei convicium ipſi quoque impactum eſſe fertur. Ducis bellici munere functus, ob amiſſamque Amphipolin d) ab Athenienſibus Ao. ætatis XLVIII. Olymp. LXXXIX. 1. exſilio punitus, Scapteſulam ſive Σκαπτὴν ὕλην Thraciæ civitatem, unde uxorem divitem duxerat, Timotheumque filium ex ea ſuſceperat, ſeſe contulit, & ibidem (teſte Plutarcho lib. de exſilio p. 605.) Hiſtoriam ſcripſit, certe in colligendo ad componendam Hiſtoriam apparatu elaboravit, nullo labori, nullis largitionibus in Lacedæmoniorum pariter & Athenienſium duces profuſis parcens, quo veriora ab utraque parte edoctus tradere poſſet. Revocatum ab exſilio quod per viginti annos duraſſe teſtatur ipſe Thucydides Lib. V. c. 26. præter alios auctor eſt Plinius e) cui ſuccinens Pauſanias id decreto Oenobii Archontis factum eſſe teſtatur. Addit vero Thucydidem deinde reverſum in Patriam interemtum dolo, ibique ſepultum eſſe. Alii notante Marcellino tradunt mortuum eſſe in Thracia, majorem quinquagenario f) antequam opus ſuum abſolviſſet. Sepulchrum vero ipſius Athenis oſtendi, ſive quod oſſa defuncti in patriam à cognatis delata fuerint, ſive quod honori ipſius, (uti Herodoti etiam extra Atticam itidem defuncti) dicatum ſit Athenis Cenotaphium, idque ſuper impoſitum monumento ἐπίσημον g) teſtari, qualia inanibus & honorariis tumulis imponi mos erat.

* Plutarchus in vita Antiphontis : Καμκίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτῦ συντάγματι Θυκυδίδυ τῦ συγγραφέως μαθητὴν (ita & è Cæcilio Photius Cod. 259. ſed διδάσκαλον dicere debuit) τεκμαίρεται γεγονέναι ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρ' αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Reſpicit locum Thucydidis Lib. VIII. p. 592.

d) Vide quæ hâc de re ipſe Thucydides Lib. IV. p. 323. & Lib. V. p. 361.

e) Plinii verba hæc ſunt Lib. 7. c. 30. *Thucydidem Imperatorem Athenienſes in exſilium egere, rerum conditorem revocavere, eloquentiam mirati, cujus virtutem damnaverant.* Pauſanias in Atticis p. 55. Ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν εἰς Ἀθήνας Θυκυδίδην, ἣν οἱ δολοφονηθέντι ὡς καθήκει μνῆμά ἐστιν ἀ πόρῤῥω πυλῶν Μελιτίδων.

f) Imo ſeptuagenario major obiiſſe videtur, cum initio belli Peloponneſiaci teſte Pamphila apud Gellium Lib. XV. c. 23. fuerit quadraginta annos natus, & viginti annos illius belli deſcripſeait, totumq; bellum quod per XXVII. annos duravit, ſupervixerit. Vide H. Dodwellum in Apparatu ad Annales Thucydideos; ex quo Synopſin Chronologicam Vitæ Thucididis ad calcem hujus capitis ſubjunxi.

g) De hoc vocabulo Lipſius ad Lib. I. de cruce c. 4. Videtur retuliſſe figuram temonis vel literæ T. Thucydidis iconem veterem in uno marmore junctam Herodoto, poſt Fulv. Urſinum, Boiſſardum, aliosque exhibet Clariſſ. Gronovius T. 2. Antiqv. Gr. tabula LXXII.

2011 Ministerio de Cultura

II. Exstat Thucydidis ΞΥΓΓΡΑΦῊ h) ΠΕΡῚ ΤΟΥ̃ ΠΟΛΈΜΟΥ ΤΩ̃Ν ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΊΩΝ ΚΑῚ ΑΘΗΝΑΊΩΝ. Historia belli Peloponnensium & Athenienſium diſtributa jam pridem in libros octo, licet ab auctore ipſo hanc diviſionem eſſe non conſtat i) & Marcellinus teſtetur ab aliis in Libros XIII. cujus diviſionis plus ſimplici vice mentionem facit Græcus Thucydidis Scholiaſtes (vide H. Stephani notas p. 553. edit. Clariſs. Hudſoni) ab aliis aliter diſtinctum fuiſſe: ὅμως ἡ πολέμου, addit Marcellinus, καὶ ἡ κοινὴ κεκεφάλαιωκε τὸ μέχρι τοῦ ὀκτάου διηρῆσθαι τὴν πραγματείαν, ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ Ἀσκλήπιος. k) Liber octavus quoque a priorum ſeptem ſublimi & elaborato dicendi genere remittere viſus, & contra priorum ſeptem librorum morem δημηγορίαις ſive concionibus deſtitutus, quorundam judicio tributus eſt Thucydidis *filiæ*, ab aliis *Xenophonti*, ab aliis denique *Theopompo*. Sed Marcellinus non dubitat & hunc ipſius eſſe Thucydidis, verum à morbo jam affecti, adeoque animo quoque jam languentis. Tribuitur etiam ſine controverſia Thucydidi à Plutarcho Lib. de garrulitate p. 513. & ab aliis paſſim. Ingreditur Thucydides opus l) ſuum à bello inter Corinthios & Corcyræos, quod ſeptem annis Peloponneſiacum anteceſſit, narrationemque per æſtates & hyemes (confer Theonem p. 33. progymnaſmatum) diligenter diſtinctam perducit ad annum belli Peloponneſiaci viceſimum, ita ut quæ per VII. poſtremos belli iſtius annos geſta ſunt (per XXVII. enim duravit, quod oraculo prædictum & eventu comprobatum eſſe teſtatur Thucydides Lib. V. p. 361. duravit autem ab extremo Anni 1. Olympiadis LXXXVII. uſque ad annum 3. Olymp. XCIII.) haud attigerit, morte præventus.

III. Supplevere hiſtoriam poſtremorum belli annorum *Craſippus*, Thucydidis æqualis, cujus meminit Dionyſius Halicarnaſſenſis Libro

h) Ammonius docet ξυγγραφὴν proprie eſſe narrationem rerum quibus ipſe qui eas deſcribit interfuit. Ἱστοριογράφος συγγραφέως διαφέρει. Ἱστοριογράφος μὲν ἐστὶν ὁ τὰ πρὸ ἑαυτοῦ γεγονότα συγγραφόμενος, ὡς Ἡρόδοτος. Συγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτοῦ γεγονότα, ὡς Θουκυδίδης. Sic & Thomas Magiſter in ξυγγραφέυς.

i) Confer Meurſium Atticarum Lect. Lib. V. c. 26.

k) Aſclepius Sophiſta, de quo dixi Lib. I. c 1. §. 7.

l) Vide Dav. Chytræi Chronologiam Thucydidis, Degoreum Whear in prælect. hiemalibus, Gueintzium in vite hiſtorica, & qui diligentiſſime in hoc argumento verſatus eſt Henr. Dodwellum in annalibus Thucydideis editis Oxoniæ Anno 1702. 4to. Cæterum ratio fugit Edmundum Richerium, cum in obſtetrice animorum c. 8 pag. 326. ſcripſit Thucydidem in componendo mirabili opere hiſtoriarum annos 27. inſumſiſſe. Nam 27. annorum hiſtoriam perſequi voluit, non totidem annos in illa ſcribenda inſumſit Thucydides.

2011 Ministerio de Cultura

bro de iis quæ Thucydidi propria ſunt p. 143. *Theopompus* item, teſte Marcellino, & *Xenophon*, cujus Ἑλληνικὰ etiamnum hodie ſuperſunt, & Thucydidem continuant hiſtoria annorum XLVIII. ab Olymp. XCII. anno ſecundo ad annum ſecundum Olympiadis CIV.

IV. Libro Thucydidis ſecundo occurrit diſertiſſima deſcriptio m) horrendæ peſtilentiæ quæ Thucydidem ipſum inter alios corripuit, & Athenas miſere afflixit æſtate anni 3. Olymp. LXXXVII. memorata Hippocrati 3. Epidem. ſect. 3. qui ei cum Acrone Medico Agrigentino interfuit, de quo Plutarchus ſub extremum libri de Iſide & Oſiride. A Lucretio Thucydidis veſtigiis inſiſtente eadem lues egregie deſcribitur Libro VI. p. 229. ſeq. edit. Gifanii qui p. 265. Thucydidis locum cum Lucretio contulit. Propter illam deſcriptionem notante P. Pithœo Thucydides in veteri Epigrammate p. 63. vocatur *Tyrannus Aticæ febris* i. e. regnum quoddam eloquentiæ in illa deſcribenda exercens, de quo loquendi genere plura dixi ad Eunapii Proæreſium.

V. Cæterum in Attico eodemque gravi ac ſublimi dicendi genere jampridem primas viſus eſt tenere hic ſcriptor *rerum geſtarum pronunciator ſincerus & grandis*, ut vocarur à Cicerone de claris oratoribus. Præcipue valet in concionibus n) quas elaboratiſſimas & graviſſimas paſſim libris ſuis Thucydides inſeruit, imitandaſque ſibi propoſuit Demoſthenes teſte Ulpiano, o) e latinis Salluſtius, ut Quintiliano Lib. X. c. 1. & Senecæ Lib. IX. controverſ. 1. obſervatum. Tanti etiam Thucydidem feciſſe dicitur Demoſthenes, ut eum manu ſua octies p) deſcripſerit;

m) Separatim hæc peſtilentiæ deſcriptio vulgata eſt græce & latine cum prælectionibus Marciis ſive commentariis Fabii Paulini, Venetiis ap. Juntas 1603. 4to. Quanquam vero eloquentiæ laudem in hac deſcriptione tulit Thucydides, à Galeno tamen notatum eſt eum ut idiotam & è vulgo aliquem, idiotis, non tanquam Medicum Medicis de peſtilentia ſcripſiſſe. II. 7. de difficili reſpirat.

n) De hoc præter alios adeundus Marcellinus in Thucydidis vita. Sunt tamen qui vitio vertunt Olori filio, quod orationes rectas hiſtoriæ inſeruerit. Ita Franciſcus Patricius, Paulus Benius, & nuper perſonatus Vignolius Marvillius parte 2. Miſc. p. 321. Vide interim quæ pro concionum in hiſtoria uſu disputat Voſſius in arte Hiſtorica c. 20. ſeq. Jacobus Perizonius Vir Cl. in Curtio vindicato p. 92. ſeq. Hubertus Folieta de ratione ſcribendæ Hiſtoriæ &c.

o) Præfat. ad Oratt. Demoſthenis.

p) Turnebi qui XXVIII. 22. Adverſar. *decies*, & Roberti Titii qui IV. 5. adſertionum *ſepties* hoc à Demoſthene factum affirmat, memoriæ lapſum reprehendit Voſſius, & ex eo Tho. Crenius 1. animadverſ. philolog. p. 75. Videtur etiam Demoſthenis erga Thucydidem ſtudium in proverbium abiiſſe, ut colligas è Suida in Στρατηγείτης. Fuere etiam qui tradiderunt Alfonſum V. Arragoniæ Regem octies manu ſua Thucydidis hiſtoriam deſcripſiſſe.

2011 Ministerio de Cultura

ſerit: certe hoc refert Lucianus adverſus indoctum T. 2. p. 380. ac ſi veteri famæ apud Arſenium Monembaſiæ Epiſcopum q) credimus, incenſa Athenis Bibliotheca, & Thucydidis opere una abſumpto, ex memoria illud Demoſthenes reſtituit, ſed quod merito falſum ac commentitium videtur Voſſio Lib. VI. Inſt. Or. c. 6. ſect. 2. quis enim, non dicam tantam memoriæ Demoſthenis vim, ſed quis ſibi perſuadeat unicum tantum exemplum fuiſſe operis Thucydidei, poſtquam *Xenophon* ſemel illud hactenus deliteſcens, cum ſupprimere poſſet, protuliſſet in lucem, veroque auctoris gloriæ vindicaſſet, ut refert r) Laërtius Lib. II. ſect. 57. Marcellum quoque Syrum tradit Damaſcius in vita Iſidori (& ex hoc Svidas in Σαλλούστιος) integros octo Thucydidis libros memoriæ mandaſſe, ſed nihilo meliorem oratorem inde prodiiſſe. Cæterum tralatitium eſt olim exſtitiſſe qui Thucydidem tanquam κανόνα & Ἀττικισμοῦ & preſſæ brevitatis magiſtrum imitati, ſive ut Ciceronis de optimo genere oratorum verbis utar, *Thucydidios* ſe profeſſi ſunt, non inter oratores tantum, ab ipſo Iſocrate uſque, Thucydidis prope æquali, in quo multa communia cum Thucydide obſervant eruditi: ſed ex Hiſtoricis etiam, in quibus *Philiſtus* Naucratita, pæne puſillus Thucydides s) ab eodem Cicerone appellatus Lib. II. ad Quintum fratrem Epiſt. 12. Thucydidis in brevitate ita imitator, ut obſcuritatem illius quidem effugeret, in multis vero aliis virtutibus illo inferior eſſet, obſervante Quintiliano Lib. X. c. 1. & Dionyſio Halicarnaſſeo Epiſtola ad Cn. Pompejum; tum digreſſiones omnes præcideret, quod notavit Theo in progymnaſmatis p. 33. monens alibi p. 8. totam belii Attici deſcriptionem ex Thucydide Philiſtum in Siculam ſuam hiſtoriam tranſtuliſſe. Thucydidis imitatorem quoq; obſervat Clemens Alex. 6. Strom. p. 620. Infelicius autem Thucydidis imitatio ceſſit *Creperio Calpurniano* Pompejopolitæ, in hiſtoria belli Romanorum cum Parthis, quam multis deridet Lucianus Libro de ſcribenda hiſtoria T. 1. p. 612. ſeq.

VI. Lexi-

q) Ita ille in Apophthegmatis græce editis & Leoni X. inſcriptis, de Demoſthene: ἐζήλωκε δὲ μάλιστα τῶν πρὸ αὐτοῦ τὸν συγγραφέα Θουκυδίδην, καὶ τὰ πλεῖστα ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων εἰς τὸ πολιτικώτερον μετέφρασε. Καί φασιν αὐτὸν ἐκμεμαθηκέναι, ὥστε φέρεσθαι τὸ τοιοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ποτὲ καισίου τῆς βιβλιοθήκης ἐν Ἀθήναις καὶ συγκαισῶν τῶν ἱστοριῶν Θουκυδίδου, αὐτὸν μόνον ἀπομνημονεῦσαι πασῶν, καὶ φασὶ μεταγραφῆναι ποιῆσαι.

r) Laërtius in vita Xenophontis: λέγεται δ' ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα ὠφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν. Adde Dodwelli apparatum ad Annales Thucydideos p. 34. ſeq.

s) Confer Voſſium de Hiſt. Gr. p. 27. & Varaſſorem de ludicra dictione p. 167.

2011 Ministerio de Cultura

VI. Lexicon quoddam in Thucydidem composuerat *Evagoras* Lindius περὶ τ῀ ἀδηλῶ Θουκυδίδη ζητουμένων κ῀ λέξιν. *Julius* quoq; *Vestinus* Sophista, de quo Suidas in Οὐηστῖνος, scripserat ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τ῀ Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους καὶ Θρασυμάχου & Ῥήτορος, ut omittam alios lexicorum Atticorum scriptores, quos infra suo loco recenseo. Idem Evagoras teste Suida scripsit de artificio Thucydidis oratorio: Θουκυδίδου τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις ε῀. Et *Numenius* Rhetor temporibus Adriani clarus composuit τ῀ Θουκυδίδου καὶ Δημοσθένους χρειῶν συναγωγήν. Eadem ætate vixit *Sabinus* Sophista, cujus ὑπόμνημα εἰς Θουκυδίδην idem Suidas memorat. Exstant quoque *Dionysii Halicarnassei* viri κριτικωτάτου scripta præclara περὶ τ῀ Θουκυδίδου ἰδιωμάτων & περὶ τ῀ Θουκυδίδου χαρακτῆρος, ut omittam judicia & elogia quæ de dicendi genere Thucydideo occurrunt apud Ciceronem, Demetrium de elocutione num. 40. & 48. seq. Longinum & alios Rhetores, Marcellinum item in Thucydidis vita & Gellium Lib. I. c. 11. Ex recentioribus non omittendus eruditus *Renati Rapini* commentarius Gallice editus, quo Thucydidem contulit cum Principe Historiæ Romanæ T. Livio. *Scholia Græca* minime contemnenda in Thucydidem quæ in melioribus editionibus exstant, a quibusdam tribuuntur *Xenophonti* nescio cui, ab aliis *Marcello* cuipiam (an *Marcellino?*) ut ab H. Stephano in animadversionibus ad libellum de dialectis græcis p. 27. ex cod. vet. Corinthi de dialectis. Alii denique non unius illa esse auctoris arbitrantur, sed quod de plerisque scholiis in alios scriptores græcos jam multi observarunt, enarrationes variorum Grammaticorum, ex *Didymo*, *Evagora*, *Antyllo*, *Asclepio* aliisque qui Thucydidem illustraverant excerptas, ad oras que codicum primitus adscriptas, & postea, ut fit, in unum collectas fasciculum, quæ perverisimilis sententia est H. Stephani viri doctissimi. Caspar Barthius T. 2. in Statium p. 306. queritur se incendio Sellerhusano cum parte Bibliothecæ suæ perdidisse indicem tam in Thucydidem quam ejus Scholiastem, *qui tamen* inquit, *recentior est quam vulgo attenditur*. Christianum agnoscas ex eo, quod Gregorii Nazianzeni sub nomine Theologi meminit in Librum III p. 49.

VII. Fuerunt quoque Thucydidi nostro jam inde sui reprehensores, nam Suidas testatur *Claudium Didymum* scripsisse περὶ τ῀ ἡμαρτημένων ἁδοὶ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδη sive de Thucydidis circa analogiam vocum græcarum lapsibus atque erroribus. Alii difficile atque durum scribendi genus t) alii argumentum nimis particulare, alii affectatas tot molestas obscurasque conciones, alii narrationum seriem, propter obser-

t) In veteri Epigrammate pag. 95. Anthologiæ, in laude ponitur quod Thucydides sit πάντεσσι βατὸς à solis eruditis & prudentibus legendus atque intelligendus.

2011 Ministerio de Cultura

obſervatum hiemum æſtatumque ordinem, ante res integre expoſitas abruptam, u) alii hyperbata frequentiora, alii alia in eo reprehenderunt, quæ videri poſſunt apud doctiſſimum & acerrimum cenſorem Dionyſium Halicarnaſſeum in Epiſtola ad Pompejum qua Herodotum Thucydidi præfert. Sed nec contemnendæ ſunt virtutes hujus ſcriptoris, in cujus opere plura nitent, civilis prudentiæ obſervata ac præcepta plane egregia, hiſtoricum judicium, ſtudium veritatis etiam iis utcunque parcens à quibus in exſilium conjectus fuerat, ſublimis vv) dictio: ut nimis ſint auſteri, qui in tam pulchro corpore levibus forte aliquot paucisque maculis offendi ſe patiuntur. Johannis vero Harduini ſuſpicionem, qui ex Galliciſmis nonnullis quos in Thucydideo opere obſervaſſe ſibi videtur p. 152. Chronologiæ V. T. è numis illuſtratæ, & aliis quibusdam leviculis argumentis alium à veteri quem Plinius legerit Thucydide habere nos conjicit, non equidem curo, miror magis in viro docto & argumentorū quæ conjecturæ ejus opponi poſſunt haud ignaro.

VIII. Epiſtolam Thucydidis vægrandem & dictione ὀγκοδεέστερον perſtringit auctor libri de elocutione, qui ambulat ſub nomine Demetrii Phalerei § 237.

IX. Alios præterea Thucydides tres Marcellinus & Scholiaſtes Ariſtoph. ad Acharnenſes p. 289. & ad Veſpas p. 345. memorat, *unum* Mileſii filium Alopecenſem, Athenienſium demagogum & adverſarium Periclis, eundem ni fallor cujus filios Mileſium & Stephanum memorat Plato in Menone, & de quo ſcripſit æqualis ejus Teſimbrotus Athenæo & in Periclis vita Plutarcho laudatus; idemque ut exiſtimo qui cum Agnone & Phormione quadraginta naves in Samiorum ſubſidium a Pericle obſidione cinctorum Athenis adduxit teſte Thucydide Hiſtorico Lib. I. p. 76. *Alterum* ex Pharſalia Theſſalum Menonis filium, cujus meminit Thucydides Athenienſis Lib. VIII. p. 610. & Marcellinus notat mentionem factam a Polemone in Libro de arce Athenienſi: *tertius* Ariſtonis filius, populo Gargettius ſive Acherduſius, Poëta, memoratus Androtioni in hiſtoria Attica: His addas *quartum*, juniorem, cujus meminit Suidas in Μάρτι@, fratrem Martii Veri.

X. *Editiones* x) *Thucydidis latinæ.*

Laurentio Valla interprete una cum vita ex Marcellino, interprete *Bartolemæo Parthenio* Benacenſi. Pariſ. ap. Aſcenſium 1513. fol.

Vallæ

u) Vide Theonis progymnaſmata p. 33. edit. Camerarii & p. 36. ubi de hyperbatis.

w) Svidas in Χαρακτῆρες.

x) Præcipuas Thucydidis editiones ante me non indiligenter annotavit Vir Cl. *Fridericus Roſtgaard* in ſcripto Gallice edito Pariſ. 1698. fol. Projet d'une nouvelle methode pour dreſſer le Catalogue d'une Bibliotheque.

2011 Ministerio de Cultura

Vallæ interpretatio recognita a *Conrado Heresbachio* Colon. 1527. fol. A doctissimis viris Paris. 1528. ap. Ascensium fol. Ab Heresbachio Colon. 1543. & 1550. fol.

a *Sebastiano Castellione* Basil. 1564. fol. apud Henr. Petri.

ab *Henr. Stephano* A. 1564. fol. & Francof. 1589. 8vo. ubi vita Thucydidis ex Marcellino occurrit latine reddita ab *Is. Casaubono*, & *Jobi Veratii* argumenta concionum Thucydidis, & Chronologia Thucydidis auctore *Davide Chytræo*.

ab *Henr. Stephano* & *Æmilio Porto* Francof. 1594. fol. apud Wechel. & ibidem eodem anno forma minore in 12mo.

Thucydides interprete *Vito Winsemio* Patre, Doctore Medico & Græcarum literarum Professore, cum ejusdem Scholiis, ex editione filii Viti Winsemii, Witebergæ 1569. fol. 1580. 8vo.

Ex nova versione elegantissima & cum notis Chronographicis ac Geographicis *Georgii Acacii Enenckel* Baronis *Hohenecci*, Tubing. 1596. 8vo. Argentor. 1614. 8vo.

Orationes ex historia Thucydidis & insigniores aliquot Demosthenis in latinum sermonem conversæ a *Philippo Melanchthone*, editæ a Casparo Peucero, Witeb. 1562. 8vo. Conversa quædam e Thucydidis historia, & de auctore illo deque scriptis ejus exposita a *Joachimo Camerario* Witeb. 1565. 8vo.

Plures orationes in linguam latinam conversæ per *Johannem Casam*. Inter ejus latina monumenta Florent. 1564. 4to & Helmst. 1610. 4. cum præfat. *Joh. Caselii*.

Jobus quoque *Veratius* Genuensis qui A. 1571. diem obiit, orationes pleraſque Thucydidis pereleganter latine vertit, notato argumento atque Rhetorico artificio. Prætereo orationem Periclis ex Libro II. Thucydidis latine versam à *Guil. Cantero*, post Aristidis orationes Basil. 1566. fol. p. 580.

XI. *Editiones Thucydidis Græcæ.*

1. Prima *Aldina* Venet. A. 1502. fol. Cum vita Thucydidis duplici, una breviore *Anonymi*, (ejusdem forte qui scholia collegit) altera paulo prolixiore *Marcellini*. Idem Aldus anno post, Scholia Græca antiqua in Thucydidem separatim edidit, subjecta Xenophontis Libris VII. Ἑλληνικῶν, Georgii Gemisti Libris II. de rebus quæ post pugnam Mantineam acciderunt, & Herodiano, A. 1503. fol.

2011 Ministerio de Cultura

2. Florentina apud *Bernardum Juntam* A. 1526. fol. Cum ſcholiis Græcis ad oras paginarum appoſitis.

3. Baſileenſis Hervagiana A. 1540. fol. â *Joachimo Camerario* recenſita & caſtigationibus quibusdam illuſtrata ex MSto cod. Baſileenſi, quo uſus Heresbachius, quemque Eugenius quidam CPoli olim donaverat Johanni Aretino. In hac editione ſcholia â Camerario emendata, ſed ad calcem voluminis rejecta ſunt. Præmiſſus eſt quoque præter elogia Thucydidis ex Aphthonio, Marcellino, Anonymo, Svida, Dionyſius Halicarnaſſeus de iis quæ Thucydidi peculiaria ſunt, ſive *περὶ τ Θυκυδίδυ ὀνομάτων.*

4. *Henr. Stephani* cum ſcholiis Græcis ſuas in ſedes magna ex parte repoſitis & integritati ſuæ reſtitutis plerisque in locis 1564. fol. Eodem anno & forma etiam latina Vallæ verſio à Stephano recognita lucem vidit, quæ ſolet cum illa conjungi eique ſubjici.

5. Liber I. II. & III. Pariſ. 1548. 1549. 4to apud Vaſcoſanum.

6. Liber I. Pariſ. 1535. 4. & curante *Vito Winſemio*, Witeb. 1562. 4.

7. Periclis funebris laudatio eorum qui in bello occubuerunt, ex Libro Thucydidis ſecundo Pariſ. 1605. 4to.

XII. *Editiones Thucydidis Græcolatinæ cum ſcholiis antiquis & recentiorum animadverſionibus.*

1. *Henrici Stephani* A. 1588. fol. in qua Thucydides ipſe & ſcholia ſingulis paginis ſubjecta emendatius ex fide MSS. codd. exhibentur, & *Vallæ* latina verſio ſecundis curis ad græcos fontes caſtigata, adjecta ejusdem Stephani proparaſceve ad lectionem ſcholiorum, & uberioribus ad librum & majorem ſecundi partem y) annotationibus, quibus & Thucydides ipſe, & ſcholia illuſtrantur. Præmiſſa eſt vita Thucydidis ex Marcellino cum Iſ. Caſauboni verſione & caſtigationibus, & ſubjecta Jobi Veratii argumenta orationum concionumque Thucydidis, denique Chronologia Thucydidis atque argumenta librorum à Davide Chytræo concinnata.

2. *Æmilii Porti* Francof. ap. Wechel. 1599. fol. qui in græcis nullo MSto cod. uſus Henr. Stephani editionem expreſſit, niſi quando (quod paſſim accidere notat Clariſſimus Hudſonus) erratis typographicis laborat. Verſionem tamen latinam poſt Stephanum accuratius recen-

y) Teſtatur ſe H. Stephanus hanc telam abrupiſſe, quod ex Gallia & Germania ſpes ei facta eſſet emendationum in Thucydidem Scholiaque, & ad hæc etiam accesſionum.

2011 Ministerio de Cultura

recenſuit adhibitis in ſubſidium patris ſui *Franciſci Porti* z) Cretenſis commentariis, quæ huic editioni ſunt adjecta.

3. *Johannis Hudſoni* viri clariſſimi, Oxoniæ é theatro Scheldoniano 1696. fol. In hac præſtantisſima editione Græcus contextus Thucydidis accurate & luculenter expreſſus exhibetur é poſteriore recenſione H. Stephani, & recens in ſectiones diſtinctus: in uniuscujusque paginæ ora exteriore annotatur annus & menſis, quo ſingula acciderunt, ex mente H. Dodvvelli Chronologorum noſtra ætate Principis. Verſio latina Æmilii Porti, verum ab Hudſono hinc inde emendata, non ut vulgò fieri ſolet é regione ſed infra minori charactere ponitur. Verſioni ſubjiciuntur variæ lectiones & notulæ criticæ ex prioribus editionibus & tribus MSS. codd. excerptæ. Denique imam paginæ partem occupant Græca ſcholia. Præfixa ſunt operi præter vitam notis illuſtratam elogia & judicia de Thucydide, pluraque ſe fuiſſe daturum ait Hudſonus ex Dionyſio Halicarnaſſeo, niſi hic paulo iniquiorem ſe oſtenderet, criticumque calamum in auctorem probatiſſimum ſtrinxiſſet juvenis adhuc judiciique parum ſubacti, ut notatum H. Stephano Lib. II. ſchediaſm. 4. & operarum in Dionyſium Halicarnaſ. c. 16. ubi docet Dionyſium ipſum imitari deinde dignatum, quæ antea reprehenderat. Adjunxit etiam doctiſſimus editor binas tabulas Geographicas ad Thucydidem intelligendum facientes, unam Græciæ, quam ex Thucydide & Edmundi Halleji chartula delineavit, alteram Siciliæ quam ex Cluveri Sicilia antiqua deprompſit. Ad calcem ſubnexa ſunt Epitome Thucydidis à Georgio Acacio, & argumenta concionum à Jobo Veratio conſcripta, & H. Stephani propara ſceve ad lectionem ſcholiorum. His ſuccedunt prolixiores ejusdem Stephani & Palmerii (ex ejus exercitationibus ad optimos auctores græcos) annotationes, quæ lectionibus variantibus interſeri non potuerunt, quibus ex Porti & Acacii commentariis notæ hinc inde delibatæ, & Hudſoni nonulla immiſcentur. Nec minus Cameravii animadverſionibus hic locum dediſſet, ſi quidem ejus libellum notarum in Thucydide nanciſci potuiſſet. Accedunt præterea variæ lectiones ex aliis duobus Codd. MSS. Henrici Clarendoniæ Comitis & Joh. Georgii Græevii, quos ſerius inſpicere ipſi licuit. Denique indices tres locupletiſſimi rerum, dictionum græcarum inſigniorum, & ſcriptorum

z) In Draudii Bibl. Claſſica p. 736. male editum *Franciſci Petri*, ubi hæc editio memoratur. *Johannem* quoque *Meurſium* commentarios in Thucydidis hiſtorias molitum, innuit Dominicus Molinus in literis ad eum datis Venet. 30. Novembr. 1622. Vide epiſtolas Gudianas p. 130.

2011 Ministerio de Cultura

rum in ſcholiis laudatorum. Pollicetur præterea Hudſonus mantiſſæ ſe loco adjecturum eſſe Annalibus H. Dodvvelli Thucydideis, ſiquidem à Cl. Roſtgaardo receperit, collationes ſcholiorum MSS. in Bibl. Regia Pariſienſi, ſed Annales Dodvvelli ſine illa acceſſione lucem nuper adſpexerunt.

XIII. *Verſiones Thucydidis in linguas vernaculas.*

Gallicæ 1. *Claudii Seyſſelii* Epiſcopi Maſſilienſis, qui juſſu Franciſci I. Gallice reddidit & Vallæ latinam verſionem ſecutus eſt, ac de quibusdam locis Laſcarin conſuliſſe dicitur. Pariſ. 1527. 1559. fol. 1555. 8vo. & 16mo. Ex hac verſione Thucydidem libenter lectitavit & in caſtris comitem habuit Carolus V. Imperator. Vide Victorini Strigelii præfat. ad animadverſionesſuas in Chronicon Philippi Melanchtonis. Perſtringitur Seyſſelii verſio ab H. Stephano in præf. ad Thucydidem & ad introductionem Gallice editam ad Apologiam pro Herodoto.

2. *Ludovici Jaſaldi Uſei* (Lovis Jauſaud d'Uſez) Genevæ 1600. 4to.

3. *Nic. Perotti Ablancourtii* Pariſ. 1662. fol. & 1671. 12mo tribus voluminibus.

4. Harangues & Concions de Thucydide & autres Auteurs par *Fr. de Belleforeſt*. Pariſ. 1572. fol.

Italica Franciſci di Soldo Strozzi Venet. 1545. 8vo. 1563. 4to.

Anglicæ 1. *Thomæ Nicolls* ex Gallica Seyſſelii compoſita. Lond. 1550. fol.

2. *Thomæ Hobbeſii*, ex Græco concinnata, unà cum diſſertatione de vita & ſcriptis Thucydidis, & charta Chorographica Græciæ, quam ſua manu Hobbeſius delineavit. Dicitur ea potiſſimum de cauſa verſionem hanc compoſuiſſe, ut ineptias Democraticorum Athenienſium civibus ſuis patefaceret Lond. 1628. & 1634. fol. Vide vitam Hobbeſii p. 15. & 41. ſeq. & clariſſimi Baylii Lexicon Hiſtorico Criticum ubi de Hobbeſio agit nota (B A) editionis ſecundæ. Græcorum fontium aliquando neglectorum arguitur Hobbeſius in notis ad marmora Oxonienſia.

Hiſpanica Didaci Gratiani de Aldrete, Salmanticæ 1564. fol.

Germanica Hieronymi Bœneri, Auguſtæ Vindel. 1533. fol.

Danica Franciſci Ugildt. Paſtoris Aakrerenſis in Jutia, in diœceſi Aarhuſienſi. Vide Nova literaria maris Baltici & Septentrionis A. 1698. p. 212. ubi Danicam verſionem Herodoti, Xenophontis & Diodori Siculi ab eodem ad prælum parari diſces.

XIV. Sed

2011 Ministerio de Cultura

XIV. Sed de Thucydide priusquam dicere desino, en tibi Synopsin vitæ ejus Chronologicam, ex mente præstantissimi Dodvvelli.

Ante Christum	Olympiad.	
471	77 $\frac{1}{2}$	natus Thucydides.
456	$\frac{80}{81}$ $\frac{4}{1}$	anno ætatis XV. audiit Herodotum Historias suas in Olympiis recitantem.
454	81 $\frac{2}{3}$	—— XVII. primum militiæ illius tirocinium.
452	$\frac{81}{82}$ $\frac{4}{1}$	—— XIX. primæ illius militiæ ἐν Πελοπόλοις finis.
444	$\frac{83}{84}$ $\frac{4}{1}$	—— XXVII. missus in Coloniam Thuriorum in Italiam.
441	84 $\frac{3}{4}$	—— XXX. Coloniæ Thurior. IV.* Ostracismus Thucydidis si quis forte. Vide Dodvvelli Apparatum §. 21.
431	87 $\frac{1}{2}$	—— XL. Inde in patria usque ad exsilium. Et initium belli Peloponnesiaci.
424	$\frac{88}{89}$ $\frac{4}{1}$	—— XLVII. στρατηγία Thucydidis Amphipolitana cœpta ineunte Hecatom bæone.
423	89 $\frac{1}{2}$	—— XLVIII. στρατηγίας abdicatio, mense Scirophorione exeunte: & Exsilii initium.
414	91 $\frac{2}{3}$	—— LVII. Moritur Perdiccas, & succedit in regno Macedoniæ Archelaus.
411	92 $\frac{1}{2}$	—— LX. finis Ἡλικίας στρατευσίμου Thucydidis sive ætatis ad militiam idoneæ.
403	94 $\frac{1}{2}$	—— LXVIII. Restitutus Patriæ Thucydides post annum exsilii vigesimum, & finito bello Peloponnesiaco. Tum demum, judice Dodvvello, historiæ scribendæ incubuit.
399	95 $\frac{2}{1}$	—— LXXII. Mortuus Archelaus Macedoniæ Rex, post cujus mortem Thucydides inclaruit.
395	96 $\frac{1}{2}$	—— LXXVI. Eruptio tertia Ætnæ, cujus meminit Thucydides Lib. III. c. 116.
391	97 $\frac{1}{2}$	—— LXXX. quem superavit, Mortuus est in Thracia. Jam erat in Scillunte Xenophon, scripsitque libros de expeditione Cyri, Libros Thucydidis, filiorum ejus operâ nactus ante Olympiadem $\frac{103}{104}$ $\frac{4}{1}$.

* Ostracismus jubebat exesse urbe per annos decem. Plutarch. Pericle p. 157.

2011 Ministerio de Cultura

XV. Scriptores in Scholiis Græcis ad Thucydidem allegati hi ſunt: Æſopus, Antyllus, Ariſtoteles ἐν τοῖς Ἠθικοῖς. Aſclepius. Callimachus. Cratinus ἐν Χείρωνι. Demoſthenes. Dionyſius periegetes. Auctor Epigrammatis in Orſippum Megarenſem. Eupolis. Euripides in Medea. Herodotus. Heſiodus. Hippocrates. Homerus, ſæpiuſcule. Lycophron. Orus Grammaticus. Pauſanias ἐν τῇ Ἀλφαπεπονημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ. Phœbammon Rhetor. Sophocles. Theognis ὁ ποιήσας τὰς Ὑποθήκας. Theologus (Gregorius Naz.) Xenophontis ἀναβάσεις.

XVI. CTESIAS Cteſiochi filius a) ex familia Aſclepiadarum, patria Cnido Cariæ urbe, Medicus Artaxerxis Mnemonis, per XVII. annos in honore ab eo habitus, a Salmaſio b) perperam traditur fuiſſe æqualis Herodoti, cum juniorem fuiſſe clariſſimis argumentis conſtet. c) Mihi hoc loco ſufficiet ſcripta ejus tantum commemorare, idque tanto brevius, quod exceptis paucis fragmentis & excerptis Henrici Stephani, d) Andreæ Schotti, & Gothofredi Jungermanni induſtria collectis & Photii Bibliothecæ interſeri, vel Herodoto ſubnecti ſolitis, nullum eorum ad nos pervenit, ſed ad unum omnia interciderunt. Fuerunt autem hæc:

ΠΕΡΣΙΚΩΝ *Βιβλία κγ'. Hiſtoriæ de rebus Perſarum* Libri XXIII. in quo opere dicaverat ſex primores libros deſcribendis rebus Aſſyriacis e) aliisque quæ Perſica anteceſſerunt, facto a Nino & Semiramide initio. A ſeptimo autem libro ad poſtremum uſque Hiſtoriam Perſicam

a) Tzetzes Chil. 1. hiſt. 1. & Svidas.

b) Salmaſius ad Solin. p. 871. edit. Ultraj. b. G.

c) Ea vide ſi lubet apud Voſſium de Hiſt. Gr. Lib. I. c. 5.

d) H. Stephanus Photii excerpta ex Cteſiæ Perſicis & Indicis græce primus vulgavit A. 1557. 8vo. deinde eadem ſuis Herodoti editionibus latine à ſe translata & diſquiſitione de Cteſia aliisque nounullis aucta adjunxit. Hinc Andreas Schottus in ſua Photii verſione poſt cod. 72. Cteſiæ fragmenta ſubnexuit. Deniq; hoc diligentiſſime fecit in ſua Herodoti editione Gothofredus Jungermannus, quam ſecutus eſt Tho. Galeus. In Allatii apibus urbanis p. 187. legas etiam M. Antonium Petilium excerpta ex Cteſiæ Perſicis & Indicis latine vertiſſe. De Cteſiæ ſcriptis egit præterea Joh. Meurſius in Cypro Lib. II. c. 29. & ad Apollonii Dyſcoli Hiſtoriam commentitiam p. 120. Johannes Harduinus fragmenta quæ exſtant ſuppoſita Cteſiæ eſſe conjicit, in Chronologia V. T. p. 91. Sed ſolenne viro illi erudito παραδοξολογεῖν.

e) Hinc Strabo p. 656. Lib. XIV. affirmat Cteſiam ſcripſiſſe Ἀσσυριακὰ & Περσικά. Illis primoribus libris diligenter uſus eſt Diodorus Siculus, libro præſertim ſecundo.

2011 Ministerio de Cultura

cam perſecutus eſt a Cyro & Cambyſe Regibus, ad annum 3. Olympiad. XCIII. f) ſive annum Artaxerxis Mnemonis octavum, ante Chriſtum natum CCCXCVI. uſus arcanis annalibus quos in membranis g) deſcribi ſibi curaverant Reges Perſarum. Perſpicuitatem ſuavitatemq; Cteſiæ dialecto Jonicâ uſi mire prædicant Demetrius Lib. de elocutione, §. 218. 221. Dionyſius Halicarnaſſeus, & Photius. In rebus ipſis Herodoto ſæpe, interdum etiam Xenophonti h) contradixit, obſervante Photio Cod. 72. quo excerpta ex illo opere Cteſiæ nobis ſervavit. Fabuloſus, vanus, fideque indignus ſcriptor viſus jam olim eſt quam plurimis, Straboni, Plutarcho aliisque. Inter recentiores idem contendunt Joſephus Scaliger, & præter innumeros alios Hermannus Conringius in adverſariis Chronologicis de Aſiæ & Ægypti antiquiſſimis Dynaſtiis, qui non tantum in narrationibus cæteris ſed præcipue in Perſicis (in quo ſolo argumento aliquid ei tribuunt veteres i) plerique, & recentiores) parum fidei mereri Cteſiam diſputat, quod facit etiam Bernardus de Montfaucon libro de veritate Hiſtoriæ Judith, p. 120. ſeq. & Dounæus notis ad Demoſth. p. 171.

ΙΝ ΔΙΚΩΝ *βιβλίον ἕν, De rebus Indicis* liber unus, cujus excerpta leguntur in Photii Bibl. cod. 73. In hoc potiſſimum opere lectorum credulitate abuſus eſt & fidem decoxit Cteſias, unde Ariſtoteli Lib. IIX. hiſt. animal. c. 28. allegatis ejus Indicis viſus fuit indignus cui crederetur: *ὡς φησι Κτησίας οὐκ ὢν ἀξιόπιστος.* Et Antigonus Caryſtius in hiſtoriis admirandis negat ſe ex Cteſia quicquam prolaturum, *διὰ τὸ πολλὰ ψεύδεσθαι αὐτόν.* Vide & Æneam Gazæum in Theophraſto p. 23. edit. Barthii.

ΠΕΡΙ ὈΡΩΝ. *De montibus* libri, quorum primum laudat Scholiaſtes Apollonii ad Lib. II. agens de ſacro monte, etſi ibi legitur Κτησίας ἐν πρώτῳ περιόδων, ſed *περὶ ὀρῶν* legendum recte monuit Joh. Meurſius.

Librum

f) Diodorus Lib. XIV. c. 47. p. 421.

g) Diodorus Lib. II. p. 84.

h) Xenophon Cteſiæ Perſicam Hiſtoriam legit antequam ſuam ſcriberet, nam libro I. de expeditione Cyri p. 157. memorans vulneratum à Cyro Artaxerxem fratrem, Cteſiam auctorem laudat, & vulnus ab illo curatum eſſe, ipſo auctore refert, addit etiam Cteſiam utpote Regi præſentē tradidiſſe, quot tum temporis circa Regem ceciderint.

i) Diodorus Sic. Juſtinus &c. Hinc Iſ. Voſſius Lib. de LXX. interpretibus p. 334. *Cteſiæ auctoritati in Perſicis plurimum tribuunt veteres, cum tamen in cæteris fuerit mendacisſimus.* Perſicarum rerum bonum auctorem inprimis Cteſiam vocat Barnabas Briſſonius Lib. I. de regno Perſar. Epitomen Perſicorum (nobiliſſimi ex Cteſiæ ſcriptis) concinnaſſe videtur *Pamphila* fœmina Epidauria, Svidas enim inter ejus ſcripta memorat Ἐπιτομὴν τῶν Κτησίᾳ ἐν βιβλίοις γ'.

2011 Ministerio de Cultura

Librum ſecundum adducit Plutarchus de fluminibus & montibus ubi agit de monte Theutrante p. 1161. καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν β'. περὶ ὀρῶν. Et Schol. Apollonii ad Lib. II. agens de montibus Colchorum Amarantis, & Joh. Stobæus ſerm. 98. περὶ νόσων.

ΠΕΡΊΠΛΟΙ, quorum primum memorat Stephanus in Σίγυνος, Periplum Aſiæ Harpocration in σκιάποδες & Suidas eadem voce.

ΠΕΡῚ ΤΩ̃Ν ΚΑΤᾺ ΤῊΝ ἈΣΊΑΝ ΦΌΡΩΝ. *De tributis Aſiæ* opus laudatum Athenæo Lib. X. p. 442. Librum tertium illius operis memorat idem Athenæus Lib. II. p. 67.

ΠΕΡῚ ΠΟΤΑΜΩ̃Ν. *De fluviis* libri, quorum ſecundus allegatur a Plutarcho de fluminibus p. 1160. ubi de Alpheo. Sane Cteſiam ſimpliciter laudat Plutatchus, non Cteſiam Epheſium cui libros de fluminibus neſcio qua de cauſa tribuit Mauſſacus in notis p. 81. notatus a Voſſio de Hiſt. Gr. p. 349. Quamvis Cteſiam Epheſium ἐν πρώτῳ Περσηΐδος libro primo Perſeidis ſive de Perſeo illo qui Meduſam interfecit, allegat idem Plutarchus p 1161. Citatur Cteſias, etiam ab Eratoſthene in Cataſteriſmis c. 38.

CAPUT XXVI.

De decem ORATORUM veterum Atticorum ſcriptis editis ac deperditis, & de aliis nonnullis antiquioribus Oratoribus Græcis, quorum ſcripta vel omnia vel pleraque interciderunt.

Scripta deperdita de Rhetoribus priſcis Græcis. Decem Rhetores antiqui celebriores. 1. *De Antiphonte, & illius orationibus editis ac deperditis, earumque quæ exſtant editionibus: Tum obiter de Mneſtheo, Pericle & aliis antiquiſſimis Oratoribus Atticis.* 2. *De Andocide.* 3. *De Lyſia, ubi ſimul de Cephalo ejus patre itidem Oratore.* 4. *De Iſocrate, & æquali ejus Alcidamante, tum de præceptore utriusque Gorgia.* 5. *De Iſæo.* 6. *Lycurgo.* 7. *Demoſthene.* 8. *Æſchine.* 9. *Hyperide.* 10. *ac Dinarcho, ſingulorumque horum orationibus editis ac deperditis.* 11.

I. CLAU-

2011 Ministerio de Cultura

I.

Laudam hunc librum secundum recensione Oratorum Græcorum, quod facturus, doleo perditis pridem πίναξι Περγαμηνοῖς *Cratetis* & *Aristarchi* Grammaticorum, ac *Callimachi* πίναξι ῥητορικοῖς Dionysio Halicarnass. laudatis, interruptos fatisque interceptos etiam conatus Viri præstantissimi *Gvilelmi Canteri* * qui Libro VIII. novar. lect. c. 4. promisit se decem oratorum omnes Orationes, quarum pars magna periit, enumeraturum, & simul scriptorum quæ interciderunt aliquot fragmenta collecturum. Decem Oratores secundum tempora quibus claruerunt hoc ordine collocandi videntur: *Antiphon*, *Andocides*, *Lysias*, *Isocrates*, *Isæus*, *Lycurgus*, *Demosthenes*, *Æschines*, *Hyperides* & *Dinarchus*. Memorat etiam Svidas in Ἀντίπατρος decem Oratores Antipatro Macedoni traditos ab Athenienssibus Olymp. CXIV. 2. atque inter hos ex prioribus tres, *Demosthenem*, *Hyperidem*, *Lycurgum*, quibus addit *Polyevctum*, *Ephialten*, *Thrasybulum*, *Charetem*, *Charidemum*, *Diotimum* & *Patroclem*. Nomen undecimum Cassandri, quod ibidem alieno loco occurrit, filium Antipatri denotat, neque quicquam cum Oratoribus commune habet. Video & alios decem juniores Rhetores Atticos memorari ab eodem Svida in Νικόστρατος, ex quibus fuere: *Nicostratus*, *Dio Chrysostomus*, *Polemo* Ælii Aristidæ Magister, *Aristides* ipse, *alter Polemo* qui sub Commodo vixit, *Herodes* Atticus, & *Æschines* Strabonis æqualis. Sed de primis decem in præsenti dicere institui, quorum antiquissimus:

II. ANTIPHON Sophili Rhetoris filius, Athenienssis, pago Rhamnusius, (unde excellentissimi quique Rhetores dicti Rhamnusii, teste Svida in ῥάμνεσιος) æqualis præstantissimorum Oratorum, Themistoclis, Aristidis, Periclis, Gorgia paulo junior ætate a). Primus Ora-

* Idem Canterus in novis Lectionibus suis & in libro de ratione emendandi græcos Auctores; (quem à Grutero T. 3. Lampadis artium Lectionibus ejusdem non subjunctum miror) passim emendat atque explicat loca Oratorum Græcorum complura: quibus illustrandis faciunt etiam quæ ad Harpocrationis Lexicou annotarunt viri docti, Valesius præcipue ac Maussacus. De Harpocratione ipso & aliis Lexicis Rhetoricis dictum infra Lib. IV.

a) Plutarch. in vita decem Rhetor. γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν τὸν Σοφισὴν ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. Equidem apud Photium p. 792. ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ Σοφιστοῦ γεγονώς. Sed Plutarcho assentior. Svidas quoque in Ἀντιφῶν: ἦρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν.

2011 Ministerio de Cultura

toriæ artis præcepta ſcripto tradidit, b) primus etiam dicitur Athenis ſcripſiſſe c) δικανικὰς λόγας ſive orationes, quibus cives cauſas ſuas in judicio defenderent. Cum Antiphonte Tragico & aliis ſui nominis d) confun-

b) Quintilianus III. 1. *Antiphon quoque & Orationem primus omnium ſcripſit, & nihilominus artem ipſe compoſuit.* Photius: πρῶτον δὲ αὐτὸν καὶ ῥητορικὰς συντάξασθαί φασι τέχνας, ἀγχίνουν γεγονότα. Eadem habet Plutarchus, & Antiphontem ἐν τῇ τέχνῃ laudat Ammonius de vocum different. in σημεῖον, Apſines Rhetor, & Jonſio judice Galenus præf. ad Gloſſas Hippocratis his verbis: ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν παραλόγως ἐχόντων ἕξει ἃ ποιεῖν ὀνόματα καινά, δηλοῖ μὲν καὶ Ἀντιφῶν ἱκανῶς, ὅστις ὅπως αὐτὰ ποιητέον ἐκδιδάσκει. Videtur etiam reſpicere Cicero in Bruto, poſtquam de Protagoræ & Gorgiæ locis veluti communibus Rhetoricis dixiſſet: *Hinc Antiphontem Rhamnuſium ſimilia quædam habuiſſe conſcripta* &c. Ante Antiphontem fuere & alii Oratores Athenis, ut *Meneſtheus* qui contra Theſeum dixit, vide Libanium T. 2. pag. 480. Sed ii nihil ſcripſiſſe cognoſcuntur. Primus qui orationes ſcriptas habuit, fuit *Pericles*, teſte Cicerone 2. de Oratore, & Svida Περικλ. Sed parum dignæ Periclis fama vitæ ſunt Quintiliano III. 1. Inſt. quæ illius ætate ferebantur. Nonnulla ex Periclis oratione quadam profert Plutarchus Lib. de ſui laude p. 540. 543. &c. quem de eloquentia ejus vide in vita Periclis p. 156. licet ibidem negat quicquam ſcriptum reliquiſſe præter decreta. ἔγγραφον μὲν οὐδὲν ἀπολέλοιπε πλὴν τῶν ψηφισμάτων. De Pericle præ cæteris videndus in Lexico Cl. Bælius. Pericli Cicero adjungit præterea *Alcibiadem*, & *Thucydidem* (non Olori F. ſed Periclis adverſarium Mileſii F. Alopecenſem de quo Plutarch. p. 158.) Alcibiadi (inter quatuor Alcibiades Meurſio VI. 12. Attic. Lect. obſervatos celeberrimo, cujus imaginem exhibet Gronovius T. 2. theſauri tab. LXVII.) *Theramenem*, licet nullum ejus ſcriptum vidiſſe ſe, alio loco teſtatus: denique *Critiam*, de cujus dictione qua in Orationibus uſus eſt videndus Dionyſius Halic. de aliis ejus ſcriptis Meurſius in Bibl. Attica, de vita ipſius & Atheiſmo ei objecto Bælius Vir Cl. in Lexico. Inter Rhetoras Pericli amicos *Ephialtes* quoque à Plutarcho celebratur p. 154. 157. ſeq.

c) Præter Quintiliani Plutarchi Photiique teſtimonia ita Clemens Alex. 1. Strom. p. 308. ſeq. φασὶ δὲ καὶ τὰς κατὰ διατριβὴν λόγας καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα εὑρεῖν καὶ μιθῷ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα Φύλλα Ῥαμνούσιον, ὡς φησὶ Διόδωρος. Ἀρχηγὸν τόπου πολιτικοῦ Antiphontem noſtrum vocat Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν. Plutarchus addit Themiſtoclis, Ariſtidis & Periclis nullas exſtitiſſe ſcriptas orationes judicialis argumenti, Alcibiadem vero, Critiamque, Lyſiam & Archinoum juvenes verſatos fuiſſe cum Antiphonte jam ſene. Ammianus Marcellin. XXX. 4. *Antiphon ille Rhamnuſius, quem ob defenſum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepiſſe mercedem.*

d) Tredecim hujus nominis enarrantur à Jonſio Lib. IV. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. p. 322. Sed videtur quosdam diverſos facere, qui non ſunt invicem diſtinguendi. Fuerunt igitur:

1) Antiphon Pater Matris Platonis & Pater Pyrilampis. Plato Parmenide & Plutarch. de genio Socratis.

2) Pla-

2011 Ministerio de Cultura

confunditur apud veteres quosdam. Forte etiam alteri Antiphonti congruit, quod Plutarchus refert, Corinthi taberna ad hoc prope forum locata professum esse *artem solandi tristes* sive τέχνην ἀλυπίας, quanquam Sophili filium quoque Philostratus 1. de Sophistis inter alia tradit dictum esse Nestorem, quod mirifica vi persuadendi fretus auditoribus promitteret sermones νηπενθεῖς, ὡς οὐδὲν ἄτω δεινὸν ἐρεύνων ἄχθος ὃ μὴ ἐξέλοι τῆς γνώμης, *nullam nominari ab illis posse tantam vim doloris, quam non oratione levare atque ex animo ejicere valeret.* Creditus fuit auctor mutationis, quam Reipublicæ Athenienſi intulere Quadringenti, Olymp. XCII. 1. Anno proximo, dejectis illis quadringentis Antiphon proditionis accusatus capitisque damnatus e) fuit Olymp. XCII. 2. ante Christum CCCCXI.

Orationes sub ejus nomine olim exstitere LX. è quibus Cæcilius Rhetor in libro de Antiphonte XXV. spurias esse affirmavit. Plutarch. in Vita & Photius Cod. 259. Hodie exstant Orationes XVI. quarum per-

2) Platonis, Adimanti & Glauconis frater ὁμομήτριος, Pyrilampis F. Plato Parmenide, Plutarch. περὶ Φιλαδελφίας.

3) Antiphon Athenienſis τερατοσκόπος & ὀνειροκρίτης idemque ἐποποιὸς & Sophista atque Orator dictus λογομάχειρος teste Svida. Ejus περὶ παλαμῶν à Melampode allegatur. Περὶ Κρίσεως ὀνείρων memorat præter Svidam Seneca controvers. IX. Artemidor. II. 14. Tertull. c. 46. de anima. Fulgentius Lib. I. c. 13. Mythol. Ὀνειροκρίτην vocat etiam Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν testatus ej⁹ existimari orationes περὶ ἀληθείας, περὶ ὁμονοίας, τὰς δημηγορικὰς & πολιτικόν. Idem Antiphon Socratis adversarius apud Laërtium Lib. II. sect. 46. quem Sophistam vocat & sermones cum Socrate habitos refert Xenophon sub extremum Lib. I. ἀπομνημ. licet Photius & Plutarchus de Antiphonte Rhamnusio hoc acceperunt, & Hephæstion Grammaticus teste Athenæo librum scripserat περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι Ἀντιφῶντος. Sane Antiphon Rhamnusius ut Rhetor ineptus perstringitur à Socrate apud Platonem in Menexemo, quo nomine Socratem reprehendit Athenæus. Respicitur etiam Antiphon τερατοσκόπος à Cicerone 2. divinat. Clemente 7. Strom. p. 712. Theodorito Θεραπευτ. Lib. VI. p. 88.

4) Antiphon pauper de quo Aristophanes in Vespis.

5) Antiphon Tragicus à Dionysio Siciliæ Tyranno interfectus. Vide supra c. 19. in notitia Tragicor.

6) Antiphon Critobuli F. Galen. 2. de diebus Criticis c. 5. ex Hippocratis Epidem.

7) Antiphon Sophista cujus de quadratura circuli & de rerum γενέσει sententias memorat Aristoteles. Vide 1. Sophist. Elench. c. 10. & 1. Phys. c. 2. ibique Themist. & Lib. II. Phys. c. 1. ibique Simplic. Eutocium ad Archimedem de circuli dimensione.

8) Antiphon à Demosthene orat. pro Ctesiphonte (Olymp. CXII. 3.) accusatus proditionis.

9) Antiphon cujus Georgica laudat Athenæus XIV. 17.

e) Formulam condemnationis ex Cæcilio libro de Antiphonte integram descripsit Plutarchus in Antiphontis vita.

2011 Ministerio de Cultura

perinde ac deperditarum Meurſio in Bibl. Attica magnam partem obſervatarum titulos Alphabeti ordine digeſſi, ſed deperditarum genuinarum tituli nullo præfixo ſigno deſcripti ſunt, & ſpuriis præfixus aſteriſcus. Numeri Romani indicant numerum ordinis in editionibus Orationum Antiphontis quæ exſtant, quarumque tituli cruce ſunt ſignati.

Ὁ περὶ ἀγγελίας. In hac oratione ſeipſum egregie Athenienſibus ſed incaſſum defenſitavit Antiphon Olymp. XCII. 2. Laudant Thucydides Lib. VIII. Cicero Bruto, Quintilianus III. 1. & Plutarch. in vita.

Περὶ ἀληθείας λόγοι β'. Harpocratio paſſim, Galenus in Hippocr. de officio Medici c. 3. & Svidas in δεήσεις, χυπαίνειν, Διάθεσις, &c. Heſych. in ἄβιος, Etymol. M. in χυπᾶδαι. Origenes 4. contra Celſum p. 176. notat titulum operis adverſus Chriſtianos quod inſcribebatur φιλαλήθης Celſum ab Antiphonte claro Oratore mutuatum eſſe, qui in ſuis περὶ ἀληθείας γεγραμμένοις providentiam ſuſtulerat. Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν teſtatur λόγος περὶ ἀληθείας fuiſſe Antiphontis περιοχώτατος. Clariſſimus, Reineſius felicem Mauſſaci ad Harpocrat. in ἑυεσὼ improbans conjecturam p. 128. Var. lect. ſuam opinor ipſe juſſiſſet ſpongiæ incumbere, ſi conſideraſſet loca Svidæ in ἀιεσω & ἀιεσὼ.

Κατ' Ἀλκιβιάδου, λοιδορίας. Athen. Lib. XII. Plutarch. in Alcibiade: ἐν τοῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται ὅτι παῖς ὢν &c. Adde Jonſium pag. 325.

Πρὸς τὴν Δημοσθένους χαρὴν Ἀπολογία. Harpocrat.

Πρὸς τὴν Δημοσθένους ἀντιφραφήν. Id. in ἀνδρών.

Πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν ὠδανόμων. Vide infra ὠδανόμων.

Ὑπὲρ της εἰς τὸν ἐλεύθερον παῖδα. Harpocrat. in ἀξιοῖ.

Ἐπιτροπικὸς Τιμοκράτους. Harpocrat.

Ἐπιτροπικὸς Καλλιστράτου. Harpocrat.

Πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τ ἰδεῶν. Plutarch. in vita, Ælianus V. 21. de animal.

Περὶ Ἡροδότου. Vide ſtatim infra Orat. περὶ Ἡρώδου.

† Περὶ τ Ἡρώδου φόνου XIV. & XV. quæ incipit à verbis p. 124. edit. Hanov. Δεῖ δέ με καὶ ὑπὲρ τ πατρὸς ἀπολογήσασθαι. Prior pars defendit Helum Mytilenæum, quod ſocius itineris Herodes, ab eo non fuerit interfectus. Poſterior parentem, quod nec ille fuerit Herodis interfector. Allegatur ab Harpocrat. in φρεδόν. Forte & apud Plutarchum legendum Ἡρώδου pro Ἡροδότου cum ait in Antiphontis vita: ἐπαγγεῖται δ' αὐτῷ μάλιστα ὁ περὶ Ἡροδότου καὶ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τ

2011 Ministerio de Cultura

εἰ τ ἰδεῶν. Voſſium ſane falli non dubito qui p. 458. de Hiſt. Græcis exiſtimat librum de Herodoto Hiſtorico ab Antiphonte ſcriptum fuiſſe.

Κατὰ Ἱπποκράτους στρατηγῦ (non ἰατροῦ ut in Plutarchi & Photii codicibus) Vide Jonſium p. 324.

Πρὸς τὴν Καλλίου ἔνδειξιν. Harpocrat. Svid. in μοιροδοκῆσαι.

Ἐπιτροπικὸς Καλλιστράτου. Vide ſupra Ἐπιτροπικός.

Κατὰ Λαισποδίου. Harpocrat. Svid.

* Κατὰ Λεωχάρους, Antiphontis oratio laudatur à Gvil. Budæo in commentariis Græcæ linguæ edit. Pariſ. A. 1548. p. 570. & p. 943. Oratio Antiphontis κατὰ Λεωκράτους. Sed priore loco Λεωκράτους legendum pro Λεωχάρους, & utrobique *Lycurgus* pro Antiphonte. Viciſſim apud Voſſium de Rhetoricæ natura c. XI. *Andocides iſte decem Oratorum qui vulgo numerantur antiquiſſimus eſt*, legendum *Antiphon.* Similiter in Kœnigii Bibl. de *Andocide* legitur facundiam ejus prædicari à Thucydide Lib. VIII. quod verum eſt de *Antiphonte.*

* Περὶ τῦ Ληναίων Φόρου. Harpocrat. in ἀμφίπολις.

Περὶ τῦ Λινδίων Φόρου. Harpocrat. pluribus in locis.

Περὶ μεταστάσεως. Harpocr. Svid. in στασιώτης.

Ἀπολογία τῦ Μύρου. Svid. in ἄπια.

Πρὸς Νικοκλέα περὶ ὅρων. Harpocrat.

Περὶ Ὁμονοίας. Svidas in σκιάποδες, Harpocrat. Philoſtratus in vita Antiphontis p. 503. qui σοφιστικώτερον fuiſſe teſtatur. Etymol. M. in ἡμιόλιος & Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν, qui teſtatur eſſe Antiphontis περιοσκόπου.

Ὀλιγαρχικός. Priſcian. Lib. XVIII.

Ἡ τῶν Δημοσθένους κατηγορία. Svid. in δεῦρο. Plutarch. καὶ ἐπαινεῖται ὁ περὶς Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν τῶν Δημοσθένους.

Πολιτικός. Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Svid. in ἡμιολιασμός. Idem & Etymol. M. in εὐσύμβολος. Harpocrat. Athen. Lib. X. Priſcianus Lib. XVIII. Hermogenes περὶ ἰδεῶν Lib. II. qui teſtatur eſſe Antiophontis περιοσκόπου.

* Κατὰ πευθένεως. Harpocrat. & ex eo Varinus in ῥητορικὴ γραφὴ teſtatur eſſe ſpuriam.

Σαμοθρακικὸς, ſive περὶ τῦ Σαμοθρᾴκων Φόρου. Svid. in Σαμοθράκη, Harpocrat.

περὶ ταῶν. Athen. Lib. IX. Harpocrat. Euſtath. in Iliad. β. p. 261. adde Meurſium IV. 5, Atticar. Lect. Jonſium p. 327. Spencerum ad Origenem p. 52.

2011 Ministerio de Cultura

Ἐπιτροπικὸς Τιμοκράτης. Vide supra in Ἐπιτροπικός.

† Κατηγορία φαρμακείας καὶ τῆς μητρυιᾶς. Veneficii accusatio adversus novercam. Exstat. I.

Κατὰ Φιλίνου. Harpocrat.

* Πρὸς Φίλιππον ἀπολογία. Harpocrat. in δημοτευόμενος spuriam esse testatur. Blancardus existimavit Antiphontis φιλιππικὸν laudari ab eodem Harpocratione in εἰσφρήσειν. Sed neutiquam necesse est illius verba ita intelligi.

† Κατηγορία φόνου ἀπαράσημος. II. ἐγκατηγορίας ὁ ὕστερος λόγος IV. Accusatio duplex super cæde de cujus auctore non liquebat.

† Ἀπολογία εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. III. ἐξαπολογίας ὁ ὕστερος λόγος. V. Super eadem cæde.

† Κατηγορία φόνου ἀκουσίου VI. & VIII. Accusatio duplex cædis ab invito perpetratæ.

† Ἀπολογία φόνου ἀκουσίου VII. & IX. Duplex Apologia ejusdem cædis.

† Κατηγορία φόνου περὶ ὃς λέγοντος ἀμύνασθαι X. & XII. Accusatio duplex homicidæ qui se defensurus alterum interemit.

† Ἀπολογία φόνου ὃν ὡς ἀμυνόμενος ἀπέκτεινεν XI. & XIII. Duplex Apologia ejusdem homicidæ. Hactenus memoratæ orationes XII. sunt λόγοι illi celebres φονικοὶ quos Antiphonti nostro tribuit Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν. Atque apud Ammonium in ἐνθύμημα legendum Ἀντιφῶν ἐν τοῖς φονικοῖς. Male enim editur φοινικοῖς, unde φοινικικὰ habet Jonsius p. 325. non minus vitiose.

† περὶ χορευτοῦ. XVI. Defensio choragi, quod non sit auctor mortis quam obierat unus ex pueris saltatoribus, cum vocis elegantioris causa pharmacum bibisset. Meminit & Harpocration in διδάσκαλος & διπτολία.

Plures Antiphontis sententiæ occurrunt in Eclogis Johannis Stobæi. Dictum ejus quod nihil tempore est pretiosius, πολυτελέστατον ἀνάλωμα χρόνος, laudat Plutarchus in Antonio pag. 928. Aliud: γηροτροφία πρόσκοικε παιδοτροφίᾳ, Clemens Alex. 6. Strom. p. 626.

Testatur præterea Plutarchus Antiphonti Rhamnusio etiam tributum à nonnullis fuisse *Glauci Rhegini* librum de Poëtis. Quod vero auctor Pandectarum Brandenburgic. scribit Antiphontem Comicum vocari à Philostrato, error est, supra in notitia Comicorum à me animadversus. Diogeni Laërtio VIII. 3. allegatur Antiphon nescio quis ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων, sive ut Porphyrius in vita Pythagoræ (cujus

2011 Ministerio de Cultura

jus locum profert etiam Cyrillus X. contra Julian.) ἐν τῷ περὶ ξ βίβ π ἐπ' ἀρετῇ πεωτευσάντων. Ἀντιφῶν ἐν σοφοιμίοις. Svid. in. ἀισθεσθαι. Cicero in Bruto.

Non assentior doctissimo Jonsio existimanti orationum XVI. quæ supersunt nihil esse Antiphontis præter nomen. *Scholasticæ sunt*, inquit, *atque fictæ declamationes, & Antiphontis nil præter nomen habent.* Sed Philostratus quoque post memoratos ejus λόγες δικανικὲς, ἐν οἷς δεινότης καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης ἔγκειται μᾶλλον ἢ σύγκειται, addit etiam eundem scripsisse λόγες σοφιστικές. Et jam supra notavi orationum XII. περὶ φόνε diserte meminisse & Antiphonti Rhamnusio eas tribuereHermogenem. Denique Cicero testatur Antiphontem habuisse conscripta, quibus veluti locis communibus uteretur, Rhetorica ejusmodi exercitamenta. De dictione & eloquentia Antiphontis ut & aliorum de quibus deinceps acturus sum Oratorum judicia sive elogia veterum, Ciceronis, Dionysii Halicarnassei, Quintiliani, Hermogenis, Plutarchi, Philostrati, Photii: tum recentium Vossii, Caussini &c. apud ipsos potius quam à me descripta legi malim.

Antiphontis XVI. quas dixi orationes, primus Græce in lucem extulit, cui tot præclaros scriptores debemus, *Aldus Manutius*, cum orationibus Æschinis, Lysiæ, Andocidis, Isæi, Dinarchi, Lycurgi, Gorgiæ, Lesbonactis. Romæ 1513. fol. Aldum secutus *Henricus Stephanus* est à quo Græci oratores emendatius & nitidis typis excusi A. 1575. fol. Græce & latine cum versione *Alphonsi Miniati* Bononiensis (qui suasu *Andreæ Schotti* laborem hunc in se susceptum anno 1618. ætatis 73. Antverpiæ absolvit) Orationes Antiphontis, Andocidis & Isæi lucem adspexerunt Hanoviæ 1619. 8. Quanquam vero laudandus est optimi Miniati conatus, non diffitebuntur tamen eruditi versionem ejus ita esse comparatam, ut pluribus in locis meliorem merito desideres. Nemo felicius hoc studium decurrere poterat Clarissimo & Rev. Viro *Laurentio Normanno*, Episcopo designato Gothoburgensi, qui observationes & *Indices Atticos* in tres hosce & cæteros Græciæ oratores jam pridem moliebatur: sed is antequam Episcopatum capesseret 12. Cal. Junii A. 1703. Upsaliæ præmatura morte exstinctus atque elegantioribus literis pariter & Ecclesiæ suæ fuit ereptus.

III. ANDOCIDES * Leogoræ F. gente nobili, Athenienſis, natus

* Navarchus fuit Andocides hic in bello inter Corinthios & Corcyræos, teste Thucydide Lib. I. p. 35. De hoc etiam Andocide Harpocrat. Hesych. in Ἀνδοκίδε Ἑρμῆς. Svidas in Ἀνδοκίδης & Φασιανοί. Tzetz. Chil. VI. hist. 45.

2011 Ministerio de Cultura

natus prætore Theogenida Olymp. LXXVIII. 1. (ante Christum CCCCLXVIII.) Antiphonti pluribus annis supervixit, superstes adhuc Olymp. XCV. post liberatam auctore Thrasybulo Rempublicam, in qua ipse varia fortuna ac fide rem gessit, tandem in exsilio (quantum è Plutarcho in ejus vita licet conjicere) defunctus.

Orationes ejus exstant hæ quatuor, Photio etiam lectæ Cod. 261.

I. περὶ μυστηρίων, quod mysteria non prodiderit. Meminit Plutarchus in vita. Andocidem eo nomine accusat Lysias Orat. V.

II. περὶ τῆς ἑαυτῦ καθόδου sive περὶ τῆς ἀδείας ut Harpocratio vocat in ὀρρωδεῖν, in hac enim oratione Andocides demonstrat reditus sui ἄδειαν sive impunitatem. Vide Gvil. Canterum VIII. 4. Novar. Lect. Fallitur Meursius qui in Bibl. Attica orationem περὶ τῆς ἀδείας deperditis annumerat. Apud Plutarchum p. 835. male excusum καθόλου pro καθόδου δεομένου.

III. περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης. De pace cum Lacedæmoniis ineunda. Plutarchus simpliciter περὶ εἰρήνης vocat. Hanc latine vertit *Gvilelmus Canterus*. Basil. 1566. fol. ad calcem Aristidis.

IV. Κατὰ Ἀλκιβιάδου. Contra Alcibiadem Cliniæ F. quod ipse perditus pessime, Andocidem calumniatus fuisset, & in exsilium conjiciendum suasisset.

Alias præterea Andocidis orationes habuit Plutarchus. Σώζεται, inquit, αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος (confer Harpocration. in ζητητής) καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα. In Themistoclis vita sub extremum idem Plutarchus memorat orationem Andocidis πρὸς τοὺς ἐπαίρους qua Optimatum factionem in populum incendit, inter alia mentitus Themistoclis reliquias ab Athenienſibus effossas ac dissipatas.

Editiones orationum quatuor superstitum retuli paulo ante in Antiphonte, ubi & de latina *Alphonsi Miniati* versione.

IV. LYSIAS Cephali F. Athenienſis susceptus est in lucem Olymp. LXXX, 2. a) ante Christum CCCCLIX. Annos natus quindecim ad Sybaritas sive Thurios novam Athenienſium coloniam profectus, atque

a) In Plutarchi Codicibus legitur LXXXII. sed hoc parum convenit cum elencho Archontum & cum iis quæ deinde apud Plutarchum sequuntur, tum quod in vita Isocratis ait Lysiam illo XXII. annis ætate fuisse majorem. Fuit & alius Lysias antiquior, qui prætoris munere functus Athenis Olymp. XX. 3. De *Cephalo* Lysiæ nostri patre itidem Oratore, vide Tzetzæ Chil. VI. hist. 34. & Svidam, *Encomium Laidis* à Cephalo scriptum memorat Athenæus Lib. XIII.

2011 Ministerio de Cultura

que à Tisia & Nicia Syracusanis b) eruditus fuit. Interjecto tempore, cum sorte ductus Remp. ibidem per aliquod tempus gessisset, rebus Atheniensium in Sicilia afflictis reversus est Athenas Olymp. XCII. 1. Inde pulsus in exsilium à triginta tyrannis, concesit Megaram, post reditum à Thrasybulo ad præturam frustra commendatus, reliquam vitam privatus exegit. Socrati Philosopho & aliis viris claris familiaris, causas non ipse dixit in judiciis c) sed in aliorum usum orationes conscripsit, eisque dicendas suppeditavit, cujus rei exemplum habes etiam apud Plutarchum Lib. de garrulitate p. 504. Attigit annum ætatis LXXIII. d) vel ut alii LXXVI. aliis sub Archonte Nicone vel Nausinico e) obiisse, atque adeo octogesimum superasse affirmantibus. Quod si verum est, jam centesimam Olympiadem assecutus est vivendo, ac Demosthenem puerum videre potuit, qui natus est Olymp. XCVIII. 4.

Lysiæ * nomine orationes olim ferebantur CCCCXXV. ut testantur Plutarchus & Photius cod. 262. ex quibus genuinæ CCXXX, ex sententia Dionysii Halicarnassei libro de Lysia, & Cæcilii apud Plutarchum, vel ut apud Photium est, CCXXXIII. Nam apud Svidam quidem, quod ultra trecentas genuinæ exstitisse leguntur, corrigendum numerum monuit Meursius Lib. III. Attic. Lect. c. 8. Ex ejusdem Bibliotheca Attica juvat hoc loco titulos orationum Lysiæ, quotquot apud veteres memorantur, sed literarum ordine à me digestos & observationibus quibusdam auctos subjungere. Crucis signo notatæ quatuor & triginta adhuc exstant, & numerum ordinis orationum in editionibus observati adscriptum habent.

Περὶ Ἀγησάνδρου. Priscian. Lib. XVIII. vide infra περὶ Ἡγησάνδρου.

† Κατὰ Ἀγοράτου. XII. Vide infra inter suppositicias κατ' Ἀριστογόρου.

Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, Χρέως, ἢ περὶ συκοφαντίας, Athen. Harpocrat. Laërtius II. 63.

† Πρὸς Ἀλκιβιάδην, λειποταξίου XIII. Svid. ἀιθέσθαι. Hanc orationem latine

b) Etiam Lysiam Syracusanum Rhetorem vocat Svidas in Λυσίας, parens enim ipsius Syracusanus gente fuit, sed habitatione Athenienses.

c) Cicero in Bruto: *Fuit Lysias in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans* &c.

d) In Plutarchi codicibus male LXXXIII.

e) Dionysius Halicarnass. de Lysia p. 85.

* Veterum judicio Lysiæ tribuitur subtilitas, ut Demosthenis vis, suavitas Isocrati, acumen & argutiæ Hyperidi. Effigiem Lysiæ exhibet Jac. Gronovius T. 2. Antiqv. Gr. tabula LXIX.

2011 Ministerio de Cultura

tine versam à Claudio *Grolarto*, edidit H. Stephanus ad calcem Oratorum Græcor. Paris. 1575. fol.

† Πρὸς Ἀλκιβιάδην, ἀσεβείας. XIV.

Πρὸς Ἀλκίβιον. Svid. in παλαιόν. Forte Ἀλκιβιάδην. Lysiæ adversus Alcibiadem oratio allegatur etiam ab Athenæo XIII. p. 574.

† Κατὰ Ἀνδοκίδου, ἱεροσυλίας sive ἀσεβείας. V. Contra Andocidem Rhetorem. Exordium hujus orationis intercidit. Verba quædam ex Harpocrat. & Svida in ῥοπέρον supplet Guil. Canterus Lib. VIII. c. 4. Nov. Lect. Exstat etiam Andocidæ apologia, ut antè monui.

Κατ' Ἀνδροτίωνος. Harpocrat. in σηκάγγιον.

Περὶ τῆς Ἀντιδόσεως. Harpocrat. in ἐννεάκρουνον.

Ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρός. Plutarch. in vita Antiphontis.

Κατ' Ἀπολλοδώρου. Harpocrat. in πεντεκαιδεκάφυλον.

Πρὸς Ἀρέσανδρον, Harpocrat. in ἐκλογεῖς.

† Ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων πρὸς τὸ δημόσιον. XVIII.

Πρὸς Ἁρμόδιον, Plutarch. in vita Lysiæ.

Περὶ τοῦ Ἀστροδοποιοῦ. Pollux VII. 2.

Κατ' Αὐτάνδρου καὶ Πυθέου, ξενίας. Harpocrat. in ἀρχιδάμιος πόλεμος. Apostol. IV. 30. proverb.

Κατ' Αὐτοκράτους Pollux VII. 12. Phrynichus p. 64. ubi interpres: *in eum in Aristocratem.*

Ὑπὲρ Ἀχιλλείου Φόνου. Pollux IX. 5. & 8. Apsines Rhetor.

Περὶ τοῦ Βατράχου, Φόνου. Vide Meurs. de populis Atticæ in Φηγοῦς.

Πρὸς Γλαύκωνα. Harpocrat. in Ἡλιαία. Svid. in πρόκειτο.

Ὑπὲρ Δεξιοῦ, ἀποστασίου. Harpocrat. in στρομβιχίδης.

† Περὶ Δημεύσεως τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ, Φιλογείτονος. XVII.

Δημηγορίαι, titulus generalis plurium orationum Lysiæ apud Dionysium Halicarnass. & Photium. Orationes deliberativæ, ut contra judiciales λόγοι δικανικοί, quales non pauciores ducentis composuisse Lysiam, testatur idem Dionysius p. 87.

Ὑπὲρ τῶν δημιοπράτων πρὸς Εὐθείαν. Pollux X. 24.

† Περὶ δημοσίων ἀδικημάτων. XVI. Apologia extremo mutila pro eo cujus bona injuste fisco addita fuerant.

† Ἀπολογία δήμου καταλύσεως. XXIV.

† Ἀπολογία δωροδοκίας. XX.

† Κατὰ Διογείτονος. XXX. Laudat Photius sub titulo ὁ πρὸς Διογείτονα, Φιτροπῆς. Meminit & Plutarchus, & quæ ejus habemus nobis servavit

2011 Ministerio de Cultura

vavit Dionyſius Halicarnaſſæus. Vide etiam Petrum Victorium XXIV. 5. Var. Lect.

περὶ ἧς Διογένους κλήρου. Priſcianus Lib. XVIII. Harpocrat.

Κατὰ Διοδότου. Harpocrat. in ἄυλια.

πρὸς Διοκλέα ὑπὲρ ἧς κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου. Theon. Progymnaſm. Harpocratio in δώρων γραφή.

† Κατὰ Διονυσίου Τυράννου, exordium exſtat apud Dionyſ. Halic. & inter editas Lyſiæ orationes num. XXXII. Meminit & Plutarchus.

Κατὰ Διοφάντου περὶ χωρίου. Pollux. VII. 3.

πρὸς Δίωνα. Harpocrat. in Φασηλίτιον.

Ἐγκώμια. Plutarch. & Svid. in Λυσίας. Photius.

† πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον. XXIII. Apologia Lyſiæ pro ſe ipſo quod cum egenus non eſſet pecuniam à Rep. accepiſſet.

περὶ τῆς εἰσφορᾶς. Harpocrat. in ἐπιγραφεῖς.

περὶ τῆς Ἐπιγένους Δίκης. Svid. in ἀνάργυρος.

† Κατὰ Ἐπικράτους καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν ἀπόλογος. XXVI.

Ἐπιτάφιοι. Plutarch. Svid. Theo Progymnaſm. p. 15. Dionyſ. Halicarnaſ. in τέχνῃ p. 39. Photius.

† Ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς. XXXI. Latine vertit Anonymus Baſil. 1522. 4.

πρὸς τοὺς ἀπεσταλμένους τῶν Βοιωτῶν παῖδων. Harpocrat. in ἀπεσταλμένοι.

† Ὑπὲρ ἧς Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογία. I. Hanc orationem poſt Anonymum quendam Baſil. 1522. 4. latine vertit *H. Stephanus* & cum Græcis oratoribus edidit Pariſ. 1575. fol. Prælectionibus illuſtravit *Andreas Dunæus* Profeſſor Græcæ linguæ in Academia Cantabrig. 1593. 8.

† Κατὰ Ἐρατοσθένους. XI. Hanc orationem transtulit *Guil. Canterus* Baſil. 1566. & *Claudius Grolartus*, cujus verſio edita ab H. Stephano 1575.

† Κατὰ Ἐργοκλέους, ἀπόλογος. XXVII.

Ἐρωτικός. Plato in Phædro, Max. Tyrius diſſ. 8. Harpocrat. in ἀπογραφήν. Plures Lyſiæ λόγους ἐρωτικοὺς memorat Plutarchus in vita, Photius cod. 262. & Svidas in Λυσίας.

περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας. *XXV.* Exordio & majori parte mutila.

περὶ τῶν ἰδίων εὐεργεσιῶν. Harpocrat. in Κεῖοι & μεταπύργιον.

Κατ' Εὐθυδίκου. Harpocrat. & Svid. in ἀμφιδέαι.

περὶ Εὐθυκλέους χωρίου. Harpocrat. in αὐτομαχεῖν.

πρὸς Εὐπείθην. Harpocrat. in ἑρμιστής.

Κατ' Εὐφήμου. Harpocrat.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ Ἡγησάνδρου κλήρου. Harpocrat. in κακώσεως. male ap. Priſcianum Lib. XVIII. περὶ Ἀγησάνδρου.

Περὶ Ἡμικλερίου τῶν Μακαρτάτου χρημάτων. Harpocrat. in σιτύα.

† Κατὰ Θεομνήστου ά. *IX.*

β'. *X.*

Πρὸς Θεοπειθῆ, Harpocrat. in ἐπιδιατίθεσθαι.

Κατὰ Θεοπόμπου αἰκίας. Athenæus Lib. II.

Κατὰ Θεοπόμπου, κλήρου. Harpocrat. in ὀργεών.

Κατὰ Θεοσδοτίδου. Pollux VIII. 6.

Πρὸς Ἱπποφέρσην. Harpocrat.

Πρὸς Ἱπποκράτην. Pollux VIII. 6.

πρὸς Ἰσοκράτην περὶ αἰκίας. Etymol. M. in ὕβρις.

περὶ τῆς Ἰφικράτους δωρεᾶς. Ulpian. in orat. Demoſthenis contra Midiam. *Svid. in* Παῦλος Γερμῖνος.

Ὑπὲρ Καλλαίσχρου. Pollux. X. 24.

πρὸς Καλλικλέα. Harpocrat. & Svid. in ἀπόμισθοι.

† Ὑπὲρ Καλλίου. Exſtat exordium. IV. quod in Græcis editt. perperam proximæ orationi contra Andocidem annectitur, ut notatum Gvil. Cantero. VIII. 4. Nov. Lect.

πρὸς Καλλιππίδην, Harpocrat. in λάρκος.

πρὸς Κινησίαν ά, β'. Harpocrat. in Κινησίας.

πρὸς Κλεόστρατον. Priſcianus Lib. XVIII.

πρὸς Κλεινίαν. Svid. in. ὑπὸ μάλης. Harpocrat. in χίλιοι Δραχμόσιοι.

πρὸς Κλέωνα. Pollux X. 44.

πρὸς Κεπόδημον. Harpocrat. in ἀπέπεμπτον.

Ὑπὲρ Κτησιάρχου. Harpocrat. in ἐπεσκήψατο.

Κατὰ Κτησιφῶντος. Svid. in ἀπείπατο.

πρὸς Λακεράτην. Harpocrat. in ὀβολοστατῆ.

πρὸς Λεπίνην. Harpocrat. in ἄρδην.

† Ὑπὲρ Μαντιθέου. XV Titulus integer: ἐν βουλῇ Μαντιθέῳ δοκιμαζομένῳ ἀπολογία. Sic oratio XXX. & XXV. eſt contra Philonem & Evandrum, δοκιμασίας. De δοκιμασίᾳ Attica ſive examine vitæ quod Magiſtratuum candidati Athenis ſubire debebant, vide Joh. Henrici Bœcleri diſſertationem editam Argentorati A. 1656.

Κατὰ Μανίου. Harpocrat. in νόπαν.

πρὸς Μέδοντα. Athen. Lib XIII, Harpocrat.

Κατὰ Μικίνου, φόνου. Vide Meurſ. Lib. III. Attic. Lect. c. 21.

πρὸς Μνησίμαχον. Harporat. in Καρκῖνος.

Ὁ κζ' Μνησιπτολέμου. Phot. cod. 262.

Κατὰ

2011 Ministerio de Cultura

Κατὰ Μόρχε. Harpocrat. in Δήμαρχος.
πρὸς Ναυσίαν περὶ ξ τύπε. Svid. in λιθεργική, Pollux, VII. 27.
Κατὰ Νικίε. Laërtius Lib. I. sect. 55. Meursius III. 8. Attic. Lect.
πρὸς Νικόδημον καὶ Κεντόβελον. Harpocrat. in ξυσίς.
† Κατὰ Νικομάχε γραμματέως εὐθυνῶν κατηγορία. XXIX. Accusatio de non reddita Magistratus sui ratione.
πρὸς Ξενοκράτην. Etymol. M. in συγκομιδή.
Ὀλυμπικός. Plutarch. in vita Harpocratio in ἰόνιος. Theo progymnasm.
περὶ τῆς Ὀνομακλέους θυγατρός. Harpocrat. in πενταεκοσιομέδιμοι & ὑβάδαι.
Apud Clementem Strom. 6. pro Λυσίας ἐν Ὀρφικοῖς legendum Ὀρφανικοῖς, ut in Orpheo dixi. Ὀρφανικοὶ λόγοι sunt de pupillis, ut ἐπιτροπικοὶ de tutela, βίαιοι, de vi, φονικοὶ, de cæde, κληρικοὶ, de hæreditate.
† Κατὰ Παγκλέωνος. XXII. quod non sit Atticus è Demo Plotheensi. Male in titulo & per totam Orat. πλαταγεὺς pro πλωθιεύς. Vide Meursium de populis Atticæ & III. 29. Lect. Attic. & Sam. Petitum p. 133. ad Leges Atticas.
πανηγυρικοὶ λόγοι. Dionys. Halicarnass.
† πανηγυρικὸς ἢ Διονυσίε. XXXII.
Κατὰ Παυσαλέοντος. Pollux IV. 3.
πρὸς Πολέμωνα. Svid. in ἐπὶ καλάμῃ δρῦν.
† περὶ ξ μὴ καθαλῦσαι τὴν πάτριον πολιτείαν Ἀθήνησι. XXXIV. pars ejus exstat servata à Dionysio Halic. in extremo libri de Lysia.
† Ὑπὲρ Πολυσράτε. XIX. Meminit Svid. in πολύστρατος.
Καθὰ ποσειδιππε. Harpocrat. in ἀπολαχεῖν.
† Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ ξ σήκε Ἀπολογία, de olea sacra. VI. Apologia pro eo qui sacræ olivæ truncum ex agro suo exstirpasse arguebatur. A quibusdam ut Paulo Germino Sophista Myseno, hanc orationem Lysiæ abjudicatam esse testis Photius cod. 262. qui illam sententiam refellit.
† πρὸς Σίμωνα, ἀπολογία. II.
Κατὰ τ στιππωλῶν. XXI. Svid. in ἄξιον. Hanc orationem à *Claudio Grolarto* versam latine subjecit H. Stephanus Oratoribus Græcis Paris. 1575. fol.
† Ὑπὲρ ξ στρατιώτε. VIII.
Κατὰ Στρατοκλέους. Harpocrat. in ἐξέλης.
† Κατηγορία πρὸς τὰς συνεζιασάς, κακολογιῶν. VIII.
Σωκράτες ἀπολογία, sed à Socrate ut parum virilis repudiata. Cicero

2011 Ministerio de Cultura

1. de orator. Valerius Max. VI. 4. Quintilian. XI. 1. Laërt. II. 40. Plutarch. in vita Lysiæ. Stobæus serm. 7. Photius.

περὶ τιμήθεου, περὶ δοσίας. Plutarch. in Lysiæ vita.

περὶ τίμωνα. Suid. in ἐφημαπισμένος.

περὶ τιμωνίδην. Suid. in Διάθεσις. Ulpian. in Olynthiac. 2.

Κατὰ τίσιδος. Dionys. Halicarnass. περὶ Δημοσθ. δεινότητος.

† περὶ τεγύμα τος ἐκ περιοίκας. III.

† Κατὰ τῶ τριάκοντα. Plutarch. in Lysiæ vita. Forte intelligit orationem quæ exstat contra Eratosthenem. XI.

περὶ ξ τύπου. Vide supra πρὸς Ναυσίαν.

Ὑπὲρ Φανίου. Athen. Lib. XII.

περὶ ξ Φερενίκου ὑπὲρ ξ Ἀνδροκλείδου κλήρου. Dionys. Halicarnass. in Isæo. Suidas in ἐσία Φανερά.

† πρὸς Φιλοκράτην ἀπίλογος. XXVIII. Meminit Harpocrat.

† Κατὰ Φίλωνος, δοκιμασίας. XXX.

πρὸς Φίλωνα ὑπὲρ Θεοκλείδου Φόνου. Pollux IX. 5.

πρὸς Χαιρέστρατον. Harpocrat. in ἐπακτὸς ὁρκος.

πρὸς Χυτρίνον. Pollux X. 26.

Ὑπὲρ ξ ψηφίσματος. Plutarch. in vita Lysiæ.

Suppositæ dubiæque à Meursio observatæ hæsunt:

πρὸς Ἀλεξίδημον. Harpocrat. in δατεῖσθαι.

περὶ τῆς Ἀμβλώσεως. Harpocrat. Apostolius 2. 89. proverb. Theo progymnasm. p. 16.

περὶ τῶν ἀναναλυπηρίων. Theo progymnasm.

πρὸς Ἀνδοκίδην, ἀποστασίου. Harpocrat.

Καθ' Ἀλεξαγόρου ἐνδείξεως. Harpocrat. in ἀμοσγέπως sed legendum Καθὰ Ἀγοράτου. Locus enim ab Harpocratione allegatus in oratione contra Agoratum licet corrupte exstat, quæ inter editas est duodecima.

πρὸς Ἀλεξοκράτην περὶ ἐγγύης ἐράνου. Harpocrat. in ἐρανιστής.

πρὸς Ἀσίωνα περὶ τῆς τῶν βιβλίων κλοπῆς. Harpocrat. in ἀμφιγνοεῖν.

Καθ' Αὐτοκλέους. Pollux VII. 33. Non enim opus est emendatione Meursii 3. 14. Attic. Lect. quam ipse in Bibl. Attica recte retractavit.

Ὑπὲρ Βακχίου [καὶ] Πυθαγόρου. Harpocrat.

πρὸς Βοιωτόν. Harpocrat. in ἀνάγειν.

Καθὰ Δημοσθένους, ἀπιτροπῆς. Suid. in καρπῶ δίκη. Harpocrat. pluries.

πρὸς Διογένην ὑπὲρ μισθώσεως οἴκου. Harpocration.

πρὸς Διοχάρη. Harpocrat. in μεταλλεῖς.

περὶ

περὶ τῆς ἐγγυθήκης. Athen. Lib. V. Harpocrat. in ἐγγυθήκη.
πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ χρημάτων. Harpocrat. in ἑβδομευομένῳ.
Ὑπὲρ ἐυκρίτου. Hesych. Harpocrat.
Κατὰ Θερσυβούλου. Harpocrat.
περὶ τῆς Ἰφικράτους εἰκόνος. Dionysius Halicarnass. in Lysia p. 85.
Ἰφικράτους ἀπολογία. Dionysius Halic. & Plutarch. in Lysia.
πρὸς Καλλιφάνην, ξενίας. Harpocrat. in νοθεῖα.
περὶ τοῦ κυνὸς, ἀπολογία. Harpocrat. in καρχῖνος.
πρὸς Λαΐδα. Athenæus, Harpocrat.
Κατὰ Λυσιθέου. Harpocration variis in locis. Svid. in γωνία.
πρὸς Μενέσραχον. Harpocrat. in ἀφθεσιμίας.
πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογία. Harpocrat. adde Meurs. III. 14. Attic. Lect.
πρὸς Νίκαρχον τὸν αὐλητήν. Harpocrat.
Κατὰ Νικιδίου nisi legendum κατὰ Μικίνου, Φόνου. Meurs. III. 21. Attic. Lect.
Ὑπὲρ Νικίου. Dionys. Halicarnass. in Lysia. p. 86. adde Meursii librum laudatum III. 8.
Κατὰ Νικομαχίδου. Harpocrat. in ἀπόβολή.
Πρὸς Πυθόδημον ἀπολογία. Harpocrat. in τῆτες. pro quo Pollux VII. 3.
πρὸς Παιθόδημον ὑπὲρ ἀποστασίου.
Πρὸς Σώστρατον, ὕβρεως. Harpocrat. in ἰσοτελής.
Κατὰ Τελαμῶνος. Harpocrat.
Κατὰ Φιλίππου, ἀπιτροπῆς. Harpocrat. in πεδιακά. Pollux X. 4.
Κατὰ Φιλωνίδου. Athenæus Lib. *XIII.* Harpocrat.
Ὑπὲρ Φρυνίχου θυγατρός. Harpocrat. in ἀρκτεῦσαι.
Περὶ τοῦ χρυσοῦ τρίποδος. Athenæus. Pollux.

In orationes Lysiæ præter *Zosimum Gazæum* & *Zenonem* Citieum juniorem commentarios scripserat *Paulus Germinus* Sophista, ut Svidas nos docet. Paulus ille Photio cod. 262. dicitur Παῦλος ὁ ἐκ Μυσίας, & ab eodem arguitur quod plures Lysiæ orationes præter rationem pro suppositis declarando, effecerit ut interierint, nec amplius reperiantur.

Memorantur præterea à Plutarcho Lysiæ τέχναι ῥητορικαί & *Epistolæ*, quas septem Svidas indicat, sex amatorias, unam ad Metaniram servam cujus amores Lysiæ objecit Demosthenes orat. adversus Neæram: & quinque ad adolescentes, septimamque seriam sive Pragmaticam. Ex his Epistolæ ad Metaniram meminit Athenæus Lib. *XIII.* & Pollux VII. 29. Septima pragmatica ad Polycratem scripta videtur adversus Empedum, laudarique ab Harpocrat. in περιφορεῖσθαι. Ex reliquis quin-

que

2011 Ministerio de Cultura

que una ad Aſybamum allegatur à Svida in πώμαλα, quem vide etiam in τὸ μάλης & φαῦλον.

Editiones orationum Lyſiæ quæ exſtant.

1. Græca *Aldina* Venet. 1513. fol. cum aliis Oratoribus.
2. Itidem Græca *Henr. Stephani* Pariſ. 1575. fol. cum aliis Oratoribus.
3. Græcolatina cum verſione & argumentis *Jodoci Vanderheidii* Hanov. 1615. 8vo.
4. Itidem Græcolatina cum ejusdem verſione & argumentis, ac præfatione *Johannis Burchardi Maji.* Marpurg. 1683. 8vo.

ISOCRATES a) Theodori F. Athenienſis natus eſt Olymp. *LXXXVI.* 1. Archonte Lyſimacho b) ante Chriſtum *CCCCXXXVI.* Audivit Prodicum Ceum, Protagoram, Gorgiam Leontinum, Tiſiam Syracu-

a) Fuit & alter Iſocrates Apolloniates ſive Heracleotes Ponticus, noſtri diſcipulus & ſucceſſor, quem ſugillat PſevdoSpeuſippus Epiſtolâ ad Philippum p. 65. edit. Allatii. Confer Svidam in Ἰσοκράτης. Tertium quendam Dionyſii Halicarnaſſenſis & Echecratis ejus æqualis ἑταῖρον ex Dionyſii arte Rhetorica confinxit Muretus Var. Lect. libro & capite primo. Sed illo in loco Iſocratem Athenienſem Dionyſius ἑταῖρον ſuum vocat, perinde ut Philoni Judæo apud Euſeb. XI. 15. præparat. Zacharias Propheta dicitur ἐκ τῶν Μωϋσέως ἑταίρων, & Cicero 2. 16. ad Attic. Theophraſtum *amicum ſuum*, & Dicæarchum Attici *familiarem* appellat. Confer Cotelerium ad Chryſoſt. in Daniel. pag. 217. Vavaſſorem de ludicra dictione pag. 166. & Colomeſii opuſcula p. 21. 22 IſocratisAthenienſis æqualis & Gorgiæ diſcipulus fuit ALCIDAMAS Quintiliano III. 1. & aliis Eleates, Caſaubono p. 879. ad Athenæum & Tzetzæ Ἐλαίτης ex Elæa Æolica Aſiæ civitate: Scripſit 1) *Encomium mortis.* Cic. 1. Tuſc. Tzetz. Chil. XI. v. 747. ſeq. & 2) *Naidis meretricis* Athen. XIII. 7. 3) Φυσικόν. Laërt. VIII. 56. 4) Μουσεῖον. Auctor Certam. Homeri & Heſiodi. Hodie exſtant Orationes binæ ſub Alcidamantis nomine, una *Ulyſſis contra Palamedem*, προδοσίας, quæ ab Aldo Græce edita eſt cum Orationibus Æſchinis, Lyſiæ &c. Venet. 1513. fol. inde ab H. Stephano, cum iisdem Oratoribus 1575. fol. & à *Guil. Cantero* translata latine, cum Ariſtide Baſil. 1566. fol. Altera *Contra Sophiſtas*, ab eodem Aldo Græce edita ad calcem Iſocratis Venet. 1518. fol. Multas Alcidamantis Orationes legiſſe ſe ait Tzetzes, ſed encomium mortis ad manus ſuas non perveniſſe XI. v 752. Iſocratem ab Alcidamante reprehenſum teſtatur idem v. 672. In Onomaſtico Rob. Stephani, Heidenreichii Pandectis & aliis ejusmodi libris dicitur etiam Muſica ſcripſiſſe Alcidamas, ex male intellecto Svidæ loco, qui patrem Alcidamantis Dioclem Muſica ſcripſiſſe teſtatur, ut recte jam tùm vidit Gesnerus.

b) Plutarch. in vita Iſocr. & Laërtius III. 2. Dionyſ. Halicarnaſ. de antiquis Rhetor. Svidas, Photius c. 260.

2011 Ministerio de Cultura

Syracuſanum & Theramenem Rhetorem, quem Reip. ſtudioſiorem adverſus triginta Tyrannos defendere voluit, ni ipſe vetuiſſet. Audacia & voce deſtitutum ſe videns, quod ipſe in Panathenaico fatetur, rarius in publico dixit nec Remp. geſſit; ſed plures orationes (civiles potius quam eriſticas) ſcribendo, & quam plurimos, inq; his Hyperidem & Iſæum, Xenophontem c) Theopompum, Naucratem, Ephorum, Theodectem, Philiſcum & Demoſthenem, & Dionyſio præ cæteris laudatum Cephiſodorum, in civili eloquentia erudiendo, opes incredibiles & gloriam ſibi comparavit ſingularem. Hermippum ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους laudat Athenæus. Sed & de diſcipulis Iſocratis pluribus libris diligenter egiſſe illum docet tum idem Athenæus, tum Harpocration in ἰσαῖος & Dionyſius in Iſæo. Docuit Iſocrates mercede drachmarum mille, quæ cum prima vice ipſi numeraretur, lacrymas miſiſſe ac ſe venundatum conqueſtus eſſe dicitur: Ipſe decem millia drachmarum dixit daturum ſe illi, qui audacem & vocalem ſe redderet. Timiditatem ejus quod non plures quam unum vel binos admittere ſimul ſuſtineret auditores, perſtringunt Plutarchus & Tzetzes. Pro literis ad Athenienſes mittendis à Timotheo talentum, pro una oratione à Nicocle Rege viginti talenta d) accepit. Quod vero ad vim in dicendo attinet, ſe ajebat fungi uice cotis *) acutum

Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.

Cæterum nimio delectus, collocationis & numeri ſtudio effecit, ut elegans atq; admirabilis quidem, at elumbior frigidiorq; videretur ejus ſermo, e) ipſe vero ludibrio eſſet poſteris, quod plures annos f) impenderat uni elaborandæ orationi Panegyricæ, quam Alexander pacandæ Aſiæ inſumſit, & Epiſtolam g) ad Philippum de pace juſſus ſcribere ab Athenienſibus, nondum illam ad finem perduxerit cum pax jam cum Rege coaluiſſet. Mortem oppetiit Iſocrates, ex ægritudine indicta ſibi inedia, cum intellexiſſet victos ad Chæronæam Atticos à Rege Macedoniæ Philippo Olymp. CX. 3. anno ætatis XCVIII. ante Chriſtum CCCXXXVIII. Sepulchro ejus impoſita columna h) XXX. cubito-

c) Photius. d) Plutarch. Phot. * Horatius arte v 304.
e) Plinius Hiſt Nat. VII. 30. Plutarch.
f) Philonicus & Hieronymus Philoſ. apud Dionyſium Halicarneſ.
g) Tzetzes XI. Chil. hiſt. 382.
h) Timæus apud Longin. p. 29. Tzetzes, Dionyſius ipſe, Longinus περὶ ὕψους &c. Adde quod Cato apud Plutarch. dicit γηράσειν παρὰ Ἰσοκράτει τοὺς μαθητὰς ὡς ἐν ᾠδῇ χρησομένους ταῖς τέχναις καὶ δίκας ἐροῦντας. Effigiem Iſocratis poſt Fulvium Urſinum aliosque dat Clariſſ. Gronovius T. 2. Antiqv. Græc. tab. 81.

2011 Ministerio de Cultura

rum altitudine, in cujus faſtigio ſiren ſeptem cubitorum; & è propinquo menſa i) in qua parentes ejus & præceptores atq; hos inter Gorgias, qui in ſphæram cœleſtem intueretur; quod monumentum jam Plutarchi ætate interciderat.

Orationes Iſocratis LX. ferebantur ætate Plutarchi, ex quibus Cæcilius XXVIII. Dionyſius Halicarnaſſeus XXV. tantum pro genuinis habuit. Idem è Plutarcho Photius teſtatur cod. 260. In Svidæ codicibus numerantur XXXII. Hodie tantum XXI. ſuperſunt, in quibus ducunt familiam *tres Paræneticæ*, pulcherrimis ſententiis refertæ:

1. *πρὸς Δημόνικον*, Ad Demonicnm k) Hipponici F. clarum Athenienſem, fratrem Calliæ. Hæc ſine cauſa tertio cuidam ac commentitio Iſocrati ab elegantiſſimo Mureto tribuitur in limine Variarum lectionum. Harpocration in *ἐπαχθὸς ὄρκος* Iſocrati adſcribit Apolloniati, noſtri diſcipulo. Sed Athenienſi Iſocrati & Hermogenis teſtimonium & œconomia tractationis ſententiarumque numeri & dictionis vindicat, ut recte notavit Sylburgius hanc orationem ſi non ſit Iſocratis noſtri, eſſe eam Iſocrateo plane filo contextam. Iſidorus Peluſ. IV. 162. Epiſt. ad Ophelium Grammaticum: *καὶ τοῦθ' ἑγγυᾶται Ἰσοκράτης ὁ ἄνω καὶ κάτω πᾶσι σὲ θαυμαζόμενος χάριν πρὸς Δημόνικον.* Harpocrationi in *πρόληψις* laudatur Ἰσοκράτης *προλαμβάνεσθαι*. Latine tranſtulit explanavitque *Antonius Schorus* libro poſteriore de ratione diſcendæ docendæque linguæ latinæ ac græcæ. Argent. 1596. 8. Gallice vertit *Franciſcus Seraphinus Regnerius* Abbas S. Lavini. Pariſ 1700. 8. Carmine latino *Antonius Meierus* Flander, Cameraci 1561. 4.
2. *πρὸς Νικόκλεα* de regno, ad Nicoclem ſecundum, Evagoræ F. Salaminis Tyrannum, qui regnare cœpit Olymp. Cl. 3. vide Meurſium in Cypro Lib. II. c. 13. Iſocrates ipſe ſibi vindicat Oratione XV. *περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Ἔστι δ' (ὁ λόγος) ὁ μέλλων ῥηθήσεσθαι Νικοκλεῖ τῷ*

i) Plutarch. & Philoſtratus de Sophiſt.

k) Hipponici filium teſtatur ipſe Iſocrates in limine orat. *ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς Φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας. Πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν.* Et Dionyſius Halicarnaſſ. hanc orationem laudans in arte Rhetor. cap. 5. vocat *παραίνεσον πρὸς τὸν Ἱππονίκου*. Tzetzes memoriæ lapſu pro Ἱππονίκου poſuit Εὐαγόρου Chiliad. XI. hiſt. 382. *Θανόντος Εὐαγόρου δὲ γράφει πρὸς παῖδα τοῦτον, ᾧ κλῆσις ἦν Δημόνικος, πολλὰς τὰς παραινέσεις.* Ad verba Iſocratis *ἀπέσταλκά σοι τόνδε: τὸν λόγον δῶρον* alludit Gregorius Nyſſenus in Epiſtola à Zaccagnio edita p. 383. In Catalogo Bibl. Bodlejanæ p. 368. pro *ad Demonicum* ridicule excuſum leges, ad Dæmoniacum.

2011 Ministerio de Cultura

τῷ Κυπρίῳ τῷ καθ' ἑκεῖνον τὸν χρόνον βασιλεύοντι συμβουλεύων, ὡς δεῖ τῶν πολιτῶν ἄρχειν· οὐχ ὁμοίως ὢ γέγραπται τοῖς ἀνεγνωσμένοις. Et orat. III. ſub Nicoclis nomine: τὸν μὲν ἕτερον λόγον ὡς χρὴ τυραννεῖν, Ἰσοκράτης ἠκούσατε. Recte igitur Leo Allatius eandem Iſocrati Athenienſi aſſerit p. 240. ad Socraticor. Epiſtolas, contra H. Stephani diatribam 2. ad Iſocr. Latine vertit *Eraſmus* Baſil. 1522. 4. & Tomo IV. Opp.

3. Νικοκλῆς ſive oratio ſub perſona ejusdem Regis Cyprii (unde Κύπριος λόγος ſubinde vocatur apud Stobæum) ſcripta de officio civium erga imperantes. Pro hac aut certe pro Evagora credibile eſt Iſocrati à Rege præmii loco data viginti talenta, quod tradunt Plinius ac Plutarchus. Neque inſolens videri debet ab Iſocrate elaboratam orationem, quam recitaverit Rex. Lyſiæ enim & aliorum plurimorum, ipſiusq; Iſocratis exemplo conſtat, ſolenne fuiſſe λόγους cum δικανικὰς tum συμβουλευτικὰς ab aliis dici ab aliis ſcribi. Sic Romæ in Nerone recitante admiratus eſt Senatus, quæ Seneca ſcripſerat. Vide Dionem Lib. LXI. p. 690.

Hæ tres orationes prælegi ſolent paſſim in ſcholis cum Plutarchi libro de puerorum inſtitutione, itaque ſæpiſſime excuſæ ſunt ſeparatim, vel *Græce*,

Francof. 1585. 8. typis luculentis Wechelianis, ex recenſione *Frid. Sylburgii*, qui varias Lect. & Gnomas varias μονοστίχους è Comicis & Tragicis veteribus collectas & ſub titulis digeſtas adjunxit.

Amſt. 1643. 8. apud Joh. Janſonium.

Vel *Græcolatine*.

Chriſtophori Neandri, cum Analyſi Grammat. Francof. ad Oder. 1605. 8.

Joh. Gerlaci Wilhelmi. Heidelb. 1678. 8. quæ ad uſus tironum accommodata eſt editio, & phraſes annotatas habet. Tum *Guil. Diezii* cum notis haud contemnendis, eodem anno Ulmæ in 8. Denique Viri Cl. *Chriſtiani Junkeri*, cum verſione, paraphraſi, & vocabulorum difficiliorum Analyſi. Lipſ. 1704. 8.

Prodierunt etiam cum verſione interlineari Pariſ. 1621. 8.

Græce, latine, Gallice & Germanice opera *Johannis Cherpontii.* Lugd. 1581. 12. cum Plutarcho περὶ παιδῶν ἀγωγῆς & Catecheſi Chriſtiana.

Ut ad alias Iſocratis orationes pergam, συμβουλευτικὰς quidem ſive *deliberativi generis* exſtant:

4. Πανηγυρικὸς, qua Athenienſibus, quorum merita præ Lacedæmoniis effert, ſuadet ut domeſticis diſſidiis omiſſis Perſas bello petant. Decem

2011 Ministerio de Cultura

cem vel quindecim annos in hoc componendo insumsisse dicitur, nec ex suo ingenio sed ex Gorgiæ, Archini, Thucydidis ac Lysiæ scriptis pleraque protulisse. Quod ex Plutarcho, Philostrato, aliisque lectum judicium merito malignius Photio visum est, recte notanti in eodem argumento plurium virorum eximiorum similes posse esse cogitationes. Ne dicam quod Theo velut imitandum eloquentiæ studiosis proponit, cogitata Lysiæ ex ejus Epitaphio atque Olympico tanta cum arte ab Isocrate translata. Confer Jac. Thomasium de plagio §. 476. Tunc cum Lacedæmonii Græcis imperarent, hoc est intra Olymp. XCII. & XCVI. scriptum panegyricum Isocrates ipse demonstrat oratione *περὶ ἀντιδόσεως*. In Olympiis dictam ab Isocrate, Philostratus auctor est. Nihil certe illa elegantius elaboratiusque, ut omnes confitentur, licet contra eandem scripsit Aristoteles Siculus Rhetor, teste Laërtio Lib. V. sect. 35.

5. *πρὸς Φίλιππον Ad Philippum.* Paulo ante mortem scripta, ut præter Plutarchum Græcus auctor argumenti ex Hermippo annotavit. Suadet Regi (confer Epistolas Isocratis 1. 2. 3. ad Philipp.) ut Græcas urbes inter se dissidentes conciliet, & Persas bello petat, quod postremum Philippi filius Alexander lecta Isocratis oratione (non hac quidem, sed Panegyrico, ut affirmat Ælianus XIII. 11. Variar.) feciisse dicitur. Inter Socraticas Epistolas ab Allatio editas duovigesima sub Antipatri Magnetis nomine invidiam Isocrati facit, tanquam jejuno & maligno Philippi laudatori p. 59. seq. Latine hanc Orationem vertit *Georgius Sabinus* A. 1531. 8.

6. Ἀρχίδαμος sub Archidami persona (nondum Regis Laconici) svadet Lacedæmoniis, ne ex mandato Thebanorum quos in Leuctrica pugna victores ad Mantineam Olymp. CIV. 2. represserant, Messenam vel instaurent vel liberam esse patiantur. Vehementer hanc Orat. laudat Philostratus.

7. Ἀρεοπαγιτικός. In senatu Areopagitico suadet, ut Democratia sive Anarchia potius in quam circa illud tempus Resp. Atheniensis erat prolapsa, reduceretur ad meliorem formam, à Solone & Clisthene prius constitutam. Scripta post rogatos à Lacedæmoniis Athenienses, ne se à Thebanis funditus exscindi paterentur, hoc est post Olympiadem CII.

8. Περὶ εἰρήνης ἢ συμμαχικός. De pace cum Chiis, Rhodiis & Byzantiis ineunda, & deponendo ab Athenienſibus maris imperio. Scripta

Olymp.

2011 Ministerio de Cultura

Olymp. CV. 4. Memorat hanc orationem ipſe Iſocrates *περὶ ἀντιδόσεως*. Poſteriori parti ſuum *ἀντιρρητικὸν εἰρήνης* oppoſuit Ælius Ariſtides. Iſocratis de pace latine vertit *Petrus Moſellanus*. Baſil. 1522. 4. *Philippus Melanchthon* Hagenoæ 1533. 8.

Jam ſequuntur λόγοι ἐγκωμιαστικοί.

9. Εὐαγόρας ſive oratio funebris in laudem Evagoræ Regis Cypriorum interemti à Thraſydæo Evnucho Olymp. CI. 3. Hujus Evagoræ filius fuit Nicocles, à quo per inſidias interfectum Evagoram præterrem tradit Diodorus Sic. Libro XV. p. 363. Vide Uſſerium ad A. period. Jul. 4340. Latine vertit hanc Orat. *Petrus Sabiatus* Pariſ. 1549. 4.

10. Ἑλένης ἐγκώμιον variis epiſodiis jucunde productum. Nam quod argumentum natura ſua ſterile foret, magnam orationis partem conſumit in reprehenſione Sophiſtarum, laudatione Theſei, excuſatione Paridis, ac laude pulchritudinis. Confer de illa Iſocratis & Gorgiæ ratione argumenta demonſtrativa amplificandi, Voſſium Inſtitutt. Orat. Lib. I. pag. 51.

11. Βούσιρις, ſive laus Buſiridis crudeliſſimi Ægyptiorum Tyranni ab Hercule interemti, ſcripta ad Polycratem Athenienſem Sophiſtam redarguendum, qui idem argumentum infelicius tractaverat, & Socratis præterea accuſationem ſcripſerat, cujus mortem Olymp. XCV. acerbe tulit Iſocrates, ita ut altera die pullatus prodiret, teſte Plutarcho. Quicquid vero pro celebrando Buſiride ſive Polycratis ſive Iſocratis attulerint ingenia, tamen illaudatum dixit Virgilius 3. Georg. v. 5. quaſi falſis & alienis cumulatum laudibus.

12. Παναθηναϊκός, anno, vel (ut alii 1) apud Plutarchum & Photium) quadriennio ante mortem, adeoque Olymp. CIX. 2. ab Iſocrate ſcriptus, extollit Athenienſes eorumque in Græcos beneficia præ Lacedæmoniis, quod argumentum etiam in panegyrico tractaſſe ſe commeminit. Æmulatus Iſocratem in Panathenaico ſuo Ælius Ariſtides eſt, de quo ita Tzetzes Chiliad. XI. v. 662.

Καὶ τὸν εἰς Παναθήναια τὸν μέγιστον τὸν λόγον
Ὅυπερ τὸν νοῦν ἐσύλησεν ὅλον ὁ Ἀριστείδης.

1) His accenſendus Cicero, qui libro de ſenectute, *eſt enim*, inquit, *quiete & pure & eleganter acta ætatis placida ac lenis ſenectus: qualem accepimus Iſocratis, qui cum librum qui Panathenaicus inſcribitur quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitque quinquennium poſtea.*

2011 Ministerio de Cultura

Fallitur idem Tzetzes, cum auctore Lysia affirmat decem integris annis vix absolutum Panathenaicum ab Isocrate, quod de Panegyrico ejusdem præclari scriptores tradiderunt. Tribus foliis in media parte auctiorem Panathenaicum habuit Michaël Sophianus, ut ex Josephi Scaligeri Epist. 431. & Petri Victorii ad Aristot. Rhetor. p. 718. notavit Panlus Colomesius in Opusculis p. 36. seq.

13. Κατὰ τῶν Σοφιστῶν, adversus Sophistas lucro inhiantes, & falsæ eloquentiæ doctores, quos inter alia hoc quoque nomine reprehendit, quod odiosissima ejus parte delecta promiserunt se tradituros rationem tractandarum litium judiciariarum, cum longe plura sint m) in quibus longe cum majore dignitate Orator versari possit, & præcepta Rhetorica nihilo magis ad causas forenses, quam ad quodlibet aliud orationis genus pertineant. Hæc oratio Græce recensita à Frid. Sylburgio, prodiit cum tribus paræneticis, de quibus supra.

Supersunt λόγοι Isocratis δικανικοὶ sive judiciales.

14. Πλαταϊκός, nomine Platæensium à Thebanis solo pulsorum ad Athenienses, pro restitutione in integrum.

15. Περὶ τῆς ἀντιδόσεως sive de permutatione facultatum, cum à Lysimacho dies dictus esset secundum legem Athenienſem n) vel permutandarum cum Lysimacho facultatum, vel obeundæ (quod fecit) trierarchiæ. Multa de studiis suis in hâc oratione Isocrates, multa de improbitate Sycophantarum. Scripta post Olymp. CV.

16. Περὶ τοῦ ζεύγους de bigis equorum, quod eas in Olympiis à civitate Argivorum emerit, non Tisiæ eripuerit Alcibiades. Dicta est à filio Alcibiadis jam defuncti, cujus defensionem ac laudes, populique invidiam persequitur.

17. Τραπεζιτικός Oratio à Sopæi sive Sinopæi filio dicta pro summa argenti apud o) Pasionem Trapezitam deposita, cum pater apud Satyrum Ponti principem de regno affectato delatus esset, quam Pasio postea accepisse se negavit. Hac oratione utitur Dionysius adversus Aristotelem atque Aphareum, qui orationes Isocratis ullas judiciales fuisse negarunt, quibus contradixit Isocratis discipulus *Cephisodorus*. In Isæi oratione VII. quæ est de Cironis hereditate, & in

m) Confer Aristotelis locum quem cum Isocrateo confert Muretus Lib. IV. c. 11. Var. Lect.

n) Vide Sam. Petitum ad leges Atticas p. 269. seq. Scheferum de militia navali IV. 6.

o) De hoc Pasione Demosthenes Orat. pro Phormione & Orat. contra Callippum.

2011 Ministerio de Cultura

& in trapezitico Isocratis plura eadem legi notat Porphyrius apud Eusebium X. 3. præparat. ubi male Κύλωνα pro Κίρωνα.

18. Παραγραφικὸς πρὸς Καλλίμαχον, contra Callimachum quendam, qui præter legem ἀμνηστίας à Thrasybulo latam, ac præter fas nescio cui diem dixerat de ereptis sibi sub triginta Tyrannorum imperio pecuniis.

19. Αἰγινητικός. Oratio apud Æginetas dicta, pro amico & affini Thrasylochi, cui hic opes suas legaverat, altera sorore semigermana impugnante testamentum. Locus ubi deesse nonnulla notantur in margine, ita est legendus: ὅτι ὁ Πασίνεως παρὼν κατέλαβεν. &c. Vide Jac. Gronovium ad Harpocrat. p. 106. seq. 134. seq.

20. Κατὰ τοῦ Λοχίτου, sub persona ejus qui à Lochita quodam verberibus mulcatum se conqueritur. Neque hoc ferendum esse in Democratia, licet pauper & tenuis conditionis sit qui vapulavit.

21. Ἀμάρτυρα pro Nicia qui sub XXX. Tyrannis apud Euthymum consobrinum sine testibus tria talenta deposuerat, Euthyno deinde bina tantum restituere volente. Hanc & Archidamum inter præstantissimas Isocratis orationes excellere affirmat Philostratus 1. de vitis Sophist. Contra eam scripserat Antisthenes Cynicus teste Laërtio VI. 15.

Isocrates (an * Socrates?) ἐν τοῖς πρὸς εἰδοθέαν laudatur à Svida in χιάζειν. At apud Etymologum in Πάδικα legendum ἰσαῖα ἐν τῷ πρὸς Λισύβιον pro eo quod editum est Ἰσοκράτης πρὸς Λυσίαν. Vide Meursium V. 2. Attic. Lect. Plutarcho si credimus ἠγωνίσατο καὶ τὸν Πὶ Μαυσώλῳ πεθέντα ὑπ' Ἀρτεμισίας ἀγῶνα. Τὸ δ' ἐγκώμιον ἐ σώζεται. *Decertavit etiam Isocrates noster in iis ludis quos Artemisia* (Olympiade CVII. confer Usserium ad A. Period. Jul. 4362.) *Mausolo* (Cariæ Regi) *fecit: sed ea laudatio non extat.* At Svidas ab Isocrate Apolloniate hoc factum tradit, Callistratum Rhetorem auctorem ut videtur secutus. Eidem Apolloniati tribuit orationes quinque: 1. Ἀμφυκτιονικὸν, 2. Προτρεπτικὸν, 3. Περὶ τοῦ τάφον μὴ ποιῆσαι Φιλίππῳ, 4. Περὶ τοῦ μετοικισθῆναι. 5. Περὶ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας. Paræneses ad Demonicum huic quoque Apolloniati adscribi ab Harpocratione, supra à me est annotatum. In Aristotelis Rhetoricis III. 14. pro Σωκράτης ἐν Πανηγυρικῷ legendum Ἰσοκράτης. Similem errorem Lib. I. Rhetor. cap. 9. castigavit Meursius Lib. V. c. 14. Attic. Lect. & Lib. IV. cap. 4. docuit apud Dionysium Halicarnassæum in arte c. 6. perperam legi ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης pro ὁ τοῦ Ἰσοκράτους. Apud Laërtium quoque Lib. II. sect. 55. ubi Socrates Grylli lauda-

* Schol. ad Apollon. Lib. I. Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς εἰδόθεον φησὶ τὸν ὕλαν &c.

2011 Ministerio de Cultura

laudationem funebrem composuisse legitur, pro Socrate Isocratem legendum esse duxerim, nisi quis Naucratem malit cum Clarissimo Viro Gotfrido Oleario in diss. erudita de Heraclito.

Τέχνην ῥητορικὴν Isocrati tribuunt nonnulli apud Plutarchum, Photiumque, tum Tzetzes audacter: ὅτι ὁ Ῥήτωρ ἔγραψε βίβλον, ῥητόρων τέχνην, Chil. XI. v. 654. & IX. v. 935. Ὁ Ἰσοκράτης ῥήτωρ μὲν ὁ καὶ τὴν τέχνην γράψας &941. ὁ μὲν λόγος βασιλικὸς, τέχνας καὶ ὠδαινέσεις. Confer Epist. 28. inter Socraticas ab Allatio editas, & Plutarchum in Demosthene.

De *Epistolis* Isocratis Athenienses dixi supra cap. X. 7.

Isocratis orationes prolixiores & πολυλογωτέρους Damascio exposuit *Severianus* δ τὸν τεχνικόν τε καὶ σοφιστικὸν, ἀλλὰ τὸν ἔμφρονα καὶ φιλόσοφον τρόπον, ut legas apud Svidam in Σεβηριανός. Contra Isocratem scripserat olim *Zoilus* Amphipolites, teste Svida in ζώιλος. Tum *Aristoteles Siculus* & *Ælius Aristides*, ut jam dixi ad Orat. IV. & VIII. Denique *Aristoteles Stagirites* quoque eum perstrinxit, confutatus à *Cephisodoro*. Dionysius Halicarnasseus: Μηδ' ὅτι δεσμὰς πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαι φησὶν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης — — καὶ ὅτ' Ἀριστοτέλει πείθομαι, ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ — — ἱκανὸν δ' ἡγοῦμαι μάρτυρα εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον, ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει καὶ γνησιώτατος ἀκροατὴς ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν πάνυ θαυμασὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλην ἀντιγραφαῖς ἐποιήτο. Cephisodori Libros IV. contra Aristotelem memorat Athenæus Libro II. p. 60. licet ibi legitur Cephisodotus, ex quo loco colligitur contra Philosophum Stagiritam, non contra Rhetorem Siculum scripsisse, quod clarissime etiam testatur Aristocles Peripateticus ob hanc ipsam causam Cephisodoro insultans apud Eusebium XV. 3. præparat. Mentio Cephisodori iterum apud Athenæum Libro III. & VIII. & apud Themistium in Sophista p. 285. Dionysium in Isæo & in Epist. ad Pompejum & aliâ ad Ammæum, ubi Cephisodorum refert inter ἀγγελμάτων Rhetoricorum scriptores. Clementis Grammatici περὶ τῶν Ἰσοκρατείων σχημάτων meminit Svid. in κλήμης.

Isocrates editus est *Græce* Mediolani primum A. 1493. fol. Deinde Venetiis apud Aldum A. 1513. & 1534. cum Alcidamantis, Gorgiæ & Aristidis quibusdam, ac Lexico Harpocrationis, fol. tum Hagenoæ 1543. 8. atque iterum Venetiis 1543. 8. Basil. 1546. 1555. 1561. 1578. 8.

Latine primus transtulit *Johannes Lonicerus* Marpurg. 1540. 8. Ab eo tempore majori cura pleniusque *Hieronymus Wolfius* Basil. 1549. fol. cum

2011 Ministerio de Cultura

cum cujus verſione & argumentis frequenter recuſæ Iſocratis orationes & Epiſtolæ Baſil. 1553. 1571. 1582. 1587. 1594. 1613. 8vo. Pariſ. 1603. 1615. 8. Genevæ 1618. 1621. 8.

Græcolatinæ operum Iſocratis editiones ſunt Baſileenſis A. 1570. fol. cum verſione, & quæ in editionibus minoribus deſiderantur, commentariis copioſis *Hieronymi Wolfii*: & altera ab H. Stephano curata Ao. 1593. fol. itidem cum Wolfii verſione & *H. Stephani* ſeptem diatribis in Iſocratem: Gorgiæque de laudibus Helenæ, & Ariſtidis de laudibus Romæ & Athenarum, addita verſione Guil. Canteri. Hallervordius in Bibliotheca curioſa & Thomas Popeblount memorant editionem Græcolatinam Iſocratis curatam à Paulo Stephano A. 1604. quam affirmant eſſe optimam, ego necdum vidi. Denique H. Stephani diatriben de nonnullis vocabulis & loquendi generibus ab Harpocratione & Svida apud Iſocratem obſervatis, ſuæ Harpocrationis editioni ſubjecit Jacobus Gronovius. Lugd. Bat. 1696. 4.

Michaël Neander in phraſeologia Iſocratis Græcolatina Baſil. 1558. 8. ſub titulis CCLXIIII. phraſes ac formulas loquendi Iſocrati familiares digeſſit.

Joh. Paludani ſententiæ ex Iſocrate ſelectæ, Gandavi 1551. 8.

Hieron. Wolfii Baſil. 1572. 8.

Iſocratis Orationum omnium analyſis, auctore *Conrado Clauſero*. Baſil. 1558. 8.

Anglice quædam Orationes converſæ prodierunt A. 1557. 8.

Antequam ad Iſæum deſcendam, tribus verbis agere placet de GORGIA Leontino, Siculo, principe Scepticorum ac Sophiſtarum, diſcipulo Empedoclis, Iſocratis vero & Alcidamantis Præceptore, quem perſtringit Plato in Gorgia, laudat Philoſtratus I. de Sophiſt. p. 496. ſeq. & p. 487. teſtatur eum Athenis in theatro primum auditoribus dicere auſum προβάλλετε, *proponite quodcunque vultis dicendi argumentum.* Imitatores ejus fuere non pauci, ut Æſchines Socraticus, Proclus Naucratites, aliique Philoſtrato notati, Scopelianus quoque Sophiſta, quem idem Philoſtratus p. 519. ait ὁμιλῆσαι Γοργίᾳ hoc eſt familiaria ſibi ejus ſcripta reddidiſſe, ubi interpres minus luculenter reddit: *Cum Gorgia verſatus eſt.* De dictione & charactere Gorgiæ ejusque vitiis ac virtutibus vide Demetrium περὶ ἑρμηνείας §. 12. 15. 29. & alios Rhetores, tum Menagium ad Laërtii Lib. VIII. ſect. 65. Gerardum item Langbænium ad Longinum p. 16. ſeq. editionis præclaræ Tollianæ, ubi inter alia è Troili Sophiſtæ proœmio Rhetoricæ MS. refert Athenienſes tanquam dies feſtos habuiſſe

2011 Ministerio de Cultura

buisse quibus Gorgias dixisset, & orationes ejus lampadas. Τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐν αἷς ἐπεδείξατο, ἑορτὰς ἐκάλεν, τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ λαμπάδας, ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ ἐκκρέσειν τὸ σκότος, οὕτως καὶ συνετοὶ λόγοι τὴν ἄνοιαν. Orationes ejus binæ ΕΛΕΝΗΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ & ΥΠΕΡ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ exstant Græcè editæ ab Aldo & H. Stephano cum aliis Oratoribus, latine autem redditæ à Gvil. Cantero ad calcem Aristidis. Basil. 1566. fol.

Memorantur præterea:

Ὁ Πυθικὸς λόγος ὁ πρὸς τοὺς ἐκ τῶν πολέμων Ἀθήνησιν πεσόντας. Philostrat. p. 497.

Ὀλυμπικός, quem è gradibus templi dixit, svasurus Græcis, ut missis intestinis dissidiis arma cõmunia in Medos & Persas converterent. Philostr. p. 497. & in Epistola ad Juliam Augustam p. 887. & in Isocratis vita p. 506. ubi notat quod panegyricus pulcherrimus Isocratis orationum è Gorgia sit expressus.

Πυθικὸς λόγος, quem dixit ex ara, unde aurea ipsi statua posita in Pythii templo est, cujus præter Philostratum meminit Athenæus Lib. XI. p. 505.

Ejus περὶ φύσεως σύγγραμμα compositum Olympiade LXXXIV. laudat Olympiodorus MS. in Platonis Gorgiam, apud Allatium p. 116. de scriptis Socratis. Idem liber præterea titulum habebat περὶ τοῦ μὴ ὄντος illo enim Gorgias conatus est ostendere, nihil esse, vel si aliquid sit, ab homine non posse comprehendi, vel si possit, exponi aliis non posse. Vide Sextum Empiricum VII. contra Math. p. 149. seqq.

Vitam produxit usque ad annum ætatis CVIII. quo cum *jam silicernius finem sui temporis exspectaret, etsi morti non potuit, tamen infirmitatibus insultavit*, ut ex Cincio Alimento refert Fulgentius in expositione antiqvor. verborum. Hermippum ἐν τῷ περὶ Γοργίου laudat Athenæus Lib. XI. p. 505. qui & libro XIII. p. 596. meminit alterius Gorgiæ Atheniensis, qui scripserat περὶ τῶν Ἀθήνησι ἑταιρίδων.

VI. ISÆUS Atheniensis, sive Chalcidensis, ut alii, certe Athenis dicendi facultatem edoctus à Lysia & Isocrate, ipse Demosthenis Magister, unde de tempore quo floruit utcunque constat, quoniam accuratius aliquid de vita atque ætate ejus, & quando obierit, tradere nec Dionysius Halicarnass. valuit, nec Plutarchus, nisi quod ajunt post bellum Peloponnesiacum claruisse, usque ad regnum Philippi Macedonis. Fuit & alius Isæus junior, itidem Rhetor, patria Assyrius, de quo æqualis ejus Plinius Lib. II. Epist. 3. Philostratus 1. Sophist. Svidas, & Schol. Juvenalis ad Sat. III. 74. *Isæo torrentior.* Sub Isæi prioris nomine LXIV. olim lectæ

2011 Ministerio de Cultura

lectæ sunt orationes à Plutarcho & Photio cod. 263. sed qui quatuordecim ex illis spurias fuisse testantur. Quinquaginta genuinarum tituli à Meursio in Bibliotheca Attica collecti & à me ordine Alphabetico dispositi hi sunt, è quibus decem crucis signo notatæ & universæ in causis judiciariis circa hereditatem adeundam versantes adhuc exstant, & numerum ordinis in editionibus observati adscriptum habent.

† περὶ τῦ Ἀγνίυ κλήρυ. X.

† πρὸς Ἀγνόθεον III. Vide infra in ὑπὲρ τῦ Νικοστράτυ κλήρυ.

περὶ τῦ Ἀλεξάνδρυ κλήρυ. Harpocrat. in ὅτι παιδί. Sed Ἀρισταίχυ pro Ἀλεξάνδρυ legendum docet Meursius II. 4. Attic. Lect.

πρὸς Ἀνδοκίδην. Pollux VII. 2.

πρὸς Ἀπολλόδωρον. Harpocrat.

† περὶ τῦ Ἀπολλοδώρυ κλήρυ. VI.

Κατὰ Ἀριστάρχυ. Pollux II. 4.

† περὶ τῦ Ἀριστάρχυ κλήρυ πρὸς Ξεναίνητον. IX. Vide supra περὶ Ἀλεξάνδρυ κλήρυ.

πρὸς Ἀριστογείτονα καὶ Ἄρχιππον. Dionys. Halic. in Isæo. Harpocrat. in ἐνεσκευασμένην.

περὶ τῦ Ἀρχιππίδυ κλήρυ. Pollux X. 1.

† περὶ τῦ Ἀσυφίλυ κλήρυ. VIII.

πρὸς Βοιωτόν. Harpocrat.

πρὸς δημότας περὶ χωρίυ. Dionys. Halic. in Isæo, Harpocrat. in σφηττός.

† περὶ τῦ Δικαιογένυς κλήρυ. IV.

πρὸς Διοκλέα, ὕβρεως. Pollux VII. 22. Harpocrat.

πρὸς Διοφάνην ἀπολογία. Harpocrat.

πρὸς Δωρόθεον. Harpocrat. in οὐσίας δίκη.

Κατ' Ἐλπαγόρυ καὶ Δημοφάνυς. Harpocrat. sæpius, & Etymol. M. in σύνδικοι.

πρὸς Ἕρμωνα ὑπὲρ τῆς ἐγγύης ἀπολογία. Dionys. in Isæo. Harpocration & Suidas pluribus locis.

ὑπὲρ Εὐμαθῦς. Dionys. Halic. in Isæo. Harpocration, Apostolius VIII. 20. proverb.

ὑπὲρ Εὐφιλήτυ πρὸς τὸν Ἐρχιέων δῆμον. Dionys. in Isæo.

πρὸς Ἡρωνδ κλήρυ. Harpocrat. in εἰς ἔω. sed legendum Κίρωνδ.

Κατὰ Θεολίμυ. Harpocr. in περιασῆλθεν.

πρὸς Ἰχόμαχον. id. in χίλιοι δραχόσιοι.

πρὸς Καλλικράτην. Harpocrat.

πρὸς Καλλιππίδην. Harpocr. in ἀνεπτίδησαν.

2011 Ministerio de Cultura

Κατὰ Καλλιφῶν. ά.

——— —— ——— β'. Etymol. M. in Ἀπεῖται, unde Harpocrat. & Svidam supplendum monuit Meursius V. 2. Lect. Attic.

πρὸς Καλυδῶνα. Harpocrat. Apostolius V. 20. proverb.

† περὶ τ Κίρωνος κλήρ. VII. Adde quæ in Ἥρωνος & Κύλωνος & supra in Trapezitico Isocratis.

Κατὰ Κλεομέδοντος. Harpocr. in κλητῆρες.

περὶ τ Κλεωνύμ. Harpocrat.

περὶ Κύλωνος κλήρ. Porphyrius apud Euseb. X. 3. præparat. sed legendum Κίρωνος.

πρὸς Λυσίβιον. Harpocrat. in ἐπίδικος, & νοθεία. Pollux X. 1. Svid. in ἐπίδικος, apud quem male in τέως πρὸς Ἀνσίβιον, & apud Etymol. in ἐπίδικος, Ισοκράτης πρὸς Λυσίαν pro Ἰσαῖος πρὸς Λυσίβιον. Vide Meurs. V. 2. Attic. Lect.

περὶ τ ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων, Harpocrat.

πρὸς Μέδοντα. Dionys. Halic. in Isæo.

Ὑπὲρ τ Μενεκλέους κλήρ. Harpocrat. in ἀγενής.

πρὸς Μενεκράτην. Id. in πεφοίκιον.

περὶ Μετοικισμ. Harpocrat.

Ὑπὲρ Μνησιθέου θυγατρός. Harpocrat. in ἀπορρήτων.

πρὸς Νεοκλέα. Id. κλητῆρες.

Ὑπὲρ Νικίου. Harpocrat. in ἀπορρέξαντες & χίλιοι Ἀθηναῖοι.

πρὸς Νικοκλέα περὶ χωρίου. Harpocr. in ψευδοκλητεία, θυρωνίδα, Τιμανίδα.

† Ὑπὲρ τ Νικοστράτου κλήρ. III. A Dionysio Halicarnassæo hæc oratio inscribitur πρὸς Ἀγνόθεον.

πρὸς Ξεναίνετον. Vide supra περὶ τ Ἀριστέρχου κλήρ.

πρὸς Ὀργεῶνας. Harpocrat.

περὶ τῆς ποιήσεως. Id. in οἶον.

Κατὰ πολιδίπου. Harpocr. in θόρικος.

πρὸς πύθωνα. Harpocr. in Ἀθαμαντεία.

Ὑπὲρ πύθωνος, ἀποστασίου. Harpocr. & Svid. in κλητῆρες.

† Ὑπὲρ τ Πύρρου κλήρ. II.

πρὸς Σάτυρον. Harpocr. in ἐπίδικος. In Meursii Bibl. Attica p. 1525. per librarii errorem bis laudatur Hephæstion pro Harpocratione.

πρὸς Στρατοκλέα. Harpocrat.

Τεμενικός. Harpocrat. in ἄμιπποι.

πρὸς Τιμωνίδην περὶ χωρίου. Harpocr. in ἀγίας δίκη, Svid. in Ἀθέσεις.

† περὶ Φιλοκτήμονος κλήρ. V.

Tituli

2011 Ministerio de Cultura

Tituli ſunt non L. ſed LII. at forte apud Harpocrationem in κληπῆρες debet legi πρὸς Νικοκλέα, non πρὸς Νεοκλέα, & ex aliis duplex unius orationis titulus poſitus pro duabus. Ut dixi ὑπὲρ τ Νικοστράτ κλήρ, & in περὶ τ Ἀριστάρχ κλήρ. De quatuordecim ſuppoſitis Iſæo orationibus ne tituli quidem ætatem tulerunt, præter harum trium:

Κατὰ Μεγαρέων. Harpocr. in σΦοδρίας.

πρὸς Εὐκλείδην. Dionyſ. in Iſæo, Pollux VIII. 6. Priſcianus Lib. XVII. p. 1089. Harpocrat. pluribus locis.

Καθ' Ἀριστοκλέους. Harpocrat. in ὑπερήμεροι.

Iſæum inter τῶν ἀγγελμάτων τεχνικῶν ſive præceptorum Rhetoricorum ſcriptores refert Dionyſius Halicarnaſſeus Epiſtola ad Ammæum, niſi legendum eſt Ἰσοκράτην pro Ἰσαῖον.

Editiones orationum decem Iſæi, quæ adhuc exſtant, retuli ſupra in Antiphonte. De verſione latina Miniati ita Jacobus Perizonius Vir Clariſs. in triade diſſertationum diſſ. 1. p. 60. *Inſcitisſime utiliſſimas has orationes quæ turpiter adeo neglectæ jacent latino ſermone redddidit indoctus earum interpres Alphonſus Miniatus.* Adde diſſ. 2. p. 122. & 125. *Didymi Alexandrini* Grammatici ὑπομνήματα in Iſæum, quæ laudat Harpocration in χαμήλια, perinde ut quamplurimæ ipſius Iſæi orationes interciderunt.

VII. LYCURGUS a) Lycophronis F. è nobili genere, Athenienſis, Platonem Philoſophum initio audivit, ut præter Laërtium III. 46. & alios tradit ad Gorgiam Platonis Olympiodorus, è Philiſco, qui Lycurgi vitam ſcripſit. Confer Lambecium Lib. VII. de Bibl. Vindob. p. 127. A Platone venit ad Iſocratem, & magnas inde res in Rep. geſſit, magnis honoribus functus eſt: in jure dicendo ſeveriſſimus b) in vita ſobrius & in

a) Plures fuere Lycurgi, ut legislator Lacedæmoniorum, de quo ſupra cap. XII. & Lycurgus Thraciæ Rex quem Oſiris interemit, teſte Diodoro Sic. Lib. I. Lycurgus noſtri avus, quem XXX. tyranni Athenis interfecerunt teſte Plutarcho. Denique inter filios quoque noſtri unus fuit patri cognominis.

b) H. Valeſius ad verba Ammiani Marcellini XXII. 9. *judicibus Caſſiis triſtior & Lycurgis*: Non aſſentior Lindebrogio qui Lycurgum hîc intelligit Legislatorem Spartanorum. Lycurgum enim Athenienſem Rhetorem arbitror intelligi, cujus in reos ſeveritas celebrata eſt. Diodorus Siculus in Lib. XVI. de eo dixit: ἦν δὲ πικρότατος ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος. Unde etiam *Ibis* cognominatus eſſe videtur, quod ſcilicet ut Ibis angves, ſic ipſe noxios cives & peregrinos expelleret. Ariſtophanes in avibus: Ἶβις Λυκόεργῳ, χαιρεφῶντι νυκτερίς. Quanquam ſcio Scholiaſten aliam afferre cauſam, quod ſcilicet Ægypto oriundus, aut quod longis cruribus eſſet Lycurgus. Sed noſtram ſententiam confirmare videtur

2011 Ministerio de Cultura

magnis opibus continens. Civibus vero ſuis ita gratus, ut poſtulanti Alexandro Regi eum tradere, omnino recuſarent. Vectigalia civitatis à ſexaginta talentis ad mille ducenta intendiſſe teſtatur Plutarchus. Idem notat in dicendo minime fuiſſe extemporalem, ſed cum diceret, nunquam non cauſam viciſſe, ac quo facilius ad nocturnas etiam meditationes excitaretur, uſum lectulo duriore, in quo villus tantum & pulvinus, quod Theoni itidem in progymnaſmatis c) relatum memini. In Metroo rationem adminiſtratæ Reip. paulo ante mortem reddidit, Meneſæchmi criminationibus dilutis ac confutatis. Diem obiit ſupremum ante Demoſthenem, qui in exſilio per literas pro defuncti liberis apud Athenienſes delatis interceſſit. Vide Demoſth. Epiſt. 3.

Lycurgi orationes quindecim ferebantur ætate Plutarchi, totidemque Photius quoque cod. 268. commemorat, ſed lectas à ſe negat. *Λυκόργου ἦ ἀδειὸς τ' ἄλλων ὅσα γε πελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δημαγωγὸς τὸ ἔλαττον φερομένου, ὅπως παρέχειν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγνῶναι. Φέρεται ἦ αὐτοῦ ἐξ ἰσορίας πενταικαίδεκα μεμαθήκαμεν.* Ex his unica exſtat hodie præclariſſima *adverſus Leocratem*, (Plutarcho in Lycurgi vita male Κλεωκράτην) qui neglecto populi decreto, quo poſt cladem ad Chæroneam Olymp. CX. 3. Athenienſes patriam deſerere & in alium locum ſe conferre prohibebantur, Rhodum atque inde Megaram cum rebus ſuis migraverat, denique poſtquam Alexandri M. in Aſiam expeditio Olymp. CXI. tranquillas patriæ res feciſſet, Athenas redierat. Græce ab Aldo Venet. 1513. fol. & ab H. Stephano edita eſt Pariſ. 1575. fol. cum aliis Græcis Oratoribus. Seorſim Græce vulgavit cum præfatione ſua *Philippus Melanchton*, Witteb. 1545. 8. recuſam A. 1568. 8. Equidem in libro Greg. Richteri qui inſcribitur *Criſeis Melanchthonianæ*, p. 532. aliquid affertur è Melanchtonis præfat. *ad Lycurgi orat. à ſe converſam* 20. Auguſt. 1548. Sed legendum *Græce editam* 20. Aug. 1545. Eandem in variis Catalogis vidi verſionem Melanchtonis, & editionem Wittebergenſem græcolatinam laudari. Sed error eſt. Plus ſimplici quidem vice Melanchthon publicis prælectionibus interpretatus fuit Lycurgum, nunquam tamen latina ver-

tur Plutarchus in Lycurgi Rheteris vita, ubi & verſum illum Ariſtophanis adducit, ſed mendoſum. *Ἔσχε δὲ καὶ τὴν ἄγρας τὴν φυλακὴν καὶ τῶν κακούργων τὴν σύλληψιν ὡς ἐξήλασεν ἅπαντας, ὡς καὶ τῶν Σοφιστῶν ἐνίους λέγειν Λυκοῦργον ἀμέλαν ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν οὕτω συγγράφειν.* Ab hoc Lycurgo viri qui in gerenda Rep. ſeveri eſſent Lycurgi dicebantur Cicero Epiſt. X. Lib. I. ad Atticum: *Noſmetipſi*, ait, *qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.*

c) p. 140. edit. Camerar.

2011 Ministerio de Cultura

na verſione donatum in lucem edidit; non magis quam Chriſtophorus Pezelius, qui poſt Melanchtoncm eandem in concione juvenum ſtudioſorum expoſuit. Latine primus vertit *Johannes Lonicerus*, cum Demoſthenis Orat. pro pace. Baſil. 1548. 8. Denique cum *Loniceri* verſione, Orationibus Dinarchi, Lesbonactis, Herodis & Demadis* juncta lucem vidit Hanoviæ A. 1619. 8. Græce & latine.

Orationum deperditarum tituli à Meurſio III. 3. Attic. Lect. & in Bibliotheca Attica obſervati hoc loco à me ſubjicientur Alphabetico ordine digeſti ad inveniendi facilitatem.

1. Κατ' Αἰσχυρίδ. Harpocrat. in σρωτήρ. Svidæ πρὸς Ἰσχυρίαν, quod præfert Meurſius.
2. Ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται, ſive Ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τ ἐυθυνῶν. Svid. in Λυκόργ@. Plutarch. Photius, Harpocrat.
3. περὶ Ἀρεισογείτον@. Svid. Plutarch. Harpocrat. Libanius in argumento oratt. Demoſthenis contra eundem Ariſtogitonem.
4. Κατ' Αὐτοκλέδς. Svid. in μηλόβ@.
5. Κατ' Αὐτολύκδ, δδλείας. Plutarch.
6. Κατ' Αὐτολύκδ δ' Ἀρειοπαγίτδ, περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocrat. Svid.
7. Κατὰ Δημάδδ τὸν Δημέδ, περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocrat. Athen. Lib. XI. Scholiaſtes Comici ad Plutum.
8. περὶ διοικήσεως. Svid. in Λυκόργ@ & ὀχεῖον. Harpocrat. pluries.
9. Κατὰ Διφίλδ. Plutarch.
10. περὶ τῆς ἱερείας. Harpocratio frequentiſſime, & Priſcianus Lib. XVIII. & Svidas non uno loco, qui tamen in Λυκόργ@ legit ἱερατείας, quod præfert Gisb. Cuperus p. 96. Var. Obſervatt.
11. πρὸς Ἰσχυρίαν. Svid. ſed Harpocrationi κατ' Αἰσχυρίδ.
12. Κατὰ Λυκόφρον@ ά. Athen. Lib. VI. Harpocrat. Theo progymnaſm. Etymol. M. in ἐμποδών. Apoſtolius VIII. 23. prov. Svid. in μοχθηρία.
13. —— —— —— β'. Svid. & Harpocrat. in ὀρκάνη.
14. Κατὰ Λυσικλέδς σρατηγδ περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocrat. & Svid. ubi male Πασικλέδς.
15. πρὸς τὰς Μαντείας ſive περὶ μαντειῶν. Svid. in Λυκόργ@ & καυχᾶ.
16. Κατὰ Μενεσαίχμδ (Svid. in πραγματεία, Dinarchum κ' Μεναίχμδ & Pollux Μενεσέμδ, vitioſe) περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocratio ſæpius. Svid. in πρωηροσία.
17. Κατὰ Πασικλέδς. Svid. ſed legendum Λυσικλέδς.
18. Κατὰ Τιμοκράτδς. Svid. in πεπορπημέν@.

Qua-

* De Demàde, Lesbonacte & aliis Oratoribus egi infra Lib. III.

2011 Ministerio de Cultura

Quatuordecim tantum esse debebant, sed 1. & 11. eadem est, uti 14. & 17. Nec dubito 8. esse dimidiam partem tituli unius ex reliquis: atque idem de 10. puto judicium esse ferendum. His si oratio adversus Leocratem addatur, numerus quindecim λόγων Lycurgi constabit. Fuerunt præterea dubiæ nonnullæ, ut

Διαδικασία κροκωνιδῶν, πρὸς Κοιρωνίδας. Hanc Philino à nonnullis tributam testatur Harpocrat. in Κοιρωνίδαι.

Κατὰ Δεξίππου. Id. in σύνδικοι.

VIII. DEMOSTHENES Pæanienſis Atticus, lucem vidit Olymp. CI. 2. deditus primum Philoſophiæ ſub Platone * & Euclide Megarenſi, verum audito ſemel Calliſtrato Oratore, qui cum magna populi admiratione cauſas agebat, unice accenſus eſt ad eloquentiæ ſtudium, atq; inde ſub Iſæo aliiſque dicendi Magiſtris & Andronico hiſtrione, à quo actionem didicit, tantos fecit progreſſus, ut per impigrum ſtudium emendata naturali ** balbutie princeps orator evaderet, omnibusque admirationi eſſet, atque plurimum in Rep. poſſet. Sed & hodieque *commemorato ejus nomine, maximæ eloquentiæ conſummatio animo oboritur audientis*, ut verbis utar Valerii Maximi VIII. 7. Regi Macedoniæ Antipatro ab Athenienſibus tradendus, venenum ſumſit in Calabria *** inſula Olymp. CXV. 3. ætatis LXII. ante Chriſtum CCCXXII. Vitam ejus & laudationem è veteribus ſcripſere *Plutarchus*, *Lucianus*, *Libanius* & *Suidas*, quos cum notis exhibet in ſua Demoſthenis editione *Hieronymus Wolfius*. E recentioribus præter *A. Schottum* ſufficiat laudaſſe duum viros Gallos egregios *Renatum Rapinum* in collatione Demoſthenis cum Cicerone, & *Tourrellum* in prolegomenis ad Orationes quasdam Demoſthenis Gallice à ſe translatas.

Exſtant ſub Demoſthenis nomine orationes LXI. tum proœmia ad orationes LXV. (tot enim Orationes illius legiſſe ſe teſtatur Photius cod. 265.) & ſex Epiſtolæ. De Epiſtolis vide ſupra c. X. num. 15. Orationes præſenti loco ordine literarum recenſebo, perditarum etiam mentionem facturus præfixo aſteriſco, editis vero præmiſſurus numerum ordinis, quem in Hieron. Wolfii editione obtinent. Temporis notationem adpoſui ex capite IV. vitæ Demoſthenis, ſcriptæ ab Andrea Schotto, ita tamen ut ipſe *Dionyſium Halic.* ex quo ille hauſit conſuluerim, & nonnulla ſubinde adjunxerim. LXV. ut dixi Orationes Demoſthe-

* Vide ad Laërtium II. 108.

** Cicero 2. de divinat. *cum R. dicere nequiret, exercitatione fecit ut planiſſime diceret.*

*** Plutarch. Tzetzes Chil. VI. v. 170. 186.

2011 Ministerio de Cultura

mosthenis genuinas fuisse Photius testatur, neque vero universæ ad nos pervenerunt, nec universæ quas habemus sunt genuinæ. Ecce Tibi utrarumque succinctam notitiam:

17. Περὶ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. De fœdere Alexandri cum Athenienſibus, violato à Rege, cum Messenam Philiadæ tyranni filiis restituisset. *Hyperidi* tribuitur à Libanio, Photioque. Habita prætore Evæneto Olymp. CXI. 2. ætatis Demosth. XLV.

25. Κατὰ Ἀνδροτίωνος. Prima hæc oratio scripta in causa publica, anno ætatis XXV. Olymp. CVI. 2. prætore Callistrato. Dionysius Halic. Epist. ad Ammæum: δημοσίας τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτους ἄρχοντος εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. Καὶ ἔστιν αὐτῷ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατ' Ἀνδροτίωνος, οὗ γέγραφε Διειδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων. Latine vertit præter Wolfium *Basianut Landus* Placentinus.

39. Πρὸς Ἀπατούριον παραγραφή.

28. & 29. Κατὰ Ἀριστογείτονος α', β'. Orationes duæ adversus Aristogitonem, accusatum eodem tempore à Lycurgo. Dionysius è dictione colligit has non esse Demosthenis, saltim non posteriorem, quam ab aliis etiam rejici testatur Libanius in argumento. Priorem vertit Philippus Melanchthon, posteriorem *Vitus Winsheimius*.

26. Κατὰ Ἀριστοκράτους. Habita prætore Aristodemo Olymp. CVII. 1. ætat. Demosth. XXVIII. Actor Euthyles.

* Κατὰ Ἀριστοτέλους. Syrianus in Hermogenem, cujus locum produxit Meursius in Bibl. Attica.

* Περὶ τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων. Isidorus Pelus. Lib. IV. Epist. 205.

* Πρὸς Ἀρταβάζον. Priscianus Lib. XVIII.

23. Περὶ τῶν ἀτελειῶν. S. de immunitate, adversus Leptinem. Habita Olymp. CVI. 2. prætore Callistrato, ætatis Demosth. XXV. Judice Dionysio χαρίεσσα καὶ ἀπάντων τῶν λόγων καλὴ γεγραφῶται. Latine vertit *Petrus Nannius*.

33. 34. 35. Κατὰ Ἀφόβου α', β', γ'. adversus Aphobum tutorem suum orationes 3. Actio decem talentorum, à Demosthene vix XVIII. annos nato (hoc est Olymp. CIV. 3.) teste Libanio in Demosthenis vita, qui addit aliis persuasum, Isæo has orationes deberi ut auctori, vel saltim ut correctori. Isidorus Peluſiota IV. 205. Epist. tradit Demosthenem tutoribus suis patria bona post victoriam ad-

2011 Ministerio de Cultura

versus eos reportatam reliquisse. Latine vertit *Joh. Lalamantius*, Heduus.

47. Πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος.

48. ——— ὑπὲρ προικὸς μητρῴας.

62. Κατὰ Διονυσοδώρου, βλάβης.

* Ἀπολογία περὶ τῶν δώρων. Habita prætore Anticle Olymp. CXIII. 3. ætat. LIV. Dionys. Halicarnass. Epist. ad Ammæum p. 125.

19. Ἐπιτάφιος in eos qui in Chæronea clade fortiter pro patria pugnantes obiissent. Habita Olymp. CX. 3. ætat. Demosth. XLII. Meminit Plutarchus, & sane habitam aliquam hujus argumenti omnes fatentur, sed hanc quæ exstat, Dionysius, Libanius, Photius Demostheni abjudicant. Latine vertit *Joh. Lonicerus*.

20. Ἐρωτικός, sive laus Epicratis. Hanc veluti languidiorem & vi tanti oratoris destitutam, Demosthenis esse negant Dionysius, Libanius, hisque succinens Photius.

32. Πρὸς Εὐβουλίδην ὑπὲρ Εὐξιθέου.

53. Κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου, ψευδομαρτυριῶν.

38. Πρὸς Ζηνόθεμιν παραγραφή.

39. Κατὰ Θεοκρίνους. Actor Epichares. Oratio à Callimacho tributa est Dinarcho. Vide Dionysium in Dinarcho & Harpocration. in Θεοκρίνης. Anonymus in argumento: τὸν μὲν λόγον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν εἶναι Δεινάρχου, καίτοιγε ὂν ἀπεικότως τοῦ Δημοσθένους.

61. Πρὸς Καλλικλέα, περὶ χωρίου.

58. Πρὸς Κάλλιππον.

60. Κατὰ Κόνωνος, αἰκίας. Actio injuriarum ob verbera. Apud Plutarchum de gloria Atheniens. legas ἀνοίας, vitiose, ut notatum Meursio III 6. Attic. Lect. Ex hac oratione multa ad verbum transtulisse Dinarchum in priorem suam adversus Cleomedontem, notavit Porphyrius apud Eusebium Lib. X. c. 3. præparat.

21. Ὑπὲρ τοῦ Κτησιφῶντος. Pro Ctesiphonte * adversus Æschinem. Vide infra περὶ τοῦ στεφάνου.

41. Πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν.

52. Πρὸς Λεοχάρην περὶ κλήρου.

23. Πρὸς Λεπτίνην. Vide supra περὶ ἀτελειῶν sive περὶ ἀτελείας.

51. Πρὸς Μακάρτατον, περὶ τοῦ Ἀγνίου κλήρου.

16. Ὑπὲρ τῶν Μεγαλοπολιτῶν. De ope ferendâ Megalopolitanis (Arcadiæ

* Ctesiphon iste Orator & ipse fuit. Vide Tzetzæ Chiliad. V, hist. 35.

2011 Ministerio de Cultura

diæ hæc civitas fuit) adverſus Lacedæmonios. Dicta Olymp. CVI. 4. ætat. Demoſth. XXVII. prætore Eudemo ſive Theodemo.

* Κατὰ Μέδοντ@. Pollux VIII. 6. Harpocrat. in δεκατεύειν.

24. πρὸς Μειδίαν, περὶ κονδύλε. Contra Midiam qui Demoſtheni Chorago in Dionyſiis alapam inflixerat, & ab eo accuſatur impietatis. Hac oratione propter adverſarii potentiam nihil effeciſſe Demoſthenem, auctor eſt Iſidorus Peluſ. IV. 205. Epiſt.

46. πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπείθην ἀπογραφή.

31. Κατὰ Νεαίρας, contra Neæram Stephani cujusdam Athenienſis uxorem. Demoſtheni abjudicat Dionyſius Halicarnaſſeus. Dubitat etiam Athenæus XIII. p. 573. 586.

59. πρὸς Νικόστρατον περὶ ἀνδραπόδων ἀπογραφῆς Ἀρεθουσίε.

54. Κατὰ Ὀλυμπιοδώρε, βλάβης.

1. Ὀλυνθιακὸς ά, ſive tertia potius.

2. —— —— β'. Secundam primo loco ponendam res ipſa ſuadet & Dionyſii Halic. teſtimonium.

3. —— —— γ' ſecunda. De ope Olynthiis ferenda adverſus Philippum orationes tres habitæ prætore Athenis Callimacho Olymp. CVII. 4. ætatis Demoſth. XXXI. Latine verterunt *Phil. Melanchthon*, Anonymus quidam, & *Nic. Carrus*. Lond. 1571. 4. Primam etiam *Joach. Camerarius* & *Joh. Sturmius* (cum commentariolo ejusdem & ſcholiis Martini Cruſii in 1. & 2. Argent. 1554. 8.) ſecundam *Chriſtophorus Hegendorphinus*, tertiam alius Anonymus. Gallice cum notis *Tourrellus* Pariſ. 1691. 8. 1702. 4. Singulas quasdam ex Olynthiacis etiam latine transtulere *Vitus Amerbachius* & *Jac. Grifolus* Lucinianenſis. Analyſi dialectica, Rhetorica, hiſtorica, Ethica & Politica univerſas illuſtravit *Marcus Beumlerus* Francof. 1585. 8. addita latina verſione *Rudolphi Collini*. Artificium Rhetoricum explicavit etiam *Steph. Caroli* Bonon. 1533. 4.

36. 37. Κατὰ Ὀνητορ@ ά, β'. adverſus Onetorem Aphobi fundos & bona Demoſtheni addicta per nefas invadentem.

45. πρὸς Παντάινετον ἀπογραφή.

21. περὶ τῆς παραπρεσβείας De legatione ad Philippum male ab Æſchine obita. Dixit Demoſthenes adverſus Æſchinem prætore Pythodoro, Olymp. CIX. 2. anno ætatis XXXVII. De reſponſione Æſchinis infra ſuo loco. Demoſthenis orationem tranſtulit Anonymus quidam.

* πρὸς Περικλέα. Priſcianus Lib. XVII.

2011 Ministerio de Cultura

56. πρὸς Πολυκλέα περὶ τῶν ἐπιτιμιαρχήματων sive de sumtibus post finitum tempus præfecturæ navalis factis.

18. προοίμια δημηγορικά. Exordia sive proœmia orationum LXV. à Demosthene per otium elaborata, quibus in tempore uteretur. Sic Cicero ad Atticum Lib. XVI. Epist. 6. testatus est se habere librum proœmiorum, ex quo eligere solitus, cum aliquod σύγγραμμα instituit. Adde IX. 18. ad Pætum. Sed & Plato in Menexemo notat solenne fuisse Rhetoribus, habere ejusmodi λόγους παρεσκευασμένους. Latine vertit proœmia Demosthenis *Joh. Bernhardus Felicianus.*

15. περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας, de ope Rhodiis licet non optime meritis ferenda adversus Mausolum, qui civitatem eorum pauciorum imperio subjecerat. Habita prætore Thessalo sive Theello Olymp. CVII. 2. ætat. Demosth. XXIX. Latine vertit *Christoph. Hegendorfinus.*

22. περὶ τοῦ στεφάνου, adversus Æschinem pro Ctesiphonte qui decretum fecerat de Demosthene aurea ornando corona in Bacchanalibus, quod Athenas muro cinxerat. Latine vertit Leonh. Aretinus, Anonymus quidam, Dionysius Lambinus, Joachimus Perionius. De Ciceronis versione deperdita, Joh. Sturmii commentario & de editione P. Foulkesii & Johannes Friend dixi infra in Æschine. In hac oratione sese passim laudat Demosthenes, sed tam scite, ut propterea reprehensionem facile effugiat. Confer Plutarch. de laude sui p. 541. seq.

57. περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας pro Apollodoro de corona præfecturæ navalis.

43. 44. Κατὰ Στεφάνου, ψευδομαρτυριῶν, α', β'.

13. Συμβουλευτικὸς, ἤτοι ὁ περὶ τῆς συντάξεως. *De ordinanda Rep.* & veteri virtute ac libertate amplectenda, habita prætore Eudemo Ol. CVI. 4. ætat. Demosth. XXVII. Latine vertit *Joach. Camerarius.* Inditam *Politiani* translationem memorat Labbeus Bibl. MSS. p. 372.

14. περὶ συμμοριῶν. De classibus. Est autem συμμορία, notante Libanio, ordo eorum qui Athenis munera publica subibant. Habita Archonte Diotimo Olymp. CVI. 3. ætat. Demosthen. XXVI. Prima δημηγορία sive oratio civilis quam dixit Demosthenes. Latine vertit *Johannes Lonicerus.*

55. πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ ἀρχῆς.

27. Κατὰ Τιμοκράτους. Contra Timocratem, actor Diodorus.

50. πρὸς

2011 Ministerio de Cultura

50. πρὸς Φαίνιππον περὶ ἀνιδόσεως.

Φιλιππικοὶ ἰβ. Orationes duodecim in Philippum Regem Macedoniæ, lectæ olim ſunt à Dionyſio Halicarnaſſeo, & Demoſthenis imitatione Cicero quoque quatuordecim ſuas adverſus Antonium Orationes Philippicas inſcripſit, teſte Plutarcho in Cic. Hodie quatuor tantum hoc titulo inter Demoſthenis orationes exſtant, & alio longe quam Dionyſius legit ordine. Sed plures haberi ſub aliis licet titulis, ab Andrea Schotto obſervatum eſt, ex cujus ſententia Philippicas duodecim recenſebo.

4. Prima apud Dionyſium Philippica etiam in noſtris codicibus *prima* eſt, habita prætore Ariſtodemo Olymp. CVII. 1. ætat. Demoſth. XXVIII.

2. Secunda. In editis eſt Olynthiaca ſecunda.

3. Tertia, vulgo Olynthiaca 3.

1. Quarta, vulgo Olynthiaca 1. Vide quæ ſupra in Ὀλυνθιακός.

5. Quinta, in editis primæ Philippicæ annectitur ſub titulo πρὸς ἀπόδειξις, & incipit ἃ μὲν ἡμεῖς &c. habita prætore Themiſtocle, Olymp. CVIII. 2. ætat. Demoſth. XXXIII. Apud Dionyſium Epiſt. ad Ammæum p. 123. vocatur ἕκτη τῶν κατ' Φιλίππου δημηγοριῶν, ſed legendum πέμπτη, ut patet ex iis quæ ipſe ſubjungit.

6. Sexta hodie exſtat ſub titulo περὶ τῆς εἰρήνης, *de pace*, habita prætore Archia Olymp. CVIII. 3. ætat. Demoſth. XXXIV. Latine verterunt *Juſtinus Goblerus*, *Jacobus Grifolus* Lucinianenſis, & *Petrus Bracchus* Placentinus. *A Dounæi* prælectiones eruditæ in hanc Orat. prodiere Londini 1621. 8.

7. Septima, in editis & jam Photii tempore *ſecunda*, habita Lyciſco prætore, Olymp. CIX. 1. ætat. Demoſth. XXXVI. A nonnullis auctor hujus Orat. exiſtimatus *Hegeſippus Crobylus*. Confer Svid. & Etymol. M. in Ἡγήσιππος.

8. Octava, Hodie exſtat ſub titulo Orat. *de Haloneſo* περὶ τῆς Ἁλονήσου, ſed Libanio judice rectius inſcribetur πρὸς τὴν ἐπιστολὴν Φιλίππου, habita prætore Pythodoro, Olymp. CIX. 2. ætat. Demoſth. XXXVII.

9. Nona, Hodie exſtat ſub titulo Orat. de *Cherſoneſo*. περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ, habita prætore Soſigene Olymp. CIX. 3. ætat. Demoſth. XXXVIII. Latine vertit *Petrus Bracchus* Placentinus.

10. Decima, in editis *tertia*, anno eodem.

11. Undecima, in editis quarta, habita prætore Nicomacho, Olymp. CIX. 4. ætat. Demoſth. XXXIX.

2011 Ministerio de Cultura

12. Duodecima, Hodie exſtat ſub titulo ὁ πρὸς τὴν Φιλίππου ἐπιστολὴν *ad Philippi Epiſtolam* Athenienſibus bellum indicentem, quæ integra orationi præmittitur, habita prætore Theophraſto, Olymp. CX. 1. ætat. Demoſth. XL. Latine vertit *Robertus Britannus* Pariſ. 1643. 4. adjectis aliquot locis quos Cicero ex Demoſthene vertit vel adumbravit.

In univerſas hactenus enumeratas duodecim orationes & *Libanii* argumenta & *Ulpiani* commentarios habemus.

Quatuor Philippicas latine verterunt *Chriſtophorus Hegendorphinus*, Anonymus quidam, & *Paulus Manutius*, qui male *Claudius* vocatur in Bibl. Philoſophica Pauli Bolduani p. 471. tum *Nic. Carrus* Lond. 1571. 4. Binas ex illis etiam *Jacobus Grifolus* Lucinianenſis.

Gallicam verſionem elegantem IV. Philippicarum III. Olynthiacarum, Orationis de pace, de Cherſoneſo & ad Philippi Epiſtolam, cum notis eruditis debemus *Tourrello* Pariſ. 1701. 4.

40. πρὸς Φορμίωνα, ὑπὲρ δανείου.

42. ὑπὲρ Φορμίωνος, παραγραφή. Male audiiſſe Demoſthenem hoc nomine refert Plutarchus, quod ita ex eadem officina duobus pugiones vendiderit adverſariis, quibus ſe mutuo confoderent.

Editiones Demoſthenis.

1. *Græce* cum argumentis *Libanii* apud Aldum Venetiis 1504. fol. Idem eadem forma & circa idem tempus *Ulpiani* commentarios in octodecim orationes, ſeorſim vulgavit una cum Harpocratione.
2. Baſileæ apud Joh. Hervagium 1532. fol. cum præfat. Eraſmi, quæ luculenta & nitida editio præter *Ulpiani* commentarios ad oram ſingularum paginarum ſtatim additos & *Libanii* argumenta orationibus præmiſſa, exhibet ad calcem varias Lectiones à Petro Daneſio collectas & ad quædam Demoſthenis loca annotationes, ex Budæi, Eraſmi & aliorum eruditorum lucubrationibus collectas.
3. Baſileæ apud eund. Hervagium A. 1550. 8. ſine Ulpiani commentariis.
4. Venetiis apud Paulum Manutium Aldi F. itidem omiſſis Ulpiani commentariis A. 1554. 8. 3. Vol.
4. Joh. Bernhardi Feliciani, collatis octo ad minium codicibus MSS. Venet.
6. Pariſiis apud Michaëlem Sonnium Pariſ. 1570. ex recognitione Dionyſ. Lambini & Gvil. Morellii fol. typis elegantiſſimis & cum Ulpiani commentario ſimiliter ut Hervagiana in ſingularum paginarum

2011 Ministerio de Cultura

ginarum oris adjecto. Laudat hanc editionem ex merito Thuanus Lib. XXXVI. Histor. ad A. C. 1564.

7. *Græce & latine* cum translatione, notis & Gnomologia *Hieron. Wolfii* A. 1549. fol. Basileæ apud Oporin. quinque partibus, quarum quartâ Demosthenis vita, Wolfii notæ & Gnomologia, Ulpiani commentarii cum Wolfii versione: & quintâ translationes quarundam Orationum Demosthenis ante Wolfium per varios latine redditarum continentur.

8. *Latine* ex ejusdem Wolfii versione Venet. 1550. 8. tribus Voluminibus, sine Ulpiani commentario.

9. Itidem latine ex H. Wolfii recognitione Basil. 1554. 12.

10. Demosthenis à Wolfio iterum recogniti specimen A. 1569. Basil. apud Hervag. tantum continet orationes Olynthiacas tres & vitam Demosthenis atque Æschinis Græce & latine cum annotationibus.

11. Quarta recognitio Basil. 1572. fol. ex Hervagiana officina per Eusebium Episcopium, exhibet Demosthenis & Æschinis opera integra Græce & latine ita digesta in tomos sex (qui in duo vel tria volumina possunt compingi) ut in *quatuor* primoribus contineantur Orationes utriusque & Epistolæ cum Wolfii translatione, & ejusdem argumentis, ubi Libaniana deficiunt: Tomo *quinto* Ulpiani commentarii & seorsim accessiones quædam ad Ulpianum ex editione Parisiensi, cum versione Wolfii: Wolfii notæ in Ulpianum, Vita Æschinis & Demostheniis è variis scriptoribus, Græce & latine cum notis. Et Anonymi annotationes in quædam Demosthenis loca ex edit. Hervagiana A. 1532. Tomo sexto Gnomologia, & annotationes Wolfii in Æschinem, Demosthenem & Libanii argumenta. Variæ lectiones è quatuor codicibus à Wolfio collectæ. *Vincentii Obsopæi* castigationes in Demosthenem ex prisco codice decerptæ, quæ seorsim lucem viderant Norimbergæ A. 1534. 4. Variæ lectiones ex editionibus Græcis Demosthenis Feliciana & Parisiensi. Tum ex codice MS. Augustano variæ Lectiones & scholia in Demosthenem inedita, quæ inde excerpsit Simon Fabricius Marcopibertanus Francus. Denique veteres Wolfii editionum priorum præfationes.

12. Francofurti 1604. sive ut tituli quidam habent Colon. Allobrog. 1607. fol. editio quam modo recensui repetita est, nisi quod optimo consilio Ulpiani commentarii singulis orationibus subjiciuntur

2011 Ministerio de Cultura

ciuntur, & accesſit præter imaginem Demoſthenis ex veteri marmore, vita ejusdem, Olympiadibus ac præturis Athenienſium diſtincta, ex parallelis *Andreæ Schotti.*

Imaginē Demoſthenis exhibet etiam Jac. Gronovi⁹ T. 2. Antiqv. Græcar. tabula 93. Eloquentiam ejus pingit optime Dionyſius Halicarnaſſeus, ac ne de aliis Rhetoribus dicam Iſidorus Peluſiota II. Epiſt. 146. *Ὑπομνήματα Zoſimi Gazæi, Zenonis Citiei* (non Stoicorum principis ſed Rhetoris) & *Salluſtii* Sophiſtæ in Demoſthenem, quorum meminit Svidas, interciderunt. Eundem ut opinor Salluſtium Svidas è Damaſcio tradit Orationes Demoſthenis univerſas *δημοσίας* memoriæ mandaſſe, & ibidem meminit Nonni neſcio cujus, qui ſexies Demoſthenem devoraverit totum, nec tamen unum potuerit verbum congruens in concione proferre. *Καὶ Νόννον δέ φασιν ἑπταδόντα ἐξάκις ὅλον τὸν Δημοσθένην, μὴ ὃ δὲ ἄρα τὸ σῶμα δύνασθαι πρός γε λόγων ἔπεινῶν σύνθεσιν.* Fuere & alii Demoſthenes. 1) Demoſthenes machæropœus Oratoris Pater. 2) Demoſthenes Athenienſium dux cum Antiphonte à Siculis interfectus Olymp. XCI. 4. teſte Thucydide & aliis. 3) Demoſthenes Maſſilienſis *φιλαλήθης* Medicus Ophthalmicus, & 4) Demoſthenes Bithynus Hiſtoricus ac *κλίσεων* ſcriptor, de quorum utroque dixi ſupra in Democrito pag. 770. 5) Demoſthenes Thrax, qui ſcripſit teſte Svida de Poëtis Dithyrambicis, Metaphraſin Iliadis & Heſiodi Theogoniæ, atque Epitomen Damageti Heracleotæ.

IX. ÆSCHINES* Atrometi literatoris F. Cothocides Athenienſis, præceptore uſus eſſe fertur Iſocrate & Antalcida, vel ut *Cæcilius*, Leodamante, ** orator vehemens & gravis, ac cui ſoli ægre cedit Demoſthenis adverſarii ſui judicio, *μεγαλοφωνότατος*. Ab eo victus Olymp. CXII. 3. oratione pro Corona, Rhodum poſtea conceſſit in exſilium, ibique ſcholam aperuit & docuit, Alexandro M. jam defuncto, quem periiſſe conſtat Olymp. CXIV. 1. Deniq; relicto Rhodio *διδασκαλείῳ*, ſive ut Philoſtratus vocat, Sophiſtarū Phrontiſterio, conceſſit Samum, & ibi non diu poſt, ætatis LXXV. obiit. Vide Plutarchum p. 838. Svidam, Photiū cod. 61. & 164.

* Alius fuit Æſchines Lyſaniæ F. Socraticus, de quo dixi ſupra cap. XXIII. 31. Alios præterea ſex Æſchines commemorat Laërtius II. 64. Alios itidem quinque vel ſex Menagius ad Laërtii locum. His addes Æſchinem Syneſii æqualem, qui ejus meminit Epiſtola 3. Æſchinis Selli præter Heſychium in *σεσελίσθαι* meminit Svidas in *Θεαγένους χρήματα*. Æſchinis Eleuſinii Apollonius in Æſchinis noſtri vita.

** Leodamantis hujus effigiem vide apnd Jac. Gronovium T. 2. Antiqv. Gr. tabula 74. quemadmodnm Æſchinis ipſius tab. 94. Cæcilium laudat etiam Photius cod. 61. ubi de Æſchine agit, ſed male excuſum Κικίλιος p. 28. edit. Hœſchelii.

2011-Ministerio de Cultura

& 164. & Philoſtratum Lib. I. de Sophiſt. p. 508. ſeq. qui p. 487. notat quam plurimas orationes habuiſſe, & habuiſſe ex tempore, & ex quorundam ſententia primum extemporali illa dicendi ratione (quam p. 510. θείως λέγειν & θεοφορήτῳ ὁρμῇ ἀποχεδιάζειν vocat) uſum fuiſſe. Οἱ ἢ Αἰσχίνην φασὶ τὸ σχεδιάζειν εὕρημα. Τοῦτον δὲ πολεύσασθαι ἐς Ῥόδον καὶ τὸν Κάρα Μάυσωλον σχεδίῳ αὐτὸν λόγῳ ᾄσαι (perperam interpres: *extemporali carmine cecinisſe*, pro *extemporalem orationem habuiſſe*) Ἐμοὶ ἢ πολλὰς μὲν ἀνθρώπων Αἰσχίνης δοκεῖ σχεδιάσαι πρεσβεύων τε καὶ ἀποπρεσβεύων, συνηγορῶντε καὶ δημηγορῶν. Καταλιπεῖν ἢ μόνους τοὺς (forte τρεῖς) συγγεγραμμένους τοὺς λόγων, ἵνα τοῦ Δημοσθένους φροντισμάτων μὴ πολλῷ λίποιτο, σχεδίου ἢ λόγου Γοργίας ἄρξαι. *At mihi quidem frequentiſſime videtur ex tempore dixiſſe Æſchines, & legatus & ad legatos & in foro & in concione, ſolasque tres orationes conſcriptas reliquiſſe, ut nec hoc nomine Demoſthene multo inferior haberetur, ex temporalis tamen eloquentiæ initium puto deberi Gorgiæ.* Ita reddendus ille locus, quem ut alia pleraque interpres non ſatis cepit.

Exſtant *tres* Æſchinis *Orationes*, veluti totidem Charites, quemadmodum novem * Æſchinis Epiſtolæ veniebant nomine Muſarum, ut Photius teſtatur. Sed hodie leguntur ſub Æſchinis nomine *Epiſtolæ XII.* quemadmodum dixi ſupra cap. X. 6. Orationes vero tres, quas ſolas genuinas Æſchinis noſtri, agnoſcunt etiam veteres, hæ ſunt:

1. Κατὰ Τίμαρχον, *Adverſus Timarchum* Arizeli F. accuſatorem ſuum, quem flagitioſæ vitæ reum agit. Confer Tzetzæ Chiliad. VI. verſu 5. ſeq. qui v. 60. teſtatur Timarchum ignominia ab Æſchine notatum ſibimet ipſi manus præ ægritudine intuliſſe.

2. περὶ παραπρεσβείας, *de perfide obita* ſecunda ad Philippum *legatione*, cujus à Demoſthene accuſatus fuit, *Apologia*. Fuerunt qui exiſtimarent hanc & ſuperiorem orationem non dictas ab Æſchine Athenis, ſed ſcriptas fuiſſe per otium in exſilio. Vide argumentum Græcum hujus Orat. Photius: λέγεται ἢ ὅτι πρῶτον ἐκεῖσε (ἐν Ῥόδοις) σχολάζων τὰ πολάσματα καὶ λεγομένας μελέτας συνθεῖναι.

3. Κατὰ Κτησιφῶντος. *Adverſus Cteſiphontem*, qui auream Demoſtheni coronam decreverat. Hanc præclaram orationem cum contraria

* Photius cod. 61. τρεῖς μόνους αὐτοῦ λόγους φασὶ γνησίους εἶναι καὶ ἐννέα Ἐπιστολάς. Διὸ τοὺς μὲν λόγους αὐτοῦ τινες χάριτας ὠνόμασαν, διάτε τὸ χαρίεν τοῦ λόγου, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν χαρίτων. Μούσας τε τὰς Ἐπιστολὰς διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐννέα Μουσῶν.

2011 Ministerio de Cultura

* Demosthenis quæ pro Ctesiphonte de Corona inscribitur, latine olim verterat *Cicero*, ut testatur Hieronymus Epist. 101. ad Pammach. & Sidonius II. 9. Epist. E recentiotioribus utramque transtulit *Leonhardus Aretinus*, cujus versio cum Ciceronis operibus typis exscripta est A. 1528. *Dionysius Lambinus*, cum cujus versione prodierunt separatim Ingolstad. 1595. 8. & Cum *Joh. Sturmii* commentariolo Argent. 1550. 8. Vulgatæ etiam sunt Græce Argent. 1545. & Altorf. 1581. 8. & novissime emendatius cum nova versione *P. Foulkesii* & *Johannis Friend*, Oxon. 1696. 8.

Universæ tres Æschinis Orationes ab Aldo Venet. 1513. fol. & H. Stephano editæ sunt Græcè inter alios Oratores, 1575. fol. Miror autem Stephanum omisisse quæ Aldus & Wolfius non omisit vitam Æschinis auctore Anonymo, & ἐξήγησιν *Apollonii* Grammatici de vita Æschinis, & duplex argumentum in Orat. adversus Timarchum. *Hieronymus* quidem *Wolfius* cum versione & notis suis Orationes Æschinis vulgavit in suo Demosthene, & H. Stephanus ad calcem Oratorum suorum, versionem Wolfii annexuit. Ex Scholiaste inedito Æschinis ad Orat. περὶ παραπρεσβείας quædam lectu digna affert doctissimus Dodvvellus Opere de Cyclis Græcor. p. 742.

Fuit & Oratio olim sub Æschinis nomine quæ inscribebatur ὁ Δηλιακὸς νόμος, sed eam alterius fuisse Æschinis veteres testantur. Photius: ἀκ ἐγκείνει δὲ αὐτὸν ὁ Καικίλιος, ἀλλ' Αἰσχίνην ἄλλον σύγχρονον τῦδε Ἀθηναῖον τὸν πατέρα τῦ λόγυ φησίν. Hyperidi videtur tribuere Plutarchus. Idem fratres Æschinis memorat Aphobum & Democharem, qui Photio & Apollonio, imo ipsi Æschini sunt Ἀφόβητος & Φιλόχαρις. Et in vita Æschinis Democharen Anonymus vocat Demosthenis ἀδελφιδῆν.

X. HYPERIDES Colyttensis, Atticus, Platonis & Isocratis auditor, Pater Rhetoris Glaucippi, cujus orationes Plutarchus memorat, amicus Demosthenis sed Reip. amantior unde non dubitavit illum acceptæ ab Harpalo pecuniæ accusare, & ad ** exsilium compellere. Postea eidem iterum conciliatus, periit eodem fere quo Demosthenes tempore. Nam victis ad Cranonem Olymp. CXIV. 3. Athenienſibus ex templo Cereris, quo confugerat, protractus atque Antipatro traditus est ex-

* Plinius VII. 30. Hist. *Æschines Athenienſis ſummus Orator, cum accuſationem quæ fuerat uſus, Rhodi legiſſet, legit & defenſionem ob quam in illud depulſus fuerat exſilium, mirantibusque, tum magis fuiſſe miraturos dixit, ſi ipſum cranem audiviſſent, in calamitate teſtis ingens factus inimici.* Depulsum fuisse in exsilium negat Philostratus, sed sponte præ tædio & pudore concessisse affirmat p. 509.

** Vide Plutarchum in Hyperidis vita, & Justinum XIII. 5.

2011 Ministerio de Cultura

est excisâque, vel ne patriæ res prodere cogeretur præmorsa lingua occubuit. Cadaver ejus insepultum abjectum, ut notat etiam Svidas in ὑπερόριον. Dio autem Chrysostomus inter omnes oratores, præ Demosthene ipso & Lysia, legendum commendat viro civilis eloquentiæ studioso Hyperidem & Æschinem. Locum ejus ex dissertatione insigni XVIII. sive Epistola potius περὶ λόγου ἀσκήσεως adscribam: Τῶν γε μὲν ῥητόρων οὐδὲ λέξαι τις ἂν δύναιτο; Δημοσθένει μὲν δυνάμει τε ἀπαγγελίας καὶ δεινότητος διανοίας, καὶ πλήθει λόγων πάντας οὓς ῥήτορας ὑπερβεβληκότα, Λυσίαν δ' ἁβραχύτητι καὶ ἀπλότητι καὶ συνεχείᾳ διανοίας, καὶ τῷ λεληθέναι τὴν δεινότητα. Πλὴν ὅτι αὖ ἐγώσοι συμβουλεύσαιμι τὰ πολλὰ τούτοις ἐντυγχάνειν, ἀλλ' ὑπείδη τι μᾶλλον καὶ Αἰσχίνῃ. Τούτων γὰρ ἀπλούστεραί τε αἱ δυνάμεις, καὶ εὐληπτότεραι αἱ κατασκευαὶ, καὶ τὸ κάλλος τῶν ὀνομάτων οὐδὲν ἐκείνων λειπόμενον. Ἀλλὰ καὶ Λυκούργῳ συμβουλεύσαιμ' ἂν ἐντυγχάνειν σε, ἐλαφροτέρῳ τούτων ὄντι καὶ ἐμφαίνοντί τινα ἐν τοῖς λόγοις ἁπλότητα καὶ τρόπον.

Orationes Hyperidis inter LXXVII. quæ sub ejus nomine olim ferebantur, fuerunt genuinæ LII. teste Plutarcho & Photio, (male νϛ′ in Svidæ codicibus) junctimque uno ordine legebantur, ita ut tricesimam laudet Harpocration in κομικὰ ὠλοῖα. Eorum omnium titulos etiamnum habemus ordine literarum hic à me digestos: ex orationibus ipsis ne unicam * quidem, excepta illa quæ inter Demosthenicas num. 17. legitur, περὶ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν.

Κατ' Ἀθηνογένους α′, β′. Harpocrat. & Apostolius XVIII. 11. proverb. ubi male editum Εὐθυνογένους pro Ἀθηνογένους ut Meursio in Bibl. Attica notatum.

Ὑπὲρ Ἀκαδήμου. Harpocrat. in Ἡφαιστία.

περὶ τῶν στρατηγῶν πρὸς Ἀλέξανδρον. Plutarch. in Hyperide.

περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. Exstat, ut jam dixi, inter Demosthenicas num. XVII.

Κατ' Ἀνύτου. Harpocrat.

πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ ξησαυροῦ. Pollux, Harpocrat.

Κατ' Αἰσχυγόρας α′. β. adversus Aristagoram meretricem. Athen. XIII. Harpocration in ἀφύαι, Theon. progymnasm. p. 14. cujus locum corruptum emendat Meursius III. 8. Attic. Lect.

Κατ' Αἰσχυγόρου ἀποστασίου, α′, β. Harpocrat.

* In Bibliotheca Budensi Matthiæ Corvini Regis *vidimus integrum Hyperidem cum locupletissimis scholiis, librum multis etiam censibus redimendum.* Joh. Alex. Brassicanus præf. ad Salvian.

2011 Ministerio de Cultura

πρὸς Ἀθηνογένη. * Harpocrat. Ulpianus in Olynthiac. 2. Svid. in ἀπεψηφίσατο.

Κατ' Ἀρχεστρατίδη. Ammonius in ἱερά. Harpocrat. & Aſpines Rhetoric. apud quem male legitur Ἀρχεστράτη pro Ἀρχεστρατίδη.

Κατ' Αὐτοκλέους. Harpocrat. Apoſtolius IX. 6. proverb.

πρὸς Δάμιππον. Harpocr. in πρόσκλησις.

Δηλιακός. Plutarch. in Hyperide & Æſchine, cui â quibusdam tributus fuit Δηλιακὸς λόγος. Athenæus Lib. X. Photius, Sopater & Anonymus in Hermog. Priſcianus Lib. XVIII. Cæterum in ſcholiis ad Ariſtoph. aves male excuſum Ὑπερείδης ἐν τῷ χαλκῷ pro ἐν Δηλιακῷ. Vide Meurſii Bibl. Attic. & III. 5. Attic. Lect.

Κατὰ Δημάδη. Harpocrat. Athen. Svidas in λιτή. Porphyrius quæſt. Homer. 1. Etymol. M. in ἐπίβολος, ubi male editur κ' Δημάρχη.

Κατὰ Δημάρχη. Vide quæ jam dixi de oratione adverſus Demadem.

πρὸς τὴν Δημέη γραφήν. adverſus Demeam Demadis Rhetoris filium. Pollux & Harpocrat. apud quorum utrumque male Δημαίη. Vide Meurſii Lect. Attic. Lib. I. c. 5.

Κατὰ Δημητρίας, ἀποστασίη. Harpocrat.

Κατὰ Δημοσθένους. Plutarch. in Hyperide & Demoſthene. Athenæus, Priſcianus Lib. X. Harpocrat. & Svidas.

πρὸς Διώνδαν, Porphyrius apud Euſeb. X. 3. præparat.

πρὸς Ἐπικλέα. Pollux, Harpocrat.

Ἐπιτάφιος ὑπὲρ Λεωσθένει καὶ τοῖς πεσοῦσιν ἐν Λαμιακῷ πολέμῳ. Diodorus Sic. Lib. XVIII. Plutarchus in Hyperide. Dionyſ. Halicarnaſſeus in arte c. 6. Longinus περὶ ὕψους, Theo progymnaſm. Vide Meurſii Lect. Attic. IV. 4. ubi in Plutarchi verbis pro Λεωσθένει male excuſum eſt Δημοσθένει.

περὶ τῶν Εὐβηλίδων. Porphyrius apud Euſeb. X. 3. præparat. Harpocration.

πρὸς Θασίους. Pollux VII. 32.

Ὑπὲρ τῆς ἱππέως κλήρου. α', β'. Harpocrat.

Ὑπὲρ Καλλίππου. Plutarch. in Hyperide, Harpocrat.

Κατὰ Κόνωνος. Harpocrat.

Ὑπὲρ Λυκόφρονος. Pollux.

Ὑπὲρ

* Ariſtogiton Orator Athenienſis, propter impudentiam, *canis* appellatus teſte Svida, compoſuerat ἀπολογίαν πρὸς Δημοσθένην τὸν ῥήτορα, πρὸς Λυκοῦργον καὶ Τιμοσθέη, κατὰ Τιμάρχου, καὶ Ὑπερίδου παρανόμων, (confer Ttetz. Chil VI. v. 94. ſeq.) κατὰ Θρασύλλου, κατὰ Φρύνης, & Ὀρφανικόν.

2011 Ministerio de Cultura

Ὑπὲρ Λυκόργου. Apſines in Rhetoric.
Πρὸς Λυκοῦργον. vide infra ὑπὲρ Σιμμίου.
Κατὰ Μαντιθέου Athenæus, Harpocrat.
Ὑπὲρ Μηκάλου. Pollux VII. 33.
Ὑπὲρ Μιμικᾶς. Pollux X. 8. niſi legendum Ὑπὲρ Μηκάλου uti ex VII. 35. ubi idem fragmentum refertur, conjicit Meurſius.
Ὑπὲρ Ξενίππου. Harpocrat.
Ὑπὲρ Ξενοφίλου ά, β΄. Harpocrat. in κεφαμεῖς.
Περὶ Ὀχετοῦ. Pollux X. 5.
Πρὸς Παγκλέωνα. Harpocrat.
Κατὰ Παυσικλέους. Harpocrat. Etymol. M. Pollux. Priſcanus lib. 18.
Πλαταϊκός. Plutarch. de gloria Athenienſium, ubi eam præfert Ariſtidis Εὐαγγελίᾳ νίκης.
Κατὰ Πολυεύκτου περὶ Ζ Διαγράμματος ſive περὶ Ζ Πολύδικον στρατηγεῖν. Harpocrat. Etymol. M.
Πρὸς Πυθέαν. Vide Ὑπὲρ Σιμμίου.
Ὑπὲρ Ζ Πυθάνδρου κλήρου. Harpocrat.
Ὑπὲρ Σιμμίου πρὸς Πυθέαν καὶ Λυκοῦργον. Harpocrat. in Ἐπιχειροτονίᾳ.
Περὶ τῶν στρατηγῶν. Supra in πρὸς Ἀλέξανδρον.
Σωσιγενικός. Pollux III. 25.
πρὸς Τίμανδρον Svidas in παιδάριον.
πρὸς Ὑγιαίνοντα adverſus Hygiænontem. Harpocrat.
περὶ τῆς Φυλακῆς τῶν τειχῶν. Plutarch. in Hyperide. Harpocrat. tum alibi tum in πρυτανεῖον, ubi cum Meurſio legendum ἐν τῷ περὶ τῆς Φυλακῆς τῶν τειχέων Ἐπιτροπικῷ. Male enim editur τῶν Τυρρηνῶν πρεσβικῶν.
Κατὰ Φιλιππίδου. Athen. lib. 12.
Κατὰ Φλυκράτους Demoſthenes orat. περὶ Παραπρεσβείας.
Ὑπὲρ Φορμησίου. Harpocrat.
Ὑπὲρ Φρυνίης pro Phryne, ſive ut vero nomine vocabatur, Mneſarete meretrice Theſpiaca, quam impietatis accuſaverat Ariſtogiton. Ipſa vero diductâ tunica & nudato pectore judicum pedibus ſe advolvens conſpectu corporis quod ſpecioſiſſimum habebat ita ut pictores ad illius pulchritudinem * Veneris imagines ſolerent effingere, teſte

* Sub meretricum imaginibus Deas adoratas notant I. Frid Gronovius ad Statii Sylvas p. 41. ſeq. Janus Broukhuſius ad Propertium p. 100. ſeq. Cum quibus confer quæ de ſanctarum imaginibus in Romana eccleſia obſervat Petrus Baylius in Dictionario Hiſt. Critic. ubi de *Flora* nota (C).

2011 Ministerio de Cultura

teſte Clemente Alex. p. 35. protreptici, judices amplius permovit quam Hyperides actione quanquam admirabili, ut narrant Quintilianus Lib. II. c. 15. Sextus 2. adverſus Matth. p. 65. Plutarchus in Hyperide. Athenæus Lib. XIII. p. 590. Meminere ejusdem orationis Harpocration pluribus locis, Quintilianus X. 5. Vide & Alciphronis Epiſt. 30. ſeq.

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου πρὶ τῦ παρίχου ά, β'. Pollux, Harpocrat. Athenæus Lib. III.

Πρὸς Χάρητα. Pollux & Harpocrat.

Ex XXV. Orationibus dubiæ fidei Hyperidi tributis has quinque Meurſii induſtria obſervavit:

Ὑπὲρ Ἁρπάλου. Pollux X. 36.

Κατὰ Δημέου, ξενίας. Harpocrat.

Ὑπὲρ δημοσιωτῦ. Harpocrat.

Ὑπὲρ Δωροθέου. Harpocrat. in ἐπὶ κόρρης, ubi teſtatur hanc orationem ab aliis adſcriptam fuiſſe Philino.

Κατὰ Πατροκλέους. Athen. Harpocrat. & Svidas in νεμέας ubi male editur κῦ Προκλέους. Tanquam genuina Hyperidis allegatur ab eodem Svida in αὐλαία, Polluce & ſcriptore magni Etymologici.

XI. DINARCHUS Socratis cujusdam ſive Soſtrati F. gente Corinthius ſed ab adoleſcentia Athenis verſatus natus eſt Olymp. CIV. 4. Archonte Nicophemo. Auditor fuit Theophraſti, & orationes ſcribere cœpit anno ætatis XXV. vel XXVI. ſed poſt Hyperidis & Demoſthenis mortem potiſſimum claruit, quorum eloquentiam æmulatus Caſſandri & Antipatri favit partibus, infeſtus Harpalo. Anaxicrate Archonte Olymp. CXVIII. 2. pulſus in exſilium, cum Chalcide per quindecim annos commoratus eſſet, Athenas beneficio Theophraſti rediit, ubi poſt Antipatri mortem quæ accidit Olymp. CXXI. 3. inſidiis Polyſperchontis periit, propior ſeptuagenario. Dinarchos præterea tres commemorat Demetrius * Magnes apud Dionyſium Halicarnaſſ. 1) Dinarchum Poëtam Oratore antiquiorem genere Delium, cujus meminit Euſebius Chron. ad num. DCCXX. reſpiciens ſcriptas ab eo Διονυσίᾳ πράξεις. Confer Cyrillum X. contra Julian. p. 341. 2) Dinarchum qui fabulas de rebus Cretenſium collegerat, ὁ πὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας. 3) Dinarchum auctorem λόγυ περὶ Ὁμήρυ. Ab his omnibus fortaſſe diverſus eſt Dinarchus quem Hermias in irriſione gentilium & Ne-

* Δῆμ῀ excuſum ex compendio ſcripturæ in libris MSS, uſitato. confer Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 150.

2011 Ministerio de Cultura

& Nemesius de natura hominis c. 4. testantur cum Aristoxeno statuisse quod anima hominis nihil aliud sit quam harmonia.

Sub Dinarchi Rhetoris nomine orationes plures quam CLX. olim ferebantur, teste eodem Demetrio Magnete apud Dionysium Halicarnassæum libello de Dinarcho, verum Plutarchus in vita Dinarchi auctor est genuinas ipsius non plures fuisse quam * LXIV. Ex his titulos LX. amplius ab antiquis scriptoribus servatos Meursius in Bibliotheca Attica notavit, quos literarum ordine à me digestos & nonnihil auctos infra ponam, in quibus tres observabis orationes quæ adhuc ** exstant: 1. *adversus Demosthenem.* 2. *adversus Aristogitonem.* 3. *adversus Philoclem.* Has cum aliis Oratoribus Aldus Venet. 1513. fol. & H. Stephanus, Ao. 1575. fol. Græce vulgavit, dehinc Gr. & latinè edidit & Jo. Wovverio senatori Antvverpiano dicavit *Janus Gruterus*, primam cum *Hieron. Wolfii*, reliquas binas cum versione *M. Balduini Ischami* Gandavensis. Hanov. 1615. 8. in quo volumine simul Lycurgi, Lesbonactis, Herodis & Demadis orationes græce & latine leguntur. Sed tituli orationum Dinarchi, quos daturum me jam recipiebam, hi sunt:

Ἀγάθωνι συνηγορία sive περὶ τῆς Ἀγάθωνι Διαμαρτυρίας. Dionys. Halicarnasseus in indice orationum Dinarchi.

Κατὰ Ἀγασικλέους, sive ut apud Svidam in σκαφηφόροι, Ἀγησικλέους. male apud Dionysium Πισικλέους. Vide Harpocrationem in Ἀγασικλῆς & alibi.

Συνηγορία ὑπὲρ Αἰσχίνου κζ΄ Δεινίου. Dionys. Harpocrat. Svidas in κλιμακίζειν, ubi male ἰσηγορία. Vide Meursii Attic. Lect. V. 24.

πρὸς Ἀμεινοκράτην Διαδικασία περὶ καρπῶν χωρίου. Dionys.

πρὸς Ἀντιφάνην περὶ τοῦ ἵππου ά, β΄. Dionys. Harpocrat.

Κατὰ Ἀρισογείτονος. Exstat. Latine vertit *M. B. Ischamus.* Præcæteris probatam notat Plutarchus in Dinarchi vita.

Κατ᾽ Ἀρισονίκου περὶ τῶν Ἁρπαλίων. Dionys.

Διαμαρτυρία ὡς δεῖ εἶσιν Ἵππιδικοι Ἀριστοφῶντος Θυγατέρες. Dionys. Harpocrat.

πρὸς Ἀρχέστρατον. Confer Meursii Attic. Lect. III. 5. Dionys. Harpocrat. Svid. in ἀποψηφίζεσθαι.

περὶ τοῦ Ἀρχεφῶντος κλήρου. Dionys.

πρὸς Βιώτην παραγραφή. Dionys.

Κατὰ Γνωσίου περὶ τῶν Ἁρπαλίων. Dionys. Κατὰ

* Svidas de Dinarcho: γράψας κατὰ μέν τινας λόγους τοὺς πάντας ρξ, κατὰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, μόνους ξ΄, lege ξδ΄. (runt.

** Exstat etiam inter Demosthenicas Orat. *in Theocrinem*, quã Dinarcho non nulli tribue-

2011 Ministerio de Cultura

Κατὰ Δάϊ ὑπὲρ ἀνδραπόδων. Dionyſ.
Κατὰ Δεινίου. Vide ſupra ὑπὲρ Αἰσχίνου.
Κατὰ Δημοσθένους. Harpocrat. Dinarchi eſſe negavit Demetrius Magnes.
* Cæterum ſub ejus nomine hodieque exſtat, & cum verſione *Hieron. Wolfii* inter Demoſthenicas legitur numero XVIII. Vertit etiam *Guil. Canterus*.
Κατὰ Διονυσίου τοῦ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. Dionyſ.
πρὸς Διοσκορίδην περὶ νεῶν. Dionyſ. Harpocrat. Dinarchi ὑπὲρ τῆς νεὼς laudatur etiam ab Harpocrat. in παρρησία.
Συνηγορία καθ' Ἡγελόχου ὑπὲρ Ἐπικλήρου. Dionyſ. Harpocrat.
Κατὰ Ἡδύλης (male κ. Ἡδύκης apud Dionyſium Halic. vide Meurſ. Attic. Lect. Lib. III. c. 11.)
Κατὰ Θεοδώρου (apud Harpocrat. in λητουργῶν male κ. Θεοδότου.) Dionyſ.
Κατὰ Θεοκρίνους (à quibusdam tributa Demoſtheni, inter cujus orationes hodieque legitur, ubi dicta vide.)
Περὶ τῆς ἱερείας διαδικασία. Harpocrat.
Καθ' Ἱμερίου. Dionyſ. Harpocrat.
Ἐπικληρικὸς ὑπὲρ τῆς Ἰοφῶντος θυγατρός. Dionyſ.
Ὑπὲρ Ἵππου. Vide ſupra, πρὸς Ἀντιφάνην.
Κατὰ Καλλαίσχρου περὶ τῶν τιμῶν. Dionyſ. Harpocrat.
Κάλλιππος ὑπὲρ ἰδιοποιητοῦ ſ. κ. Καλίππου (ap. Svid. in ὠνουμένους male κ. Καλλίου) Dionyſ. Harpocrat.
Κατὰ Καλλιθένους ἔνδειξις. Harpocrat.
Κατὰ Καλλιθένους εἰσαγγελία (male apud Dionyſium Halic. κ. Κλειθένους) Harpocrat.
Κατὰ Κηφισοκλέους καὶ τῶν οἰκείων. Dionyſ. Harpocrat.
Κατὰ Κλεωμέδοντος, αἰκίας, ά, β'. Dionyſ. Ammonius in μαρτυρία & ἐκμαρτυρία. Harpocrat. Porphyrius apud Euſeb. Lib. X. præparat. c. 3. ubi notat Dinarchum in hac orat. multa ad verbum petiiſſe ex orat. Demoſthenis adverſus Cononem.
Κροκωνιδῶν Δικαστία. Harpocrat.
πρὸς τὴν Κτησιφῶντος ἀπογραφὴν ά, β'. Dionyſ.
Κατὰ Λεωχάρους. Svid. in. δεῦρο.

Κατὰ

* Demetrius Magnes apud Dionyſium Halicarnaſ. καὶ νομίσειεν ἄν τις εὐήθεις εἶναι πρὸς τὸς ὑπολαβόντας τὸν λόγον τὸν κατὰ Δημοσθένους εἶναι τοῦ Δεινάρχου, πολὺ γὰρ ἀπέχει τοῦ χαρακτῆρος. Ἀλλ' ὅμως τοσοῦτος σκοπὸς ἐπιπεπόληκεν, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αὐτοῦ λόγους σχεδόν τι ὑπὲρ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντας ἀγνοεῖν συμβέβηκε, τὸν δὲ μὴ γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ, μόνον ἐκεῖνον νομίζεσθαι.

2011 Ministerio de Cultura

Κατὰ Λυκόργυ, εὐθύναι. Dionyſ. Harpocrat. Svidas in καταλεύσιμον. Etymolog. in ἱεροποιοί.

πρὸς τὸν Λυκόργυ παῖδας. Harpocrat. in ἀποστομή.

Κατὰ Λυσικράτους ὑπὲρ Νικομάχυ. Dionyſ. T. 2. p. 114. Harpocr. in κρᾶπις.

Κατὰ Μεναίχμυ ap. Svid. in πραγματεία niſi leg. κατὰ Μενεσαίχμυ quæ Lycurgi oratio erat.

περὶ Μνησικλέους ſive ὑπὲρ τοῦ Μνησικλέους κλήρυ. Dionyſ.

Κατὰ Μοσχίωνος. Harpocrat.

Ὑπὲρ νεώς. Supra in πρὸς Διοσκυρίδην.

Ὑπὲρ Νικομάχυ. ſupra in τοῦ Λυσικράτους.

πρὸς Νικοκράτην. Dionyſ.

πρὸς Ξενοφῶντα, ἀποστασίυ. Laërtius II. 52.

Συνηγορία Παρμενίωνι ὑπὲρ ἀνδραπόδυ, βλάβης. Dionyſ.

Ἑρμινικὸς τοῦ Πατροκλέους παίδων. Harpocrat.

Κατὰ Πεδιέως. Dionyſ.

Πιρλωικός. Vide infra Τυρρλωικός.

Κατὰ Πισικλέους. Vide ſupra Ἀγασικλέους.

Κακὰ Πισίυ Dionyſ. Harpocrat. & Plutarch. ubi male Παϛίυ. Vide Meurſ. III. 5. Attic. Lect.

Κατὰ ποθέυ Stephanus Byz. in αἴγινα, ſed legendum Πυθέυ.

Κατὰ πολυεύκτυ, ἀπόφασις. Harpocrat. Svid. Priſcian.

Κατὰ πολυεύκτυ βασιλέυειν λαχόντος, δοκιμασία. Dionyſ. Harpocr.

Κατὰ πολυεύκτυ δωροδοκίας. Harpocrat.

Κατὰ πολυεύκτυ ἐκφυλλοφορηθέντος ὑπὸ τῆς βυλῆς ἔνδειξις. Dionyſ. Harpocrat. & Svid.

Κατὰ πολυεύκτυ περὶ τῆς Γεωφανίυ male apud Dionyſ. Τεωφανίυ. Vide Meurſii III. 11. Attic. Attic. Lect.

Κατὰ ποσιδίππυ. Dionyſ. Harpocrat. in οἴκημα.

πρὸς τοὺς Πατροκλέους παῖδας ἑρμινικός. Harpocrat. & Dionyſ. ubi male Φοθικλέους.

Κατὰ Φοξένυ, βλάβης. Dionyſ. T. 2. p. 113. Plutarchus in vita, qui ait, hanc Orationem, qua Proxenum hoſpitem & amicum accuſare non dubitavit Dinarchus, a ſene & oculis capto dictam eſſe primam omnium in foro: antea enim aliis tantum orationes compoſuiſſe accepta mercede. Meminit etiam Harpocrat. apud quem λαβῆς vitioſe excuſum in ἀργυρὶς ϑήκης.

2011 Ministerio de Cultura

Κατὰ πυθέα, ὕβρεως. Dionyſ.
Κατὰ πυθέα, ξενίας. Dionyſ. Harpocrat. Stephanus in Αἴγινα.
Κατὰ πυθέα, πρὸς τῶν κζ τὸ ἐμπόριον. Dionyſ.
Κατὰ Στεφανέα. Dionyſ. Harpocrat.
Κατὰ Τιμοκράτους. Dionyſ. Harpocrat.
Τυραννικός apud Harpocrat. in Κέρκυρα, Λιπάρα, οἴκημα, στρομβίδες, νῆσοι.
Τυρρηνικός Harpocrat. & Svid. in πρέσβεσιν (male ap. Dionyſ. πειρωνικός.)
Διαδικασία Φαληρέων. Dionyſ. Harpocrat.
πρὸς Φανοκλέα. Dionyſ.
Κατὰ Φιλίππου μεταλλικός. Dionyſ.
Κατὰ Φιλοκλέους, ὑπὲρ τῶν Ἁρπαλίων. Exſtat, cum *Iſchami* verſione.
πρὸς Φιλωτάδην. Dionyſ.
Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. Dionyſ. Harpocrat. Svidas in ἡλιανδημίου. Conſer Meurſium IV. 16. Attic. Lect.
Ἀπολογία διαμαρτυρίας πρὸς τὴν Χάρητος εἰσαγγελίαν κ Φειδιάδου γραμματέως. Dyonyſ.

Atque hæc de decem celebribus Oratoribus Atticis dicta ſufficiant. Cæterorum Rhetorum & Oratorum Græcorum notitiam, literarum ordine digeſtam, ſervavi libro quarto.

EMEN-

2011 Ministerio de Cultura

EMENDENDA & ADDENDA
Quædam.

Ad. p. 15. Forte hic Marcellus Sidetes reſpicitur à Stephano Byz. Marcellum Medicum laudante in Ἀντίκυραι.

p. 45. v. 8. à fine, pro verbis: *ut mirer* &c. legendum: *qua de re conſules partem 1. pag. 29. in hiſtoriæ Medicinæ* &c.

p. 264. non omittenda erat editio Batrachomyomachiæ antiquiſſima, literis quas vocant capitalibus, cum ſcholiis *Laonici Chalcondylæ* Cretenſis, & ſubjunctis variis ſententiis, ac Muſæi poëmate. Venet. 1486. 4. Tum editio Græcolatina in Caſp. Dornavii Amphitheatro Sapientiæ Socraticæ jocoſeriæ Tomo 1. Hanov. 1619. fol.

p. 267. Epigramma in Midam Homero ſuppoſitum eſſe notat Laërtius Lib. I. ſect. 90.

p. 274. v. 15. adde: Et fortaſſe Cleanthes Stoicus, cujus librum πρὸς Ἀρίσταρχον & περὶ ποιητῶν Laërtius memorat VII. 174. 175.

p. 284. v. 12. à fine lege: Lyſimachus Alexandrinus (male Symmachus Tzetzæ in Lycophronem) & Steſichorus &c.

p. 291. v. 23. adde: quemadmodum nec latina verſio commentariorum Euſtathii in Odyſſeam quam ab Octavio Ferrario Mediolanenſi concinnatam tradit Paulus Freherus p. 1541. theatri.

p. 294. extremâ adde: Ex Joh. Tzetzæ allegorica Homericarum fabularum expoſitione, ſcriptâ verſibus politicis, fragmenta quædam occurrunt in appendice notarum ad Chronicon Johannis Malalæ.

p. 339. v. 21. lege: Non hunc ſed Philoſophum reſpicit Euſtathius &c.

p. 398. addenda elegantiſſima fabularum Æſopi editio ex Rob. Stephani officina A. 1546. 4.

p. 420. v. 14. pro *Græce primum ediderat*, lege: *Græce etiam ediderat.*

p. 425. v. 14. pro *nam ad Platonem ſcriptam poni*, lege: *nam à Platone, qui & ipſe Siculis aſſedit menſis, ſcriptam non eſſe* &c.

p. 431. v. 5. *cum verſione*, adde, *& notis P. Poſſini* &c.

p. 455. poſt v. 13. à fine, adde: Joach. Kühnius: μὴ ἀνεῖδεῦ, ne ſis improbus erga quenquam.

2011 Ministerio de Cultura

p. 461. neſcio quomodo omiſſa *Paraphraſis Arabica* carminum Pythagoræ, cum *Joh. Elichmanni* verſione edita à *Claudio Salmaſio* ad calcem Simplicii in Epictetum. Lugd. Bat. 1640. 4. tum editio Græcolatina cum commentario *Magni Dan. Omeiſii*, in eius Ethica Pythagorica. Altdorf 1693. 8. qui p. 91. ineditum *Matthiæ Georgii Kœnigii* commentarium memorat.

p. 486. v. 21. pro *Democritei* lege *Democriti.*

p. 493. v. 17. pro ἄγριος Αἰνεὺς legendum cum Stanleio Ἀγχιανέυς.

p. 526. v. 6. à fine, pro 1615. lege 1635.

p. 543. v. 14. Ad verba *quod porro Gyraldus* &c. obſervandum quod Tzetzes præf. ad Lycophronem meminit Alcæi junioris qui ſub Veſpaſianis floruit, unde Gyraldus ſuſpicione erroris illius utique abſolvendus. Utrum Tzetzes quoque, aliis judicandum relinquo.

p. 566. v. 18. pro *ad Hecubam*, lege *ad Medeam v. 4.*

p. 567. v. 11. à fine, pro *Platæenſes* lege *Perſas.*

p. 581. v. 12. pro *recuſanda* lege *recenſenda.*

p. 603. v. 12. tollenda verba: *Schol. Ariſtoph.* usque ad: ἐν χρήσει.

p. 604. v. 17. tollendum vocabulum *auctioribus.* & deinde verba: *Jampridem* &c. uſque ad v. 24. ad Ajacem. Deinde legendum: *Cæterum falluntur qui auctores horum ſcholiorum faciunt* &c.

p. 605. v. 2. adde: Scholia Græca ad Sophoclem quæ ex codice Æmari Ranconeti à Turnebo deſcripta ad calcem hujus editionis exhibentur, plane diverſa ſunt à prioribus editionibus, & auctorem agnoſcunt *Demetrium Triclinium*, qui ſcripſit illa περὶ μέτρων οἷς ἐχρήσατο Σοφοκλῆς, & περὶ χημάτων, & Scholia. Fuit Demetrius ille junior Planude, quem allegat ad Ajacem v. 1096. Hæc vero intelliguntur ſcholia à Petro Victorio, cum præf. ad Æſchylum illis præferendam eſſe ſtatuit Romanam editionem. Verba illius adſcripſi ſupra Lib. II. c. XVI. num. 9.

Ibidem v. 4. poſt emendatiſſima) adde: utraque ſcholia, & illa Romæ edita, & altera Demetrii Triclinii à Turnebo vulgata, ſed à prioribus ſemper per notam adſcriptam diſtincta, ſinguliſque paginis adtexta occurrunt. Deniq; ad calcem voluminis exhibentur &c.

Ibidem poſt v. 8. adde: *Joh. Baptiſtæ Gabiæ* translatio tragœdiarum Sophoclis, Venet. 1543. 8.

Ibidem

2011 Ministerio de Cultura

Ibidem v. 19. poſt verba, rejectis ad libri calcem, adde: & ſeparatim exhibitis quæ Romæ primum lucem viderunt, deinde ſeorſim itidem excuſis p. 166. ſeq. Scholiis Demetrii Triclinii.

p. 611. v. 12. pro verbis: *ante Euripidem*, lege, *ante Socratem Euripides.*

p. 627. v. 4. poſt *Ægias*, adde: Athenæo Agias,

Ibid. v. 8. à fine, poſt *Anaxandrides* adde: (Voſſius è Plutarchi Lyſandro & Schol. Ariſtophanis legit Alexandrides)

p. 629. v. penult. pro Hippeus, Voſſius legit Hippys.

p. 634. v. 13. à fine, αἰπόλοι, ἁλιεὺς & κερκαεὺς male pro Alexandri Ætoli tragœdiis è Meurſio venditantur. Nam αἰπόλοι videtur eſſe titulus Comœdiæ Alexidis. Ex Alexandri Ætoli Ἁρπαζομένῃ ἁλιεῖ Verſus Hexametros profert Athenæus VII. p. 296. Sic p. 283. Ἀλέξανδρος δ' ὁ Αἰτωλὸς ἐν Κιρκαείᾳ, εἰ γνήσιον τὸ ποιημάτιον. Deinde binos exinde profert Hexametros. Ἐλεγεῖον hujus Alexandri laudat idem Athenæus XV. p. 699. ubi τραγῳδοδιδάσκαλον appellat. Muſæ ejus allegantur etiam à Servio in 10. Æneid.

p. 643. poſt v. 2. adde: DIOCLES τραγῳδὸς laudatur à Philoſtrato Epiſt. p. 886.

p. 645. poſt v. ult. adde: Inter Medicos quoque à Plinio laudatur *Epicharmus*, & à Tiraquello c. 31. de nobilitate num. 261. ex aliorum fide refertur, ejus *commentarios de natura rerum* atque *de Medicina* MStos adhuc exſtare in Bibliotheca Vaticana.

p. 646. v. 14. à fine poſt verba, eventu comprobata, adde: Euphorionis epicedium in Protagoram Aſtrologum memorat Laërtius IX. 56.

p. 648. poſt v. 3. adde: HERACLIDIS τραγῳδὸς ſomnium, μέλλοντος ἀγωνίζεσθαι ἐν Ῥώμῃ τὸν τῶν Τραγῳδῶν ἀγῶνα, refert Artemidorus IV. 35. p. 222.

p. 652. v. 4. à fine, adde: PAMPHILUS, Pictor an Tragicus, auctor dramatis, cui titulus Heraclidæ. Vide Scholia ad Comici Plutum v. 385.

p. 661. v. 12. pro: *De Herodoto*, lege: *de Homero.*

p. 672. v. 12. à fine poſt vocabulum, filia, adde: Anglica proſa redditæ Nubes Ariſtophanis exſtant in Tho. Stanleii Hiſtoria Philoſophica p. 99. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

p. 688. v. 8. post O. 472. adde: *Tenediorum*, N. 397.

p. 727. v. 2. adde: GLAUCO Comicus, cujus drama, πρέσβεις, memoratur in argumento ad Vespas Aristoph.

p. 781. v. 19. delenda sunt verba: *& Sextus VII. contra Math. p. 149. ubi male* περὶ τοῦ μὴ ὄντος *legitur.* Nam & recta est lectio περὶ τοῦ μὴ ὄντος, Crotoneque sanior, & Sextus ibi non agit de libro Protagoræ, ut obiter inspecto loco scripsit elegantissimus Menagius, sed de Gorgiæ opere, de quo dixi p. 858.

p. 794. in fine capitis XXIII. excidit integer §. XLII. & XLIII. quas ecce tibi reductos hunc in locum:

XLI. SIMMIAS Thebanus, Socratis familiaris scripserat dialogos XXIII. uno volumine comprehensos, quorum titulos nonnullos Svidas, universos commemorat Laërtius II. 124. Apud Svidam pro περὶ φιλίας legendum περὶ φιλοσοφίας. Deinde περὶ ἀπιμελείας & περὶ ψυχῆς pro ἀπιμελείας ψυχῆς. Mentio hujus Simmiæ apud Platonem, Ælianum I. 16. Var. &c. Alius Simmias Syracusanus, cujus meminit Laërt. II. 114. De Simmia Rhodio dixi infra Libro III. SIMON Athenienſis coriarius, Socratis & ipse captus disciplina & primus ut ajunt Socraticos edisserens sermones, dialogorum XXXIII auctor, quos coriaceos à quibusdam per ludibrium vocatos, & perinde ut Simmiæ unum volumen impleſſe narrat Laërtius II. 121. ubi tituli eorum referuntur. Inter Epistolas Socraticorum ab Allatio editas duodecima legitur sub nomine hujus Simonis, & extrema ejus verba laudantur à Stobæo serm. XV. de continentia, ex Epistola Simonis ad Aristippum. Alios Simones refert Allatius libro de Simeonibus.

XCII. STILPO Megaris ortus & auditor Euclidis* Megarici, de quo supra dixi, atque Magister ut ajunt Zenonis Citiei, clarus circa Olymp. CXXI. composuerat dialogos novem, sed judice Laërtio II. 120. frigidos, quorum tituli: Μόχθος, Ἀλέξιππος ἢ Καλλίας, Πτολεμαῖος, Χαιρεκράτης, Μητροκλῆς, Ἀναξιμένης, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, Ἀλεξοτέλης. Svidas Stilponi tribuit dialogos ὀκτὼ ἐλάττους τῶν κ non pauciores viginti, nisi κ irrepsit pro θ'. Alia de ejus dogmatibus & vita, tributoque ipsi Atheismo vide si placet in notis virorum doctorum ad Laërtium, & in Lexico præstantissimi Bælii.

p. 848. v. 10. ante nomen ISOCRATIS ponendus numerus V.

Reliqua ingenio & humanitati Lectoris permittuntur.

* Male Διοκλείδε apud Svidam in Στίλπωνι. Vide Reinesii Var. Lect. p. 363. seq.

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

ΟΜΗΡΟϹ

IO. ALBERTI
FABRICII
BIBLIOTHECA
GRÆCA

HAMBURGI
Sumptu
CHRISTIANI LIEBEZEIT.

B. Westphalen in Hamb.

2011 Ministerio de Cultura

JO. ALBERTI FABRICII
SS. Theol. D. & Prof. Publ.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER III.

De Scriptoribus qui claruerunt à Platone usque ad Tempora nati CHRISTI Sospitatoris nostri.

Accedunt

ALBINI Introductio in Platonem, & ANATOLII quædam nunc primum edita, tum POETA VETUS de viribus Herbarum Diis sacrarum, cum latina Versione ac Notis.

HAMBURGI
Sumptu CHRISTIANI LIEBEZEIT,
Typis SPIRINGIANIS A. C. cIↃ IↃCCVII.

2011 Ministerio de Cultura

CANTICUM.

LIBER III.

De Scriptoribus qui declinarunt à Patrone usque ad Tempora nati CHRISTI Sophistarum.

ALBANI Indigenæ, & ANACHORETÆ quædam nec priscum celta, nec POETA VETUS dehinc hus Hierosolymam Dia Iecarunt, cum luna Verbone ac Dnois.

AMBURCI

CHRISTIANI LEBEGEITII

Typis SPRINGIANIS A. C. cIↃ IↃcc LI.

2011 Ministerio de Cultura

ILLUSTRISSIMO

DOMINO

JOANNI MORO,

EPISCOPO NORVICENSI,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

NIsi res foret teſtatiſſima, & omnium ore prædicaretur,

2011 Ministerio de Cultura

inter universas hodie gentes nullam esse, à qua majus pretium ponitur litteratæ Græciæ, atq; eruditæ Antiquitati, quam à Tuis Britannis, non ausus fuissem, neque ipsi credo sustinerent, hunc Philosophorum Veterum & aliorum eruditissimorum hominum Græcorum florem, quorum scripta in hoc Volumine persecutus sum, jubere trajicere mare æstuosum, atq; in alium veluti Orbem procul hinc à me ablegare. At enim jam ipsi per se nullorsum lubentius contendunt, nusquā se sperant vel jucundius reperturos asylum, vel majore benevolentia exceptum iri, quam in Anglia, quæ uti cum maxime sub serenis Felicissimæ ac Sapientissimæ ANNÆ auspi-

ciis

2011 Ministerio de Cultura

ciis per omnem fere Europam terra mariq; laureas colligit de hoſte potentiſſimo, ita domi motibus ſopitis tuta ac quieta pacis paſcitur fructibus, & pacis artes atque in his bonas litteras, quarum Græci Parentes ſunt, colit tanto cum ſucceſſu, ut omnes illis deditos, ubicunque terrarum vivant, ſingulariter obſtringat ſibi ac devinciat. In hac vero ipſa Anglia apud quem lubentius conquieſcant, vel ad quem potius confugiant quam ad TE, VIR ILLUSTRISSIME, cujus infula nullo magis ornamento quam virtute, eruditione & ſingulari in doctrinam, Antiquitatem atque eruditos favore decoratur. Quæres non modo Britannis Tuis amabilem colendumque Te reddunt, & peregrinis quotquot Britanniam adeunt venerabilem, ſed earum gloria, perinde ut pulcherrimi Tui Muſarum templi, ſive inſtructiſſimæ quam quotidie magno delectu ac ſumtu adauges Bibliothecæ, fama jam pridem etiam trajecit mare, ac vix quicquam eſt quoq; in Germania noſtra virorum eruditorum qui Angliam viderunt ſermone celebratius, quam ut virtutes Tuas laudibus efferant Tuamque in illa dignita-

2011 Ministerio de Cultura

te humanitatem admirentur. Hæc cum & mihi cognita sit singulari beneficio, præsens volumen ad Te mittere volui meæ in Te observantiæ qualecumque pignus, quod si ea fronte suscipis qua soles eorum scripta qui à me in hoc libro referuntur, lætabor, & voti me summam consecutum putabo. Faxit DEUS, ut rebus prosperis atque integra valetudine quam diutissime floreas publico bono. Scripsi Hamburgi XII, Cal. Maj. Anni Christiani cIↃ IↃCCVII.

2011 Ministerio de Cultura

Ad Lectorem.

EN Tibi, Lector Benevole, Historiam Græcorum Scriptorum, eorum cumprimis qui exstant, à me deductam usque ad tempora geniti Sospitatoris nostri JESU CHRISTI. *Eodem filo, quo cœpi superioribus libris, telam hanc continuasse me, nec minore studio usum in hoc esse reperies, quod pro æquitate tua non, spero, improbabis. Saltem venam aperuisse me confido ad pleniorem & accuratiorem notitiam auctorum ejus linguæ, quares divinas & humanas, omnium gentium antiquam memoriam, & disciplinarum ac sapientiæ omne genus traditum accepimus. Erunt forte, ut sunt varia hominum ingenia, qui videbuntur sibi Scipiones, si odio habebunt nimium diligentem, volentq; multa me omisisse qvæ ut minuta vel nullius momenti ipsi adspernantur. His me excusatum velim, licet non solis illis scripsi, magis etiam reveritus judicia ceterorum, qui præter-*

missa

2011 Ministerio de Cultura

missa mihi vel perperam posita imputabunt. Verum in hoc scribendi genere nemini contigit ita omne ferre punctum, ut nec liturae nec supplemento locum faceret. Nam quod in Apollonio Rhodio reprehensum est à Criticis ἀδιάπλωτον, *in hujusmodi scriptione nunquam ut carperet livor reperire potuit, neque in praesenti, ut pulchre scio, est inventurus.*

Volueram tertio hoc libro referre etiam Geographos, sed postea constitui eos subjungere horum principi Straboni, cujus insignem ac praeclaram editionem jam debere coepimus praestantissimo & doctisssmo Almelovenio: de Strabone autem qui sub Tiberio scripsit, locus erit dicendi libro IV, quem ne cum hoc ipso prodiret, modus voluminis prohibuit. Sequetur idem ut spero brevi, tum, DEO ter Opt Max. valetudinem suppeditante quintus quoque ac sextus, in quo postremo dissero de Megasthene, Beroso ac reliquis, quorum nomine Annius commenta sua proscripsit. Hoc monere visum, ne mirareris praeteritos illos hoc libro à me, ad quem referre eos aetas sua, qua vixere, videbatur.

Quae singula sim in praesenti volumine persecutus, malo te, ipso inspecto videre, vel si paucis defungi placet, ex indice intelligere capitum, quem hoc loco infra subjeci.

IN-

2011 Ministerio de Cultura

INDEX CAPITUM

Libri Tertii.

I. De Platone & ejus Scriptis editis perditisque & eorum quæ exstant editionibus atque interpretibus. Alii Platones. Scripta varia de Platone & Platonica Philosophia per classes digesta ac recensita.

II. Albini Platonici Introductio in Platonis Dialogos nunc primum in lucem edita è codice Holsteniano, adjuncta latina versione. p. 42.

III. Notitia Platonicorum Academicorumque Philosophorum p. 52. & Platonicarum pag. 69. digesta ordine Alphabeti, cum variis observationibus.

IV. De Xenophonte Atheniensi, ejusque scriptis editis ac deperditis, & vulgatorum editionibus atque interpretibus. p. 70.

V. De Eudoxo & aliis quibusdam Astronomis antiquissimis quorum scripta interciderunt, tum de scriptis quæ tulere ætatem, Avtolyci Pitanæi, Aristarchi Samii, Hypsiclis Alexandrini, Theodosii Tripolitæ, Menelai, Hipparchi, Gemini Rhodii, Theonis Smyrnæi, Cleomedis atque Achillis Tatii.. Indices scriptorum in his auctoribus allegatorum. p. 79.

VI. De Aristotele ejusque scriptis editis & horum editionibus atque interpretibus antiquis ac recentibus. Scripta varia de Aristotele & Aristotelica Philosophia per classes digesta ac recensita pag. 107. Inter alia exhibentur p. 130. seq. Variæ lectiones Codicis antiqui Bibl. Paulinæ Lipsiensis, è quibus multa loca libror. de Xenophane, Zenone ac Gorgia possunt emendari ac suppleri.

VII. Scriptorum Aristotelis deperditorum Catalogus digestus secundum ordinem litterarum, cum variis observationibus. p. 185.

VIII. De scriptis Alexandri M. Regis Macedonum, & Catalogus scriptorum qui res gestas hujus Alexandri tradidere, tum de variis Alexandris qui Græce scripserunt. p. 203.

IX De Theophrasto Eresio ejusque scriptis editis & deperditis, de vulgatorum editionibus atque interpretibus, atque singillatim de Prisciano Lydo. p. 234.

2011 Ministerio de Cultura

X. De Harmonicis Ariſtoxeni , ſcriptisque ejus deperditis. Tum de ſcriptis Muſicis Ariſtidis Quintiliani, Bacchii, Dionyſiii , Alypii, Gaudentii & Manuelis Bryennii. Catalogus ſcriptorum de Muſica & Muſicis quæ vel perierunt vel MSta deliteſcunt in variis Bibliothecis. p. 257.

XI. Catalogus Philoſophorum Peripateticorum Ordine litterarum digeſtus, cum variis obſervationibus p. 271. & Anatolii inedita quædam p. 275. atque index ſcriptorum in Operibus univerſis Boethii allegatorum p. 283.

XII. De Hiſtoria LXX. Interpretum quæ ambulat ſub nomine Ariſteæ. De verſione ipſa LXX. ſenum & aliis Græcis librorum Veteris inſtrumenti interpretibus, Aquila , Symmachō, Theodotione, de verſione quinta, ſexta &c. De Hexaplis, Octaplis, tetraplis Origenis, de ejusdem Aſteriſcis & Obeliſcis quibus editionem LXX. interpretum in Hexaplis diſpunxit. Specimen Hexaplorum Caput primum Geneſeos Hebraice Hebræis Græcisque litteris dupliciter deſcriptum cum Græca verſione quadruplici , & aſteriſcis atque obeliſcis. De editionibus Luciani, Heſychii, Euſebii: latina Hieronymi de Græco, & Græca verſione Hieronymianæ de Hebræo translationis. p. 215.

XIII. Catalogus Philoſophorum Cynicorum, digeſtus ordine litterarum, cum variis obſervationibus. p. 360.

XIV. De Geometris quibusdam, Euclide præcipue ejusque ſcriptis editis ac deperditis, ac vulgatorum editionibus atque interpretibus, & index Scriptorum à Proclo in commentariis ad Euclidem allegatorum. p. 367. Num Euclides tractandus Theologo. p. 375.

XV. Catalogus Philoſophorum Stoicorum, digeſtus Ordine Alphabeti, cum variis obſervationibus. p. 386.

XVI. De Lycophrone Chalcidenſi ejusque Alexandræ editionibus atque interpretibus. De ſcriptis Lycophronis deperditis, & Index ſcriptorum in commentariis Tzetzæ allegatorum ex editione ſecunda Jo. Potteri Viri Clariſſ. p. 416.

XVII. De Theocrito & Græcis in eum ſcholiis , De Bionis Smyrnæi, Moſchi Syracuſiii , Simmiæ & Doſiadæ Rhodiorum ſcriptis editis ac deperditis, de ſcholiis Manuelis Holoboli Rhetoris qui temporibus Michaelis Palæologi & Andronici filii vixit : De inſcriptioni-

bus

2011 Ministerio de Cultura

bus Herodis ac Regillæ &c. Index ſcriptorum in ſcholiis ad Theocritum allegatorum. p. 428.
XVIII. De Arati Solenſis Poemate edito & Græcis in illud Scholiis, variisque ejus interpretibus atque editionibus. De ſcriptis deperditis Arati. De Leontio qui Sphæram ſcripſit. De Eratoſthene Cyrenæo ejusque ſcriptis editis ac deperditis. Index ſcriptorum in Leontii Sphæra, Scholiis ad Aratum, Hipparcho, Eratoſthene & ſcholiaſte Germanici allegatorum. p. 450.
XIX. De Callimacho ejusque ſcriptis & in eum ſcholiis editis ac deperditis, tum eorum quæ exſtant Callimachi poemata editionibus atque interpretibus. Indiculus ſcriptorum in ſcholiis Græcis ad Callimachum allegatorum. p. 479.
XX. De Manethonis Ægyptii Apotelesmaticis horumque editione, nec non de Ægyptiacis ejusdem & aliis ſcriptis deperditis. Tum de aliis Aſtrologis Apoteleſmaticis Græcis editis, Paullo Alexandrino & Hephæſtionis Thebani, Vettiique Valentis fragmentis. De Maximo, Jo. Laurentio Philadelphenſi Lydo & aliis Aſtrologis ineditis. Catalogus Aſtrologorum quorum nihil exſtat & eorum qui Aſtrologiam Apoteleſmaticam ſcriptis oppugnarunt. p. 494.
XXI. De Apollonii Rhodii Argonauticis eorumque Scholiaſte & editionibus atque interpretibus. Scripta ejusdem Apollonii deperdita & de aliis Apollonïis, tum index ſcriptorum in ſcholiis Græcis ad Apollonium allegatorum. p. 520.
XXII. De Archimedis Syracuſani, Apollonii Pergæi & Eutocii Aſcalonitæ ſcriptis editis atque deperditis, editorumque interpretibus atque editionibus, & de inventis Archimedis. p. 543.
XXIII. Edvvardi Bernhardi Viri Clariſſ. Synopſis Veterum Mathematicorum, Voluminibus quatuordecim comprehendendorum. pag. 564.
XXIV. De Athenæo Mechanico, Apollodoro Architecto, Philone Byzantio, Bitone, Cteſibio & variis Heronibus eorumque ſcriptis, de Ceſtis Julii Africani & libro Anonymi ſive Heronis tertii de toleranda obſidione. Franciſci Junii Catalogus ſcriptorum de re ſtatuaria ac pictoria. p. 587.
XXV. Ptolemæi Evergetæ I. monumentum Aduliticum cum Montfauconii Viri Clariſſ. verſione & notis. De Coſmographia Chriſtiana ſub Coſmæ Indicoplevſtæ nomine ab eodem Montfaucono edita

2011 Ministerio de Cultura

edita. Locus Photii de hac Cosmographia, qui doctissimum editorem fugit, illustratus. Index scriptorum in Cosmographia allegatorum, & Systema mundi ex mente hujus scriptoris, tabula in æs incisa delineatum. p. 603.

XXVI. De Nicandro ejusque scriptis editis ac deperditis, editorumque editionibus & interpretibus atque scholiastis & Eutecnio paraphraste inedito. Index scriptorum in scholiis Græcis allegatorum. De Andromacho & aliis Theriacon scriptoribus deperditis. Poeta Vetus de viribus herbarum sacrarum cum versione & notis nunc primum editis Viri Cl. D. Jo. Rendtorfii Hamburgensis. p. 617.

XXVII. De Apollodoro Athenienſi ejusque Bibliotheca & scriptis deperditis. De Antigono Carystio, Parthenio & Antonino Liberali. Indices scriptorum ab his allegatorum. De variis Apollodoris, Antigonis & Partheniis. 660.

XXVIII. E Francisci Vavassoris, Jesu Socii, libro de Epigrammate caput XVI. cum nonnullis observationibus de Anthologia sive floridis Epigrammatum Græcorum. De Corona Meleagri Gadareni. De collectionibus Philippi Thessalonicensis, Agathiæ Myrinæi, Constantini Cephalæ & quinta, quæ (nec integra tamen) edita est, Maximi Planudæ. De iis qui Epigrammata antiqua jam olim ex inscriptionibus & monumentis publicis collegerunt. De Editionibus & interpretibꝰ Anthologiæ, tum editionibus promissis Salmasii, Petri Menardi, & quæ brevi exspectatur Viri Cl. Jo. Clerici cum Hugonis Grotii latina versione. Catalogus trecentorum amplius Poetarum qui Epigrammata Græca condiderunt, cum variis observationibus. 681.

XXIX. De Jesu Sirachide & aliis scriptoribus sacris qui non fuere in Canone Hebræorum, primorumve Christianorum. De librorum illorum interpretibus. De Psalmo CLI. Psalterio Salomonis aliisque pseudepigraphis Propheticis, de quibus singularis liber promittitur Codici Apocrypho Novi Testament. respondurus. pag. 751.

XXX. De Polybio Megapolitano, ejus scriptis editis atque deperditis editorumque interpretibus. De Polybiis aliis. De Ænea Tactico. De Strategico Onosandri. Catalogus scriptorum aliorum Græcorum Strategicorum & de re militari, illorum quoque qui in Bibliothecis adhuc delitescunt, vel plane periere. 751.

2011 Ministerio de Cultura

XXXI. De Diodoro Siculo ejusque Bibliothecæ editoribus atque interpretibus. Auctores è quibus profecit. Catalogus Variorum Diodororum amplius triginta. 69.
XXXII. De Dionysio Halicarnasseo ejusque scriptis editis ac deperditis & eorum quæ exstant editionibus atque interpretibus. Index scriptorum ab hoc Dionysio allegatorum. Catalogus variorum Dionysiorum amplius sexaginta. 778.
XXXIII. De Epicuro & ejus scriptis. Catalogus Epicureorum & Cyrenaicorum, quibus accessere Mnesistratii. De Pyrrhone & Scepticis, quorum itidem, sed & Megaricorum sive Dialecticorum Catalogus subjicitur. De Evdæmonicis, Elpisticis & aliis hujusmodi sectis minoribus. De Eclectica Philosophia. 803.

In-

2011 Ministerio de Cultura

Indices ſcriptorum qui allegantur ab

Achille Tatio, Iſagoge in Aratum p. 105.
Antigono Caryſtio. p. 673.
Antonino Liberali. p. 679.
Apollodoro in Bibl. p. 664.
Athenæo Mechanico. p. 588.
In Boethii Operibus lat. p. 283.
Cleomede p. 105.
Coſmæ Topographia Chriſtiana p. 613.
Diodoro Siculo p. 770.
Dionyſio Halicarnaſſeo. p. 788.
Eratoſthenis Cataſteriſmis. p. 463.
Eutocio Aſalonita. p. 563.
Gemino Rhodio. p. 98.
Germanici ſcholiaſte lat. p. 463.
Hipparcho ad Aratum. p. 463.
Hygino, lat. p. 464.
Julii Africani Ceſtis. p. 597.
Leontio Mechanico p. 463.
Parthenio. p. 677.
Proclo commentariis in Euclidem p. 381.
In Scholiis ad Apollonium Rhodium. p. 533.
ad Aratum p. 463.
Callimachum. p. 490.
Lycophronem p. 424.
Nicandrum. p. 624.
Theocritum. p. 440.
Theone Smyrnæo. p. 102.

BI-

2011 Ministerio de Cultura

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER III.

DE SCRIPTORIBUS, qui claruerunt à Platone usque ad tempora nati CHRISTI, Servatoris nostri.

CAPUT I.

De Platone & ejus scriptis atque interpretibus.

Platonis nomen, ætas & vita. Alii Platones, circiter viginti. 1. *De dictione ac Philosophia Platonis, moreque tradendi per Dialogos.* 2. *Scripta Platonis genuina, recensita secundum ordinem Tetralogiarum Thrasylli, adjunctis variis observationibus & interpretum veterum recentiumque notitiâ.* 3. *Scripta Platonis dubia atque supposita.* 4. *Deperdita Platonis scripta.* 5. *Index Alphabeticus eorum qui in dialogis Platonis colloquentes inducuntur.* 6. *De editionibus operum Platonis Græcis, Latinis, Græcolatinis, & vernacularum linguarum aliqua vulgatis.* 7. *Scripta varia de Platone & Platonica Philosophia, in varias classes digesta & ordine recensita.* 8.

2011 Ministerio de Cultura

I.

PLATO (a) Aristonis & Perictyones F. è Colyttô pagô, Athe-

(a) Platonis nomen accepit à Socrate, ut Tzetzes affirmat, sive ut alii, ab Aristone Argivô Palæstritâ: vel (1) ob humerorum latitudinem Serv. in 6. Æneid. vel (2) ob latitudinem pectoris Sen. Epist. 58. ὅτι πλατύσωμος, Tzetz. Chil. 6. Hist 51. Chil 11. Hist. 390. πλατὺς τὰ στέρνα, Olympiodor. Hesych. illustris Suid. & Joh. Sarisberiensis VII. 5. policratici. Vel (3) ob latitudinem frontis, Neanthes Cyzic. apud Laërtium III. 4. Hesych. illustris, Olympiodor. vel (4) διὰ τὴν εὐεξίαν sive bonam *habitudinem corporis*, Alexander Polyhist. apud Laërtium, Apulejus de dogm. Platonis. Vel (5) propter πλατὺ sive copiosum atque apertum dicendi genus (*latitudinem* vocat Plinius lib. 1. Epist. 10.) Laërt. Hesychius illustris, Suid. Olympiodor. (6) Denique Timon in Sillis nomen Platonis perstrinxit, tanquam dictum à verbô πλάσσω, quod est fingere ac comminisci: ὡς ἀνέπλασε Πλάτων πεπλασμένα θαύματα εἰδώς. apud. Laërt. III. 26. Athenæum XI. p. 505. & Hesychium illustrem Sed & Antisthenes per convicium pro Platone dixit *Sathonem*, dialogum edens, ita inscriptum. Laërt. III. 35. & VI. 16. Athenæus V. 20. p. 220. XI. ult. p. 507. Repetitum antem Sathonis nomen ab obscœnô σάθη unde ἀνδροσάθης apud Hesych.

Fuere & alii Platones in veteribus monumentis memorati; ac sedecim hoc nomine observasse se indicat Jonsius p. 12. de scriptoribus Hist. Philosoph. licet quos, quôve in locô, non addit: Ecce verò (1) Plato priscæ commœdiæ Poëta. (2) Plato junior Poëta novæ Comœdiæ, idem Epigrammatum scriptor. De utroque dixi libro 2. in notitiâ Comicorum. (3) Plato Thebanus magister equitum, de quô Plutarch. lib. de genio Socratis f. 578. (4) Plato Peripateticus Aristotelis discipulus Laërt. III. 109. Joh Philoponus in 1. prior. Analyticor. (4) Plato Athenienses, Dux sub Alexandrô M. apud Curtium V. 7. 12. (6) Plato Cynicus, apud Laërtium in Diogene VI. 26. neq; enim probo conjecturam Barthii XLII. 19 (7) Plato Praxyphanis discipulus (ejusdem, ni fallor, de quô Laërt III. 8. & quem Epicurus auscultavit teste apud eundem X. 13. Apollodorô) Laërt III. 109. (8) Plato Sardianus Epicureus (diversus à superiore) de quô Cicero lib. 1. Epist. 2. ad Quintum fratrem. (9) plato ex Lycaonis Arcadum Regis filiis quinquaginta apud Apollodor. lib. 3. (10) Plato νομικὸς Ῥήτωρ Patria Gerasenus, Stephano Byzantino memoratus in Γέρασα. (11) Plato Stoicus Panætii discipulus Rhodius patria, teste Seleuco Grammatico apud Laërt. III. 109 (12 Plato Medicus, cujus catapotium refert Galenus lib. 7. de medicamentis καθ' ὁ τόπους T. 2. edit. Basil. p 264 (13) Plato, de quo inscriptio vetus apud Gruterum: M. ELPIDIUS PAMPHILUS PLATONI TATÆ SUO, BENEMERENTI FFCIT. Tata Varroni adud Nonium est *Pater*. Hoc loco videtur sonare senex Patris instar colendus. adde Martial. 1. 201. & Scaligeri Lection. Auson lib. 1. c 29. (14) Plato Martyr, Ancyræ sub Maximiniano, de quo Martyrologia ad 22. Jul. (15) Plato præfectus Urbi apud Victorem Tununensem in Chronicô, sub Consulatu Probi A C 513. Anastasii Imp. 13. (16) Plato Pater Johannis VII. Pontificis Maximi, natione Græcus, teste Platina in Johannis vita & Onufrio Panvinio in Chronico Rom. Pontificium ad A. 705. (17) Plato Abbas Monasterii Studitarum, cui sub Constantino Copronymo successit Theodorus Studites. Vide Acta Sanctor.

2011 Ministerio de Cultura

Athenienſis : primum avi ſui nomine dictus *Ariſtocles (b)*. Natus eſt ſex poſt Iſocratem annis, die VII. Thargelionis, Olympiad. LXXXVII. 3. *(c)* (ante Chriſtum CCCCXXX.) Archonte Apollodoro. Anno ætatis

A 2

ctor. T. I. Maji, Menologium Caniſianum 11. Nov. & 4. April. Baronium Ad. A. C. 795. T. 9. Annal. His ſi annumeres Platonem noſtrum jam habebis Platones non ſedecim, ſed duodeviginti. Prætereo recentiores, Platonem Tiburtinum qui Albategnii librum de ſcientiis ſtellarum & Sphærica Theodoſii Tripolitæ ex Arabico latine transtulit: Matthiam Platonem, gente Germanum, cujus meditationes de libro vitæ prodierunt Ambergæ 1619. 12. Sed ſi ad tam nova deſcendere volumus, nullus finis Platonum eſſet, ut rectè Marquardus Gudius in Epiſtola ad Menagium, cujus utriusque obſervationibus plerosque hoſce Platones debere me libens profiteor. Neſcio, ſitne hoc loco etiam à me afferendum, quod Eratoſthenes Cyrenæus dictus eſt δεύτερος ἢ νέος Πλάτων, teſte Svida : quod Alexander Seleucienſis Cilix ſub Antonino Pio clarus (de quo Philoſtratus in Sophiſtis) per ignominiam vocatus eſt Φιλοπλάτων, quaſi Plato quidam ex lutô conflatus ac compoſitus : Quod Philonem vel alterum vel ſecundum Platonem Judæum pronunciarunt Critici, ut tradit Hieronymus Epiſt. ad Magnum Oratorem, & tritum confirmat proverbium ἢ Φίλων πλατωνίζει ἢ Πλάτων Φιλωνίζει, quemadmodum viciſſim Plato Numenio apud Clementem I. Strom, p. 342. & Euſebium XI. 10 præparat. audit Μωϋσῆς Ἀττικίζων. Et quod Georgius Gemiſtus Platonis Zelo ſe vocari amavit Plethonem, ut ſaltim quam proxime ad nomen accederet Platonis, quod ex Manuele Peloponneſio & Georgio Chariandro retulit Allatius de Georgiis p. 383. 384. Quod denique Proſper Mandoſius in theatro Archiatrorum Pontificis Romani p. 70. narrat, Franciſcum Columbum Medicæ artis ſcientia clarum tanto amore proſecutum fuiſſe ſcripta ac Philoſophiam Platonis, ut eum ſemper in ore habuerit, & ipſe Platonis cognomentum tulerit, quo poſteri ejus per multum temporis fuerunt inſigniti.

(b) Pro Ariſtocle vitiosè legitur *Ariſtoteles* apud Sarisberienſem. VII. 5. Policratici, & Boëthium in lib. Ariſtotelis de interpretatione p. 309. quod è Laërtio III. 4. & 43, Sexto Empirico, ex Anthologia & aliis obvium eſt emendare. Pro Perictyone Platonis matrem Potonem nonnulli vocarunt teſte Laertio, quod Sororis nomen eſſe teſtatur Suidas è Laërtii III. 4. Amphictyonem vocat plus ſimplici vice Origenes contra Celſum, facili in præpoſitionibus ἀμφὶ & περὶ, ex quibus utrumque componitur permutatione, qualem & in aliis nominibus propriis memini me obſetvare. Quod verò ab Apolline compreſſam tradunt perictyonem, Ariſtone interim per ſomnium juſſo illa per decem menſes abſtinere, indeque natum Platonem, ut narrant ſcriptores à viris doctis laudati ad Laertii III. 2. perinde credat qui volet, ut apes mel in ejus admodum pueri os congeſſiſſe, quod ſcribunt Cicero 1. divinat. Plinius XI. 9. Valerius Max. I. 6. Aelianus 10. 21. Var. Fuerunt, qui Thebis natum eſſe Platonem traderent, in loco, cui nomen Cynocephalos. Vide Tzetzæ Chiliad. XI. hiſt. 390. Sed ſcriptores præſtantisſimi conveniunt patriâ Atticum fuiſſe.

(c) De die, quo in lucem editus fuit, conſtat teſtimoniis tum aliorum, tum maximè Plutarchi, qui VIII. 1. ſympoſ. teſtatur die VII. Thargelionis Genethlia Philoſophi celebrata, quæ Πλατώνεια videntur appellari Porphyrio in vita Plotini, ubi ſe carmen ſolenni illo die recitaſſe de ſacro connubio memorat apud Euſebium X. 3. præparat. A

Lon-

2011 Ministerio de Cultura

tis vigesimo, Olymp XCII. 3. Valere jussa Athletica, pictoria, & Musices (*d*) poëticesque studio, quibus hactenus operam dederat, atque ut Aelianus III. 27. Var. tradit, etiam militia, cœpit audire Socratem Philosophum, qui nocte priusquam ad se à patre deduceretur, vidit Cygni pullum (*e*) ex arâ quæ in Academia Cupidini consecrata fuit, volasse atque in gremiô suô resedisse : & posteà olorem illum pennis cœlum petiisse, canore musico auditus hominum Deorumque mulcentem. Addit Origenes (*f*) Platonem ipsum tertio se oculo auctum sibi visum. Socrate circa Olymp. XCV. 1. (*g*) defuncto, cum interim Cratylum Heracliti discipulum & Hermogenem Parmenidium (*h*) Philosophum sectatus esset, annos natus duo de triginta varias regiones adiit, Euclidem Megarensem (*i*) Theodorum mathematicum, tum Pythagoricos (*k*) Archytam, Philolaum, Eurytum, Timæum Locrum, Echecratem, Acrionem aliosque accessit, & Prophetas (*l*) Ægypti frequentavit, nomine

Longino quoque celebrata Πλατώνεια referuntur, etsi codices quidam in eo loco malè Πλωτίνεια referunt. Eodem die natus Carneades, & ut nonnullis traditum, Delius ipse Apollo, ἑβδομαγέτας inde appellatus: Pridie illius diei, ut supra observatum, Socrates Philosophus lucem vidit. De anno pugnant veteres scriptores. Ego secutus sum Athenæum, cui Plato natus Archonte Apollodoro, qui post Euthydemum fuit. Vide lib. V. Dipnosophist. p. 217. De aliis sententiis consulendi Chronologorum filii, & quæ notata viris doctis ad Laërtii III. 3. Gudioqne in Epist. ad Menagium. Thema natalitium Platonis è veterum scriptis profert Julius Firmicus lib. 1. Astrolog. *horoscopante aquario, sole in piscibus, luna in geminis* : quinto circiter die à novilunio. Falsum esse contendit Scaliger Præfat. ad Manilium, sed ibidem annus natalis Platonis (in editione saltim Manilii, quatuor Argentoratensi) vitiosè editur annus primus Olymp. LXXXIII. Nam ex Scaligeri notis in Chronicon Eusebianum constat eum scripsisse LXXXVIII. Vide etiam Caroli Patini dissertationem de numo, cujus una facie effigies Augusti Imp. altera exstat Platonis. Ut Plato *Philosophorum Homerus* vocatur à Cicerone, ita Virgilium *Poëtarum Platonem* dixit Alexander Severus, teste Lâmpridiô c. 31.

(*d*) In Musicis audivit Draconem Athenienscm & Metellum Agrigentinum teste Plutarcho p. 1136. de Musica.

(*e*) Apulejus de dogmate Platon. Laërtius III. 5. Pausanias in Atticis, Origenes 6. contra Celsum, Olympiodorus in vita Platonis: Tertull. de Anima c. 46. *Cygnus de sinu Socratis, demulcens homines, discipulus Plato est.*

(*f*) Origenes 6. contra Celsum p. 280.

(*g*) Supra lib. 2. c. 23. §. 30.

(*h*) Laërt. III 6.

(*i*) Laërt. II. 106.

(*k*) Cicero V. de finibus, Augustin. IV. 8. de Civ. Dei & III. 15. contra Academ. & Hieronymus Apologia contra Rufin.

(*l*) Eusebius XI. 8. præparat. observat Platonem tum in Ægypto versatum, cum Hebræi patria secundò pulsi Persis dominantibus in Ægypto degerent.

2011 Ministerio de Cultura

minetenus Sechnuphidem Heliopolitam. (*m*) Ex Ægypto reverſus Deliis expoſuit ſenſum oraculi (*n*) quod Græcos juſſit aram, quæ in Delo erat, cubica ratione duplicare. Inventum aliud Platonis de agro metiendo refert Vitruvius XI. 1. Ter adiit Siciliam (*o*) varia fortuna, & modò gratiam modò indignationem utriusque Dionyſii expertus. Rempublicam gerere noluit (*p*), conſiliis tamen adfuit Dioni & multis viris principibus: Archelao etiam Macedoniæ Regi chariſſimus, licet de eo non æque meritus præclare, (*q*) Philippum quoque Macedonem Perdiccæ primum commendavit, qui provinciæ ab hoc præfectus copiisque auctus regnum poſt ejus obitum invaſit.

II. Dictione uſus eſt peramœnâ, ut non defuerint, qui dicerent Jovem (*r*) ipſum, ſi Atticè verba facere vellet, non aliter locuturum, & Cicero in Oratore c. 3. Platonem appellet *non intelligendi ſolum ſed etiam dicendi graviſſimum auctorem.* Idea ſermonis ejus inter poëma & proſam media eſt, ut notavit Ariſtoteles apud Laertium III. 37. & licet abeſt à verſu, tamen quod incitatius fertur & clariſſimis verborum luminibus utitur, potius poëma putandum aliquibus viſum eſt, quam Comicorum Poëtarum, (*s*) apud quos, niſi quod verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. Apopthegmata quædam ejus refert Laërtius III. 38. ſq. præ cæteris narrans rogatum num & ipſe inſtar cæterorum Philoſophorum memorabile aliquod dictum eſſet ad poſteros transmiſſurus, reſpondiſſe, *prius eſſe opus, ut nomen ac celebritatem ſibi comparet; tunc enim futurum, ut facile quamplurima ipſius memorentur.* Dicitur idem gratias egiſſe Deo, quod homo non beſtia, (*t*) quod Athenis, & quod tempore Socratis natus eſſet.

Diem obiit ſupremum prætore Theophilo Olymp. CVIII. 1.

(*m*) Clemens 1. Strom. p. 303. Jeremiam quoque prophetam à Platone auditum ſcripſerat Auguſtinus II. 28. de doctrina Chriſtiana. Sed præter rem ſcripſerat, ut ipſe fatetur II. 4. retractationum. Cæterum fuere, qui occaſionem ſuſcipiendi in Ægyptum itineris Platoni fuiſſe ſcriberent, quod oleum ibi voluiſſet vendere, ut narrat Plutarchus in Solone p. 79.

(*n*) Plutarchus de geniô Socratis f. 579.

(*o*) Ad Laërt. III. 18. ſeq. Plutarchus *Dione*, Athen. XI. p. 507. Syncellus p. 259.

(*p*) Laërt. III. 23.

(*q*) Athenæus XI. p. 506.

(*r*) Ammianus XXII. ult. & ibi Valeſ.

(*s*) Cicero in Oratore c. 20. adde Themiſtii Orationes p. 319. edit. Harduini.

(*t*) Bælii Reſp. ad quæſtiones hominis è provincia T. 1. p. 138. Nov. Rep. lettr. 1703. T. 2. P. 561. Vide Lipſium ad Senec. Epiſt. 58.

2011 Ministerio de Cultura

CCCXLVIII. ante Christum, Philippi Maced. XIII. (*u*) anno (*x*) ætatis 81. Successore in Academia relicto *Speusippo*, septem annis ante natum Olympiade CIX. 3. Epicurum, ut Auctor Apollodorus apud Laërtium X. 15.

Primus *dialogos* & Analyticam Methodum philosophandi introduxisse quibusdam visus est, ut legas apud eundem Laërtium III. 24. Sed dialogorum inventorem negat Athenæus XI. p. 505. cum Alexamenes Tejus ante eum Socraticos dialogos ediderit, teste Aristotele ἐν τοῖς ποιητῶν, & Zeno Eleates dialogos scripserit prior. (Laërt. III. 48.) At expoliisse hoc genus scribendi Platonem, nemo dubitat. Confer, si placet, Caroli Sigonii librum de dialogo ad Joh. Moronum Cardinalem, Venet. 1562. & Lips. 1596. 8. & Georgii Paschii Professoris Kilionensis diatribam de usitata, veterum exemplo, ratione tradendi per dialogos. Kilon. 1700.

In naturali Philosopia Pythagoreos atque Heraclitum, in morali Socratem, in Dialectica Zenonem ac Parmenidem Eleatas sequitur. Confer, quæ viri docti ad Laert. III. 8. & quæ notavi supra lib. 2. c. 13. ubi inter Pythagoricos Platonem recensebam.

III. Scripta Platonis (*y*) persequar eo ordine, quo secundum *Thrasylli tetralogias* (vid. Laërtium III. 56. seq.) digesta leguntur in editione græca *Aldina & Basileensi:* Neque alium videtur amplexus fuisse Varro, qui libro VIII. de lingua lat. non nihil è Phædone Platonis proferens allegat

(*u*) Hermippus apud Laërtium III. 2.
(*x*) Laërtius III. 40. Athenæus V. p. 217.
(*y*) Quo facilius possit notitia de singulis scriptis à lectore repeti, adposui catalogum illorum alphabeticum, subjuncto numero unicuique secundum ordinem suum adscripto.

Acephalus 42.
Alcibiades I. & II. 13. & 14.
Alcyon. 41.
Anteræ 16.
Axiochus 43.
Charmides 18.
Clitopho 29.
Cratylus 5.
Critias 32.
Crito 3.
Definitiones 48.
Demodocus 45.
Epigrammata 37.
Epimenidds 47.
Epinomis 35.
Epistolæ 36.
Erixyas 40.
Euthydemus. 21.
Euthyphron 1.
Gorgias 23.
Hipparchus 15.
Hippias major & minor 25. & 26.
Hirundo 46.
Jon 27.
De Justo 50.
Laches 19.
De Legibus 34.
Lysis 20.
Magicarum institutionem lib. 51.
Menexenus 28.
Meno 24.
Midon 39.
Minos 33.
Parmenides 9.
Phæaces 44.
Phædo 4.
Phædrus 12.
Philebus 10.
Poëmata varia 52.
Protagoras 22.
De Rep. 30.
Sisyphus 42.
Socratis Apologia 2.
Sophista 7.
Symposium 11.
Testamentum 38.
Theætetus 6.
Theages 17.
Timæus 31.
De Vacca 51.
De Virtute 49.

2011 Ministerio de Cultura

legat Platonem in quarto. Consule Petrum Victorium XVIII. 2. Var. lect. Diversum ordinem secuti sunt alii, quorum sententias vide apud Laertium III. 50. & 62. Franciscum Patritium de Dialogorum Platonis Ordine, & Sam. Petitum IV. 2. Misc.

TETRALOGIA I.

I. ΕΥΘΥΦΡΩΝ ἢ περὶ ὁσίᾳ, πειραστικός. *De vera & falsa pietate*, sive de justitia adversus Deos. Hic dialogus est inter decem illos, quos *Andreas Dacerius* eleganter Gallicè vertit, & præmissa Platonis vita atque in Philosophiam ejus introductione edidit Paris. 1699. 12. hoc ordine: Alcibiades 1. & 2. Theages, Euthyphron, Apologia Socratis, Criton, Phædon, Laches, Protagoras, & rivales sive ἀντερασαί. Ante Dacerium *Maucroëus* (a) Gallice reddidit Euthyphronem, Hippiam & Euthydemum. Italicè Euthyphronem, Apologiam Socratis, Critonem, Phædonem, ac Timæum, transtulit notisque illustravit *Sebastianus Ericius*.

II. ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ, ἠθικός. *Socratis Apologia* ad Judices, contra accusationes Anyti, Melitique & Lyconis, Vide Laërtium II. 39. Ex quo disces falsos fuisse eos, qui cum Themistio Orat. XXIII. p. 269. accusationem Socratis à Polycrate scriptam putarunt eandem esse, qua Melitus & Anytus in judicio adversus Socratem usi sunt. Polycratis enim oratio (qua inprimis ille sibi placebat, teste Isocrate in Orat. de laude Busiridis,) scripta demum est pluribus post Socratis mortem annis, quia, ut probe observatum Favorino, in illa mentionem fecit murorum à Conone instauratorũ, quod factum est Olymp. XCVI. 1. Confer Jonsium de scriptoribus Hist. Philosophicæ p. 36. 37. Præter Platonem pro Socrate scripserunt Demetrius Phalereus, Galenus, Libanius, Lysias (b) (qui vivo Socrati apologiam pro eo scriptam exhibuit, sed ut illa uteretur, neutiquam potuit persvadere: Vide Menagium ad Laertium II. 40.) Plutarchus, Theon Antiochenus Stoicus, Xenophon & Zeno. Horum omnium scripta exceptis Libanii, Xenophontis & Platonis periere. Contra Colotæ Epicurei calumnias Socratem etiam tuetur Plutarchus p. 1117. Rectene Socrates se non defenderit in judicio, disquirit Maximus Tyrius diss. XXXIX. De Platonis Apo-

(a) Mr. de Maucroy dans ses œuvres de prose & de poësie T. 1.

(b) De hac pro Socrate Apologia videtur accipiendus locus Plutarchi lib de auditione p. 40. ubi ait platonem rescripsisse orationem Lysiæ, sive argumentum à Lysia in oratione tractatum de novo tractasse. Idem p. 45. Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίᾳ λόγον ὅτε κατὰ τὴν ἔυρεσιν ἐπαινῶν καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος, ὅμως αὐτῷ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ προγύλως ἕκαστον ἀπεστόρνυται.

2011 Ministerio de Cultura

Apologia diſerta licet & eleganter ſcripta Caſſius Severus apud Senecam patrem præfat. libri 3. Controverſ. *Eloquentiſſimi viri Platonis oratio, quæ pro Socrate ſcripta eſt, nec patrono nec reo digna eſt.* Non patrono quidem, qui ſciret Magiſtrum ſuum illa neutiquam indigere: Nec reo, qui iniquitatem inimicorum ſuorum indignam reſponſione habebat. Græcè ſeorſim prodiit Argentor. 1540. 4. & 1591. 8. cum præfatione *Mich. Boſchii* de Vita Platonis: Et cum verſione & ſcholiis *Eſromi Rudingeri* Norimb. 1591. 8. Initium hujus Apologiæ illuſtrat *Johannes Clericus* in arte Critica T. 1. p. 165. 196. Alium locum ingenioſe tentatum vide ſi placet in Ephemeridibus literariis Berolinenſibus A. 1698 p. 361. Gallicè Apologiam vertit poſt *Antonium Verderium*, qui verſionem ſuam memorat p. 81. Bibl. Gallicæ, & *Girium*, cumque notis edidit *Andreas Dacerius*, Italicè *Sebaſt. Ericius*, ut paulo ante in Euthyphrone dixi. Hieronymus quoque Cardanus accuſationem Socratis ſcripſit, idem, qui volumine ſingulari laudavit Neronem. Cardano pro Socrate reſpondit Georgius Raphelius, Hamburg. 1696. 8.

III. ΚΡΙΤΩΝ ἢ περὶ πρακτέου, ἠθικός. *De eo quid agendum*, Socratis in carcere ex ſomno excitati cum Critone diſputatio. Inſcribitur etiam in editionibus, περὶ δόξης ἀληθοῦς καὶ δικαίου, & egregiè docet vulgi opiniones contemnere, calamitates ferre patienter, inimicos non ulciſci, animo eſſe erecto ad ſola honeſta & æterna. Eſt & hic dialogus inter eos, quos præter *Girium* Gallice vertit & notis illuſtravit *Andreas Dacerius*. Italicè *Sebaſt. Ericius*. Græcè Gorgias & Crito ſeorſim excuſi ſunt Argent. 1541. 4.

IV. ΦΑΙΔΩΝ ἢ περὶ Ψυχῆς, ἠθικός. *De animi immortalitate*, quam variis argumentis confirmat, licet fatetur planè certam demonſtrationem afferri in præſenti vita vel plane non poſſe, vel difficillime poſſe, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον ἢ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι, *niſi detur firmius ſecuriusque niti divino aliquo teſtimonio.* Hunc Dialogum Platoni fruſtra abjudicaſſe traditur *Panætius* Stoicus, cujus ſententiam eleganter refellit Epigramma lib. 1. Anthologiæ c. 44. p. 94. Εἰς τὸν Φαίδωνα διάλογον Πλάτωνος νοθευόμενον ὑπὸ Παναιτίου.

Εἴ με Πλάτων ἀγράψε, δύω ἐγένοντο Πλάτωνες
Σωκρατικῶν ὁάρων ἄνθεα πάντα φέρω.
Ἀλλὰ νόθον μ' ἐτέλεσσε Παναίτιος, ὅς ῥ' ἐπάλασσε
Καὶ ψυχὴν θνητὴν, κἀμὲ νόθον πλέσαι.

Nempe Panætius à Platone de animæ immortalitate diſſentiebat, ut auctor

2011 Ministerio de Cultura

ctor etiam Cicero 1. Tusc. qu. Ait igitur Poeta non mirum esse, si Phædo Platonis in dubium vocetur eb eô, qui ipsam negavit animorum immortalitatem. Sed fortassis falsus est Poeta, nec rectè cepit, quod apud Laertium II. 64. legas à Panætio solos tanquam genuinos Socraticos admissos dialogos, quos edidissent Plato, Xenophon, Antisthenes, Aeschines: De Phædonis & Euclidis addubitatum, reliquos universos rejectos. Ex quibus verbis perspicuum est, Panætium non in dubium vocasse Phædonem Platonis, sed dubitasse, an dialogi à Phædone & Euclide editi verè Socraticorum nomen mererentur. Scripsit autem Phædo Eliensis teste eodem Laertio II. 109. dialogos Zopyrum, Simonem & forte alios, sed de quorum auctore ambigebatur, Niciam, Medum, Antimachum sive Senes, & Sermones Scythicos. Cæterum hunc, de quo in præsenti agimus, dialogum Platonis Phædo ipse legit teste Athenæo lib. XI. p. 505. & negavit, se quicquam ejusmodi dixisse, qualia à Platone locutus fingatur. Idem Cicero, ne alios jam nominem, sine controversia adscribit Platoni. *Platonis*, inquit, *liber, qui est de animo, is alio nomine Phædon dicitur.* lib. 1. Tusc. qu. Et licet inter *Aeschinis* Socratici dialogos quoque fuit Phædo, si Suidæ credimus, falso sæpè atque incerto testi: Platonis tamen nomine hunc omnes laudant, Christiani præcipue scriptores, Tertullianus, Origenes, Eusebius & alii: Sed Ethnici quoque, græci & latini. Notum prætereà vel ex Flori IV. 2. 71. quod *Cato* antequam mortem sibi conscisceret, lecto noctu ad lucernam Platonis Phædone paululum quievit: tum circa primam vigiliam stricto gladio revelatum manu pectus semel iterumque percussit. Plures scriptores eandem rem narrantes, in notis ad Florum laudarunt Johannes Camers & Freinshemus. Simile quid apud Ciceronem, Lactantium, Hieronymum, Augustinum & alios legitur de *Cleombroto*, quem Α'μβρακιωτικὸν μειρακιον vocat Georgius Pachymeres in diatriba de sex Philosophiæ definitionibus. In eum exstat Callimachi Epigramma lib. 3. Anthолog. c. 33. quod occurrit etiam apud Sextum Empiricum p. 10. contra Mathemat. Ammonium Hermeæ in Porphyrii Isagogen p. 6. alterum Ammonium in γράμμα & Theodosium Alex. in scholis ineditis ad Dionysiũ Thracem, ubi Cleombroti facto, qui post lectum Platonis librum de muro se præcipitavit (sive ut Callimachus ait, ἥλατο εἰς ἀΐδην, *desiliit in mortem*, Sen. Epist. 77.) oppositum legas judicium *Olympiodori* Philosophi, qui affirmavit jam pridem se è vita excedere voluisse, nisi de statu animæ ex Platonis Phædone certior redditus fuisset.

2011 Ministerio de Cultura

Εἰ μὴ γράμμα Πλάτωνος ἐμὴν ἐπέδησεν ἐρωὴν,
Ἤδη λυγρὸν ἔλυσα βίου πολυηδέα δεσμόν.

Paulino tamen judice, carmine adversus paganos v. 38. Platonis de anima liber *præter titulum nil certi continet intus*. Certe ne Aristoteli quidem persvasit, si credimus Theodorito lib. 5. Θεραπευτ.

Olympiodori hujus commentarius in Phædonem MS. exstat in variis Bibliothecis.

Procli in Phædonem intercidit, & latina *Apuleji* versio.

E recentioribus Phædonem illustravit *Sebastianus Foxius*, cujus commentarius vulgatus est Basileæ 1566. fol. Gallicè cum notis edidit *Andreas Dacerius*. Italicè *Sebast. Ericius*. Nec prætereundum *Danielis Heinsii* Poëma eximium de contemtu mortis, cujus argumentum magnam partem petitum è Platone. Dum autem Plato immortalem animam esse defendit, ex altera parte incidit non modo in falsum dogma de animabus ante corpora præexistentibus, & de μεσεμψυχώσει quam recidivatum & reciprocum discursum animarum appellat Tertullianus: Sed & in alium incucurrisse videtur errorem haud levem, quod immortalitatem hanc, atque ut ita dicam, indestructibilitatem superstruxit dogmati de ἀυτοκινησία animæ, unde sequatur illam æternum esse & increatum motus principium, * quod soli Deo proprium est. Vide Joh. Baptistam Crispum de Philosophis caute legendis distribut. I. lib. 1. & P. Baylii librum Gallice editum sub titulo responsionis ad quæstiones cujusdam hominis è Provincia Tomo I. c. 12. Usq; adeo abest Plato ** & abfuit procul ab Epicuri opinione, animum nostrum natura mortalem sta-

* Huc spectat illud Arnobii lib. 2. p. 47. *Animus qui immortalis vobis* (necessitate nimirum essentiæ qua ratione solus Deus habet immortalitatem 1. Tim. VI. 16. non Dei conditoris voluntate immortalem ipsi naturam tribuentis) *& DEus esse narratur.* Rectius idem plato in Timæo: Θεοὶ Θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρτε ἔργων ἃ δὶ ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦγε θέλοντος.

** Platonem veluti suæ sententiæ faventem allegat Dodvellus in Dissertat. Epistolica Anglice edita Lond 1706. 8. de anima per naturam mortali p. 22. 59. 96. & in præmonit p. 21. Sed adversarium ipse agnoscit p. 33. 60. & 66. ut probe observavit Sam. Clarke Epist. ad Dodvvell p. 25. Sane in Timæo etiam, ubi nihil non extra Deum, atque adeo animas quoque natura dissolubiles docet plato, hoc neutiqnam eo sensu intelligit, quasi à Deo non ipsis data fuisset natura immortalis, quæ Viri Clarissimi sententia est, opinantis in solis illis, quibuscum fœdus iniit Deus, animos ab ipso post fata conservari, præter naturam illarum, per ipsius omnipotentiam ad pœnas infligendas, vel per spiritum Christi in baptismo impertitum & ab anima hominis distinctum ad vitæ sempiternæ perfruitionem. platonis contra Timæus animas dissolubiles fuisse innuit, nisi Deus qui eas progenuit universas immortales esse jussisset.

2011 Ministerio de Cultura

ſtatuente, quam utinam hominibus incruſtandam nuper reliquiſſet doctiſſimus & præſtantiſſimus Dodvellus.

TETRALOGIA II.

V. ΚΡΑΤΎΛΟΣ ἢ ϖερὶ ὀνομάτων ὀρθότητ⟨ϖ⟩, λογικός. Uterque titulus hujus dialogi exſtat etiam apud Suidam in ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Agit *de recta nominum ratione*, utrum φύσει an θέσει rebus impoſita fuerint, & diſputat quædam ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως eſſe ἢ τῆς τῶν ἀνθρώπων. In Etymologiis non rarò infeliciter verſatus eſt Plato, ut obſervatum Ægidio Menagio ad Laërtium, qui Origenes linguæ græcæ edere voluit & c. 76. Anti Bailleti teſtatur ſe vix ſex bonas Etymologias reperiſſe, cum ſimili ſtudio Platonicas examinaſſet, quo Joſephus Scaliger Varronianas. Idem p. 149. ad Laërtium: *Platonis in Cratylo ſunt fere omnia Pſeudetyma, pace tanti viri liceat dixiſſe: ſed de his alibi.* Seorſim excuſus Philoſophi Cratylus græcè & latinè 1527. Argentorat. 1541. 4. Gallicæ ſuæ translationis meminit *Antonius Verderius* Bibl. Gallicæ p. 81.

Procli Commentarius ſive ſcholia MSS. exſtant in variis Bibliothecis, ut alibi dixi.

VI. ΘΕΑΊΤΗΤΟΣ ἢ ϖερὶ ἐπιϛήμης, πειραϛικός. De ſcientia, ſive adverſus falſo jactatam Sophiſtarum ſcientiæ comparandæ rationem: & veræ Philoſophiæ ſtudium propter ipſorum vanitatem, avaritiam, imperitiamque ac fraudes non eſſe negligendum. Inter alia in hoc dialogo perſtringuntur obſcura ſcripta Heracliti & Philoſophi Heraclitei, ut in Phædone ſcripta Anaxagoræ.

Procli commentarius in Theætetum intercidit, nec minus *Luperci Berytii* liber ϖερὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρύονος. Ad verba in Theæteto p. 77. edit. Baſil. Φαινόμεθά μοι ἀλεκτρύονος ἀγενὲς δίκην ϖρὶν νενικηκέναι, ἀποδήσαντις ἀπὸ τοῦ λόγου ἆδειν.

Locum ex Theætetô, quo Socrates confert Philoſophum cum viro civilibus adſtricto negotiis *Florus* gallicè transtulit *Claudius (Fleury)* ad calcem libri de delectu ac methodo ſtudiorum.

VII. ΣΟΦΙΣΤΗΣ ἢ ϖερὶ τοῦ ὄντ⟨ος⟩, λογικός. *De Sophiſta*, quod ita differat ejus doctrina à vera ſapientia, quemadmodum res falſa à vero ente. Conferenda elegans Themiſtii Oratio IV. (in Harduini edit. XXIII.) qua Platonica κρίσεις Sophiſtæ ſibi non convenire diſputat.

2011 Ministerio de Cultura

Porphyrii commentarii * Boethio laudati interciderunt. Latina *Petreji Tiaræ* versio prodit Lovanii 1552. 8.

VIII. Πολιτικὸς ἢ περὶ βασιλείας, λογικός. *De prudentia politica, ac de regno,* ejusque origine, fine, & quod Rex debat esse Pater ac Pastor populorum.

TETRALOGIA III.

IX. ΠΑΡΜΕΝΊΔΗΣ ἢ περὶ ἰδεῶν, λογικός. Subtilis dissertatio *de ideis* & essentia rerum intelligibili. Fingit Parmenidem cum Socrate confabulantem, licet hoc temporum rationi adversari notavit Athenæus lib. XI. p. 505. & Macrobius lib. 1. c. 1. Saturnal.

Exstat *Procli* Commentarius MS. Asclepiodoto inscriptus, & *Damascii*, teste Gesnero in Bibl. & Labbeo Bibl. nova MSS. *Marini* periit, & *Firmi* Castricii quoque ac *Galeni*, ut è Damascio in vita Isiodori apud Photium p. 571. edit. Hœschelii colligo. Sane Galenus scripserat libros tres πρὸς τὰς ἑτέρως ἢ Πλάτων περὶ ἰδεῶν δόξαντας, ut ipse testatur de libris propriis T. 4. p. 368. Cæterum fallitur Menagius ad Laert. III. 58. affirmans Marinum putasse hunc dialogum inscribendum περὶ θεῶν non περὶ εἰδῶν. Potius sensus est Marinum adversus Procli sententiam contendisse, quod Platonis Parmenides non sit interpretandus περὶ θεῶν sed περὶ εἰδῶν. Ita Suidas & Photius. *Scipionis Agnelli* disceptationes de ideis, in tres libros distributæ, viderunt lucem Venetiis 1615. 4. Consule etiam, si placet, quæ de ideis ex Platonis mente disputat Seneca Epist. 58. & 65.

X. ΦΊΛΗΒΟΣ ἢ περὶ ἡδονῆς, ἠθικός. *De Voluptate*, quod nec in illa bonum hominis consistat, nec in *Φρονήσει*, sed in utriusque communicatione cum summo bono Deo.

Galeni liber περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων, tum *Eubuli* & *Procli* commentarius intercidit, nec minus *Marini* ab auctore ipso flammis traditus. Exstat *Olympiodori* commentarius MS.

XI. ΣΥΜΠΌΣΙΟΝ, ἢ περὶ ἔρωτος, ἠθικός. *Convivium* sive *de Amore.* Ità vulgo hic dialogus inscribitur, tum in editionibus, tum apud Laertium, licet verum titulum Platonici Symposii esse περὶ ἀγαθοῦ *de bono* contendit Lambecius lib. VII. de Bibl. Vindob. p. 2. Sane de Amore tota est disputatio, quod per se nec bonus sit nec malus; optimus autem in bona ac divina unice feratur. Athenæus lib. 1. Dipnosophist. observavit numerum convivarum duodetriginta. Plures Anachronismos

* Vide Holsteuium in Porphyrii Vita p. 54. cap. VI.

2011 Ministerio de Cultura

mos in convivio Platonis notavit Aristides Oratione II. Platonica T. 3. p. 475. 476. & Athenæus V. p. 187. 192. 216. seq. Confer Causabonum ad Athen. V. 18. Aristophanem in eo Comice suggillatum, atque adeo sui in Comœdia profectus specimẽ editum à Platone, tradit Olympiodorus in vita ipsius p. 585. Diophanis defensio pro Alcibiade in Platonis Symposio memoratur à Porphyrio in Plotini vita c. 15. Cæterum apud antiquos vulgati moris fuisse in conviviis eruditas ventilare quæstiones, antequam psaltriarum, citharistriarum & saltatricum usus in illis obtineret, notatum post alios Apostolio VIII. 3. proverb. Latine vertit Symposium Platonis *Janus Cornarius* Basil. 1548. 8. Gallicè, additis etiam commentariis *Lud. Regius* Paris. 1569. 4. *Johannis Pici* Mirandulani in Platonis Covivium, sive potius in Hieronymi Beniveni carmen ad Platonis mentem compositum, libri III. Hetrusca lingua scripti leguntur inter Pici opera.

XII. ΦΑΪΔΡΟΣ, ἢ περὶ τοῦ καλοῦ, Ἠθικός. *De pulchro falso ac vero*, ejusque amore, contra Lysiam. Vide Laertium III. 25. qui sect. 38. ex Aristoxeno refert, hunc primum fuisse ex iis, quos Plato scripsit, habere enim quæstionem in illo propositam nonnihil μειρακιώδες, sive juvenile. Eodem in loco Dicæarchus dicitur scribendi characterem in præsenti dialogo ὡς φορτικὸν sive vehementionem reprehendisse, siquidem, ut Olympiodorus auctor est, totus spirat dithyrambum. Ita enim in Platonis vita: Ὅτι τοὺς Διθυράμβους ὁ Πλάτων ἤσκητο, δῆλον ἐκ τοῦ Φαίδρου τὸ διαλόγου πάνυ νεόν τε καὶ τοὺς διθυραμβώδους χαρακτῆρας, ἅτε τοῦ Πλάτωνος τοῦτον πρῶτον γράψαντος διάλογον, ὡς λέγεται. Nonnullas etiam descriptiones ut alienas & supervacuas taxat Plutarchus in Erotico. Utrum Dicæarhus librum scripserit Φαίδρου περισσά, in quo superflua & φορτικὰ Phædri notaverit Platonici, ut conjiciebat Simeo Bosius ad Ciceronis XIII. 39. ad Atticum, & Menagius p. 152. ad Laertium, valde incertum esse arbitror, & Reinesius III. 3. Var. Lect. putavit à Tullio potius respici Phædri Epicurei librum περὶ Θεῶν, qui Phædrus memoratur apud eundem Cic. 1. de legib. & 1. de fin. Porro Athenæo judice lib. XI. p. 505. Phædrus Socratis ætate vivus esse non potuit, ne dum ab illo amari; Sed ejusmodi anachronismos jam plures in Platone observatos annotavi. Alii quædam in Phædro minus caste ac pudice dicta carpere non dubitarunt, è quibus illustris Nicolsonus in collatione cum Deista Anglice edita part. 2. p. 44. *A man finds there* (in the Phædrus of Platon) *so much of the* ἐρῶν *and the* ἐρώμενον, *with such odd allusions tho that execrable vice, that one had need of a very vertuous thoughts and a very charita-*

2011 Ministerio de Cultura

ble mind to allegorize all the ſtrange metaphors of that diſcourſe into à chaſt meaning. Phædri amores Platoni objectos notat etiam Laertius III. 29. & 31.

Procli commentarius in Phædrum, cujus meminit V. in Timæum p. 329. intercidit.

Hermiæ ſive Hermeæ Ammonii commentariorum libri III. MSti exſtant in variis Bibliothecis. Locum ex illis profert Allatius c. 8. vitæ Homeri, & alibi. Rhetorica præcepta & de Rhetoribus antiquis judicium ex Phædro Platonis excerpſit & latine retulit *Beſſarion* lib. 1. in calumniatorem Platonis c. 4. Platonicam de amore honeſto doctrinam illuſtrat præter alios *Leo Hebræus* tribus dialogis, qui ex Italico in alias quoque linguas translati leguntur, ut latinam, tum Gallicam à Dionyſio Sylveſtro Lugd. 1551. 8. &c.

TETRALOGIA IV.

XIII. ΑΛΚΙΒΙΆΔΗΣ *á* ſive Ἀλκιβιάδης ὁ μείζων, ἢ περὶ Φύζεως ἀνθρώπε, *de natura hominis*, Μαιευτικός. Re ſpicit Meletius, cum in libro ejusdem argumenti Socratis librum περὶ Φύσεως ἀνθρώπε memorat. Σωκράτης δὲ ἐτυμολογίας μᾶλλον μορίων καὶ ὀνομάτων ἐν τῷ περὶ Φύσεως συντάγματι αὐτῦ ὡς Γραμματικὸς, ἢ Φιλόσοφος συνετάξατο. In hoc dialogo contendit Plato animum hominis eſſe hominem, corpus inſtrumentum animi. Confer. Simplicium præf. ad Enchiridion Epicteti p. 5.

Ex *Procli* commentario, qui deſinit in verbis Platonis p. 219. ſeq. edit. Baſil. ἆδεν ἄρα τῶν καλῶν, καθόσον καλὸν, κακὸν, ἆδὲ τῶν αἰσχρῶν καθόσον αἰσχρὸν, ἀγαθόν, & græce adhuc ineditus occurrit in variis Bibliothecis, fragmenta latine vulgavit Marſilius Ficinus.

Olympiodori commentarius MS. allegatur non uno loco à Rigaltio ad Onoſandrum & à Sam. Petito IV. 2. Miſc. ubi ex eo profert locum, quo Alcibiadem primum omnibus reliquis Platonis ſcriptis præmittendum contendit. Uterque, Proclus & Olympiodorus, è legato Holſteniano exſtat manu exaratus in Bibliotheca hujus urbis Johannea. Uterque *Jamblichi* etiam commentarium laudat, Olympiodorus præterea *Damaſcii & Harpocrationis*. *At Joh. Baptiſtæ Camotii* ineditum commentarium habuit Naudæus, teſte Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 233. Gallice Alcibiadem priorem vertit *Tan. Faber* & notis illuſtravit A. 1666. & *Andreas Dacerius* A. 1699. 12. Pariſ.

XIV.

2011 Ministerio de Cultura

XIV. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ β', ἢ περὶ εὐχῆς, μαιευτικός. *De voto* sive *precibus ad Deum*, quod plerique nesciant quid orent, atque imprecentur sibi mala imprudentes, unde vehementer probat versus Poetæ, qui exstant & in Anthologia lib. I. c. 31.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπάλεξον.
Da bona, sive rogere Deus, seu nulla rogere:
At mala, quantumvis poscentibus, usque negato.

Non minus laudat Lacedæmoniorum formulam, τὰ καλὰ ΔΗ τοῖς ἀγαθοῖς ΔΕΣ Θεὸς διδόναι αὐτοῖς, *ut honesta sibi ac bona largirentur Dii.* Neque vero Deum in precibus respicere pompam & munera, sed animum justum purumque sceleris.

A nonnullis *Xenophonti* esse tributum hunc dialogum, ex Athenæi XI. p. 506. testatur Muretus Orat. 6. *Antistheni* quoque suppositus dialogus quidam Alcibiades fuit à *Pasiphonte* Eretrico, ut est apud Laertium II. 61. ubi & inter *Aeschinis* dialogos Alcibiades recensetur, ex quo locum affert Aristides Orat. 1. Platonica p. 35. Inter *Euclidis* quoque Megarici dialogos *Alcibiades* fuit, ut testatur Laertius II. 108. Cæterum utrumque Alcibiadem sine controversia Platoni tribuit Laertius III. 51. & 59. è Thrasyllo. Gallice & hunc vertit *Andr. Dacerius.*

XV. ΙΠΠΑΡΧΟΣ ἢ Φιλοκερδὴς *de lucri cupiditate*, ἠθικός. Male editiones quædam περὶ Φιλοκερδῶς. Ex hoc dialogo cum nonnulla attulisset Aelianus VIII. 2. Var. Hist. subjungit: λέγει δὲ Πλάτων ταῦτα, εἰ δὴ ὁ Ἱππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι. Ita legendum recte monuit Gesnerus & ad Phædrum p. 10. Tan. Faber, assentientibus Schefero, Kuhnio, & Perizonio, licet editi & manu exarati codices miro consensu addunt, sed inepte profecto vocabulum μαθητής. Docet in hoc dialogo Socrates Lucripetam quemlibet lucro velut bono alicui inhiare, sed illud demum laudandum esse lucri studium, quod non falsam lucri speciem captet & appetat, sed ejusmodi lucrum prosequatur, quod verè sit utile ad finem & summum boni consequendum. Hipparchus juvenis Athenienſis, qui cum Socrate colloquens hic inducitur, diversus est ab Hipparcho Pisistrati F. de cujus studiis literarum & cæde per Harmodium & Aristogitonem, Ol. LXVI. 4. perpetrata adsperguntur hic quædam alibi non obvia. *Gallice* Hipparchum Platonis & Axiochum vertit *Steph. Doletus* Lugd. 1544. 12.

XVI. ΑΝΤΕΡΑΣΤΑΙ (Ita Laërt. III. 4. pro quo in vulgatis ἐρασταὶ & in ipso dialogo) ἢ περὶ Φιλοσοφίας, ἠθικός. *De Philosophia*, quod non

2011 Ministerio de Cultura

non ſit proletaria cognitio variarum artium, adverſus neſcio quem, qui in hanc ſententiam acceperat illud Solonis:

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Commendat Socrates inter alia inſcriptionem Delphicam, quæ præcipiebat *σωφροσύνην ἀσκεῖν καὶ δικαιοσύνην.*

Gallice vertit *Andreas Dacerius.*

TETRALOGIA V.

XVII. ΘΕΑΓΗΣ, *ἢ περὶ σοφίας, μαιευτικός. de Sapientia*, cujus ſtudioſus Theages Demodici F. Socrati in diſciplinam dari ſe cupit, & à Socrate convincitur, quid Sapientia ſit, ignorare, neque ſapientiam doceri à ſe, niſi dæmonio ſuffragante, poſſe.

Gallice vertit *Andreas Dacerius.*

XVIII. ΧΑΡΜΙΔΗΣ *ἢ περὶ σωφροσύνης, πειραστικός.* Peramœnus, qui poſt pugnam ad Potidæam habitus fingitur cum Charmide adoleſcente & Critia, *de temperantiæ natura & definitione.*

Latine vertit præter Ficinum, Cornarium, Serranum, *Angelus Politianus.*

XIX. ΛΑΧΗΣ, *ἢ περὶ ἀνδρίας, de Fortitudine, μαιευτικός.* Diſputat amorum diſciplinam juvenibus honeſtis eſſe parum dignam, deinde diſquirit de fortitudine, quid ſit, vel potius, quid non ſit.

Gallice vertit *Andreas Dacerius.*

XX. ΛΥΣΙΣ, *ἢ περὶ φιλίας. De Amicitia, μαιευτικός.* Hunc dialogum cum recitari audiſſet Socrates, adeoque illo adhuc ſuperſtite (ante Ol. XCV. 1.) editum, exclamaſſe fertur, proh Dii immortales, quam multa de me mentitur adoleſcens. Laert. III. 35. Hinc Julius Cæſar Scaliger p. 13. Poem.

Vix unum verbum multis ex millibus ajunt
Quæ poſuit (Plato) de Socraticis exiſſe faviſſis.

Cæterum in hoc dialogo docet Plato, Deum ipſum eſſe veræ amicitiæ conciliatorem, neque illam reperiri niſi inter bonos, in quibus ſolis intercedit ſimilitudo. Gallice Lyſidem Platonis cum Ciceronis Lælio & Luciani Toxari edidit *Blaſius de Vigenere* Pariſ. 1579. 4. Ante Vigenerium verterat Gallice *Bonaventura des Periers*, (*Pererius*) inter cujus opuſcula legitur Lugd. 1544. 8.

TETRALOGIA VI.

XXI. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ *ἢ ἐριστικός, contentioſus, ἀνατρεπτικός.* In hoc

2011 Ministerio de Cultura

hoc dialogo Socrates Euthydemum & fratrem hujus, ætate provectiorē, Dionysodorum, patria Chios, domicilio Thurios, pollicitos docere virtutem, tantummodo Sophisticis interrogatiunculis auditores suos ludere ac suspendere notat. Docet idem bonum esse non divitias, libertatem, eruditionem, honores, potentiam, quin imo ne immortalitatem quidem, sed sapientiam recte his utendi. Hanc esse τέχνην βασιλικήν.

XXII. ΠΡΩΤΑΓΌΡΑΣ, ἢ Σοφισαί, ἐνδεικτικός. Laudatur Gellio V. 3. In hoc dialogo Paralus & Xanthippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora differunt, secundo adventu Athenis morante Olymp. XC. 1. quos multo ante infamis illa pestilentia Athenis absumpserat, ut notatum Macrobio lib. 1. Saturnal. c. 1. & Athenæo lib. XI. p. 505. ubi refert Protagoram lecto hoc dialogo, dixisse, Platonem optime novisse ἰαμβίζειν h. e. criminari. Aliis objectionibus Athenæi lib. V. p. 218. quas probat Casaubonus V. 18. p. 386. respondere conatur *Andreas Dacerius*, qui Protagoram gallice transtulit. Inducitur autem Protagoras Abderites Sophista celebris, promittens Hippocratem Appollodori F. qui ei se in disciplinam dare volebat, artem civilem docturum; sed Socrates negat posse doceri virtutem, Θεόδοτον boni ac veræ voluptatis scientiam, cujus unius defectu peccant, quiqui peccant. Eleganter quoq; explicatur dictum Simonidis, ἄνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπόν, minusque probabile dictum Pittaci, χαλεπὸν, ἐσθλὸν ἔμμεναι.

Latina *Ciceronis* versio, cujus sæpe meminit Priscianus & Hieronymus, periit. Inter Critonis quoque dialogos Protagoras fuit, teste Laertio, II. 121.

XXIII. ΓΟΡΓΙΑΣ ἢ περὶ Ῥητορικῆς, *de Rhetorica*, ἀνατρεπτικός. In hoc dialogo Socrates cum Gorgia & Polo Rhetore disputans, postquam contendisset Rhetoricam nihil aliud esse quam artem persuadendi in foro, cæterisque cœtibus, non docendo accurate rei naturam, sed fidem qualemcunque faciendo oratione, δημιουργὸν πειστικῆς (ita pro πιστευτικῆς legit Sextus 2 contra Mathemat. p. 64.) ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς, contendit eam parum esse utilem artem aut præclaram, sed malam potius κολακείαν corruptricem Πολιτικῆς, nisi ad justum & bonum referatur: usum videlicet quendam & peritiam venustatis in dicendo ad voluptatem audientium, & ornandas oratione causas injustas, itaque pari passu ambulare cum Sophistica, ὀψοποιητικῇ & fucatoria sive κομμωτικῇ, quæ & ipsæ voluptatem sectentur solam, corrumpantque νομοθετικὴν & Medicam artem ac Gymnasticen. Contrà adversus Calliclem probat nihil utilius esse studio Philosophiæ ac virtutis, & hanc veram artem civilem

2011 Ministerio de Cultura

à ſe exerceri ſolo, vel cum paucis aliis. Laudat Gellius, quem vide X. 22. & Cicero, affirmans Platonem in Oratoribus irridendis Oratorum ſummum videri.

Agricola quidam Corinthius, cum in Gorgiam Platonis incídiſſet, agrum vitesque deſerens animum ſuum excolendum Platoni deinceps dedit, ut narrat Themiſtius Orat. XXIII. p. 295.

Gorgias ipſe quidem, lecto hoc dialogo, dixit ſe nihil ejusmodi vel audiviſſe à Socrate, vel ad Socratem locutum eſſe, teſte Athenæo lib. XI. p. 505. Idem Gorgias Platonem vocavit νεόν Ἀρχίλοχον, ac ſi dicas aliorum criminatorem. At Athenæum, qui eodem loco Chronologicam hallucinationem commiſſam Platoni objicit, caſtigat Petavius IX. 39. doctrinæ temporum. Confer Caſaubonum V. 18. ad Athenæi p. 217. Prodiit Gorgias Platonis ſeparatim græcè Argentorat. 1541. 4.

Ariſtides Rhetor huic dialago oppoſuit Orationes ſuas Platonicas, quibus Rhetoricæ pariter & quatuor virorum, quos in extrema parte Plato perſtringit, Cimonis, Miltiadis, Themiſtoclis & Periclis Apologiam eſt complexus. E recentioribus *Hieronymus Cardanus anti-Gorgiam* ſcripſit. Exſtat & in Gorgiam Platonis *Olympiodori* commentarius MS. ex quo nonnulla profert Allatius de ſcriptis Socratis p. 116. At *Hieroclis* duplex exegeſis à Theoſebio excepta, cujus meminit Damaſcius apud Photium cod. CCXCII. p. 551. nunquam vidit lucem. Periit & *Tauri Berytii* commentarius laudatus Gellio VI. 14. & *Eubuli*, memoratus Porphyrio in Plotini vita c. 20. Clauditur hic dialogus inſigni deſcriptione divini judicii, cui poſt mortem animæ cujusque hominis ſubjicitur.

XXIV. ΜΕΝΩΝ, ἢ περὶ ἀρετῆς, πειραστικός, *de Virtute*, an doceri poſſit, quod negat Socrates, divino eam munere contingere concludens. Neq; aliud eſſe ſcientiam, quam recordationem ſuperioris vitæ, quod confirmat advocato puſione, è quo interrogat quædam Geometrica de dimenſione quadrati. Meminit Cicero 1. Tuſc. notatque eundem locum accuratius explicatum in Phædone.

TETRALOGIA VII.

XXV. ΙΠΠΙΑΣ, μείζων, ἢ περὶ τοῦ καλοῦ, *de Pulchro*, ἀναιρετικός. In hoc dialogo Hippias Eleorum ad Athenienſes legatus, & Sophiſta celebris, poſt varia de ſe arrogantius commemorata, refert ſe La-

2011 Ministerio de Cultura

Lacedæmone cum incredibili applauſu dixiſſe de præceptis Neſtoris, quæ dedit Neoptolemo, deſideranti noſſe pulcherrima vitæ inſtituta, quibus juvenis gloriam conſequi poſſit. Hinc Socrates petit occaſionem ex Hippia audiendi, quidnam ſit quo aliquid eſt pulcrum, ac variis quæ afferuntur Sophiſtæ deſcriptionibus, oſtendit rem acu, quod dicitur, neutiquam tangi, pulcrumque differre à decoro, ab utili, à bono, & ab eo, quod delectat, & à voluptate conjuncta cum utilitate.

XXVI. Ἱππίας ὁ ἐλάττων, ἢ περὶ τοῦ ψεύδους, *de Mendacio*, ἀνατρεπτικός. In hoc dialogo eundem Hippiam exagitat Socrates, & oſtendit ex ejus doctrina ſequi, quod inter mendacem & ſtudioſum veri nullum ſit diſcrimen, & minus peccet, qui mala facit de induſtria, quam qui invitus.

XXVII. Ἴων, ἢ περὶ Ἰλιάδος, περαστικός. Reſpicitur à Suida in Διθυραμβοδιδάσκαλοι, ubi ait exſtare Socratis λόγον εἰς τὸν Ἴωνα. Idem ne ſit Jon Epheſius, (cujus nomine dialogum inſcripſit Plato) cum Jone Chio de quo libro II. in Tragicis à me dictum, vide diſputantem Jonſium lib. 2. de ſcriptoribus hiſt. Philoſ. c. 13.

Quod in hoc dialogo & Poetis & aliis viris non paucis, per populi præcipue ſuffragia ad honores evectis, detrahat, tanquam δυσμενὴς & invidus perſtringitur Plato apud Athenæum lib. XI. p. 506.

Inter Aeſchinis quoque dialogos *Jon* fuit. Cæterum Laertius IV. 31. ubi de Arceſila ſcribit: Ἴωνα δὲ καὶ ἐχαράκτηρισε νέος ὤν, non reſpexit hunc dialogum Platonis, ſed ſcripta Jonis Chii Tragici.

XXVIII. ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ, ἢ ἐπιτάφιος, ἠθικός. Exhibet Orationem in defunctos pro patria in variis præliis Athenienſes, tanquam ſcriptam ab *Aſpaſia* * Mileſia, dictam à *Pericle*, quem perinde ut Socratem illa Rhetoricam docuit. De hac Oratione Cicero in Oratore c. 44. qui ſic probatam teſtatur, ut quotannis Athenis in panegyri recitaretur: & Syneſius Dione p. 37. ubi confert Periclis orationem ἐπιτάφιον ejusdem argumenti, quæ occurrit apud Thucydidem, lib. 2. Vide & Dionyſium Halic. de Demoſthenis vi in dicendo T. 2. p. 178.

TETRALOGIA VIII.

XXIX. ΚΛΕΙΤΟΦΩΝ, ἢ προτρεπτικός, ἠθικός. Inter dubios dialogos exſtat in editionibus quibusdam Platonis, ut Serraniana; ſed agnoſcitur à Thraſyllo apud Laertium III. 60. & à Laertio III. 50. teſta-

* De Aſpaſia dixi lib. 2. c. 23. ad §. 31. De Pericle lib. 2. c. 26. ad §. 2.

2011 Ministerio de Cultura

to nonnullos Clitophontem primo loco posuisse inter Platonis scripta III. 62. In hoc Dialogo Clitopho Aristonymi filius rogatus à Socrate, cur Thrasymachum præferat, respondet, quod cum præclaras ab ipso (Socrate) exhortationes ad virtutem sæpius audiisset, non potuerit ab eodem hactenus percipere, qua in re virtus ipsa consistat, & quomodo feliciter in illius studio sit progrediendum, itaque si hoc vel ignoraret Socrates, vel docere se nollet, meritò se ad Thrasymachum vel alium quemcunque potius conferre se discendi causa. Quid vero Socrates Clitophonti responderit, non additur. Videndum igitur, an verè scripserit Patricius p. 338. discuss. Peripatet. solum Philebum, Minoa ac Critiam è Platonis scriptis truncos ad nostram ætatem perveniisse.

XXX. ΠΟΛΙΤΕΙΑ ἢ περὶ δικαίου, βιβλία δέκα, πολιτικός. *De optimo statu Reip. libri X.* Exordium hujus operis bis terque in ceris scriptum Platonis manu post ejus mortem inventum est, teste Euphorione ac Panætio apud Laertium III. 37. unde Bessario colligit, quanto studio usus fuerit in pectenda sua & ornanda oratione. Idem Laertius ex Aristoxeno & Favorino notat totam fere Politicam Platonis fuisse in Protagoræ ἀντιλογικοῖς III. 37. & 57. Commemorat & Themistius Oratione XXIII.. p. 295. Axiotheam Philosopham lecto quodam è Platonis de Rep. libro, tanto Philosophiæ studio inflammatam fuisse, ut Athenas proficisceretur, & virili usa veste Platonem auscultaret.

Utrum Plato recte Homerum è Rep. sua ablegaverit, disputaverat olim Aelius Serapion Rhetor Alex. teste Suida. Confer quæ in hanc rem dixi lib. II. cap. 7. §. 10.

Epitomen Reip. Platonis libris duobus scripserat *Theophrastus* teste Laertio V. 43. Ea non minus temporum injuria amissa est, quam *Ciceronis* de Rep. sex libri, è Platone magnam partem repetiti, & Commentarii in Remp. Platonis græcorum scriptorum, *Manæchmi* Alopeconnesii, *Onosandri & Potamonis* Alexandrini, quorum meminit Suidas. *Zenonis* Stoici contra Remp. Platonis opus Plutarcho memoratur lib. de Stoicis contradict. & Numenio apud Euseb. p. 732. seq. præparat. ubi Zenonem tanquam iniqvum & imperitum Platonis oppugnatorem perstringit. De nonnullis, in quibus Plato ab Aristotele reprehenditur, exstat brevis diatriba *Uberti Folietæ* ad Antonium Vaccam JCtum edita Romæ A. 1574. 4. atque recusa in thesauro Antiquitatum Italiæ Græviano T. 1. p. 1237. seq. Jam pridem quoque ea quæ *Aristoteles* adversus Remp. Platonis scripsit, ad examen revocaverat *Eubulus* teste Porphyrio in Plotini vita c. 20. Ξενοκράτης περὶ τῆς Πλάτωνος Πολιτείας Suid.

2011 Ministerio de Cultura

Suid. *Clearchi* Solensis Peripatetici περὶ Ἠθῶν ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένων. Athen. lib. 9. *Dionysii Halicarnassensis* Musici, qui sub Adriauo Imp. vixit, libri quinque περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ μυσικῶς εἰρημένων Suid.

Ex Græcis ætatem tulit *Procli* Commentarius, in quædam Politicæ Platonicæ loca. Nescio an etiam alii, quoniam in libris de Rep. interpretandis *Theon* uterque, *Plotinus*, *Proclus*, *Jamblichus*, *Marsilius Ficinus* hircum mulgere videntur Bodino in colloquio Heptaplomere MS. lib. 3.

Ex *Arabibus*, *Averroës* Paraphrasin Reip. Platonis composuit, quæ edita est latine, Jacobo Mantino Medico interprete, Venet 1552. 4. & inter Averrois Opera.

E recentioribus nominare juvat commentarium *Sebast. Foxii* Morzilli Hispalensis, Basil. 1556. fol. *Antonii Montecatini* Partitiones & Paraphrasin, Ferrar. 1594. fol. *M. Antonii Mureti* notas in librum 1. & 2. Ingolstad. 1602. 8. *Ioh. Scleidani* summam doctrinæ Platonis de Rep. & de legibus, Argentorat. 1548. 8. *Ioh. Sozomenus* libros X. de Rep. è græco in latinum & è Dialogis in perpetuum sermonem redactum edidit Venet. 1626. 4. Politica Platonis & Aristotelis *Gallicè* interprete *Lud. Regio* Paris. 1600. fol. Platonem de Rep. *Hebraicè* exstare MS. in Bibl. Vaticana legas in Julii Bartoloccii Bibliotheca magna Rabbinica T. 4. p. 353.

XXXI. ΤΙΜΑΙΟΣ ἢ περὶ Φύσεως, Φυσικός. *De natura* dialogus, qui *arx quædam & vertex Philosophiæ* est, si Claudianum Mamertum audimus lib. 2. de statu animæ c. 7. Proclus Theol. Platon. lib. 1. c. 7. Τὴν περὶ Φύσεως ἅπασὴν σύμπασαν ὁ Τίμαιος περιέχειν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται τῶν κὰι σμικρὰ συνορᾶν δυναμένων. Apulejus in Apologia: *Plato Philosophus in illo præclarissimo Timæo, cœlesti quadam facundia universi mundum molitus.* Fingit vero Socratem disputantem de rebus naturalibus & universi constitutione cum *Timæo* Locro Pythagoreo, *quos constat eodem sæculo non fuisse*, ut ait Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 1. Sed fallitur Macrobius, si verum est quod Cicero V. de finibus & 1. Tusc. Hieron. in Apologia contra Rufin. non longè ab extremo, aliique testantur Timæum hunc à Platone in Italia fuisse auditum. De hoc Timæo, quem è Pythagoræ magisterio Astronomiæ disciplinæ perfectè peritum vocat Chalcidius p. 75. pauca quædam dixi lib. 2. c. XIII. quibus in præsenti addere juvat, quod libellus illius Dorice scriptus περὶ ψυχᾶς κόσμου κὰι Φύσιος adhuc exstat servatus à Proclo & commentariis suis in

2011 Ministerio de Cultura

Platonis Timæum præmissus, hinc cum Platone sæpius editus Græcè & latine *de anima Mundi & Natura.* Transtulit post versionem (an *Ficini?*) vulgatam primum Venetiis A. 1498. fol. *Ludovicus Nogarola*, cum cujus interpretatione & commentariis prodiit Venetiis 1555. 8. Recusus est eodem anno græce & latine Parisiis eadem forma octava, & à *Thoma Galeo* cum eadem Nogarolæ versione & *Ioh. Serrani* argumento ac notulis editus iterum inter Opuscula Mythologica, Physica & Ethica, Cantabrigiæ 1671. 8. & Amst. 1688. 8. In præfatione edit. Cantabrigiens. hæc inter alia doctissimus Galeus: *Timæus major, occasione hujus scriptus à Platone, potes dubitare, illustrioremne an obscuriorem reddiderit. Certe dum dialogum suum κτηνίζων καὶ βοσρυχίζων huic Locro lucem dare studuit Plato, in nonnullis locis simplicem & rectum scriptorem anili superstitioue corrupit. Erat animus quædam huc, quod facile fieri poterat, ex Iamblicho* περὶ κοινῆς Μαθηματικῆς, *Proclo, Syriano & Damascio (qui quidem & ipsi in majorem Timæum commentati sunt, aliosque ejusdem commentatores, Crantorem, Longinum, Numenium, Origenem, Porphyrium, Severum, Taurum, sæpe multis verbis citant) sed in aliud tempus rejeci.* Denique Anglice versum Timæi Locri opusculum est à *Thoma Stanlejo*, in cujus Historia Philosophica jam sæpius lucem vidit. Ex hoc porrò Timæi libello Platonem concinnasse dialogum præsentem, jam pridem notavit Timon Sillographus apud Gellium III. 18. & Jamblichum ad Nicomachi Arithmetica p. 148. Proclus p. 3. ὁμολογεῖται ϖᾶσι ϖάντων, ὅτι τᾶ Πυθαγορικᾶ Τιμαίᾳ τὸ βιβλίον ὁ Πλάτων λαβὼν ὁ ϖερὶ τᾶ παντὸς αὐτῷ σύγκειται, τὸν τῶν Πυθαγορείων τρόπον Τιμαιογραφεῖν ἐπεχείρησεν. Synesius de dono Astrolabii p. 307. Ἰταλία μὲν γὰρ πάλαι τὰς αὐτὰς ἔχουσι Πυθαγόρᾳ ἀκροάσεις καὶ τῶν πόλεων ἁρμοσὰς Ἑλλὰς ἡ μεγάλη ϖεσσυγορέυετο. Καὶ μάλα ἐν δίκῃ, παρ' οἷς χαρώνδας μὲν ἐνομοθέτει καὶ Ζάλευκος, ἐσρατήγει δὲ Ἀρχύτας καὶ Φιλόλαοι, ὁ δ' Ἀσρονομικώτατος Τίμαιος ἐϖολιτάρχει τε καὶ ἐπρέσβευε καὶ τἆλλα ἐϖολιτέυετο. Παρ' ᾧ καὶ Πλάτων ἡμῖν ϖερὶ κόσμου Φύσεως διαλέγεται. Allegatur Timæus à Plinio II. 8. Hist. nat. (& in indice libri V. & lib. XVI. 22. Timæus Mathematicus, nescio, an diversus, plures enim fuere Timæi & præter Jonsio p. 32. & 125. notatos. Timæus Crotoniata & Timæus Parius Pythagorici Jamblicho memorati in vita Pythagoræ cap. ult.) à Clemente Alex. V. Strom. p. 604, Theodorito lib. II. Therapevt. p. 36. &c. Suidas non satis accuratus scriptor Timæo Locro præter libellum hunc περὶ Φύσεως tribuit Μαθηματικὰ & librum de Vita Pythagoræ. Sed de vita Pythagoræ merito ambigunt viri docti. Vide Jonsium p. 32. Porrò librum περὶ Φύσεως respicit Syrianus, in XIV. Metaphys, ubi docet Peripa-

2011 Ministerio de Cultura

ripateticam Philoſophiam Ocelli & Timæi veſtigiis inſiſtere. Timæus Platonis plurimos nactus eſt interpretes, quia omnium dialogorum hujus Philoſophi eſt obſcuriſſimus. Cicero quidem 2. de fin. cum dixiſſet, obſcuram orationem duobus modis ſine reprehenſione fieri, ſi aut de induſtria facias, ut Heraclitus: aut cum rerum obſcuritas non verborum facit, ut non intelligatur oratio, *qualis*, inquit, *eſt in Timæo Platonis*. Confer Chalcidium initio commentarii & p. 420. Præcipue numerorum harmonicorum, qui in hoc dialogo tractantur, ratio plurimum caliginis habet, atque ab interpretibus Platonis intacta fere transmiſſa eſt notante Sexto Empirico lib. 1. contra Matth. p. 60. Inde in proverbium abiere Platonis * numeri. Idem Cicero VII. ad Attic. 13. *Aenigma Oppiorum ex Velia non plane intellexi, eſt enim numero Platonis obſcurius.* Hieronymus lib. 2. comment. in Amoſum: *Obſcuriſſimus Platonis liber qui ne Ciceronis quidem aureo ore fit planior.* Idem præfat. ad lib XII. in El. *Denique Timæum de mundi harmonia aſtrorumque curſu & numeris diſputantem ipſe, qui interpretatus eſt Tullius, ſe non intelligere confitetur.* Claudii *Galeni* libri IV. de iis, quæ in Timæo Medice dicta ſunt, jam pridem interciderunt. Periere etiam commentaria in Timæum Platonis, ſcripta ab *Adraſto* Peripatetico (Porphyr. p. 270. in Harmonica Ptolemæi) *Aeliano* Platonico (id. p. 216.) *Albino*, *Ariſtocle*, *Aſclepiodoto*, (Olympiodor. in 4. Meteorolog.) *Clearcho*, *Crantore*, *Damaſcio*, *Dercyllide*, *Jamblicho*, *Longino*, *Numenio*, *Origene*, (diverſo ab Adamantio) *Plutarcho* Athenienſi, *Porphyrio*, *Poſidonio* Stoico (Sext. p. 154. contra Mathemat.) *Ptolemæo* Platonico, *Severo*, *Syriano*, *Tauro* (Philopon. VI. 18. de mundi æternitate) & *Theodoro* Aſinæo, quos propemodum omnes laudat & hinc inde expendit Proclus.

In Bibliothecis latet *Mich. Pſelli* εἰς τὴν Πλάτωνος Ψηχογονιάν. Vide Allatium de Pſellis p. 87. & p. 91.

Ex editis græcis ſcriptoribus huc ſpectant *Plutarchi* liber περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ Ψυχογονίας & p. 1138. ſeq. lib. de Muſica & *Procli* commentarius in Timæum, in quinque libros diſtributus, ſed vix tertiam partem Timæi perſequens Platonici. Latinæ verſionis à *Cicerone* factæ non niſi fragmentum ad nos pervenit, quod illuſtrare aggreſſus eſt *Georgius Valla* ad calcem commentarii in Ciceronem de fato Venet. 1491. fol. & cum græcis Platonis confert *Joach. Perionius* ad calcem verſionis Nicomacheorum Ariſtotelis Pariſ. 1540. 4. & Baſil. 1542. 8. atq; *H. Stephanus* in Lexico Ciceroniano. *Chalcidii* quoque verſio integra non eſt, ac

* Vide quæ his illuſtrandis præter Chalcidium, & Proclum p. 193. ſeq. Macrobius II. 2. in ſomnium Scipionis.

2011 Ministerio de Cultura

ac ne dimidium quidem dialogum refert, neque commentarius ejusdem Chalcidii (de quo in Bibliotheca latina, quemque emendationem edere, si tempus ferat, animus est) ulterius procedit quam translatio.

E recentioribus Timæum illustrarunt præter ea, quæ illustrandis numeris Platonicis disputata sunt à *Joh. Keplero* in Opere de Harmonia mundi, *Seb. Foxius* Basil. 1554. fol. *Matthæus Fragillanus* Bellovacus Paris. 1560. 4. *Paulus Benius* Rom. 1594. 4. Gallicè vertit illustravitque egregie *Lud. Regius* Paris. 1551. 4. cum nonnullis Isocratis, Demosthenis & Xenophontis. Italice *Sebastianus Ericius* Venetus, cum notis, in quibus subinde etiam observat Marsilium Ficinum quædam non satis recte interpretari Venet. 8. Idem similiter illustravit Platonis Euthyphronem, Apologiam Socratis, Critonem ac Phædonem. Confer. Lambecium lib. VII. Commentar. de Bibl. Vindob. p. 37. Spectat & ad Timæi locum insignem illustrandum *Celsi Mancini* Ravennatis synaugia Platonica, sive tractatus de modo quo fit visio. Ferrar. 1591. 4.

XXXII. ΚΡΙΤΊΑΣ ἢ Ἀτλαντικὸς, ἠθικός. Appendix veluti Timæi, diligentius persequens narrationem *de Antlantide Insula*, cujus in Timæo facta fuerat mentio. Per hanc Atlantidem Olaus Rudbeckius T. I. Antlanticæ c. 7. Sueoniam intelligit, argumentis variis & nonnllua veri specie lectori blandientibus, auctorisque * commendantibus ingenium. At plerique alii Americam innui à Platone existimant, quam sententiam noviſſime propugnavit Vir Clariſſ. Janus Bircherodius in Schediasmate de Orbe novo non novo Altdorf 1683. Exstat & Georg. Casparis Kirchmaieri τῦ μακαρίτυ Exercitatio de Platonis Atlantide Witteb. 1685. qui putat à Platone respici tractus extremos Africæ versus Austrum atque Occidentem. Submersam jam pridem terræ motu Atlantidem suam Plato haut uno loco diserte testatur, itaque operam & oleum forte perdunt, qui eam quærunt in terris hodie exstantibus, nisi tota sit fabulosa narratio, ac de industria conficta vel ab Aegyptiis Sacerdotibus, quod visum Mallincroto p. 95 paralipom. de Hist. græcis: vel à Platone ipso vel Solone, quod tamen non credo, etsi bella, quæ ante novies mille annos ab Atlanticis gesta Plato scribit, fabulis sine controversia accensenda sunt. Non absolutum esse hunc dialogum, sed à Platone morte prævento imperfectum relictum, dolet Plutarchus in vita Solonis, quem vide p. 96. & 92. Similiter *Solon*, cum λόγον Ἀτλαντικὸν carmine Græcis explicare constituisset, sive quod aliud deinde maluit agere, sive præ senio & operis magnitudine deterritus, id facere omisit.

TE-

* Obiit Septuagenario major Upsaliæ A. 1702.

2011 Ministerio de Cultura

TETRALOGIA IX.

XXXIII. ΜΊΝΩΣ ἢ περὶ νόμου, *de lege*, πολιτικός. In hoc dialogo, quem & ipsum volunt imperfectum ad nos pervenisse, præter disputationem de eo quid sit lex, continetur Apologia pro Minoë legislatore Cretensium, quem alii describunt tanquam Τυραννικὸν, βίαιον καὶ δασμολόγον, τεραγῳδοῦντες τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον καὶ τὸν Λαβύρινθον, καὶ τὰ περὶ Θησεῖ συμβάντα καὶ Δαιδάλῳ, ut notat Strabo lib. X. p. 476. qui addit, difficile dictu esse, utra sententia verasit.

XXXIV. ΝΌΜΩΝ ἢ περὶ νομοθεσίας, βιβλία ἰβ, πολιτικός. *De legibus opus* Socrati tribuit Salvianus lib. VII. de Dei providentia p. 254. *Videamus ergo, quas Socrates de pudicitia leges sanxerit. Uxorem, inquit, propriam nullus habeat, matrimonia enim cunctis debent esse communia - - De hac re & libros condidit, & memoriæ hæc pudenda mandavit.* Olympiodorus in Platonis vita observat Platonem à Solone genus ducere, hujusque æmulatione legum libros & de Republ. scripsisse. Arcadibus, Cyrenæis ac Thebanis quantumvis rogatus leges ferre noluit, quia surdas eorum aures reperit ad æquabilem honorem & partitionem bonorum admittendam, ut referunt Aelianus II. 42. Var. Laertius III. 23. & Plutarchus ad principem ineruditum. Athenæus vero Platonem reprehendit, quod leges scripserit non hominibus, quales sunt, sed quales ipse finxit imaginatione, lib. VI. p. 508.

Ludovicus Castelvetrius scriptor acutissimus in commentario ad Aristotelis poëticam Hetrusca lingua edito p. 110. reprehendit Platonem, quod has de legibus dissertationes uno vesperi factas dictasq; fingat, properanti lectori vix intra quatriduum absolvendas, & tamen easdem in tredecim libros * dividere non dubitaverit. Sed ad postremum hoc responderi potest, divisionem librorum non esse à Platone ipso, verum à *Philippo Opuntio*. Vide quæ infra num. XXXV.

Aliud in Platone reprehendit Seneca Epist. XCIV. *In hac re dissentio à Posidonio: non probo, quod Platonis legibus adjecta principia sunt. Legem enim brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, ut velut emissa divinitus vox sit. Jubeat, non disputet. Nihil mihi videtur frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo.* Ad hoc quoque responderi potest, Philosophi simul partibus fungi voluisse Platonem.

Contra Platonis leges *Perseus* Stoicus scripserat libros septem, teste Laertio VII. 36. Passim quoque in leges Platonicas invehuntur veteres scriptores Christiani, eorumque exemplo *Georgius Trapezuntius*

* Annumerato Epinomide.

2011 Ministerio de Cultura

in comparatione Aristotelis & Platonis Venet. 1523. 8. contra quem operæ pretium est videre, quæ pro legibus Platonis vel excusandis vel defendendis scripsit Cardinalis *Bessario* A. 1472. denatus, libro quarto operis, quod contra calumniatorem Platonis (ita Trapezuntium vocat) inscripsit, postea excudit Aldus Venet. 1516. fol. Idem Bessario singulari libro reprehendit crassiores quosdam errores ab eodem Trapezuntio admissos in latina versione librorum Platonis de legibus. Aldus editionis suæ præstantiam in titulo commendat his verbis: *passim verba græca ipsius Platonis recitantur & emendata & cum suis accentibus. Nam in libris Romæ olim impressis desunt. Deinde à Bessarione sæpe argumento præmisso in latinum vertuntur. Postremo Trapezuntii tralatio eorundem verborum Platonis subjungitur, quod est perquam utile iis, qui græcis literis instituuntur atque ex græcis bonis bona latina facere volunt.* Trapezuntio, qui admodum senex obiit Romæ A. 1486. etiam in Epitaphio exprobratum legitur quod Platoni paulo acerbius insultavit:

Hac urna Trapezuntii quiescunt
Georgii ossa, parum Diis amici,
Quod acri & nimium procace lingua
Platonem superis parem petivit.

Confer Allatium de Georgiis p. 378. Ut ad Platonem revertar, ejus legem de communione uxorum vide quomodo purget Bessarion lib. IV. cap. 3. cui adde, si lubet, Mosellanum ad Gellii XVIII. 2. Livium Galantem in comparatione Theologiæ Christianæ cum Platonica lib. 1. p. 26. seq. Cotelerium ad Patres Apostolicos p. 582. &c.

Aristotelis τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, sive tribus (ut Laert. V. 22.) sive duobus libris opus constitit (ut Anonymus à Menagio editus in Aristotelis vita) interciderunt, perinde ut epitome legum à *Theophrasto* concinnata.

Separatim excusi Platonis de legibus libri græcè Lovanii. Græcè & latine librum decimum inter dialogos selectos edidit Vir clarissimus Joh. Nort, Cantabrigiæ 1673. 8. In illo agitur de Dei existentia, providentiaque & *ἀδωροδοκία*, existimavitque Plato eum instar proœmii legibus præmitti posse, *σχεδὸν γὰρ τοῦτο ἡμῖν ὑπὲρ ἁπάντων κάλλιστον προοίμιον εἴη.*

Georgii Gemisti in 1. de legibus MS.

Antonii Montecatini Epitome librorum de legibus, legumque in ordinem redactarum. Ferrar. 1594. fol. *Joh. Sleidani* summa Doctrinæ Platonis de Rep. & legibus, Argentor. 1548. 8.

XXXV.

2011 Ministerio de Cultura

XXXV. ΕΠΙΝΟΜΙΣ ἢ νυκτερινὸς σύλλογος, (ἢ φιλόσοφος) πολιτικός. Theoni p. 9. de locis in Platone Mathematicis vocatur ἐπινόμιον. Viciſſim Philo Judæus Deutoronomion Moſis (משנה תורה Devt. XVII. 18.) vocat ἐπινομίδα in libro, qui hæres rerum divinarum. Sed & Julius Cæſar Scaliger librum poſtremum Poetices ſuæ inſcripſit ἐπινομίδα, quaſi *acceſſorium munus*. Nam & ſtrenam ἐπινομίδα dixit Ulpianus apud Athenæum, & recte quidem, ut notavit Caſaubonus lib. III. c. 18. Cæterum mirum eſt, quod Suidas, & ſolus, ni fallor, tradit, quod paulo ante dixi, auditorem quendam Platonis, *Philoſophum* opus de legibus in duodecim libros diſtribuiſſe, & decimum tertium, (hanc nempe ἐπινομίδα) loco acceſſorii, de ſuo addidiſſe. Quia res inſolens videri poteſt, & plura hujus diſcipuli Platonici ſcripta eo in loco recenſentur, en tibi ipſa Suidæ verba: Φιλόσοφος ὃς λὲς τῦ Πλάτωνος νόμυς διεῖλεν εἰς βιβλία ἰβ. Τὸ δ' ἰγ αὐτὸς προσθεῖναι λέγεται. Καὶ ἦν Σωκράτυς καὶ αὐτῦ Πλάτωνος ἀκροατὴς, σχολάσας τοῖς μετεώροις. Ὧν δὲ κατὰ τὸν Φίλιππον Μακεδόνα, συνεγράψατο τάδε. Περὶ τῆς ἀποστάσεως ἡλίυ καὶ σελήνης, περὶ θεῶν β', περὶ χρόνυ ά, περὶ μύθων ά, περὶ ἐλευθερίας ά, περὶ ὀργῆς ά, περὶ ἀνταποδόσεως ά. Περὶ Λοκρῶν τῶν Ὀπυντίων ά, Περὶ ἡδονῆς ά. Περὶ ἔρωτος ά, περὶ Φίλων καὶ Φιλίας ά. Περὶ τῦ γράφειν. Περὶ τῦ Πλάτωνος, περὶ ἐκλείψεως καὶ περὶ μεγέθυς ἡλίυ καὶ σελήνης καὶ γῆς ά. Περὶ ἀστραπῶν, περὶ πλανήτων. Ἀριθμητικά. Περὶ πολυγώνων ἀριθμῶν. Ὀπτικῶν β', ἐνοπτρικῶν β', Κυκλιακά, Μεσότητας, καὶ ἄλλα. Aliter Suidæ locum accepit Menagius ad Laertium p. 158. Sed nec emendatio viri præſtantiſſimi mihi probatur hoc loco, neque interpretatio, quam nec ipſe ſecutus Menagius eſt p. 428. Miror viris doctis non animadverſum, quod Laertio idem Philoſophus III. 37. vocatur *Philippus*. Ait enim plerosque arbitrari Philippum Opuntium leges Platonis ex cereis, in quibus auctor eas ſcripſerat, tabellis transſcripſiſſe, & tertium decimum librum addidiſſe. Ενιοί τέ φασιν ὅτι Φίλιππος ὁ Ὀπύντιος τὺς νόμυς Πλάτωνος μετέγραψεν ὄντας ἐν κηρῷ. Τύτυ καὶ τὴν ἐπινομίδα φασὶν εἶναι. Ejusdem Philippi inter Platonis diſcipulos mentio III. 47.

XXXVI. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ἰγ, ἠθικαί. *Epiſtola XIII.* de his aliisq; Platoni tributis dixi lib. II. c. X. ubi ſcriptores Epiſtolarum recenſebam. *Prima, ſecunda & tertia* ſcripta eſt ad Dionyſium, *quarta* ad Dionem Syracuſanum, *quinta* ad Perdiccam, *ſexta* ad Hermiam Eraſtum & Coriſcum Scepſios, *ſeptima* (liber pro Epiſtola) & *octava* ad Dionis amicos: *nona* ad Archytam Tarentinum. *Decima* ad Ariſtodorum, qui Laertio eſt Ariſtodemus; *undecima* ad Leodamantem, *duodecima* iterum ad Archytam, & *tertia decima* ad Dionyſium. Ordo apud Laertium à vulgato ſic differt:

2011 Ministerio de Cultura

Vulg : 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
Laert: 4. 5. 6. 10. 11. 8. 7. 8. 2. 1. 9. 3 7.

Epiſtolis ſuis Plato ſolitus præfigere ἐυπρέπειν, ut alii χαίρειν vel χαθεῖν vel ἐυδιάγειν, vel ὑγιαίνειν vel ἐυλογεῖν. Vide Mericum Caſaubonum & Menagium ad Laertii III. 61. Paulum Colomeſium in obſervationibus ſacris ad Act. XXXIII. 26.

XXXVII. ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ. *Epigrammata* quædam Platonis leguntur apud Laertium III. 29. ſeqq. Apuleium in Apologia, Gellium XIX. 11. Athenæum, & in Anthologia veterum Epigrammatum.

XXXVIII. ΔΙΑΘΗΚΑΙ. *Teſtamentum* apud Laertium III. 41.

IV. SCRIPTA DUBIA vel SUPPOSITA PLATONI.

Quibus Aſteriſcus præfixus eſt, illa non exſtant amplius, ſed interciderunt.

* XXXIX. ΜΙΔΩΝ ἢ Ἱπποσρόφος. Laert. III. 62. è Thraſyllo.

XL. ΕΡΥΞΙΑΣ ἢ Ἐρασίσρατος. *Laert.* III. 62. Sed & inter *Aeſchinis* Socratici Dialogos à Suida refertur in Αἰσχίνης, apud quem duo diverſi ſunt dialogi ἐρυξίας & ἐρασίσρατος. In Platonis editionibus inſcribitur: ἐρυξίας ἢ περὶ πλούτου. Ἐν ἄλλῳ, Ἐρασίσρατος. Sane uterq; in hoc dialogo cum Socrate colloqvuntur, Eryxias Stirieus & Eraſiſtratus. Tota autem diſputatio eſt *de veris & falſis divitiis*. Latinè vertit *Sebaſt. Corradus*.

XLI. ΑΛΚΥΩΝ *Leonti* Academico tribuitur à Nicia Nicaenſi apud Athenæum lib. XI. p. & Favorino apud Laertium III. 62. atq; etiamnum exſtat, non quidem inter Platonis opera ſed Luciani T. I. p 176. edit. Amſtelod. Siquidem vera eſt conjectura elegantiſſimi Mureti Orat. IV. Dav. Hœſchelii ad Catalogum MSS. Bibl. Auguſtanæ & Tan. Fabri p. 10. ad ſvaviſſimum fabulonem Phædrum. Integer titulus ibi eſt: Ἀλκυὼν ἢ περὶ μεταμορφώσεως, & totus verſatur in admirabilibus Dei operibus celebrandis, cujus potentiam homines ne cogitando quidem aſſequi valemus.

XLII. ΑΚΕΦΑΛΟΣ ἢ ΣΙΣΥΦΟΣ. Laertius III. 62. In Platonis editionibus inſcribitur Σίσυφος ἢ περὶ τοῦ βουλεύεσθαι. Suidæ & Laertio II. 60. inter Aeſchinis Socratici dialogos referuntur οἱ καλούμενοι ἀνέ-

2011 Ministerio de Cultura

ἀκέφαλοι. Disputat hic dialogus, quid sit deliberare ac quærere, & quomodo hæc inter se differant. Latine vertit *Sebastianus Corradus.*

XLIII. ΑΞΙΟΧΟΣ, ἢ περὶ θανάτου, *de morte non metuenda* propter vitæ præsentis miseriam, & felicem animarum immortalitatem. Aeschinis Socratici est, testibus Laertio, Harpocratione & Suida. *Marsilius Ficinus* latine vertit, ediditque sub titulo *Xenocratis* Platonici *de morte.* Sane inter Xenocratis scripta Laertius IV. 12. refert librum περὶ Θανάτου. Lucem adspexit sæpissime, & ad calcem librorum Ficini de veritate Religionis Christianæ A. 1507. Argentorati in 4. Latine transtulit etiam *Rudolphus Agricola*, cujus versio in quibusdam Platonis editionibus occurrit, ut in græco-latina Lugd. 1590. fol. & *Rayanus VVesdalus*, ex cujus versione una cum ipsius scholiis prodiit Colon. 1568. 4. Basil. 1577. 8. *Gallice* Axiochus & Hipparchus Platonis *Stephano Dolero* interprete, Lugd. 1544. 12. Laudat ex merito, sed Platoni perperam tribuit Theodorus Prodromus in Amaranto p. 442. seq. reprehensus eo nomine à Gilberto Gaulmino in notis p. 564. Prætereo recentiores ad Platonem auctorem referentes, ut Mich. Neandrum, virum optimum & doctissimum, in Anthologico græco-latino p. 400.

* XLIV. ΦΑΙΑΚΕΣ. Laertius III. 62. è Thrasyllo.

XLV. ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ ἢ περὶ τοῦ συμβουλεύεσθαι, quinam ad consilium dandum idonei & fide digni sint habendi. Meminit Laertius III. 62. & Clemens Alex. I. Strom. p. 315. addens εἰ δὴ τοῦ Πλάτωνος τὸ σύγγραμμα. Latine vertit *Sebastianus Corradus.*

* XLVI. ΧΕΛΙΔΩΝ ἑβδόμη. Laertius ubi supra, in cujus editionibus tanquam duo diversa scripta referuntur Χελιδὼν & ἑβδόμη. Sed ita, ut feci conjungenda esse svasit H. Stephanus, licet fateor tituli rationem neutiquam me capere.

* XLVI. ΕΠΙΜΕΝΙΔΗΣ, Laertius III. 62. & allegatur sub Platonis nomine ab Eusebio X. præparat. 4. p. 471. & XI. 16. p. 534. Sed posteriore loco legendum *Epinomide* pro *Epimenide.*

XLVIII. ΟΡΟΙ, *Definitiones*, à Laertio non memoratæ, Platoni tribuuntur ab Ammonio in παίδευσις, sane ex Platone collectæ sunt. Sub *Speusippi* nomine edidit latine à se translatas *Marsilius Ficinus.* Vertit etiam *Corradus* vir doctissimus. Equidem Speusippum ὅρους scripsisse testatur Laertius IV. 5.

XLIX. ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ, ἢ διδακτόν. Inter *Aeschinis* Socratici dialogos refertur à Suida. Contendit, ut sæpe alias Plato, Virtutem

2011 Ministério de Cultura

neque disciplina neque natura comparari, sed θεία μοῖρα inesse illis, qui eadem præditi sunt. Latine vertit *Sebastianus Corradus.*

L. ΠΕΡῚ ΔΙΚΑΊΟΥ. *de justo*, quid sit. Plures dialogos Platonem scripsisse, quibus conetur demonstrare, quid sit justitia; neque tamen quicquam potuisse proferre, quod sit perspicuum, aut quod lectoribus persuadeat, affirmat Isidorus Pelusiota lib. IV. Epist. 91.

Hunc quoque dialogum latine vertit *Corradus.*

LI. Platonis *de Vacca* suppositium, quod allegat Thomas Bradvvardinus de causa Dei contra Pelag. & quos vocant *Institutionum libros* Magi circumferunt, explosos à Joh. Pico Mirandulano lib. I. in Astrologos p. 284.

V. SCRIPTA PLATONIS DEPERDITA.

POEMATA. Laertius III. 4. seq. εἰσὶ δ' οἱ καὶ παλαῖσαι φασὶν αὐτὸν Ἰσθμοῖ, καθὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων, καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι, καὶ ΠΟΙῊΜΑΤΑ γράψαι, πρῶτον μὲν ΔΙΘΥΡΆΜΒΟΥΣ, ἔπειτα καὶ ΜΈΛΗ καὶ ΤΡΑΓΩΙΔΊΑΣ. His *poemata Heroica* addit Aelianus, II. 30. Var. eaque à Platone igni tradita memorat, quod Homericis multum inferiora videret. Adde P. Victorium XXXVI. 13. Var. lect. & Isaacum Vossium de viribus rhythmi p. 53. τὰ πρῶτα ἐπὶ ποιητικὴν ὥρμησεν καὶ ΗΡΩΪΚᾺ ἔγραφε μέτρα, εἶτα αὐτὰ κατέφλεξεν ὑφ' ἑαυτῶν, ἐπεὶ τοῖς Ὁμήρου αὐτὰ ἀντικρίνων ἑώρα κατὰ πολὺ ἡττώμενα. Non minus Tragœdias quoque suas & dithyrambos commisisse flammis, cum Socratis Philosophia captus esset, præter Laertium III. 5. & Aelianum loco laudato refert Olympiodorus in Platonis vita: ἐποίησε δὲ καὶ τραγικὰ ποιήματα καὶ διθυραμβικὰ καὶ ἄλλα τινά, ἅπερ πάντα κατέκαυσε τῆς Σωκράτους παραθεὶς διατριβῆς, εἰπόντι τοιῦτον ἔπος. *

Ἦφαιστε ποδάμοι' ὦδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

Eustathius ad Iliad. Σ. p. 1202. Ὁ σοφὸς ἐκεῖνος, ἦν δὲ ὁ μέγας Πλάτων εἰς ποιητικὴν φασιν ὁρμήσας, καὶ ΗΡΩΪ́ΖΩΝ, κατέπρησεν αὐ ἔγραψεν, ὡς Ὁμήρου ἡττώμενα κατὰ πολύ. Εἶτα ὑπιθέμενος τραγῳδίᾳ καὶ μέλλων ἀγωνιεῖσθαι, καὶ ἀκούσας Σωκράτους καὶ καθάπαξ αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἐκείνου σειρήνος, ἀπεδύσατο ὑπὲρ Φιλοσοφίαν, ἐφ' ᾗ καὶ εὐδοκίμησε πάνυ. Apulejus dë dogmate Platonis: *Picturæ non aspernatus artem, tragœdiis & dithyrambis se utilem finxit. Jamque carminum confidentia elatus certatorem se profiteri cupiebat, nisi Socrates humilitatem cupidinis ex ejus mentibus expulisset,* &

* Simili parodia ex Iliad. Σ. 392. usus Metrocles apud Laert. IV. 95.

2011 Ministerio de Cultura

& veræ laudis gloriam in ejus animam inferere curaſſet. Gellius XIX. 11. afferens diſtichon lepidiſſimum Platonis in Agathonem, addit hoc ipſo eum adoleſcentem tragœdiis eodem tempore faciendis præluſiſſe.

Prætereo dubios dialogos deperditos, de quibus dixi num. 39. 44. 46. 47. 50. & truncos, de quibus num. 29. tum ἀγεγράφοις συνουσίαις Platonis, è quibus Ariſtotelem ſubinde profeciſſe notat Franciſcus Patricius T. 3. diſcuſſ. peripatet. lib. 6. p. 345.

Dictum ejus, quo affirmavit, Deum ἀεὶ γεωμετρεῖν, in ſcriptis Platonis hodie non occurrit, exponitur à Plutarcho VIII. 2. Sympoſ.

Platonis ſcripta divulgaſſe & in Siciliam transportata vendidiſſe *Hermodorum*, ipſius auditorem, referunt Zenobius & Suidas in λόγοις Ἑρμοδώρου ἐμπορεύεσθαι, atque Cicero XIII. 21. ad Atticum.

Vetuſtiores Platonis interpretes ad minimum LXV. reperire ſe ait Franciſcus Patricius anre Ammonium Saccam, qui Alexandriæ vixit circa A. C. 200. Nec pauciores poſt illa tempora clari fuere. Horum plerosque commemoratos lector reperiet infra capite tertio. Pulchre autem obſervat Chalcidius p. 340. *Sententiis Platonis plene & diligenter elaboratis juniores Philoſophos, ut non optimos hæredes, paternum cenſum in fruſtra diſſipantes perfectam atque uberem ſententiam* (non raro) *in mutilas opiniunculas incidiſſe*; Similiter Numenius apud Euſebium XV. præparat. cap. 5. p. 729. queritur Platonem à ſuis Penthei inſtar hinc indeque miſere diſtrahi.

VI. A PLATONE LOQUENTES IN DIALOGIS GENUINIS INDUCUNTUR.

Adimantus
Agatho
Alcibiades
Anytus Menonis F.
Apollodorus
Ariſtodemus
Ariſtophanes
Athenienſis hoſpes (Plato ipſe, ut nonnullis viſum, diſſentiente Laertio III. 52.)
Callias
Callicles
Cebes
Cephalus
Chærephon
Charmides
Clinias Cretenſis
Clitophon Ariſtonymi F.
Cratylus
Critias
Crito

Cte-

2011 Ministerio de Cultura

Cteſippus
Demodicus
Diotima
Echecrates
Eleates hoſpes (Parmenides ut viſum quibusdam, diſſentiente Laertio III. 52.)
Eryximachus
Euclides
Eudicus
Euthydemus
Euthyphron
Glaucon
Gorgias
Hermocrates
Hermogenes
Hipparchus
Hippias
Hippocrates
Hippothales
Ion
Laches
Lyſimachus
Lyſis
Megillus Lacedæmonius
Meleſias
Menexenus
Menon
Minos
Nicias
Pauſanias
Phædo
Phædrus
Philebus
Polemarchus
Polus
Prodicus
Protagoras
Protarchus
Simmias
Socrates
Terpſion
Theages
Theætetus
Theodorus
Thraſymachus
Timæus

VII. EDITIONES PLATONIS.

GRÆCÆ.

Prima Aldina Venet. 1513. fol. cui præfixa Aldi ad Leonem X. ſupplicatio pro bonis literis promovendis. In hac, quantum ipſe ſtudium ad libros emendate excudendos poſuerit, pluribus refert, atque inter alia de præſenti ſua Platonis editione hæc ſcribit : *Etſi opere in magno fas eſt obrepere ſomnum (non enim unius diei hic labor eſt noſter, ſed multorum annorum, atque interim nec mora nec requies) ſic tamen doleo, ut, ſi poſſem, mutarem ſingula errata numo aureo.* Eidem editioni præfixum eſt perquam elegans *Marci Muſuri* carmen elegiacum in laudem Platonis, quod ita probatum eſt Leoni Pontifici, ut ab eo non aliam, ut creditur, ob cauſam

2011 Ministerio de Cultura

ſam Archi-Epiſcopus Epidaurenſis crearetur. Vide Dan. Heinſii præfat. ad peplum epigrammatum græcorum, & Voſſium de Poetis græcis p. 84.

Altera, Baſileenſis, apud Joh. Walderum A. 1534. fol. quæ editio eo maxime nomine eſt commendabilis, quod *Procli* commentarios eximios in Timæum & Remp. Platonis græce adjunctos exhibet, & indice locuplete in Platonem eſt inſtructa, caſtigataque à Simone Grynæo & Joh. Oporino.

Tertia, itidem Baſileenſis, apud H. Petri. A. 1556. fol. quæ, exceptis Procli commentariis, Walderianam exprimit, ſed ad MSS. Codices ab Arnoldo Arlenio emendatam ac ſuppletam. Huic quoque *Muſuri* carmen præfixum eſt, cum latina *Zenobii Acciajoli* Metaphraſi.

LATINÆ.

I. Ex verſione *Marſilii Ficini*, qui eam Laurentio Medicis inſcripſit, Venet. 1491. fol. Dicitur Ficinus verſionis ſuæ primum ſpecimen oſtendiſſe Marco Muſuro, & ejus cenſuram rogaſſe. At hic inſpecto Ficini labore, digitos atramento protinus immerſit, eisque prima Ficinianæ verſionis pagina obliterata, demonſtravit, alia verſione opus eſſe, hanc non niſi una litura poſſe emendari, ut refert Menagius T. 2. Antibailleti p. 157. Itaque Ficinus denuo rem majori ſtudio adorſus, illam, quæ in omnium manibus verſatur, compoſuit Platonis verſionem, quæ poſt priorem, quam dixi, Venetam, & Florentinam Labbeo memoratam editionem, ſæpius lucem vidit cum ejusdem Ficini argumentis Venet. 1517. fol. apud Phil. Pincium & Pariſiis in ædibus Aſcenſianis A. 1518. fol. Baſileæ apud Froben. ex recognitione Sim. Grynæi 1551. fol. tum Lugduni * A. 1557. fol. apud Antonium Vincentium, in qua editione acceſſere ſex dubii Platonis dialogi è verſione *Sebaſtiani Corradi*, quæ ſeparatim viderat lucem Lugduni apud Gryphium 1543. 4. Ab eo tempore iterum prodiit Plato à Ficino verſus Lugd. 1567. fol. & ex recenſione Stephani Tremulæi 1592. 12. tribus voluminibus. In Ficinianis editionibus ſcripta Platonis exhibentur hoc ordine: Hipparchus, ἐρασταί, Theages, Meno, Alcibiades uterque, Minos, Euthyphro, Parmenides, Philebus, Hippias major, Lyſis, Theætetus, Jo, Sophiſta, Politicus,

* Hanc editionem multis recenſet Abbas Morlierius, Doctor Sorbonicus, in libro gallice A. 1703. edito, Eſſais de literature pour la connoiſſance des livres T. 1. p. 348. ſeq. & T. 2. p. 3. ſq.

2011 Ministerio de Cultura

cus, Protagoras, Euthydemus, Hippias minor, Charmides, Laches, Clitopho, Cratylus, Gorgias, Convivium, Phædrus, Apologia Socratis, Crito, Phædo, Menexenus, De Republica libri X. Timæus, Critias, de legibus, Epinomis, Epistolæ XIII. dialogi nothi VI. Axiochus, de justo, de virtute an doceri possit, Demodocus, Sisyphus & Eryxias. His omnibus subjiciuntur ὅροι sive definitiones. De Ficini versione ita Joh. Baptista Crispus de ethnicis Philosphis caute legendis p. 307. *Jacobus Carpentarius in Platonis verbis exponendis negligenter uni Ficino fidem adhibet, qui potius, quid recte sentiendum, ex naturæ, quam ex Platonis fundamentis ubique ostendit. Unde sæpe numero ab ipso factum est, ut pueriliter admodum se ipsum primum, deinde cumplurimos in Platone interpretando deluserit, sive quod pudeat sui laboris in uno Ethnico interpretando, sive quod ita sentiat fortasse D. Thomam interpretatus, qui Aristotelis verba raro non ad Ecclesiam vel ad tolerabilem sensum trahit.* Ludovicus Regius, qui dialogos quosdam Platonis (Timæum, Symposium &c.) gallicè vertit & commentariis illustravit Paris. 1559. 4. in præfat. de Ficino loquens, *ce seroit temps perdu*, inquit, *de m' arrester à reprendre ce personnage en tous les endroits ou il a fally traduisant Platon, mais plutot luy convient rendre graces du labeur, qu' il a pris volontairement. - - Le bon Seigneur n' estoit gueres expert en grec ny en latin, & à failly infiniment traduissant cet auteur, mement en telles difficultez qui dependent de la connoissance de l' antiquité ou de nature. I' en ay conferay avec Mr. G. Pelissier Eveque de Montpellier & à Mrs. Turnebus & Goupil Professeurs du Roy, & m' a secouru chacun à son pouvoir.* Ficini lapsus annotavit etiam Hetruscus Timæi & aliorum quorundam dialogorum interpres Sebastianus Ericius. Petri autem Nannii * judicio, è Ficini quidem traductione utcunque sentimus quid Plato velit, *sed ita, ut si ipse Plato legeret, pro suis non agnosceret. Ubi enim in latinis Heroica illa vis & subtilitas grandiloqua, ubi illa beata nec tamen otiosa verborum luxuries?*

II. Ex versione *Jani Cornarii*, cum Ficini argumentis & commentariis Basil. 1561. fol.

III. *Pompeji Gargiliani* versio quorundam dialogorum Platonis (mihi nunquam visa) ut obscura perstringitur à Jano Nicio Erythræo, Pinacotheca I. c. 69.

GRÆCOLATINÆ.

I. Cum versione & argumentis *Marsilii Ficini* Lugd. 1588. 1590.

* Vide Gaddium T. 2. de scriptoribus non Ecclesiasticis p. 144.

2011 Ministerio de Cultura

1590. apud Franciſcum le Preux, & Francof. 1602. fol. apud Marnium & hæredes Aubrii. Exſtant & græce ac latine cum Ficini verſione excuſi dialogi Platonis quinque ſelecti de rebus divinis, hic nempe : Socratis Apologia, Crito, Phædo, liber decimus de legibus & Alcibiades ſecundus curante *Johanne North* Viro Clariſſ. Cantabrigiæ 1673. 8. In hac editione ſinguli dialogi in capita ſive ſectiones diviſi ſunt, laudatiſſimo & utiliſſimo ſtudio, quod utinam primis operum Platonicorum editoribus in mentem veniſſet.

II. Cum verſione nova & argumentis notisque utilibus ac perſpicuis *Joh. Serrani*, qui Reginæ Anglorum Eliſabethæ tomum primum inſcripſit, ſecundum Jacobo VI. Regi, tertium inclytæ Bernatum Reip. Pariſ. 1578. fol. tribus Voluminibus, perquã nitide, ex *H. Stephani officinæ* & cum ejusdem animadverſionibus, qui collatis prioribus editionibus & Codd. MSS. operam dedit, ut græca quam emendatiſſima exhiberet. Diſtribuit Serranus ſcripta Platonis in Syzygias ſex, quarum primam ſecundam & tertiam *primum Volumen* complectitur. In *prima Syzygia* quæ cum prima Thraſylli tetralogia convenit, occurrunt, qui ad Socraticæ doctrinæ defenſionem ſpectant, Euthyphro, Apologia Socratis, Crito & Phædo. In *ſecunda* Syzygia dialogi Iſagogici in univerſam Philoſophiam, qui vel de vera Philoſophia agunt, Theages, Eraſtæ, Theætetus: vel oppugnant Sophiſticam, Sophiſta, Euthydemus, Protagoras & Hippias minor. In *tertia* dialogi λογικοὶ, Cratylus, Gorgias, & Jo. *Volumen ſecundum* complectitur *Syzygiam tertiam*, ſive Dialogos Platonis Ethicos generales Philebum, Menonem, Alcibiadem primum: Ethicosque ſpeciales, Alcibiadem ſecundum, Charmidem, Lyſidem & Hipparchum: tum Politicos, Menexenum, Politicum, Minoem, libros de Rep. ac de legibus & Epinomidem. *Volumen tertium* complectitur *Syzygiam quartam*, in qua dialogi Phyſici ac Metaphyſici ſive Theologici, Timæus, Critias, Parmenides, Sympoſium, Phædrus & Hippias major. Denique *Syzygiam quintam*, in qua Epiſtolæ XIII. & dialogi nothi (quibus immerito accenſetur Clitipho) & definitiones. Leone Allatio judice p. 119. de ſcriptis Socratis, *jure merito plerique hac noſtra tempeſtate viri ingenui & docti ad Ficini interpretationem tanquam fideliorem, ad Serrani tanquam elegantiorem confugiunt.* De eadem Serrani verſione ita Illuſtris Huetius de claris interpretibus p. 280. *Sententiis contentus verba deſpexit, fidelem absque eo & perſpicuam, quam pollicetur, converſionem præſtiturus.* Claudius Fleurius diſſ. de Platone p. 289. *J' ay appris, non ſans quelque ſurpriſe, que ce Jean Serranus dont le Platon eſt ſi eſtimé (ſoit à cauſe de Henry Eſtienne qui l' a imprimé*

2011 Ministerio de Cultura

ſoit par quelque autre raiſon) eſt le meme Jean de Serres qui à écrit l' Hiſtoire de France ſous le titre d' inventaire. Je ne connois point d' auteur a qui il ait mieux reuſſi de degviſer ſon nom. - - Sa traduction eſt plus latine que celle de Ficin, mais elle n' eſt pas ſi fidelle. Il abandonne la plus part des allegories & des myſteres de Marſile, en retenant ſeulement quelques unes au beſoin, pour expliquer ce qu' il n' entend pas. - - Reprehendit deinde Serranum Fleurius quod ordinem librorum immutaverit, & Analyſi ſcholaſtica deformaverit ſcripta Ptatonis; hanc tamen ipſe mox non diffitetur utilem lectoribus eſſe, quod facile per ſe quilibet æqvus judex æſtimabit.

ITALICE

Prodiit Plato interprete *Dardi Bembo* Venet. 1601. 12. tribus Voluminibus.

Nonnulla Platonis etiam Italice verrit *Sebaſtianus Ericius*, ut notavi ſupra num. XXXI. in Timæo.

GALLICE ET ANGLICE.

De Gallica verſione dialogorum quorundam adornata à *Ludovico Regio* dixi paulo ante, ubi de latina Ficini interpretatione.

Gallice dialogos præcipuos Platonis perquam eleganter convertit *Andreas Dacerius* (ut retuli num. I. in Euthyphrone) & reliquos quoque editurum ſe in nupera Hieroclis editione eſt pollicitus. Ex gallica Dacerii verſione promanavit Anglica A. 1701. ſub titulo *Plato abrig'd.*

PERSICE ET HEBRAICE.

Platonis ſcripta *Perſice* translata juſſu Choſrois Perſarum Regis Juſtiniano Imp. æqualis teſtatur Agathias lib. 2. Libros de Rep. translatos exſtare *Hebraice* in Bibl. Vaticana, notabam ſupra num. XXX.

VIII. SCRIPTA VARIA DE PLATONE ET PLATONICA PHILOSOPHIA.

VITAM PLATONIS ſcripſerunt è veteribus *Diogenes Laertius* libro III.

Olym-

2011 Ministerio de Cultura

Olympiodorus in prima praxi, ſive prælectione ad Alcibiadem I.

(Ne jam de perditis dicam, *Porphyrio*, *Favorino*, *Zoſimo Alex. Clearcho*, *Ariſtoxeno*, *Hermodoro*, *Speuſippo*, *Xenocrate*, &c.)

E recentioribus, editores atque interpretes Operum, *Marſilius Ficinus*, qui etiam Apologiam de moribus Platonis ſcripſit, *Andreas Dacerius* &c. tum *Caſaubonus*, *Aldobrandinus*, & *Menagius* ad Laertium.

Video etiam memorari *Mich. Boſchii* vitam Platonis & pro Ariſtotele defenſionem Argent. 1591. 8. quam non vidi. *Bembi* pro Platone Apologia, cujus meminit Gaddius, lucem haud vidit.

DISSENSUM AB ARISTOTELICA PHILOSOPHIA oſtendere ſunt conati, poſt deperdita ſcripta *Tauri Berytii & Attici* Platonici, *Georgius Gemiſtus Pletho* de Platonicæ & Ariſtotelicæ Philoſophiæ differentia, Baſil. 1574. 4.

Georgius Trapezuntius in comparatione Ariſtotelis & Platonis Venet. 1523. 8. *Mich. Apoſtolius* Gemiſti contra Gazam ὑπερασπιστὴς MS. in Bibl. Bodlej. Apoſtolium impugnavit *Andronicus Calliſti*, Andronicum *Nic. Secundinus*.

Bernardinus Donatus Veronenſis de Platonicæ atque Ariſtotelicæ Philoſophiæ differentia. Venet. 1540. 8. Pariſ. 1541. 8.

Franciſcus Patricius diſcuſſionum Peripateticarum (Baſil. 1581. fol.) Tomo III.

CONSENSUM PLATONIS CUM PHILOSOPHIA ARISTOTELIS, jam tum profeſſus eſt ſe agnoſcere Antiochus Academicus, ejusque auditor Cicero lib. V. de finibus, & alii paſſim: at ſingulari ſcripto docuerat

Porphyrius libris VII. ſed qui pridem interciderunt (confer Holſten. de Porphyrii vita c. 8.)

Hierocles in libris de fato ac providentia, ad Olympiodorum Philoſophum, libro præcipue ſexto. Vide Photium Cod. CCXIV.

De eadem re commentarium promiſit è latinis veteribus *Boethius* lib. 2. de interpretatione, ſed qui elaboratus ab eo non videtur, certe lucem non vidit. *Bernardi Carnotenſis* ſimilem conatum laudat Sarisberienſis II. 17. Metalogici.

E recentioribus conſenſum Platonis cum Ariſtotele probare conatus eſt *Joh. Picus*. (adde Politiani Miſcellanea c. 1.)

Franciſcus Patritius diſcuſſionum Peripateticarum tomo II.

Seb. Foxius libris V. Lovan. 1554. Pariſ. 1560. 8. Witteb. 1589. 8. Lugd. 1622. 8. Confer Obſervat. Hallenſ. T. 3. p. 268. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Jac. Carpentarius Claromontanus Pariſ. 1573. 4.

Gabriel Buratellus, Anconitanus, in conciliatione præcipuarum controverſiarum Ariſtotelis & Platonis 8. Venet. 1573.

Jacobus Mazonius Cæſenas libris II. præludiorum ad Compa, rationem Ariſtotelis & Platonis, Venet. 1597. fol.

Franciſcus Diacetius,

Petrus Maſſolus,

Symphorianus Champerius.

Addi his poſſunt *Paganinus Gaudentius* de dogmatum Ariſtotelis cum Platonis Philoſophia comparatione Florent. 1639. 4. *Benjamin Coberus* in Exercitationum Platonicarum præludio, ſive dialogo de Philoſophia, pro iis qui Platonem cum Ariſtotele volunt conjungere. Spiræ 1605. 8. *Andreæ Bachmanni* æquilibrium de ſuperpondio divini Platonis cum Ariſtotele Parallelo, ſive Ariſtoteles cum Platone comparatus. Northuſæ 1629. 12.

D. Phil. Treunerus in diſſ. de Theologia Platonis & Ariſtotelis comparata, Jenæ 1690. 4.

Confer ſi placet *Jacobum Thomaſium* Oratione XV. de Syncretiſmo Peripatetico, & *obſervationes Hallenſes* III. 14. ubi etiam de *Joh. Baptiſtæ du Hamel* libris II. de conſenſu veteris ac novæ Philoſophiæ diſſeritur.

PLATONEM CUM ARISTOTELE COMPARAVIT ſingulari & erudita diatriba gallice edita Philoſophiam utriusque inter ſe contendens *Renetus Rapinus*.

HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETA libris novem explicuit & inter ſe contulit, atque adverſus aliorum ſententias defendit *Galenus*, qui exſtant. *Telephus* quoque Grammaticus, Suida teſte, ſcripſerat περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος συμφωνίας. *Proclus* συμφωνίαν Ὀρφέως Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος. Cum *Orpheo* conſentire Platonem obſervavit & *Hierocles* libro quarto de fato ac providentia, & *Olympiodorus* commentar. in Phædonem, πανταχοῦ δ' ὁ Πλάτων παρῳδεῖται Ὀρφέως.

DE PLATONIS THEOLOGIA *Zenodoti* liber περὶς Πλάτωνα περὶ Θεῶν Suidæ memoratus intercidit. Exſtant *Procli* libri VI. de Theologia Platonis, & στοιχείωσις Θεολογικὴ, in quam *Nicolai Methonenſis* Epiſcopi animadverſiones & Fratris *Bercaldi* expoſitio MS. ſuperſunt, illa græce, hæc latine. His addendus *Marſilius Ficinus*, cujus exſtant Theologiæ Platonicæ libri XIIX. de immortalitate animorum atque æterna felicitate & Theologiæ Platonicæ Compendium T. I. Opp. p. 671. - - 676.

Paulus

2011 Ministerio de Cultura

Paulus Benius Eugubinus in Theologia Platonis atque Aristotelis Patav. 1624. 4.

Petrus Lescaloperius ad Ciceronem de Natura Deorum lib. 1. p. 49. seq.

Esaiæ Pufendorfii diss. à juvene scripta de Theologia Platonis.

CONSENSUM PLATONIS CUM CHRISTIANA RELIGIONE ostendere conantur præter Christianos veteres Clementem Alex. aliosque (quorum loca collegit Mericus Casaubonus de credulitate & incredulitate p. 122. seq.) tum recentiores Augustinum Steuchum Eugubinum in libris de perenni Philosophia, Bessarionem contra calumniatorem Platonis, Gvil. Postellum de Orbis terræ concordia, Theophilum Galeum in Atrio Gentilium Anglice edito & in Philosophia Generali, Marsilium Ficinum Variis scriptis, Philippum Mornæum libro de Veritate Religionis Christianæ, atque *Andream Dacerium* in diss. de Platone, notisque ad Gallicam dialogorum versionem passim, *Mutius Pansa* Pinnensis in tractatu de osculo seu consensu Ethnicæ & Christianæ Philosophiæ, Marpurg. 1605. 8. qui plures hujus argumenti libros molitum se testatur p. 115. 291. 485. *Livius Galantes*, Ordinis Minorum, libris XX. de Christianæ Theologiæ cum Platonica comparatione, Bononiæ A. 1627. fol. quo in opere *liber primus* continet Platonis vitam & encomia, quibus præcipue veteres Ecclesiæ doctores eum mactarunt, tum quæ iidem in ipso damnavere, & quibus argumentis defendi possit. Liber II. III. IV. considerant dogmata Platonica de Deo. Liber V. VI VII. de Angelis. Liber VIII. IX. X. de Creatione. Liber XI. XII. XIII. de anima. Liber XIV. XV. XVI. de Dæmonibus. Liber XVII. XIIX. XIX. de felicitate summa hominis. Liber denique vicesimus colligit dicta veterum Poetarum capitibus fidei Christianæ consentientia. *Petrus Calanna* in Philosophia Seniorum, sacerdotia & Platonica Panormi 1599. 4. *Franciscus Patricius* in Aristotele exoterico, ubi ostendere conatur Platonem cum Doctrina Christiana conspirare per capita XLIII. in quibus dissidet Aristoteles. Confer Joh. Launojum de Varia Aristotelis fortuna c. 17. *Franciscus de Vieri* in compendio doctrinæ Platonicæ quatenus cum Christiana fide conspirat. Italice A. 1577. 8. His adde quod Plato à Numenio dictus est *Moyses Atticissans*, & ab Hebræis plurima repetisse à multis creditur, qua de re præ cæteris consulendus Huetius demonstrat. Evangel. propos. IV. c. 4. §. 14. Tob. Pfannerus in Theologia gentili &c.

DISSENSUM PLATONIS A RELIGIONE CHRISTIANA multi

2011 Ministerio de Cultura

multi etiam è veteribus Ecclesiæ Doctoribus satis perspicue observarunt, qui Platonem habebant *condimentarium hæreticorum.* Unde Bernhardus Epist. 109. de Abailardo : *dum Platonem probat Christianum, se probat Ethnicum.* Hanc in rem operæ pretium est legere, quæ scripsit

Joh. Baptista Crispus, Gallipolitanus, in erudito Opere de Ethnicis Philosophis caute legendis, Rom. 1594. fol. quo præcipue Platonis doctrinam de Anima ad examen revocavit, & p. 235. monet *Platonem tum præcipue cavendum esse, cum piis dogmatibus magis similis esse videtur.* Idem visum Cardinali Bellarmino, nam ut refert Malinkrotus de summo bono p. 4. *Platonicam Philosophiam Clemens VIII. Pontifex. Max. in Scholas uti proposítum habebat reduxisset, nisi unius Cardinalis Bellarmini dehortatione abstentus fuisset, quæ tamen repulsa si causam illius & rationes quibus illa persvasa fuit perpendamus, plus gloriæ quam ignominiæ Platonico dogmati conciliavit, uti apud Fuligatum & Sylvestrum de Petra Sancta in vita prædicti Cardinalis videre est. Nec enim vel ipse Bellarminus præ Aristotelica ausus est Platonicam Philos. contemnere, ideoque non alio argumento usus est, quam quod præ aliis Gentilium Philos. Sectis ad Christianæ Religionis placita proxime accederet, ideoque ad seducendos homines & simplicitatem fidei corrumpendam majus ab illa periculum immineret.* Præterea de dissensu Platonis à Christianis dogmatibus egerunt *Ehregot Daniel Colberg*, Professor tum Gryphisvvaldensis in Chistianismo Platonico Hermetico, edito Germanica lingua Lipsiæ 1690. 8. *Frid. Christianus Bucher* Ecclesiastes Gedanensis Platone Mystico in Pietista redivivo, itidem Germanice, Gedani 1699. 4. *Albertus Christianus Rothe* Ecclesiastes nuper Lipsiensis in Trinitate Platonica Lips. 1693. 4. *Joh. Heinricus Feustkingius* de tribus Hypostasibus Plotini Witteb. 1694. 4. *Joh. Frid. VVucherer*, Meinungensis in diss. de defectibus Theologiæ Platonicæ. Jenæ 1706. 4.

Consulendus & *Sam. Parkerus* in Philosophiæ Platonicæ Censura Anglice edita, *an account of the Platonik Philosophy.* Oxon. 1666. 4.

PLATONEM HEBRÆIS PHILOSOPHEMATA SUA NON DEBERE, ostendit Joh. Clericus Epistola Critica VII. Equidem Mosaicis è scriptis qui suam credit hausisse Philosophiam Platonem, idem fidem facile quoque habebit fabulæ de cadavere Platonis reperto tempore Constantini M. & Irenes cum tabella aurea in pectore cui verba insculpta : *Christus ex virgine nascetur, in quem ego credo. At sol tu me iterum adspicies sub Constantini imperio & Irenes.* Vel quod à multis traditum est primum fuisse Platonem, qui apud inferos Christo prædicanti fidem habue-

2011 Ministerio de Cultura

habuerit atque ab eo fuerit ex inferis liberatus. Vide Barthium ad Æneam Gazæum p. 153. & Allatium de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 259. seq.

DE PLATONIS PHILOSOPHIA, (ne jam deperditos memorem, *Didymum*, *Dercyllidemque*) librum edidit *Georgius Acanthius Kelhaimannus*. Basil. 8.

Stephani Theupoli Patricii Veneti Academicarum Contemplationum libri X, quibus Platonis dogmata ordine explicata adversus Peripateticos vindicantur. Venet. 1576. 8.

Elegans de Platone ejusque Philosophia dissertatio, auctore *Claudio Fleurio* subjecta legitur hujus tractatui de delectu ac methodo studiorum, qui gallice lucem vidit Bruxellis 1687. 12. recusus ibidem 1706. 12. Confer Acta Erud. A. 1688. p. 370.

ETHICAM Platonicam conscripsit *Magnus Daniel Omeis* Vir Clariss. Professor Altdorfinus, Altdorf. 1696. 8. & ante eum *Chrysostomus Javellus* Canapicius, cujus exstat quoque epitome CIVILIS Platonis PHILOSOPHIÆ, T. 2. Operum Lugd. 1580. fol.

POETICAM Platonicam *Paulus Benius* Eugubinus, Venet. 1622. Eidem RHETORICAM quoque Platonicam debemus.

De locis apud Platonem MATHEMATICIS præter deperditum *Philippi Mendæi* opus, scripsit *Theo Smyrnæus*.

Ὁ εἰς τὰς τοῦ Πλάτωνι παροιμίας γεγράψας laudatur ab Anonymo de incredibilibus cap. IX. ubi non spernendum occurrit ex illo scriptore fragmentum super sensu fabulæ notissimæ de Narcisso.

EXAMEN PHILOSOPHIÆ PLATONICÆ Ludovicus de Morainvillier d' Orgveville, presbyter Oratorii & Doctor Sorbonicus, Maclovii, (S. Malo civitate Gallicæ Celticæ) 1650. 8.

LEXICA PLATONICA scripserunt Olim *Boëthus*, *Harpocration* Argivus, & *Timæus junior*, Platonicus.

E recentioribus hoc loco memorandum

Ioh. Baptistæ Bernardi Patricii Veneti Seminarium totius Philosophiæ Platonicæ, sive Index copiosus materiarum in Platone & Platonicis occurentium, Venet. 1582. atque inde Lugduni & Genevæ plus simplici vice in fol. Non ex lectione ipsorum Librorum, sed ex indicibus compaginatum hoc opus videtur Morhofio I. Polyhist. p. 244.

Platonis Gemmæ collectæ à *Nic. Liburnio*. Basil. 8.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT II.

Albini Platonici Introductio in Platonis Dialogos,

Nunc primum in lucem edita.

Antequam de Platone dicere desinam, hoc loco inserere juvat *Albini* Isagogen in dialogos Platonis, descriptam ex codice Holsteniano, adjuncta latina versione, quam ante aliquot annos composuit, Græcis literis tum operam ducta meo navans Juvenis egregius, JO. ANTONIUS WINCKLERUS, Hamburgensis, JOHANNIS, & μακαρίτ8, Rev. Ministerii Senioris, Filius.

DE ALBINO PLATONICO Testimonia.

Galenus de libris propriis, T. IV. edit. Basil. p. 372.

Τεία δέ μοι βιβλία ὧδέ πινων ἐδόθη γεγραμμένα πρὸν εἰς Σμύρναν ἐκ Περγάμ8 μεταβῆναι Πέλοπός τε τ῀ ἰατρ῀ καὶ Ἀλβίν8 τ῀ Πλατωνικ῀ * χάριν.

Tertullianus lib. de Anima cap. XXVIII.

Quis ille nunc vetus Sermo -- -- Pythagoricus, ut volunt, quin & divinus, ut Albinus existimat, aut Mercurii forsan Ægyptii.

Cap. XXIX.

Hæc & Albinus, Platoni suo veritus, subtiliter quærit contrarietatum genera distinguere, quasi non & hæc tam absolute in contrarietatibus posita sint, quam & illa, quæ ad sententiam magistri sui interpretatur, vitam dico & mortem.

Proclus Lib. II. in Platonis Timæum p. 67,

Ὅ γε Πλατωνικὸς Ἀλβῖν@ ἀξιοῖ κ῀ Πλάτωνα τὸν κόσμον ἀγένητον ὄντα γενέσεως ἔχειν ἀρχήν, ὃ καὶ πλεοναζει ξ῀ ὀντ@.

Idem

* Fuit igitur Albinus æqualis Galeni, certe scripsit post Thrasyllum ac Dercyllidem, quorum meminit cap. VI.

2011 Ministerio de Cultura

Idem Proclus Lib. V. p. 311.

Μόνον τὸν νοῦν ἀθάνατον διατηρῶντες, ὡς μόνον καὶ μένοντα καὶ ὁμοιούμενον τοῖς θεοῖς, καὶ μὴ φθειρόμενον, ὥσπερ οἱ παλαιότεροι, καὶ ἔπεσθαι τῇ λέξει, κείναντες δι' ἧς ὁ Πλάτων φθείρει τὸν ἄλογον, θνητὴν αὐτὸν καλῶν, τὰς Ἀπιναὰς λέγω καὶ Ἀλβίνους, καὶ τοιούτους πνάς.

Jacobus Pamelius ad Tertullianum p. 378.

Albinus, cujus etiam meminit capite præcedente, Platonis Magiſtri ſui, uti loquitur Auctor, ſcripta interpretatur, ſcripſit Iſagogicum dogmatum Platonis, & alterum librum de ordine librorum ejusdem, qui Græce exſtant Romæ in Vaticano, & Venetiis ad S. Antonium.

Iſagogen hanc Albini in Dialogos Platonis laudat etiam Petrus Alcyonius in præfatione ad libros de exilio, Gerhardus Langbænius in Academia, ſive notitia ſcriptorum Platonicæ Philoſophiæ, & Nic. Rigaltius ad Tertullianum p. 87. qui cum hoc Albino confundit alterum longe diverſum hoc nomine ſcriptorem latinum, cujus meminit Boethius lib. 1. de Muſica cap. 12. & Caſſiodorus cap. 5. de Muſica: Apud latinos autem Vir Magnificus Albinus * librum de hac re compendioſa brevitate conſcripſit, quem in Bibliotheca Romæ nos habuiſſe, atque ſtudioſe legiſſe retinemus. *Fallitur quoque auctor Pandectarum Brandeburgicarum, qui Alcinoum eſſe ſuſpicatur Iſagoges quam hic edo auctorem, cum veriſimilius ſit ἐπιτομὴν τῶν Πλάτωνος δογμάτων quæ ſub Alcinoi nomine ambulat, eſſe hujus Albini. Verum de Alcinoi ſcripto infra libro IV.*

* Idem forte qui præfectns Urbi fuit A. C. 414. & 426. *cujus facundæ commiſſa palatia linguæ.* Vide Labbeum ad excerpta Photii ex Olympiodoro T. 1. Hiſt. Byz p. 67. Fuere & alii hoc nomine, ut Albinus ad quem ſcribit Lucilius poeta apud Lactantium VI, 5. A. Poſthumius Albinus de quo Voſſius in Hiſt. Græcis & Latinis, Albinus junior qui res Romanas carmine latino ſcripſit, è quo verſus nonnulli afferiuntur à Priſciano VII. p. 741. Albinus Eremitâ, de quo S. Nili narrationem edidit Poſſinus quem vide ſi placet in notis p. 183. Albinus cujus librum de metris allegat Maximus Victorinus de carmine Heroico p. 1959. Alcuinus quoque à nonnullis appellatur Albinus. prætereo alios Albinas in Hiſt. Romana obvios, de quibus Glandorpius in Onomaſtico, qui tamen Albinios plebejam gentem cum Albinis confundit.

2011 Ministerio de Cultura

Α'ΛΒΙ'ΝΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΤΟῪΣ Πλάτων@ Διαλόγυς.

I. Ὅλι τῷ μέλλοντι ἐντεύξεσθαι τοῖς Πλάτων@ διαλόγοις προσήκει πρότερον ἐπίσασθαι αὐτὸ ξτο, τί ποτέ ἐστιν ὁ διάλογ@. Ὅυτε γὰ ἄνευ τέχνης τινὸς καὶ δυνάμεως γεγραμμένοι εἰσὶν, ὅτε τεχνικῶς γνωρίσαι ῥᾴδιον τῷγε δεωρίας ἀπείρως ἔχοντι. Ἀρέσκει δὲ τῷ φιλοσόφῳ πρὶ παντὸς ὅτιν@ ὂν τὴν σκέψιν ποιύμενον, τὴν ὑσίαν τὸ πράγμα]@ ἐξετάζειν. Ἔπειτα, τί τὸτο δύναται, καὶ τί μή, πρὸς ὅ, τί τε χρήσιμον πέφυκε καὶ πρὸς ὃ μή. Λέγει δὲ ὧδε. * Περὶ παντὸς ὦ παῖ μία ἀρχὴ τοῖς μέλλυσι καλῶς βυλέυεσθαι, εἰδέναι πρὶ ὅ ἂν βυλῆ ἢ, παρὰ τὸτο ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. Τὸς δὲ πολλὸς λέληθεν, ὅτι ὐκ ἴσασι τὴν ὑσίαν ἑκάσυ, ὡς ὅν ὐκ εἰδότες, ** ὑδὲ ὁμολογῦντες ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως, προελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν. ὅτεγαρ ἑαυτοῖς ὅτ' ἄλλοις ὁμολογῦσιν. Ἵνα ὖν μὴ τὸτο πάθωμεν ἐντυγχάνοντες τοῖς Πλάτων@ διαλόγοις, αὐτὸ τὸτο, ὅπερ ἔφην, σκεψώμεθα, τί πο' ἐσὶν ὁ διάλογ@, ὑδὲ γὰ ἄνευ τέχνης τινὸς καὶ δυνάμεως ἐισι γεγραμμένοι. Ἔσι τοίνυν ὐκ ἄλλο τι ἢ λόγ@ ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως συγκείμεν@ πρί τιν@ τῶν πολιτικῶν καὶ φιλοσόφων πραγμάτων, μετὰ τῆς πρεπύσης ἠθοποιίας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων, καὶ τῆς κ' τὴν λέξιν κατασκευῆς.

II. Λόγ@ μὲν ὖν λέγεται ὁ διάλογ@, καθάπερ ὁ ἄνθρωπ@ ζῶον. Ἐπεὶ δὲ ὁ λόγ@ ἐσὶν ὁ μὲν ἐνδιάθε]@, ὁ δὲ προφορικὸς, ἀκυόμεθα τὸ προφορικὸ, καὶ ἐπεὶ τύτυ ὁ μέν ἐσι κ' διέξοδον λεγόμεν@, ὁ δὲ κατ' ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν, ἴδιον ξ διαλόγυ ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις, ὅθεν ὁ λόγ@ ἐξ' ἐρωτήσεως εἶναι λέγεται. Τὸ δὲ πρί τιν@ τῶν πολιτικῶν καὶ φιλοσόφων πραγμάτων πρόσκεισθαι, διὰ ὀικείαν εἶναι δεῖ τὴν ὑποκειμένην ὕλην τῷ διαλόγῳ. Αὕτη δέ ἐσιν ἡ πολιτικὴ καὶ φιλόσοφ@. Ὡς γὰ τῇ ζωγῳδίᾳ καὶ ὅλως τῇ ποιήσει ὀικεία ὕλη ὑποβέβληται τῶν μύθων, ὕτως τῷ διαλόγῳ ἡ φιλόσοφ@, τυτέσι τὰ πρὸς φιλοσοφίαν. Τὸ δὲ μετὰ τῆς πρεπύσης ἠθοποιίας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων διαφόρων ἐν τοῖς λόγοις ὄντων τὸν βίον, τῶν μὲν φιλοσόφων, ** τῶν δὲ σοφιστικῶν, τὰ ὀικεῖα ἤθη δεῖ ἑκάσῳ ἀνατιθέναι. Τῷ μὲν φιλοσόφῳ τὸ γενναῖον, καὶ τὸ ἁπλῦν, καὶ τὸ φιλάληθες. Τῷ δὲ σοφιστικῷ τὸ ποικίλον καὶ τὸ παλίμβολον καὶ τὸ φιλόδοξον. Τῷ δὲ ἰδιωτικῷ τὸ οἰκεῖον. Ἐπὶ τύτοις φησὶ καὶ (πρὶ) τῆς κ' τὴν λέξιν καλασκευῆς, καὶ μάλα εἰκό-

* Plato in Phædro, non longe a principio. ** in editis Platonis libris est: ὡς ξν εἰδότες ὐχ ὡμολογῦντα, κ. τ λ. quod Ficinus vertit: *tanquam igitur scientes in disquisitionis principio non declarant.*

2011 Ministerio de Cultura

ALBINI INTRODUCTIO IN Platonis Dialogos.

I. Volentem accedere ad Platonis Dialogos, decet prius noſſe, hoc ipſum, quidnam ſit Dialogus? Neque enim absque arte quadam & facultate ſcripti ſunt, neque ſecundum artem judicare facile eſt, præceptorum imperito. Placet autem Philoſopho, quamcunque rem conſideraverit, naturam ejus inquirere, tum quid poſſit, vel non poſſit, ad quæ aptum natum ſit, ad quæ minus. Ita enim ait: *In omnibus, fili, unicum eſt principium, iis, qui recte conſilia inire volunt, probe intelligere, quid illud ſit, de quo conſultent, hoc quippe neglecto aberrare eſt neceſſe; plurimos vero illud latet, quod rei naturam ignorant. Ut igitur neſciunt, parumque ſibi conſtant in principio diſquiſitionis, procedentes quod par eſt conſequitur, ut nec ſibi ipſi, nec aliis conſentanea loquantur.* Ne itaque idem nobis accidat ad Platonis Dialogos accedentibus, illud ipſum, quod dixi, conſiderabimus, quidnam Dialogus ſit? cum non ſint ſine arte quadam ſcripti. Eſt nempe nihil aliud, quam *Sermo conſtans ex quæſtione & reſponſione de rebus civilibus vel Philoſophicis, ita ut mores decentes tribuantur perſonis aſſumptis, & congruens Orationis adhibeatur compoſitio.*

II. *Sermo* de Dialogo dicitur, ut de homine animal. Cum vero ſermo alius internus ſit, externus alius, intelligimus externum, & quia hic iterum vel continua oratione procedit, vel quæſtione conſtat & reſponſione, proprie Dialogi fiunt interrogando & reſpondendo, unde dicitur ſermo conſtare ex quæſtione & reſponſione. Verba, *de rebus civilibus vel Philoſophicis*, adjecta ſunt, quia conveniens Dialogi argumentum eſſe debet, quod eſt civile & Philoſophicum. Quemadmodum enim Tragœdiæ vel univerſim artis Poeticæ congruens materia ex fabulis depromitur, ita Dialogi ex Philoſophia ſive rebus Philoſophicis. Porro additur: *ut congruentes tribuantur mores aſſumtis perſonis.* Cum enim in Dialogis pro vitæ ratione variæ hæ ſint atque diſtinctæ, aliæ Philoſophorum, ſophiſtarum aliæ, ſuos cuique mores tribuere oportet; Philoſopho, ingenuitatem animi, ſimplicitatem, amorem veritatis: Sophiſtæ contrà varios colores, mentis fluctuationem & vanum ſtudium gloriæ. Ita & privato, rei domeſticæ ſtudium. Poſtea monetur *de accurata Orationis compoſitione adhibenda*, optime ſane.

* Conf. Themiſtii *βασανιστὴν* ſive orationem XXI, qua diverſos mores Philoſophi ac Sophiſtæ ex Platonis mente deſcribit.

2011 Ministerio de Cultura

εἰκότως. Ὡς δὲ τῇ τραγῳδίᾳ καὶ τῇ κωμῳδίᾳ τὸ οἰκεῖον μέτρον δεῖ (προσαπτέον δὲ καὶ τῇ) λεγομένῃ ἱστορίᾳ τὸ πλάσμα, ἵνα καὶ τῷ διαλόγῳ τὴν οἰκίαν λέξιν καὶ συνθεσιν ἔχειν, τὸ Ἀττικὸν, τὸ εὔχαρι, τὸ ἀπέριττον, τὸ ἀνενδεές.

III. Εἰ δέ τις λεγόμενος λόγος μὴ, καθάπερ εἶπον, εἰδοποιοῖμενος ἀλλ' ἐνδεὴς ὢν τούτων λέγοιτο εἶναι διάλογος, οὐκ ὀρθῶς ἂν λέγοιτο. Οὕτω τὸ τοῦ Θουκυδίδη λεγόμενον τῶν δυνάμεων εἰδοποιεῖν τὴν ἰδιότητα τῶν διαλόγων, ἀλλὰ μᾶλλον δύο δημηγορίας κατ' ἐνθύμησιν ἀλλήλοις ἀνταγορευομένας. Ἐπεὶ δὲ ὅ, τί ποτέ ἐστιν ὁ διάλογος τεθεωρήκαμεν, καὶ τῆς διαφορᾶς αὐτοῦ τοῦ τε Πλάτωνα διαλόγου ἴδωμεν. Τούτεστι καὶ τῶν χαρακτήρων, πόσοι τέ εἰσιν οἱ ἀνωτάτω, καὶ πόσοι ἐκείνων ὑποδιαιρεθέντες εἰς τοὺς ἀτόμους ἐρήσαντο.

IV. Περὶ μὲν δὴ χαρακτήρων ὅτι δύο ὄντων, ὑφηγητικοῦ καὶ ζητητικοῦ, ὁ μὲν ὑφηγητικὸς ἥρμοσται πρὸς διδασκαλίαν καὶ πρᾶξιν τοῦ ἀληθοῦς. Ὁ δὲ ζητητικὸς πρὸς γυμνασίαν καὶ ἀγῶνα καὶ ἔλεγχον τοῦ ψεύδους. Καὶ ὅτι ὁ μὲν ὑφηγητικὸς τῶν πραγμάτων ἔχεται, ὁ δὲ ζητητικὸς τῶν προσώπων.

V. Τῶν μὲν δὴ τοῦ Πλάτωνος διαλόγων ὑπάγονται τῷ μὲν Φυσικῷ ὁ Τίμαιος, τῷ δὲ ἠθικῷ ἡ Ἀπολογία, τῷ δὲ λογικῷ Θεάγης, Κρατύλος, Λύσις, Σοφιστής, Λάχης, Πολιτικός. Τῷ δὲ ἐλεγκτικῷ Παρμενίδης, Πρωταγόρας, τῷ δὲ πολιτικῷ Κρίτων, Φαίδων, Μίνως, Συμπόσιον, Νόμοι, Ἐπιστολαὶ, Ἐπινομίς, Μενέξενος, Κλειτοφῶν, Φίληβος. Τῷ δὲ περαστικῷ Εὐθύφρων, Μένων, Ἴων, Χαρμίδης. Τῷ δὲ μαιευτικῷ. Ἀλκιβιάδης, τῷ δὲ ἀνατρεπτικῷ Ἱππίας, Εὐθύδημος, Γοργίας.

VI. Ἐπεὶ δὲ τεθεωρήκαμεν τὴν διαφορὰν αὐτῶν ὡς πέφυκε γίγνεσθαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας, ἐπὶ τούτοις λέγωμεν, ἀπὸ ποίων διαλόγων δεῖ ἀρχομένους ἐντυγχάνειν τοῦ Πλάτωνος λόγῳ. * Διάφοροι δὲ δόξαι γεγόνασιν. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Ἐπιστολῶν ἄρχονται, οἱ δέ τινες ἀπὸ τοῦ Θεάγους. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τετραλογίαν διελόντες αὐτούς, καὶ τάττουσιν πρώτην τετραλογίαν τὴν περιέχουσαν τὸν Εὐθύφρονα καὶ τὴν Ἀπολογίαν, καὶ τὸν Κρίτωνα καὶ τὸν Φαίδωνα. Τὸν μὲν οὖν Εὐθύφρονα, ἐπεὶ καὶ ἐπαγγέλλεται τῷ Σωκράτει ἐν αὐτῷ ἡ δίκη. Τὴν δὲ Ἀπολογίαν, ἐπεὶ ἀναγκαῖον αὐτῷ ἀπολογήσασθαι ἐπὶ τούτοις. Τὸν Κρίτωνα, διὰ τὴν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διατριβήν. Ἔπειτα τὸν Φαίδωνα, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ τέλος τοῦ βίου λαμ-

* adde Laertium in Platone, Sect. 49. seq. & Proclum Theologiæ Platon. Lib. I. c. 5.

2011 Ministerio de Cultura

Nam quemadmodum Tragœdiæ vel Comœdiæ conveniens metrum aptari debet & hiſtoriæ congruenter efficta oratio , ſic quoque neceſſe eſt, ut ſua quadam dictione ac compoſitione gaudeat Dialogus, Attica ſcilicet puritate & ſvavitate, ac ne quid abundet vel deſit.

III. Quod ſi autem ſermo quidam, qui hanc quam præſcripſi ſpeciem non præ ſe fert, ſed illa deſtituitur, nihilominus dicatur Dialogus, minus recte id fiet. Hinc, quæ apud Thucydidem ab Imperatoribus ultro citroque dicuntur, proprie loquendo non dixerim Dialogum, ſed potius duas orationes contrarii argumenti, ſibi invicem oppoſitas. Poſtquam igitur quidnam ſit Dialogus perſpeximus , differentiam quoque Dialogorum Platonicorum conſideremus, hoc eſt eorum notas ſive characteres, quot ſint ſumma eorum genera, & in quot ſingula illorum ſubdividantur.

IV. Characterum genus eſt duplex, alterum quod narrat, alterum, quod in inquirendo verſatur. Character cui narrare eſt propoſitum, aptus eſt ad inſtitutionem & tractationem demonſtrationemq; veri: qui vero occupatus eſt in inquirendo, commode adhibebitur ad exercitationem & controverſias , falſarumque opinionum refutationem. Qui narrat, res fere; qui inquirit, perſonas tangit.

V. In Dialogis Platonis Timæus pertinet ad naturalem diſciplinam, ad Moralem Apologia, ad rationalem Theages, Cratylus, Lyſis, Sophiſta & Politicus. Ad genus elencticum referendus Parmenides & Protagoras: Criton vero & Phædo, Minos, Sympoſium, Leges, Epiſtolæ, Fpinomis, Menexenus, Clitophon, Philebus, ad diſciplinam civilem. In tentarorio genere verſantur Euthyphron , Menon, Jon. Charmides ; in inſtitutione Alcibiades, in confutatione Hippias, Euthydemus & Gorgias.

VI. Poſtquam ita & differentiam Dialogorum, quomodo diſtingui debeant, & Characteres illorum conſideravimus, adjiciemus inſuper, a quibus Dialogis ad Platonis lectionem acceſſuros initium capere oporteat. Neq; enim una eſt hac de re omniũ ſententia, ſunt quippe, qui ab epiſtolis incipiunt, ſunt qui a Theage ordiuntur. Alii dialogos Platonis in quadriloquia ſ. Tetralogias diſtrahentes volunt primo loco illam legi, quæ Euthyphronem, Apologiam , Critonem & Phædonem continet. Euthyphronem quidem, quia Socratem in jus vocatum perhibet, Apologiam, ob neceſſariam adverſus impactas criminationes defenſionem, Critonem propter ſermones in carcere habitos, & Phædonem, quia in illo Soctates excedit è vita. Hujus quidem ſententiæ *Der-*

cyl-

2011 Ministerio de Cultura

λαμβάνει ὁ Σωκράτης. Τῆς δόξης εἰσὶ διαλογισμός, καὶ θεάσεως. Δοκοῦσι δέ μοι πρόσωποις καὶ βίων διαφέρουσιν ἠθελημένα τάξιν ἐπιθεῖναι. Ὃ ἔστι μὲν ἴσως χρήσιμον πρὸς ἄλλο τι, ἀ μὴν πρὸς ὃ ἡμεῖς νῦν βουλόμεθα, βουλόμεθα δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ διάταξιν διδασκαλίας τῆς καθ' σοφίαν εὑρεῖν. Φαμὲν ἂν Πλάτωνος λόγους μὴ εἶναι μίαν καὶ ὡρισμένην ἀρχήν, ἐοικέναι γὰρ αὐτὸν τέλειον ὄντα τελείῳ σχήματι κύκλου. Ὥσπερ ἂν κύκλου μία καὶ ὡρισμένη ἀρχή ἐστιν ἑνός, οὕτως ἀδὲ διὰ τοῦ λόγου.

VII. Ὅτι μὲν διὰ τοῦτο ὅπως ἂν καὶ ὡς ἔτυχεν ἐντευξώμεθα αὐτῷ. Ὅτι δὲ γὰρ εἰ δέοι κύκλον γεγράφειν ἀφ' ὅτου ἂν σημείου ἀρχόμενός τις γράφοι τὸν κύκλον, * ἀλλ' ἀφ' ἧς ἂν ἕκαστος ἡμῶν σχέσεως ἔχῃ πρὸς τὸν λόγον ἀρχόμενον ἐντεύξεται τοῖς διαλόγοις. Σχέσεις δὲ πλείους καὶ διάφοροί εἰσιν ἡμῶν πρὸς τὸν λόγον. Ἡ μὲν γάρ ἐστι κατὰ φύσιν, οἷον εὐφυής, ἀφυής, ἡ δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν οἷον ὥραν ἔχων τοῦ φιλοσοφεῖν ἢ παραβεβηκώς. Ἡ δὲ κατὰ προαίρεσιν, οἷον φιλοσοφίας καὶ ἱστορίας ἕνεκα ἕξιν, οἷον πρεπτετελεσμένον καὶ ἀμαθής. Ἡ δὲ κατὰ τὴν ὕλην, οἷον ἐνασχολῶν φιλοσοφίᾳ ἢ πεπαιδευμένον ὑπὸ τῶν περισσόσεων.

VIII. Ὁ μὲν δὴ κατὰ φύσιν εὖ πεφυκὼς, καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν ὥραν ἔχων τοῦ φιλοσοφεῖν, καὶ κατὰ τὴν προαίρεσιν ἕνεκα τοῦ ἀρετὴν ἀσκῆσαι προσιὼν τῷ λόγῳ, καὶ κατὰ τὴν ἕξιν πρεπτετελεσμένον τοῖς μαθήμασιν, καὶ ἀφιειμένον ἀπὸ τῶν πολιτικῶν περισπάσεων, ἄρξεται ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου πρὸς τὸ θεραπῆναι καὶ ἐπιμεληθῆναι καὶ γνῶναι ὃ δεῖ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ὥσπερ πρὸς παράδειγμα καλὸν ἰδεῖν, τίς ἐστιν ὁ φιλόσοφος, καὶ τίς αὐτὸν ἐπιτήδευσις καὶ ἐπὶ ποίᾳ ὑποθέσει ὁ παρ' αὐτῷ λόγος προάγεται, δεήσει τῷ Φαίδωνι ἐξῆς ἐντυγχάνειν, λέγει γὰρ ἐν τούτῳ, τίς ἐστι φιλόσοφος, καὶ τίς ἐστιν ἡ (αὐτοῦ) ἐπιτήδευσις, καὶ ἐπὶ ὑποθέσει τοῦ ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν δίκῃσι τὸν πρὸ αὐτῆς λόγον. Μετὰ τοῦτο τῇ πολιτείᾳ δέοι ἐντυγχάνειν. Ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς πρώτης παιδεύσεως, ὑπογράφει πᾶσαν τὴν παιδείαν ἢ χρώμενος ἀφίκοιτο ἂν τις ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς κλῆσιν. Ἐπειδὴ δὲ δεῖ καὶ ἐν γνώσει τῶν θείων γενέσθαι ὡς δύνασθαι κτησάμενον τὴν ἀρετὴν ὁμοιωθῆναι αὐτοῖς, ἐντευξώμεθα τῷ Τιμαίῳ. Αὐτῇ γὰρ τῇ τοῦ πρὸς φύσιν ἱστορίᾳ ἐντυγχάνοντες καὶ τῇ λεγομένῃ Θεολογίᾳ καὶ τῇ τῶν ὅλων διατάξει ἂν (ἀμνήσομεν) τὰ θεῖα ἐναργῶς.

IX. Εἰ δέ τις καὶ ἐν κεφαλαίῳ δύναται' ἂν κατιδεῖν τὴν προσήκουσαν τάξιν τῶν διαλόγων, τῇ κατὰ Πλάτωνα διδασκαλίᾳ τῷ τοῦ Πλάτωνος αἱρεσμένῳ. * Ἀναγκαῖον γὰρ ὄντος θεατὰς γενέσθαι καὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καὶ τῶν θείων

* Hoc loco videntur quædam excidisse, quæ in versione utcunque è conjectura sunt supplета. ** Et hoc loco verba quædam deesse videntur.

2011 Ministerio de Cultura

cyllides ſunt & *Thraſyllus*, qui mihi de perſonarum vitarumque ordine ſolliciti fuiſſe videntur, quod alii forte rei non eſt incommodum, nihil autem facit ad hoc, quod in præſenti quærimus. Nunc enim initium & ordinem diſciplinæ, quæ in ſapientia verſatur, invenire ſtudemus. Hinc dixerim ſermonum Platonicorum unum definitumque initium non eſſe, ſed univerſos conjunctim integri perfectique circuli figuræ eſſe ſimillimos. Ut enim circuli nullum certum ac definitum eſt principium, ita nec ſermonum ſive Dialogorum Platonicorum.

VII. Neque tamen propterea perinde erit ubicunque ordiri. Neque enim deſcripturus circulum a quolibet puncto circulum ducit, ſed à quo ipſi maxime eſt ad manum: ſimiliter etiam ut quisque Sermones hoſce lecturus eſt affectus & compoſitus, ita ad alios quoque dialogos primum ſeſe conferet. Habitus vero noſtri complures ſunt & diverſiſſimi. Alii reſpectu naturæ, ut ſunt ingenii dexteritas vel ineptitudo, alii reſpectu ætatis, ut ætas ad ſtudium Philoſophicum matura vel jam effœta: alii ratione electionis, ut qui ſe dat Philoſophiæ vel Hiſtoriæ; alii progreſſuum ratione, ut qui jam profecit, vel adhuc rudis eſt: alii reſpectu generis vitæ, ut cum hic Philoſophiæ navat operam, alter negotiis civilibus diſtrahitur.

VIII. Qui igitur felici ingenio & ætate ad Philoſophiam matura gaudet, tum ratione electionis propterea accedit ad Platonis libros ut in virtute exerceatur, nec non variis jam diſciplinis imbutus eſt, & à negotiis civilibus liber, ab *Alcibiade* faciet initium, ut illuc convertatur flectaturq; animus, & intelligat quantum adhibendum ſit curæ & induſtriæ ad optimũ exemplar aſſequendum, videndumque quis ſit Philoſophus, quæ ejus curatio, & qua in re ſermones ipſius verſentur: hinc ſtatim ad *Phædonem* ſe conferet, in quo docet Plato, quisnam Philoſophus ſit, qua in re ſit occupatus, & de immortalitate animi diſputans ſermonẽ de illa proſequitur. Inde accedet ad *Libros de Rep.* in illis enim à prima usque inſtitutione omnem depinxit doctrinam, qua quisquis utitur virtutis ſibi poſſeſſionem acquirere poteſt. Poſt hæc, ſiquidem virtutis poſſeſſorem, rerum divinarum ſcientiam pro virili comparare ac cæteris conjungere, ſeque illis aſſimilare decet, *Timæum* adire fas erit, in quo hiſtoriam naturalem & Theologiam, totiusque univerſi ordinem ac ſtructuram cognoſcentes ſtrenue nobis res divinas revocabimus in memoriam.

IX. Quod ſi vero quis ſummatim congruentem Dialogorum ordinem perſpicere cupiat, Platonicæ diſciplinæ futurus ſectator, ex

2011 Ministerio de Cultura

θείων, καὶ τῶν θεῶν αὐτῶν καὶ τὸ καλλίστῳ νῷ τυχεῖν, δεῖ πρῶτον ἐκκαθάιραι τὰς ψευδεῖς δόξας τῶν ὑπολήψεων. ὥδε γὰρ οἱ ἰατροὶ νενομίκασι πρότερον τῆς προσφερομένης τροφῆς ἀπολαῦσαι τὸ σῶμα δύναται, εἰ μὴ τὰ ἐμποδίζοντα ἐν τούτῳ τις ἐκβάλοι. Μετὰ δὲ τὸ ἐκκαθᾶραι ἐπεγείρει, καὶ προκαλεῖται δεῖ τὰς Φυσικὰς ἐννοίας καὶ ταύτας ἐκκαθαίρειν, καὶ εὐκρινεῖς ἀποφαίνειν ὡς ἀρχάς. Ἐπὶ τούτοις ὡς προκατασκευασμένης τῆς ψυχῆς, δεῖ αὐτῇ τὰ οἰκεῖα ἐμποιεῖν δόγματα καθὰ πλεῖστα. Ταῦτα δέ ἐστι, Φυσικὰ καὶ Θεολογικὰ καὶ τὰ ἠθικὰ καὶ πολιτικά. Ἵνα (δὲ) τὰ δόγματα μένῃ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ἀναπόδραστα, δεήσει ἀποδοθῆναι τῷ τῆς αἰτίας λογισμῷ, ἵνα τις βεβαίως ἔχηται τοῦ προκειμένου σκοποῦ. Ἐπὶ τούτοις δεῖ πεπρεῖσθαι τὸ ἀπαραλόγιστον, ἵνα μὴ ὑπό τινος σοφιστοῦ παρενεχθέντες τρέψωμεν ἐπὶ τὰ χείρω τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν. Ἵνα οὖν ἐκβάλλωμεν τὰς ψευδεῖς δόξας, δεήσει ἐντυγχάνειν Πλάτωνος τοῖς τοῦ περαστικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις, ἔχουσι τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ τὸ λεγόμενον καθαρτικόν. Ἵνα δέ τις τὰς Φυσικὰς ἐννοίας εἰς φῶς προκαλέσοιτο, τοῖς τοῦ μαιευτικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις δεήσει ἐντυγχάνειν. Τοῦτο γὰρ ἐστιν αὐτῶν ἴδιον. Εἴγε ἐν τούτοις ἔστι μὲν τὰ Φυσικὰ δόγματα, ἔστι δὲ καὶ τὰ ἠθικὰ καὶ τὰ πολιτικὰ καὶ οἰκονομικά, ὧν τὰ μὲν ἐπὶ θεωρίᾳ καὶ τὸν θεωρητικὸν βίον ἔχει τὴν ἀναφοράν, τὰ δὲ ἐπὶ πρᾶξιν καὶ τὸν πρακτικὸν βίον. Ἄμφω δὲ ταῦτα ἐπὶ τῷ ὁμοιωθῆναι θεῷ. Ἵνα δὲ τὰ δεθέντα ἄφυκτα ἡμῖν ὑπάρχῃ, τοῖς τοῦ λογικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις, ὄντος καὶ αὐτοῦ ζητητικοῦ, δεήσει ἐντυγχάνειν. ἔχουσι γὰρ τάς τε διαιρετικὰς καὶ ὁριστικὰς μεθόδους, καὶ πρός γε ἀναλυτικὰς καὶ συλλογιστικάς. Δι' ὧν τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποδείκνυται, τὰ δὲ ψευδῆ ἐλέγχεται. Πρὸς δὲ τούτοις ἐπεὶ δεῖ καὶ ἀπαραλογίστως ὑπὸ τῶν σοφιστῶν εἶναι, τοῖς τοῦ ἐπιδεικτικοῦ χαρακτῆρος διαλόγοις ἐντευξόμεθα. Ἐν οἷς ἐστιν ἐκμαθεῖν ὅπως τε δεῖ ἐπαΐειν τῶν σοφιστῶν, καὶ ὅπως καὶ ὁντινα τρόπον προσφέρεσθαι καὶ ἀνασκευάζειν πρὸς τοὺς λόγους.

2011 Ministerio de Cultura

Platonis ipsius doctrina hoc faciet quam optime. Cum enim contemplatores fieri debeamus animi nostri, rerumque divinarum, ipsorum denique Deorum, & bonam mentem nobis comparare, ante omnia animus à mendacibus ac falsis opinionibus & præjudiciis purgandus erit. Neque enim Medici prius corpus ex aſſumptis cibis emolumenti quicquam capere posse existimant, quam impedimenta ex illo ejiciantur. Peracta purgatione insitos sensus naturales excitari provocarique oportet, tum & illos sinceros & ad judicandum aptos reddi tanquam principia. Præparatus hunc in modum animus, convenientibus imbuendus est doctrinis, quarum ope perficiatur, qualia sunt de rebus naturalibus, divinis, moralibus ac civilibus. Hæc vero ne excidant sed fixa inhæreant animo, necesse erit revocari singula ad rationem, ut à præfixo scopo minime aberremus. Hinc contra falsas ratiunculas animus muniendus est, ne à Sophista aliquo abducti animum in deteriora flectamus. Ut igitur falsas opiniones ejiciamus, fas est ut ad tentatorii generis Dialogos Platonicos nosmet applicemus, quippe qui in redargutione & purgatione versantur. Ad provocandos vero in lucem sensus naturales institutorii characterisDialogis erit opus, horum enim propria hæc est virtus, siquidem Physica, moralia, civilia & œconomica præcepta continent, quorum alia ad Theoriam vitamque contemplativam, alia ad actionem & vitam activam referuntur, in eundem quidem finem utraque, ut Deo similes reddamur. Hæc, in animo recondita, ne exoleſcant, necesse fuerit ad Logici characteris Dialogos, qui & ipsi sunt generis inquisitorii, facere accessum. In illis enim continentur methodi per divisiones & definitiones, tum per Analysin & Syllogismos, quibus & veræ demonstrantur sententiæ, & refutantur falsæ. Præterea ne Sophistarum ratiunculis decipiamur, demonstrativi generis Dialogos tractabimus, qui nos, quatenus audiendi sunt Sophistæ, qua ratione quemque in modum cavillationibus ipsorum occurrere oporteat, optime edocebunt.

(O)

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT III.

Notitia Platonicorum digesta Ordine Alphabeti.

Adimantus Platonis frater: Laert. III. 4.
Ejus Filius ibid. III. 41.
Ælianus Platonicus, cujus commentarios in Timæum Platonis laudat Porphyrius in Harmonica Ptolemæi p. 216. Proclus &c.
Æschines Neapolitanus, Academicus, Melanthii Rhodii discipulus, Clitomachi condiscipulus. Laertius in Aeschine II. 64. Plutarch. an seni gerenda Respubl. p. 791.
Agapestor sive *Agamestor*, de quo vide Plutarchum lib. I. sympos. quæst. 4. p. 621.
Albinus, de quo dixi capite superiore.
Alcinous, de quo infra lib. IV.
Alexander Seleuciensis Cilix, Peloplaton dictus, discipulus Favorini ac Dionysii Milesii. Philostr. 2. de Sophist. p. 568.
Amelius Tuscus, proprio nomine Gentilianus. Vide quæ ad Eunapium.
Ammonius Alexandrinus, Plotini & Origenis præceptor. Porphyr. vita Plotini.
Ammonius junior, Hermeæ F. Procli discipulus, de quo infra lib. V.
Amyclus sive Amyclas potius, Heracleotes, Platonis discipulus, Laert. III. 47. Aelian. III. 19. Var.
Annicerius Aegineta, qui Platonem à Dionysio ejectum emit, atque hoc facto nomen sibi comparavit, obscurus alioqui futurus, ut ait Syncellus p. 259.
Antiochus Philonis auditor. Vide Augustinum II. 6. contra Academicos & III. 18. ubi fœneum Platonicum vocat, & Mnesarchum quoq; Stoicum ab eo auditum refert, quod testatur etiam Eusebius XV. 9. præparat. è Numenio. Claruit circa Olymp. CLXXV. Hunc Cicero audisse se refert, quintæ auctorem Academiæ (Sextus I. Pyrrhon. Hypotyp. c. 33.) quem secum habuit L. Lucullus, cum in Asia quæstorem & post aliquot annos Imperatorem ageret. Confer

2011 Ministerio de Cultura

fer Ciceronem IV. Acad. quæſt. & Auguſtinum XVIIII. 3. de Civ. Dei.

Antonius Rhodius, Porphyrii & Amelii ſub Plotino συμφοιτητὴς.

Apolloniades Platonis ſervus, Laert. III. 42.

Apollonius Syrus Platonicus. Spartian. in Hadriano c. 2.

Mich. Apoſtolius de quo lib. V.

Arceſilas Pitanæus Crantoris diſcipulus clarus circa Olymp. CXX. auctor mediæ Academiæ, & Epicuri ætate ad invidiã illius Philoſophi peramatus magnique habitus, ut notat Plutarchus contra Colotem p. 1121. Vide & Auguſtinum II. 6. contra Academicos & III. 17. ubi Zenonis Stoicorum Principis ſub Polemone condiſcipulum & poſtea adverſarium fuiſſe Arceſilam refert. Confer. Ciceron. 1. Acad. quæſt. Audivit & Theophraſtum, Diodorum (Cronum) & Pyrrhonem, ut notat Numenius apud Euſeb. XV. præpar. p. 279. ſeq. ubi plura de Arceſila lectu digna. Veriſimile aliquid (cum Carneade) poſuit, ſed nihil eſſe certum, ut notat Hieronymus 2. in Rufin. adde Lactantium III. 4. ſeq. & 6. & quæ ad Heſychium illuſtrem Meurſius, & ad Laerium IV. 28. ſeq. viri docti. Ex eodem Laertio IV. 29. & Plutarcho de fortuna Alex. cognoſcimus nullum librum ab Arceſila ſcriptum eſſe, licet *epigrammata* ejusdem quædam refert. IV. 30. ſeq. & *teſtamenta tria* memorat IV. 43. & *Epiſtolam ad Thaumaſiam* neceſſarium ſuum exhibet 44. Hinc patet, illud προσφώνει IV. 38. non poſſe accipi de librorum inſcriptionibus, ut facit interpres, ſed quod ſolum è Regibus Eumenem acceſſerit & cum eo locutus fuerit Arceſilas. φιλόβοτρυν fuiſſe notavit Phanocritus apud Athenæum VII. p. 276.

Pro Archelao in latina verſione Philopœmenis Plutarchi p. 366. reponendum nomen Arceſilai, ubi legitur Demophanem & Eudemum Megapolitanos, ipſius in Academia familiares fuiſſe.

Archeſtratus Phrearius Laert. III. 41.

Aridelus Arceſilæ æqualis, cujus mentio Laert. IV. 41.

Ariſtides Locrus Platonis diſcipulus. Plutarch. Timoleonte. p. 238.

Ariſtides Quintilianus, de quo infra in Muſicis c. IX.

Ariſtippus Cyrenæus Lacydæ auditor. Numenius apud Euſeb. XVI. præparat. p. 736. diverſus ab Ariſtippo antiquiore Socratico, itidem Cyrenæo, de quo dixi lib. II. c. 23. §. 33.

Ariſto Platonis Pater.

Ariſtocles Meſſenius (licet Peripateticus ſecta) ſcripſerat πότερον παιδαιό-

2011 Ministerio de Cultura

τερ@ Ὁμηρ@ ἢ Πλάτων, teste Suida. Plato quoque, antequam Platonis nomen adsciscceret, dictus fuit Aristocles.

Aristodemus Aegiensis, Plutarchi æqualis, qui in limine libri adversus Colotem vocat illum τὸν ἐξ Ἀκαδημίας ὁ ναρθηκοφόρον, ἀλλ' ἐμμανέστατον ὀργιαστὴν Πλάτων@.

Aristonymus ad Arcades Reipubl. constituendæ causa à Platone missus. Plutarchus adversus Colotem p. 1126.

Aristoteles Stagirita Platonis discipulus fuit, sed propriam deinde condidit sectam, de quo infra cap. VI. seq. Quare à Platone factus fuerit alienior, dicet Aelianus III. 19. Var.

Asclepiodotus Alexandrinus Procli discipulorum optimus, Damascii magister. Vide Ionsium III. 18. *Commentarius in Platonis Timæum* allegatur ab Olympiodoro in IV. Meteorolog. Multa de hoc Asclepiodoto & diligenti ejus naturæ inquisitione Suidas, qui Asclepiodoti quoque Medici meminit in Σωρανός. Sed alius, qui sub Diocletiano vixit, & ejus res cosignasse videtur, ut conjicere licet è Vopisco in Aureliano c. XLIV.

Asclepius Trallianus, Ammonii Hermeæ discipulus.

Aspasii commentaria in Platonem memorat Porphyr. in vita Plotini.

Athenagoras, cui Boethus inscripsit librum περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων. Photius cod. CLV.

Atticus Platonicus Philos. sub M. Aurelio Antonino claruit teste Syncello p. 353. Ex ejusdem adversus Aristotelem disputationibus loca præclara servavit Eusebius XV. 4 -- 9. præparat. & 12. & 13. Attici Platonici ὑπομνήματα memorat Porphyrius vita Plotini.

Cardinalis *Bessario*, de quo libro V.

Bictus Platonis Servus, Laert. III. 42.

Bionis Borysthenitæ vita inter Academicos recensetur à Laertio IV. 46. seq. licet sect. 51. ait eum τὴν ἀρχὴν h. e. omnino τὰ Ἀκαδημαϊκὰ παρηκόσθαι, Cratetis Academici factum primum auditorem IV. 23. tum Theodori Athei, denique Theophrasti Peripatetici. De hoc Bione fuse Clariss. Baylius in Lexico. Xenocrates eum responso indignum habuit teste Laertio IV. 10. Vide & Numenium apud Eusebium XIV. præparat. p. 731.

Boëthus, cujus λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν & περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων refert Photius cod. CLIV. Nescio idemne Boethus, ad quem de anima rescripsit Porphyrius teste Eusebio XIV. 10. XV. 11. & 16. præparat. Evangelicæ.

Byr-

2011 Ministerio de Cultura

Byrſon Academicus Platonis auditor, quem perſtringit Ephippus Comicus apud Athenæum XI. p. 599. Alius Byrſon ſive Bryſon Pythagoricus, de quo ſupra lib. I. c. 13.

Caji Platonici συγγράμματα memorat Porphyr. in vita Plotini.

Callimachus quidam Platonis amicus Laert III. 42. 43.

Callippus Athenienſis Platonis diſcipulus Dioni familiaris Athen. XI. p. 508. Laert. III. 46. Plutarch Dione & Timoleonte. Suid.

Carneades Cyrenæus Olym. CXII. 4. defunctus, nihil ſcripſit præter Epiſtolas, & in his quandam ad Ariarathen Cappadociæ Regem. Vixit annos XC. vel ſaltim LXXXV, eloquentia nulli ſecundus, & ἐποχῆς aſſertor adverſus Chryſippum ſtrenuiſſimus. Tertiæ princeps Academiæ, ſucceſſor Hegeſini Pergameni, adverſus Zenonem Stoicum ſcripturus, ſive (ut rectius Valerius Max. VIII. 7.) diſputaturus, cerebrum ellebro purgavit, teſte Gellio XVII. 15. De eo vide, quæ viri docti ad Laertium IV. 62. ſeq. Plutarchus Catone Majore p. 349. Cicero, Sextus Empiricus, Numenius apud Euſebium XIV. p. 736. ſeq. præparat. Auguſtinus III. 17. contra Academicos ſeq. Athenienſem vocat Syneſius f. 19. & Philoſtratus 1. Sophiſt. p. 490. quia Athenis docuit, Suidas auten à Cyrenæo Carneade (quem perinde ut Heſychius Illuſtris vocat λίβυν, fonte propter Clitomachum ejus diſcipulum) perperam diſtinguit, & Anaxagoræ diſcipulum vocat, ſcilicet, quia ſceptices princeps creditur Anaxagoras. De ætate Carneadis vide Petavium c. 8. Exerc. Miſcell. Gaſſendum IV. 8. de vita Epicuri, & Jonſium II. 14. De Carneade ejusque dogmatis Baylium in Lexico. Orationem ejus pro Philoſophis Romæ habitam in Senatu, ex ingenio confingere reddereque auſus eſt Græco Stylo Petavius p. 217. Orat. Imaginem Carneadis exhibet editio Laertii Wetſteniana, aliam præterea Gronovius T. 4. theſauri Antiqu. græc. litera u. Fuit & Carneades Cynicus, de quo Eunapius: tum Carneades frigidus poeta elegiarum, cujus Laertius mentionem facit. De Carneade Epicuri æquali & familiari, quem à noſtro eſſe diverſum, non usque adeo conſtat, neque ego credo, vide, ſi placet, Jonſium.

Cenſorinus Academicus, cujus meminit Alexander Aphodiſeus lib. I. c. 13. quæſtionum & ſolutionum.

Chabrias & Phocion Imperatores fortiſſimi Athenienſium, ex Academia prodierunt, teſte Plutarcho adverſus Colotem p. 1126. Phocion Platonem primum, dein Xenocratem audivit, idem in Phocione p. 743.

Cha-

2011 Ministerio de Cultura

Chæron Pelleneus, Platonis & Xenocratis diſcipulus, Athen. XI. p. 509.

Charmides Clitomachi diſcipulus, quem nonnulli cum Philone quartæ faciunt principem Academiæ. Vide Sextum lib. I. c. 33. Pyrrhon. Hypotheſ. & Euſeb. XV. præp. p. 726. Ciceronem Oratore c. 16.

Chion Heracleenſis. Vide, quæ dixi lib I. c. 10. §. 5.

Clearchum in *Platonis encomio* laudat Laertius III. 2. Hieron. 1. in Jovinianum.

Clemens Alexandrinus in ſcriptis ſuis ſatis teſtatur Platonis ſe dogmatibus favere. Confer Albertinum de Euchariſtia p. 266. ſq.

Actium Clementem ad quem ſcripſit Plinius lib. I. Epiſt. 10. pro Platonico Philoſopho ſine cauſa habet Baronius ad A. C. CIX. 53.

Clitomachus Diogneti F. Carthaginienſis (Max. Tyrio inde diſſ. XXIX. p. 294. λίβυς) patria lingva Asdrubal, Carneadis diſcipulus atque in Athenienſi ſchola (curiam vocat Symachus X. 25. Epiſt.) ſucceſſor, & ſcriptor voluminum ultra CCCC, in quibus Magiſtri ſui potiſſimum dogmata illuſtravit. Vide Numenium apud Euſeb. XIV. præparat. p. 739. Laertium IX. 67. Ciceronem IV. Academ. quæſt. qui eum ad Lucilium Poëtam & L. Cenſorinum ait ſcripſiſſe (qui Anno U. C. DCIV. Conſul fuit) memoratque ejus *quatuor libros de ſuſtinendis aſſenſionibus & conſolationem ad captivos cives ſuos* poſt patriam à Romanis everſam. *Primum* ipſius *de ſectis librum* laudat Laertius in Ariſtippo II. 92. De Atheiſmo ei imputato vide Reineſii Var. Lect. III. 6. p. 444. ſeq. De Clitomacho etiam diligenter agit Jonſius II. 14.

Coriſcus Scepſius, Platonis diſcipulus. Laert. III. 46. Cum Socratem prius audiiſſet, teſte Strabone lib. XIII. p. 608. Ad Eraſtum & Coriſcum exſtat Platonis Epiſtola.

Crantor Solenſis, Polemonis auditor Laert. IV. 17. & prius ſub Xenocrate condiſcipulus id. 24. πρῶτος Πλάτωνος ἐξηγητὴς teſte Proclo 1. in Timæum. Cratetis Athenienſis amicus & Arceſilæ. Vide Laert. IV. 22. Euſebium præparat. XIV. p. 731. Commentaria ad tres myriades στίχων ſive verſuum 30000 reliquiſſe, quorum nonnulla ad Arceſilam referebantur, præterea poemata compoſuiſſe teſtatur idem Laertius IV. 24. & 25. E ſcriptis ejus nullum celebrius libello brevi ſed aureolo, ut ait Cicero in Lucullo, quem fecit *de luctu*. Laert. IV 27. Allegatur à Cicerone 3. Tuſc. Plutarcho conſolat. Ad Apollon. Ex Crantoris commentariis locum affert Sextus

X.

2011 Ministerio de Cultura

X. contra Math. p. 447. ſeq. Fuit & alius Crantor Comicus, Stobæo laudatus.

Crates Tarſenſis. Laert. IV. 23.

Cronius Pythagoricis & Platonicis à Porphyrio accenſetur in vita Plotini.

Damaſcius Syrus, de quo libro V.

Delius Epheſius, Platonis amicus, qui Alexandrum M. ad bellum contra Perſas ſuſcipiendum maximè eſt adhortatus, teſte Plutarcho p. 1126 contra Colotem.

Demetrius Platonis amicus Laert. III. 43. & diſcipulus, patria Amphipolites. id. III. 46.

Alius *Demetrius* Platonicus, qui vixit tempore Ptolemæi undecimi, cognomento Dionyſii, memoratus Luciano lib. de calumnia, & forte Marco Antonino VIII. 25. Nam Gatakerum puto falli, qui Demetrium Phalereum ab Antonino innui ſuſpicatur.

Demochares Arceſilæ familiaris. Laert. IV. 41.

Democritus junior, cujus meminit Porphyrius in vita Plotini.

Demophanes Megapolitanus, Arceſilæ diſcipulus, Plutarch. Philopœmene p. 356.

Demoſthenes Rhetor, Platonis auditor. Laert. III. 46. & II. 108. Confer Dionyſ. Halic. & Epiſtolas Demoſth. Sunt qui referunt à Platone dimiſſum, quod nimius verborum captator eſſet. Anonymus Schol. in Ariſtotelis Rhetor. lib. 3. p. 51. Ἐπεὶ καὶ ὁ Πλάτων ἀπεδίωκε τῆς αὐτοῦ διατριβῆς τὸν Δημοσθένην ὡς ῥητορεύοντα.

Dercyllides ἐν τῷ ἐνδεκάτῳ τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας laudatur à Porphyrio apud Simplic. in 1. Phyſ. Idem opus puto reſpici ab Albino in Iſagoge cap. VI. Scripſit & *in Timæum Platonis*, Proclo teſte. Alius Dercyllides Lacedæmonius ad Pyrrhum legatus, cujus dictum refert Plutarchus Apophthegm. Lacon. & Stobæus Serm. 7. unde emendandus Maximus, apud quem male editum eſt Κερκυλλίδας.

Didymus Arejus, πλανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις libri 2. Suid. περὶ τῶν αἱρεσκόντων Πλάτωνι. Euſeb. XI. 23. præparat.

Dio Syracuſanus inter Platonis diſcipulos refertur à Laertio III. 46. Confer Plutarchum in Dionis vita, & contra Colotem p. 1126. Ælianum III. 4. Var. & 17. Inter eos, qui Sympoſia ſive λόγους περὶ τῶν γεγραμμένων literis conſignarunt, refertur ab eodem Plutarcho in limine quæſtionum Convivalium. Idem teſtatur Callippum inter-

2011 Ministerio de Cultura

terfectum esse eodem pugione, quo Dionem, amicitiam simulans interfecerat. p 553. de sera Numinis vindicta.

Diocles Cnidius, è cujus διατειβαῖς nonnulla de Arcesila profert Numenius apud. Euseb. XIV. præparat. p. 731.

Dionysius Areopagita, de quo libro IV.

Dionysius Halicarnassensis junior.

Dionysius Platonis Servus. Laert. II. 42.

Domninus Laodicenus sive Lariſſæus Syrus Syriani discipulus, de quo Marinus in vita Procli c. 25. Damascius in vita Isidori apud Photium, & ex utroque Suidas. Scripsit ὅλην πραγματείαν καθαρτικὴν τῶν δογμάτων τῦ Πλάτωνος. Alius Domninus Chronographus, qui frequenter in Malalæ Chronico allegatur, & Clarissimo Bentlejo videtur fuisse Episcopus Antiochenus, & Historiam ab orbe condito deduxisse ad tempora Justiniani, pag. 73. Epist. ad Johann Millium.

Ecdemus Megapolitanus Arcesilæ discipulus. Plutarch. Philopœmene pag. 356.

Erastus Scepsius Platonis discipulus. Laert. III. 47. Erastum, & Coriscum (de quo supra) Socraticos vocat Strabo lib. XIII p. 608.

Eratosthenes Cyrenæus (Stoicus) ἐν τῷ Πλατωνικῷ laudatur à Theone Smyrnæo. Δεύτερον sive νέον Πλάτωνα dictum refert Suidas in Ἐρατοσθ.

Evæon Lampsacenus Platonis discipulus. Laert. III. 46.

Evagon Lampsacenus Platonis discipulus. Athen. XI. p. 508. Idem cum Evæone jam memorato, sed utra scriptura præferri debeat, incertum est.

Evander Phocensis, Lacydis Successor, ut Evandro successit Hegesinus. Vide Ciceronem Lucullo, & Laert. IV. 60. Numenium apud Euseb. XIV. præparat. p. 736.

Eubulus Athenis Platonicus διάδοχος. Porphyr. vita Plotini, qui συγγράμματα ejus quædam περὶ Πλατωνικῶν ζητημάτων Romam missa memorat.

Euclides, cujus meminit idem Porphyr. in vita Plotini.

Eudorum Academicum in Categorias Aristotelis scripsisse testatur Simplicius in Categ.

Eudoxus Cnidius Platonis auditor, Astrologus insignis, de quo dixi infra c. V. Platoni in Ægyptum proficiscenti comes fuit teste Strabone lib. XVII. Platonem audiisse testantur Sotion apud Laertium VIII.

2011 Ministerio de Cultura

VIII. 86. Cicero, Plutarchus aliique, ſed poſtea τὴν ἀρχὴν αὐτὸν παρεπέμψατο, omnino ipſum miſſum fecit. Laert. VIII. 87.

Euphræus Oreites, quem Plato miſit ad Perdiccam commendaturus Philippum, qui poſtea Rex fuit Macedonum. Athen. XI. p. 506. Idem p. 508. non Εὐφραῖος appellatur ſed Εὔφρατος.

Euphrates, quem laudat Plinius lib. I. Epiſt. 10. non Platonicus fuit, ut viſum Baronio ad A. C. CIX. 53. ſed Stoicus, licet Plinius eum ait Platonicam illam ſublimitatem & latitudinem diſputando effingere.

Eurymedon Myrrhinuſius, Platonis amicus. Laert. III. 42. 43.

Favorinus Arelatenſis Gallus, Hermaphroditus & Eunuchus ἀνόλας. * quem paulo ante ſuam ætatem claruiſſe teſtatur Lucianus in Eunucho T. 1. p. 483. ſeq. Καί τις Ἀκαδημαϊκὸς Εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμήσας ἐν τοῖς Ἕλλησι. Sub Trajano nimirum & Adriano illi invidente floruit, ut notatum Suidæ in Φαβωρ. & Ἀδρ. Confer Spartianum in Adriano c. XV. Dionem lib. LXIX. in Excerptis Peireſc. p. 713. Syncellum p. 350. Dionis (Chryſoſtomi) diſcipulus & Epicteti (Gell. XVII. 19.) etſi utriusq; valde diſſimilis fuit: familiaris Herodis Attici, quem Bibliothecæ ſuæ & domus, quam Romæ habuit, heredem reliquit. Polemonis Smyrnæi Sophiſtæ æmulus, ut traditum Philoſtrato 1. de Sophiſt. p. 493. ſq. Plurima compoſuiſſe Suidas auctor eſt, & ſcriptorum multitudine cum Plutarcho Chæroneo contendiſſe. De amicitia, quæ inter utrumque interceſſit, teſtatur liber de primo frigido, quem Favorino Plutarchus inſcripſit: & inter deperdita Plutarchi memoratur à Lampria ἐπιστολὴ πρὸς Φαβωρῖνον περὶ φιλίας. Sed & Favorinus librum ſcripſit, cui titulum fecit, Plutarchus. E plurimis Favorini ſcriptis hæc in veterum ſcriptis laudantur:

Πρὸς Ἀδριανὸν περὶ τῆς κατ' ἐλπτικὴν φαντασίας. Galen. T. 1. p. 6. libello περὶ ἀρίστης διδασκαλίας.

Περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς Διαθέσεως. infra in Πλούταρχος.

Ἀλκιβιάδης Galen. T. 1. p. 6.

Ἀπομνημονευμάτων libri ſæpe laudati Laertio, qui quintum allegat III. 40. VIII. 12.

Πρὸς Ἀρίσταρχον περὶ τῆς κατ' ἐλπτικὴν φαντασίας. Galenus T. 1. p. 6.

Ἐπὶ τῷ ἀώρῳ λόγος. Philoſtr. p. 495.

Λόγος ὑπὲρ τῶν βαλανείων. Philoſtrat. loco laudato.

Γνωμολογικά. Suid.

* Confer Muretum X. 11. Var. Lect.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ τῆς διαίτης τῶν Φιλοσόφων Suid.

Περὶ τῆς κ͞ζ λητρικῆς Φαντασίας πρὸς Δύσωνα. Galen. T. 1. p. 6.

Πρὸς Ἐπίκτητον. In hoc introduxerat Oneſimum Plurarchi ſervum cum Epicteto colloquentem. Meminit Galenus T. 1. p. 6. & contra ſcripſiſſe ſe teſtatur librum ὑπὲρ Ἐπικτήτου πρὸς Φαβωρῖνον: de libris propriis T. 4. p. 367.

Ἐπιτομὴ πεπάρτη. Stephanus in ῥοπεῖς.

Τὸν ἥλιον μὴ εἶναι κ͞ζ λητόν. Galen. T. 1. p. 8.

Κυρηναϊκά. Stephanus in Ἀλεξάνδρεια.

Μητρῷον inter Favorini ſcripta male refert Voſſius de Hiſt. Gr. p. 213. è male intellecto loco Laertii II. 40. Confer Jonſium p. 244.

Λόγος ὑπὲρ τῶν μονομάχων. Philoſtr. p. 495.

Περὶ τῆς Ὁμήρου Φιλοσοφίας Suid.

Ἐπιτομὴ πεπάρτη τῆς Παμφυλίας. Stephanus in ῥοπεῖς. Sed recte Holſtenius poſt πεπάρτη facit σιγμήν.

Παντοδαπῆς ἱστορίας libri, ſive ut apud Stephanum in πελεκάπολις, παντοδαπῆς ὕλης ἱστορικῆς, ſæpe allegantur à Laertio, qui octavum librum laudat III. 24. & VIII. 47. Ex Photii cod. CLXI. ubi refert Sopatrum ad librum tertium Eclogarum ſuarum uſum fuiſſe παντοδαπῇ ὕλῃ Favorini, colligas hoc opus digeſtum fuiſſe ordine literarum.

Περὶ Πλάτωνος Suid.

Πλάναρχος, ἢ περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως. Galenus in libro contra Favorinum περὶ ἀρίστης διδασκαλίας T. 1. p. 6. ubi teſtatur eum in hoc libro concedere, quod detur aliquid βεβαίως γνωστόν.

Τὰ εἰς Πρόξενον Favorino ſuppoſita, atque indigna, judice Philoſtrato pag. 495.

Προτεχνολογήματα ἐθνικῶν. Steph. in Αἰθίοψ.

Πυῤῥωνείων τρόπων libri X. Gell. XI. 5. Hiſce inter Philoſophicas Favorini diſputationes palmam tribuit Philoſtratus p. 495. ſq. teſtatus eum his inter alia oſtendiſſe, Pyrrhoneos quoq;, licet de omnibus dubitantes, tamen poſſe judicio civili experiri, & cauſas agere.

Περὶ Σωκράτους καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐρωτικῆς τέχνης. Suid. Hunc librum impugnaverat Galenus in ſcripto, cui titulus, πρὸς τὸν Φαβωρῖνον κ͞ζ Σωκράτους. Meminit ipſe de libris propriis T. 4. p. 368.

Fuit & alius Favorinus iisdem temporibus Peripateticus. Plutarch. VII. 10. ſympoſ. & alius Rhetor latinus antiquior, è cujus Oratione, qua legem Liciniam de ſumtu minuendo ſuaſit, refert nonnulla Gel-

2011 Ministerio de Cultura

Gellius XV. 8. Sed ibi pro Favorini nomine Augurinum reponere malit Jacobus Gronovius, refragantibus licet veteribus libris.

Claudius Galenus, de quo infra lib. IV. præter opus etiamnum exſtans περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων, ſcripſerat, ut ipſe de libris propriis T. 4. p. 368. refert, περὶ τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως librum I. περὶ τῶν ἐν τῷ Πλάτωνος Τιμαίῳ ἰατρικῶς εἰρημένων commentarios IV. πρὸς τὰς ἑτέρως ἢ Πλάτων περὶ Ἰδεῶν δόξαντας, libros III. περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα λογικῆς θεωρίας. Πλατωνικῶν διαλόγων συνόψεως libros VIII. Περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων, Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν καὶ δυνάμεων.

Georgius Corinthius. Themiſt.

Glauco Platonis Frater. Laert. III. 4.

Harpocratio Argivus Cæſaris (Auguſti) familiaris, ſcripſit ὑπόμνημα in Platonem libris XXIV. & λέξεις Πλάτωνος libros II. Suid.

Hegeſander Delphus ἐν τοῖς ὑπομνήμασι περὶ τῆς πρὸς πάντας τῶν Πλάτωνος κακοηθείας λέγων. Athen. XI. p. 507.

Hegeſinus Pergamenus Evandro ſucceſſit, ut Hegeſino Carneades, teſte Cicerone in Lucullo & Laertio IV. 60. Clementis Alex. codices 1. Strom. p. 301. vocant Hegeſilaum & mediam Academiam in eo defeciſſe teſtantur.

Hegias Platonis Amicus. Laert. III. 43.

Heraclides Aenius Platonis diſcipulus. Laert. III. 46. Vide infra in Pithon.

Heraclides Ponticus Platonis diſcipulus. Laert. III. 46.

Hermeas Syriani diſcipulus, de quo infra lib. V.

Hermodorus, qui Platonis libros apud Siculos divulgavit. Cic. XIII. 21. ad Attic. Zenobius, Vaticana appendix & Suidas in proverbio λόγοισιν ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.

Hermophilus Philoſophus cœcus, qui Theopompum Geometricam ſine radio docuit, teſte Claudiano Mamerto III. 11. de ſtatu animæ.

Heſtiæus Perinthius Platonis diſcipulus. Laert. III. 46.

Juſtinus Heſychius. Infra in Numenio.

Hierius Procli diſcipulus, filius Plutarchi Athenienſis.

Hierocles, de quo ſupra lib. II. c. 12.

Hippothales Athenienſis, Platonis diſcipulus. Laert. III. 46.

Hyperides Rhetor, auditor Platonis. Laert. III. 46.

Jamblichus, de quo infra lib. V.

Iſidorus Procli & Marini familiaris, Gazæus, cujus vitam ſcripſit Damaſcius

2011 Ministerio de Cultura

ſcius apud Photium cod. CCXLII. Vide & Suidam in Συεσιανὸς, Ἰσιδωρ&. &c.

Juſtinus Heſychius, Apameenſis. Vide infra in Numenio.

Lacydes Cyrenæus, Arceſilai ſucceſſor, novæ princeps Academiæ ſecundum Laertium IV. 59. Attalo Regi Pergameno charus, obiit Olymp. CXXXIV. 4. ante Chriſtum CCXLI. Meminit Plutarchus de dignoſcendo adulatore p. 63. & Numenius apud Euſeb. XIV. 7. præparat. ubi ab avaritia οἰκονομικῆ cognomentum tuliſſe, & à ſervis furibus dogmate ipſius, quo nihil comprehendi poſſe ſentiebat, pulchre deluſum commemorat.

Leo ſive *Leonides*. Vide lib. I. c. 10. §. 5. & hoc libro III. cap. 1. inter ſcripta Platoni ſuppoſita num. XLI.

Dionyſius Longinus, de quo infra lib. IV.

Lupercus Berytius ſub Galieno Imp. clarus Grammaticus, ſcripſit inter alia teſte Suida περὶ τῆ παρὰ Πλάτωνι ἀληθείαν, ad locum in Theæteto p. 77. edit. Baſil.

Lycurgus Rhetor, auditor Platonis. Laert. III. 46.

Lyſicles Athenienſis. Laert. in Cratete Athenienſi IV. 22.

Manæchmus Alopecenſis, Philoſophus Platonicus, qui teſte Suida ſcripſit præter alia Philoſophici argumenti, libros tres in Politiam Platonis.

Marinus Neapolitanus Procli ſucceſſor, de quo infra lib V.

Maximus Tyrius ſub Antonino clarus. Num etiam Veriſſimi Imp. Præceptor, cum Apollonio Stoico & Baſilide Scythopolita? Ita videor mihi poſſe colligere è Syncello p. 351. Dixi de hoc infra lib. IV.

Melantas, cui Boethus Lexicon Platonicum inſcripſit, teſte Photio Cod. CLIV.

Melanthius Rhodius, cujus ſvavitatem prædicat Cicero in Lucullo.

Menedemus à Platone miſſus ad Pyrrhæos Reip. conſtituendæ cauſa. Plutarch. contra Colotem p. 1126. Eretrienſis, Platonis auditor Laert. II. 134. & Heſych. Illuſtris.

Mentor Bithynus, Carneadis diſcipulus. Vide Laertium IX. 63. Numenium apud Euſeb. XIV. p. 738. præparat.

Metrodorus Stratoniceus. Cic.

Metrophanes Lebadienſis, Rhetor, ſcripſit inter alia περὶ τῶν χαρακτήρων Πλάτων&, teſte Suida.

Mneſiſtratus Thaſius, Platonis diſcipulus. Laert. III. 47.

Ni-

2011 Ministerio de Cultura

Nicolaus Damaſcenus dicitur etiam Platonicus à Suida in Νικόλ. Sed Peripateticum fuiſſe, præter Suidam ipſum conſentiunt Plutarchus, Athenæus & alii.

Nigrinus, de quo Lucianus. T I. p. 21.

Numenius Apameenſis Pythagoricis & Platonicis à Porphyrio in Plotini vita accenſitus ſcripſit libros περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαϛάσεως, è quorum primo præclara fragmenta ſervavit Euſebius XIV. 5. ſeq. præparat. Περὶ τῶν Πλάτωνι & ἀπορρήτων id XIII. 5. è libro περὶ ταγαθοῦ XV. 17. Plura ejus ſcripta memorat Origenes 3. contra Celſum p. 198. Ἔπτα, & περὶ ἀριθμῶν, περὶ τόπου & τρίτον περὶ ἀγαθοῦ. Alius Numenius Grammaticus, qui inter Arati interpretes recenſetur. Numenii Philoſophi dogmata omnia edidicit *Amelius*, qui inde centum fere libros commentariorum collegerat, teſte Porphyrio, quos deinde dono dedit *Juſtino Heſychio* Apameenſi, quem filium adoptaverat. Fuit & Numenius Heracleotes, cujus ἁλιευτικὸν, & περὶ δείπνων laudat Athenæus.

Olympiodori Platonici duo fuerunt, unus, ad quem Iſidorus Peluſiota II. 256. Epiſt. Alter Damaſcio junior, cujus commentarii in quosdam Platonis dialogos exſtant MSS. Fuit & tertius Olympiodorus Peripateticus, quem audivit Proclus. Vide quæ infra libro V.

Onoſander, de quo infra cap. XXIX.

Origenes. Porphyr. vita Plotini, qui ejus librum de dæmonibus memorat. Vide, ſi placet, quæ ſcripſi ad Eunapium.

Alius *Origenes Adamantius* Chriſtianus, ſed in multis & ipſe Platoniſſans, de quo infra lib. IV.

Pamphilus Epicuri Præceptor, cum Pamphilo Grammatico Alexandrino (ut fecit Suidas) non confundendus. Laert. X 14.

Philippus Opuntius. Vide quæ ſupra c. I. inter ſcripta Platonis num. XXXV. Alius *Philippus Chollideus* Laert. III. 41.

Philo quartæ Academiæ auctor, Clitomachi diſcipulus, de quo Numenius apud Euſeb. XIV. 9. præparat. Cicero eum audivit XIII. 1. ad familiar. itaque Philonis partes ſibi ſumpſit in libris Academicarum quæſt. ut teſtatur IX. 8. Audivit etiam Antiochus teſte præter alios Auguſtino, qui vocat *hominem circumſpectiſſimum, qui ad Platonis auctoritatem, Academiam, legesque revocare adverſarios cedentes jam cœperit*. III. 18. contra Academicos.

Philo Judæus, de quo libro IV.

Phocion, Athenienſium Imperator. Vide ſupra in Chabria & Cleone.

Phor-

2011 Ministerio de Cultura

Phormio ad Eleos à Platone missus Reipublicæ constituendæ causa. Plutarch. p. 1126. contra Colotem.

Pithon Aenius, qui cum fratre Heraclide Thraciam Coty interfecto tyrannide liberavit, Platonis discipulus fuit teste Laert. III. 46. & Plutarcho contra Colotem p 1126. Aliis Python: at apud Aristotelem V. 10. Politic. male Paron. Vide Menagii notas ad laudatum Laertii locum.

Gemistus Pletho, de quo libro V.

Plotinus, de quo, ut de *Plutarcho* Chæronensi, dixi libro IV.

Plutarchus Athenienſis, Syriani præceptor, de quo libro V.

Polemarchus Eudoxi familiaris. Simplicius ad 2. de cœlo.

Polemo Athenienſis, Xenocratis auditor, quo viso & audito ad frugem rediit, & qui luxuria antea diffluxerat, Philosophiæ operam dedit, ut præter Plutarchum & alios Menagio ad Laert. IV. 16. laudatos tradunt Cicero IV. Acad. qu. Arrianus III. 1. & IV. 11. Epictetearum, Themistius p. 92. Orat. Origenes III. contra Cels. p. 152. Choricius in laudatione Procopii Gazæi inedita, aliique. Xenocrati successit in Academia Ol. CXVI. $\frac{2}{3}$ ante Christum CCCXV. Multa scripsisse Laertius IV. 20. & Suidas testantur, sed nullo ejus monumento ingenii nomine tenus laudato, & suo jam tempore nullum amplius exstitisse Suidas affirmat. Polemo ἐν τοῖς περὶ τῆς κατὰ Φύσιν βίου allegatur à Clemente VII. Strom. p. 117. & forte ex eodem libro petitum, quod de beatitudine ex Polemonis sententia refert. II. Strom. p. 410. & quod Cicero IV. de finibus, Polemonem ait planissime summum bonum dixisse secundum naturam vivere, p. 109. Physiognomica quæ exstant alterius Polemonis esse videntur, ut dixi infra cap. VI. Discipuli Polemonis Athenienſis fuere præter Zenonem & Arcesilam (Cic. 1. Academ. qu. Euseb. præparat. XIV. p. 729.) Crates & Crantor, in quibus desiit vetus Academia teste Clemente 1. Strom. p. 301. Alius *Polemo* Platonicus Plotini discipulus, de quo Porphyrius in Plotini vita.

Polis, cui Siciliam adnaviganti Plato exportandus à Dionysio traditus fertur. Syncell. p. 258.

Porphyrius, de quo dixi libr. IV.

Potamo Alexandrinus, Plotini discipulus, teste Porphyrio.

Priscianus Lydus Simplicii æqualis, teste Suida in πρόσβεις. Dixi de eo infra cap. IX. ubi de Theophrasto.

Proeles

2011 Ministerio de Cultura

Procles Xenocratis discipulus, cujus *librum de Isthmiis* allegat Plutarchus V. 3. Sympos.

Proclinus, qui in Troade versatus est. Porphyr. in vita Plotini.

Proclus Syriani discipulus, de quo infra lib. V. & ad vitam ejus à Marino scriptam.

Mich. Psellus de quo itidem lib. V.

Ptolemæus Platonicus, qui scripsit in Timæum, teste Proclo.

Pythocles Arcesilæ familiaris. Laert IV. 41.

Nicolaus Rhetor Plutarchi Athenienſis & Procli discipulus, de quo Suidas & Marinus in Procli vita.

Serapio Alexandrinus, Rhetor, qui deinde Philosophiæ operam dedit sub Plotino, ut refert Porphyrius in hujus vita.

Severus Platonicus, cujus συγγράμματα memorat Porphyrius vita Plotini. Scripsit in Timæum Platonis, teste Proclo, & librum περὶ ψυχῆς, è quo fragmentum apud Eusebium XIII. 17. præparat. Mentio Severi Platonici sæpius in Damascio de vita Isidori apud Photium cod. 242. Eum cum Severo Imp. perperam confundit Photii interpres A. Schottus.

Severianus Procli discipulus. Suid. Σεβῆρ. è Damascio in vita Isidori.

Simplicius Cilix Ammonii Hermeæ & Damascii discipulus, de quo infra lib. V.

Sosthenes Platonis amicus. Laert. III. 43.

SPEUSIPPUS Athenienſis, Potonæ Platonis Sororis Filius. Laert. III. 4. & testamenti ejus una cum Sosthene & aliis curator. id. III. 43. discipulus, 46. Platoni successit Olymp. CVIII. 1. ante Christum CCCXLVIII. & Academiæ præfuit per annos octo, id. IV. 1. successore relicto Xenocrate, id. 2. & Suidas. Scripta ejus refert Laertius IV. 4. seq. versuum 34075. * fuisse testatus, quæ Aristoteles post Speusippi mortem tribus talentis sive 2250. thaleris emit, ut præter Laertium narrat Gellius III. 17. In his fuerunt præter alia Λυσίας, Κέφαλος, Κλεινόμαχος, Ἀρίσιππος, Μανδρόβουλος πρὸς Γρύλλον & Ὅροι sive *definitiones*, quas viri docti easdem esse putant cum iis, quæ inter Platonis scripta leguntur, ut supra cap. 1. num. XLVIII. dixi. Definitionem beatitudinis ex Speusippi mente dat Clemens 2. Strom. p. 418. Speusippi librum, cui titulus

* Non 43475. ut legas in præclara Wetsteniana edit. Nam σίχοι μ, γ′ explicandum myriades γ′ porro δ quatuor chiliades denotat.

2011 Ministerio de Cultura

Πλάτωνος περὶ δείπνου sive Περίδειπνον, ut Meursius legit. p. 1610. Bibl. Atticæ, laudat Laertius III. 2. nec absurde tum idem Meursius, tum Jonsius lib. 1. c. 10. suspicatur non aliud fuisse scriptum, quam Laertio IV. 5. memoratum Πλάτωνος ἐγκώμιον, quod videtur etiam allegare Hieronymus 1. Contra Jovinian.. *Epistolam ad Philippum* Macedoniæ Regem, Athenæus XI. p. 506. *Epistolam ad Dionem* Plutarchus de amico ab adulatore discernendo p. 70. Speusippum ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων Laertius in Parmenide IX. 29. Idem liber fuit, si Meursium audimus, qui Laertio IV. 4. vocatur Φιλόσοφος, sive ut scribendum conjicit, Φιλόσοφοι. Ibidem Laertius inter Speusippi scripta etiam memorat librum περὶ Φιλοσοφίας. Sed & μαθηματικὸν, è quo petita videntur, quæ Speusippum laudans refert Proclus 3. in Euclidem p. 50. Vide eundem lib. 2. p. 22. Libellum de numeris Pythagoricis auctor Theologumenon Arithmeticæ p. 61. Καὶ Σπεύσιππος ὁ Ποτώνης μὲν ἦν τὸ γένος τοῦ Πλάτωνος, διάδοχος δὲ Ἀκαδημίας μᾶλλον δὲ Ξενοκράτης ἐκ τῶν Ἐξαιρέτως σπουδασθεισῶν ἀεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιστα δὲ τοῦ Φιλολάου συγγραμμάτων βιβλίδιόν τι συντάξας γλαφυρόν, ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν. Etiam in aliis dogmatibus vestigia Pythagoricorum pressisse Speusippum constat ex Aristotele lib. 1. Ethic. Nicomach. cap. 6. ad quem locum Eustratius vocat Speusippum Θεολόγον, sive ut interpres, *qui de divinis apud græcos scripsit*. Speusippnm ἐν δευτέρῳ ὁμοίων Athenæus II. p. 61. III. p. 86. & 105. VII. 303. 308. 313. 319. 327. 329. IX. 369. 391. ἐν τετάρτῳ IV. p. 133. Idem opus respicitur IV. p. 301. (neque ullum fuit ejus *de piscibus* scriptum, ut ex interprete male intellecto auctor indicis) II. p. 68. VII. p. 324. ubi Speusippus allegatur. Speusippum ἐν τῷ πρὸς Κλεοφῶντα πρώτῳ Clemens Alex. 1. Strom. p. 367. Allegatur etiam Speusippus à Theophrasto in Metaphys. Dionysii Tyranni literas ad Speusippum, quibus avaritiam & voluptates ipsi exprobat, profert Athenæus VII. p. 279. Plato apud Plutarchum p. 71. de dignoscendo adulatore, dixit vitæ se suæ exemplo maxime emendasse Speusippum.

Synesius, de quo dixi libro V.

Syrianus, quo de ipso etiam lib. V.

Taurus Berytius, sub Antonino Pio clarus. Syncell. p. 351. Scripsit περὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους Suid. item de dissensu Platonicorum à Stoicis Gell. XII. 5. Commentarium in

2011 Ministerio de Cultura

in Gorgiam id. VI. 14. in Platonem Philopon. VI. 18. de mundi æternitate.

Telecles Phocensis, cui & civi ejus *Evandro* vivus Sholam tradidit Lacydes. Laert IV. 60.

Theo Smyrnæus, de quo infra cap. V.

Theo item Alexandrinus, de quo infra cap. V.

Theodorus Atheus, Cratetis Athenienſis auditor, auctor poſtea Sectæ Theodoreæ. Laert. IV. 23.

Theodorus Aſinæus, quem Proclus ſe audiſſe teſtatur 4. in Timæum p. 246. & alibi.

Theodotus Athenis διάδοχος. Porphyr. vita Plotini, ubi memorat ejus in Philebum & Gorgiam, & de his quæ Ariſtoteles Platonis Reip. oppoſuit.

Theomedon cum Eudoxo Athenas venit Platonem auditurus. Laert. VIII. 86.

Theophraſtus, qui Ariſtotelis poſtea ſucceſſor fuit, Platonem prius audivit. Laert. III. 46.

Theopompus Chius ἐν τῷ κζ τῶν Πλάτωνος διατριβῆς. Athen. XI. p. 508.

Theoſebius Hieroclis diſcipulus, Præceptor Iſidori Gazæi. Damaſcius apud Phot. Cod. 242. p. 511. Suidas in Ἐπίκτητος. Fallitur enim Mericus Caſaubonus, qui per Theoſebium ibi intelligit Marcum Antoninum Imp.

Thraſippus Platonis amicus. Laert. III. 43.

Thraſyllus, Schol. Iuvenalis VI. 576. & quæ viri docti ad Svetonii Tiberium. Jonſius lib. III. c. 3. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. ubi & plures Thraſyllos recenſet. Videtur autem hic ipſe, qui Platonis libros (ut Democriti quoque) digeſſit in tetralogias.

Timæus Cyzicenus Platonis diſcipulus. Athen. XI. p. 509. Alius *Timæus junior*, qui ad Gentianum ſcripſit Lexicon Platonicum, memoratum Photio cod. CLI.

Timolaus Cyzicenus Platonis diſcipulus. Laert. III, 46. Num idem cum Timæo jam memorato?

Tychon Platonis Servus. Laert. III. 42.

XENOCRATES Chalcedonius, Platonis diſcipulus. Laert. III. 46. Aeſchini ab eo ſubtractus. Athen. XI. p. 507. itineris in Siciliam Comes, Laert. IV. 6. & 11. valdeque probatus Platoni: Aelian. III. 19: Var. poſt Speuſippum Academiæ præfuit ab Olymp. CX. 2. per annos quinque & viginti, hoc eſt usque ad Ol. CXVI. $\frac{2}{3}$ (ante Chriſtum

2011 Ministerio de Cultura

ſtum CCCXV.) relicto ſucceſſore Polemone Laert. IV. 3. & 14. obiit anno ætatis LXXXII. ut idem Laertius, at Lucianus LXXXIV. Meurſius CIII. quem vide IV. 12. de Archontibus Athenienſibus. Imaginem Xenocratis aſino * vehentis, itemque aliam in Laertio Wetſteniano etiam obviam, habes tomo ſecundo Theſauri Antiquitat. Græcar. Gronoviani. tab. XCI. De vita ejus & dogmatis confer, ſi placet, Lexicon Baylii, & notas Viror. doctor ad Orat. Cic. pro Balbo c. 5. T. V. p. 528. Scripta ejus bene multa refert Laertius IV. 11 -- 14. in quibus Καλλικλῆς, περὶ τ̃ Παρμενίδ8, Ἀρχέδημ@, κεφάλαιον (pro quo forte legendum κέφαλ@, ut ſupra in Speuſippo) Πυθαγόρεια, πρὸς Ἀρύβαν, πρὸς Ἡφαιστίωνα, & περὶ θανάτ8, *de morte*: quod ſcriptum Ficinus exiſtimavit eſſe dialogum hujus argumenti Axiochum, qui inter Platonis ſcripta legitur & ab aliis tributus eſt Aeſchini Socratico. Animam definivit ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, ut legitur in Scholiis ineditis ad Dionyſium Thracem. In dialectica tractatione initium fecit à φων̃ης ſive vocis conſideratione, quo nomine reprehenſum narrat Porphyrius ad Muſica Ptolemæi. p. 193. Præcepta de regno à Xenocrate petiit Alexander M. teſte Plutarcho contra Colotem p. 1126. & Laertius inter Xenocratis ſcripta refert στοιχεῖα πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ βασιλείας. Vitam Platonis ſcripſiſſe teſtatur Simplicius, uti Laertius libros duos compoſuiſſe περὶ μαθητ̃ *de diſcipulis*, tum *de Geometris*, περὶ Γεωμετρ̃ων libros quinque. Συμποτικὸς νόμος memorat Athenæus V. p. 186. Inter Theophraſti ſcripta etiam τὴν τ̃ Ξενοκράτ8ς συναγωγὴν memorat Laertius V. 47. Diverſus ab hoc *Xenocrates* fuit *Medicus*, qui *de percipienda ex animalibus utilitate* περὶ τ̃ ἀπὸ τ̃ ζώων ὠφελείας (Clementi Alex. 1. Strom. p. 717. περὶ τ̃ ἀπὸ τ̃ ζωων τροφ̃ης) libros ſcripſit, quorum primum laudat Galenus X. de ſimplic. T. 2. p. 132. *Aphrodiſienſis* hic fuit teſte Artemidoro IV. 24. Onirocrit. ubi idem opus reſpicit, quod facit etiam Aetius Tetrab. 1. lib. II. c. 83. Vixit ſub Tiberio Imperatore, ut ex eodem Galeno colligo p. 130. ὁ Ξενοκράτης ἀνθρωπ@ ὁ παλαι γενωὼς ἀλλὰ κ̃ τὸς πάππους ἡμῶν, τ̃ ῥωμαϊκ̃ης βασιλείας ἀπηγορευκὼς ἀνθρώπους ἐσθίειν. Ex hoc Xenocratis opere Oribaſius II. 58. collectan. Medic. (quæ latine tantum exſtant è verſione *Joh. Baptiſtæ Raſarii*) ſervavit locum prolixum *de alimento ex aquatilibus*. Græce minus integrum edidit cum verſione ſua & Scholiis *Conradus*

* Ob tardius ingenium, quod in eo notaverat plato.

2011 Ministerio de Cultura

dus Gesnerus, junctum Jani Dubravii Olmocensis Episcopi libris de piscinis & piscium, qui in eis aluntur, natura, Tiguri 1559. 8. Integrius exstat in codice MS. Bibliothecæ Johanneæ hujus Urbis Hamburgensis, ne de Vaticana & Regis Galliæ Bibl. dicam, de quibus vide Labbeum Bibl. Nov. MSS. p. 174. & 127. Nescio an cum hoc confundendus sit *Xenocrates* Ephesius, quem de gemmis egisse docet & nuperrime scripsisse affirmat Plinius XXXVII. 2. Sane pro eodem habuit Labbeus p. 174. Xenocratis librum περὶ λίθων in Vaticana adhuc supereſſe testatus. Fuit & Xenocrates, cujus πρῶτον χρονικῶν allegat Etymol. Magnum in Ἀσσυρία. Et Philosophus hoc nomine, cujus οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα de signis domi apparentibus (Confer. Casaub. c. V. lection. Theocrit.) laudat Suidas. Xenocratis ἐλεγεῖον sive Epigramma in Imaginem Mercurii exstat IV. Anthолog. c. 12. nescio, an illius Philosophi hoc nomine, quem Elegias non satis feliciter scripsisse ait Laertius IV. 15. Idem memorat Xenocratem Tacticum perantiqvum, tum statuarium hujus nominis, discipulum Tisicratis, ut è Plinii XXXIV. 8. constat, qui de torevtice scripsisse traditur in indice libri XXXIII. & de pictura, XXXV. 10. Præterea Xenocratem juniorem Chalcedonensem, auctorem λόγε Ἀριθμητικε, & aliuni auctorem ἀτμάτων Aristoxeno antiquiorem. His denique accedit Xenocrates Agrigentinus Isthmionica, quem celebrat Pindarus Isthm. Od. 2.

Zenodotus Procli discipulus. Damascius apud Photium Cod. CCXLII.

Zethus Theodosii Philosophi gener, Plotino familiaris. Porphyr. in vita Plotini.

PLATONICÆ.

Ædesia uxor Hermiæ, de qua Suidas.

Amphiclia Aristonis filia, filii Jamblichi uxor, quæ Plotinum audivit, teste Porphyrio in Plotini vita.

Arria. Galenus sive quisquis auctor, c. 2. de theriaca ad Pisonem, T. 2. edit. Basil. p. 485.

Ἀρτεμις Platonis serva, testamento ejus libera dimissa. Laert. III. 42.

Axiothea Phliasia, Laert. IV. 2. & III 46. Clemens IV. Strom. p. 523. Themistius XXIII p. 295.

Cærelia de qua Corradus ad Cic. XII. 51. ad Attic.

2011 Ministerio de Cultura

Gemina mater & filia, quæ Plotinum auſcultaverunt teſte Porphyrio.

Hypatia Alexandrina Iſidori Philoſophi uxor, filia Theonis Alex. de qua Socrates. VIII. 15. Hiſt. & Menagius in Hiſt. mulierum Philoſopharum, qui tamen fallitur cum Hypatiã à Salmaſio Hippiam vocatum ſcribit: Salmaſio enim ſermo eſt de Hippia Sophiſta, cujus ſolertiam in omni genere opificii celebrat Apulejus in floridis.

Laſthenia Mantinea ex Arcadia, Laert. IV. 2. & III. 46. Clemens IV. Strom. p. 523. Athenæus VII. p. 279. ubi male Σαρδιηῆς pro Ἀρκαδιηῆς & XII. p. 546. ubi Speuſippo peramatum notat è Dionyſii tyranni ad Speuſippum Epiſtolis.

His addde fœminam (niſi Arria eſt, de qua ſupra) cui Laertius vitas Philoſophorum inſcripſit & *φιλοπλάτωνα* vocat, III. 47. tum *Theodoram*, cui Damaſcius inſcripſit vitam Iſidori. Phot. cod. 181.

CAPUT IV.

De Xenophonte Athenienſi.

De Xenophontis vita atque ætate 1. *Scriptorum ejus editorum notitia, cum variis obſervationibus.* 2. *Suppoſita illi ſcripta. Scripta item deperdita, & interpretes ejus deperditi.* 3. *Editiones.* 4.

XENOPHON Grylli (*a*) F. Erchieus ex tribu Ægeide Athenienſis, natus eſt Olymp. LXXXII. Adultior factus Socrati ſe in diſciplinam dedit, poſtea inſinuavit ſe in amicitiam Cyri junioris, eique Olymp. XCIV. 4. adverſus fratrem Artaxerxen profecto adfuit. Quanquam vero Cyrus in prælio iſthoc interficeretur, Xenophon tamen qui decem millibus Græcorum (*b*) in auxilium illi miſſorum præerat, non

(*a*) Menagius p. 104. ad Laertium inter plures Xenophontes ab hoc diverſos (quibus addendus Xenophon Solenſis à cane adamatus teſte Æliano lib. I. c. 6. de animalibus, & Xenophon Siculus ineptus Sophiſta de quo Philoſtratus p. 511.) refert ex Chronico Alex. ſive Paſchali p. 168. Xenophontem Orzylai F. Sed pro Orzylai legendum Grylli, ut Menagius ipſe pulcre obſervat. p. 100. b.

(*b*) plutarch Ageſilao p. 600. Alii etiam prælio interfuit Xenophon, ubi victis Athenienſibus Xenophontem equo delapſum videns Socrates, qui jam ipſe eqvum amiſerat, Xenophontem in humeros receptum per multa ſtadia portavit atque eripuit, teſte Strabone IX. p. 403.

2011 Ministerio de Cultura

non modo in cornu quo steterat, vicit, sed etiam exercitum suum ab hostium vi & insidiis tutum præstitit, domumque reduxit. Agesilao Lacedæmoniorum Regi percharus, quem etiam præceptis imbuit, teste Cicerone 3. de Oratore c. 34. Ab Athenienſibus exilio damnatus est, atque in Scillunthio prædio Elidis, (*c*) tum in Lepreo, atque Corinthi (*d*) senectutem exegit, ibique historias, ad quas idoneum illum Isocrates (*e*) judicaverat, & alia scripta per otium composuit. Dictione usus est, melle, ut ait Cicero, (*f*) dulciori, ita ut Musa atque apis Attica dictus fuerit, & Musæ ipsæ Xenophontis ore locutæ viderentur, (*g*) atque ab Aristide (*h*) aliisque in exemplum styli tenuis sive simplicis elegantissimi ac vere Attici proponatur. In sapientiæ studio Socratis discipulus, atq; ut ait Eusebius XV. 61. præparat. Ἑταίρων γνωσιμώτατος fuit. Platonis æmulus (*i*) potius quam amicus: elegantiarum (*k*) in armis præcipue studiosus. Uxorem habuit Philesiam, filios Diodorum, & qui in pugna Mantinensi fortiter pugnans cecidit (*l*) avo cognominem Gryllum. Obiit Corinthi Olymp. CV. 1. (ante Christum CCCLX.) annos natus XC. ut testatur Lucianus in longævis, qui in libro de scribenda Historia T. 1. p. 630. brevi sed insigni elogio eum vocat δίκαιον συγγραφέα, *idoneum ac dignum Historicum* (einen rechtschaffenen Geschicht-Schreiber) ita enim malo reddere, quam *justum*, ut p. 704. Τᾶυτα ξίφη δικαίων τραγικοτάτων. Sic apud Sopatrum in Hermogenem p. 22. extrem. δίκαιος ῥήτωρ è Platone, quod mox exponitur ῥήτωρ ἀγαθός.

Scripta Xenophontis (*m*) hæc ad nos pervenerunt:

ΚΥ-

(*c*) Plutarch. de exilio p. 603. & 605.
(*d*) Laertius in Xenophontis vita lib. 2. Sect. 53.
(*e*) Photius cod. 260.
(*f*) Cicero in Oratore c. IX. & XIX.
(*g*) Menag. p. 103. ad Laert. Attamen Helladius apud Photium cod. 279. p. 872. Xenophontem Ἀτθικισμῷ νομοτέθην haberi vetat.
(*h*) Aristides libro. 2. artis Rhetor. qui est περὶ ἀφελοῦς λόγου.
(*i*) Vide ad Laert. III. 34. Gellium XIV. 3. Athenæum XI. p. 504. seq. Ælianum III. 17. Var. Syncellum p. 255.
(*k*) Ælian. III. 24. Var.
(*l*) Laert II. 52 & 54. Ælian. III. 3. Var.
(*m*) Laertius II. 56. ait Xenophontem scripsisse βιβλία πρὸς τὰ τετταράκοντα. Deinde enumerat solos illos libros, qui hodie exstant, & sane proxime accedunt ad numerum quadragesimum, sunt enim XXXVII. exceptis Epistolis. Menagius quatuordecim sola supereſſe, perperam scripsit, neque enim Cyripædiam pro uno sed pro octo computavit libris Laertius, atque ita in aliis. Neque valde audiendus Suidas, qui ex Laertii loco obiter inspecto Xenophonti tribuit libros plures, quam XL.

2011 Ministerio de Cultura

ΚΎΡΟΥ ΠΑΙΔΕΊΑΣ *de Cyri majoris, (qui Olymp. LVIII. 1. Croesum vicit) vitæ ac disciplina libri VIII.* opus lectu digniſſimum. Veteres quidem nonnulli, ut Auſonius c. XXIX. Panegyrici, & plures è recentibus aſſenſerunt ſententiæ Ciceronis Platonem III. de legibus ſecuti, qui lib. 1. Epiſt. 1. ad Q. Fratrem *Cyrus ille*, inquit, *à Xenophonte non ad Hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem juſti imperii, cujus ſumma gravitas ab illo Philoſopho cum ſingulari comitate conjungitur, quos quidem libros non ſine cauſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat.* Confer Menagii notas ad Laertii III. 34. p. 151. & Tho. Crenii T. III. Methodor. p. 379. Diſſertatio autem *Franciſci Carpentarii*, quam huic ſententententiæ Ciceronis oppoſuit, edita non eſt, quod ſciam.

Latine interprete *Julio Gabriele Eugubino* cum ejus caſtigationibus prodiit Cyropædia Venet. 1569. 8. Laudat hanc verſionem Thom. Crenius Vir Cl. parte XI. animadverſ. p. 214. Deinde cum aliis quibusdam per *Joach. Camerarium* Pariſ. 1572. 4. apud Wechelum. Et ante hos *Franciſco Philelpho* interprete. Bononiæ 1520. fol. & in editionibus Xenophontis latinis ac Græcolatinis Baſileenſibus, & H. Stephani.

Græce excuſa eſt Lovan. 1527. 4. & ex parte Lugd. Bat. 1623 8. Integra Oxoniæ è theatro Sheldoniano A. 1679. 12.

Græcè & Latinè Lond. 1648 8. Librum I, II. & V. latine etiam tranſtulit & notis illuſtravit *Joh. Caſelius.*

Gallice vertit *Franciſcus Carpentarius* Pariſ. 1659. Amſt. 1661. 8.

Italice, *Jacobus Poggius Bracciolini.* Florentinus, in Tuſculano 1527. 8.

Anglice libros quatuor priores *Franciſcus Digby*, poſteriores *Joh. Norris* Lond. 1685. 8. præmiſſa Xenophontis vita.

ΚΎΡΟΥ 'ΑΝΑΒΆΣΕΩΣ *de Cyri minoris expeditione* in Aſiam adverſus fratrem Artaxerxen Ol. XCIV. 4. infeliciter ſuſcepta *libri VII.* à Xenophonte editi ſub nomine *Themiſtogenis Syracuſii (n)* ſi credimus Johanni Tzetzæ Chil. IV. hiſtor. 154. Sane Themiſtogenem de expeditione Cyri ſcripſiſſe affirmat Xenophon initio tertii libri de rebus Græcorum, cujus loci meminit etiam Suidas in Θεμιστογ. addens eundem & alia ſcripſiſſe de patria ſua. Huic expeditioni Xenophon ipſe interfuit præclari ducis partibus functus, & in ſuo cornu victor : licet Cyrus, cui

(n) Hinc forte dubitabant Andreas Maſius vir ſummus commentario in Joſuæ cap. 2. an hoc opus genuinus ſit fœtus Xenophontis, quod ex Laertii ll. 50. & 57. teſtimonio & ex ſtylo revincit Voſſius lib. I, c. 2. de Hiſt. græcis,

2011 Ministerio de Cultura

cui opem ferebat, vinceretur. Confer, quæ viri docti ad Ælian. III. 17. Var.

Ad imitationem hujus operis Xenophontei *Arrianus* Nicomediensis, *Xenophon junior* dictus, scripsit libros VII. ἀναβάσεως Alexandri M. ut *Onesicritus* παιδείαν Ἀλεξάνδρου composuerat Xenophontem imitatus, teste Laertio VI. 84. De eo, quod in hoc opere proœmium nullum præmittat Xenophon, Vide Lucianum, quomodo scribenda historia sit, T. 1. p. 618. Latine vertit hos libros *Romulus Amusæus*, ad Lud. Avilam Caroli V. Imp. cubicularium, Bonon. 1533. fol. & *Janus Lascaris*. Gallice *Claudius Seisselius* Paris. 1529. fol. è latino (ut ipse profitetur) Jani Lascaris. Novissime *Nicolaus Perrotus Ablancurtius*, Paris. 1648. 8. quam versionem Menagius p. 103. ad Laertium ita celebrat, ut Xenophontem ipsum (cujus sermonem Gratiæ finxisse dicuntur teste Quintiliano X. 1. Inst.) elegantia vicisse illi videatur Ablancurtius. Italice transtulit *Ludovicus Dominicus*, Venet. 1547. 8.

Ἑλληνικῶν, *de rebus Græcorum libri* VII. historia annorum XLVIII. deducta ab Olymp. XCII. 2. ut notavit etiam Diodorus Sic. lib. XIII. p. 352. & lib. XV. p. 504. Primores quidem libri duo historiam belli Peloponensiaci ab anno XXI. in cujus Augusto ineunte Thucydides desinit, usque ad finem perducunt, ad captas nempe à Lysandro Athenas, Ol. XCIII. 4. Reliqui quinque libri complectuntur rerum Græcarum & Persicarum Historiam continuatam ad pugnam usque Mantinensem, qua victi ab Epaminonda (o) sunt Spartani Ol. CIV. 2. Hoc Xenophontis opus ἀκέφαλον esse, ac præter proœmium desiderari historiam biennii à fine ætatis anni XXI. belli Peloponensiaci ad exitum æstatis anni XXIII. contendit Usserius in Annalibus ad A. Per. Jul. 4303. & ante Usserium Sam. Petitus lib. I. Obs. c. 12. Petavio aliter visum, hic enim lib. X. de doctrina temporum c. 29. Xenophonti parachronismum biennii impingit. Ab utraque sententia alienus est *H. Dodwellus*, cujus Annales Xenophontei cum Thucydideis Oxon. 1702. 4. excusi his libris nostri scriptoris eximiam lucem afferunt. In illis perinde, ut diss. VIII. de Cyclis p. 342. negat hiatum inter Thucydidem ac Xenophontem intercedere, nec Xenophontem in annorum ratione hallucinatum, sed Olympiadum, tum Athenienſium Archontum, & Ephororum Lacedæmoniorum notationem Xenophonti additam esse ab aliena manu, quod observatum etiam Marshamo Canonis Chronici Sæc. XVI. capite de prima Olympiade p. 487.

(o) Graviter errat Vir doctus lib. I. c. 5. de Hist. gr. qui Cyripædiam in hoc tempore desinere aliud agens scribit.

2011 Ministerio de Cultura

Hos libros Xenophontis, ſub titulo Paralipomenon, Thucydidi *Græce* ſubjecit Aldus, Anno 1502. fol. prodierunt & Græce Lovanii 1529. 4.

Compendio *latine* complexus eſt *Leonhardus Aretinus* in commentario rerum græcarum, ad equitem Angelum Acciarolum Lipſ. 1546. 8. & in Gronovii theſauro Antiqv. Græcar. Tom. IV.

Integros vertit *Bilibaldus Birchheimerus* editos cum præf. Thomæ Venatorii. Prodiit & *Gallice*: Hiſtoire de Thucydide & Xenophon par *Nic. Perrot d'Ablancourt* Pariſ. 1671. 8. tribus Volum. *Italice*: Delle Guerre de Greci libri VII. tradotti dal idioma Greco nel Italiano da *Franciſco di Soldo Strozzi*, con la correttione, alla traduttione di *Lodovico Domenichi*. Venet. 1550. 4.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ, *De Rep. Lacedæmoniorom*, quem librum Xenophonti noſtro abjudicavit Demetrius Magnes (qui de Homonymis ſcriptoribus librum compoſuit) teſte Laertio ll. 57. *Græce* lucem vidit cum Ariſtotelis Ethicis, Politicis & Oeconomicis, Baſil. apud Joh. Walderum. 8. Prodiit & ſeparatim Amſt. 1647. 8. *Latine* vertit *Franciſcus Philelphus* Bononiæ 1502. fol. & in editionibus latinis ac Græcolatinis Baſileenſibus, atque H. Stephani. Poſt Philelphum transtulit & notis illuſtravit *Joach. Camerarius*, præmiſſa Xenophontis vita, Lipſ. 1543. 8. Pariſ. 1572. 8.

ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ, *De Rep. Athenienſium. Græce* hoc opuſculum, non ut in editionibus Operum Xenophontis integrum, ſed mutilum, neſcio quomodo extrema parte libri Xenophontis περὶ πολιτείων adtexta, excuſum eſt poſt Ariſtotelis Ethica, Politica & Oeconomica, quæ ſine temporis nota prodierunt apud Joh. Walderum, Baſileæ in 8.

Latine vertit & notis illuſtravit *Joach. Camerarius* Lipſ. 1543. 8. transtulit & *Seb. Caſtellio*, cujus verſio in editionibus Xenephontis Baſileenſibus atque H. Stephani occurrit. Exſtat & liber uterque Xenophontis, de Lacedæmoniorum & Athenienſium Rep. Gallice interprete G. P. apud Federicum Morellum Pariſ. 1579. 8.

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ *Commentariorum de dictis & factis Socratis libri IV.* ad quorum imitationem *Xenophon junior* ſive *Arrianus* Nicomedienſis ſcripſit libros quatuor ἀπομνημονευμάτων Magiſtri ſui Epicteti. Ita autem vocavit Xenophon, quæ ex ſermonibus Socratis annotavit. Laertius II. 48. Καὶ πρῶτος ὑπομνημονεύμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν ἀπομνημονεύματα ἐπιγράψας. *Hephæſtionis* librum περὶ τῶν παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος, quem

per

2011-Ministerio de Cultura

per plagium ille ſibi attribuerat, memorat Athenæus XV. p. 673. Etiam ſancta Evangelia de dictis & factis JESU CHRISTI Servatoris noſtri, Juſtinus Martyr Xenophontis vocabulo plus ſimplici vice appellat ἀπομνημονεύματα, ut obſervavit H. Dodvvellus diſſ. 1. ad Irenæum §. 40.

Prodierunt hi libri *Græce* Pariſ. 1559. 4. & ex *Joh. Caſelii* recenſione Roſtoch. 1589. 4.

Latine vertit *Beſſario* Cardinalis Nicænus ad Julianum Epiſcopum Cardinalem Tuſculanum Lovan. 1533. 3. quæ translatio occurrit in editionibus Xenophontis Baſileenſibus & H. Stephani. *Joh. Caſelius* Roſtoch. 1576. 4.

Gallice, Franciſcus Carpentarius, qui vitam quoque Socratis ſcripſit. Pariſ - - - - & Amſt. 1699. 12. *Germanice* è Carpentarii liberiore verſione *Chriſtianus Thomaſius*, Halæ-Sax. 1693. 8. *Iſ. Fauſtii* diſſertatio præſide D. Jacobo Schallero in IV. libros memorabilium Socratis lucem vidit Argentorati A. 1650. Herculis cum voluptate & virtute colloquium ex libro ſecundo Xenophontis, latino carmine expreſſit *Joh. Stigelius* Roſtoch. 1591. 8. Græco *Petrus Ivarus Borrichius* Lugd. Bat. 1595. 8.

ΣΩΚΡΆΤΟΥΣ ΆΠΟΛΟΓΊΑ, *Apologia Socratis ad Judices.*

Latine vertit *Leonh. Aretinus.* Bononiæ 1502. fol.

ΣΥΜΠΌΣΙΟΝ ΦΙΛΟΣΌΦΩΝ *Convivium Philoſophorum.* De iis quæ adverſus temporum rationem in hoc libro finxiſſe Xenophon arguitur, vide Caſaubonum V. 17. ad Athenæi V. p. 216. Idem Athenæus alia quædam in Xenophontis convivio reprehendit V. p. 187. ſeq. Prodiit ſeparatim

Græce Lovan. 1530. 4. Haganoæ 1531. 8.

Latine vertit *Janus Cornarius* Baſil. 1548. 8. & *Joh. Ribittus*, cujus verſio exſtat in editionibus Xenophontis Baſileenſibus & H. Stephani.

Gallice, Tan. Faber. Salmurii 1666. 12.

ὈΙΚΟΝΟΜΙΚῸΣ ΛΌΓΟΣ, *Oeconomicus liber*, quem à juvene ſe translatum teſtatur *Cicero* 2. Officior. c. 24. Ex verſione illa cujus meminit & Hieronymus 2. in Rufin. ſervavit quædã Cicero ipſe lib. de ſenectute, Columella, Macrobius, Donatus & Priſcianus, quæ cum Græcis Xenophontis collata videre licet poſt H. Stephani Lexicon Ciceronianum p. 44 - 49.

Hic liber *græce* excuſus eſt cum Ariſtotelis Ethicis, Politicis & Oeconomicis, Baſileæ apud Joh. Walderum 8. Allegat præter alios Stobæus Serm. 83. ubi & *Bryſonis & Hieroclis* Oeconomicum laudat.

2011 Ministerio de Cultura

E recentioribus *latine* vertit *Raphael Volaterranus*, dicavitque Titæ Minutiæ. Exstat ad calcem commentariorum urbanorum Paris. 1515. fol. & in editionibus Xenophontis græco-latinis Basileensi & H. Stephani.

Gallice Stephanus Boetius Paris. 1572. 8.

ΑΓΗΣΙΛΑΟΣ, de Agesilai Regis Lacedæmonior. laudibus, de quo Thucydides, Nepos, Plutarchus, Justinus & alii. Cicero V. Epist. ad Luccejum 12. *Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Unus enim Xenophontis libellus in eo Rege laudando facile omnes imagines omnium, statuasque superavit.* Confer Plutarchum in Pompejo f. 663. Themistium Orat. 2. p. 27. edit. Harduini.

Latine vertit *Franciscus Philelphus*. Bononiæ 1502. fol.

Gallice, *Franciscus Carpentarius*, ad calcem Cyropædiæ. Paris. 1659. Amst. 1661. 8.

ΙΕΡΩΝ ἢ Τύραννος, *Dialogus Simonidis cum Hierone* primo (qui fratri Geloni in tyrannide succedens Syracusas in potestate habuit ab Olymp. LXXV. 2. ad LXXVIII. 2.) docens miseram esse præ privatis Tyrannorum conditionem: & quæ facienda sint tyrannis, ut minus miseri sint, & à subjectis suis non diligantur sed amentur.

Latine vertit *Leonh. Aretinus*. Bononiæ 1502. fol. & *Erasmus*, Basil. 1530. 8. & Tomo IV. Opp. Erasmi, atque in editionibus Xenophontis Basileensibus & H. Stephani. *Gallice* Jacobus Miffant. Paris. 1550. 8.

ΠΟΡΟΙ ἢ περὶ πόρων. *De proventibus* argentifodinis & vectigalibus terræ Atticæ, commerciisque promovendis & augendis Reip. reditibusque atque civibus. Male περὶ πόρων interpres Laertii II. 57. reddit de *feminibus*, quasi περὶ σπόρων legisset. Latine per *Joach. Camerarium* Paris. 1572. 4. Transtulit & *Joh. Ribittus*, cujus versio in edit. Xenophontis Basil. & H. Stephani.

ΠΕΡΙ ἹΠΠΙΚΗΣ, *de re equestri*. In hoc Xenophon testatur se scribere, quæ *Simon* * (Atheniensis in suo *de equitatu* libro, quem laudant Plinius II. 4. Hippiatrica & Suidas) minus perfecte tradididerat.

Transtulit *Joach. Camerarius* Paris. 1572. 4. *Joh.* vero *Leunclavius* bis; prior versio Taurini edita, altera in editione Sylburgiana exstat græcis ad latus adjuncta, priore rejecta ad libri calcem.

ἹΠΠΑ-

* Suidæ *Cimon*, in Ἀψύρτῳ & Κίμων, male. Vide eundem Suidam in τρίλλη & Meursium Bibl. Atticæ p. 1461.

2011 Ministerio de Cultura

ΙΠΠΑΡΧΙΚΟΣ, *de præfectura* ſive *diſciplina equeſtri*, ad filium, equitum Athenis præfectum. Latine vertit & notis illuſtravit *Joach. Camerarius*, Lipſ. 1543. 8. At *Joh. Ribitti* verſio occurrit in editionibus Xenophontis Baſil. & H. Stephani.

ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ, *de Venatione.* Themiſtius Orat. 9. nonnihil ex hoc Xenophontis majoris libro laudans, auctorem vocat τὸν πάνυ σοφόν. Quæ vero auctor prætermiſit, ſupplevit *Xenophon junior* ſive *Arrianus* Nicomedienſis in libro ejusd. argumenti, de quo infra ſuo loco.

Latine vertit *Omnibonus Leonicenus*, Bononiæ 1502. fol.

Quædam EPISTOLARUM Xenophontis fragmenta à Stobæo ſervata, è Conradi Geſneri verſione editioni ſuæ adjunxit H. Stephanus. Illas ad Æſchinem & Critonem transtulit etiam Joh. Caſelius. Locum ex Epiſtola ad Æſchinem profert Euſebius XV. 12. præparat.

De aliis EPISTOLIS Xenophonti tributis & ab Allatio editis dixi lib. 2. c. 10. §. 35.

Thucydidis quoque hiſtoriam à Xenophonte noſtro in lucem prolatam dixi lib. II. c. 25. §. 5. (è Laertii II. 57.) & Scholia Græca in Thucydidem, à nonnullis tribui neſcio cui Xenophonti. Ibid. §. 6.

III. Supposita Xenophonti.

Prætereo libellum Xenophontis noſtri nomini ſuppoſitum ab *Annio Viterbienſi*, qui inſcribitur ÆQUIVOCA, & latine prodiit cum aliis ejus furfuris ſcriptis, & Annii commentariis, Romæ 1499. 4. Vide ſi placet quæ de his dicta ſunt in Bibliotheca latina.

Xenophontis ſcripta deperdita.

Βίοι φιλοσόφων. Suid. in Ξενοφῶν. niſi tamen falſus Suidas. Vide Jonſium lib. 1. c. 7. Menagium ad Laert. II. 48.

Περὶ ἀληθείας. Pollux. VI. 33.

Τέχναι ῥητορικαί Pollux ibid.

Ἀναμνήσεις vero τῶν ὅλων Stephano Byz. in ὠρωπὸς laudatæ ſunt Xenophontis Lampſaceni, Geographi, Plinio plus ſimplici vice ac Solino memorati. *Periplum* vocat illud opus Plinius III. 48. Hiſt. & Valerius Max. VIII. 13.

Interpretes Xenophontis deperditi.

Longini τὰ περὶ Ξενοφῶντος, & quod Suidas memorat *Zenonis* Citiei ὑπόμνημα εἰς Ξενοφῶντα, itidem intercidit, perinde ut *Heronis* ὑπόμνημα & *Ælii Harpocrationis* περὶ τῶν παρὰ Ξενοφῶντι πάξεων, & Hephæſtionis liber de Antiphonte, cujus mentio apud Xenophontem in libris de dictis & factis Socratis.

2011 Ministerio de Cultura

IV. Editiones Xenophontis.

GRÆCÆ:

Venetiis apud Aldum A. 1525. fol.

Florentiæ apud hæredes Juntæ A. 1527. fol. quæ editio è codice Vincentii Ruſtici emendata fuit in Bibl. Petri Francii.

Ex recognitione *Seb. Caſtellionis*, cum indice locuplete & *Phil. Melanhcthonis* de Xenophontis laudibus præfatione. Baſil. 1540. 8. 2. Volum. apud Iſingrinium, & Halæ Suevor. apud Brubachium.

Henr. Stephani A. 1561. è Bibl. Huldrici Fuggeri fol. quam editionem nitidiſſimam è MS. Pariſienſi à viro docto caſtigatam habuit Petrus Francius.

LATINÆ.

Pleraque Xenophontis ſcripta ex variorum interpretatione, cum præfat. *Philippi Beroaldi*. Bononiæ 1502. fol.

Xenophon è variorum translatione, cum præfat. *Andreæ Cratandri*, Baſil. 1534. fol. & ibidem A. 1545. fol. apud Iſingrinium, quæ plenior eſt editio & elegantior, cum præfat. *Albani Torini* Vitodurani, recuſa deinceps A. 1550. 8. & Lugd. 1551. 12.

Ex verſione *Joh. Leunclavii* per *Æmilium Portum* recognita. Francof. 1595. 8.

GRÆCOLATINÆ.

Baſileenſis A. 1568. fol. apud hæredes Nicolai Brylingeri, cum variorum interpretatione. Apud eundem Nic. Brylingerum 1559. fol. excuſæ ſunt *Joh. Brodæi* Turonenſis notæ in Xenophontem.

Cum verſione *Joh. Leunclavii* Baſil. 1569. apud Tho. Guarinũ, quæ editio dicata Johanni Caſimiro Comiti Palatino ad Rhenum: & 1577. fol.

H. Stephani A. 1581. fol. græca exhibens ſeparatim excuſa cum variis lect. in margine & notis Stephani ad calcem voluminis rejectis. Latina itidem ſeparatim è variorum interpretatione, cui præfigitur H. Stephani Oratio *de conjungendis cum Marte Muſis exemplo Xenophontis*, & Epiſtola tertia *Chionis* à Stephano latine verſa.

Ex recenſione tertia, & cum verſione, notis, gloſſis, ac Chronologia *Joh. Leunclavii* Amelburni, Francof. 1594. (quibusdam exemplaribus præfixus numerus 1596.) fol. apud Wechel. cura Frid. Sylburgii

2011 Ministerio de Cultura

gii, qui Leunclavio jam defuncto præfationem operi præfixit. Adjectæ sunt *Æmilii Porti** in totum Xenophontem annotationes, & index græcarum vocum phrasiumque, cum latina interpretatione: Præmissa etiam Xenophontis vita à Leunclavio scripta, tum vocabula Xenophonti vel peculiaria, vel cum Herodoto ac Thucydide sic communia, ut poetica magis sint, collecta ordine Alphabeti ab H. Stephano.

Parisiensis A. 1625. fol. quæ Wechelianam ad verbum refert.

Oxoniensis Anni 1703. 8. è theatro Sheldoniano, quinque voluminibus, edente *Edvardo VVells*, qui eam IV. tabulis Geographicis ornavit, dicavitque illustri Viro H. Aldrich. Leunclavii versionem paucis in locis castigatam non ex adverso græci textus collocari fecit, sed singulis paginis, ut in Thucydide Hudsoniano & aliis quibusdam libris factum, substravit. Græca nitide excusa sunt, & capitibus sectionibusque ab editore distincta. Tomus 1. exhibet Cyropædiam, secundus Cyri junioris Anabasin, tertius libros de rebus græcorum cum Chronologia Xenophontea *H. Dodvvelli*. Quartus Apomnemoneumata & Apologiam Socratis, tum Oeconomicum & fragmenta Oeconomicorum Ciceronis. Quintus scripta reliqua, de re equestri, de magisterio equitum, de venatione: Epistolarum fragmenta, Veterum de Xenophonte testimonia, Regum Persicorum ad Xenophontis Hist. spectantium seriem Chronologicam, ac denique indicem rerum ac verborum.

Gallica versio Pyrami de Candole. Coloniæ 1613. fol. Cyropædia per Jacobum Contesium Vintemillium. Paris. 1547. 4.

Italica Marci Antonii Gandini. Venet. 1587. 4.

CAPUT V.

De Eudoxo, & aliis quibusdam Astronomis antiquissimis.

Theophrasti & Eudemi Historia Astrologica. 1. *Recentium scriptorum de hoc argumento commmentationes.* 2. *Brevis historia Mythica Astronomiæ.* 3. *De Hesiodo, Thalete, Phoco Samio, Pythagora, Empedocle, Oenopide, Bolo, Philolao, Timæo, Niceta, Pythagoreis. De Anaximandro ac Democrito.* 4. *De Matriceta ac Cleostrato Tenedio.* 5. *De Harpalo.* 6. *De Metone ejusque præceptore Phaino.* 7. *De Euctemone, Nautele, Mne-*

* Franciſci porti commentarius in varia Xenophontis opuſcula lucen vidit Morgiis A. 1586. 4.

2011 Ministerio de Cultura

Mneſiſtrato, Alcmæone, Aſtere, Philippo Medmæo atque Epigene Byzantio. 8. *De Eudoxo ejusque ſcriptis.* 9. *De Helicone ac Callippo Cyzicenis.* 10. *De Ariſtotele, Theophraſto, Ariſtyllo ac Timocharide, & Doſitheo Coloneo.* 11. *Magna Syntaxis Ptolemæi & parvus Alexandrinorum* Ἀστρονόμου. 12. *De Euclide & AVTOLYCO Pitanæo.* 13. *ARISTARCHO Samio.* 14. *HYPSICLE Alexandrino.* 15. *THEODOSIO Tripolita.* 16. *MENELAO.* 17. *Arato, Manethone, Conone.* 18. *De Archimede, Eratoſthene & HIPPARCHO.* 19. *Dionyſii Petavii Uranologium. ibid. De GEMINO Rhodio.* 20. *De Areta Dyrrhachino, Charimandro, Andromacho, Soſigene, Agrippa & THEONE Smyrnæo, Theone item & Pappo Alexandrinis.* 21. *De CLEOMEDE ac Proclo,* 22. *De ACHILLE Tatio ac Theodoro Meliteniota,* 23.

JAmpridem Plinius indiligentiam ſcriptorum in annotandis Aſtronomorum veterum inventis & obſervationibus indignatus eſt jure merito, cum contrà tot exſtiterint paſſim, qui dehoneſtamenta ac faces generis humani Tyrannos, barbaraque eorum & truculentia geſta celebrarent, ac cum magno ſtudio poſteris traderent. *Non ſumus profecto*, inquit, *grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere in hac luce: miraque ingenii humani peſte ſanguinem & cædes condere annalibus* (a) *juvat, ut ſcelera hominum noſcantur, mundi ipſius ignaris.* lib. II. Hiſt. Natural. cap. 9. Magis etiam lugenda nobis eſt jactura ſcriptorum hujuscemodi, ſi quæ etiam fuerunt, pauciſſimorum, qualis à veteribus celebratur *Theophraſti* (b) atque *Eudemi* (c) Rhodii Ἀστρολογικὴ ἱστορία, quibus perditis accidit ſane, ut perexiguam plane memoriam habeamus de felicibus illis animis, divinisque eorum obſervationibus,

- - - quibus (d) *hæc cognoſcere primis,*
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.

II. Pauca omnino ſunt, licet non indiligenter ex Antiquitate conquiſita, quæ de hoc argumento congeſſere Petrus Gaſſendus (e) in prolegomenis ad vitam Nobiliſſimi Tychonis, Voſſius de ſcientiis Mathematicis cap. XXII. ſeq. Lucius Barettus ſive Albertus Curtius in Cœ-

(a) Confer Senecæ præf. ad lib. III. Quæſt. Natural.
(b) Laertius V. 50. & videtur reſpicere, Theophraſtum laudans, Simplicius in 2 de cœlo.
(c) Laertius I. 23. Theo Smyrnæus, Clemens I. Strom. p. 302. Proclus ad Euclid. Simplicius &c.
(d) Ovid I faſtor. 297.
(e) Tomo V. Opp.

2011 Ministerio de Cultura

Cœlesti Historia, Bullialdus in Prolegomenis ad Astronomiæ Philolaicæ fundamenta explicata atq; asserta, & Joh Hevelius præfat. ad Tom. priorē Machinæ Cœlestis: neq; horum industriæ multa adjici a me posse intelligo. De antiquioribns tamē Astrologis, illis præcipue quorum vel scripta vel inventa præclara celebrantur, nonnulla hoc loco referre, instituto meo congruens esse existimavi, etiam post editos Catalogos Astrologorum, quos dederunt Henr. Ranzovius, Lucas Gauricus, Henricus Brucæus, Christophorus Clavius, Josephus Blancanus, & Vir. Clariss. Edvardus Sherburne.

III. Tanquam incerta admodum prætereo, quæ uti de Adami, Henochi, Noemi, Abrahami & aliorum Patriarcharum, (*f*) ita de Astronomica scientia feruntur vel *Andubarii* (*g*) cujusdam, qui circa Phalegi tempora Indis primus Astronomiam scripsisse traditur, vel Ægyptiorum *Hermetis* (*h*) sive *Theutis*, *Æsculapii*, *Anubiique*: *Helii*, *Heliadarumque Rhodiorum* (*i*) antiquissimorum, à quibus Ægyptii ipsi astrorum scientiam accepisse dicuntur, licet Ægyptios primos cœlum scrutari & metiri ausos ait Macrobius lib. I. c. XXI. in somnium Scip. vel *Urani* (*k*) sive *Cœli*, siderum observatoris præcipui, qui postea *Olympus* dictus fuit: vel *Atlantis* Phrygis (*l*) qui Sphæram reperit primus, vertice cœlum dictus propterea conterere: (*m*) *Japetique* & *Hesperi*, Atlantis F. tum *Saturni*, *Titanis*, *Cephei*, *Atreique*, qui primus (*n*) rationem Eclipseos Solis apud Mycenas observasse, & septem errantia sidera motu contrario totius cœli gyrationi ferri (*o*) primus notasse traditur: vel *Hyperionis* (*p*)

(*f*) De his dixi in libro de Pseudepigraphis Propheticis.

(*g*) Chronicon Paschale p. 36. ἐν τοῖς χρόνοις τῆς πυργοποιΐας ἐκ τ῀ γένους τ῀ Ἀρφάξαδ ἀνήρ τις Ἰνδὸς ἀνεφάνη σοφὸς Ἀστρονόμῳ ὀνόματι Ἀνδυβάριῳ ὃς καὶ συνέγραψε πρῶτῳ Ἰνδοῖς Ἀστρονομίαν. Gemina legi apud Cedrenum & in Chronico MS. Simeonis Logothetæ, jam notavit Cangius in notis.

(*h*) Arnob. 2. adversus Gentes p. 92. Et quæ de Hermetis Astrologica scientia notavi supra lib. I. c. XII. §. 9. Anubii mentio apud Julium Firmicum. Confer Marshamum Canonis Chronici p. 480. edit. Lipsiens.

(*i*) Diodorus Sic. lib. V. p. 227. Vossius de scientiis Math. p. 144.

(*k*) Diodorus p. 221.

(*l*) Diodorus Sic. lib. III. p. 135. IV. p. 163. Plinius ll. 8. Hist. & 56. Heraclitus c. 4. Incredibil. Suidas in Ωχῳ, Isidorus III. 24. Orig.

(*m*) Euripides Jone sub init. Sidonius Panegyrico Aviti v. 4. Aristoteles ll. 1. de Cœlo, Pisides Hexaem. v. 116. seq. Confer Lambecii prodromum Hist. literariæ p. 131. seq. Obiter nota, quod Atlas Manichæorum de quo Epiphanius T. 1. p. 639. est sidus Saturni.

(*n*) Hygin. Fab. CCLVIII. Servius ad Æneid. I. 572. Schol. Horatii Cruquianus p. 625.

(*o*) Joh Philoponus in 1. Meteorolog. p. 182. Achilles Tatius Isagoge in Aratum c. 1.

(*p*) Diodorus Sic. lib. V. p. 231.

2011 Ministerio de Cultura

qui Solem, vel *Endymionis* Caris (*q*) qui lunæ cursum diligentissime fertur esse contemplatus: vel *Chironis* (*r*) denique, ejusque filiæ *Hippes*, (*s*) præterea *Zoroastris*, (*t*) *Orpheique*, (*u*) & ab Atlante edocti *Herculis*, (*x*) tum *Hostanis*, (*y*) *Astræi*, (*z*) *Promethei* (*a*) atque *Palamedis*. (*b*)

IV. De HESIODI ἀστρικῇ βίβλῳ dixi lib. II. cap. VIII. §. 17. Præter quem primus de re Astrologica inter Græcos scripsisse traditur THALES Milesius, ναυτικὴν scilicet Ἀστρολογίαν (quam alii ad PHOCUM Samium auctorem retulerunt) & περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, *de Solstitio & æquinoctio.* Alii nihil scripsisse Thaletem contendunt, ut notavi lib. I. cap. XXXV. §. 3. Prædictas ab eo eclipses, (Plin. II. 12. Hist.) & alia quædam inventa ejus Astrologica refert Laertius lib. I. sect. 23. & 24. (ad quem conferendæ virorum doctorum, Menagii præsertim, notæ) & Achilles Tatius in Isagoge ad Aratum. De PYTHAGORA, qui terram circa solem moveri tradidit, dixi lib. I. cap. XX. §. 9. Idem Observavit eandem esse stellam Hesperum ac Luciferum, teste Laertio VIII. 14. & dari Antipodas. id. 26. EMPEDOCLIS Pythagorei Sphæram exhibui lib. II. cap. 12. ac de Pythagoricis cæteris qui Astrologicam disciplinam illustrarunt, OENOPIDE, BOLO, PHILOLAO, TIMÆO, NICETA &c. egi cap. XIII. De ANAXIMANDRI Milesii inventis Astronomicis videndus idem Laertius II. 1. & 2. ubi docet Sphæram quoque construxisse, & Gnomonem solarium atque horoscopia composuisse. Confer si placet Vossium de scientiis Mathematicis p. 146. seq. & quæ notavi supra lib. II. c. XXIII. §. 8. ac quæ de DEMOCRITO §. 5.

V. De MATRICETA Methymnæo, CLEOSTRATO Tenedio, ac PHAINO Athenienſi præceptore Metonis, non prætereundus locus Theophrasti in libro de signis aquarum ac ventorum: διὸ καὶ ἀγαθοὶ γεγένηνται κῆ τόπῳ Ἀστρονόμοι, οἷον ΜΑΤΡΙΚΕΤΑΣ ἐν Μηθύμνῃ ἀπὸ ᾧ Λεπετύμνε, καὶ ΚΛΕΟΣΤΡΑΤΟΣ ἐν Τενέδῳ ἀπὸ τ᾽ Ἴδης, καὶ ΦΑΕΙΝΟΣ Ἀθήνησιν

(*q*) Harduinus ad Plinii Hist. ll. 9. p. 159. Tzetzes Chil. ll. v. 877.
(*r*) Clemens I. Strom p. 306.
(*s*) Cyrillus Alex. IV. contra Julian. p. 134. edit. Illustris Spannhemii.
(*t*) Suidas in Ἀστρολογία, & quæ notavi supra lib. 1. c. XXXVI. §. 5.
(*u*) Supra lib. I. c. XX. §. 7. seq Meminit & Orphei inter Astrologos Julius Firmicus.
(*x*) Clemens loco laudato. Tzetzes Chil. ll. Hist. 399.
(*y*) Suid. in Ἀστρολογία.
(*z*) Aratus v. 98. Confer. Achillem Tatium loco laudato.
(*a*) Æschylus Prometheo v. 456. seq.
(*b*) Sophocles apud Achillem Tatium c. 1, Isagoges in Aratum.

2011 Ministerio de Cultura

σιν ἀπὸ ξ Λυκαμβηξ τὰ ωξὶ τὰς τροπὰς συνεῖδε, παρ' ὃ ΜΕΤΩΝ ἀνύσας τὸν ξ ἐνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐνιαυτὸν συνέταξε. Ἦν δὲ ὁ μὲν Φαεινὸς μέτοικος Ἀθήνησιν, ὁ δὲ Μέτων Ἀθηναῖος. Καὶ ἄλλοι δὲ ξ τον τὸν τρόπον ἠρξολόγησαν. *Cleostratus* quidem iste, primus, ut ferunt, auctor Ὀκταετηρίδος sive *periodi octo annorum* fuit teste Censorino c. XVIII. de qua agunt Scaliger II. de emendat. temporum p. 64. & Scaligerum oppugnans Petavius II. 2. seq. magni operis Chronologici, tum H. Dodvvellus de Cyclis Græcorum p. 180., qui Octaeteridem primã Cleostrati auspicatur ab Olympiadis LIX. initio, ut Scaliger ab Olympiad. LXI. Apud Vossium autem de scientiis Mathematicis c. XXXII. §. 11. p. 151. perperam editum est Octaeteridem illam fuisse annorum ɔIↃ ɔIↃ CXXXII. pro dierum ɔIↃ ɔIↃ IↃ CCCCXXII. Plinius II. 8. Hist. *Obliquitatem signiferi intellexisse, hoc est rerum fores aperuisse Anaximander Milesius traditur primus Olympiade LVIII. Signa deinde in eo* CLEOSTRATUS, *& prima arietis & Sagittarii. Sphæram ipsam* (sine Zodiaco & signis) *ante multo Atlas.* Male ex hoc loco Plinii Rob. Stephanus (*c*) affirmat Cleostratum primum de signis cœlestibus scripsisse. Hyginus lib. II. Poetic. Astronom. cap. 13. *Hos autem hœdos Cleostratus Tenedius dicitur primus inter sidera ostendisse.* Perperam Leostratus vocatur à Cornelio Vitellio T. 1. facis artium Gruterianæ p. 644. & Nicolao Loensi VIII. 22. Epiphyllidum, id. T. V. part. 2. p. 616.

VI. Cleostratum secutus est HARPALUS, de cujus *Octaeteride* dierum ɔIↃɔIↃ IↃ CCCCXXIV. consulendi Scaliger II. de emendat. temporum. p. 66. seq. Petavius II. 4. seq. doctrinæ temporum, ac Dodvvellus de Cyclis diss. III. sect. 30. qui contra veterum, ut videtur, testimonia *Heccædecaetericum* Cyclum Harpalo tribuit, initio capro à die sexto Februarii Anno Romæ conditæ CCLXIII. Olympiad. LXXI. 1. Meminit Harpali Plinius indice libri XVIII. Censorinus cap. XVIII. & XIX. (qui testatur annum fuisse Harpalo dierum CCCLXV. & horarum æquinoctialium XIII. (*d*) Avienus in Arateis ptognosticis v. 44. qui *Cyclum novem annorum* ab Harpalo inventum docet, non novem solidis constantem annis, sed nono quoque anno redeuntem in orbem. Alius fuit Harpalus è ducibus Alexandi M. de quo evolves, si placet,

(*c*) In elucidario, cujus est mihi editio Colonienſis A. 1543. 8. Idem de Cleostrato legas in Caroli Stephani dictionario etiam postremæ editionis à Nic Loydio recensitæ.

(*d*) Scaliger legit XII.

2011 Ministerio de Cultura

Lexicon clariſſimi Baylii. Hujus mentio apud Plutarchum III. 2. Sympoſ.

VII. METON Leuconeus Athenienſis, Pauſaniæ F. diſcipulus Phaini (*e*) Athenis præclarum *Enneadeteridis* inventum edidit, auſpicatus à Solſtitio ſive die XIII. menſis Scirrophorionis (qui Junio & Julio reſpondet) Olymp. LXXXVI. 4. teſte Diodoro Sic. XII. p. 305. Meminit Ariſtophanes avibus v. 998. & Aratus διοσημείων v. 21. ad quæ loca adeundi Scholiaſtæ. Videndus & Tzetzes XII. hiſt. 399. & quæ viri docti ad Ælian. X. 7. Var. Andreas Schottus ad appendicem proverbiorum Vaticanam p. 296. Nic. Loenſis VIII. 22. Epiphyllidum, T. V. facis Artium Gruterianæ parte 2. p. 613. ſeq. & Aldus Manutius Pauli F. de quæſitis per Epiſt. lib. I. quæſt. 6. T. IV. facis Artium p. 204. ſeq. qui è Livii lib. I. c. 19. contendit Enneadecateridem hanc diu ante Metonem perſpectam fuiſſe *Numæ Pompilio*. Sed alius omnino ille Numæ Cyclus fuit, ut jam animadverſum Viris doctiſſimis. At de Metonis Cyclo dierum 6940. præ cæteris conſulere operæ pretium eſt triumviros Chronologiæ principes Scaligerum II. de emendatione temporum p. 72. ſeq. & lib. V. p. 409. Petavium lib. II. c. 9. ſeq. de Doctrina temporum & Dodvvellum diſſ. I. de Cyclis, qui uſu civili etiam probatam Metonicam Ennadecaterida fuiſſe dis putat, & de majore ejus *Periodo annorum CLII*, conjecturam ſuam affert p. 59. ſeq. Δωδεκετηρίδας per errorem Metoni tribuit Tzetzes Chil. II. v. 884. De *Horologio* Metonis *Solari* vide ſi lubet Scaligerum ad III. Manilii p. 22. Salmaſium ad Solin. p. 740. ſeq. & Petavium VII. 8. diſſ. Uranolog. Solſtitia à Metone obſervata & inſcripta columnis memorat Ælianus X. 7. Var. Vide & Ptolemæi magnam Syntaxin III. 2. p. 62. & quæ de apparentiis ſiderum à Metone notatis refert idem Ptolemæus in Φάσεσι ἀπλανῶν & Geminus c. ult. Iſagoges. Adhuc in vivis fuit Meton Olymp. XCII. 2. cum in Siciliam ſolveret claſſis Athenienſis. Vide Ælianum XIII. 12. Var.

VIII. Metonis æqualis fuit EUCTEMON Athenienſis, cum quo Solſtitia obſervavit circa Olymp. LXXVII. 1. Adde ſi placet Ptolemæi magnam Syntaxin III. 2. p. 62. & ejusdem Φάσεις ἀπλανῶν, è quibus conſtat eum Athenis & in Cycladibus inque Mecedonia ac Thracia aſtris con-

(*e*) Theophraſtus in loco laudato paulo ante §. 5. Mentio hujus Phaini etiam apud Vitruvium IX. 7. At enim Aratus v. 741. Ἐννεακαίδεκα κύκλα Φαεινῷ ἠλείοιο non tribuit Euneadecateridem Phaino Eleo Metonis præceptori, ut miror legere Salmaſium p. 641. ad Solin. Neque enim Eleus fuit Phainus, ſed legendum ἠελίοιο Φαεινῷ, *ſplendidi ſolis*. Confer Petavium VI. 9 diſſ. ad Uranolog.

2011 Ministerio de Cultura

conſiderandis operam dediſſe. Vide & Gemini Iſagogen c. XVI. Meminit Euctemonis hujus præter Plinium Vitruvius IX. 7. ex Joſephi Scaligeri emendatione, (cum antea legeretur Eudæmon) & Avienus in ora maritima v. 40. 337. 350. &c. Alius Euctemon Rhetor apud Senecam controverſ. Inter perantiquos Aſtrologos etiam à Cenſorino cap. XVIII. memorantur NAUTELES, & MNESISTRATUS, dubito an idem, à quo Mneſiſtratios Philoſophos voluptatis patronos dictos refert Athenæus VII 5. Æquinoctia ab ALCMÆONE & Menone (leg. Metone) obſervata laudat Simplicius in 2. de Cœlo ſect. 46. Hunc eundem exiſtimo Alcmæonem de quo dixi inter Pythagoreos lib. II. c. XIII. ASTER quidam, cum quo PLATO Aſtrologiæ operam dedit, memoratur apud Laertium III. 29. PHILIPPUS Medmeus (è Medama Bruttiorum opido) Italus, Platonis diſcipulus * qui in Peloponneſo & Locride ſidera diligenter contemplatus eſt, ut patet ex obſervationibus ejus quibus uſi Hipparchus, Geminus, Ptolemæus. Laudatur & à Vitruvio IX. 7. Plinio, Plutarcho quod non liceat ſvaviter vivere ſecundum Epicurum p. 1093. Confer Petavii Uranolog. diſſ. IV. cap. IX. De ventis ſcripſiſſe teſtatur Stephanus in Μέδμα. Antiquioribus hiſce Aſtrologis jungendus etiam EPIGENES Byzantius Gnomonicus eſt, qui apud Chaldæos affirmabat ſe ſtudui ſſe, & de Cometis nonnulla tradidit. (Sen. VII. 3. Nat. quæſt.) tum retulit Babylonios Dccxx. annorum obſervationes laterculis coctilibus inſcriptas habuiſſe (Plin. VII. 56. hiſt. qui *auctorem gravem imprimis* appellat.) Laudat ſemel iterumq; Cenſorinus. Alius (1) Epigenes Rhodius qui de re ruſtica allegatur à Varrone & Columella. (2) Epigenes Athenienſis coactus τειμαρχεῖν, de quo apud Suidam. (3) Epigenes Comicus & Tragicus, patria Sycyonius de quo dixi lib. II. cap. XIX. Epigenem quendam Socraticis accenſet Jonſius p. 84.

IX. EUDOXUS Æſchinis F. Cnidius, Archytæ Pythagorei, Philiſtionis Medici ac Platonis auditor, Aſtrologus non minus inſignis quam Geometra, Medicus & legislator inclytus fuit, circa Olympiad. CIII. De eo *Phanocriti* liber Athenæo VII. p. 276. laudatus intercidit. Conſulendus interim Laertius VIII. 76. ſeq.

Eudoxi Ἀστρονομία δι ἐπῶν à Suida memoratur, qui in eo fallitur quod Eudoxum Poetam facit, nam quæ ex eo allegat Hipparchus, proſa decurrunt, & Aratus qui Phænomena verſibus ſcripſit, Eudoxum potiſſi-

(*) Proclus 2. in I. Euclidis p. 19. Φίλιππος ὁ Μεδμαῖος Πλάτωνος ὢν μαθητὴς καὶ ὑπ' ἐκείνου προτραπεὶς εἰς τὰ μαθήματα. Meminit ejus iterum p. 80.

2011 Ministerio de Cultura

mum ſecutus eſt, juſſus ab Antigono Rege Ἔνδοξον ἐνδοξότερον facere, hoc eſt proſam ejus carmine reddere amœniorem. Idem Hipparchus lib 1. in Aratum teſtatur duos libros Eudoxi nomine exſtitiſſe, in multis invicem conſpirantes, quorum uni titulus ἔνοπτρον, (κάτοπτρον auctori Vitæ Arati) alteri *Φαινόμενα*. Reſpicit idem opus Eudoxum laudans Geminus, & Vitruvius IX. 7. Ptolemæus in *Φάσεσι ἀπλανῶν*, Avienus in Arateis Phænomenis v. 53. & 102. De Cometis nihil tradidiſſe notat Seneca nat. VII. 3. quæſt.

Eudoxi *Octaeteris* ſive *periodus octo annorum*. Laert. VIII. 87. Cenſorinus c. XVIII. Suidas &c. Reſpicit & Lucanus X. 187.

Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.

De Eudoxi Octaeteride agunt Scaliger ad Manil. lib. I. v. 69. & II. de emendat. temporum p. 67. Petavius ll. 6. de doctrina temporum, & Voſſius de ſcientiis Mathemat. p. 153.

Scripſit & Eudoxus Γεωμετρούμενα teſte Laertio VIII. 88. & Proclo 2. in primum Euclidis p. 19. Sed & liber quintus Geometræ Euclidis in Codice Mazariniano refertur ad Eudoxum, ut teſtatur Menagius ad Laert. p. 392.

Etiam *de Muſica* ſcripſiſſe nonnihil, conjicio è Theone Smyrnæo, qui p. 94. ex Eudoxo refert rationem conſonantiarum numeris comprehendi, & graves vel acutos tonos dependere à tardo vel acuto motu. Ex eodem fortaſſis opere Jamblichus in Nicomachi Geraſeni Aritmeth. p. 11. refert definitionem numeri, quod ſit πλῆθος ὡρισμένον & p. 142. ſententiam de medietatibus proportionum.

Γῆς περίοδος, cujus operis *liber ſeptimus* laudatur à Porphyrio p. 183. de vita Pythag. *octavus* ab Harpocratione in λιπαρά. Idem opus reſpicit nec raro reprehendit Strabo: tum Plinius Eudoxum laudans libris ll. IV. V. VI. VII. &c. & Athenæus allegans τὴν τοῦ περὶ τὸν Εὔδοξον ἱστορίαν. Confer de hoc opere Meurſium ab Apollinii Dyſcoli c. 24. Voſſium de Hiſt. Græcis lib. 1. c. 6. & Menagium ad Laertium p. 292. Agathemer lib. 1. ἐξῆς Δημόκριτος καὶ Εὔδοξος καὶ ἄλλοι τινὲς γῆς περιόδους ἐπραγματεύσαντο.

Tribuuntur & Eudoxo noſtro Κυνῶν διάλογοι. *Canum dialogi* ſive ut interpres, *Cynicorum*, niſi locus corruptus, apud Laertium VIII. 89.

Leges Mileſiis tuliſſe Eudoxum, affirmat Theodoritus IX. Θεραπευτ, Cnidiis Laertius & Plutarchus contra Colotem. Hic eſt Eudoxus qui opta-

2011 Ministerio de Cultura

optabat Phaetontis instar à Sole conflagrare, modo ejus naturam propius sibi contemplari daretur, ut refert Plutarchus libro quod non suaviter liceat vivere secundum Epicurum p. 1094.

Fuit & alius Eudoxus Cnidius junior Medicus, Laert VIII. 90. Eudoxus Rhodius, cujus librum nonum Historiarum allegat Etymolog. magnum in Ἀδεῖας. Eudoxus Cyzicenus, de quo ut de Rhodio Vossius p. 29. Hist. Græc. Eudoxus denique Siculus Comicus, cujus Nauclerum laudat Pollux VII. 33.

X. Eudoxo Cnidio jungendus HELICON Cyzicenus Platonis discipulus, qui Dionysio Regi defectionem Solis prædixit, atque inde donatus ab eodem est talento, ut refert Plutarchus in Dione p. 966. præterea CALLIPPUS Cyzicenus, qui Olymp. CXII. 3. (ante Christum cccxxx.) in Hellesponto observavit phases inerrantium stellarum, teste Ptolemæo cujus vide Φάσεις ἀπλανῶν. POLEMARCHI Cyziceni, qui Eudoxum audiverat, discipulus hic fuit, & Athenis cum Aristotele versatus Eudoxi inventa emendavit ac supplevit, teste Simplicio in 2. de cœlo sect. 46. De Callippi *periodo* Attica solstitiali *annorum LXXVI.* memorata Censorino c. XVIII. qua Metonis enneadecaeteridem emendavit, facto periodi initio à solstitio sive die XXIX. Junii Olymp. CXII. 3. adeundi Scaliger emendationis temporum lib. II. p. 84. seq. & lib. V. pag. 421. seq. & Isagog. Canonum lib. I. c. VIII. & lib. III. c. VIII. Petavius doctrinæ temporum II. 16. seq. & X. 30. Dodvvellus de Cyclis Græcorum diss. 2. Tertiæ Callippicæ periodi anno quadragesimo (hoc est Olymp. CLIX. 3. ante Christum CXLII.) Hipparchum aliquas fecisse observationes refert Ptolemæus magnæ Syntax. V. 3. p. 111. & VII. 2. pag. 167. Alius fuit Callippus Athenienfis, Platonis discipulus, de quo supra cap. V. idem cum Callippo Rhetore cujus meminit Aristoteles in Rhetoricis. Alius denique Callippus Corinthius, discipulus Zenonis Citiei.

XI. Quæ ARISTOTELES & THEOPHRASTUS scripserint Astrologicæ scientiæ illustrandæ, dictum à me infra est capitibus tribus proximis. In præsenti memorandus venit ARISTYLLUS & TIMOCHARIS, quorum hic Alexandriæ anno periodi Callippicæ primæ (*f*) XLVII. hoc est Olymp. CXXIV. ante Christum CCLXXXIII. observationes suas instituit. Utriusque Τηρήσεις ἀπλανῶν etsi nec satis (*g*)

XI.

(*f*) Ptolemæus p. 169. Τιμόχαρις μὲν ἀναγράφει τηρήσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ταῦτα τῷ μζ ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλλιππον ἐξηκαιεβδομηκονταετηρίδ@· &c. Hinc emendandus Vossius p. 155. de scientiis Math.

(*g*) Id. p. 164.

2011 Ministerio de Cultura

distinctas neque explicatas neque fide dignas (*h*) satis habuit Hipparchus, & ex hoc Ptolemæus, qui iis utitur libro VII magnæ Syntax. Hos secutus est DOSITHEUS Coloneus Atticus, qui Octaeteridem Eudoxi emendavit, ita enim intelligendus videtur Censorinus c. XVIII. Hic Dositheus in Colono Atticæ circa Olymp. CXLV. 1. (ante Christum CC.) apparentias stellarum inerrantium observavit, quas ex eo notarunt Geminus c. ult. Isagoges, & Ptolemæus in *Φάσεσι ἀπλανῶν*. Laudat hunc Dositheum etiam Plinius lib. XVIII. Hist. c. 31. Archimedes vero ipsi (ut videtur) librum de lineis spiralibus inscripsit. Fuere & alii Dosithei, ut Historicus, cujus libros rerum Sicularum, Lydiacarum & Italicarum laudat Plutarchus, ut jam Vossio animadversum, tum Dositheus ad quem scribit Julianus Imp. Epistola XXXIII. Ne dicam de Dositheo (uno an duobus) hæresiarcha Samaritano, quem ante Simonem Magum commemorat pseudo Clemens I. recognitionum p. 21. ac de Dositheo Grammatico Græco recentiore, de quo infra in Grammaticis pauca.

XII. Temporis ratio nos jam pridem deducit ad scriptores qui in parvo Alexandrinorum Astronomo comprehendebantur. Præter enim magnam Syntaxin Claudii Ptolemæi, qui observationes suas instituisse se testatur anno secundo Antonini Pii (Christi CXXXIX.) præter hanc, inquam Ptolemæi *σύνταξιν*, de qua infra lib. IV. suo loco dixi, & quam *μέγαν Ἀστρονόμον* appellabant, Alexandrinis in pretio fuit alter Codex dictus *μικρὸς Ἀστρονόμος*, sive ut è Pappo Vossius (*i*) observat, *μικρὸς Ἀστρονομούμενος*, (Arabibus *tractatus intermedii*, inter Euclidis elementa & Almagestum Ptolemæi) in qua collectione continebantur hi libri:

Theodosii Tripolitæ Sphæricorum libri III.
Euclidis Data, Optica, Catoptrica ac Phænomena.
Theodosii Tripolitæ de habitationibus & noctibus ac Diebus libri II.
Autolyci Pitanæi de sphæra mota, & libri II. de Ortu atque occasu stellarum inerrantium.
Aristarchi Samii de magnitudinibus & distantiis Solis ac Lunæ.
Hypsiclis Alexandrini Ἀναφορικός sive de ascensionibus.
Menelai Alexandrini Sphæricorum libri III.

Hi

(*h*) Id. p. 168. διὰ τὸ μήτε τὰς τηρήσεις τῶν περὶ τὸν τιμόχαριν ἀξιοπίστους εἶναι, πάνυ ὀλοσχερῶς εἰλημμένας.
(*i*) Lib. de scientiis Math. c. XXXIII. §. 18. p. 163.

2011 Ministerio de Cultura

Hi libri, vel plerique horum, Græce junctim MSti occurrunt in quibusdam Bibliothecis, & *Arabice* quoque exstant è versione *Thebiti*, ut docet Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 251. & 256. universos Arabice versos memorans, excepto Hypsiclis ἀναφορικῷ, quem translatum ex Oriente secum attulit Jacobus Golius. (*k*)

XIII. Cum de Euclidis scriptis infra egerim singulari capite, de reliquis in præsenti dicere operæ pretium est, ac primum de AVTOLYCO Pitanæo, ex Æolide, Mathematico, præceptore Arcesilai qui Theophrastum deinceps audiit teste Laertio IV. 29. unde de ætate Avtolyci constat, successit enim Aristoteli Theophrastus Ol. CXIV. 3. ante Christum 322. Laudant Avtolycum Pappus in Mathematica collect. Simplicius ad Aristot. de cœlo 2. comment. 46. Joh. Philoponus ad Physic. lib. 2. aliique. Liber περὶ κινουμένης σφαίρας Græce & latine editus à *Conrado Dasypodio* est Argentorat. 1572. 8. Et latine ex versione & cum commentariis *Francisci Maurolyci* Siculi, Abbatis Messanensis, Messanæ 1558. fol. qui Theodosii libros & Euclidis Phænomena addidit. Exstat & latine, cum scholis antiquis, *Josepho Auria* interprete, cum Maurolyci annotationibus Romæ 1587. 4. Habetur præterea latine in Synopsi Mathematica Marii Mersenni p. 243. Paris. 1644. 4.

Libros II. de vario ortu & occasu siderum inerrantium Græce & latine itidem edidit Dasypodius, Argentorat. 1572. 8. *Latine* præterea collatis quinque MSS. 5. Vaticanis Avtolycum & græca ad eum Scholia vertit *Josephus Auria* Neapolitanus. Romæ 1588. 4. Transtulit & Gallice *P. Forcadellus* Paris. 1572. 4. Ex Avtolyco etiam pleraque in suum de expetendis & fugiendis rebus opus transtulit *Georgius Valla* Placentinus Libro XVI.

De Aliis Avtolycis tribus antiquioribus vide si placet Leopardum XIII. 5. emendationum, quibus addes Avtolycum Areopagitam, de quo Suidas.

XIV. ARISTARCHUS Samius æqualis fuit Cleanthis Stoici qui Zenoni successit Olymp. CXXIX. ante Christum 264. Refert enim Plutarchus Aristarchum à Cleanthe impietatis accusatum, quod terram moveri docuisset, lib. de facie in orbe lunæ p. 923. ὥσπερ Ἀρίσταρχον (*l*) ᾤετο δεῖν Κλεάνθης τὸν Σάμιον ἀσε-

 βείας

(*k*) Vide Catalogum MSS. Arabicorum à Golio allatorum num. 54. in 4.

(*l*) Ita legendus ille locus, non Ἀρίσαρχ& Κλεάνθη. Confer Menagii notas ad Laertii VIII. 85. p. 389. Eudoxo juniorem Aristarchum etiam ex Archimede colligas, qui hunc Eudoxo p. 121. postponit. Ut adeo erraverit Fromondus & Simlerus qui longe antiquiorem faciunt apud Vossium c. 33. de scientiis Mathemat. §. 1. p. 157.

2011 Ministerio de Cultura

Βέλας προσκαλεῖσθαι τὸς Ἕλληνας ὡς κινοῦντα τὸν κόσμον τὴν ἑστίαν, ὅτι φαινόμενον σώζειν οὗτος ἐπειρᾶτο, μένειν τὸν μὲν οὐρανὸν ἀκίνητον, ἐξελίττεσθαι δὲ κατὰ λοξοῦ κύκλου τὴν γῆν ἅμα καὶ περὶ τὸν αὐτῆς ἄξονα φερομένην. Meminit Ariſtarchi Samii etiam Archimedes in Pſammite p. 120. 121. 126. & 127. edit. Græcæ Baſil. Varro apud Gellium III. 10. (ubi pro Ariſtide Samio uti in Joh. Pici operibus p. 377. pro Aſtaxarcho legendum Ariſtarchus) Vitruvius lib. I. c. 1. & lib. IX. c. 4. & c. 9. quo in loco horologiorum genera ab eo reperta refert. Sextus Empiricus IX. adverſus Mathem. p. 410. Plutarchus quæſt. Platonic. p. 1006. & lib. de facie in orbe lunæ p. 932. 938. & 925. ubi laudat Ἀρίσταρχον ἐν τῷ περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποσημάτων, *in libro de magnitudinibus & diſtantiis* ſolis & lunæ, lectum etiam Pappo Alexandrino lib. VI. Collectionis Mathematicæ, propoſitione 38. ſeq. Hic ipſe eſt liber, qui ſolus ex Ariſtarchi ſcriptis ad nos pervenit, latine verſus à *Georgio Valla* Placentino Venet. 1498. fol. deinde à *Federico Commandino* cum ejusdem notis Piſauri 1572. 4. Denique à *Joh. VValliſio* Græce è codice H. Savilii, qui è Vaticano ſuum deſcripſerat, editus Oxoniæ 1688. 8. additis Commandini verſione & notis, ſuisque ipſius animadverſionibus. Recuſa eſt hæc editio Græcolatina in tomo tertio operum Walliſii Oxon. 1699. fol. Exſtat & MSta hujus libri verſio Arabica duplex.

Qui ſub Ariſtarchi Samii nomine prodiit veluti è Græco translatus liber Pariſiis 1644. 12. ab *Ægidio Perſona Robervallio* editus, iterumque A. 1647. 4. à Mario Merſenno ſuarum obſervationum Phyſico Mathematicarum tomo tertio inſertus, *De Mundi Syſtemate, partibus & motibus*, (ne cui id fraudi ſit) à Robervallio (*m*) confictus eſt ingenii forte ſui exercendi gratia, quo oſtenderet, quomodo ex principiis quæ Ariſtarchi fuiſſe putat, deduci non incommode poſſint, ſaltem cum illis non male cohæreant pleraque ex inventis nuperis, præterito ſeculo detectis: uti poſtea *Franciſcus Jeſſop* armiger propoſitiones Hydroſtaticas ad illuſtrandum Ariſtarchi Syſtema deſtinatas vulgavit Londini 1687. 4. Verum hoc ſaltem, notante Walliſio, haud ſatis in Robervalliano Ariſtarcho cohæret, quod ex Solis circa ſuum axem motu deduci t ille plurima, quem immotum plane, teſtante Archimede, ſtatuit Ariſtarchus. Sed & quæ de Æolipilis * habet, aliaque multa quæ legenti paſſim occurrent, novitium opus eſſe ſatis indicant. Ariſtarchi *prædictiones Mathematicæ de planetis* memorantur in Labbei Bibl. nova MSS. p. 116. 119.

De

(*m*) Menagius loco laudato, Bailletus des auteurs déguiſez p. 529.
* Mentio harum apud Vitruvium lib. I. c. 6.

2011 Ministerio de Cultura

De aliis ſeptem vel octo Ariſtarchis dixi infra libro quarto, ubi inter Grammaticos celebro Ariſtarchum Alexandrinum. Jam ſuffecerit annotaſſe, à pandectarum Brandenburgicarum ſcriptore male Ariſtarchum noſtrum Samium confundi cum Ariſtarcho Tragico.

XV. HYPSICLES Alexandrinus Iſidori Mathematici, quem ipſe magnum (*n*) vocat, diſcipulus fuit. De ætate ejus conſtat ex eo quod Suidas ait Iſidorum ſub Divis Fratribus floruiſſe (M. Aurelio & L. Vero qui fuerunt ab A. Chriſti 160. ad 169.) Itaque quis non miretur Voſſium (*o*) eo ipſo loco quo Suidæ ſententiam laudat, tamen tradere Iſidorum claruiſſe ſub Ptolemæo Phyſcone. Sed doctiſſimi etiam viri dormitant aliquando, & inhumanus ſit qui eis hoc nomine inſultandum, & qui hoc eis propter infinita alia egregie obſervata non libenter condonandum putet. Hujus itaque Hypſiclis *Anaphoricus* ſive *de aſcenſionibus liber* Græce & latine cum *Jacobi Mentelii* verſione lucem vidit una cum Opticis Heliodori, Pariſiis apud Cramoiſium A. 1657. 4. curante Eraſmo Bartholino. Idem Hypſicles auctor creditur *libri XIV. & XV. Elementorum Euclidis*, qua de re vide ſi placet quæ dixi infra in Euclide.

XVI. THEODOSIUS Tripolites diverſus fuit à Theodoſio Bithyno (*p*) qui horologiii ſolaris ad quodcunque clima apti inventor celebratur Vitruvio IX. 9. & Straboni lib. XII. p. 566. ubi ipſum & filios ejus Mathematicos fuiſſe teſtatur. Tripolites enim Theodoſius Suida teſte ſcripſit commentarios in Theudæ ſceptici Laodiceni capitula, quem Theudam è Laertio IX. 119. colligitur circa Trajani tempora & paulo ante vixiſſe. Neque Theodoſii meminit neque evolviſſe ejus ſcripta videtur Ptolemæus, licet hunc ex illis profeciſſe tradunt Pena præf. ad Sphæricorum libros, & Voſſius p. 160. de ſcientiis Mathemathicis. At laudant Theodoſium ejusque ſcripta Theo ad Ptolemæum, Pappus Alexandrinus in ſua *συναγωγῇ*, Proclus in Hypotypoſi Aſtronomica p. 7. & ante hos Laertius IX. 70. Exſtant hujus Theodoſii Σφαιρικῶν *Sphæricorum libri III.* Græce editi à *Johanne Pena* Regis Galliæ Mathematico, qui ad calcem voluminis verſionem ſuam latinam ſubjecit. Pariſ. 1557. 4. Ex Penæ verſione poſtea cum ſphæra Avtolyci, Phænomenis Euclidis, & ſuis ipſius Sphæricis recudi curavit *Franciſcus Maurolycus*, Meſſanæ eodem anno 1558. fol. & cum demonſtrationibus

(*n*) Hypſicles ad librum XV. Euclidis propoſit. 5.
(*o*) Voſſ. de ſcientiis Mathemat. c. 54. § 6. p. 328.
(*p*) Eundem putant Joh. Pena præf. ad Sphærica & Voſſius c. 16. p. 58. Sed merito aliter viſum Menagio ad Laert. IX, 70. p. 429.

2011 Ministerio de Cultura

ac ſcholiis ſuis *Chriſtophorus Clavius*, adjunctis tabulis Sinuum & Tangentiũm doctrinaque triangulorum Sphæricorum. Romæ 1586. 4. Sphærica Theodoſii ab *Iſ. Barrovv* demonſtrata Lond. 1675. 4. Arabice quoque occurrunt in variis Bibliothecis, ſed & latina ex Arabico interpretatio lucem vidit interprete *Platone Tiburtino* Venet. 1518. Verum in hac verſione definitiones & theoremata multiplicata ſunt, demonſtrationibus viciſſim mutilatis, ita ut aliud prope opus eſſe videatur. Vitellionem in Opticis ſuis (qui medio ſæculo poſt Chriſtum decimo tertio ſcripſit) Theodoſii noſtri principiis inſtitiſſe, ab eodem Pena obſervatum.

Περὶ νυκτῶν καὶ ἡμερῶν, *de diebus ac noctibus* libri II. latine tantum prodierunt ex interpretatione *Joſephi Auriæ* cum Scholiis antiquis & figuris. Rom. 1587. 4. Ediderat etiam latine *Conradus Daſypodius* Argentorat. 1572. 8. Græce exſtant in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, ne de Arabica verſione dicam.

Liber περὶ οἰκήσεων, *de habitationibus*, curante eodem *Joſepho Auria* vidit lucem latine tantum Rom. 1587. 4. Et ex *Franciſci Maurolyci* verſione una cum Sphæricis, de quibus jam dixi, Meſſanæ 1558. fol. tum in Synopſi Mathematica Marii Merſenni p. 246. Græce & Arabice etiamnum deliteſcit in Bibliothecis.

Perdita Theodoſii ſcripta hæc ſunt:

Σκεπτικὰ κεφάλαια. Laertius IX. 70. Suid. in Θεοδόσιος & Πυῤῥώνιοι,

Ὑπόμνημα εἰς τὰ Θεύδια κεφάλαια. Suid. Θεοδόσ.

Ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους ἐφόδιον. id.

Διαγραφαὶ οἰκιῶν ἐν βιβλίοις γ'. id.

Ἀστρολογικά id.

Poſt hæc ſcripta Theodoſii Philoſophi memorat Suidas & alterum hujus nominis, quem Tripolitam vocat & carmen Heroicum de Vere, aliaque varia ſcripſiſſe refert. Θεοδόσιος, ἔγραψε δὲ ἐπῶν εἰς τὸ ἔαρ, καὶ ἕτερα διάφορα, ἦν δὲ Τριπολίτης.

XVII. MENELAUS patria Alexandrinus fuit teſte Pappo lib. 6. collectan. Mathemat. propoſit. 56. & Proclo in Euclidem p. 90. Geometra vocatur à Ptolemæo lib. 6. magnæ conſtructionis p. 170. ubi ait eum obſervationes Aſtrologicas inſtituiſſe Romæ anno primo Trajani Imp. qui reſpondet anno Chriſti XCVIII. Eundem non dubito eſſe Menalum Mathematicum quem colloquentem inducit ſecum Plutarchus lib. de facie in orbe lunæ p. 930. Ejus *III. libros Sphæricorum* ſive de figuris Sphæricis ex Arabico neſcio quo auctore latine edidit in Synopſi Mathemathica Marius Merſennus Pariſ. 1644. 4. pag. 205. ſeq.

Hos

2011 Ministerio de Cultura

Hos Menelai libros (Merſenni verba agnoſcis) *cum ego in antiquis ex membrana codicibus inveniſſem, conatus ſum eos, quoniam corruptiſſmum erat exemplar, emendare ac reſtituere, nec non quam plurimis tum neceſſariis tum argutis adaugere propoſitionibus.* Arabicum codicem manu exaratum memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 251. Meminit hujus Menelai etiam Pappus lib. 4. propoſ. 30. De Menelao Ægeo Poeta, & Menelao Anæo ex Anea Cariæ civitate Peripatetico atque hiſtorico, vide ſi placet Voſſium in Hiſtoricis Græcis p. 388.

XVIII. Poſt ſcriptores in parvo hoc Alexandrinorum Aſtronomo comprehenſos, redeundum eſt ad ſeriem temporis, quam recenſio illius tantiſper interrupit, ubi occurrunt primo loco qui ſub Ptolemæo Philadelpho claruerunt Poetæ, ARATUS Phænomenon ſcriptor & MANETHO, quibus ſingularia capita ſuo loco infra deſtinavi, & cum Arato plures ejus interpretes, cum Manethone alios Græcos ſcriptores Aſtrologiæ Apoteleſmaticæ, quam potui diligenter recenſui. Horum æqualis fuit CONON Samius (q) cujus obſervationes Aſtronomicus in Italia factas memorat Ptolemæus libro de apparentiis fixarum. Comam Berenices ab eo inter ſidera relatam celebrant Callimachus apud Scholiaſten Arati, Catullus, Hyginus II. 24. poetic. Aſtronomic. & Theo in Aratum. Epigramma vetus p. 550.

E Beronicea detonſum vertice crinem
Retulit eſuriens Græcus in aſtra Conon.

Non minus nomen ſibi comparavit Geometrica ſcientia, quo nomine vehementer laudatur ab Archimede præf. de lineis ſpiralibus, & præfat. de quadratura parabolæ, qui ipſi familiarem fuiſſe ſe, & hæc ipſo jam defuncto ſcripſiſſe teſtatur. Scripta Cononis ad Thraſydemum allegat Apollonius Pergæus lib. IV. Conicar. ſect. Laudatur & à Pappo IV. 19. Alius fuit Conon, qui Archelao Philopatori Cappadociæ Regi, (Antonio adverſus Auguſtum faventi) inſcripſit διηγήσεις ſive narrationes fabuloſas quinquaginta, quarum argumenta ſervavit Photius Cod. CLXXXVI. & cum Apollodoro Græce ac latine edidit Tho. Galeus Pariſ. 1675. 8. Ex iisdem Nic. Damaſcenum quædam in ſuam παραδόξων ἐθῶν συναγωγὴν derivaſſe, refert idem Photius Cod. CLXXXIX. Neque alius fortaſſe Conon fuit quem de Italia ſcripſiſſe Servius teſtatur ad VII. Æneidos, & ἐν τρίτῳ περὶ τῶν νησιάδων & ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ laudat Schol. Apollonii: quemq; Judæorum feciſſe mentionem ſcribit Joſephus I. contra Apionem p. 1051. Omitto Cononem Athenienſium ducem inclytum

(q) Vide If. Voſſium p. 258. ad Catullum.

2011 Ministerio de Cultura

tum de quo proverbium πόλεμος Κόνωνι μελήσει, ejusque nepotem, Timothei F. de quo Nepos in Timotheo, tum Cononem fratrem Zenonis Imp. de quo Galeus suspicatur intelligendum Stephanum Byz. in ψίμαθα.

XIX. De ARCHIMEDE Syracusano & admiranda ejus Sphæra tum de ERATOSTHENE Cyrenæo dixi infra capitibus peculiaribus. Jam celebrandus mihi HIPPARCHUS patria Nicænus è Bithynia (teste Strabone ac Suida) quique in Bithynia observationes siderum instituit, ut refert Ptolemæus in extremo libri de apparentiis inerrantium. Idem tamen Hipparchus in Rhodo etiam observasse nonnulla se scripsit, teste eodem Ptolemæo lib. V. magnæ Syntax. p. 112. unde Rhodium Hipparchum à Bithyno male fortassis distingvunt viri quidam docti, ut Gassendus T. V. Opp. p. 377. Ricciolus &c. Floruit Hipparchus Olympiade CLIV - - - CLXIII. (ante Christum CXXVIII - - - CLXII) prout ex Ptolemæi lib. II. & III. Syntax. pulchre observatum Vossio de scientiis Math. p. 158. seq. ἀνὴρ φιλόπονός τε ὁμοῦ καὶ φιλαλήθης eodem Ptolemæo judice lib. III. p. 59. (quod Hipparchi elogium è Ptolemæo repetit Theodorus Meliteniota proœmio Astrologiæ,) *nunquam satis laudatus, ut quo nemo magis approbavit cognationem cum homine siderum*, Plinio II. 26. Hist. Plurimum certe ipsi debet Astronomia, tum quod plurima æquinoctia quam potuit diligenter à se observata, tum imprimis catalogum plurimarum fixarum secundum longitudinem & latitudinem plurimasque Eclipsium vetustissimarum observationes à tempore Mardocempedi reliquerit: Ad hæc periodum Callippicam (r) correctiorem adhibuit, & cum latitudinem lunæ variam, nodorum anticipationem, tum eccentricitatem motumque lunæ circa apogæum segniorem, ad perigæum vero citatiorem animadvertit, Hypotheses & tabulas noctuum condidit, quibus *utriusque sideris cursus in sexcentos annos præcinuit, menses gentium, diesque & horas, ac situs locorum & visus populorum* (Ptolem. Geograph. lib. 1. c. 4.) *complexus, ævo teste, haud alio modo quam consiliorum Naturæ particeps.* (Plin. II. 12. Hist.) Pro reliquis etiam planetis tabulas constructurus, si idoneas à Chaldæis, Babyloniis, Ægyptiis, Græcisq; obtinuisset observationes. Sic ut primus fere fuerit, notante Hevelio, qui limen ostii tetigerit, & solidiora Astronomiæ jecerit fundamenta. Scripta ejus hæc apud veteres celebrantur:

1. Περὶ τῶν ἀπλανῶν ἀναγραφαί, quas laudat & sequitur Ptolemæus

(r) Confer Scaligerum 2. de emendat. temporum p. 108. seq. Baylium in Lexico, ubi de Hipparcho, & Rev. Joh. Andreæ Schmidii de Hipparcho ac Theone diatribam.

2011 Ministerio de Cultura

mæus libro VII. Syntax. Equidem ἔκθεσις ἀστερισμῶν ſive *liber aſteriſmorum* quem ſub Hipparchi nomine Græce edidit Petrus Victorius, Florentiæ 1567. fol. legitur fere ad verbum in Ptolemæi Syntaxi VII. p. 172. ſeq. atque ideo a Petavio prætermiſſus eſt in Uranologio, ſed ex Hipparchi obſervationibus haud dubie à Ptolemæo depromptus. Suidas quoq; inter Hipparchi ſcripta memorat, περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν συντάξεως καὶ τῆς κατ' ἐνιαυτὸν στερεγμοῦ (ſtatione) & εἰς τὰς ἀρίστας, (Voſſ. ἀστερισμούς.) Servius in 1. Georgic. *Hipparchus ſcripſit de ſignis, & commemoravit etiam, unumquodque ſignum quot claras, quot ſecundæ lucis, quot obſcuras ſtellas habeat.* Plin. II. 26. *auſus rem etiam Deo improbam, annumerare poſteris ſtellas, ac ſidera ad nomen expungere.*

2. Περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποσημάτων, *de magnitudine & diſtantia Solis & lunæ.* Pappus Alex. VI. 38. Chalcidius p. 181. *Hipparchus in eo opere quod ſcribitur de ſeceſſibus atque intervallis Solis & Lunæ docet magnitudinem Solis* 1880. *partibus potiorem eſſe quam terram, terram vero demum* 27. *partibus potiorem eſſe quam lunam.*

3. *De duodecim ſignorum adſcenſione.* Pappus IV. 59. & videtnr reſpicere Ptolemæus Hipparchum laudans libro de apparentiis inerrantium & lib. 1. Geograph. cap. 4. ubi ait eum paucarum civitatum ἐξάρματα & βορείου πόλου ſive elevationes poli Borealis & οἰκήσεις ſive habitationes iisdem ſubjectas parallelis tradidiſſe, niſi hoc potius fecit in opere quo examinaverat Eratoſthenis Geographiam, de quo infra num. 9.

4. Περὶ τῆς κατὰ πλάτος μηνιαίας τοῦ σελήνης κινήσεως. Suid. Chalcidius in Timæum Platonis p. 177. *Luna, ut obſervat Hipparchus, decem utrinque momentis devia* (in ſignifero) *reperitur.*

5. Περὶ μηνιαίου χρόνου. Galenus 3. περὶ κρισίμων ἡμερῶν T. 3. Opp. p. 445. ὅτι δὲ ὁ μηνιαῖος χρόνος ὁ τελέως τριάκοντα ἐστὶν ἡμερῶν, ἀλλ' ἡμισύ που καὶ τούτῳ πρόσθεῖ μιᾶς ἡμέρας, Ἱππάρχῳ μὲν ἀποδέδεικται δι' ἑνὸς ὅλου βιβλίου.

6. Περὶ ἐνιαυσίου μεγέθους. Ptolemæus VII. 2. p. 167. magnæ Syntax.

7. Περὶ τῆς μεταπτώσεως τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν σημείων. *De mutatione punctorum ſolſtitialium & æquinoctialium* liber. Ptolem. III. 2. magnæ Syntax. p. 60.

8. Τῶν Ἀράτου καὶ Εὐδόξου Φαινομένων, ἐξηγήσεων βιβλία γ'. *Enarrationum ad Arati & Eudoxi Phænomena libri III.* quos auctor dicavit Æſchrio-

2011 Ministerio de Cultura

Æschrioni, (s) etiamnum exstant, & Græce primum editi sunt à *Petro Victorio* (t) è Bibliotheca Cosmi Medici, Florentinorum ac Senensium Ducis, Florentiæ 1561. fol. tum Græce & latine cum *Dionysii Petavii* (u) ver-

(s) Æschrionem ἐν τοῖς ἐφημερίσιν laudat Tzetzes VIII. hist. 198. deinde addit eum genere fuisse Mytilenæum, qui ἔπη, & ἴαμβους & alia multa scripserit. Meminit & Suidas Æschrionis Mytelenæi ἐποποιοῦ, quem Aristotelis discipulum atque Alexandri M. in itinere comitem fuisse affirmat. Sed hic antiquior est, quam ut ei Hipparchus librum suum inscribere potuerit: Antiquior quoque fuit, à quo tribus Æschrionia apud Samios (Herodot. III. 26.) & Æschrion Lysaniæ pater apud Laertium VI. 23. si Lysanias iste intelligatur Cyrenæus Eratosthenis præceptor, ut visum Jonsio p. 123. Nec minus Æschrion Agathoclis dux in Africa ab Hannone cæsus Olymp. CXVIII. 3. teste Diodoro Sic. XX. p. 764. quem cum superiore eundem male, ut existimo, idem Jonsius suspicatur. Fuit & Æschrion Samius, ἰαμβοποιὸς Athenæo laudatus auctor forte ἐφεσίδος cujus librum septimum allegat Tzetzes ad Lycophronem v. 688. Æschrionem quoque nescio quem citat Plinius Hist. Nat. atque inter scriptores rei rusticæ Columella & Varro. Alius fuit, & junior haud dubie, Æschrion Pergamenus, Empiricus, Galeni præceptor, quem laudat XI. de simplic. T. 2. p. 148. edit. Basil. & Oribasius 3. Synops. at cum superiore eundem esse itidem male tradit doctissimus Jonsius.

(t) *Petrus Victorius* post Hipparchi libros, & (de qua paulo ante dixi) ἔκθεσιν ἀξεριστμῶν, in eodem volumine Græce edidit Achillis Tatii Isagogen in Arati Phænomena ex ejus libro περὶ ξ παντός, & de genere Arati atque vita commentatiunculam nescio cujus scriptoris, tum aliam quandam Isagogen in Aratum, quam itidem ex Achille Tatio mutuatam alia exhibebant scholia: denique in eadem Arati phænomena dissertationem quæ incipit: τὴν μὲν δεῖξιν τ φαινομένων, & Eratosthenis vel Hipparcho in diversis codicibus tribuitur, sed Petavio judice eundem Achillem auctorem habet. Claudit librum catalogus eorum qui in Aratum scripserunt, sed in hoc multos commemorari qui Astronomica tantum utcunque attigerunt, licet de Arato illustrando nunquam cogitaverint, ostendi infra, ubi de illo Poeta dicendi fuit locus.

(u) *Dionysius Petavius* universa quæ à Victorio edita jam dixi recensuit in *Uranologio* suo sive appendice ad opus de doctrina temporum, latinaque versione donavit, ac præterea addidit (1) Gemini, de quo mox dicam, Isagogen cum versione *Edonis Hilderici*, (2) Ptolemæum de apparentiis & significationibus inerrantium, (3) Calendarium Romanum duplex, unum à Petavio collectum ex Ovidii fastis, Columella XI. 2. Plinio XVIII. 26 - 30. Alterum circa A. C. 325. compositum temporibus Constantini M. & à *Joh. Georgio Hervvarto ab Hochenburg* pridem editum (4) *Theodorum Gazam* de mensibus, cum versione *Joh. Perrelli*. (5) Computum Ecclesiasticum *S. Maximi* Monachi & Martyris qui A. 31. Imp. Heracii (Christi 641.) scripsit, & quem Græce ediderat notisque illustraverat Scaliger VII. emendat. temporum p. 736 seq (6) *Isaaci Argyri* Monachi circa A. C. 1373. qui Oenæotæ Andronico suum dedicavit, editum pridem ex parte, latine à Jos. Scaligero IV. emendat. temporum p. 327. seq. tum integrum Græce cum versione & notis à *Jacobo Christmanno* Heidelbergæ 1611. 4. & à Petavio nescio quare sine Epilogo recusum: (7) Computum alterum quem eidem

2011 Ministerio de Cultura

versione Paris. 1630. fol. in Uranologio, quod recusum est Amstelodami (licet titulus Antvverpiam refert) apud Georgium Gallet, 1703. fol. In hoc opere Hipparchus *Eudoxi*, & qui Eudoxum in omnibus fere est secutus *Arati*, & *Attali* Rhodii Grammatici qui in Aratum commentaria ediderat, errores castigat, quos in doctrina ἀπλανῶν admiserunt circa culminationes, coortus ac cooccasus astrorum.

9. Πρὸς τὸν Ἐρατοσθένη καὶ τὰ ἐν τῇ Γεωγραφίᾳ αὐτοῦ λεχθέντα. *Adversus Eratosthenis Geographiam.* Meminit Strabo & laudat lib. 1. p. 7. At lib. 2. p. 79. atque aliis locis reprehendit tanquam iniquiorem ac severum nimis Eratosthenis adversarium. In plures libros distinctum fuit hoc opus, nam liber secundus ab eodem Strabone allegatur lib. II. p. 69.

Præter nostrum qui laudatur & à Vitruvio IX. 7. M. Antonino VI. 47. &c. fuere & alii Hipparchi, ut (1) Hipparchus Pythagoricus, de quo dixi lib. II. cap. 13. (2) Hipparchus Syrus Gadatæ pater, qui sub Cyro majore vixit. Apostol. proverb. XX. 18. (3) Hipparchus Pisistrati F. Athenis ab Harmodio & Aristogitone interfectus Olymp. LXVI. 4. (4) Hipparchus Charmi F. Pisistrati cognatus qui primus Ostracismum teste Suida subiit. Confer Meursii librum de Pisistrato p. 56. (5) Hipparchus, quem colloquentem in dialogo cognomine inducit Plato. (6) Hipparchus veteris Comœdiæ poeta, de quo dixi lib. II. c. 22. Svidas male eum ait scripsisse περὶ γάμων, nam de nuptiis Deorum scripserat alter Hipparchus Stagirita, de quo statim dicam. (7) Hipparchus histrio, cujus meminit Demosthenes. (8) Hipparchus Eretriæ Tyrannus. Suid. (9) Hipparchus Stagirita, Aristotelis γνώριμος & cognatus, quem Suidas ait scripsisse τί ἄρρεν καὶ θῆλυ παρὰ θεοῖς, καὶ τίς ὁ γάμος; idem

N

eidem Isaaco tribuit Petavius in lucem protractum è *B*ibliotheca Regis Christianissimi: (8) *S. Andreæ* Hierosolymitani Episcopi Cretensis Methodum investigandi Cycli solaris & lunaris, Paschatisque: cum versione Petavii. (9) Anonymi fragmentum de Paschate, Græce, in quo *Petri Alexandrini* (circa A. C 300.) fragmentum de Paschate, *quod Hebræi usque ad eversionem Hierosolymæ constanter die decimo quarto mensis primi Pascha celebraverint*, & aliud *Hippolyti Portuensis* (circa A. C. 220.) itemque *Apollinaris* Episcopi *Hierapolitani* (circa A C. 170.) *quod Christus antequam pateretur non comederit Pascha typicum*, quæ postea du Fresnius cum Chronico Paschali edidit, pluraque hujus argumenti adjunxit. Paris. 1688, fol. Adjunxit & Petavius notas ad Geminum & Hipparchum, itemque octo libros dissertationum, quorum Octavo, Maximi præcipue atque Isaaci Argyri computi illustrantur. Inserit quoque p. 421. edit. Paris. (Amst. p. 216.) Aetii parapegma sive caput 163. ex libro 3, tetrabibli 1. quod est περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων.

2011 Ministerio de Cultura

idem forte de quo in teſtamento Theophraſti mentio apud Laert. V. 51. & 55. (10) Hipparchus Dux Athenienſium tempore Demetrii (Phalerei) Polyæn. V. 17. 1. (11) Hipparchus de quo apud Svetonium in Veſpaſiano c. 13. *quid ad Cæſarem, ſi Hipparchus HS. millies habet ?* (12) Hipparchus qui contra Chryſippum ſcripſit teſte Plutarcho VIII. 9. ſympoſ. (13) Hipparchus auctor Ἰλιάδος Αἰγυπτιακῆς carmine Heroico, cujus meminit Athenæus lib. III. p. 101. & IX. p. 303. Apud Nemeſium vero p. 55. pro Hipparcho Metapontino Hippaſi nomen reponendum. Viciſſim apud Jamblichum de diſciplina Pythagorica libro III. in verſione Scutellii p. 64. pro Hippaſo legendum Hipparchus, è Clementis V. Strom. p. 575.

XX. Poſt Hipparchum GEMINUS (Γεμῖνος Proclo) commemorandus, qui in inſula *Rhodo* ſcripſiſſe ſe teſtatur (cap. 1. &c.) annis CXX. poſt Iſidis feſtum hyberno ſolſtitio celebratum, (cap. 6.) quod accidiſſe Petavio videtur Olymp. CXLV. 4. unde concludit Geminum ſcripſiſſe Olymp. CLXXV. 4. Ante Chriſtum LXXVII. Guilelmo autem Bonjour, Toloſano, antiquior videtur, & referendus ad Olymp. CLX. 4. ante Chriſtum CXXXVII. in diſſertatione de nomine Joſephi à Pharaone impoſito. Rom. 1696. * Equidem Poſidonius, qui Ciceronem in Rhodo docuit, è Gemino nonnulla profert de Phyſicæ & Aſtrologiæ diſcimine, apud Simplicium in 2. Phyſ. ſect. 10. Exſtat Gemini libellus inſignis εἰσαγωγὴ εἰς τὰ φαινόμενα ** ſive *elementa Aſtronomiæ*, quæ cum verſione ſua edidit atque Electori Saxoniæ Chriſtiano dicavit *Edo Hildericus*. Altdorf. 1590. 8. recuſa Lugd. Bat. 1603. 8. & cum eadem verſione & Petavii notis in Uranologio Petaviano Pariſ. 630. & Amſtelod. 1703. fol. Uſus eſt Petavius MSto codice eximio licet recenti, & variis præterea lectionibus quas ex Oxonienſi codice adnotaverat Henricus Briggius, Logarithmicæ Nepperianæ illuſtratione celebris. Laudat Geminus

Aratum c. 4. 5. 6. 11. 14.
Ariſtotelem c. 14.
Boethum Philoſophum ἐν τετάρτῳ βιβλίῳ τῆς Ἀρχιτεκτονικῆς ἐξηγήσεως c. 14.
Chaldæos c. 1.
Cleanthem Stoicum. c. 13.

Cra-

* Vide Acta Eruditor. 1697. p. 9. ſeq.
** Hinc inter Arati interpretes refertur Geminus in Catalogo Græco eorum qui in Aratum ſcripſerunt, de quo vide infra in Arato.

2011 Ministerio de Cultura

Cratetem Grammaticum Homeri interpretem, c. 5. 13.
Dicæarchum (libro de montibus) c. 14.
Eratosthenis Ὑπόμνημα περὶ ὀκταετηρίδος c. 6.
Eudoxum c. 6. 14.
Hesiodum c. 14.
Homerum c. 5. 13. 14.
Polybii librum περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν διοικήσεως c. 13.
Pytheam Massilienſem ἐν τοῖς περὶ τοῦ ὠκεανοῦ c. 5.
Pythagoricos, quos ait πρώτους περιστελλομένους τὰς τοιαύτας ζητήσεις cap. 1.

Capite postremo decimo sexto exhibet Geminus tempora signorum, in quibus unumquodque sol peragrat, & singulorum ἀπομαγείας, ex observationibus tum propriis, tum *Callippi*, *Democriti*, *Dosithei* Ægyptii, *Euctemonis*, *Eudoxi ac Metonis*.

Isagogicum Astrologiæ, *Ptolemæi* nomine editum, & ex Arabico ab Abrahamo de Balmes conversum, Usserius c. VI. de Macedonum & Asianorum anno solari, non aliud esse notat quam Gemini Isagogen in Phænomena, *cujus*, inquit, *editionem ex codice, quem Viennæ à Joh. Sambuco Savilius noster nactus est, expressam non solum cum Arabico isto Isagogico, sed etiam cum alio MSto Græco & Vaticani exemplaris* ἀπογραφίας *ab eodem præstantissimo viro acceptis diligenter contulimus, quod ideo monendum duximus, ne quis erratum putaret, si quid à libro edito varians in nostra Ephemeride deprehenderet.* Exstat & Gemini liber MS. Oxoniæ inter codices Baroccianos Savilianosq;, ac Vindobonæ in Bibliotheca Cæsarea teste Lambecio Vll. p. 6. In Procli libro de Sphæra, pleraque è Gemino petita sunt. Decies amplius Geminum laudat Proclus ad Euclidem, Geometricum aliquod, ut videtur, illius sci iptum respiciens. Josephum autem Blancanum fugit ratio, qui p. 52. Chronologiæ Mathematicorum, præceptorem Procli Lycii Geminum hunc fuisse scribit. Viderint & alii de Catalogo Barocciano, in quo Geometrica Gemini scripta memorari ait Vossius p. 57. de scientiis Mathematicis. Nam in Catalogis MStorum Angliæ & Hiberniæ qui Oxon. 1697. fol. lucem viderunt, nullam eorum mentionem reperio. Dicitur autem, ut idem Vossius p. 329. è Blancano ait, opus condidisse de ortu (compositione) linearum spiralium, conchoidarum, cissoidarum, & earum affectionibus, & de ordine Mathematicarum (disciplinarum.) Fuit & alius Geminus Tyrius, cujus Onirocriticon libros tres memorat Artemidorus II. 49.

XXI. Astronomiam scriptis quoque illustrarunt POSIDO-

2011 Ministerio de Cultura

NIUS, de quo infra in Stoicis dicam, & ARETAS Dyrrhachinus, laudatus Censorino c. XVIII. & XXI. tum CHARIMANDER, è cujus libro de Cometis nonnihil profert Seneca VII. 5. Nat. quæst. DIO item Neapolites, cujus mentio apud Augustinum XX. 8. de Civ. Dei, atq; ut videtur apud Censorinum c. XVIII. qui cap. XIX. meminit & APHRODISII cujusdam, sive, ut alii Codices, APLYRODII, vel quod Modius præfert, ALPHRODII. His addes SOSIGENEM (*) Ægyptium, secta Peripateticum, qui in libros Aristotelis de cœlo commentatus est teste Simplicio in lib. 2. comment. 46. & à Julio Cæsare adhibitus ad anni emendationem, de quo Plinius XVIII. 25. *& Sosigenes ipse trinis commentationibus, quanquam diligentior esset cæteris, non cessavit tamen addubitare ipse semet corrigendo.* Proclo in Hypotyposi Astronom. positionum p. 45. laudatur Σοσιγένης ὁ Περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνελίξεων *de revolutionibus*. ANDROMACHUM Cretensem, quem theoricas Planetarum primum in vulgus edidisse ajunt, Neronis Imp. Archiatrum, de quo infra lib. VI. in Medicis. AGRIPPAM denique, qui observationes Astronomicas instituit anno duodecimo Domitiani Imperat. (Christi XCII.) teste Ptolemeo VII. 3. magnæ Syntax. p. 170. Mentio hujus Agrippæ etiam in Procli Hypotyposi, perinde ut Menelai ac Timocharidis, de quibus supra. Verum missis hisce, quorum scripta perierunt, pergimus ad THEONEM Smyrnæum, cujus nomen perstrinxit leviter Suidas, Θέων, Σμυρναῖος, φιλόσοφος. *Affirmare vero ausim*, inquit Ismael Bullialdus, vir doctissimus, *eum esse, quem lib. 1. in Timæum vocat Proclus* Theonem Platonicum, *quique de Solonis & Platonis Genealogia quædam scripserat. Ipsumque Claudio Ptolemæo ** antiquiorem esse putarem. Verisimile est enim, si posterior Ptolemæo floruisset, non obmissurum fuisse illius viri summi in Mathematicis authoritatem, idque præsertim, quando in Musicis Aristoxenum reprehendit, eosdemque in eo errores circa toni divisionem ac Ptolemæus detegit. Thrasyllo vero, quem citat, posteriorem esse, nemo sanæ mentis dubitaverit. Medium itaque floruisse Theonem concludere possumus, videlicet inter Tiberii Cæsaris ætatem, cui inter familiares adfuit Thrasyllus; & tempora Antonini Pii, quo imperante claruit Ptolemæus, inter annum videlicet Æræ Christianæ XX. & CXL. Et citra erroris suspicionem affirmare licet, eum esse, cujus observationes cœlestes stellarum-*

* Alius Sosigenes Archon Athenis Olymp. CIX. 3. & Sosigenes præfectus Phœniciæ classis sub Eumene, Polyæn. IV. 6. 9.

** Fallitur certe Josephus Blancanus, qui ad Sæculum à Christo nato XI. vel XII. rejiciendum putat, in Chronologia Mathematicorum p. 57.

2011 Ministerio de Cultura

rum Mercurii & Veneris exstant apud Claudium Ptolemæum, qui illum Theonem Mathematicum *vocat lib. IX. Mathematicæ Syntaxeos cap.* 9. *& lib. X. cap.* 1. *Quem etiam Theon Alexandrinus Ptolemæi commentator appellat* Θέωνα παλαιόν. *Valde etiam mihi probabile videtur Theonem illum, quem Plutarchus libello de facie in orbe Lunæ induxit de maculis illis multa docte differentem,* (forte & Theonem cujus meminit libello de Ei apud Delphos p. 386.) *esse Smyrnæum nostrum, quippe in Mathematicis eximie eruditum fuisse constat, & in tempora supra nobis memorata incidit, Plutarcho coætaneus, imperantibus Trajano, & ejus successore Hadriano, Augustis.* Scripsit *de quatuor Mathematicis disciplinis Compendium in Platonis libros,* ut titulum libri profert Bessarion lib. I. contra calumniatorem Platonis cap. VIII. & Theo ipse p. 183. ἡμῖν δὲ ἐξαρκεῖ κ τὸν πυθαγορικὸν λόγον συνόψεως ἕνεκα τ μαθημαλικῶν τυπωδῶς αὐτὰ ἠθροικέναι καὶ ἐπιτομικῶς. Sive ut in MStis Codicibus inscribitur: περὶ τ κ μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν Π πλάτωνος ἀνάγνωσιν, *De iis quæ in Mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt.* Nam ut p. 177. recte ait, ἀναγκαιοτάτη εἰς τὰ Πλατωνικὰ ἡ τέτων θεωρία. Adde p. 184. & p. 188. In his singillatim egit de Geometria, Arithmetica, Musica, & Astronomia, ac denique subjunxit tractatum de Harmonia Mundi, ut ipse testatur p. 73. μ δὲ τὸν περὶ πάντων τ μαθημαλικῶν λόγον τελευταῖον ἐπάξομεν καὶ τὸν περὶ τ ἐν κόσμῳ ἁρμονίας λόγον. Confer p. 150. seq. Atq; ea quidem quæ *de Arithmetica & Musica* Theo scripsit, laudatus *Bullialdus* Græce edidit è codice MS. Thuano (collatis ~~quatuor~~ tribus Codicibus Bibliothecæ Regiæ) versioneque latina atque eruditis notis illustravit, Paris. 1644. 4. Latine verterat ante Bullialdum *Antonius Gogava* sive *Gogavinus* Graviensis, teste Gesnero, sed non edita est ejus translatio, neq; magnum operæ pretium est eam in lucem proferri, siquidem ea est quam inter libros Holstenianos evolvi MStam in Bibliotheca hujus urbis Johannea. Neque enim ulterius procedit quam Bullialdus, neque cum hujus versione conferri vel accuratione vel elegantia meretur. *Josephus* quoque *Auria* in præfat. ad Theodosium Tripolitem promisit se Theonem è codice Bibl. Vaticanæ latine à se redditum editurum in lucem, sed nec hujus interpretatio lucem vidit, neque *Arnoldus Arlenius* in lucem protulit scripta Procli, Hermiæ, Damascii, Olympiodori, ac Theonis Smyrnæi, quorum spem lectori fecit Basilius Amerbachius præfat. ad Græcam Platonis editionem A. 1556. Cæterum spero fore ut ea quæ *de Astronomia* ab eodem Theone p. 145. seq. & 188. promittuntur, vir aliquis doctus tandem in lucem proferat, cum non modo Is.

2011 Ministerio de Cultura

Voſſius Bullialdo teſtatus ſit in Bibliotheca Ambroſiana Mediolani exſtare Theonis tractatum de Aſtronomia, in quo plura egregia animadvertit : Sed & Labbeus in Bibliotheca nova MSS. p.191. refert in Bibliotheca Caroli de Montchal fuiſſe Theonis Smyrnæi τ εἰς τὸ μαθημαλικὸν χρησίμων de cœli & terræ figura ex aſtrorum motu. Incipit: ὅτι πᾶς ὁ κόσμ@. Deſinit: πὶ ἐλάχισα κινήμεν@. Bullialdus quoque ad calcem MSti codicis librorum Cleomedis reperit Theonis Smyrnæi quoddam è tractatu de Aſtronomia fragmentum, quod edidit p. 189. Idem p. 192. notat *Pſellum* & *Georgium* Pachymerem in Compendio quod uterque compoſuit quatuor diſciplinarum Mathematicarum, Theonis veſtigiis inſtitiſſe. Allegantur à Theone

Adraſtus Peripateticus γνωεμότερον περίτε ἁρμονίας καὶ συμφωνίας διεξιὼν. p. 78. 94. 97. 113. 117. 167. 169.
Archytas 27. 30. 94. 98. ἐν τῷ περὶ δεκάδ@ 166.
Ariſtoteles ἐν τῷ πυθαγορικῷ 30.
Ariſtoxenus 83. 87. 102.
Δημοσθενικὸς λόγ@. 112.
Empedocles 19. ἐν καθαρμοῖς. 162.
Eratoſthenes 129. 165. 168. 169. 137. ἐν τῷ Πλατωνικῷ 2. 127.
Evander referens ἐν στήλῃ Αἰγυπτιακῇ εὑρίσκεσθ@ γραφὴν βασιλέως κρόνου καὶ βασιλίσσης ῥέας. 164.
Eudoxus. 94.
Herophilus. 163.
Juxta Heſiodum ἀστρονομοῦντες. 11.
Hippaſus Metapontinus, Pythagoricus. 91.
Laſus Hermionenſis. 91.
Λιβυκὸς λόγ@. 112.
Λυσιακὸς λόγ@. 112.
Οἱ νεώτεροι (Muſici) 98. οἱ παλαιοί. 101.
Oraculum de duplicando Cubo. 3.
Ὀρφικοὶ ὅρκοι. 164.
Peripatetici, quot modis dicant λόγον. 112.
Philolaus 27. ἐν τῷ περὶ Φύσεως. 169.
Plato in Πανομίδι. 3. ſive Πανομίῳ. 9. 131. de Rep. 4. 5. 12. 16. in Philebo 28. in Timæo 150. 162. Pythagoricos paſſim ſequitur. 15.
Poſidonius.
Pythagorus. 88. 147. Aurea carmina. ibid.

Pytha-

2011 Ministerio de Cultura

Pythagorici. 7. 15. 26. 72. 74. 79. 87. 151. 161. 183.
Thrasyllus 133. 137. 145. περὶ τῦ ἐν ἐρχάνῳ αἰσθητῆς λέγων ἁρμονίας 74.
Timotheus 165.
Tragœdiæ. 5. Versus : πολλὰς δὲ βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον ὤλεσε. 75.

Testatur Gesnerus se in Catalogo Bibliothecæ cujusdam Italicæ inveniſſe hunc titulum : *Theonis Smyrnæi Theologumena & Mathematica Platonis*, ſed nemo hactenus fuit qui Theologumena Theonis in lucem produceret, neq; Theologumena Arithmeticæ quæ exſtant, Theonis videntur eſſe, de quibus dicam infra in Nicomacho Geraſeno. Theonis Platonici effigiem poſt Jac. Sponium exhibet Gronovius T. 3. theſauri Antiqv. Græcar. litera ffff. Porro fuerunt & alii Theones atque in his de re Aſtronomica meritus non male THEO Alexandrinus, de quo ut de PAPPO Alexandrino dicendi locus erit alibi.

XXII. CLEOMEDES quando vixerit, non audeo certo affirmare, neque enim video quibus eum argumentis ſub Theodoſio ſecundo circa A. C. ccccxxvij. claruiſſe affirment viri docti, cum forte Claudio Ptolemæo, cujus alioqui meminiſſet, ſit antiquior, de cætero Stoicorum dogmata videatur amplexus. Exſtant ejus κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων *Conſiderationis Cyclicæ* * *meteororum libri II.* Ubi meteora non ſumuntur eo ſenſu, quo Phyſici accipere ſolent, pro iis quæ infra lunam gignuntur, & Clementi Alex. atque Achilli Tatio vocantur μετάρσια, ſed pro rebus cœleſtibus, cœloque & ſtellis, quo ſenſu μετεωρολογικὴν πραγματείαν dixit Strabo lib. 1. p. 8. ad quem locum conſulendæ Is. Caſauboni animadverſiones. *Græce* primum editi ſunt Cleomedis libri Pariſiis apud Conradum Neobarium 1539. 4. *Latine* vertit *Georgius Valla* Placentinus, cujus translatio vidit lucem Venetiis 1498. fol. & cum Ariſtotelis ac Philonis libellis de Mundo Baſileæ apud Joh. Walderum 1533. 8. *Græce & Latine* cum eadem Vallæ verſione, Sphæra Procli, Arato & Dionyſii Periegeſi: Baſil. 1547. 1561. 1585. 8. Denique emendatius cum nova verſione & commentariis *Roberti Balforei* Scoti, Burdigalæ 1605. 4.

* Cyclicæ i. e. Sphæricæ. Unde hunc librum *Sphærica Cleomedis* vocat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 112. Poſſit & κυκλικὴ θεωρία dici eo ſenſu, quo Aſtronomia pertinet ad diſciplinas Cyclicas, ut Marcianus Capella vocat, ſive ad Cyclum illum & orbem diſciplinarum. Vide Wovverii Polymathiam c 24. & Allatium ad Georgium Acropolitam p. 243. Scholia MSS. ad Dionyſium Thracem : Ἐγκύκλιοι δέ εἰσιν τέχναι αἳς ἐννόιας (forte ἔνιοι) λογικὰς καλῶσιν, οἷον Ἀστρονομία, Γεωμετρία, Μουσικὴ, Φιλοσοφία, ἰατρικὴ, Γραμματικὴ, Ῥητορικὴ. Ἐγκυκλίους δὲ αὐτὰς καλῶσιν, ὅτι τὸν τεχνίτην διὰ πασῶν αὐτῶν ὁδεύοντα τὸ χρειῶδες ἀφ' ἑκάστης εἰς τὴν ἑαυτῦ εἰσάγειν διδάσκουσι.

2011 Ministerio de Cultura

4. Joh. Andreas Bosius ὁ μαναείτης in Epistola ad Marqv. Gudium data medio Octobri A. 1659. refert se Cleomedem cum membranis MSS. (Lipsiensibus ni fallor) contulisse, licet media sui parte mutilis, quæ multas Balforei conjecturas confirment, plures vero ab eo relictas mendas plane sarcire possint. *Johannis Pediasimi* Diaconi & alia incerti scholia Græca MSS. in Cleomedem memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 119. 190. Allegantur à Cleomede (cujus librorum Codex MStus non contemnendus asservatur etiam Wittebergæ, in Bibliotheca publica) Aratus p. 432. 398. 457. edit. Basil.

Aristoteles p. 309.

Berosus p. 491.

Canonici Κανονικοὶ Mathematici qui Canones Astrologicos & parapegmata condiderunt, Eclipses prædixerunt. p. 536.

Contra Epicurum, solem non esse tantillum ut, oculis nostris videtur, p. 425. 467. 472. vitia ejus in dictione perstringit, p. 474. seq. ridet illum cum Pythagora Socrate atque Heraclito se conferentem, p. 475.

Eratosthenes. 395. 400. & 454. ubi de ambitu orbis terrarum ex mente Eratosthenis, quod continet stadia 250000.

Heraclitus. 418. 475. χαλέσας & φυσικῶν. 305.

Hipparchus p. 459. quo loco Solis diameter ex Hipparchi mente æquatur 1050. diametris terræ: ex sententia Posidonii, 3000000, Cleomedis ipsius 10000.

Homerus. 414. 442. 473. 522.

Posidonius (è quo p. 541. plurima petiisse se fatetur Cleomedes) p. 360. 361. 362. 363. 364. 395. 396. 397. 400. 424. 430. 452. 500.

Pythagoras. p. 475.

Pytheas Massaliota. p. 372.

Socrates p. 475.

Λόγον suum περὶ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς τ βαρέων *de gravium tensione ad centrum* promittit. p. 310. 318. 320. Allegat præterea librum primum ephicherematum p. 424. πεφειρημένοις δ' ἐν τῷ πρώτῳ τ ἐπιχειρημάτων. Librum primum σχολικῶν, p. 478. λόγον περὶ σελήνης pag. 481.

Composuit quoq; Astronomica quædam PROCLUS Lycius, sed de eo jus scriptis alibi, quæ satis sunt, dixi.

XXIII. Supereſt ut de ACHILLE TATIO nonnulla subjungam, patria Alexandrino, incertæ itidem ætatis scriptore, qui in quibusdam

2011 Ministerio de Cultura

dam codicibus Suidæ *Statius* appellatur, poſtrema litera nominis Ἀχιλλεὺς perperam repetita. Ethnicum primùm, hinc Chriſtianum ac demum Epiſcopum fuiſſe, eidem Suidæ credet qui volet. Præter alia, de quibus libro quinto inter Eroticos ſcriptores egi, ſcripſit librum περὶ σφαίρας, cujus pars hodieque exſtat ſub titulo: ἐκ τῶν Ἀχιλλέως τοῦ εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα. De hoc Aldus Manutius quæſit. per Epiſt. VI. *Eſt etiam nondum pervulgatus Achilles, quem prudentiſſimum* * *Julius Firmicus appellat, valde quidem, quod ex ejus recondita doctrina cognoſcitur, antiquus.* Eruditum hunc librum, ſive fragmentum inſigne, libri primus *Græce* vulgavit *Petrus Victorius* è Bibliotheca Medicea, cum Hipparcho & aliis quibusdam, Florentiæ 1567. fol. deinde vertit, atque in Uranologio ſuo *Græce ac Latine* vulgavit *Dionyſius Petavius* Pariſ. 1630. fol. recuſo Amſt. 1703. fol. Caput primum eſt περὶ ξ παντὸς, unde Geſnerus in Bibl. Tatium hunc ab Achille Tatio ἐρωτικῶν ſcriptore adverſus Suidæ ſententiam diſtingvens, integrum ſcriptum vocat *librum de univerſo.* Ecce vero tibi Catalogum ſcriptorum qui in hac Iſagoge Achillis ad Aratum laudantur:

Adraſtus Aphrodiſienſis cap. 16. 19.
Adraſtus Peripateticus c. 19.
Ægyptii. c. 17. 23. ſphæra Ægyptia 39.
Æſchylus ἐν Ἀγαμέμνονι, c. 1. ἐν Προμηθεῖ c. 1.
Anaxagoras c. 2. 11. 13. 19.
Anaximander c. 5. 19. 33.
Apion Pliſtonices. c. 1.
Apollinaris c. 19.
Apollonius Rhodius. c. 3.
Aratus apud Antigonum Macedoniæ Regem verſatus, c. 35. ἐν τοῖς Φαινομένοις, c. 29. & paſſim. ἐν τῷ Διοσκαφομένῳ κανόνι c. 15. 16. 19.
Οἱ Ἀρχιμήδειοι c. 4.
Ariſtophanes c. 1. ἐν νεφέλαις c. 4.
Ariſtoteles Stagirita c. 2. 3. 4. 5. ἐν δευτέρῳ περὶ οὐρανοῦ c. 5. 13. περὶ ἀνέμων c. 31.
Aſtræus ſiderum obſervator. c. 1.
Atreus - - c. 20.
Callippus c. 19.
Callimachus c. 1. περὶ ἀνέμων c. 33. de Coma Berenices. c. 14.
Chaldæi c. 18. ſphæra Chaldaica c. 39.
Chryſippus c. 4. ἐν τῷ περὶ προνοίας καὶ θεῶν c. 13.
Cleanthis c. 12.
Conon Mathematicus c. 14.
Crates Grammaticus c. 1.
Democritus c. 13.
Demetrius c. 34.

O Dio-

* Achillis Tatii mentionem fieri à Firmico haud memini. Cæterum meminit Achilles Hypſiclis, Claudio Ptolemæo junioris, vel ſaltim ſupparis, & ipſius Ptolemæi.

2011 Ministerio de Cultura

Diodorus Alexandrinus Mathematicus c. 2. 5. 9. 14.
Empedocles c. 4. 5. 6. 11. 16. 21.
Epicurus Athenienſis c. 3. 5. 8. 19.
ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιστολῇ c. 13.
ἐ τῷ περὶ ἀνέμων. c. 33.
Epicurei c. 9. 13.
Eratoſthenes c. 29. 31.
ἐν τῷ ἑρμῇ c. 16. 28. 29.
ἐν τῷ καταμετρισμῷ c. 24.
Ὀκτω καὶδεκαετηρίς c. 19.
Eudorus Philoſophus c. 2. 13.
Eudoxus c. 19.
Euripides c. 19. 20.
Heraclitus c. 3. 19. 21.
Heſiodus c. 3.
Hipparchus c. 19.
Hypſicles c. 16.
Homerus. c. 1. 5. 6. 21. 22. 28. 35.
Mathematici c. 9. 14.
Meton c. 19.
Metrodorus Epicuri Magiſter c. 5.
Muſici (Ariſtoxenus) c. 5.
Neoptolemus ἐν ταῖς Φρυγίαις Φωναῖς c. 5.
Neoptolemus Parianus ἐν τραγῳδίᾳ c. 22.
Oenopides Chius c. 24.
Orion c. 19.
Orphici c. 4. οἱ τὰ Ὀρφικὰ μυστήρια τελοῦντες c. 6.
Parmenides de Zonis c. 31.
Pherecydes Syrius c. 3.
Philolaus c. 19.
Pindarus c. 14.
Plato c. 3. 11, 18. 19.
ἐν πολιτικῷ c. 5. 21.
ἐν τιμαίῳ c. 5. 13. 14.
Polybius c. 31.
Poſidonius Stoicus c. 10. 13. 31.
Ptolemæus c. 19.
Pythagoras c. 5.
Pythagorici c. 6. 10. 16. 18. 31.
Socrates c. 3.
Sophocles c. 1.
ἐν παλαμήδει c. 1.
Stoici c. 2. 5. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 19.
Thales c. 1. 3. 11.
Thraſyllus c. 16. 19.
Xenophanes c. 4. 11.
Zeno Citieus c. 3. 5.

Sunt & alii nonnulli ſcriptores Græci, qui Aſtronomiam illuſtrarunt ſcriptis, ut THIUS, & THEODORUS MELITENIOTA à Bullialdo editi, JOHANNES item PHILADELPHIENSIS LYDUS, tum PSELLUS, aliique: ſed tempus eſt ut his in alium locum rejectis, ad antiquiorem ætatem pro inſtituto meo revertar, & de principe Philoſophorum Ariſtotele dicere perſequar.

CAP.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT VI.

De Aristotele Stagirita, Ejusque scriptis editis.

De Aristotelis vita atque ætate. Scriptorum ejus, velipsi tributorum quæ exstant notitia Critica, cum Variis observationibus, & interpretum præcipuorum commemoratione. Scripta Logica. 1. - - 5. Rhetorica. 6. 7. Poetica. 8. Physica. 9-- 23. Physiognomica. 24. Problemata. 25. Metaphysica. 26. Mathematica. 27. 28. Ethica. 29 - - 32. Politica. 33. Oeconomica. 34. Peplus & alia quædam. 35. Philosophia secundum Ægyptios, quæ sub Aristotelis nomine exstat latine. 36. Alia Aristotelis tributa, quæ latine tantum leguntur. 37. Aristotelis Operum editiones. 38. Varia scripta de Aristotele ejusque Philosophia. 39.

Indicem scriptorum in Aristotelem ejusque interpretes dare animus est libro quinto.

ARISTOTELES (*a*) natus est Stagiris Macedoniæ, (*b*) Olymp. XCIX. 1. (*c*) Prætore Diotrephe, ante Christum CCCLXXXIV. Patrem habuit Nicomachum Medicum Amyntæ Regis, (*d*) qui Alexandri M. avus fuit, matrem Phæstidem. Educationis illius curam post parentum obitum gessit Proxenus Atarnensis. (*e*) Hinc literis humanioribus imbutus, ad Philosophiam jussu Oraculi (*f*) se

(*a*) Fuere multi hoc nomine, nam duos & triginta recenset Joh. Jonsius in diss. 1. de Philosophia Peripatetica (quæ prodiit Augustæ Gambriviorum sive Hamburgi A. 1652. 4.) & lib. 1. de Scriptoribus Hist. Philosoph. c. 12. E Jonsio Menagius ad Laertii V. 35.

(*b*) Alii ad Thraciam referunt, minus bene. Vide Nunnesium ad Vit. Aristotelis latine ab Anonymo scriptam.

(*c*) Dionysius Halicarnass. Epistola ad Ammæum p. 121. Apollodorus apud Laert. V. 9. Andreas Schottus in vitis comparatis Aristotelis ac Demosthenis. Augustæ Vindel. 1603. 4.

(*d*) Ammonius sive Philoponus in vita Aristotelis.

(*e*) Id. Philoponus, Alterius Proxeni Bœoti qui Xenophontem Cyro juniori commendavit, mentio apud Laert. II. 49.

(*f*) Idem Philoponus.

2011 Ministerio de Cultura

se contulit, & ab anno ætatis decimo septimo (g) (Olymp. CI. 1.) frequentavit Platonem. Cui cum industriam singularem (h) sed non item probasset præsidens (i) ac liberius ingenium & delicatiorem corporis cultusque curam (k) Aristoteles ab eo discessisse, atque ipse Scholam Athenis condidisse, vel expulso Platone, in ipsa ejus Peripato, (l) vel saltim in Lyceo (m) traditur. Alii (n) Platone superstite negant hoc accidisse, sed Aristotelem illius fuisse auditorem per annos viginti (o) usque ad defunctum scilicet Platonem Olymp. CVIII. 1. Anno ætatis Aristotelis XXXVII. Ad Philippum Regem venit relicta Academia * anno ætatis suæ XLII. atque ALEXANDRI Magni, quintum decimum annum agentis, studiis est præfectus Olymp. CIX. 2. (p) eumq; erudivit per qvinquennium, (q) hoc est usque ad Olymp. CX. 3. ætatis XLVII. Philippus Alexandri Pater interfectus fuit Olym. CXI. 1. hinc Alexandro M. movente in Persas, reversus Athenas est Aristoteles Olymp. CXI. 2. anno ætatis quinquagesimo, ibique per tredecim (r) annos in Lyceo docuit. Gratia Regis utriusque usus est singulari, ut Philippus Stagiram ipsius patriam à se prius eversam Aristotelis precibus instauraverit, (s) & Alexander incredibiles sumtus (t) impenderit, quo felicius naturæ arcana scrutari Philosophus posset: eumque habuerit Parentis prope loco, donec affectus hic sub extremum vitæ (u) per

(g) Dionysius Halic. Laertius V. 6. & Syncellus p. 258. Apud philoponum legas per triennium Aristotelem etiam fuisse discipulum Socratis, sed error est, cicutam enim biberat Socrates Olymp. XCV. 1 duodecim annis ante Aristotelem natum.
(h) Unde plato domum Aristotelis appellabat domum Anagnostæ, teste Philopono.
(i) Ælianus III 19 Var.
(k) Laert V. 1.
(l) Eusebius præparat. p. 791. Ælianus loco laudato.
(m) Philoponus, qui tamen hoc refellit.
(n) Philoponus in Vita Aristot. quæ præfigitur Ammonii sive Philoponi commentariis in Categorias.
(o) Apollodorus apud Laert. V. 9.
(*) Plutarch. de exilio p. 603.
(p) Apollodorus ibid.
(q) Justinus XII. 16. Histor.
(r) Laertius V. 4 & 5. & 10.
(s) Plutarch. in Alexandro & contra Colotem p. 1126. Dio 2. de regno p. 26. Ammonius sive philoponus in vita, qui addit, Stagiritas in ejus honorem Ἀριστοτέλεια quotannis celebrasse.
(t) Plinius VIII. 16. Hist.
(u) Plutarchus Alexandro p. 668. Laert. V. 10.

2011 Ministerio de Cultura

per ſuſpiciones de Calliſthenis conjuratione refrixit. Denique poſt Alexandri mortem, quæ accidit Olymp. CXIV. 1. & cujus auctorem Antipatro fuiſſe Ariſtotelem, venenumque (*x*) quod illi daretur paraſſe, neſcio quam vere à nonnullis traditur, aliis de cauſis ſycophantias Athenienſium (*y*) pertimeſcens exſulatum conceſſit Chalcidem (*z*) Euboeæ metropolin, ibique aconito hauſto diſceſſit è vita, eodem quo Demoſthenes anno Olymp. CXIV. 3. ætatis LXIII. ante Chriſtum CCCXXII. ſucceſſore Athenis relicto Theophraſto.

SCRIPTA ARISTOTELIS, QUÆ EXSTANT.

I. LOGICA.

I. ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΙ, *Categoriæ* ſive *Prædicamenta*; hunc enim titulum fuiſſe (non περὶ κατηγορίων, vel, ut Laertius V. 26. κατηγοριῶν) teſtatur Simplicius. Confer Iſidorum II. 26. Orig.

Dubitatum fuit à nonnullis, num Ariſtotelem auctorem agnoſcat hic libellus, præcipue cum & alius exſtaret liber κατηγοριῶν ab iſto diverſus, ſub Ariſtotelis nomine, eodem numero στίχων, ut Adraſtus apud Simplicium refert, & meminit Ammonius, Boethiusque. Franciſcus Patricius (qui exceptis Mechanicis & libro de dogmatibus Zenonis Xenophontis & Gorgiæ, omnia, quæ hodie exſtant, Ariſtoteli ſuppoſita eſſe ſuſpicatur) libro Categoriarum objicit T. 1. diſcuſſ. Peripatet. p. 21. quod alibi in ſcriptis Ariſtotelicis, ubi Categoriarum mentio fit, non allegetur, etiam ubi decem κατηγορίας memorat, ut 1. Topic. c. 7. Addit Felix Accorombonius, quod in eo multa reperiantur, quæ non conſonant iis, quæ in Metaphyſica Ariſtoteles confirmat. Ludovicus Vives lib. 3. de cauſis corruptarum artium p. 99. ait, Pythagorici illum, neſcio cujus, vel Megarenſis eſſe ſibi videri. Vivem ni fallor ſecutus Jonſius p 4. *Auctor libri de categoriis*, inquit, *quicunque Platonicorum vel Pythagoricorum is demum fuerit.* Ac verum quidem eſt,

(*x*) Plutarch Alexandro p. 707. Arrianus, Plinius &c. Vide Patricii diſcuſſ. Peripatet. lib. 1. qui eſt de vita Ariſtotelis p. 6.

(*y*) Ælian. III. 36. Var.

(*z*) Strabo X. p. 448. Laertius. V. 5. Anonymus auctor Vitæ à Menagio editus, Heſychius Illuſtris, & Suid in Ἀριſοτέλης.

2011 Ministerio de Cultura

Pythagoricos,& in his *Archytam* libro περὶ παντὸς ſcripſiſſe de decem prædicamentis,ante Ariſtotelem:ſed ideo nolim Ariſtoteli librum hunc abjudicare contra diſerta veterum teſtimonia , quæ produxit Voſſius de natura Logicæ c. 10. Maxime notandus locus Ammonii p. 13. Ἐκείθη δ' ὑπὸ τ̃ ἐξηγητ̃, κατηγοριῶν μὲν ϛ̃ τὸ εἶναι γνήσιον ϛ̃ Ἀριστοτέλους, Ἀναλυτικῶν δὲ τέσσαρα. Ἐκείθη δὲ ἔκτε τ̃ νοημάτων καὶ τ̃ φράσεως, καὶ τῷ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆϑ τούτου ϛ̃ βιβλίου τὸν φιλόσοφον. Inter hos interpretes ſive exegetas fuit etiam *Andronicus Rhodius*, qui tamen ſuſpicatus eſt partem tertiam, quæ agit de poſtprædicamentis, à capite 10. ad finem libri, ab alio eſſe adjectam. Τινὲς μὲν γὰρ, inquit Simplicius, ὧν καὶ Ἀνδρόνικός ἐστιν, ἔξω τὴν πραγματείαν τ̃ βιβλίου ποιεῖσθαί φασιν ὑπό τινος τοῦτο. Confer Boethium præf. libri IV. in Categ. Falſi tamen ſunt, qui cum Cœlio Secundo Curione Andronici paraphraſin, non Ariſtotelis ipſius ſcriptum habere nos opinantur. Scripſere Κατηγορίας & περὶ ἑρμηνείας & ἀναλυτικὴν etiam Ariſtotelis exemplo *Eudemus* & *Phainus* & *Theophraſtus* Peripatetici , teſte Ammonio, ibid.

In Ariſtotelis Κατηγορίας comentati ſunt è græcis,qui exſtant * & editi leguntur, *Porphyrius*, *Ammonius* Hermeæ F. *Simplicius*, *Michael Pſellus*,& cujus libri tres quæſtionum in Categorias latine tantũ editi ſunt, *Dexippus*, in quibus reſpondit ad ea, quæ adverſus categorias diſputavit *Plotinus* Ennead. VI. lib. 1. 2. 3. *Johannis* vero *Philoponi* commentarius Ammonii ὑπομνήμασι in editis permixtus, ab eo diſtinctus legitur in MSto Codice eximio Bibl. Cæſareæ, qui etiam vitam Ariſtotelis Ammonio tributam ad Philoponum auctorem refert, & præterea exhibet ſynopſin Κατηγοριῶν à *Photio* concinnatam. Eadem Photii Synopſis & Scholia *Joh. Damaſceni* MSta ſunt in Bibl. Regis Galliæ, teſte Labbeo, qui etam p. 114. Bibl. novæ MSS. memorat *Georgii Scholarii* prolegomena in quinque Voces, Categorias, & de interpretatione, tum p. 115. *Sophoniæ* Monachi in Ariſtotelis Categorias , tractationem de Homonymis, Synonymis, Paronymis, Heteronymis, Polyonymis; & p. 201. *Anonymi* græci in categorias commentarium. *Davidis* cujusdam commentarios græcos in Ariſtotelis prædicamenta & quinque voces Porphyrii, Venetiis in Biblioth. Sanctorum Johannis & Pauli Mstos indicavit Geſnerus. *Mich. Pſelli* ἐξήγησιν MS. εἰς τὰς κατηγορίας, quæ incipit: τῶν πραγμάτων τὰ μὲν κοινωνεῖ &c. Allatius de Pſellis p. 85.

Perie-

* Editiones indicavi, ubi de ſingulis egi, ſuo loco. De perditis dictum infra in notitia Peripateticorum.

2011 Ministerio de Cultura

Perierunt *Andronici Rhodii* & *Themistii* Euphradæ Metaphrasis, tum & liber a Suida laudatus de Icopo & inscriptione Categoriarū. Commentaria *Adrasti* (qui Categorias vocabat *Ante Topica*, testante & improbante Porphyrio) *Alexandri Aphrodisiensis* & *Alexandri Aegæi*, *Aspasii*, *Boethii*, *Sidonii*, *Hermini*, * *Lucii*, *Maximi*, (qui Jamblichi discipulus fuit & Alexandrum Aphrod. in plerisque erat secutus, teste Simplicio) *Nicostrati* & *Pasicratis* Rhodii, & quæ adversus Categorias scripserant *Athenodorus* & *Cornutus* Stoici.

E latinis exstant *Severini Boethii* libri IV. quos Consul scripsit, & præf. lib. 1. affirmat se alium præterea commentarium componere proposuisse de iisdem Categoriis ad doctiores, in quo ad scientiam Pythagoricam perfectamq; doctrinam introducere illos voluit. Sed nunquam lucem vidit alter ille commentarius. Sub *Augustini* quoque nomine ad Adeodatum legitur liber de decem Categoriis, sed quem inter spuria Tomi primi rejecerunt nuperi editores Benedictini. Auctor forte est *Vegetius Prætextatus*. Themistii quidem magisterio usum se testatur, quem suæ ætatis egregium atque eruditum Philosophum vocat c. 3. & 22. Memorat & Augurium c. 12. & inter doctissimos habere se ait, qui primus latine dixit prædicamentum *Situs*, quod auctor libri vocat *jacere*.

Averrois ** Arabis (Ebn Rhosd) qui seculo XII. floruit, Commentarius in Categorias latine versus à Jacobo Mantino Judæo, exstat tomo primo ejus operum.

Latine verterunt Categorias è recentioribus *Joh. Argyropylus* Byzantinus, *Jac. Ludovicus Strebæus*, aliiq;, quos infra post num. 5. landavi, ubi & memoravi versiones, Hebraicam, Gallicas &c. Commentarios item selectos Virorum doctorum, *Jac. Schegkii* &c.

II. ΠΕΡῚ ΕΡΜΗΝΕΊΑΣ, *de Interpretatione* nominum & verborum, atque adeo enunciationum vi ac significatione liber Acromaticus, Grammatica veluti quædam *** Philosophica, quam cum scriberet Aristoteles, non in atramento, **** sed in mente calamum tinxisse (τὸν

* Apud Boethium 2. in Categor. p. 151. pro Hermia suspicor reponendum nomen *Herminι*. Hic est Herminus ad quem Demonax apud Lucianum T. 1. p. 870. ἀληθῶς ἀξιῶ ἓι δέκα κατηγοριῶν.

** De Averroe præter Hendreichium in pandectis Brandeburgicis consuleudus Nicolaus Antonius T. 2. Bibl. Veteris Hispanæ p. 240. seq. Scripta ejus ex Arabico Hebraice atque inde demum latine versa esse notat Rich. Simon supplemento ad Leonem Mutinensem p. 104, adde Possevinum XII. 16. seq. Bibl qui quam male versa sint & edita, adnotat.

*** Une espece de Grammaire raisonnée. Rapini reflex. sur la Logique p. 735.

**** Sic Basilium ait Nazianzenus, non in atramento sed in Spiritu S. calamum, cum scriberet, tinxisse.

2011 Ministerio de Cultura

(τὸν κάλαμον ἀποβρέξαι εἰς νᾶν, Suid. in Ἀριστοτ.) ait Isidorus II. 27. Orig. Ut mirum sit judicium Francisci Sanctii, qui lib 1. Minervæ c. 5. librum hunc indignum profecto Aristotelis nomine esse affirmat. Sed & nonnulla huic libro objicit Patricius discuss. Peripatet. Tom. 1. lib. 3. p. 21. Ac pridem eum Aristoteli abjudicavit Andronicus Rhodius (teste Ammonio & Boethio) sed ab hoc dissentit Alexander Aphrodiseus, qui inter alia hoc argumento confutavit Andronicum, quod Theophrastus ut in aliis solet cum de similibus rebus tractat, in libro de affirmatione & negatione iisdem aliquibus verbis fuerit usus, quibus in hoc libro Aristoteles usus est, & levius ea tangit, quæ ab illo dicta ante cognovit. Alexandro accedit Ammonius Boethiusque & tota Peripateticorum Schola, nisi quod partem postremam (cap. 14. seq.) à juniore quodam adjectam suspicati sunt Porphyrius & Ammonius. Meminit inter Aristotelis scripta etiam Laertius V. 26.

Exstant in hunc librum è græcis editi *Ammonius*, & hujus vestigiis insistens *Magentinus* Metropolita Mytilenæus, tum *Mich. Psellus*, cujus Paraphrasis græce & latine lucem vidit. Alias ejus ineditas ἐξηγήσεις in eundem librum memorat Allatius de Psellis p. 86. *Joh. Philoponi*, (cujus etiam Psellus meminit) scholia manu exarata habentur in Bibl. Vindobonensi, quemadmodum in Bibl. Regis Christianissimi, Commentarius *Photii*, teste Colomesio de Photii scriptis: itemque *Georgii Scholarii*, ut notavit Labbeus Bibl. MSS. p. 316. qui & *Johannis Itali* commentarium MS. in librum de interpretatione memorat p. 113.

Perierunt commentaria *Aspasii*, *Alexandri* Aphrodisiensis, *Galeni*, *Hermini*, *Porphyrii*, quem excellentissimum expositorum Boethius vocat, seque secutum præ cæteris testatur; & *Syriani Philoxeni*.

E latinis veteribus huc spectat *Apuleji* liber, qui à Colvio editus est sub titulo περὶ ἑρμηνείας sive de Syllogismo Categorico, in quibusdã editionibus inscribitur: De Philosophia rationali. Inter *Severini Boethii* Opera duplices commentarii in hoc Aristotelis scriptum exstant. Minores sive primæ editionis, libris II. & majores sive secundæ editionis libris VI. quibus biennium fere commentando se insumpsisse testatur præfat. libri ult. Addi quoque debet ejusdem Boethii introductio ad libros Categoricos, tanquam breviarium, quod promisit præf. libri IV. & commentariis subjicitur.

Ex Arabibus *Averroes*.

E recentioribus præter *Thomam Aquinatem*, *Jacobus Schegkius*, *Augustinus Niphus*, aliique, de quibus infra post num. 5. Lati-

2011 Ministerio de Cultura

Latina *Joh. Argyropuli* versio in antiquis latinis Aristotelis editionibus occurrit.

III. ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ πρότερων βιβλία β', ὑστέρων βιβλία β'. *Analyticorum priorum libri duo, Analyticorum posteriorum libri totidem,* Acroamatici. Galenus de libris propriis T. 4. p. 367. innuit veram & antiquam inscriptionem Analyticorum priorum fuisse περὶ συλλογισμῦ, quod confirmat & Boethius 2. de interpret. edit. primæ p. 253. *Scripsit autem duos resolutorios libros de Syllogismo.* Posteriorum Analyticorum antiqvum titulum idem Galenus indicat fuisse περὶ ἀποδείξεως, *de demonstratione.* Ἐπιγράφῶσι δ' αὐτὰ σχεδὸν ἅπαντες οἱ νῦν Ἀναλυτικῶν πρότερων, ὥσπερ καὶ δευτέρων. Τὰ δὲ περὶ ἀποδείξεως αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης τ̃ μὲν πρότερων ὡς περὶ συλλογισμῦ γεγραμμένων μέμνηται, τ̃ δὲ δευτέρων ὡς περὶ ἀποδείξεως. Equidem Analytica, quorum meminit Aristoteles VI. 3. ad Nicomachum, diversa fuisse ab iis, quæ hodie habemus, contendit Samuel Petitus II. 2. Observat. p. 175. seq. Et Laertius V. 23. memorat priorum Analyticorum libros octo: (vel novem, ut Patricius, vel decem denique, ut H. Stephanus in codice suo reperit,) & Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων libros duos. Quid quod Ammonius in Categorias p. 13. testatur Ptolemæi Philadelphi tempore repertos in Bibliotheca Alexandrina quadraginta libros Analyticorum. ἀμέλει φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρῆσθ Ἀναλυτικῶν μὲν τεσσαράκοντα βίβλους - ἐκείθη δὲ ὑπὸ τῶν ἐξηγητ̃ τέσσαρα εἶναι γνήσια τ̃ Ἀριστοτέλους. Philoponus in 1. Analyt. p. 4. φασὶ γὰρ ὡς τεσσαράκοντα εὑρέθη τ̃ ἀναλυτικῶν βιβλία ἐν ταῖς παλαιαῖς βιβλιοθήκαις, καὶ τὰ τέτταρα μόνα ταῦτα ἐκείθησαν εἶναι Ἀριστοτέλους, καὶ ὡς τ̃το ἁπάντες ἀμφέβαλλεν. Rationem tituli Ἀναλυτικῶν reddit idem Philoponus dicto loco, & Vossius de natura Logicæ c. 12. Videndus & Josephus Blancanus Jesu socius in locorum Aristotelis, quæ ad Mathesin pertinent, expositione, quam cum dissertatione de Mathematum natura & Chronologia clarorum Mathematicorum vulgavit Bononiæ A. 1615. 4. Non inscite de his libris, Aristotelem laudans, Jacobus du Portus p. 223. poematum.

Quando ergo in Logica primas tulit atque secundas,
Rite priora ille & posteriora dedit.

Nec immerito Vossius reprehendit Proclum, qui scholiis ad Platonis Cratylum Aristoteli vitio vertit rem imprimis dignam laude, quod Analytice ejus nimis sit perspicua & à quovis non plane hebete ac stupido possit intelligi. Contra Petrus Ramus, acutus sane & disertus

2011. Ministerio de Cultura

ſed nimis acerbus Ariſtotelis inſectator, libro ſeptimo ſcholarum dialecticarum, in Analyticis hiſce aſſiduam obſcuritatem queritur & reprehendit.

Exſtant è græcis commentatoribus editi quidem in primum *priorum* Analyticorum, *Alexander Aphrodiſienſis*: (qui vero in librū ſecundum circumfertur MS. non eſt Alexandri, judice Andrea Schotto in vita Ariſtotelis p. 155.) in utrumque *Leo Magentinus* (ex *Ammonio*) & qvem Leo fere ſequitur *Joh. Philoponus*, ut *Anonymi* * de Syllogiſmis, & *Nili*, qui latine tantum exſtat, de ratiocinationibus libellum prætereram.

In *poſteriorum* Analyticorum libros utrosque *Themiſtius* & *Joh. Philoponus*, in librum ſecundum *Euſtratius*, *Anonymus* & qui latine tantum editus eſt *Mich. Pſellus*. *Nicomedis* (an Pergameni Rhetoris, de quo Philoſtratus p. 587.) Scholia in priora Analytica fuiſſe in Bibliotheca Strozzea, teſtatur Friſius in Geſneri ſupplemento. *Theodori Prodromi* in poſteriora, Romæ in Vaticana exſtare jam notavit Conradus Geſnerus. *Johannem Tzetzen* in Analytica priora memorat Index Interpretum, Ariſtotelis operibus ſubjectus, in edit. Du Valliana.

Georgii Scholarii ἐξήγησιν MS. in Ariſtotelis Analytica laudat Leo Allatius de Georgiis p. 406. quem de *Georgii Pachymeris* Paraphraſi & expoſitione in plerosque Ariſtotelis libros vide p. 366. ſeq. Perierunt *Theophraſti* Analyticorum libri, & Ἀναλυτικῶν compendium, & περὶ συλλογισμῶν λύσεως, *Eudemi* & *Porphyrii* ſcripta, quibus uſum ſe libro 2. de ſyllogiſmo Categorico teſtatur Boethius. *Galeni* libri VIII. in Analytica priora, & XI. in poſteriora, *Themiſtius* in priora, *Apollinaris* in primum poſteriorum MS. dicitur exſtitiſſe Venetiis, *Theodorus Prodromus* Romæ, *Georgii Gemiſti* Paraphraſis apud Hurtadum Mendozam.

Interciderunt ſcripta *Albini*, latini ſcriptoris, & *Vegetii Prætextati*, qui Themiſtium fere ſecutus Analytica latinis auribus expoſuerat teſte Boethio.

E latinis exſtat idem *Boethius*, qui quatuor Analyticorum libros latine vertit, & priores duos libris duobus de Syllogiſmo Categorico illuſtravit, in quorum calce promittit Analytica ſua, quæ lucem non viderunt. Subjecit & idem Boethius libros binos de Syllogiſmo Hypothetico ad Symmachum, librum item de diviſione, & alium de definitione.

Averrois commentarium, Arabis ſcriptoris, in Analytica prio-

* Hic libellus de Syllogiſmis ſeparatim editus eſt Græce & latine cum notis & diſputationibus Mich. Wolffii Profeſſoris Jenenſis. Jenæ 1621. 8. Græce ſubjicitur Philoponi in priora Analytica Commentariis.

2011 Ministerio de Cultura

priora habemus è latina versione *Johannis Francisci Buranæ.*

E recentioribus utraque Analytica interpretatus est præter *Jac. Ludovicum Strebæum*, *Jacobus Schegkius* Tubing. 1570. fol. priora *Augustinus Niphus*, *Joh. Baptista Monlorius*, posteriora *Jacobus Zabarella*, *Paulus Crellius* aliique de quibus post numerum 5. *Argyropuli* versio exstat in antiquis editionibus latinis. Vertit & priora *Simon Simonius* Lipsi. 1573. 4.

IV. ΤΟΠΙΚΩΝ *βιβλία ή. De locis* unde argumenta probabilia petuntur, *libri VIII.* Exoterici. Allegantur ab Aristotele ipso lib. 1. prior. Analyticor. c. 1. *καθάπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἴρηται*, & lib. 1. Rhetor. c. 2. *φανερὸν ἐκ τῶν Τοπικῶν*, licet Patricius T. 1. lib. 3. discuss. Peripatet. p. 22. negat in libris quos habemus reperiri ea, quæ ibi allegantur, quod tamen accuratius inspicienti falsum videbitur. Objicit ibidem, quod *Cicero* in Topicis ait Trebatium obscuritate ab Aristotelis Topicis rejectum esse, cum Simplicius contra testetur, *σαφέστατα*, sive clarissime Aristotelem tradere Meteora & Topica. Sed Trebatio ob plures rationes obscurum esse potuit, quod Simplicio respectu aliorū obscuriorum fuit admodum perspicuum. Liberius quoque, ut solet, versatus est in interpretandis Aristotelis Topicis Cicero, perinde uti è græcis *Themistius*, ut operam mihi videatur lusisse *Antonius Quærengus*, qui (teste Allatio in apibus urbanis p. 45.) probare singulari libro conatus est, Topicorum libros, qui exstant, non eos videri, è quibus Cicero ac Themistius suam locorum enumerationem desumserunt. Samuel Petitus Vir certe doctus, sed in conjecturis suis sæpe præfidentior atque inde infelicior II. 2. observationum p. 172. seq. contendit libros nostros Topicos à Laertio memoratos esse sub aliis titulis, hac ratione:

Τὰ περὶ τῶν Τόπων Topicorum quæ exstant liber	1.
Ὅροι περὶ τῶν τοπικῶν ζ'	2. 3. 4. 5.
Τοπικῶν πρὸς τὰς ὅρους α', β'	6. 7.
Ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως α'	8.

Exstant è græcis commentaria *Alexandri Aphrodisei*, periit *Themistii* commentarius è quo nonnulla servavit Averroes. *Johannis* vero *Itali*, qui *Mich. Pselli* discipulus fuit, in librum II. III. & IV. manu exaratus occurrit in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, ut notatum Lambecio, quem vide lib. IV. p. 322. seq. & lib. VII. p. 257.

E latinis, *Ciceronis* Topica huc spectant, quæ libris septem exposuit *Boethius*. Exstat & ejusdem Boethii latina Topicorum Aristotelis interpretatio, qui & commentariorum suorum (sed quæ lucem non

2011 Ministerio de Cultura

viderunt) meminit in extremo libri quarti de differentiis Topicis. Idem libro II. p. 871. seq. Themistii locorum partitionem confert cum Ciceroniana. Libros quatuor Boethii de differentiis Topicis recensuit ad vetustas membranas Johannes Voegelinus, & ad tres priores Metaphrasin græcam sive Scholia græca Anonymi adjecit, Augustæ Vindel. 1608. 8.

Ex Arabibus *Averroes*, è latina versione *Abrahami de Balmes & Jacobi Martini.*

E recentioribus *Antonii Demochari* sive *Democharis*, Theologi Sorbonici Hypomnema. Paris. apud Simonem Colineum 1534. fol. *Jac. Schegkii* Commentarius Lugd. 1584. 8.

V. ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ βιβλία β'. *De Sophisticis Elenchis* sive argumentationibus *libri II.* exoterici. Libris Topicis ab ipso, ut videtur, Aristotele subjecti, ut Samuel Petitus lib. II. cap. 2. Observat. p. 173. colligit ex capite ultimo libri posterioris Elenchor. A Laertio non memorantur, unde Patricius p. 23. alia insuper causatus, Aristoteli eos abjudicat.

E Græcis commentaria exstant edita quidem *Alexandri Aphrodisei*, quem Pseud Alexandrum vocat Andreas Schottus, & inedita *Johannis Philoponi*, quæ fuerunt etiam apud Thomam Reinesium. Sed & *Mich. Pselli* prolegomena in Sophisticos Elenchos, quæ Msta sunt in Bibl. Regis Christianissimi, Allatius memorat p. 86. libri de Psellis, testatus ea in alio codice tribui *Michaeli Ephesio*, quem à Psello diversum esse contendit p. 40. seq. In Bibliotheca Hurtadi Mendozæ fuerunt Mich. Ephesii & *Stephani* Philosophi in Elenchos commentarii.

Scripsit & *Galenus* librum περὶ, τῶν πρὸς τὴν λέξιν σοφισμάτων, qui occurrit T. 2. edit. Charterii p. 73.

Latine vertit libros Aristotelis de Sophisticis Elenchis *Boethius*, cujus interpretatio inter ejus scripta sæpius edita legitur.

Arabis *Averrois* commentarium latine vertit *Abraham de Balmes*, T. I. Opp.

E recentioribus illustrarunt *Augustinus Niphus*, qui *Hermini* nonnulla, veteris cōmentatoris Boethio laudati, legisse se testatur: tum *Joach. Perionius*, *Joh. Habichorstius* Colon. 1556. 8. aliique mox memorandi. Transtulit & *Nic. Faventinus.*

* * *

Alpharabii commentarium Arabice MS. in Logicam Aristotelis memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 255.

OR-

2011 Ministerio de Cultura

ORGANUM.

Scripta Logica Aristotelis hactenus recensita junctim excudi solent (præfixa *Porphyrii* Isagoge in Categorias de qua infra lib. IV. in Porphyrio dixi) sub titulo ORGANI, quia notum est dialecticamà Philosopho appellatam esse ὄργανον ὀργάνων, *instrumentum instrumentorum*: & in Academiis quibusdam, ut in patria mea Lipsiensi, qui rationalem disciplinam profitentur, Professores Organi appellari solent.

Latine prodiit cum commentariis Themistii Ammonii & Boethii Paris. 1511. fol.

Græce separatim excusum est Basileæ 8. Prima editio Aldi A. 1495. fol.

Græcolatina editio optima est, quæ ex *Julii Pacii* à Beriga recensione cum ejus versione & scholiis prodiit. Francofurti apud hæredes A. Wecheli A. 1598. 8. Longe hæc præstat priori ejusdem Pacii editione A. 1584. quæ repetita A. 1592. quamq; cum uno codice MS. & veteribus editionibus contulerat. Sed ad illam Anni 1598. adornandam usus est quinque præterea codicibus Palatinis, & versionem suam multis in locis recognovit, & à capite tertio octavi libri Topicorum prorsus novam fecit. Pacii translationem in græcolatina sua Operum Aristotelis editione retinuit Guilelmus Du Vall. Sed in editionibus cæteris Græcolatinis occurrit *Nicolai Gruchii* interpretatio sive recognitio interpretationis *Joachimi Perionii*. Prætereo versiones *Antonii Goveani, Joh. Hospiniani* &c.

Gallice Organum Aristotelis interpretatus est *Philippus Canajus de Fraxinis*, cujus Paraphrasin commendat Rolandus Maresius p. 46. epist. & Possevinus XII. 4. Bibl. select.

Liber Categoriarum, de interpretatione, Analytica & Topica *Hebraice* ex *Arabico* versa exstant MSS. in Bibl. Vaticana, teste Bartolocio Bibl. Rabbinicæ T. 1. p. 480. cui adde, quod Labbeus Bibl. nova MSS. p. 202. testatur in Bibliotheca Caroli de Montchal fuisse Logica Aristotelis per *Abuchamad*, Ebraice, & desiisse in tractatu de locis Topicis, similiter glossam *R Moysis* filii Josuæ filii Mar David, quæ desiit in tractatu de demonstratione.

Commentarios recentium scriptorum in Organon, & Logicæ Peripateticæ scriptores enumerare difficile fuerit & plenum tædii, ut si quis telas aranearum percensere aggrediatur. Solent etiam in editioni-

2011 Ministerio de Cultura

tionibus quibusdam Aristotelis, DuValliana præcipue & in Posſevini Bibl. ſelecta XII. 4. ſeq. Pauli Bolduani Bibl. Philoſophica p. 440. ſq. ſatis prolixi catalogi, utinam perinde diſtincti & accurati exhiberi eorum, qui in libros Aristotelis ſcripſerunt. In præſenti itaque ſuffecerit laudaſſe Organi Aristotelici illuſtratores præcipuos, Jacobum Fabrum, Franciſcum Toletum, Collegium Conimbricenſe, Jacobum Schegkium, Jacobum Carpentarium (Pariſ. 1564. 4.) Petrum Ramum (cujus libri XX. Animadverſionum in Organum Aristotelis emendatiores prodierunt Francofurti apud Andream Wechelum 1581. 8.) Auguſtinum Niphum, Antonium Bernhardum Mirandulanum, Zachariam Urſinum, & qui Aristotelem adverſus Ramum defenſitarunt Johannem Caſum & Balthaſarem Keckermannum.

Epitome Organi Aristotelici græce & latine exſtat auctore *Georgio Pachymere* Diacono, cum veſione Phil. Bechii, Cantabrigiæ 1666. 8. itemque altera *Nicephori Blemmydæ*, cum verſione Joh. Voegelini, Auguſtæ Vindelicor. 1605. 8. & tertia *Mich. Pſelli* libris V. cum verſione Eliæ Ehingeri Witteb. 1597. 8. quarta *Joh. Damaſceni*, inter ejus opera ſæpius excuſa ex verſione incerti: quinta *Gregorii Anonymi* cum verſione Joh. Voegelini, Auguſtæ Vindel. 1600. 8. & ſexta denique *Gerardi Mathiſii* Colon. 1569. 8.

E Latinis huc ſpectant *Martiani Capellæ* Liber IV. *Caſſiodori* de diſciplinis caput III. *Iſidorus* II. 22. ſeq. Orig. *Johannis Sarisberienſis* Metalogicus, &c.

II. RHETORICA.

VI. ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ *βίβλια γ'*. *Artis Rhetoricæ libri III.* Acroamatici. Sextus Empiricus 2. contra Mathemat. p. 66. laudat Aristotelem ἐν τῷ πρώτῳ τεχνῶν ῥητορικῶν. Dionyſius Halic. de nominum compoſitione p. 29. ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τ῀ ῥητορικῶν τεχνῶν. Et Epiſtola ad Ammæum p. 122. ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν τεχνῶν. Quintilianus II. 17. *Ariſtoteles, ut ſolet, quærendi gratia quædam ſubtilitatis ſuæ argumenta excogitavit in Gryllo, ſed idem & de arte Rhetorica tres libros ſcripſit* &c. Poſt Topica & Analytica hoc opus compoſuiſſe obſervat idem Dionyſius epiſt. ad Ammæum p. 121. De aliis ejus Rhetoricis ſcriptis vide Menagium ad Laertii V. 24. Nonenim plane certa mihi videtur Jonſii conjectura, qui caput ſextum & ſeptimum libri primi Rhetoricorum putat reſpici ab eodem Laertio, cum inter Philoſophi ſcripta refert librum περὶ συμβολίας.

Inſignis horum librorum editio græca Pariſ. 1562. 4. ex officina

2011 Ministerio de Cultura

na *Guil. Morelli*, cum notis. Prodierunt & græce Basil. 1529. 4. & Paris. 1549. 8. apud Vascosanum. Aristotelis Rhetorica cum scholiis Gregorii *Nazianzeni* manu exarata legisse se testatur Erasmus Adagio: *festina lente*. Paraphrasin græcam doctissimam & antiquissimam ineditam memorat Labbeus p. 732. Bibl. novæ MSS. & p. 106. *Aspasii* commentarium. Sed & *Stephani* scholia græca in Rhetoricam Aristotelis memorari video in Frid. Sylburgii catalogo MStorum Bibl. Palatinæ p. 20. Eadem Scholia græca Stephani in librum 1. & 2. memorans Labbeus p. 271. testatur præterea in codice Regis Galliæ centesimo primo occurrere scholia MSS. Græca editis ad extremum libri tertii trium foliorum accessione auctiora. Nimirum Conradus Neobarius Typographus Regius græce edidit Paris. 1539. minoris folii forma & Georgio Selvæ Episcopo Vavrensi dicavit scholia succincta & erudita nescio cujus scriptoris sub titulo: εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Ῥητορικὴν ὑπόμνημα Ἀνώνυμον. Neq; tantum extrema parte mutila sunt, ut jam dixi, sed initio quoq; desideratur commentarius in caput primum & dimidium secundi: Auctor autem minime est *Alexander Aphrodiseus*, ut ex eo, quod Daniel Barbarus Alexandrum subinde in commentariis suis laudat, conjiciebat Gesnerus in partitionibus Rhetoricis titulo 2. Nam certum est, auctorem, quisquis fuit, Constantino & Basilio Magno fuisse juniorem & Christianum, atq; ut videtur Constantinopoli scripsisse. p. 25. habet quædam de more judiciorum Constantinopoli peregrinis iniquiore. p. 18. b. memoratur ipsi ὁ ἐν τῇ νέᾳ Ῥώμῃ προσώνυμος τοῦ θεοῦ σοφίας ναός. Pag. 13. b. 50. 52. 60. allegatur Hermogenes & p. 13. b. Minutianus. pag. 32. b. mentio Metropolitarum & ῥητορείας sive muneris docendæ Rhetoricæ. pag. 42. allegat proverbia Zenobii è Tarrhæo collecta p. 50. Καὶ νῦν οἱ ἀναγινώσκοντες τὰ μαρτυρολόγια. pag. 70. b. Χρεία δὲ μᾶλλον φωνῆς μεγάλης, ἵνα τῇ μὲν ὑποκρίνηται τὰς τυραννικὰς φωνὰς, τῇ δὲ τὰς γυναικείας, τῇ δὲ τὰς ἀνειμένας, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ὑποκρινομένους ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ (intelligitur sepulchrum Constantini M. vide Cangii Constantinopolin Christianam p. 108.) ἀναγινώσκοντας. Magni Basilii meminit p. 60. b. & p. 57. εἰ μὲν εἶπῃς, ὅτι ἔμελλεν ἄρα πολλὰς ἡμῖν ὑποθέσεις τῶν λόγων ἀεὶ προτιθεὶς ὁ μέγας Βασίλειος, ἑαυτὸν ἡμῖν νῦν προθήσειν ὑπόθεσιν. pag. 61. Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε, Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν, ἀπαντήσατε. Alterius Scholii à se reperti mentio in librum 3. pag. 64. c. εὗρον δὲ καὶ σχόλιον λέγον, ὅτι ἐκ τοῦ Ἰσοκράτους ἐστὶ τοῦτο. Similiter p. 70. & p. 65. b. εὗρον σχόλιον τοιοῦτον &c. atque iterum eadem pagina: εὗρον σχόλιον, ὅτι αἱ Ἐκκλησίαι ἴδιαί εἰσι τῆς Δημο-

2011 Ministerio de Cultura

Δημοκρατίας. Utitur & quandoque Vocabulis græco-barbaris, ut pag. 68. b. verbo μαγκεύειν & τζιντζιρίζειν pro ψελλίζειν. pag. 73. Δομέστικον ponit pro eo qui in Ecclesia psalmum præit cantoribus, qui locus addendus Cangio in glossario græco p. 321.

Versionem *latinam* MS. Rhetoricorum Aristotelis, auctore *Guilielmo* (Dorotheo, Veneto, ni fallor) Labbeus testatur exstare in codice 660. Regis Christianissimi. In antiquis Operum Aristotelis editionibus latinis, ut Veneta 1496. fol. Rhetorici libri desiderantur, qui è veteri translatione prodiere Lips. 1504. fol.

E recentioribus multi sunt hoc opus interpretati, *Petrus* cumprimis *Victorius*, addito commentario luculento Venet. 1548. fol. Basil. 1549. fol. ad Cosmū Medicem. *Hermolaus Barbarus*, cujus versio posthuma cum *Dan. Barbari* cōmentario lucem vidit Basil. 1545. 8. & cum cōment. *Martini Borrhai* ibid. 1555. fol. *Georgius Trapezuntius* Paris. 1540. 8. Basil. 1534. 8. *Carolus Sigonius*, Bononiæ 1565. 4. Helmst. 1634. 8. & *Joh. Caselio* curante, Rostoch. 1577. 8. *M. Antonius Majoragius* cum erudito commentario Venet. 1572. 1591. fol. *Joh. Sturmius* Argentorat. 1570. 8. *M. Antonius Muretus* * (qui libros duos primores tantummodo transtulit) Rom. 1585. 8. *Antonius Riccobonus*, cum cujus versione & paraphrasi prodierunt Aristotelis Rhetorica Venet. 1579. 8. & Francof. 1588. 8. apud A. Wechelum, Græce & latine. Eadem versio retinetur in editionibus Operum Aristotelis Græcolatinis, etiam DuValliana Tomo III. Præterea libros Rhetoricorum interpretati sunt *Jacobus Carpentarius* Paris. 1572. 4. *Æmilius Portus*, additis *Francisci Porti* commentariis, Spiræ 1598. 8. *Pauli Benii* Eugubini commentarii prodiere Venet. 1624. fol. *Christophorus* quoque *Schraderus*, Helmstadii decus, Aristotelis Rhetorica cum Mureti versione libri 1. & 2. ac Majoragii libri 3. græce & latine, distinctis in minutiores sectiones singulis capitibus, edi curavit Helmst. 1648. & 1672. 4. ac perspicuis pretæreà doctisque commentariis illustravit, qui inscribuntur *de Rhetoricorum Aristotelis sententia & usu* ibid. 1674. 4. *Joh. Baptistæ Pignæ* Ferrariensis commentarii, in quibus, ut ille ipse ad Horatii artem Poeticam scribit, ex scriptoribus optimis græcis & latinis omnis generis, exempla adjunxerat, lucem, credo, non viderunt. Cum Paraphrasi & Analytica Methodo *Theodori Goulstoni* prodiere Aristotelis libri III. Rhetoricorum græce & latine Londini 1619. 4. *Antonii Bernhardi Mirandulani* in librum III. Bonon. 1595. 4.

Itali-

* publicis etiam prælectionibus illustrasse hos libros patet ex Mureti Oratione VII. (edit. Thomasii VIII.) Voluminis 2.

2011 Ministerio de Cultura

Italice, Alexandro Piccolomineo interprete Venet. 1571. 4. Editi fuerant & eadem lingva Florentiæ 1549. 4.

Gallice interprete *Roberto Stephano*, ejusdem typis, Pariſ. 1529. 8. & recens per *Caſſandrum* * Pariſ. - - - ac pluribus in locis ab auctore emendata ibid. 1675. 12. 1685. Amſt. 1698. 12. *Carpentarii* verſio & commentarius ineditus memoratur in ejus elogio, quod exhibent Ephemerides Pariſienſes A. 1702. 31. Julii.

Anglice Lond. 1686. 8. iisdem auctoribus, qui Artem Cogitandi Gallice verterunt. Cæterum falluntur hi, cum libros iſtos tres inſcribunt Ariſtotelis Rhetorica *ad Theodectem*. Nam illa in his libris allegantur libro III. c. 9. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶ πειόδων ᾠδὴν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται, quæ verba in illa verſione p. 188. male ſunt omiſſa.

Prætereo *Alpharabii* Arabis declarationem in Rhetorica Ariſtotelis latine editam cum *Ægidii Columnæ Romani* in eadem commentario Venet. 1481. fol. *Averrois* commentarium *Abrahamo de Balmes* interprete T. 2. Opp.

VII. ῬΗΤΟΡΙΚΗ̃Σ ΠΡΌΣ ᾽ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ βιβλίον ά. *Rhetoricæ ad Alexandrum* liber, Exotericus, quo continentur præcepta civilium & judicialium orationum. Hunc Ariſtoteli abjudicant duplici nomine viri docti, quod προσφωνητικῷ proœmio ** utatur, & quod Laertius ejus non meminit. Itaque auctorem volunt *Anaximenem* Lampſacenum Rhetorem Ariſtotelis æqualem. Ita Petrus Victorius, Robortellus, Nunneſius, Muretus p. 286. Orationum (edit. Jac. Thomaſii) aliique apud Menagium p. 71. ad Laertium, qui his aſſentitur, perinde ut Andreas Schottus in vita Ariſtotelis p. 164. Voſſius de Rhetoricæ natura p. 63. & de Hiſt græcis p. 57. Non videntur tamen plane explorata eſſe hæc argumenta, & pro Ariſtotele auctore facit, quod liber de mundo itidem ipſius eſt, ut infra apparebit, qui habet προοίμιον ejusmodi: & Laertius alia etiam Ariſtotelis in Catalogo ſuo prætermiſit, & in hoc libro c. 1. auctor ſibi tribuit τέχνας τῷ Θεοδέκτῃ γραφείσας, quas Ariſtotelis fuiſſe, Laertius & multi alii teſtantur, & conſtat ex teſtimonio Ariſtotelis ipſius paulo ante adducto lib. III. Rhetor c. 9. Equidem Patricius præterea objectat doctrinæ diverſitatem & ſtyli, aliaque ut ait multa

* Laudatur Caſſandri verſio à Boilavio Deſpræo, Fureterio aliisque apud Bailletum T. 3. judiciorum de Scriptoribus p. 626.

** Dan. Heinſius p. 622. Oration. *Ariſtoteles nunquam* προσφωνητικοῖς προοιμίοις *eſt uſus, neque dedicare libros ſuos ſolet, unde liber Rhetoricorum quoque ad Alexandrum ut inter Ariſtotelica ἀτεθεῖται & rejicitur.*

2011 Ministerio de Cultura

ta per quæ à prioribus tribus hic discrepare liber ei videtur T. 1. discuss. Peripatet. lib. 3. p. 25. Sed nec multa illa nominat, & doctrinæ diversitas aliqua intercedit fortassis, at contrarietas nulla, nec styli ita magnum est discrimen, ad Regem præcipue scribentis, ut alium auctorem necessario arguat, vel audiendus sit Dan. Heinsius, quip. 563. Orat. Critica plane auctoritate, *nemo tam est imperitus*, inquit, *qui Alexandri Macedonis ætate scriptum persvadere aliisque aut sibi possit, multo minus* γνήσιον τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ τεκνίον.

Latine vertit, ne de *Joh. Marinelli* expositione Venet. 1578. 8. edita dicam, *Franciscus Philelphus*, cujus versio occurrit in Græcolatinis Operum Philosophi editionibus, etiam Du Valliana Tomo III. *Anglice* prodiit cum tribus libris Rhetoricorum, quos dixi lucem vidisse Lond. 1686. 8.

III. POETICA.

VIII. ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ *βιβλίον ά. Liber de arte poetica* (primus forte ex tribus) quo præstantissima Epici carminis & tragœdiæ præcepta traduntur. Sane Laertius II. 46. & Plutarchus libro de Homero laudant Aristotelem ἐν τρίτῳ περὶ ποιητικῆς, ubi male viri docti Castelvetrius, Nunnesius & Vossius jubent reponere περὶ ποιητῶν. Nam & Boethius in limine libri primi majorum commentariorum in librum de interpretatione p. 290. allegat Aristotelem *in libris, quos de arte poetica scripsit*. Libro secundo videtur egisse de Comœdia, Dithyrambice, Nomorum Poesi, Satyra, Auletice & Citharistice: tertio vero, ut nuperus editor conjicit, tractabat de animorum purgatione à pravis affectibus, deque emendatione morum, utpote poeticæ imitationis recte institutæ præcipuo apud veteres ac proprio fine. Sane illud argumentum in Poeticis se tractasse innuit Aristoteles VIII. 7. politic. uti de variis ridiculorum generibus in eodem opere egisse constat ex III. 26. Rhetor. Simplicius quoque in Categorias profert ex Aristotelis de poetica definitionem Synonymorum, quæ in edito libro non exstat. Etiam alium quendam *Aristotelem Cyrenaicum* περὶ ποιητικῆς scripsisse testatur Laertius V. 35. Sed nostro Stagiritæ Aristoteli, quem & ipsum de poetica egisse idem Laertius notavit, liber præsens tribuitur ab Ammonio, Simplicio, Hermia, aliisque veteribus, ut notatum Vossio de artis Poeticæ natura c. V. sect. 5. p. 29. qui p. 27. seq. agit etiam de

Crito-

2011 Ministerio de Cultura

Critone Socratis æquali, *Zenone* Citieo & *Democrito*, qui itidem de Poetica arte ſcripſerunt, ut longo poſt tempore fecit *Proclus*, è quo Chreſtomathiæ ſervatæ à Photio cod. CCCXXXIX

Græce cum libris Ariſtotelis Rhetoricis excuſa ipſius Poetica Venet. apud Aldum 1508. fol. & Pariſiis apud Guil. Morellum 1555. 8.

Averrois expoſitio latine *Jacobo Mantino* interprete.

Græce & latine Ariſtotelis Poetica lucem vidit cum verſione & Commentariis *Franciſci Robortelli* Utinenſis, tribus MStis codicibus uſi: addito ejusdem commentario in Horatium de arte Poetica & diſſertationibus de Satyra, Epigrammate, Comœdia, ſalibus, & elegia. Florent. 1548. fol. & Baſil. 1555. fol.

Cum verſione & commentariis *Petri Victorii* - - - - & 1573. fol. Florentiæ.

Cum explanatione *Vincentii Marii* Brixiani (qui Robortellum frequenter ſequitur) & *Barthol. Leonhardi* Veronenſis, Venet. 1560. fol.

Ex *Antonii Riccoboni* verſione Venet. 1579. 8. & 1584. 4. & Patavii 1587. 4. Neque alia translatio ſervata in græcolatinis Ariſtotelis operum editionibus, etiam in poſtrema DuValliana Tomo IV.

Cum verſione & notis *Dan. Heinſii*, & ejusd. libro de Tragœdiæ conſtitutione. Lugd. Bat. 1611. 8. & 1643. 12. Contendit inter alia Heinſius caput ſeptimum & tertium decimum fuiſſe tranſpoſita, & in alienum locum rejecta à librariis.

Cum Commentariis *Pauli Benii* Eugubini. Patav. 1613. fol.

Cum verſione *Theodori Goulſtoni*, notis Analyticis illuſtrata. Lond. 1623. 4. & additis Frid. * Sylburgii ac Dan Heinſii integris, aliorumque ſelectis animadverſionibus, Cantabrig. 1696. 8. Confer Acta Erud. Anni 1697. p. 377. ſeq.

Frid. Rappolti obſervationes Lipſ. 1687. 12. Prætereo quamplurimos alios ſcriptores, qui de arte Poetica ſingularibus libris agendum in ſe ſuſceperunt, & magno numero recenſentur à Bailleto T. 4. judiciorum de ſcriptoribus.

Italice cum commentario eruditiſſimo ** *Ludovici Caſtelvetrii*

* In Clariſſ. Neocori Bibl. novorum librorum A 1697. p. 94. Sylburgii editio prodiiſſe legitur typis Wechelianis A. 1487. (error eſt typographi 1584.)

** Cum incendio correptas ſenſiſſet ædes ſuas Caſtelvetrius, nihil prius exclamavit quam *al*

2011 Ministerio de Cultura

Mutinenſis Baſil. 4. & Viennæ Auſtriæ, quam meliorem editionem eſſe ait Menagius, ego nunquam, ut viderem, conſequi potui.

Alexandri Piccolominei Commentarius itidem Italice editus prodiit Venet. 1575. 4.

Gallice cum notis elegantibus atque eruditis *Andreæ Dacerii.* Pariſ. 1692. 12. Confer Acta Erud. A. 1692. p. 560. *Nicolai Petri Boſcii* interpretatio lucem nondum quod ſciam adſpexit, cujus mentionem fecit Vignolius Marvillius perſonatus ſcriptor T. 1. miſcellaneorum Hiſtorico literariorum. p. 211.

Hiſpanice cum commentario *Joſephi Antonii Gonſaleſii de Salas,* Madriti 1633. 4

Anglice Rimero interprete, cum Renati Rapini Obſervationibns Poeticis, è Gallico in idem idioma translatis, Lond. 1674. 8.

IV. PHYSICA.

IX. ΦΥΣΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ *βιβλία ή. Phyſicæ auſcultationis* ſive *doctrinæ Naturalis* libri VIII. Acroamatici, quorum primo agit *περὶ ἀρχῶν* ſive de principiis, in ſecundo de natura, fortuna & caſu, in reliquis libris de affectionibus generalibus corporum, præcipue de motu, cujus doctrinæ compendium ex Ariſtotele perſecutus eſt binis de motu libris *Proclus.* Ac libros poſtremos Phyſicæ auſcultationis reſpicere videtur Ariſtoteles, cum lib. 1. de cœlo c. 7. *τὰ περὶ κινήσεως* allegat, quem titulum iisdem Andronici ac Simplicii auctoritate vindicare conatus eſt Jacobus Schegkius. Laertius tamen V. 23. diſtinctum Ariſtotelis opus memotat libros duos de motu, & conſtat Ariſtotelem perinde ut ejus diſcipulum Theophraſtum idem argumentum quandoque ſæpius tractaſſe. Libro ſane quarto de cœlo, locum de motu ex Phyſica auſcultatione allegans non *τὰ περὶ κινήσεως*, ſed *πρώτους λόγους* vocat, ut notavit Simplicius ſect. 14. ad libr. IV. de cœlo. *Nicomachus* quoque Stagirites Ariſtotelis filius, teſte Suida, præter Ethicorum libros ſex, ſcripſerat *περὶ τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, & *Xenocrates* Ariſtotelis æqualis ſcri-

al Poetica, *al* Poeïica, ut hoc potiſſimum ingenii ſui præſtantiſſimum monumentum flammis eriperent. Refert Menagius in Menagianis T. 2. p. 82. Confer, quæ de Caſtelvetrio acuto ſed paulo acerbiori Ctitico notata ſunt à Teiſſerio in elogiis Thuaneis, Morerio, Bælioque in Lexicis, Gaddio T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſt. p. 122. & à Bentlejo prolegom. ad Apologiam diſſertationis de epiſtolis Phalaridis pag. 102. ſq.

2011 Ministerio de Cultura

ſcripſerat Φυσικῆς ἀκροάσεως libros ſex, teſte Laertio IV. 13. *Juſtinus Martyr* in dogmatum Ariſtotelicorum everſione, qualis hodie liber ille extat, impugnat libros octo Phyſicorum & libros quatuor * de cœlo, ut Photium, qui cod. CXXV. duos tantum primos Phyſicæ auſcultationis libros impugnatos à Juſtino fuiſſe affirmat, codicem minus integrum habuiſſe notet Clariſſ. Joh. Erneſtus Grabe T. 2. Spicilegii Patrum p. 152. *Galenus* quoque in libris Ἀποδείξεως, qui interciderunt, omnes Ariſtotelis demonſtrationes, quæ in libris Phyſicis exſtant, excuſſerat, unde Ariſtotelis ἐξεταστὴς dicitur à Themiſtio in 1. de anima, obſervante Petro Petito apud Menagium p. 208. ad Laertium.

In libros octo phyſicæ auſcultationis exſtant è græcis eruditiſſima commentaria *Simplicii*, & *Themiſtii* Paraphraſis: & quæ latine tantum è Camotii verſione edita ſunt *Mich. Pſelli* commentaria, & Paraphraſis *Theodori Metochitæ*, Gentiano Herveto interprete. In libros quatuor primores lucem vidit Græce etiam *Johannis Philoponi* expoſitio. *Anonymi* Synopſin Græcam MS. memorat Labbeus Bibliothecæ novæ MSS. p. 116. *Mich. Pſelli* argumenta & conſiderationes ſive Ἐπιβάσεις in librum VI. & VII. MSS. græce in Bibl. Cæſarea, teſte Neſſelio IV. p. 66. Confer Allatium de Pſellis p. 66.

Ex Arabibus *Averrois* commentarius exſtat, ſubinde laudantis Præceptorem ſuum *Avempace*, habetur autem ex latina verſione *Jac Mantini* T. 4. Opp. & cum *Tiberii Bacilerii* lectura, Papiæ 1507. fol.

Latine Phyſica Ariſtotelis poſt *veterem interpretem* verbum verbo inepta quædã, ut ait Vicomercatus, fideliter tamen reddentem vertit & Petro Mediceo dicavit *Joh. Argyropulus* Byzantius, cujus verſio occurrit in editione latina Operum Ariſtotelis Venet. 1496. fol. aliisq;, etiam in Græcolatinis, excepta Duvalliana. *Franciſci Vatabli* paraphraſis & annotationes Pariſ. 1530. fol. *Auguſtini Niphi* expoſitio Venet. 1519. fol. *Gualteri Burlæi* ibid. 1589. fol.

Græce editi ſunt libri Ariſtotelis phyſici eleganter & emendate à *Guil. Morellio* cum notis. Pariſ. 4.

Cum verſione & commentariis *Franciſci Vicomercati* Mediolanenſis prodierunt Pariſ. 1550. fol. ad Henricum II. Galliarum Regem.

Cum commentario *Conimbricenſium* Philoſophorum. Colon. 1800.

* E quarto quidem nihil affert Juſtinus vel quisquis auctor, ſed tantum è primoribus tribus. At. p. 137. pro ἐκ τῆ ἑνάτης λόγης legendum ὀγδόης. Juſtinus enim ſcripſerat ἐκ τῆ Θ. quod in his Ariſtotelis Phyſicis perinde ut in Homeri libris non denotat numerum nonum ſed octavum. Confer quæ infra poſt num. 15.

2011 Ministerio de Cultura

1600. 4. ut alias editiones omittam, nec dicam de commentariis *Ægidii Romani*, *Thomæ Aquinatis* &c. Nam hodie equidem, quis leget hæc?

In editione Operum Aristotelis græcolatina DuValliana adjuncta occurrit *Julii Pacii* translatio.

X. ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ βιβλία δ'. *De cælo libri IV.* quorum primus agit de mundo & corporibus circulariter mobilibus, quæ incorruptibilia * esse existimat Aristoteles, *secundus* de sphæris cœlestibus ac stellis: *tertius* de Simplicibus corporibus, quæ sunt sub luna, sive de quatuor elementis, & quartus de gravitate ac levitate. Hos libros non de cœlo sed de mundo potius inscribi debere existimabat *Alexander Aphrodiseus*, cujus commentarius frequentissime laudatus à Simplicio intercidit, non minus quam *Syriani* & *Ammonii*.

Exstat è græcis in hos libros eruditus *Simplicii* commentarius, & quæ latine tantum prodiit Metaphrasis *Theodori Metochitæ*. *Damascii* parecbolæ in librum I. Labbeo p. 112. Bibl. nov. MSS. memoratæ necdum viderunt lucem. Paraphrasis *Themistii*, quæ latine prodiit Venet. 1474. fol. non è Græco translata est sed ex Hebræo, per *Moysen Alatinum* Spoletinum.

E recentioribus juvat laudare editionem græcam Parisiensem *Guil. Morellii*, cum notis, tum *Thomæ Aquinatis* commentarios, præterea *M. Antonii Majoragii* Paraphrasin Basil. 1554. fol. Commentaria *Conimbricensium* Philosophorum, Colon. 1600. 4. & *Ioh. Lud. Havenreuteri* Francof. 1605. 8. *Augustini Niphi* expositionem Venet. 1525. fol.

In græcolatinis Operum Aristetelis editionibus servatur latina versio *Iohannis Argyropuli*. In Chinensem sive Serum lingvam translatos hos libros à *Roderico de Fiqueyredo* A. 1625. legas in Bibliotheca Jesuitica Nathanaelis Sotvelli.

XI. ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΚΑΙ ΦΘΟΡΑΣ βιβλία β'. *De generatione & corruptione libri II.*

E græcis exstant commentaria *Ioh. Philoponi*, & quæ latine tantum vidit lucem, *Theodori Metochitæ* Paraphrasis. Spectat & huc *Alexandri Aphrodisei* de mistione liber, qui cum ejus commentariis in Meteo-

* Aristotelis dogma de æternitate Mundi singulari opere oppugnaturum se promisit *Joh. Philoponus* in libro erudito ejusdem argumenti adversus argumenta Procli, VIII. 6. X. 5. & XIII. 1. Confer XI. 9. seq. ubi paucis & obiter contra Aristotelem disputat.

2011 Ministerio de Cultura

teora prodiit. Epitomen *Michaelis Pſelli* in Bibliotheca Cæſarea exſtare legas apud Voſſium de Philoſophia p. 29. è Verderio, ut ſuſpicor, vel Iſraele Spachio hoc ſcribentem. Sed in Lambecii & Neſſelii catalogis hoc non invenio.

In græcolatinis editionibus Ariſtotelis habetur latina verſio *Franciſci Vatabli*; Paraphraſis *M. Antonii Majoragii* prodiit Baſil. 1554. fol. Vertit præterea *Petrus Alcyonius* Baſil. 1546. 4.

XII. ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ *βιβλία δ'. De meteoris* libri IV.* Horum primum nonnulli olim abjudicarunt Ariſtoteli, quorum argumenta affert ac refellit Olympiodorus. Librum quartum Aphrodiſeus, & cujus perierunt commentaria *Ammonius*, ſubjunxerunt eodem Olympiodoro teſte libris duobus de generatione & corruptione. Idem Aphrodiſeus lib. 3. *ἀπορίων καὶ λύσεων* c. 14. *ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ μὲν τετάρτῳ μετεωρολογικῶν, ὄντι δὲ μᾶλλον οἰκείῳ τῇ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς πραγματείᾳ.* Exſtant è græcis *Alexandri Aphrodiſei* (ſive alterius & vetuſtioris auctoris, ut videtur A. Schotto p. 157. Vitæ Ariſtotelis & Petro Victorio XXV. 22. Var. lect.) commentaria & *Olympiodori* (ſed libri ſecundi & quarti extrema parte mutila) & *Ioh. Philoponi* in librum primum neque illum integrum, tum paraphraſis *Theodori Melochitæ* ex latina Gentiani Herveti interpretatione.

In græcolatinis editionibus Operum Ariſtotelis occurrit verſio latina *Franciſci Vatabli.*

E recentioribus poſt *Conimbricenſes* non prætermittendus *Nic. Cabei* commentarius Rom. 1646. fol. & *Franciſci Vicomercati* Pariſ. 1556. fol. *Auguſtini Niphi* Venet. 1531. fol. Vertit & *Petrus Alcyonius* Baſil. 1546. & *Ioh. Geneſius Sepulveda* Pariſ. 1532. fol.

XIII. ΠΕΡΙ ΚΟΣΜΟΥ, *De mundo liber*, exotericus, ſive Epiſtola de univerſo ad Alexandrum. In Codice Dan. Heinſii inſcribebatur *περὶ κοσμοποιΐας.* Sed verus eſt titulus ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ, ut è Stobæo notavi lib. II. c. 10. §. 17. neque dubi-

* Μετεωρολογικὴ πραγματεία à veteribus ſcriptoribus interdum accipitur pro parte Aſtrologiæ, ut docet Iſ. Caſaubonis ad 1. Strabonis p. 7. Sed Ariſtoteles in his libris agit de Meteoris, quæ infra lunam gignuntur, quæ μετάρσια vocat Achilles Tatius Iſagoge in Aratum c. 32. De iisdem diſputat & Seneca in quæſtionibus naturalibus, qui Ariſtotelem plus ſimplici vice laudat. *Theophraſti* περὶ μεταρσίων librum IV. allegat Plutarchus in quæſtionibus græcis. At Laertius & Olympiodorus περὶ μετεώρων.

2011 Ministerio de Cultura

dubito hoc ſcriptum inter γνήσια Philoſophi monumenta referre, tum ipſius Strobæi auctoritate, tum Demetrii lib. de elocutione c. 253. & Apuleji, qui latine propemodum ad verbum convertens, *Ariſtotelem prudentiſſimum & doctiſſimum Philoſoph rum, & Theophraſtum* ſequi ſe ait. Præterea Juſtini Martyris in Adhortatione ad Gentes p. 6. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λόγῳ σύντομόν τινα τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας ἐκτεθέμενος ὅρον. Joh. Philoponi de mundi æternitate contra Proclum VI. 18. duobus in locis: ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ κόσμου λόγῳ ὡς ἐπιθεῖ πάντα &c. Auctoris denique vitæ Ariſtotelis à Menagio editæ, qui inter ejus ſcripta refert librum περὶ κόσμου γενέσεως. Prætereo tanquam non ſatis explorata nec diſerta Ciceronis, Origenis, Theodoriti & Themiſtii teſtimonia (de quibus vide, ſi placet, Naudæum diatriba de fato §. XVIII.) & recentiora ſuffragia Thomæ Bravvardini lib 1. de cauſa Dei contra Pelagium c. 29. Beſſarionis III 10. contra calumniatorem Platonis, & Arſenii Monembaſiæ Archi-Epiſc. in limine Apophthegmatum. Fateor addubitaſſe Proclum lib. V. in Timæum p. 322 ὥς πού φησι πάλιν Ἀριστοτέλης, εἴπερ ἐκεῖνο τὸ περὶ κόσμου βιβλίον, & longe plurimos è recentibus abjudicaſſe audacter Ariſtoteli, ut faciunt Muretus II. 8. Var. Lect. Scaliger uterque, Iſaacus Caſaubonus, Salmaſius p. 1247. ad Solin. Dan. Heinſius p. 25. ſeq. ad Maximum Tyrium, Menagius ad Laert. p. 203. 323. Voſſius de ſcientiis Math. p. 272. & de Philoſophia p. 28. Naudæus loco laudato, & nuper D. Philippus Jacobus Spenerus * ὁ μακαρίτης: vel *Theophraſto* tribuiſſe, ut Petrus Alcyonius præf. & nonnulli apud Cœlium Rhodig. VIII. 16. vel *Nicolao Damaſceno*, ut P. Victorius XXV. 13. Var. Lect. Nic. Loenſis VI. 12. Epiphyllidum & Simon Portius apud Jac. Thomaſium c. XI. Phyſicæ quæſt. 15. & Dan. Heinſius in diſſert. qua multis argumentis hoc ſcriptum Ariſtoteli eripere

* Verba ejus hæc ſunt præf. ad Tabulas in Hodoſophiam Dannhauerianam D. 3. b. *Nonnego ab illo tempore, quo juvenis non indiligenti opera libros Philoſophi evolvebam, non valde me ipſo delectatum, quod male me haberet, dum minus in eo invenirem, quod aliquam Theologiam naturalem ſaperet, quam in multis alius antiquorum Philoſophis divinitatis alicujus ſtudioſoribus, cujus tam rara in operibus ſatis diffuſis veſtigia conſpiciuntur, ſi librum de mundo excipias, qui ob id præ aliis placuit, ſed poſt alias ex hac etiam cauſa Ariſtoteli abjudicandus.* Simile judicium Juſti Lipſii lib 1. de conſtantia c. 18. *Et talis in divinis ubique fere Ariſtoteles eſt: libellum illum de mundo excipio, qui totus aureus ab alia mihi videtur & cœleſti aura.* Melius tandem conſultum ſub finem vitæ hunc librum conſcripſiſſe Ariſtotelem exiſtimat Gaſſendus de Phyſiologia Epicuri p. 369.

2011 Ministerio de Cultura

re ſummo ſtudio conatur p. 563. Orat. vel *Anaximeni Lampſaceno*, eidem, cui Rhetorica ad Alexandrum adſcribi ſupra dixi : vel denique *Poſidonio* Stoico, ut Thom. Gianinus & Thom. Aldobrandinus ad Laertii VII. 138. 152. Adde Gaſſendum T. 1. Opp. p. 145. Viciſſim Ariſtoteli librum hunc vindicant præter teſtimonia veterum paulo ante laudata veterumque codicum auctoritatem Petrus Petitus II. 19. Obſ. (qui Ariſtotelem in exotericis ſcriptis uſum proœmio obſervat è Ciceronis IV. ad Atticum 16. & nihil in illo libro contineri, quod placitis Ariſtotelis non ſit conſentaneum, contendit:) Elmenhorſtius ad Apulejum de mundo, & Fortunius Licetus in Allegoria Peripatetica, Joh. Philippus Pfeifferus ſingulari diſſert. Regiomonte Anno 1667. tum qui commentariis & notis librum illuſtrarunt, *Olaus VVormius* Roſtoch. 1577. 8. *Joh. Langius* Francof. 1601. 8. & *Bonav. Vulcanius*, qui Græce cum veteri *Apuleji* & recentiore *Guil. Budæi* verſione edidit, ſcholiisque & caſtigationibus in contextum græcum & interpretum utrumq; illuſtravit, ſubjuncto Gregorii Cyprii encomio maris, & Pauli Silentiarii Jambicis quibusdam, Lugd. Bat. 1591. 8. Prodierat Ariſtotelis liber de mundo cum Budæi verſione & *Sim. Grynæi* ſcholiis, additis Cleomedis & Philonis Judæi libris ejusdem argumenti, Baſil. 1533. 8. Budæi verſio exſtat etiam in græco-latinis operum Ariſtotelis editionibus. *Petri Alcyonii* interpretatio prodiit ib. 1546. 4. inter alia Ariſtotelis ſcripta ab eodem translata. Tranſtulit & *Joh. Geneſius Sepulveda*. Pariſ. 1548. 4.

XIV. ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ βιβλία γ'. *De anima libri III.* quorum primo veterum Philoſophorum hoc de argumento ſententias ad examen revocat, ſecundo agit de anima ſenſitiva, tertio de rationali.

Perierunt *Alexandri* Aphrodiſei & *Plutarchi* Neſtorii F. commentaria Simplicio laudata, & quæ de anima ſcripſerant *Theophraſtus* à Themiſtio allegatus, *Porphyrius* & *Jamblichus*.

Intercidit quoque Ariſtotelis ipſius dialogus *Eudemus*, qui de anima agebat, & ab eodem Simplicio plus ſimplici vice in teſtimonium citatur.

Exſtant è græcis commentaria erudita *Simplicii* & *Joh. Philoponi*, tum *Themiſtii* paraphraſis Lud. Nogarolæ commentario illuſtrata, & cujus verſio latina ſola *Herveto* auctore prodiit, Metaphraſis *Theodori Metochitæ*. In *Alexandri* quoque *Aphrodiſienſis* libris quatuor ἀπορίων & λύσεων quædam librorum de anima loca illuſtrantur.

In editione græco-latina Caſauboniana & aliis quibusdam occur-

2011 Ministerio de Cultura

currit versiio *Joh. Argyropuli*, In Du Valliana Tomo II. *Julii Pacii*. Commentaria *Petri Martinesii* Toletani prodiere Segunti 1575. fol.

XV. PARVA * NATURALIA, libelli XI.

(*a*) ΠΕΡΙ᾽ ΑἸΣΘΉΣΕΩΣ (sive potius ΑἸΣΘΗΤΗΡΙ΄ΩΝ) ΚΑΙ᾽ ΑἸΣΘΗΤΩ̃Ν, *De sensu*, sive *sensoriis & rebus sensibilibus*. Laudat hunc librum Porphyrius ad Ptolemæi Harmonica p. 328. & respicit Priscianus Lydus in commentario ad Theophrastum de sensu.

Exstat è græcis commentarius *Alexandri* Aphrod. & Metaphrasis quæ latine duntaxat prodiit *Theodori Metochitæ*.

In græco-latinis editionibus Operum Aristotelis occurit hic liber & quatuor proxime sequentes cum latina versione *Francisci Vatabli*.

(*b*) ΠΕΡΙ᾽ ΜΝΉΜΗΣ ΚΑΙ᾽ ΑἈΝΑΜΝΉΣΕΩΣ, *De memoria & reminiscentia*. allegatur à Stobæo & aliis.

Exstant è græcis Scholia *Mich. Ephesii*, & *Themistii* Paraphrasis, & latine tantummodo edita *Theodori Metochitæ*.

(*c*) ΠΕΡΙ᾽ ῞ΥΠΝΟΥ ΚΑΙ᾽ ἘΓΡΗΓΌΡΣΕΩΣ, *De somno & vigilia*. Cum superiore libro tanquam unum scriptum allegatur à Suida in *μνήμη*. Exstat è græcis *Themistii* Paraphrasis, Scholia *Mich. Ephesii*, & latine tantummodo edita Metaphrasis *Theodori Metochitæ*.

Græce & latine prodiit hic libellus, & duo proxime sequentes, cum versione *Nicol. Leonici Thomæi*, subjuncto Hippocratis libro de insomniis, Jul. Cæs. Scaligeri commentariis illustrato. Gieff. 1610. 8.

(*d*) ΠΕΡΙ᾽ ἘΝΥΠΝΙ΄ΩΝ, *de insomniis*.

Exstant e græcis *Themistii* paraphrasis, & *Mich. Ephesii Scholia*, & versio latina paraphraseos *Theodori Metochitæ*.

(*e*) ΠΕΡΙ᾽ ΤΗ̃Σ ΚΑΘ᾽ ῞ΥΠΝΟΝ ΜΑΝΤΙΚΗ̃Σ, *de divinatione per somnum*.

Exstant è græcis *Themistii* Paraphrasis, & Scholia *Mich. Ephesii*, & latina versio Paraphraseos *Theodori Metochitæ*.

(*f*) ΠΕΡΙ᾽ ΤΗ̃Σ ΚΟΙΝΗ̃Σ ΤΩ̃Ν ΖΏΩΝ ΚΙΝΉΣΕΩΣ, *de communi motionis animalium causa*. Græca emendatius edidit Florentiæ Thomæus, & Parisiis Guil. Morellius.

Exstant & è græcis Scholia *Mich. Ephesii*, & cujus latina versio duntaxat lucem vidit, *Theodori Metochitæ* Paraphrasis.

In Græcolatinis operum Aristotelis editionibus habetur latina ver-

* Parva Naturalia verterunt *Petrus Alcyonius* Basil. 1546. 4. *Joh. Genesius Sepulveda* Paris. 1532. fol. Commentaria *Augustini Niphi* prodierunt Venet. 1523. fol. *Petri Pomponatii* commentarium MS, habuit Naudæus teste Labbeo p. 234. Bibl. nov. MSS.

2011 Ministerio de Cultura

vcrſio *Nicolai Leonici Thomæi.* Tranſtulit & *Petrus Alcyonius*, cujus verſio edita cum Gazæ hiſtoria animalium Baſil. 1534. fol.

(*g*) ΠΕΡΙ᾽ ΜΑΚΡΟΒΙΌΤΗΤΟΣ ΚΑΙ᾽ ΒΡΑΧΥΒΙΌΤΗΤΟΣ, *de longitudine & brevitate vitæ.*

Exſtant è græcis Scholia *Mich. Epheſii*, & cujus latina tantum verſio edita eſt, Paraphraſis *Theodori Metochitæ.*

In Græco-latinis Ariſtotelis operum editionibus hic & proxime qui ſeqvuntur libelli duo occurrunt cum verſione *Francſci Vatabli.*

(*h*) ΠΕΡΙ᾽ ΝΕΌΤΗΤΟΣ ΚΑΙ᾽ ΓΗΡΩΣ, ΠΕΡΙ᾽ ΖΩΗΣ ΚΑΙ᾽ ΘΑΝΆΤΟΥ, *de juventute & ſenectute, vitæ & morte.*

In hoc libro allegantur libri de anima & de partibus animalium. Alium Ariſtotelis librum de vita & morte laudat Apollonius c. 26. Hiſt. commentitiæ.

Exſtant è græcis Scholia *Mich. Epheſii* & latina verſio paraphraſeos *Theodori Metochitæ.*

(*i*) ΠΕΡΙ᾽ ΑΝΑΠΝΟΗΣ, *de reſpiratione.*

Exſtant è græcis ſcholia *Mich. Epheſii*, & cujus latina verſio tantum prodiit, Paraphraſis *Theodori Metochitæ.*

Verſus XXV. Empedoclis, qui cap. 7. afferuntur, latina Metaphraſi præter *Vatablum* donavit *Joſephus Scaliger.*

(*k*) ΠΕΡΙ᾽ ΖΩΩΝ ΠΟΡΕΙΑΣ, *de animalium inceſſu* ſive *greſſu communi* liber. Emendate edidit Guil. Morellius Pariſiis, & Florentiæ Nicolaus Leonicus Thomæus.

Exſtant è Græcis ſcholia *Mich. Epheſii*, & cujus latina tantum verſio edita eſt, Paraphraſis *Theodori Metochitæ.*

In Græco-latinis Operum Ariſtotelis editionibus occurrit latina interpretatio *Nic. Leonici Thomæi.*

(*l*) ΠΕΡΙ᾽ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ, *De ſpiritu Animali* libellus, cum Anonymi interpretis latina translatione legitur in editionibus græcolatinis Operum Ariſtotelis. Ariſtotelis eſſe negat Hier. Mercurialis II. 12. Var. lect. & Sylburgio ſtylus Alexandrum potius Aphrodiſeum, aut alium quam Ariſtotelem refert. Perplexiſſimum librum ſæpe vertiſſe ſe, ſæpe verſionem concerpſiſſe, tandem etiam commentariis illuſtraſſe teſtatur *Julius Cæſar Scaliger* Exerc. CCLXXIII. Vertit etiam & illuſtravit *Daniel Furlanus* cum ſcriptis quibusdam Theophraſti. Hanov. 1605. fol. Ac Meurſius exiſtimat hunc ipſum eſſe librum περὶ πνευμάτων, quem inter *Theophraſti* ſcripta memorat Laertius V. 45.

2011 Ministerio de Cultura

Quæ hactenus recensui scripta Physica (excepto libro de mundo) apud Laertium V. 26. memorari videntur sub titulo Φυσικῶν κζ΄ στοιχεῖον, * βιβλία λή qui numerus XXXVIII. confirmatur etiam ab Anonymo Menagii. Sed Casaubonus suspicatur legendum κδ, *Rerum naturalium ordine literarum scripti libri XXIV.* Rationem inscriptionis illustrat Cœlius Rhodiginus XVII. 17. *Ingenio illi inenarrabili Aristoteli, qui ex nobili lectionis multijugæ variantisque cura est à Platone anagnostes nuncupatus, tria Philosophiæ munia suscepta pertractataque sunt, Physicum, Metaphysicum, Morale: sed ita, ut Alphabetis tribus omnia sit complexus: nam* Physicorum *libri elementa implent omnia, siquidem octo leguntur de rerum naturalium principiis, de cœlo ac mundo quatuor, de generatione ac corruptione duo, de meteoris quatuor: de animæ historia tres, de animalium motu unus, & duo qui parva, ut modo dicitur, naturalia comp'ectuntur. Huic vero sententiæ vetus suffragatur attitulatio, in qua more Homerico ita enotabatur librorum ordo, ut Physicorum diceretur ** alpha, qui primus; beta, qui secundus; & deinceps. Quam rationem in* Moralibus *item est secutus. Nam ni demutilati forent temporum incuria, ac præcurtati, plenum literarum numerum in Ethicis, Politicis, Oeconomicis agnosceremus. Idipsum & in* Metaphysicis *consequeremur, ni pleraque depravasset vetustas. Quæ autem de Plantis aut de animalibus tanto sunt concinnata Philosopho, jam elementa non sunt, sed velut ex elementis coaptatæ syllabæ, in quam seriem veniunt & magna moralia. Omnia vero hæc, problemata & Physionomica addivinatio consequebantur, quæ ab elementis dissita longe sunt.* In omnia alia abit Samuel Petitus, qui IV. 8. Miscell. per Φυσικὰ κζ΄ στοιχεῖον putat à Laertio intelligi opus quo veterum Physicorum ordine literarum digestorum opiniones recensitæ fuerunt & ad examen revocatæ, & cujus fragmenta hodie supersint libelli de dogmatibus Xenophanis, Zenonis & Gorgiæ. Merito non probatur hæc Petiti suspicio Jonsio p. 56. de scriptoribus Hist. Philos. nec Menagio ad Laert. p. 196.

XVI. ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ βιβλία ι, *Historiæ de animalibus libri X*, quorum primi quatuor agunt de partibus, sensu, memoria & aliis affectionibus hominis & animalium omnis generis: tres proximi de eorum ortu, octavus & nonus de vita, & decimus de causis sterilitatis. Plura volumina de animalibus scripserat Aristoteles, ad *quinquaginta* ferme, teste Plinio, vel (ut Antigonus Hist. commentitiæ c. 66.) *ad septuaginta.* Plinii locum adscribam ex VIII. 17. Hist. *Aristoteles diversa tradit, vir,*

* Nisi subintelligendum vocabulum προβλημάτων. Vide quæ infra num. XXV.
** Sic Theophrastus scripserat νόμων κατὰ στοιχεῖον, κδ. Laert. V. 44.

2011 Ministerio de Cultura

vir, quem in his magna secutus ex parte, præfandum reor, Alexandro Magno Rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciæque tractu parere jussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinæ, aviaria in cura erant, ne quidusquam gentium ignoraretur ab eo: quos percontando quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit. Athenæus IX. p. 398. refert Aristotelem in sumtus huic operi necessarios ab Alexandro accepisse talenta octingenta, hoc est summam (non 480000, ut est in Chevræanis T. 1. p. 214) sed 600000. amplius thalerorum, unde πολυπάλαντος πραγματεία audit eidem Athenæo. Quod vero ad numerum librorum attinet, præter hos decem alii etiam ex editis ad hoc argumentum spectant, vel jam à me memorati, vel mox recensendi: de partibus animalium IV. de generatione V. de incessu I. de motu I. de spiritu I. Neque diversa ab his contineri suspicor in libris XIX. de historia animalium, quos ex *Arabico* in latinum translatos à *Mich. Scoto* memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 201. vel in libro XII. XIII. XIV. & XV. quos Arabice ex Oriente secum attulit Jacobus Golius. Cæterum longe plures interciderunt, quorum speciales quosdam titulos notavi infra capite proximo, ut sunt, Ἀνατομῶν libri VIII. Ἐκλογαὶ ἀνατομῶν. I. περὶ τῶν ζώων ἠθῶν. Περὶ τῶν μυθολογουμένων ζώων; ὑπὲρ τῶν συνθέτων ζώων, ζώιων καὶ περὶ ἰχθύων, περὶ θηρίων, περὶ ζωῆς καὶ θανάτου diversus ab eo quem habemus, &c. Laertius *novem* tantummodo libros περὶ ζώων memorat V. 25. & novem duntaxat libros vertit, qui post *G. Trapezuntinm* * hoc opus interpretatus est *Theodorus Gaza* Thessalonicensis. Confer Vossii lib de Philosophia p. 34. *Decem* libros agnoscit Anonymus vitæ Aristotelis scriptor græcus, quem Menagius edidit. De ordine iterum turbat nos Samuel Petitus, qui p. 145. commentarii ad Leges Atticas ita scribit: *Harpocratio in* ἑβδομευομένου *laudat Aristotelem in nono historiæ de animalibus, quod videri possit* μνημονικὸν *Grammatici fuisse* ἁμάρτημα, *nam ea habentur VII. 12. Verum nullus dubito plures fuisse libros Aristotelis* περὶ ζώων ἱστορίας, *quam Græce hodie extent, & certe apud Arabes supersunt ad novendecim* (potius mihi persvadeo illos XIX. ut jam innuebam, esse libros X. historiæ, & libros IV. de partibus, ac libros V. de geratione animalium) *tum etiam in unum coaluisse librum, qui olim apud veteres duo erant. Nam ut puto*

* G. Trapezuntii vestigia passim legere, licet dissimulet, Theodorum, notat Politianus cap. XC. Miscell.

2011 Ministerio de Cultura

puto primus liber generalia illa complectebatur tantum, quæ ſex primis capitibus ad hæc usque verba: Ταῦτα μὲν δὴ τὸν τρόπον εἴρηται νῦν ὡς ἐν τύπῳ, χάριν. *Hinc incipit liber ſecundus, cujus argumentum* τὰ δ' ἀνθρώπου μέρη. *Sequitur ſecundus, ut vulgo editur, qui veteribus tertius fuit. Tertius vulgati ordinis eſt quartus veterum, ſed quartus, qui vulgo cenſetur, in duos rurſum diſtribuendus eſt, quorum prior, qui quintus eſt, veteribus ſeptem primis capitibus definitur. Ab hac vero clauſula alter, qui ſextus eſt, incipit:* τὰ μὲν δὴ μέρη &c.

Cum Ariſtotele περὶ ζώων Artemidorus conjungit *Ariſtophanis* in Ariſtotelem ὑπομνήματα II. 14. Onirocritic. reſpiciens haud dubie compendium, quod ex Ariſtotelis libris de natura Animalium compoſuiſſe Ariſtophanem Byzantium teſtatur Hierocles in Hippiatricis p. 4. Nec optima fide in hoc labore Ariſtophanem verſatum eſſe, ex eo ipſo Hieroclis loco obſervat Mauſſacus ad Ariſtotelem p. 1246. Allegatur Ariſtoteles ἐν τῇ περὶ ζώων πραγματείᾳ ab Eratoſthene c. 34. Cataſteriſm. aliisque innumeris, quemadmodum veſtigia ejus diligentiſſime legunt, qui de animalibus poſt ipſum ſcripſere, *Plinius* è latinis & *Albertus Magnus*: ex Arabibus *Avicenna*, è græcis *Aelianus*, *Oppianus*, *Emanuel Phile* &c. ne de perditis loquar, *Theophraſto*, *Eudemo* &c. & aliis infinitis, oportuniore fortaſſis loco à me recenſendis. Tantum adſcribam in præſenti verba Artemidori lib. IV. c. 24. Onirocrit. Πολλοὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ἀριστοτέλους περὶ ζώων, καὶ Ἀρχελάου, καὶ τῷ Ξενοκράτους Ἀφροδισιέως θηρευκότες ὑφ' ὧν ἕκαστον τῶν ζώων θηρεύεται, καὶ τὶ ἕκαστον φοβεῖται, ᾧ μάλιστα χαίρει, εἰς συντυχὰς καὶ θεραπείας ἀναπεπλάκασι, ὅ μάλιστα κῆρός ἐν τρίτῳ τῆς ἑαυτοῦ συντάξεως κέχρηται ἔτος, ὃ ἐγὼ καίπερ εὐειδῶς τὸ ὄνομα δι' ὑπομνήσομαι. *Michaelis Epheſii* Scholia (nec dum edita) in hos Ariſtotelis libros memorat hinc inde Auguſtinus Niphus in ſuis commentariis.

Græce Ariſtotelis Hiſtoria Animalium vulgata eſt cum aliis quibusdam libris Philoſophi Phyſicis Venet. apud Aldum 1503. fol. Tum Florentiæ, curante *Nocol. Leonico Thomæo* 1527. 4.

Latinam verſionem *Georgii Trapezuntii* Politiano laudatam non vidi. Translatio librorum novem per *Theodorum Gazam* qui Nicolao V. illam dicaverat, prodiit Venet. 1476. fol. Baſil. 1533. fol. Libri decimi interpretatio & in eum commentarius auctore *Julio Cæſare Scaligero* Lugd. 1584. 8.

Denique libri decem *græce & latine* à *Julio Cæſare Scaligero* emendati, novaque verſione & luculentis commentariis illuſtrati prodierunt poſt

2011 Ministerio de Cultura

poſt auctoris fata, edente *Philippo Jacobo Mauſſaco*, quem ad hunc laborem ſuſcipiendum Fabricius Peireſcius ** inſtigaverat. Prodiit opus ab eruditis tunc anxie deſideratum Toloſæ A. 1619. fol. cum nonnullis ejusdem Mauſſaci animadverſionibus ad calcem voluminis rejectis. Non pauca Ariſtotelici operis illuſtrant Conradus Geſnerus & Ulyſſes Aldrovandus in voluminoſo uterque opere, quod de animalibus condidit.

In latinis antiquioribus Ariſtotelis editionibus hi libri de hiſtoria animalium, plane deſiderantur. In aliis Gazæ interpretatio occurrit. In græcolatinis libri novem adjunctam habent Gazæ, decimus Scaligeri translationem.

XVII. ΠΕΡΙ' ΖΩΩΝ ΜΟΡΙ'ΩΝ *βιβλία δ'. De partibus animalium*, earumque cauſa ac ratione, ** *libri* IV. Emendatius græca edidit Florentiæ Nic. Leonicus Thomæus.

Exſtant è græcis ſcholia *Mich. Epheſii.* Cui nonnulli addunt *Danielem Cretenſem*, ſed adhuc ineditum. Ex Arabibus *Averroem*, qui inter alia Ariſtotelem adverſus Galeni objectiones defendit.

Latine vertit *Theodorus Gaza*, cujus verſio occurrit in Græcolatinis Ariſtotelis Operum editionibus. Librum primum interpretatus quoque eſt *Leonicus Thomæus.*

XVIII. ΠΕΡΙ' ΖΩΩΝ ΓΕΝΕ'ΣΕΩΣ *βιβλία ε'. De generatione Animalium libri V.* quos & ipſos Nic. Leonicus Thomæus emendatius græce edidit.

E græcis exſtant Scholia *Joh. Philoponi.* Ex Arabibus *Averroes*, qui Ariſtotelem ſuum itidem tuetur adverſus Galenum.

Theodori Gazæ verſio exſtat in græcolatinis Ariſtotelis editionibus.

XIX. ΠΕΡΙ' ΦΥΤΩΝ *βιβλία β'. De Plantis libri II.* memorantur à Laertio V. 25. & de Plantis ſcripſiſſe ſe teſtatur Ariſtoteles ipſe ſub extremum libri de brevitate vitæ, & initio libri quinti Hiſtoriæ de animalibus. Allegat & Athenæus XIV. p. 652. At qui hodie exſtant libelli duo de Plantis ſub Ariſtotelis nomine, græce à recentiore quodam (*Muſuro*, vel *Laſcari*, vel ut Simoni Grynæo viſum *Theodoro Gaza*, vel potius *Maximo Planude*, ut ſuſpicatur *Cæſar Scaliger* p. 26. in lib. 1.) translati ſunt

* Gaſſendus in peireſcii vita lib. 3. ad A. 1619.

** Lib. 2. c. 1. ἐκ τίνων μὲν ἓν μορίων καὶ πόσων συνέσηκεν ἕκαστον τῶ ζώων ἐν ταῖς περὶ αὐτῶν δεδήλωται σαφέστερον. Δι' ἃς δ' αἰτίας ἕκαστον τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐπισκεπτέον νῦν, χωρίσαντες καθ' αὑτὰ τὰ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἰρημένων.

2011 Ministerio de Cultura

ſunt è latino Galli neſcio cujus, qui ex Arabico illos tranſtulerat, quæ Arabica verſio ex altera priore latina fuerat concinnata, ut proœmium græcum libris hiſce præfixum perſpicue docet. Ἀλλά τις Κελτὸς τὸ γένος ἐκ τῶν Ἀραβικῶν λειμώνων εἰς τὰς Ἰταλικὰς μεταπηπτεύων Φυταλιὰς &c. Non mediocrem vero auctor græcæ verſionis fatetur corruptionem huic opuſculo illatam, διὰ τὰς συχνὰς τῶν μεθερμηνεύσεων μεταβολὰς ἐκ τῆς ἑλληνικῆς εἰς τὴν τῶν Ἰταλῶν, εἰς τὰς Ἄραβας ἐκεῖθεν, καὶ πάλιν ἐξ Ἀράβων εἰς Ἰταλὰς, καὶ εἰς ἡμᾶς (Ἕλληνας) ἐκ τούτων ἐσχάτου. Hinc latiniſmi frequenter in his libris obvii, & Romæ mentio lib. I. c. 7. Sed & res ipſas earumq; tractationem non mediocriter ab Ariſtotelis rationibus diſſidere contendit *Julius Cæſar Scaliger*, cujus eruditi in hos libros commentarii lucem viderunt A. 1566. & Marpurgi 1598. 8. *Jubæne ſint*, inquit Sylburgius, *an multo recentioris Arabis, peritiores judicent.* Menagio judice ſunt centones male aſſuti è locis variis Ariſtotelis, & libro primo hiſtoriæ plantarum Theophraſti. Memorantur hi libri ab Averroe lib. I. Phyſic. cap. I. Sed Alexander Aphrodiſeus in lib. de ſenſu & ſenſili c. 4. jam ſua ætate negabat exſtare ſcriptum Philoſophi de Plantis.

In antiquis latinis editionibus exſtat * vetus translatio Anonymi ex Arabico facta & Rogero cuidam dicata, nec in duos libros diſtincta, ſub titulo libri *de vegetabilibus*. Eandem verſionem ſed quibusdam mutatis, video comparere in græco-latinis editionibus Operum Ariſtotelis.

Græce primum prodierunt Baſileæ 1539. 8. ad calcem Geoponicorum, ex officina Roberti Winter, cum præfatione *Simonis Grynæi*. Deinde cum operibus Theophraſti, ibid. 1541. fol. Hinc in græcis & græcolatinis Ariſtotelis editionibus. Jam enim comparent in Iſingriniana Baſil. 1539. fol.

XX. ΠΕΡΙ ΧΡΩΜΑΤΩΝ ά, *de coloribus liber*, magna eruditione refertus, ſive Ariſtotelis ſit ſive *Theophraſti*, ut ſentit Mercurialis III. 13. Var. lect. vel *Stratonis Lampſaceni*, ut viſum H. Conringio in epiſtola ad Rachelium, & Patricio p. 44. diſcuſſ. Peripatet.

Exſtant in hunc librum *Michaelis Epheſii* Græci ſcriptoris Scholia, ſed latine tantum edita. Meminit & Pachymeres Simone Portio notante, & Plutarchus, qui bina de coloribus volumina ad Ariſtotele ſcripta

* In iisdem editionibus præcedit alius libellus, qui inſcribitur *de Plantis*, ſed male: eſt enim pars libri de coloribus. Incipit: *in omnibus autem plantis principium colorum herbeum eſt.*

2011 Ministerio de Cultura

pta teſtatur. Latine vertit præter antiqvum interpretem (cujus verſio in editione latina Veneta A. 1496. male diſcerpta eſt in libros duos, quorum alter perperam inſcribitur de plantis) *Cœlius Calcagninus*, cujus interpretatio occurrit in Græco-latinis Ariſtotelis editionibus, DuValliana quidem T. 2. p. 793. ſq. Florentiæ emendatum edidit cum aliis quibusdam Phyſicis Philoſophi ſcriptis græce Nicolaus Leonicus Thomæus. Deinde *Simon Portius* Neapolitanus græca cum duobus MStis contulit, verſione nova & commentariis illuſtravit, Florent. 1548. & Pariſ. 1549. 8. teſtatus phraſin ſibi potius videri ſapere Theophraſtum, quam Ariſtotelem.

XXI. *a.* ΠΕΡΙ᾽ ἈΚΟΥΣΤΩΝ, *De audibilibus*, ſive *de his, quæ ſub auditum cadunt*, libellus ſervatus à *Porphyrio* in commentario ad Harmonica Ptolemæi p. 246 - - 254. edito græce & latine T. 3. Opp. Joh. Walliſii. Oxoniæ 1699. fol. Idem Porphyrius p. 231. teſtatur *πᾶν τὸ σύγγραμμα, totum librum* * ſe commentario ſuo inſeruiſſe. Latine primus vertit *Antonius Gogavinus* Gravienſis ad calcem Harmonicorum Ptolemæi, Venet. 1562. 8. Græce primus edidit *H. Stephanus* cum Sotionis quibusdam, & libro Ariſtotelis de admirandis auditionibus, & altero de lineis inſecabilibus Pariſ. 1557. 8. Deinde *Franciſcus Patricius* græce integrum inſeruit libro ſexto tomi 1. diſcuſſionum Peripateticarum p. 85. ſeq. & latinam ſuam verſionem p. 90. ſeq. ſubjunxit, quam ſervarunt curatores editionum græcolatinarum Ariſtotelis ante DuVallium, qui T. 2. p. 783. hunc libellum exhibet cum verſione *Adriani Turnebi*, ſed male inſcribit *fragmentum*, cum ſit liber integer. Denique cum Porphyrio denuo latine tranſtulit vir, quem dixi, præſtantiſſimus *Joh. VValliſius*. De Abulpharajo celebri Philoſopho ac Medico refert Gabriel Sionita c. 2. de urbibus & moribus Orientalium, quod librum Ariſtotelis de auditu, inventum in Harran Meſopotamiæ urbe, quadragies perlegit, & eidem libro ſupraſcripſit: *Vellem iterum legere.*

b. ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ ἈΚΟΥΣΜΑΤΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ. *Liber de admirandis narrationibus.* Græce poſt Thomæum aliosque emendatius editus ab H. Stephano, cum libro ſuperiore, Pariſ. 1557. 8. Multa ex hoc refert, Ariſtotele auctore laudato, Antigonus Caryſtius Hiſtor. mirab. cap. XXXI - - CXXVII. Allegat & Athenæus XII. p. 541. Suidas

S

* Solenne fuit Porphyrio integros aliorum tractatus ſuis inſerere commentariis. Sic commentariis in Platonis Sophiſtam inſeruerat Andronici Rhodii librum de diviſione, teſte Boethio lib. de diviſione p. 638.

2011 Ministerio de Cultura

das in κοπίνῳ. Stephanus Byz. in τῆνος & alibi. Sed in γελωνοὶ male quædam editiones & in his Berkeliana habet, πέμπῳ ϖεὶ γυμασίων ἀκϱσμάτων, cum illud πέμπῳ à Xylandro recte sit expunctum. Etiam Laertius, Patricio judice, per συναγωγῆς ά, β', V. 25. hoc scriptum intelligit, Meminit & γυμασίων ἀκϱσμάτων inter Aristotelis scripta Anonymus Menagii. *Si qua conjecturæ venia*, inquit H. Dodvellus diss. de ætate peripli Hannonis cap. 21. *crediderim hoc opus è variis Aristotelis operibus collectum esse à discipulo & successore illius Theophrasto, verbis nonnunquam suis, nonnunquam ipsius Aristotelis.* Aristotelis esse negat præter Erasmum Philander ad Vitruvium VIII. 3. idque se multis posse demonstrare argumentis, Jonsius p. 176. Vossius de Hist. græc. p. 514. Joh. Bodæus à Stapel ad Theophrastum p. 214. &c. Etiam Theophrasti esse, é Plinio observasse visus est sibi Joh. Camers ad Florum. Contra tamen Julius Cæsar Scaliger ad eundem Theophrastum de causis plantarum pag. 325. *Commentarius de miraculis auditis, Aristotelis est, non Theophrasti. Est enim illius nectareus stylus.* Liber ipse genuinus Aristotelis, sed fragmentum, quod ad calcem hujus libri legitur, Ὑποβολιμαῖον est Maussaco in limine notarum ad Plutarchum de fluminibus, ex quo multa in illud congesta & inde avulsa esse observat.

In editionibus græcolatinis Aristotelis occurrit incerti auctoris latina interpretatio.

XXII. ΠΡῸΣ ΤᾺ * ΞΕΝΟΦΆΝΟΥΣ, ΠΡῸΣ ΤᾺ ΖΉΝΩΝΟΣ, ΠΡῸΣ ΤᾺ ΓΟΡΓΊΟΥ, *Adversus dogmata* quædam physica ac Metaphysica *Xenophanis, Zenonis Eleatæ & Gorgiæ*, libelli tres, græce tantum leguntur in editione græcolatina Aristotelis Lugdunensi Casauboniana: Sed in cæteris exstant cum latina versione *Joh. Bernardi Feliciani*, ut in Du-Valliana T. 2 p. 834. seq. Vertit etiam latine *Arnoldus Ferronus* Burdegalensis, Lugd. 1557. 8. Franciscus Patricius T. 1. discuss. Peripatet. p. 26. & 34. hos solos libros & Mechanica, quod Aristotelis sint, omnem controversiam effugere existimat, licet merito dubitari ait Jonsius p. 56. Meminit inter scripta Philosophi Laertius V. 25. & Anonymus Menagianus. In editis græca admodum sunt corrupta, & hinc inde etiam manca, quæ suppleri & emendari possunt ex codice MS. eximio Bibliothecæ Paulinæ, quæ est Lipsiæ in patria mea, ex quo hoc facere pridem insti-

* Hanc inscriptionem probat librorum argumentum, & Laertii Anonymique Menagiani auctoritas, & quod similiter Philosophus scripserat πϱὸς τὰ Μελίσσϰ, πϱὸς τὰ Ἀλκμαίων& &c. Itaque omisi titulum, qui in editionibus & Codice Lipsiensi, πεϱὶ Ξενοφάνϵς, πεϱὶ ζήνων&, πεϱὶ γοϱγίϰ.

2011 Ministerio de Cultura

instituit Jenensis Academiæ lumen *Joh. Andreas Bosius*, sed his ejus conatibus, ut egregiæ, quam parabat, Josephi editioni fata interceſſerunt. Habeo & ipſe lectiones ejusdem Codicis, quas mecum olim pro ſua in me voluntate communicavit civis meus chariſſimus idemque doctiſſimus *Godfridus Olearius*, atque hoc loco pace ipſius, in lectoris uſum integras inſerere non dubitavi.

Variæ lectiones Codicis Bibl. Paulinæ Lipſienſis, cum Iſ. Casauboni editione libri Ariſtotelis de Xenophane Zenone & Gorgia collati.

Primam partem hujus libri non περὶ Ξενοφάνους uti Caſaub. editio habet, ſed περὶ Ζήνωνος inſcribit MS. ſecundam contrà inſcribit περὶ Ξενοφάνους, quæ repudianda procul dubio eſt lectio.

Ed. Caſ.

Pag. 752. col. 1.

v. 3. πάντα δὶ ἀμφοτ.] πάντα αἰδία ἀμφοτέρως

ibid. lacuna ſuppletur verbo γενέσθαι.

5. περιυπάρχειν. εἴ τῳ τινῶν] περιυπάρχειν. εἴτ' ὄντων τινῶν

6. ᾧ δὴ] εἰ δὴ

7. ἠδ' ἐν] καὶ δ' ἐν

9. ἓν εἶναι] ὂν εἶναι

10. πολέον] πολέω

ib. πέρατα] περ . . . λίαν

ib. ὅμοιον] ὂν ὅμοιον

11. πάντα] πάντη

ib. ἀνόμοια] ἀνόμοιον,
ἔτι ἓν θεῖναι] ἔτι εἶναι. f. ἓν τὲ εἶναι

12. μέτριον] ἄμετρον

13. ἔτι] εἴς τι

pag. 752. col. 1.

ibid. ὑποχωρῆσαν δὲ, ἀναγκ.] ὑποχωρῆσαι δὲ ἀνάγκ.

14. δοξαστὸν] δεκτὸν

15. τοιούτων δὲ ὄντων ἀνωδύνων τε καὶ ἀναλγήτων ὑπάρχειν . . . καὶ ἄνοσον εἶναι] τοιοῦτο δὲ ὂν τὸ ἓν ἀνώδυνόν τε καὶ ἀνάλγητον, ὑγιές τε καὶ ἄνοσον εἶναι.

18. μὴ ὄν] ἓν

20. πολλὰ] πολλά τε καὶ

23. χωρίζοντων] χωρίζονται

24. τὸ ὑπ' ἀλλήλων] τὰ ὑπ' ἀλλήλων

25. ἕτερον δὲ τὸν τρόπον] τούτων δὲ τῶν τρόπων.

27. ταὐτὰ] ταὔτα

28. ἅπασιν] ἀπατᾷ

29. ἀναιρεῖ] ἀναιρεῖν

ibid. ἀλλ' ἀΐδιον] ἀλλὰ ἓν ἀΐδιον

30. ἀεὶ] αἰὲν

ibid. ὂν βέβαιον] εἰσὶ βέβαιοι

31. ὀθὲν] ὅθεν

34. ὄντες] πάντες

ibid. εἰ δὲ μὴ] εἰ δὲ μὴ ἦν

2011 Ministerio de Cultura

pag. 752. col. 1.

v. 35. 36. ἀπιδεῖξαι τὰς τοιαύτας μιότητας μάλιστα] ἀπιδείξαντα τοιαύτην ποιότητα ἢ τὰς μάλιστα, distinctio vero non post ὁρᾷς sed post δοκάσας ponitur.

40. πολλὰ γένοιτο χδ' ἄν ὂν] πολλὰ γένη. τὸ χδ' ὂν

ibid. ὅτι ἐστίν] ὅτι ἐστὶν, forte ὅτι ἐστὶν, simili enim modo etiam supra ἴν pro ἔν scriptum reperi.

43. ἔχοντ@] ἔχοντες

44. post ὑπολήψεις ταύτας ista adduntur in MS. καὶ ὡς ἂν γένοιτ' ἂν δὲν ἐκ μηδενὸς πολλὰ δὲ

pag. 752. col. 2.

v. 2. συμβαίνειν ἄν τις εἶναι] συμβαίνει ἐναντίας εἶναι.

3. βέβαιον] βέβαια

ibid. λαμβάνεται] ὑπολαμβάνεται

18. post τὰ γινόμενα additur in MS. δὲ χδ' ἂν ἔπι αὐτοῖς ἅπαντα γίγνοιτο.

20. ἑατέον] λεκτέον

21. αὐτὸ] αὐτα'

22. ἕτερά γε ἀντὶ τ τὶς ὡς ἐκεῖνα εἴη] ἕτερον χδ' ἀντὶ τ' τ' ἴσως ἐκεῖνα εἴη.

23. ἀναπάμπει] ἀναχάμπτειν

28. κινάμενα] κειμένα

29. distinctio post ἐκεῖνον ponitur, post περιγορεῦσαι omittitur: particula quoque ἐν non comparet.

30. ἅπαντα] τὸ ἅπαν

32. ἔτι ἅπαντα] ἔτι εἰ ἅπανθα

pag. 752. col. 2.

ibid. πῶς ἓν ἀΐδιον] πῶς ἓν ἀΐδια εἴη,' præterea adduntur ista: ἀλλὰ χδ' τ μὲν εἶναί τι, ὡς ὄντ@ καὶ κειμένα διαλέγεται. εἰ χδ' φησι μὴ ἐγένετο. ἔσω ἢ ἀΐδιον εἴη

36. τ'αὐτὰ] ταῦτα

ibid. ἔκ τε] ἐκ τ

37. ἀῤῥηκτον] ἄπηκτον

38. ὅπη καί τις αἰὲν. ἐρεῖ ἢ ὅμως. τῶν ὄντων] ὅπη κε τὶς αἰεν ἐρείδη. ὅμως τῶν ὄντων

41. διάλλαξις] καὶ διάλλαξις

ibid. ὀνομάζεται] ὀνομάζετ

42. περισῴσαν] εἰ περὶς ὐσίαν

ibid. ὅτι] ὅντι

ibid. ὅπι] ἐπεὶ

43. ὥστε τὸ πῶς γ' ἄν] ᾤετο πῶς χδ

ibid. ἔπαρξις ἴετο] ἐπαυξησείετο. Versum Empedoclis hic recitari patet, qui tamen nec prout in editis, nec prout in MS to legitur commodum fundit sensum.

46. Φθείρεσθ. πλὴν καὶ εἶναι] Φθείρεσθ πάλιν καὶ εἶναι.

47. ἢ ἔν. ἢ εἰ] ἢ ἕν εἴη.

ibid. ἅπηταῦτα] ταῦτά φησι.

pag. 753. col. 1.

v. 10. ποτὲ] πολὰ

ibid. post γίγνεσθ adduntur ista: καὶ διαλύεσθ εἰς σώματα, ἅτως ἢ ἀναλυόμενα καὶ ἴσα γίγνεσθ

11. εἴ τι μᾶλλον] εἰ omittitur

15. γίγνοιτο] ἤρξατο

21. πᾶν ἓν εἶναι] πᾶν, ἓν ὄν

pag.

2011 Ministerio de Cultura

pag. 753. col. 1.

v. 24. in MS. post ἀγένητον exigua quædam lacuna est, post illam autem sic legitur: ποιεῖ, καὶ ὡς αὐτὸς

25. εἰ ταὐδὲ] εἰ omitt.

26. εἶναι δ . . . . . ἄλλῳ] in MS. ita: εἶναι δ' χ ὡς ἀλλ . . . . . ζωί.

28. πρὸς αὐτὸ] πρὸς τὸ αὐτὸ

29. γῆν] γῆ

30. ἢ εἴ π] εἰ omitt.

ibid. ἔτ῀] ἄτως

83. ἀνομοίων ἀμερῶν] ἀνομοιομερῶν

ibid. ἄτω γε εἶναι] γίνεσθ

34. ἅπασαν γῆν] ἅπαν γῆ

38. ἔχον] ἔχοι

39. πολλὰ omittitur & mox pro ἐναρίθμια legitur ἐν ἀριθμῷ

42. ἀδύνατα] ἀδύνατον

43. ἀπείρονα] ἄπειρα

44. δὲν] ὀλίγον

46. εἰ δὴ δι] εἰ δὴ δεῖ

47. ὄντ῀ ἕ] ὄντ῀ ἐν

52. μηδ] μὴ

ibid. διὰ ἕτο καὶ ἐν τούτῳ] διὰ π' καὶ ἓν ἕτο.

53. πῶς χδ' ἄν] πῶς χδ' ἦν

ibid. ὅσων; ἢ τί κενὸν μὴ ὅλον ἂν οἰόντε εἶναι] ὅσον ἢ τὸ μὲν ὅλον ἂν οἴονται εἶναι.

55. κινεῖται] κινεῖσθ

56. τὸ γε τι] ἕτό γε

59. ἴτως] ἧττον

60. lacuna suppletur his verbis: πρὸ αὐτὸ

pag 735. col. 1.

v. 63. κινούμενα] κενούμενα

65. ὡς ἓν] ὡσθὲν

66. ὁτιὧν εἰς] ὅτι ἓν

67. καὶ εἰς τὸ πρ.] καὶ εἰ τὸ πρ.

68. ἢ ἀλλοίωσιν] ἢν ἀλλ.

69. δὲν omitt.

73. post ἀκίνητον additur ἓν

74. post ἑτεροιοῦσθ additur τὰ ὄντα

pag. 753. col. 2.

V. 6. Φέρεται] Φαίνεσθ

7. μιγνυμένη] ἕ μιγνυμένη

9. ἅπαν τί] ἅπαντι

11. Ζήνων) Ξενοφάνης

14. ὁμοίων) ὁμοίᾳ

15. ἀνομοίων) ἀνομόιᾳ

19. ἢὁμοίοις) ὁμοίως

20. ἕτ' ἀνόμοιον) τὸ ἀνόμοιον

21. τὸ ἐκ ἐκ ὄντ῀ γενέσθ] τὸ ἐκ ὂν ἐξ ὄντ῀ ἂν γενέσθ

23. προσθήκειν αὐτὸν) αὐτὸν προσθήκειν εἶναι

24. αὐτὸν εἶναι) αὐτῶν εἶναι

26. κρεῖττον) κρειττῶν

29. θεὸν) τὸ θεῖον.

32. ἕνα μόνον) ἕνα ἄρα ἓναι μόνον

37. ἄπειρον χδ' τὸ μὴ εἶναι) ἄπειρον μὲν ὃ μὴ ὂν εἶναι

41. περανεῖ) περανθείη moxque sequens ἂν omittitur

46. ἠρεμεῖν χδ') ἠρεμεῖ ἢ καὶ

52.) καὶ ἕτ῀ τὸ γιγνόμενον γι-

2011 Ministerio de Cultura

pag. 753. col. 2.

γνεσθ ἐξ ὄντ@) τὸ γιγνόμενον καὶ ἔστ@ γίγνεσθ ἐξ ὄντ@.

v. 54. εἰ καὶ) ἢ καὶ

55. ἢ ἀνομοίᾳ) ἢ καὶ ἐξ ἀνομοίᾳ

56. ϖᾶν) ϖᾶσα. In eodem verſu εἴπερ ἅπαντα MS. non agnoſcit.

57. ἔπικρατιστον) ἔτι κρατιστον

59. κ^{τ} omitt.

62. ἐπεὶ χδ' ᾧ^{τ}) ἐπείτοι γε

63. ἀλλὰ διὰ τὴν) ἀλλὰ τὴν διὰ

67. οἴονται) οἷόν τε

69. 70. ᾧ^{τ}το δέ τινι εἶναι ἀνάγκη ἕνα τὰ ϖάντα) ᾧ^{τ}το δέ τιν εἶναι ἀνάγκη ἕνα τὸν τὰ ϖαντα

70. ὁρᾷ ἴσως ᾧ^{τ}το βκλ.) ὁρᾷ, ἀλλ' ἴσως ᾧ^{τ}το βκλ.

pag. 754. col. 1.

v. σῶμά γε καὶ ἔχων) σῶμά γε ὢν καὶ ἔχων

7. ἓν γίνεται) ἐγγίγνεται

8. ἂν μὴ) εἰ μὴ

ibid. ὅσον) ὃν

10. ἀπέχειν) ἀϖέχει

ibid. poſt σφαιροειδὲς ὄν adduntur iſta ᾧ^{τ}το χδ' ἐστι σφαιροειδὲς ὃ

ibid. pro πυρός leg. ϖρὸς

11. διαφορεῖ) διαφέρει

ibid. ἀϖλᾶν) ἅπεσι

12. τᾶυτα λεχθῆναι ᾧ^{τ} ὄντ@) ταῦτα ἂν λεχθῆναι κ^{τ} ᾧ^{τ} ὄντ@

13. poſt τόπι additur χδ' ὄν

ibid. αἰσθάνοιτο. ἀ νῦν ἄμφω) αἰσθάνοιτο νῦν. ἄμφω

14. ὅπη διανοηταὶ) καὶ διαν.

15. πάντε omittitur

pag. 754. col. 1.

v. 16. poſt ἔστ^{ι}ν additur οἶμαι, contra mox ὃν omittitur

18. poſt ἔχον ἐστίν additur ἅπαν

29. ἴσον omitt.

32. σχεῖν) ἔχειν

ibid. poſt πεπεράνθαι additur πρός τι συναίπειν, τοῖς δὲ πεπεράνθαι μὲν, μὴ μέντοι πρός τι ϖεπεράνθαι

35. κινεῖσθαι) τῷ κινεῖσθαι

ibid. μὴ τὸ ἴσον, ὥσϖερ) τὸ μὴ ἴσον, ὅϖερ

37. τὸ ἠρεμεῖν) τῷ ἠρεμεῖν

38. ἔτι) ᾗπι

40. ᾗπι τῷ) ᾗπι τὸ

41. ὅπερ κ^{ι}) ὅπερ τε καὶ

lin. 43. ἀποφασι η τ ἐλεχθέντων) ἀπόφασις ἢ τὸ λεχθὲν

44. μεταλαμβάνει) μεταλαμβάνειν.

45. μὴ ἕν) μὴ ἑνὸς

47. τοσαύτας ἀποφάσεις· ᾧ^{ν}) τὰς αὐτὰς ἀποφάσεις ὄν.

ibid. ϖλῆθος, ἢ καὶ μὴ, ὡς ἥ) ϖλῆθος ἢ· μὴ ὡς ἥ

49. σῶμα, ἢ) σῶμα ᾗ

51. μὸν) μόνον

ibid. αὐτὸς) ὅτ@

52. ᾧ κύκλωθεν ὄν) τὸ.... κύκλῳ φε..... θεόν

53. Φύσει) Φησὶ

54. εἴ τε ᾗ) ᾗ omitt.

56. μηδαμῆ τε) μηδαμῆ γε

61. ἄλλῳ) ἄλλοις

65.) ἄν) ὅτι

68. χδ' μὴ εἴη) μὴ omitt.

71. ἦν omitt.

pag.

2011 Ministerio de Cultura

pag. 754. col. 2

v. 4. ἔστι ᾗ ταυτὸ) εἰ ᾗ ταυτὸ,
7. post γαρ̀ additur καὶ
8. εἰ τὸ) ἢ τὸ & mox ἔστιν omitt.
9. ὡς ωδὶ) ὡσπερεὶ
10. ὄντ@ ᾗ δ' ἀκ ὄντ@) ὄντοιν ᾗ μὲν ὄντ@ ᾗ ᾗ δοκοῦντ@
ibid. τὰ δ' ἀκ ἀλ.) τό δ' ἀκ ἀλ.
11. τὰ ἀμφω) τὸ ᾗ ἀμφω
12. lacuna ſuppletur voce ὅτε
14. τῷ ὄντι) τῷ μὴ ὄντι
ibid. καί ἐστιν. ἔτι εἰ δεῖ) καί ἐστιν ἔτι. εἰ ᾗ
16. πότερον) πρότερον
17. τότε μὴ, ὂν ἐστι) τότε μὴ ὂν ὄν ἐστι
22. ταὐτὸν μὴ ὂν) τ'αυτὸ τὸ μὴ ὂν
25. ἢ μὴ γενόμενον εἶναι) ἢ γινόμενον εἶναι, omiſſâ negatione.
29. μηδαμῶ, δέον ᾗ ᾗ) μηδαμῶ ὂν ᾗ ᾗν
30. τὸν ᾗ ᾗν) γᾶν ᾗ ᾗν
33. ἀδὲν ἂν ἐκ μηδενὸς ἂν γενέσθ, εἰ δ' ἔστι τὸ μὴ ὂν hæc MS. non agnoſcit.
ibid. ἐκ ᾗ ὄντ@) ἐκ ᾗ μὴ ὄντ@
34. διὰ ταῦτα ἀδ' ἐκ ᾗ μὴ ὄντ@ hæc MS. non agnoſcit.
36. ἐν ᾗ] ἓν ᾗ & paulo poſt pro εἴτε μὴ ἓν leg. εἰ ᾗ μή τε ἓν
37. ἐν μὲν) ἓν μὲν
38. ἐνσχομεν) ἔχομεν. Poſt hanc

pag. 754. col. 2.

vocem autem in MS. iterum lacuna, & poſtea ſequitur: μετῶ ᾗ ζήνων@ &c.
v. 38. inter ἂν & εἶναι vacuum denuo in MSo invenio ſpatiolum quemadmodum & inter μὴ, & μήτε
40. ἀδ' ἂν) ἀδέν ἐστιν
41. ἀκ ἂν εἴη) ἀκ ὂν εἴη
ibid. κινεῖται, καὶ εἰ) κινεῖται καὶ ἓν
43. πάντα) πάντως
46. δεῖ) δεῖν
50. μᾶλλον ὁρῶμεν) μᾶλλον ἀ ὁρῶμεν
51. ἐκεῖτο) ἐκεῖ
54. ὥστε καὶ εἰ) ὥστε εἰ καὶ
ibid. ἡμῖν γνωστὰ εἶναι) ἡμῖν γε ἄγνως' ἂν
ibid. εἰ ᾗ γνωστὰ) εἰ ᾗ καὶ γνωστὰ
54. Φασι) Φησὶ
ibid. εἴποι) εἴωη
57. εἰ ἄν τις μετενοεῖ) ὃ ἄ ᾗ τις μὴ ἐννοεῖ
59. poſteriorem lacunam MS. non agnoſcit, in quo ſic legitur: ἀ λέγει ᾗ χρῶμα ἀλλὰ λόγον. ὥστε ἀδὲ &c.
61. ἀλλ' ἀκἀειν) ἀδ' ἀκἀειν
65. εἴτι ἐν) εἴ τι ἓν
68. σχολὴν ἄλλο) σχολή. ἄλλῳ
ibid. ἔν ἐστι) ἔνεστι
70. λεκτὰ) λόγος.

XXIII. ΑΝΕΜΩΝ ΘΕΣΕΙΣ ΚΑΙ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΙ, *Ventorum* certis regionibus vel opidis attributorum *loca & appellationes*, Fragmentum ex opere Ariſtotelis περὶ σημείων χειμώνων, *de ſignis tempeſtatum*, quod memorat

2011 Ministerio de Cultura

morat Laertius V. 26. In editione græco-latina Aristotelis Casauboniana Lugdunensi tantum græce exstat. In cæteris legitur cum versione *Joh. Bernardi Feliciani*, ut in DuValliana novissima T. 2. p. 848. seq. Pro genuino Aristotelis fœtu habent viri docti, ex his Christophorus Cellarius in Notitia orbis antiqui lib. I. p. 39. & Salmasius ad Solinum, ubi de ventis differit. Occurrit & inter Theophrasti opera, p. 244. editionis græcæ Oporinianæ.

PHYSIOGNOMICON.

XXIV. ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΟΝ, *de Physiognomia liber*, cujus veluti compendium quoddam exstat lib. 2. Analyticor. prior. capite ult. Memoratur à Laertio V. 25. Stobæo, &c. In editionibus Græcolatinis, etiam novissima DuValliana T. 2. p. 640. legitur cum versione *incerti*. Transtulerunt præterea latine *Andreas Lacuna* Paris. 1535. 8. *Jodocus Willichius* Witteb. 1538. 8. Illustrarunt *Franciscus Sanchez*, *Camillus Baldus* &c. {*Polemonis* * & *Adamantii* libros ejusdem argumenti in græca sua Aristotelis editione subjunxit Sylburgius. Tractarunt Physiognomica etiam *Averroes* T. VII. Opp. *Albertus Magnus* lib. 1. de animalibus, ut recentiores præteream, *Joh. Baptistam Portam*, *Guil Gratarolum* (de quo Bælius T. 2. Lexici p. 1380.) *Joh. Evelinum* (Act. Erud. 1698. p. 338.) aliosq; quos refert in Bibl. Philosophica Martinus Lipenius p. 1166. seq.

PROBLEMATA.

XXV. ΠΡΟΒΛΗΜΑ΄ΤΩΝ Τμήματα λή * *Problematum* sive quæstionum omnis generis, cum responsionibus non minus acute plerumq; quam modeste propositis, *Sectiones XXXVIII.* majorem partem physici argumenti, nonnullæ etiam Medici, ut Sect. I. & Mathematici, ut sect. XV. & Musici sect. XIX. & Philologici sect. XVIII. & Ethici sect. XXVII. - - XXX. Scripserat Aristoteles *Problemata Physica*, quæ laudantur ab Apollonio Hist. mirab. c. 7. 9. 21. 22. 28. 37. & 51. Gellio XIX. 4. 5. 6. Plu-

* De his infra, num. 38.

** Apud Laertium V. 26. una serie memorantur : Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον λή, ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων ά. β΄. Forte igitur & post Φυσικῶν subintelligendum vocabulum προβλημάτων. Ita inanes fuerint conjecturæ virorum doctorum super illo loco, quas attuli supra post, num. XV.

2011 Mihisterio de Cultura

Plutarcho VIII. 10. Sympoſ. Athenæo &c. horum plures fuere libri, nam ſeptimum allegat Gellius III. 6.

Scripſerat & *Problemata Encyclia* (*quæſtiones orbiculares*, ſive ex orbe univerſo liberalium diſciplinarum petitas, vocat Tiraquellus de legibus connubial. p. 338.) quæ ab eodem Gellio laudantur XX. 4. Horum duos libros fuiſſe teſtatur Laertius V. 26. qui eodem loco addit, totidem libros ἀπτεθεαμένων ϖϱοβλημάτων, totidemque ϖϱοβλημάτων ἐκ τῆ Δημοκϱίτε ab Ariſtotele ſcriptos fuiſſe.

Non perveniſſe ad nos univerſa hæcce problemata, certum eſt, quia Ariſtoteles ipſe non uno in loco teſtatur ſe in problematis quædam tractaſſe, quorum in his, quæ exſtant, nulla fit mentio, ut oſtendit Sylburgius in præfat. Deinde in illis fruſtra quæras, quæ ex Ariſtotelis problematis proferunt Athenæus, & quæ Gellius lib. I. c. 11. lib. III. c. 6. & XIX. c. 5. & 6. Viciſſim leguntur in noſtris VII. 3. quæ Gellius XIX. 4. profert è problematis Phyſicis: exſtantitidem in noſtris XXX. 10. quæ Gellius XX. 4. adducit è Problematis ἐγκυκλίοις. Et quæ è Problematis Ariſtotelis adducit Galenus 3. in VI. Epidem. T. 5. p. 478. occurrunt in noſtris V. 31. Hinc colligo non habere nos integra problemata vel ἐγκύκλια vel Phyſica, vel denique ἀπτεθεαμένα ſive *penitius conſiderata*, neque rurſus integrum ex his opus nos deſiderare, ut opinabatur Meurſius p. 1259. Bibl. Græcæ: nec denique Phyſica & ἐγκύκλια fuiſſe eadem, ut eidem Viro doctiſſimo viſum fuit, neque auctorem Problematum, quæ hodie exſtant, eſſe *Theophraſtum*, quanquam & ipſe problematum συναγωγὴν ſcripſit pluribus libris, teſte Laertio V. 45. & 48. & quæ de ſenibus difficulter ſternutantibus è Theophraſto refert Plinius XXVIII. 6. in Problematis hodie leguntur XXXIII. 12. Præterea in libellis ϖεὶ κόπων & ϖεὶ ἱδρώτων qui exſtant inter Theophraſti opera, multa eadem leguntur, quæ in problematibus, ut ex Ariſtotelis problematis conflatos dixerit Merculialis lib. I. var. Lect. cap. 9. Veriſimile itaque eſt ex univerſis Ariſtotelis pariter & Theophraſti & aliorum fortaſſis ſcriptorum * problematis hoc quale habemus opus conflatum fuiſſe, indeque fieri, quod notat H. Stephanus, *ut multa in eo ſint repetita, quædam etiam ter poſita mutatis tantum aliquot verbis: multa longe maximam ſtyli differentiam inter ſe habeant, multa etiam ne mediocri quidem Philoſopho, ne dum ipſo Ariſtotele, aut omnium ejus diſcipulorum præſtantiſſimo Theophraſto digna*

T *inve-*

A Thoma Gatakero cap. IX. p. 400. Adverſar. allegatur *Ariſtoteles an Alexander Trallianus in problematibus.* Videtur viri docti cogitationibus ſeſe obtuliſſe, quod aliqui tribuerunt Alexandro huic Tralliano problemata, quæ exſtant ſub nomine Alexandri Aphrodiſei.

2011 Ministerio de Cultura

inveniantur. Denique inde fieri, ut in MStis Codicibus, iis quidem, qui antiquitatem præ se ferunt, multa eorum, quæ in vulgatis editionibus leguntur, desideremus, quæ autem illic exstant, aliis plerumque ordine collocata reperiamus.

In editionibus græcolatinis occurrit latina versio *Theodori Gazæ*, quæ prodierat Venet. 1493. fol. Basil. 1537. fol. &c.

Ex duplici translatione, antiqua & *Gazæ*, cum expositione *Petri Aponensis* Patavini lucem viderunt Venet. 1505. fol. Verterat ante Gazam *Georgius* quoque *Trapezuntius*, cujus translationem reprehendit idem Gaza in præf. & Perottus. Vide Allatium de Georgiis p. 381.

Julii Gustavini Patricii Genuensis, Medici Pisani in primores decem sectiones. Lugd. 1608. fol. *Lud. Septalii* Commentarii, Francof. 1602. & 1607. fol.

Sylburgius in Græca sua Aristotelis editione problemata *Alexandri* & *Cassii* subjunxit. Quæ vero sub Aristotelis nomine sæpe edita sunt seperatim latine cum problematis *M. Antonii Zimaræ*, etiam Astelodami 1650. 12. additis problematis *Alexandri Aphrodis.* Politiano interprete, & *Jul. Cæs. Scaligeri* problematis Gellianis, non sunt integra Aristotelis, sed ex Aristotele & aliis collecta. Idem dicendum de Germanica versione Basil. 1566. 8. Gallica Lugd. 1554. 8. &c.

Suidas in Ματρέας. Ἐποίησε δὲ καὶ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας. Casaubonus lib. 1. c. 16. ad Athenæum pro τὰς legit τοῦδε, & interpretatur in hunc sensum, *Matream* composuisse quæstiones ad Aristotelicas, hoc est, quæ cum Aristotelis problematis possint comparari. Alios problematum scriptores laudat Theophylactus Simocatta in extremo ἀπορίων Φυσικῶν. Οὐ γὰρ τὰς Δημοκρίτου σφετερίζομαι πόνους, οὐδὲ τὴν Ἀριστοτέλους εὐκλειαν ἐμαυτῷ περιγράψομαι, οὐδέ τι λωποδυτήσω δὲ Πλάτωνος, οὐ τὸν Ἰαμβλιχον ἀστεφάνωτον καταλίποιμι, οὐ Πρόκλον, οὐ Γαληνὸν, τὰς ἐν ἀπορήμῃ κομψὰς, οὐ Πλωτῖνον, οὐ Σωσίωνα (Σωτίωνα) οὐκ Ἀλέξανδρον, οὐ Θεόφραστον τὸ γνώσεως θάλασσαν, οὐκ Αἰλιανὸν, οὐ τὸ ἀπορήμης πλῆθος τὸ Πλουτάρχου, οὐκ Ἄμβρωνα, οὐκ Ἰμβράσιον ἢ Δαμάσκιον ἢ τὸν Τιμαγένους Ἱερωνύμου. Non meminit Cassii, de cujus problematis dixi infra num. XXXVIII.

METAPHYSICA.

XXVI. ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ *βιβλία ιδ.* *Metaphysicorum libri XIV.* Acroamatici, quod opus ab Aristotele vulgatum indignatus fertur Rex Alexander, sibi soli hanc sublimioris sapientiæ partem servatam

2011 Ministerio de Cultura

tum cupiens. Sed respondit Aristoteles ἐκδεδωκέναι καὶ μὴ ἐκδεδωκέναι, *vulgasse se, & non vulgasse*: quia nempe non satis plene ac perspicue singula tradiderit. Ἀληθῶς γάρ, addit Plutarchus hæc narrans in Alexandro pag. 668. ἡ μὲν τὰ Φυσικὰ πραγματεία πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν ἦν ἔχουσα χρήσιμον ὑπόδειγμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἀπ' ἀρχῆς μεταπτα. Quorum verborum hic est sensus, in Metaphysicis non docere Aristotelem rudes, sed eruditos jam & Philosophia imbutos monere, & hoc primum statim scribentis fuisse institutum. Anno 2. Olympiadis CXI. scriptum esse ab Aristotele hoc opus contendit Sam. Petitus ad Leges Atticas pag. 64. Idem diversum quoque librorum ordinem probat, eo modo quo vides in hac tabella, ubi varias editiones inter se discrepantes cum Petiti sententia contuli.

Vetus & Argyropyli versio	Bessarionis	Græc.	DuVallii	Sam Petiti IV. 9. Misc. cujus rationes probantur Jac. Thomasio in Hist. Metaphysicæ c. X.
I.	I.	Α τὸ μεῖζον	I.	V. περὶ ἀρχῶν ά Laert. V. 23.
II.	II.	Â*τὸ ἔλαττον	II.	III. περὶ ἐπιστημῶν ά. Laert. V. 22.
III.	III.	Β'. 2.	III.	VI. περὶ ἀρχῶν β'.
IV.	IV.	Γ' 3.	IV.	IV. περὶ ἐπιστημῶν β'.
V.	V.	Δ. 4.	V.	I. περὶ τῶν πρώτως λεγομένων Laert. V. 23.
VI.	VI.	E. 5.	VI.	VII. } περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν
VII.	VII.	Z. 6.	VII.	VIII. } ά Laert. V. 22.
VIII.	VIII.	H. 7.	VIII.	IX. περὶ ὕλης
IX.	IX.	Θ. 8.	IX.	X. περὶ ἐνεργείας
X.	X.	I. 9.	X.	II. ἡ ἐκλογὴ τῶν ἐναντίων Laert. V. 22.
XI.	XI.	K. ** 10.	XIII.	XIV. περὶ ἐπιστήμης Laert. V. 23.

* Hujus libri auctor quibusdam creditus *Pasicrates* (Rhodius Bonæi F. Eudemi frater) teste Joh. Philopono in παραβολαῖς ad Metaphys. p. 7.

** In hoc libro cap. 3 -- 9. multa repetuntur ex libro γ' & ε'. Quam ἀνακεφαλαίωσιν Aristotelis esse negat, utilem interim fatetur Vossius lib. de Philosophia p. 142.

2011 Ministerio de Cultura

XII.	XII.	Λ.* 11.	XIV.	XIII. περὶ φιλοσοφίας γ' Laert. V. 22.
deest	XIII.	M.** 12.	XI.	XI. περὶ φιλοσοφίας α'
deest	XIV.	N. 13.	XII.	XII. περὶ φιλοσοφίας β'.

Exstant è Græcis sed universi latine tantum editi, in omnes hos libros quidem *Joh. Philoponus* ex versione Franciſci Patricii : In libros duodecim primores *Alexander Aphrodiſeus* ex Joh. Sepulvedæ versione: (in libros XIII. ac XIV fuit MS. in Bibliotheca Joh. Vincentii Pinelli teſte A. Schotto in vita Ariſtotelis p. 160. Meminit & Poſſevinus XII. 25. & 29. Bibl. ſelectæ.) In librum XII. (Græcis XI.) *Themiſtius*, ex interpretatione Moſis Finzii. In librum III. XIII. & XIV. (Græcis II. XII. & XIII.) *Syrianus* ex translatione Hieronymi Bagolini. Græce ſuperſunt in variis Bibliothecis, ut ſuo loco dicam.

Aſclepii (Tralliani) ſcholia in VI primores libros ex ore Ammonii Hermeæ excepta, MSS. occurrunt teſte Labbeo pag. 113. Bibliothecæ novæ MSS. in codice ſcripto Venetiis ab Antonio Eparcho anno 1574. Idem teſtatur *Joh. Baptiſtæ Camotii* (qui medio Sæculo poſt Chriſtum natum XVI Venetiis floruit,) Scholia Græca inedita in librum XIII. Metaphyſ. fuiſſe in Bibliotheca Renati Moreau. Habetur & *Georgii Pachymeris* Epitome, & *Herennii Philonis* Commentarius MS. qui fuit in Bibliotheca Iſaaci Voſſii, & allegatur ab H. Dodvvello in diſſ. de Sanchoniathone p. 16.

Hebraice exſtant Metaphyſica Ariſtotelis in Codice 585. Regis Chriſtianiſſimi, ut notat Labbeus pag. 279. Et cum comentariis *Averrois* ex Arabico Hebraice verſis, in Bibl. Vaticana, teſte Bartoloccio I. p. 481.

In editionibus Græcolatinis leguntur cum verſione *Beſſarionis*, ut Tomo II. DuVallii, qui notas & argumenta addidit. E recentioribus illuſtrarunt præter *Thomam Aquinatem*, *Scotum & Alexandrum de Ales, Petrus Fonſeca*, (qui tamen fallitur cum alios præterea libros octo de Philoſophia prima ab Ariſtotele ſcriptos affirmat ex depravatis codicibus latinis Euſebii præparat. XIV. 17. ſeq. ubi ex Ariſtotelis libro octavo de Philoſophia magnum fragmentum affertur, ſed Ariſtoclis non Ariſto-

* Hic liber Græce editus eſt emendatius Pariſiis à Guil. Morello.

** Libri duo poſtremi quamvis Thomæ Aquinati haud lecti, & omiſſi in Argyropyli verſione, tamen Ariſtoteli tribuuntur à Syriano & Philopono, tum ab Aphrodiſeo quoque. Ariſtotelis vero eſſe, & ad hoc opus pertinere probat DuVallius etiam ex eo quod VIII, 1. Philoſophus ipſe promiſit ſe dicturum de entibus Mathematicis atque ideis.

2011 Ministerio de Cultura

riſtotelis recte legitur in Græcis editionibus.) *Franciſcus Svarez, Jacobus Cheynejus* Scotus, *Antonius Scaynus, Petrus Ramus, Jac. Carpentarius*, & *Chriſtianus Dreierus* Philoſophus ac Theologus Regiomontanus, cujus Philoſophia prima ex Ariſtotele aliisque commentatoribus accurate conſcripta lucem vidit A. 1644. 4.

Prætereo alios magno numero laudatos in Bibliotheca Philoſophica *Τ μακαρίτε* Martini Lipenii, cui tamen cave credas memoranti inter et alios Olympiodorum in Metaphyſica Ariſtotelis Venetiis editum. Nam in Meteora quidem, in Metaphyſica vero nusquam exſtat Olympiodori commentarius.

Simplicius in lib. I. de anima text. 26. meminit ſuorum in Metaphyſica commentariorum. Sed illa interciderunt.

SCRIPTA MATHEMATICA.

XXVII. ΜΗΧΑΝΙΚᾺ ΠΡΟΒΛΉΜΑΤΑ, *Quæſtiones Mechanicæ*, Ἀ῎ιλολογία τ῀ τ῀ Μηχανικῶ, ἐνεργείας inſcribitur apud Labbeum pag. 200. Bibl. novæ MSS. Laertio Μηχανικόν ά. lib. V. ſect. 26.

In Græcolatinis editionibus, etiam Du Valliana poſtrema T. 2. p. 759. leguntur cum verſione *Nic. Leonici Thomæi*. Interpretatus præterea eſt *Piccolomineus*, & illuſtravit *Joſephus Blancanus*, præcipue vero *Henricus Monantholius* Medicus ac Methematicus Regius, qui Græca recenſuit, novamque verſionem & commentarium addidit Pariſ. 1599. 4. Idem Monantholius hunc librum Ariſtoteli vindicat adverſus objectiones Franciſci Patricii & Hieronymi Cardani lib. de Proportionibus. *Bernardini Baldi* commentarius lucem vidit A. 1582.

XXVIII. ΠΕΡΙ῾ ἌΤΟΜΩΝ ΓΡΑΜΜΩ̃Ν. *De lineis inſecabilibus* liber Laertio V. 42. memoratus, ac Græce primum editus inter nonnulla Ariſtotelis ac Theophraſti ab *H. Stephano* A. 1557. 8. Itaque in editionibus ſcriptorum. Ariſtotelis omnium vel quorundam quæ hunc annum anteceſſerunt, ut Florentina Leonici Thomæi, & Baſileenſibus legitur tantum Græca hujus libri Paraphraſis, quam Camotius in Veneta ſua Ariſtotelis editione tribuit *Georgio Pachymeræ*, ſub cujus deinde nomine in Sylburgiana & Græcolatinis comparuit, atque in his quidem cum latina verſione *Jacobi Schegkii*. Liber ipſe Ariſtotelis Græce tantum legitur in editione Græcolatina Lugdunenſi A. 1590. fol. ſed in cæteris inſecutis, quemadmodum & in Duvalliana poſtrema T. 2. p. 809 latinam verſionem *Julii Martiani* Rotæ* adjunctam habet. *Theophraſto* à quibusdam fuiſſe tributum teſtatur Simplicius in III. de Cœlo comment. 8. &

* Eadem Rotæ verſio legitur inter opera Averrois tomo ſeptimo, Venet. 1542. fol.

2011 Ministerio de Cultura

Joh. Philoponus in lib. 1. de generat. ac corruptione, quorum loca jam attulit Menagius ad Laertium p. 206.

SCRIPTA ETHICA.

XXIX. ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ *Ethicorum ad Nicomachum libri X.* Acroamatici, quos Nicomacho * ipsi (Aristotelis filio) tanquam auctori tribuit Cicero V. de finibus, atque ut videtur Laertius VIII. 88. At Samuel Petitus IV. 10. Misc. Nicomachum ne quidem natum fuisse contendit, cum hos libros scriberet Aristoteles, ut ipsi videtur circa Olymp. CXI. unde consequitur nec ipsi dicatos fuisse, quod tamen præter Ammonium sive Philoponum in vita, affirmat uno ore totus veterum chorus. Sed nec de dispositione librorum quisquam facile Petito assenserit, qui videns à Laertio memorari ἠθικῶν libros V. & à Suida Nicomacho tribui ἠθικῶν libros VI. hoc unum & idem opus putat, & ad hoc quoque referendos esse titulos apud eundem Laertium librorum περὶ παίγνιον, περὶ ἡδονῆς & περὶ φιλίας, hoc pacto:

Ἠθικῶν ά, β', γ', δ', ε', οἱ ϗ ἓξ.	
Περὶ παίγνιον ά.	Liber. I. Ethic. Nicom.
Περὶ ἀρετ ά. οἱ ϗ δύο.	II. III. IV. V. VI. VII.
Περὶ φιλίας ά.	VIII. IX.
Περὶ ἡδονῆς ά.	Libri X. prior pars.
Περὶ παίγνιον δεύτερον	Libri X. pars posterior.

Idem Petitus conjicit Nicomachum nonnulla in opere parentis interpolasse. Capitum distinctionem ut in aliis fere Philosophi libris veteres codices habent nullam, sed librorum distinctionem præter MStos Codices confirmant interpretes Græci qui exstant. Exstat autem (1) *Paraphrasis* quam sine nomine auctoris primum Lugd. Bat. 1607. 4. deinde sub *Andronici Rhodii* nomine edidit cum latina sua versione *Dan. Heinsius* 1617. 8. recusam Cantabrigiæ 1679 8. Quanquam antiquissimi illius Andronici, de quo infra in Peripateticis dicam (& cui audacter tribuit Reinesius p. 312. Epist. ad Hofmannum) non esse, docet Salmasius ad Simplicium p. 227. seq. & *Olympiodoro* potius tribuendum pu-

* Vide Menagium ad Laert. p. 203. & 391. De Nicomacho hæc habet Aristocles apud Euseb. XV. 2. præparat. Μετὰ δὲ τὴν πυθιάδ᾽ τ᾽ ἑρμείᾳ τελευτὴν Ἀριστοτέλης ἔγημεν ἑρπυλλίδα Σταγειρῖτιν, ἐξ ἧς υἱ᾽ αὐτῷ Νικόμαχ᾽ ἐγένετο. Τοῦτον δέ φασιν ὀρφανὸν τραφέντα παρὰ Θεοφράστῳ, καὶ δὴ μειράκιόν ὄντα ἀποθανεῖν ἐν πολέμῳ.

2011 Ministerio de Cultura

putabat Naudæus in Bibliographia politica.* Sed & in Bibliotheca Cæsarea occurrit sine nomine auctoris, teste Nesselio parte IV. p. 7. & Heinsius affirmat Andronici Rhodii nomen in Codice suo adscriptum fuisse à manu recentiore atque indocta. Capitum distinctionem (diversam ab ea quæ est in editionibus Aristotelis) hic sibi tribuit quisquis fuit auctor paraphraseos VIII. 1. recentior fortassis etiam Olympiodoro. Nam fuit quoque *Andronicus* quidam *Callistus* Philosophus Peripateticus Thessalonicensis, tempore Gregorii Palæologi, ad quem Epistola ejus exstat in Codice Regis Gallicæ 955. teste Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 98. Idem p. 101. memorat Nicolai Secundini Epistolam ad Andronicum Callistum Philosophum, & p. 99. Cardinalis Bessarionis ad eundem, & p. 112. Andronici Callisti Peripatetici de Physica scientia & fortuna, ejusdem divisiones Physicas, & librum περὶ παθῶν, *de animi affectionibus*, qvem itidem sub Andronici Rhodii nomine edidit David Hoeschelius A. 1593. 8. atque paraphrasi Nicomacheorum deinde Heinsius subjunxit, cujus latinam versionem elegantem non tamen ubique fidelem esse affirmat Samuel Rachelius introductione ad Nicomachea p. 136. Idem Labbeus p. 114. memorat *Joh. Cantacuzeni* paraphrasin librorum ad Nicomachum, scriptam sub nomine *Josephi* sive *Joasaphi* Monachi. Ejusdem Cantacuzeni in libros quinque, & aliam *Georgii Pachymeris*, quæ fuit in Bibl. Hurtadi Mendozæ, laudat etiam Gesnerus. Eadem Pachymeræ Paraphrasis exstat Mediolani in Bibl. Ambrosiana. (2) Exstant *Commentarii Græcorum* in Nicomachea, Græce primum edita à *Paulo Manutio* Venet. 1536. fol. & latine versa à *Joh. Bernardo Feliciano*, qui interpretationem suam Cardinali Alexandro Farnesio inscripsit, Venet. 1541. Paris. 1543. Venet. 1589. fol. & Sam. Rachelio curante Helmst. 1662. 4. Felicianus alio codice usus est quam Manutii editione, & in libros 2. 3. 4. duplicibus commentariis mutilis & divulsis, quæ utcunque composuit, unde non mirum ejus versionem à Græco edito hinc inde dissidere, & quædam interdum in illa addi, alios quoque subinde auctores commentariorum ad singulos libros denotari, ut ex hac tabella patebit:

	Manut.	*Felician.*
In Lib. 1.	Eustratius (a)	Eustratius.
2.		

* Confer Placcii Ξ μανταρίτης librum de Anonymis scriptoribus p. 62. editionis primæ: (secunda enim longe futura locupletior jam sudat sub prælis Hamburgensibus) & Bælii Lexicon T. 1. p. 252. editionis secundæ.

(a) Fuit hic *Eustratius* Metropolia Nicænus sub Imp. Alexio Comneno, Sæculo post natum Christum XII, circa A. C. 1117. clarus, cujus etiam commentarius in librum secun-

2011 Ministerio de Cultura

	Manut.	*Felician.*
2.	Anonymus vel Aſpaſius. (*b*)	Euſtratius.
3.	Anonymus	Euſtratius.
4.	Aſpaſius	Euſtratius.
5.	Mich. Epheſius (*c*)	Mich. Epheſius.
6.	Euſtratius.	Euſtratius.
7.	Aſpaſius. (*d*)	Aſpaſius.
8.		

cundum poſteriorum Analyticorum exſtat & prodiit Græce Venet. 1534. fol. & latine Andrea Gratarolo interprete, ibid. 1542. 1568. fol. Scripſit eruditam hanc Ethicorum illuſtrationem ſenio jam confectus & morbis, in gratiam conjugis Imp. aut in gratiam cujusdam Reginæ, Cypri forte, vel alterius. Præf. libri VI. ἓυ σοι γένοιτο βασιλὶς θεοσεβὴς, βασιλὶς φιλολόγε, βασιλὶς φιλάγαθε καὶ φιλόκαλε, ὅτι ψυχὴν &c. Καίτοιγε ἡμεῖς ὀλιγομαθεῖς, καὶ γήρᾳ καὶ νόσοις καταπαμπτόμενοι &c. Euſtathium male appellat Franciſcus Patricius. Ejus ἐξομολόγησις qua ſatisfacit pro erroribus quos in libris duobus adverſus Armenios admiſerat, ſervatur manu exarata in Bibl. Cæſarea, teſte Neſſelio part. 1. p. 422. Alia Euſtratii ſcripta memorat Allatius, quem ſi placet vide ll. 10. de conſenſu p. 629. Laudat hunc Anna Comnena XIV Alexiados p. 453. συμπαρῆσαν δὲ τότῳ Εὐσεβάτιος ὁ τῆς Νικαίας πρόεδρος, ἀνὴρ τότε θεῖα σοφὸς καὶ τὰ θύραθεν αὐτῶν ἐπὶ ταῖς διαλέξεσι μᾶλλον ἢ οἱ περὶ τὴν σοὰν καὶ Ἀκαδημίαν ἐνδιατρίβοντες. Alius fuit (1) Euſtratius cujus mentio in Epiſtola XV. Æneæ Gazæi (2) Euſtratius Thaumaturgus de quo Bollandus IX Ianuar. (3) Euſtratius presbyter CPol. de quo Photius Cod. CLXXI. & eruditiſſimus Caveus, qui eum circa A. C. 578. floruiſſe obſervat. Vitam Eutychii ab illo ſcriptam allegat Allatius lib. de interſtitiis ordinum apud Græcos p. 151. Edidit Græce & latine Papebrochius ad calcem Tomi 1. Aprilis. Quemadmodum librum de vita functorum ſtatu Photio lectum vulgavit idem Allatius de conſenſu utriusque Eccleſiæ circa purgatorium p. 319 - 581. Rom. 1655. 8.

(*b*) Aſpaſio potius quam Euſtratio tribuendos ducit commentarios in lib. 2. & 4. H. Conringius Epiſtola ad Rachelium p. 423. Hic eſt *Aſpaſius* celebris Peripateticus, cujus commentarios in Schola Plotini lectos teſtatur Porphyrius, & cujus diſcipulum audiiſſe ſe refert Galenus (qui ſub Antoninis floruit) lib. de cognoſcendis & curandis animi morbis, unde de ætate Aſpaſii conſtare poteſt. Ejus commentarios in plerosque Ariſtotelis libros, ſingilatim in lib. de interpretatione memorat Boethius p. 290. *Aſpaſius & Alexander ſicut in aliis Ariſtotelis libris i a in hoc quoq; commentarios ediderunt* Laudat deinde Aſpaſium p. 252 291. 303. 316. 321. 333. 347. 356. 394. In libros Phyſicorum ſcripſiſſe conſtat è Simplicio, ut in Metaphyſicorum libros ex Alex. Aphrodiſeo: in Categorias è Galeno de libris propriis c. 11. Scripſit & in Platonem, Porphyrio teſte.

(*c*) Michaelem Epheſium multi eundem faciunt cum Mich. Pſello, qui ſæculo poſt Chriſtum natum XI. claruit. Sed diſtingvendos monet Allatius libro de Pſellis p. 40. ſeq. & Michaelem hunc Ducam Parapinaceum Pſelli diſcipulum fuiſſe conjicit.

(*d*) Aſpaſii veteris Peripatetici eſſe dubitat Hermannus Conringius, propter mentionem τῶν ἀγγέλων.

2011 Ministerio de Cultura

	Manut.	*Felician.*
8.	Aſpaſius	Aſpaſius.
9.	Euſtratius (*e*)	Euſtratius } vel ſe-
10.	Euſtratius (*f*)	Euſtratius } cundum alios Mich. Epheſius.

Intercidit *Andranti* περὶ τ τ ἐν τοῖς ἠθικοῖς Νικομαχείοις Ἀ ἐλεγχτέλης ἀμφιβόλως τ δαπ ερμήνων ἐννοίας, quem librum *Hephæſtion* per plagium ſibi tribuerat, teſte Athenæo XV. p. 673.

Ex Arabibus exſtant commentaria *Averrois*, latine, *Jacobo Mantino* interprete T. 3. Opp. Averrois Epitomen Ethicorum A. C. 1176. Arabice ſcriptam in Hebraicam linguam A. C. 1330. vertit Joſeph ben Caſpi, quæ verſio MS. habetur in Bibl. Cæſarea. Ariſtotelis Ethica per Don Meier Medicum Regis Caſtiliæ A. C. 1405. Hebraice verſa cum Commentariis R. Scem Tov fuit MS. apud Julium Bartoloccium.

Verſiones *latinæ* Nicomacheorum feruntur quam plurimæ,

1. *Vetus* quidem, cum Thomæ Aquinatis commentariis edita, ante quam alia vetuſtior laudatur ab Alberto Magno.

2. *Joh. Argyropuli*, qui Florentiæ hos libros illuſtravit commentariis, quos ex ore ejus collectos vulgavit *Donatus Acciajolus* Florentinus. Occurrit & Argyropuli verſio in editionibus latinis Ariſtotelis Venet. A. 1496. Baſil. 1548. fol. &c.

3. *Leonhardi Aretini*, cujus Iſagoge in hos libros legitur.

4. *Ficetini cujusdam*, quam vidiſſe ſe teſtatur *Obertus Giſanius*, qui hos libros eruditis commentariis illuſtravit. Francof. 1608. 8. *Vicentinum* vocat Jacobus Thomaſius ὁ μαχαιρίτης, qui *Andreæ* præterea *Trebatii* & *Andreæ Bilii* meminit in Commonefactione de verſionibus latinis Nicomacheorum, quæ ſubjicitur breviario & Analyſi eorundem editæ Lipſiæ A. 1658. 8.

5. *Joh. Bernardi Feliciani*, cujus verſio exſtat cum Græcorum commentariis in Nicomachea ab eodem Feliciano latine verſis, de quibus ſupra, & in editione Ariſtotelis latina cum Averroe, Venet. 1562. 4. 1573. & 1592. & in editt. Græcolatinis in 8.

(*e*) Aſpaſio tribuitur in Catalogo MSS. Bibl. Mediceæ, ſed perperam, cum auctor fuerit homo Chriſtianus. p. 150. ὥσπερ καὶ ὁ μέγας ἐν Θεολογίᾳ εἶπε Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς μεγάλην Βασιλείου ἐπιταφίῳ, μία ψυχὴ ἐν δυσὶ σώμασιν

(*f*) Rectius Mich. Epheſius habetur auctor Commentariorum in lib. IX. & X. nam Heraclitum civem ſuum vocat, & meminit commentariorum ſuorum in Sophiſticos Elenchos, phyſica ac Metaphyſica.

2011 Ministerio de Cultura

6. *Joachimi Perionii* Pariſ. 1540. 4. & Baſileæ 1542. 8.

7. *Nicolai Gruchii*, qui Perionium emendavit. Pariſ. 1572. 4.

8. *Adriani Turnebi.* Hujus ſi eſt illa, *inquit Rachelius p.* 146. *introduct.* quæ olim Baſileæ, 1563. & 1592. pòſt Joh. Magiri commentariis aucta Francofurti prodiit A. 1608. & 1627. fateor quod vim *Φράσεως* recte adſequatur in multis. Ea tamen illius eſt obſcuritas, ac pene affectata inæqualitas, ut diſcentibus parvo poſſit eſſe uſui. Atque his cauſis adductus vix mihi perſvadere poſſum illam eſſe Turnebi, idque tanto minus facere queo, quod ipſe hanc operam literarum ſtudioſo non ſibi tribuat.

9. *Petri Victorii.* Florent. 1576. fol. cum commentariis quos octogenario major compoſuit.

10. *Dionyſii Lambini*, cum ejus commentar. Baſil. 1566. & additis *Theodori Zvvingeri* ſcholiis atque argumentis 1582. fol. Lambini verſio quoq; exſtat in Græcolatinis Ariſtotelis editionibus, Caſauboniana & DuValliana utraque.

11. *Matthiæ* * *Bergii* Brunſvicenſis, Profeſſoris Altdorfini, qui Lambinianam interpolavit. Francof 1591. Hanov. 1611. 8. Cum hac verſione recudi hos libros fecit *Sam. Rachelius*, diviſos in minores ſectiones, & illuſtratos argumentis locisque parallelis, & introductione in Ariſtotelis Philoſophiam moralem. Helmſt. 1660. 4.

12. *Antonii Riccoboni.* Patavii 1593. 8. Hanov. 1610. 8.

13. *Tarquinii Gallutii Sabini* verſio & commentarius Pariſ. 1632. & 1645. fol duobus Voluminibus.

14. *Victorini Strigelii*, qui Paraphraſin potius perſpicuam præcipuorum locorum, quam juſtam totius operis verſionem dedit. Lipſ. 1572. 8.

15. *Petri Martyris & Joach. Camerarii*, quorum ille libros duos primores, initiumque tertii, hic reliqua abſolvit. Ejusdem Camerarii commentarius poſthumus in Nicomachea prodiit Francof. apud A. Wechelum 1578. 4. Petri Martyris Commentarius, Tiguri 1563. 4

16. *Jacobi Ludovici Strebæi* verſionem memorat Geſnerus, dubito an omnium librorum.

Librum *primum* tranſtulit etiam atque eximio commentario illuſtravit *Simon Simonius* Lucenſis Genev. 1567. 4. Vertit & *Audomarus Talæus*, uti *quintum* præter *Melanchthonem* & *Vitum Amerbachium*, *M. Antonius Mu-*

* Berneggerum perperam vocat Bibliotheca Philoſophica Martini Lipenii.

2011 Ministerio de Cultura

Muretus Venet. 1583. 8. cujus & notæ in libros decem Nicomacheorum prodierunt Ingolstadii 1602. 8.

Hebraice transtulit Nicomachea R. Meier circa A. C. 1405. quæ interpretatio adhuc supereſt manu exarata Romæ in Vaticana.

Italico ſermone duas ſe verſiones vidiſſe Gifanius teſtatur, unam Felicis Figliucii Senenſis, paraphraſticam, Rom. 1551. 4. alteram Florentini cujusdam, verbum verbo exprimentem.

Gallica Paraphraſis Beneventani, dicata Reginæ Galliæ Margaritæ, lucem vidit Rothomagi A. 1544.

Commentarios jam memoravi Thomæ Aquinatis, Alberti M. Donati Acciajoli, Melanchthonis, P. Victorii, Mureti, Lambini, Zvvingeri, Gallutii, Gifanii & aliorum: quibus addi poſſunt *Jac. Schegkius* Baſil. 1550. fol. *Rob. Balforeus*, Lugd. 1652. 4. *Eduardus Brerevvood* Oxon. 1640. 4. &c.

Quanti fecerint jam pridem plerique hos Ariſtotelis libros, patet vel ex Apologia Auguſtanæ Confeſſionis, quam compoſuit Melanchthon, p. 62. *Audivimus quosdam pro Concione, ablegato Evangelio, Ariſtotelis Ethica enarrare. Nec errabant iſti, ſi vera ſunt quæ defendunt adverſarii,* (ſcilicet, per opera rationis nos poſſe juſtificari.) *Nam Ariſtoteles de moribus civilibus adeo ſcripſit erudite, nihil ut de his requirendum ſit amplius.* Chriſtianis tamen virtutibus & gratiæ divinæ male cum Ethicis Ariſtotelis convenire, itaq; ex illis non inſtituendos eſſe Chriſtianos,* probe ſenſit D. Lutherus T. 1. Altenb. p. 178. Ethica Ariſtotelis cum Moribus Chriſtianis contulit *Andreas Hyperius*, Lichæ, 1600. 4. De Ariſtotelicæ Ethices ab Hiſtorica & Poetica Ethice differentia liber *H. Stephani* prodiit Baſileæ 1590. 8. in quo multorum Ariſtotelis locorum fidelior interpretatio, quorundam & emendatio affertur, ad calcem Muſæ Principum monitricis.

XXX. ΗΘΙΚΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ, *Magnorum Moralium libri II.* qui Ariſtoteli ** vindicantur à Voſſio lib. de Philoſopia c. XVIII. §. 8. & in Græcolatinis editionibus leguntur cum verſione *Georgii Vallæ* Placentini. Ad patrem Nicomachum ſcriptos eſſe ab Ariſtotele, neſcio quo argumento, affirmant viri quidam docti. Requiro etiam rationem, cur magna moralia auctor inſcripſerit, cum ſint breviora reliquis, & ſuccinctius ſingula perſequantur. Meminit Simplicius in Categor.

* Confer. Rev. Ioh. Franciſci Buddei diatribam de nævis Ethicæ Ariſtotelicæ.

** Dubitant de auctore Hugo Grotius ad Luc. VIII. 15. & Jonſius p. 4. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ.

2011 Ministerio de Cultura

XXXI. ΗΘΙΚΩΝ ΕΥΔΗΜΕΙΩΝ, *Moralium ad Eudemum* libri VII. ab aliis * *Eudemo* vel *Theophrasto* tanquam auctori tribuuntur, sed Aristoteli adscribunt codices antiqui, etiam Simplicius in Categor. & Favorinus apud Laertium V. 21. (nam quod ibi ex septimo Ethicorum profertur, septimo Eudemiorum legitur) Gemistus Pletho, qui post Nicomachea scriptos existimat, & velut in illorum supplementum atque emendationem. Eudemus vero cui hos libros Aristoteles inscripsit, non fuit Eudemus Cyprius, Ciceroni 1. de divinatione memoratus, qui prius occisus esse videtur: Neque Eudemus qui Archontis munere functus est Athenis Olymp. CVI. 4. ut suspicatur Sam. Petitus IV. 10. Misc. sed *Eudemus Rhodius*, auditorum Aristotelis post Theophrastum præstantissimus. In Græcolatinis Aristotelis editionibus leguntur cum translatione *incerti*, Basileæ pridem edita, quam *Leonhardo Aretino* ** perperam tribuunt Sylburgius & alii quidam. Prodierunt Ethica ad Eudemum & Magna Moralia cum Nicomacheis Politicisque & Aristotelis atque Xenophontis Oeconomicis Græce itidem Basileæ apud Joh. Walderum, sine anni notatione, 8.

XXXII. ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ ΚΑΙ ΚΑΚΙΩΝ, *De virtutibus & vitiis* libellus, sive fragmentum servatum à Stobæo Serm. 4. in cujus prima editione Græca, Veneta 1536. 4. & prima Græcolatina Gesneriana integrum una serie legitur, sed in posterioribus per diversa loca distractum. Latine vertit *Simon Grynæus* Basil. 1539. 8. cum cujus versione etiam occurrit in Græcolatinis Aristotelis editionibus, etiam Du Valliana T. 3. p. 387. Prodiit & additum Gemisti Plethonis libro de virtutibus, cum Justi Velsii versione, Platonis Theæteto cum versione Adolfi Occonis, Nemesii de voluptate cum versione Nicasii Ellebodii, Platonis Axiocho cum interpretatione H. Wolfii & notis, Demetrio denique Cydonio sive Nemesio Emeseno de contemtu mortis cum versione Raph. Seileri & H. Wolfii notis, Basil. 1577. 8. Exstat quoque seorsim hic libellus cum

* Christianus Dreierus p. 347. Metaphys: *egregius auctor, sive Theophrastus sive Eudemus fuerit, Moralium Eudemiorum.* Franc Patricius discuss. Peripatet. p. 25 & 49. *Eudemi potius credendi sunt esse, cum præsertim stylo & rerum aliqua diversitate sint ab Nicomachiis differentes, à quibus videntur usurpasse quartum, quintum & sextum libros, qui iidem ipsi sunt & rebus & verbis cum quinto, sexto & septimo Nicomachiis.* Sane Εὐδήμεια Ἠθικὰ dici possunt quæ Eudemum habent auctorem. Sic Alexander Aphrodiseus in 2. Topic. laudat Εὐδήμεια ἀναλυτικὰ ἢ Εὐδήμου ὑπὲρ ἀναλυτικῶν, ut jam Nunnesio annotatum.

** Ab hac versione differt Aretini *liber de moribus* ad Galeotum, ex Eudemiis excerptus qui legitur in Edit. latina Aristotelis Venet. 1496. T. 2. p. 123. Etiam *Liber de fortuna* qui in eadem edit. p. 348. exstat decerptus est ex Eudem. II. 8. & VIII 14. seq.

2011 Ministerio de Cultura

cum versione ac præfatione *Pauli Sperlingii* Rectoris, in usum Scholæ Hamburgensis A. 1603.8. Auctorem non esse Aristotelem, sed è Conciliatoribus Platonicis aliquem, existimabat Jac. Thomasius ὁ μαχαιρὶς Exerc. 2. de virtutibus quatuor Cardinalibus §. 4. *Alcibiadem* quendam esse auctorem, ex Arsenii Monembasiæ Archi-Ep. collectaneis observavit A. Schottus in vita Aristotelis p. 165. Equidem Aristotelis πραγματείαν περὶ ἠθικῶν ἀρετῶν ab Ammonio explicatam memorat Zacharias Mytilenes Episcopus in Dialogo de æternitate mundi p. 207. sed videtur potius respicere librum secundum & sequentes Nicomacheorum, in quibus de virtutibus differit Philosophus.

XXXIII. ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ, sive ut Laertius V. 24. vocat, ΠΟΛΙΤΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ, *De Republica libri VIII.* Acroamatici, Nicomacheis ab auctore subjuncti, quod illorum extremum caput cum Politicorum initio conferenti patebit. Opus haud dubie præclarum, sed quod nec integrum, si viros quosdam doctos audimus, neque eo ordine quo ab auctore scriptum est, ad nos pervenit. Nam quod ad ordinem attinet, *Antonius Scainus* Salodiensis * in quinque quæstionibus ad octo libros de Rep. (quem librum non ubique obvium & Heinsio Conringioque incassum quæsitum, mecum olim communicavit Vincentius Placcius ὁ μαχαιρίτης) quæstione prima p. 7. & 16. seq. non dubitat libros VII. & VIII. quibus de optima Politia agitur, præmissos fuisse ab auctore libris IV. V. & VI. qui sunt de rebusp. à rectissimo statu aberrantibus. Idem fere in mentem venit Mureto XIV. 14. Var. Lect. & *Hermanno Conringio* in Introductione lectu digna ad hos Aristotelis libros, editos Helmstadii 1656. 4. Idem Scainus p. 20. cum negasset librorum distinctionem esse ab ipso Aristotele, sed ab Andronico Rhodio vel alio prisco Philosopho profectam contendisset, observat verba postrema libri tertii supplenda esse ex initio libri septimi hunc fere in modum: Ἀνάγκη δὴ τὸν μέλλοντα περὶ αὐτῆς (ἀρίστης πολιτείας) ποιήσασθαι τὴν πρόθεσιν σκέψιν, διορίσασθαι πρῶτον &c. Porro integrum non perveniisse ad nos hoc opus,

* Hic Scainus, quem male Antonium Serenum vocat Bolduani atque inde Lipenii Bibl. Philosophica, Paraphrasin in Politica edidit Hetrusca lingva, cum annotationibus quibusdam dubiisque, Romæ 1578. 4. Ejus quinque quæstiones vero prodierunt latine ibid. A. 1577 4. De prima & secunda jam dixi. Tertia disputat, ab Aristotele civilis facultatis doctrinam tradi potuisse, etsi Remp. ipse non administraverit Quarta, Contemplativi non activi Philosophi personam gerere Aristotelem. Quinta denique, quod forma disciplinæ facili ac populari usus sit Aristoteles in opere Politico contexendo.

2011 Ministerio de Cultura

ſed libros quosdam poſtremos duſiderari , *teſtes ſunt* (Gifanii verba agnoſcis, Prolegom. in Ariſtotelis Politica p. 9.) *& vetus interpres, qui eas partes diligenter conquiſitas reperire ſe non potuiſſe ait, & Petrus Victorius, qui in lib. Rhetor.* 1. *decem Politicorum libros* (è Laertio, πολιτικὰ ά, β', * præter octo libros πολιτικῆς ἀκροάσεως memorante) *adducit, & in notis ad hos libros ait eorum optimam & perfectiſſimam partem deſiderari. Tum quia & Ariſtoteles ipſe lib.* 1. *Polit. c. ult. ait ſe poſterius de virtute mulierum, & VII.* 10. *de ſervis explicaturum, quæ tamen neutra in hoc opere reperiuntur. Præterea, quod caput eſt & firmiſſimum argumentum, optimæ Reip. inſtitutionem ad adoleſcentes duntaxat perduxit, quam tamen per omnes ætates deducendam monuerat X. ult. Nicomach. ut ſua cuique officia & partes, ſuaque ſtudia attribuerentur.* Hæc vero multis idem Scainus quæſtione ſecunda refellit, & docet nihil plane tanquam propriam ac legitimam partem Acroaſibus Ariſtotelis Politicis deeſſe, quod vel ex profeſſo ſe tractaturum, vel incidenti ſermone indicaverit. Itaque & *Cyriaci Strozzæ* ** Patricii Florentini conatum ſupervacuum fuiſſe, qui duos libros ex ingenio ſuo Græca oratione Politicis Ariſtotelis veluti in ſupplementum ſubtexuit, quibus de bellica facullate, de principatu & de ſacerdotio differit, ita, ut cum non pauca cumulet Poetarum loca, Ariſtoteli libenter concedat ſcientia & judicandi ac dicendi facultate.

Latine verterunt Politica Ariſtotelis poſt *Veterem interpretem* quo ſuis in commentariis *Thomam* Aquinatem uſum eſſe conſtat,

Johannes Argyropulus,

Leonhardus Aretinus, cujus verſio occurrit in antiquis latinis Ariſtotelis editionibus, etiam in Græcolatinis, octava forma editis.

Joachimus Perionius Lugd. 1556. 8.

Petrus Victorius, cum cujus interpretatione & commentariis lucem viderunt Florentiæ 1576. fol. & Baſil. 1582. fol. qua in editione Lambini quoque veaſio adjuncta, & argumenta atque ſcholia, Tabulæq; *Theodori Zvvingeri*, tum fragmenta politica Pythagoræorum è Stobæo collecta, cum verſione Joh. Spondani.

Jacobus Ludovicus Strebæus. Pariſ. 1542. cum animadverſionibus ad verſionis Perionianæ libros tres primores.

Joh.

* Laert. V. 24. atque iterum 22. πολιτικὼ ά, β'.

** Obiit Piſis A. 1565. ætat. 63. Vide ejus vitam in Tomo ſecundo Operum Ariſtotelis editionis poſtremæ DuVallianæ p. 461. ubi libri duo Strozzæ leguntur Græce cum latina ipſius auctoris verſione. Prodierant ſeparatim Florentiæ 1562. Græce & A. 1563. 4 latine. Gallice interpretatus eſt Gvil. Morellus.

2011 Ministerio de Cultura

Joh. Geneſius Sepulveda ibid. 1548. 4. quæ omnium optima interpretatio Gifanio videtur, proxima Lambini, de qua mox.

Dionyſius Lambinus cujus verſio ſervata in Græcolatinis Ariſtotelis editionibus, Caſauboniana & utraque Duvalliana, in poſterioris quidem Tomo III. Etiam in Conringiana Politicorum editione Helmſt. 1637. & 1656. 4.

Petrus Ramus, cum cujus interpretatione & argumentis excuſa ſunt Politica Græce & latine Francof. typis Wechelianis 1601. 8.

Paraphraſes concinnarunt *Cœlius Calcagninus*, inter cujus opera exſtat Baſileæ A. 1544. fol.

Daniel Heinſius, Græce & latine, nitidis typis, Lugd. Bat. 1621. 8. quæ editio recuſa Jenæ 1660. 4. curante Severo Chriſtophoro Olpio.

Commentariis illuſtrarunt, præter jam laudatos,

Joh. Buridanus Philoſophus circa A. C. 1340. celebris, in quæſtionibus ad VIII. libros Politicorum, Oxon. 1640. 4.

Donatus Acciajolus Venet. 1566. 8.

Jac. Faber Pariſ. 1516. fol.

Franciſcus Robortellus Venet 1552. 4.

Joachimus Camerarius Francof. 1581. 4.

Obertus Gifanius Francof. 1608. 8.

Paulus Benius Patav. 1613.

Phil. Scherbius Profeſſor Altdorfinus, Francof. 1610. 8.

Mich. Piccartus in eadem Academia Profeſſor Lipſ. 1615. 8. ut omittam Theoph. Golium, aliosque.

Johannis Feldeni Analyſis lucem vidit Helmſt. A. 1654.

Gebh. Theodori Meieri ibid. 1669. 4.

Antonii Montecatini interpretatio & commentarius in librum 2. Ferrariæ A. 1594. fol. & in librum 3. ibid 1598. fol.

Exſtant & *Joh. Sturmii* Scholia, *Martini Borrhai* ſive *Cellarii* ac *Dionyſii de Burgo* annotationes in librum primum.

XXXIV. ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΩΝ, *de cura rei familiaris* librum unum memorat Laertius V. 22. Hodie duo ſub Ariſtotelis nomine leguntur. Priorem ſolum *Leonhardus Aretinus* vertit & Coſm. Mediceo inſcripſit, quæ translatio exſtat in editione latina Operum Ariſtotelis, Venet 1496. fol. Supplevit vero ipſe poſt caput ſextum, ſive addidit, quatuor capita de officio uxoris & mariti, quæ ex latino Aretini Græce poſtea vertit

Jaco-

2011 Ministerio de Cultura

Jacobus Tusanus, Aretinum in Græco illa codice reperisse ratus. Posterior, qui Oeconomicorum publicorum liber à nonnullis inscribitur, licet ejusdem argumenti videtur esse, non est tamen ejusdem generis, judice A. Schotto p. 164. Vitæ Aristotelis. Neque Aristotelem habere auctorem existimat Vossius p. 155. de Philosophia. *Non possum*, inquit, *mihi persuadere, posteriorem ab eodem fonte esse. Neque enim verisimile sit Aristotelem tot voluisse congerere exempla, quibus Tyranni possent cives expilare. Respondent, adferre ea, non ut imitentur principes viri, sed ut doceat alios quid fieri soleat. Verum non est Aristotelici moris, in tam brevi libello tot condensare exempla, præsertim tam rei fœdæ, quam, qui narrat, docet.* Partem priorem hujus secundi libri non esse Aristotelis disputat quoque Samuel Petitus IV. 12. Misc. sed posteriorem existimat esse silvam exemplorum ab Aristotele collectam illustrandæ de divitiis πραγματείᾳ. Fragmentum strategematum vocat Erasmus.

Latine vertit utrumque librum *Joachimus Camerarius*, Francof. 1583. cujus interpretatio in Græcolatinis editionibus Aristotelis occurrit, ut Duvalliana postrema Tomo III. Transtulit & *Jacobus Ludovicus Strebæus* una cum Oeconomico Xenophontis, Paris. 1544. 4. non sine notis, & *Iacobus Faber* Stapulensis. Paris. 1506. *Bernardinus* item *Donatus* Venet. 1540. Epitomen concinnavit *Raphael Volaterranus*. Commentarius *Iohannis Casi*, (ejusdem qui Sphæram Civitatis scripsit) sive thesaurus Oeconomiæ prodiit Hanov. 1598. & 1610. 8. *M. Antonii Mureti* notæ cum ejusdem annotationibus in Nicomachea & Xenophontis ac Platonis quædam, Ingolstadii 1602. 8.

XXXV. ΠΕΠΛΟΣ sive fragmentum *Pepli*, * Epitaphia Heroum Trojanorum Græcorumque ultra quadraginta, distichis elegiacis composita, quæ sine nomine auctoris Græce primum ex codice Mediceo vulgavit ad calcem Anthologiæ Epigrammatum Græcorum *H. Stephanus* Paris. 1566. 4. Deinde Aristoteli vindicavit *Guil. Canterus* & latino versu reddidit anno eodem, Basileæ 4. cum notis, & *Ausonii* Heroum Epitaphiis emendatioribus, qui Pepli auctorem in plerisque expressit. Recusa est Canteri editio Antvverpiæ A. 1571. 8. Hinc cum sua (qui prior Cantero reddidisse versu Peplum se testatur) & Canteri versione & Ausonii Epitaphiis edidit H. Stephanus ad calcem certaminis

* De velo Panathenaicæ navis, quarto quoque anno instrui solitæ, cui victoriæ Palladis & Heroum res gestæ intextæ erant, vide Diodorum Siculum XX. p. 757. (783.) Suidam in πέπλος, schol. Euripidis Hecuba v. 469. Lutatium ad X. Thebaidos p. 342. & è recentioribus Loensem VIII. 23. Epiphyllidum, Meursii Panathenæa c. 17. seq. &c.

2011 Ministerio de Cultura

nis Homeri & Heſiodi & fragmentorum ex Matronis aliarumque Parodiis Homericis, Genev. 1573. 8. Ab eo tempore & in editionibus Anthologiæ, & cum Canteri verſione in Græcolatinis Ariſtotelis editionibus plus ſimplici vice prodiit, etiam in poſtrema DuValliana T. IV. p. 677. Cæterum Ariſtoteli vindicatur ex hoc loco Euſthatii in Iliad. β'. p. 216. ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος, καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος ὅπερ ἐκλήθη πέπλος, γενεαλογίας τε ἡγεμόνων ἐξέθετο καὶ νεῶν ἑκάστων ἀριθμὸν, καὶ ἐπιγράμματα εἰς αὐτὰς, ἃ καὶ ἀναγράφεται ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον, ἁπλᾶ ὄντα καὶ ὀλίγα παχὺ καὶ φλεγμαῖνον ἔχοντα. Δίστιχα δὲ τὰ ὅλα ἐκεῖνα δίχα δὲ ῥηθέντος εἰς τὸν Αἴαντα. Ἴσως δὲ ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐφιλοτιμήσατο ἀπεναντίας ἐλθὼν τῷ ποιητῇ ἐπὶ μὲν τῷ λαμπρῷ Αἴαντι πολλολογήσαι, τὰς δὲ ἄλλας ἥττον σεμνύναι. Latinæ verſionis inſtar adſcribam hæc Dan. Heinſii, ex præfatione, Peplo Græcorum ſuorum Epigrammatum præfixa : *Summus vir omnisque vel ſcientiæ vel eruditionis princeps Ariſtoteles, cum Homerum aſſidue legeret, qui in ejus ſcriptis exſtarent Heroum genealogiam conſcripſerat, ſingulisque ſingula Epigrammata tribuerat, quæ duobus non amplius verſiculis, excepto uno quod Ajaci dederat conſtarent. In quibus mira erat ſimplicitas, nulla affectatio : dictio caſta ac Græca, acumen rarum, non quemadmodum Laertii putidum plerumque & ineptum : nihil occurrebat denique, quod Critici de eo judicant παχύτητα καὶ φλεγμαῖνον. Quia autem in Panathenaicis Minervæ circumferri peplus ſolebat, in quo pugna Titanum, Deæ victoria, ac eximia virorum magnorum ſpectabantur opera, urbanitatis omnis ac amœnitatis parens, opus, in quo univerſa pariter Deorum ac Heroum geſta perſecutus erat, Peplum vocarat. E quo paucos illos verſus, qui nunc Pepli nomine cenſentur, excerpſerat Porphyrius. Nam de tota ſcriptî ratione ac inſtituto quædam alibi, nondum forte ſatis intellecta, dicemus.* Vide etiam Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 24. ſeq. Meminit & Pepli inter Ariſtotelis ſcripta auctor vitæ Anonymus à Menagio editus. *Ariſtotelis Pallium* vocat Tripartita VII. 2. quod apud Socratem III. 23. & Nicephorum X. 36. eſt πέπλος, Gellio etiam, ſed ſine Ariſtotelis nomine memoratus in præf. Alteri tamen cuidam Ariſtoteli tribuit Joh. Tzetzes ad Heſiodum p. 3. Ἀριστοτέλης δὲ, εἰ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δοκεῖ ὁ τὰς πέπλους συντάξας ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ.

ΣΚΟΛΙΟΝ *Carmen*, ſive *Pæan in Hermiam* Evnuchum, de quo vide ſi placet quæ dixi lib. II. c. XV. §. 18.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ', *Epiſtolæ*, de quibus dictum eſt lib. II. c. X. §. 17.

ΔΙΑΘΗΚΑΙ, *Teſtamentum*, quod deſcripſit Laertius lib. V. ſect. 11. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Prætereo *scripta ex Aristotele collecta*, quales sunt ὅροι ἀπὸ τῶν ἡθικῶν καὶ πολιτικῶν qui in thesauro librario Augustissimi Imperatoris Msti exstant teste Nesselio IV. p. 149. tum *manifeste supposita*, ut quæ in eadem Bibliotheca servantur προρρήσεις sive *prædictiones de Christi incarnatione*, id. I. p. 230. & III. p. 37. quales qui ab Aristotele profectas sibi persvadet, idem nullo quoque negotio fidem adhibuerit fabellis Judæorum Aristotelem * Judæum Hierosolymitanum è tribu Benjamin ortum fuisse garrientium, vel affirmantium, ** *quod omnis sapientia Aristotelis furtim ablata sit è sapientia Salomonis. Nam cum Alexander Macedo Hierosolymas sibi subegisset, Aristotelem*, (si Judæis placet) *præfecit thesauro librorum Salomonis. Ille vero quicquid boni in illis invenit, id omne suo ipsius nomine edidit, admixtis saltem quibusdam pessimis opinionibus*, *v.g. de Mundi æternitate.* Aut denique nugantium, Aristotelem in extremo vitæ constitutum retractasse universam suam Philosophiam, eoque nomine *Epistolam* dedisse *ad Alexandrum*, quam Hebraice & latine exhibet Julius Bartoloccius T. 1. Bibl. Rabbinicæ p. 475. è R. Gedaliæ Scialscéleth hakkabbála. Latine Johannes à Lent p. 6. Theologiæ Judaicæ. Aut persvaserit sibi Aristotelem quotidie summo mane usum fuisse hac precum formula, quæ ab eodem Bartoloccio profertur ex Bibliothecæ Vaticanæ codice MS. cui titulus מוסרי הפילוסופים *Eruditiones Philosophorum*:

Terribilis, cujus domino me subjiciam,
Et Æterne, qui nunquam (regnare) *cessas,*
Et Auctor omnium rerum.
Libera me ab igne tuo magno.

XXXVI. Haud dubie quoque suppositæ sunt Aristoteli, qui latine sæpius prodierunt, *Theologiæ* sive ut lib. IV. c. 5. ipse auctor appellat *Mysticæ Ægyptiorum Philosophiæ libri XIV.* quos ex Græco ut ajunt Arabice ab Abenama Saraceno translatos reperit Damasci Franciscus Roseus Ravennas, & Medico ac Physico Cyprio, Judæo, cui *Moses Rovas* nomen erat, transferendos tradidit, qui primus ex Arabico vertit, non Italice, ut plerique *** affirmant, sed latine, verum incondito & semibarbaro stylo

* Bartoloccius I. p 471 seq. & Rev. Joh. Franciscus Buddeus de Philos. Hebræorum p. 165.

** Vide Jac. Thomasium de plagio literar. §. 364. Theod. Hackspani dissertationem Lipmanno subjunctam p. 284. W. E. Tenzelii dialogos menstruos Anni 1689. pag. 1216. seq. Bartoloccium p. 474.480. Bælii Lex. in Aristotele nota B. C. Jonsium de scriptor. Hist. Philos. lib. 1. c. 18. Joh. Morini Exerc. Bibl. c. p. 283.

*** Italicam fuisse Rovæ translationem existimavit præter Carpentarium & Franciscum Patricium in præfat. ad Mysticam hanc Philosophiam, Stephanus le Moyne prolegomenis ad Varia sacra, tum Vir. Clariss. Ioh. Gotlieb Hardt in exercitatione de hoc ope-

2011 Ministerio de Cultura

ſtylo, atque ut ait Petrus Nicolaus, *juxta Arabicum indigeſto, ac ob imperitiam latinitatis & dictionem incompoſitam illiterato.* Hæc interpretatio nunquam edita eſt quod ſciam. Sed mox rurſum, fere eodem tempore latinitate, atque ut auctor ipſe loquitur, *Romanæ ecphraſeos toga* donati ſunt à *Petro Nicolao ex Caſtellaneis*, Medico ac Philoſopho Faventino, cujus verſionem Romæ A. 1518. 4. edidit & Leoni X. dicavit Franciſcus quem dixi Roſeus. At Leo Pontifex in Epiſtola ad Roſeum data 30. Dec. A. 1517. teſtatur gratum hoc ſibi munus fuiſſe, & editionem ſcripti hujus egregia doctrina referti ſuo hortatu à Roſeo ſuſceptam. Quanquam vero latinam magis & compoſitam dictionem Petrus iſte Nicolaus lectori pollicitus eſt, tamen hujus quoque interpretatione nihil eſſe & in verbis & in orationis compoſitione inſulſius, affirmat *Jacobus Carpentarius* Claromontanus Bellovacus, Philoſophus Pariſienſis, qui novam interpretationem horum librorum condidit, ſcholiisque illuſtratatam edidit Pariſiis 1571. 4. Cum vero Carpentarius iſte, ut ſermo tolerabilor foret, Paraphraſtes eſſe maluerit, Franciſcus Patricius qui libros de Myſtica Ariſtotelis Philoſophia recudi fecit in ſua de univerſis Philoſophia, Ferrariæ 1591. & Venetiis 1593. fol. prætulit Petri Nicolai verſionem licet barbariuſculam, *quoniam non tam ſumus*, inquit, *delicati, ut verba ſententiis præferamus.* Carpentarii vero interpretationem, at ſine ſcholiis, in utraque ſua Ariſtotelis editione expreſſit Guil. DuVallius. A. 1629. T. 2. p. 1035. & A. 1639 T. IV. p. 603. ſeq.

In hoc opere, de Deo, λόγῳ, anima, univerſo, rerumque principiis non Ariſtotelico more, ſed ita fere ut in Hermetico Poemandro fit, differitur, ut Platonicum potius aliquem quam Ariſtotelem auctorem eſſe res ipſa clamet, quanquam Franciſcus Patricius * in prolegomenis

opere edita Lipſiæ A. 1688. §. VII. Verum rectius Michael Neander in erotematis linguæ Hebrææ p. 358. verſionem Rovæ *latinam inconditam* appellat. Sane Petri Nicolai verba à me adducta hoc perſpicue videntur ſvadere.

* Sententiam ſuam de his libris Patricius, qui eis plurimum tribuit, complexus eſt hoc titulo quem operi præfixit: *Myſtica Ægyptiorum & Chaldæorum, à Platone voce tradita, ab Ariſtotele excepta & conſcripta Philoſophia: Ingens divinæ ſapientiæ theſaurus.* Putat enim Ariſtotelem, qui ἀγραφων Platonis meminit IV. 2 phyſic. ita hoſce libros ex Platonis qui per tredecim annos Ægyptiacæ Sapientiæ ſtudioſus fuerit, ore collegiſſe, prout indies ab eo ſermo de eis haberetur, & ita eos vel tunc in adverſaria congeſſiſſe & poſtea nulla habita ordinis ratione perſcripſiſſe. Confuſos igitur ob eam cauſam videri eſſe, & in meliorem ac ſcientificum ordinem haud multo labore poſſe

2011 Ministerio de Cultura,

ad ſuam editionem, & Athanaſius Kircherus in præfatione paræneticaad Obeliſcum Pamphilium illud audacter tribuunt Ariſtoteli. Ac Thomas Aquinas libro de unitate intellectus Apologetico adverſus Averroem (T. 17. Opp. Opuſculo XVI. p. 99.) teſtatur ſe Ariſtotelis libros XIV. de ſubſtantiis ſeparatis vidiſſe *Græce*, necdum in linguam latinam translatos, in quibus multarum quæſtionum de Deo & animo explicatio contineretur, quæ in Phyſicis & Metaphyſicis Philoſophi ſcriptis non ſatis ſunt expoſitæ. Arabi cuidam Philoſopho tribuendum ratus eſt Petrus Ramus (quem ſub Theſſali Methodici titulo perſtringit Carpentarius) præfat. ad Scholas Metaphyſicas, & Eduardus Stillingfleetus reſponſione ad Creſſyum p. 83. Et ſane Arabem ſcriptorem ſapit quod XIV. 15. legitur: *Quare probatum quod Deus, cujus nomen exaltetur, creavit univerſum abſq; conſultatione ſeu cogitatione.* Verum hoc & alia ejusmodi non minus ab interprete Arabe addi, quam ab auctore proficiſci potuerunt. Itaq; nihil definit Holſtenius in notis ad vitam Pythagoræ à Porphyrio ſcriptam p. 68. *Vetus & incognitus auctor admirandi operis de divina ſapientia ſecundum Ægyptios.* D. Lutherus in Epiſtola data 7. Dec. A. 1519. *Attulit Doctor Johannes Heſſus ex Italia Theologiam Ariſtotelis Myſticam, nuper in Syria, ut ſcribunt, repertam, hoc eſt per ſycophantum aliquem ſomniatam, ut ego ſentio, quo nobis hunc hoſtem Chriſti illuſtriorem factum ſpecioſo titulo adverſus Chriſtum diutius alant.* Vide & Obſervat. Hallenſ. T. VIII. p. 232.

XXXVII. In antiquioribus latinis Ariſtotelis editionibus, ut Veneta A. 1496. 1551. &c. occurrunt libelli quidam in Græcis & Græcolatinis editionibus haud obvii, quorum 1. eſt *De Nilo* ſive de cauſis incremen-

poſſe digeri. *Quod & feciſſemus*, inquit, *niſi mordacium hominum recenſiones vereremur, idque non ſine gravium veterumque auctorum exemplo feciſſemus, qui Platonis dialogos in trilogias vel tetralogias, Plotini ſcripta in Enneades digeſſerunt.* Idem Patricius exiſtimat Ammonium Saccam his libris uſum fuiſſe, & Plotinum IV. 4. ſimilitudinem duorum lapidum ex libri IV. c. 2. in librum ſuum de intelligibili Pulchritudine derivaſſe. Sane auctor vult videri Platonis fuiſſe auditor, ut lib. 1. c. 5. *Plato igitur olim dedit animæ plura attributa, quorum nos auriti fuimus teſtes, ſed non ſcripſit ullum.* Præter *Platonem* qui *Philoſophi* nomine etiam hinc inde innuitur, allegantur *Antiles* lib. 1. c. 4 & 5. Pythagoricæ ſectæ aſſeclæ, quorum opinio de anima quod ſit harmonia refutatur III. 5. Attici quidam qui animam entelechiam vocaverunt III. 6. Sapientes Ægyptii XIV. 14. & 15. Sapientes & Archiſophi Babyloniæ X. 17. XIV. 3. 14 Auctor ait in Metaphyſicis ſe de ſubſtantiis à materia abſtractis egiſſe. XII. 7 & Metaphyſica ſua, libros de anima, & de Natura laudat lib. I. c. 1. libros de anima iterum X. 10. Regis Babyloniæ mentio XIV. 13. Ariſtotelem porro auctorem eſſe horum librorum recte negat Paaricius ipſe in diſcuſſ. Peripateticis p. 26. qui neſcio an æque feliciter conjicit auctorem eſſe Palæphatum, licet ab hoc Ægyptiorum Theologiam ſcriptam fuiſſe Suidas adnotavit.

2011 Ministerio de Cultura

menti Nili, in quibus refertur iuter alia quid hac de re ſenſerunt Thales Examii F. Mileſius, Diogenes Nachythennus F. Apolloniates, Anaxagoras Hegeſibuli F. Clazomenius, Athenagoras Arminiſci F. & Nicagoras Cyprius. Neque quicquam video * cur hic liber non poſſit ad Ariſtotelem auctorem referri, præcipue cum inter Philoſophi ſcripta Anonymus vitæ auctor à Menagio editus referat περὶ Νείλε ἀναβάσεως ά, & idem ſcriptum laudet Alexander Aphrodiſeus in Meteorolog. Sane dignus erat hic libellus, qui emendatius deſcriptus ederetur ad calcem Herodoti, ubi veterum de Nilo teſtimonia collegerunt viri docti· *Ariſtonis* eſſe, quem de Nilo ſcripſiſſe teſtatur Strabo, vix crediderim, quoniam ille prolixius hoc argumentum fuit perſecutus, neque Arabes Ariſtonis libros interpretatione dignos habuerunt.

2. Liber *de proprietatibus elementorum*, qui Joh. Pico judice ** cujuscunque potius eſt quam Ariſtotelis, varia enim continet cum Philoſophi dogmatibus pugnantia, v. g. de anno 36000. annorum, de diluviis, peſtilentia & ventis è conjunctione planetarum in piſcibus, geminis & ſigno Virginis orientibus. Memorat & Romam, & Arabum ſectas, & ridiculam fabulam refert de Socrate in hanc ſententiam: *Fuit in diebus Philippi Regis via in monte Armeniæ inter duos montes, & ſuperveniebat ei in quibusdam momentis hora, qua non tranſiret ſuper illam viam aliquis equitum & peditum qui non caderet mortuus, quando erat inter illos duos montes. Interrogavit ergo de illo Rex Philippus quosdam ſapientes ſuos, & neſciverunt cauſam illius, donec præcepit Socrates ei facere fabricam altam. Fecit ergo ei, & Socrates poſuit in ea ſpeculum de chalybe. Appoſuit ergo inſpicere in ſpeculo quod præparaverat oppoſitum duobus montibus. Vidit enim duos dracones magnos, unum ex hoc monte, & alium ex monte ſecundo, & unusquisque eorum aperierat os ſuum adverſus ſocium ſuum, & egrediebatur ex orificiis eorum vapor, & corrumpebat illum aerem. Et dum iterum Socrates ſedebat aſpiciendo in ſpeculo, & conſideraret dracones, tranſibant ſuper illam viam equites. Vidit ergo Socrates eos cadentes de beſtiis. Scivit ergo quod fuit illud propter vaporem qui fuerat egreſſus de ventribus draconum, & quod ille corrumpebat aerem illius loci. Feſtinavit ergo deſcendere ad Regem*

* Non tamen ex hoc libro petitum, quod apud Strabonem lib. XVII. p. 790. legitur Ariſtotelem imbres æſtivos habuiſſe pro cauſa incrementi Nili, idque didiciſſe eum à Thraſyalco Thaſio.

** Joh. Picus lib. 1. contra Aſtrologos p. 284 cui præter Nunneſium de cauſis obſcuritatis Ariſtotelis p. 47. aſſentitur utrumque laudans Jacobus Thomaſius de Stoica mundi exuſtione p. 60. & 72. Eadem quoque ſententia Franciſci Patricii p. 26 lib. 1. diſcuſſ. Peripatet. Occurrit hic liber etiam in editione Operum Ariſtotelis latina cum Averrois commentariis, Tomo VII. p. 110. Venet. 1551. fol.

2011 Ministerio de Cultura

& narravit ei, præcepitque exire in montem & videre quare interfecti sunt, salvatusque est locus, & non accidit in eo quod acciderat. Miratus est ergo Rex de sapientia Socratis, &c.

3. *Liber de Pomo*, quod Aristoteles morti vicinus manu tenere, ejusque odore se recreare fingitur, atque interim de morte contemnenda & animæ immortalitate amicos docere. Hunc librum jam Erasmus in præf. ad Aristot. recte judicavit Christiani esse scriptoris, meminit quoq; Abrahami & Noæ, qui fuerint omnibus sapientiores. Equidem Manfredus * qui in præf. eum ex Arabico Hebraice pridem ab alio translatum latinam in lingvam vertisse se ex Hebræo testatur, ait Aristotelem hunc in exitu vitæ suæ edidisse, quo probaret sapientes de hospitii lutei exitu non dolere. Etiam loquens & ad scripta sua provocans Aristoteles inducitur. *Qui vult intelligere*, inquit, *Philosophiam, & esse sapiens, legat & addiscat octo primos libros* (Physicorum) *quos aggregavi, quousque perveniat ad librum de anima, & de ipso cognoscet - - . - - - Et rationabiliter decet Philosophiam scire omnes hujusmodi rationes, ut sophistica non fallatur, nec verbis capiatur, & intelligat locos & propositiones in quibus sit ei sophisma. & in his libris est veritas omnium scientiarum, sed non sunt particularia Et aggregavi quendam alium librum qui dicitur Metaphysica, & declaravi in eo quod firmamentum superius & stellæ non sunt de naturis quas videmus* &c. Sed nemo facile erit haud obesæ naris, qui lecto libro dubitabit otiosi esse hominis commentum. Extat & Hebraice excusus Rivæ Tridenti sub titulo ספר התפוח una cum libro virtutum animæ. Etiam MStum occurrere in Vaticana, testatur Bartoloccius 1. p. 482.

4. *Liber de Causis*, divisus in capita 32. Aristotelis non esse deprehen-

* Verba ejus hæc sunt: *Quapropter nos Manfredus divi Augusti Imperatoris Friderici filius, Dei gratia princeps Tarentinus honoris montis Sancti Angeli Dominus & illustris Regis Conradi servi in regno Siciliæ bajulus generalis - - cum corpus nostrum gravis infirmitatis adeo molestia maceraret, ut nulli de cætero posse corporaliter vivere crederemur - inter theologica & Philosophica documenta nobis occurrit liber Aristotelis, Principis Philosophorum, qui de pomo dicitur, ab eo editus in exitu vitæ suæ, in quo probat sapientes de hospitii lutei exitu non dolere - quibus adstantibus diximus ut eum librum legerent - - quem librum cum non inveniretur inter Christianos, quoniam eum in Hebraico legimus translatum de Arabico in Hebræum, sanitate rehabita ad eruditionem multorum de Hebræa lingva transtulimus in latinam, in quo a compilatore quædam recitabilia inseruntur. Nam dictum librum Aristoteles non vocavit* (non titulum de pomo indidit libro) *sed vocatus ab aliis exitit, qui causam hilaritatis mortis suæ* (Aristotelis) *discere voluerunt, sicut in libri serie continetur.* Occisus est Manfredus iste A. C. 1266.

2011 Ministerio de Cultura

henditur ea ipsa ratione, quod multa ab Aristotelis * dogmatibus diversa contineat, ut monuit Patricius p. 26. discuss. Peripatet.

5. *Libellus de intelligentia* qui inscribitur, manifeste non est Aristotelis, sed cujusdam qui in Aristotelem est commentatus, & in librum de mundo præfatur.

6. *Liber de bona fortuna*, qui à Pomponatio de incantationibus p. 209. allegatur, & in iisdem antiquis latinis editionibus occurrit, nihil aliud est, quam cento consutus è locis quibusdam Eudemiorum Moralium, ut supra ad num. XXXI. notare me memini.

7. Sunt & alia quædam, non inter scripta Philosophi quidem edita, quod sciam, at quæ tamen sub ejus nomine feruntur. Ut quæ *de lapide Philosophorum* & *de perfecto Magisterio* occurrunt latine inter scriptores veræ Alchemiæ à Guil. Gratarolo collectos Basil. 1561. fol. & inter scriptores Artis auriferæ ibid. 1593. 8. in theatro Chemico, Ursellis 1602. 8. Tomo II. & Argentorati 1613. & 1622. 8. Tomo III. & V. Aristotelis *de gemmis & de Alchemia* Arabice MS. memorat Labbeus novæ Bibl. MSS. p. 255. Similiter sub Aristotelis nomine librum *de regiminibus cœlestibus* (de Astrologia, Arabice, Hotting. p. 255. Bibl. Or.) jactarunt nugivenduli, quos explodit Joh. Picus Mirandulanus l. 1. contra Astrolog. p. 284. Idem rejicit *librum de secretis secretorum* ad Alexandrum M. qui MS. exstat in Bibl. Vaticana, unde iconē ingentis cornu stentorei exhibet Athanasius Kircherus in Phonurgia p. 140. Confer Morhofii stentorem hyaloclasten c. 7. & 14. Fuerunt & in Bibliotheca Renati Moreau teste Labbeo p. 215. Aristotelis secreta secretorum & *Epistola de conservatione humani corporis*, versa per nescio quem *Nicolaum* (eundem forte qui Mysticam Philosophiam transtulit, de qua num. XXXVI.) Platonis & Aristotelis *Epistolæ de anima hominis, & quatuor temporibus.* In catalogo MSS. Bibl. Augustanæ p. 51. inscribitur *Aristotelis liber de arte vivendi, qui etiam dicitur secretum & regimen Principum. Est autem liber de servanda sanitate per medicinam & diætam.* Exstat & Hebraice ex Arabico translatus sub titulo סוד הסודות, meminit Hottingerus p. 57. Bibl. Or. & Bartoloccius I. p. 482. Sed & Alexander Achillinus Medicus ac Philosophus, Bononiæ A 1516. fol. in lucem emisit opus septisegmentatum, in quo reperiuntur 1. Aristotelis secretum ** secretorum ad Alexandrum M. de Regum regimine, de Sani-

* In editione Venet. 1551. fol. inter Opera Averrois Tomo VII. p. 114. traditur ex Hebræo conversus, & Avempaci ab aliis, vel Alpharabio vel Proclo adscriptus.

** Michael Neander in Erotematis linguæ Hebraicæ p. 558. ejus libri meminit his verbis: Ari-

2011 Ministerio de Cultura

Sanitatis conſervatione, de Phyſiognomia &c. cum prologo Johannis (qui tranſtulit librum) filii Patricii. 2. Ariſtotelis (Theophraſti potius) de ſignis aquarum, ventorum, tempeſtatum. 3. Ejusd. de mineralibus. 4. Alexandri Aphrodiſienſis de intellectu. 5. Averrois de beatitudine animæ. 6. Alexandri Achillini Bononienſis de univerſalibus. 7. Alexandri Macedonis in ſeptentrionem Monarchæ de mirabilibus Indiæ ad Ariſtotelem. Etiam Philippi ſecretum ſecretorum fuit in Bibl. Thuanea. Et Ariſtotelis *librum quæſtionum Babylonicarum* memorat Gvevarra Horologii Principum II. 17. At tempus eſt, ut miſſis ſuppoſititiis Ariſtotelis ſcriptis, editiones germanorum ejus operum recenſeam.

XXXVIII. *Editiones Operum Ariſtotelis Græcæ.*

1. Veneta Aldi Manutii 1498. fol. charactere luculento, quatuor voluminibus, una cum ſcriptis Theophraſti, & Philonis libro de mundo, atque hiſtoria Philoſophica Galeno adſcripta. Hæc editio elegantiſſima jam Eraſmi ætate perrara fuit & caro pretio ſtetit. Nuper in auctione Gudiana veniit quinquaginta marcis Lubecenſibns

2. Baſileenſis, emendante *Simone Grynæo*, ex officina Joh. Bebelii, cum præfat. *Eraſmi* A. 1531. fol

Nonnullos etiam libros Ariſtotelis, Phyſicos præſertim, Græce recenſuit *Nic. Leonicus Thomæus* Florentiæ 1527. 4. & *Guil. Morellus* Pariſ. 4.

3. Baſileenſis altera A. 1639. fol.

4. Tertia Baſileenſis *Conradi Geſneri* & *Sim. Grynæi* ſtudio recenſita A. 1550. fol. apud Michaelem Iſingriniun.

5. Aldina minor 1552. 8. cum Theophraſti Operibus, VI Volum. curante *Joh. Baptiſta Camotio*, cum præfat. Friderici Turiſani.

6. Francofurtenſis, curante *Frid. Sylburgio* * Veterenſi cum variis

Ariſtotelis liber de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum M per Joannem quendam filium Patricii à Græca lingva in Chaldæam translatus ex Chaldæa (Syriaca) in Arabicam, poſtea per Philippum quendam Clericum ex Arabica in latinam, impreſſus olim in Italia, quaternionibus 11. diviſus per capita 24. Tractat autem primo de moribus officiis & virtutibus quæ Regem decent: deinde de corporis cuſtodia, de hora eligendi in Aſtronomia: Alchimyſtica quædam, & copioſius de ſanitate tuenda Poſtea de quatuor temporibus anni, de quatuor membris principalibus, de cognitione ciborum aquarum & vinorum, de balneis, de apertione venarum, de juſtitia, de electione bajulis, notarii, nuntii, præpoſiti, de proceribus & eorum virtutibus, de forma præliandi, de phyſiognomia.

* Virum hunc ſine oſtentatione atque alios exagitandi libidine doctiſſimum & præclaris accu-

2011 Ministerio de Cultura

variis lectionibus, notis Criticis & indicibus locupletissimis apud A. Wecheli hæredes 1587. 4. quinque voluminibus. Editio nitida, emendatissima, locupletissima, in qua præter scripta Aristotelis græce usquam edita (excepto Peplo) exhibentur *Theophrasti* (*a*) Metaphysica, Characteres Ethici, & ἐκλογαὶ περὶ λόγων, περὶ ἰδεῶτων, περὶ ψυχαλύσεως, περὶ λειποψυχίας, περὶ ἰλύγχων, & quem sub incerti auctoris titulo publicaverat Aldus, περὶ σημείων ὑδάτων καὶ ἀνέμων, tum *Alexandri* (*b*) Aphrodisei Problemata, & libellus, quod virtus non sufficiat ad beatitudinem: *Cassii* (*c*) Jatrosophistæ Problemata LXXXIV. Excerpta è *Sotione* (*d*)

accuratisque veterum scriptorum editionibus immortaliter meritum sustulit lues epidemica Heidelbergæ die XVI. Februarii Anno 1596. (ætatis 60.) ut refertur in Abr. Sculteti vita p. 34. Discipulus fuit Laur. Rhodomanni, & Wechelianæ ac Commelinianæ typographiæ, quibus haud meliores Germania vidit, ἐργοδιώκτης. Vitam ejus & scripta petes, ubi libebit, è Melchioris Adami Vitis Philosophorum, Antonii Teisserii elogiis Thuaneis parte 2. Pauli Freheri theatro, & personati Adolphi Clarmundi Vitis Clarorum virorum Germanice editis parte 1.

(*a*) De Theophrasti scriptis vide infra cap. IX.

(*b*) De scriptis Aphrodisiensis Alexandri infra lib. IV. ubi & de problematis, quæ nonnulli tribuunt Alexandro Tralliano.

(*c*) *Cassius Felix* vocatur in MSto Codice quem memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 49. ubi testatur in codice 1125. Regis Christianissimi exstare latinam Problematum Cassii versionem adornatam Ardabure & Asclepio sive Callepio Coss. Anno Christi 474. Et video præterea memorari Cassii Felicis, sub Claudio Imp. Medici libros duos de curatione morborum (Vide Conringii Introduct. in Medic. p. 53) Græce prodierunt Cassii problemata Κασσίϗ ἰατροσοφιϛῦ ἰατρικαὶ ἀπορίαι καὶ προβλήματα περὶ ζώων καὶ τετραπόδων. Paris. 1541. 8. & ibidem eodem anno latine, in 4. interprete *Adriano Junio*, cum græci exemplaris castigationibus. *Quis hic scriptor fuerit*, inquit Junius præf. ad Cornelium Rhemnium, *quove temporum tractu vixerit, nihil equidem, ut ingenue fatear, compertum habeo. Memorat Suidas Longinum cognomento Cassium, magni illius Porphyrii Præceptorem, qui quæstiones & problemata Homerica scripserit. Citatur & quidam Medicinæ scriptor Cassius Calpitanus, uter vero hujus sit auctor libri, an alius quispiam, & an is, quem Galenus IV. 7. & IX. 4. de compositione Medicamentorum secundum locos allegat, nec semel Hippiatrica, malim dubium silentio transire, quam temere asseverando ineptiæ notam incurrere. Certe quisquis tandem sit, ut non infimæ in re medica classis, ita lectione non perfunctoriæ sed sæpius iterata dignissimus est, adderem & æquali, cum veterum multis, nominis auctoritate, ni aliorum censuræ præjudicium dictare primus formidarem.* Plerique viri docti, ut Hieron. Mercurialis III. 11. Var. lect. & IV. 13. Vossius lib. de Philosophia p. 94. & Daniel Clericus Hist. Medicinæ T. 2. p. 126 non plane certa conjectura hæc. Problemata tribuunt Cassio Medico, qui Augusti & Tiberii temporibus floruit, quem *ingeniosissimum sæculi sui Medicum* vocat Celsus præf. Idem IV. 14. & V. 25. plasma Cassii

2011 Ministerio de Cultura

περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδεδοξολογημένων, & ex *Athenæi* (e) libro II. similia excerpta de aquis quibusdam & fontibus mirificis: *Polemonis* (f) & *Adamantii* (g) Physiognomica, & *Melampodis* (h) περὶ παλμῶν μαντικὴ & περὶ ἐλαίων & σώματος.

Ver.

Cassii Colicum refert, quod laudat præter Galenum IX. 4. κατὰ τόπους Scribonius Largus compositione 120. uti antidotum compos. 176. & collyrium Aetius tetrabibl. 2. lib. 3. c. 99. Asclepiadis sectæ addictum problematum scriptorem observatum est Mercuriali, & laudat nominetenus Asclepiadem Cassius problemate statim primo, tum problemate 40. allegans ejus librum περὶ ἑλκῶν. Adr. Junii versio latina & castigationes recusæ sunt ab H. Stephano inter Medicæ artis principes T. 1. p. 752. A. 1567. fol. Prodierunt & græce emendatiora cum nova *Conr. Gesneri* versione & Scholiis Tiguri 1562. 8. Hinc græce cum Theophylacti Simocattæ (de quo infra lib. V.) ἀπορίαις Φυσικαῖς & Epistolis è recensione *Bonav. Vulcanii*, Lugd. Bat. 1596. 12. Denique græce & latine cum notis ab *Andrea Rivino* Lipsi. 1653. 4. Gesnerus in Bibl. notat unum duntaxat problematum Cassii librum excusum esse, *Venetiis*, inquit, *alterum quoque haberi audio.* In calce Msti codicis, Junio teste, legebatur aliquid de differentia ἄμμος & ψάμμος, quod veluti alienum rejicit merito Jac. Tusanus. Alius fuit Γέσιος sive Γέσσιος ἰατροσοφιστής, ad quem Procopii Gazæi exstant Epistolæ; & cujus è Damascio meminit Suidas, tum Stephanus Byz. in Γέα. Fuit & L. Annius Cassius Mithradorus Medicus, cujus mentio apud Sponium in Misc. eruditæ antiquitatis, ne dicam de Dionysio Cassio Uticensi, qui de re rustica scripsit teste Varone & Columella, & cujus ῥιζοτομικὰ laudat Scholiastes Nicandri: tum de aliis Cassiis compluribus, de quibus Bælius in lexico, quibus addendus Cassius Maximus, cui Onirocritica sua inscribit Artemidorus.

(d) Ediderat H. Stephanus Paris. 1557. 8. Confer Photium Cod. CLXXXIX. & Jonsium p. 166. qui Sotionem hunc sub Tiberio claruisse notat.

(e) lib. 2. p. 41 seq.

(f) *Polemon* hic, quisquis fuit, (Xenocratis enim discipulum Atheniensem vix credo) antiquior fuit Origene, qui ejus meminit lib. 1. contra Celsum p. 26. Ἐὰν δὲ καὶ τῶν Φυσιογνωμένων κρατῇ, εἴτε ζωπύρου, εἴτε Λόξου, εἴτε ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ, εἴτε τινός ποτ' ἂν τοιαῦτα γράψαντος καὶ ἐπαγγειλαμένου εἰδέναι τι θαυμαστὸν ἐκ τῆς πρὸς τοῖς ἤθεσι τῶν ψυχῶν πάντ' εἶναι τὰ σώματα. Albertus M. Φυσιογνωμικὸν sive Φυσιογνωμικῶν ἐγχειρίδιον tribuit Polemoni Rhetori, parum verisimiliter, libro 1. de animalibus: *ut autem melius sciantur ea, quæ dicenda sunt, ponemus singulorum membrorum per se significationes, sequentes auctores magnos hujusmodi artis, Aristotelem videlicet & Avicennam, Constantinum ipsum, & ipsum quem commendat Aristoteles, Philemonem* (Philo quidam laudatur à Polemone) *Loxum quoq; & Palæmonem* (Polemonem) *declamatorem, qui Physiognomica perfectius cæteris tradiderunt.* Adamantius (de quo paulo infra) similiter testatur se Polemonis vestigiis insistere, sed quem existimaverit Polemonem, non addit. Διὸ παραφράσαι μὲν εἰλόμην τὰ Πολέμωνος καὶ κοινῷ τῆς λέξεως. In multis dictio adeo est impura, ut judice Sylburgio non Polemonis Athenienſis, sed hominis semibarbari esse videatur. Etiam εἰδολαθύτης vocabulum, Christianum magis, quam Ethnicum Philosophum resipit, nisi à recen-

2011 Ministerio de Cultura

Versiones & editiones Latinæ.

Latinæ versiones antiquæ Operum Aristotelis præter libros Logicos à *Boethio* conversos & inter ejus opera obvios, memorantur duæ, Prima quæ circa A. C. 1220. jussu *Friderici II.* Imp. * partim è græco, partim ex Arabico sermõe composita est *per viros lectos & in utriusq; linguæ prolatione peritos*, ut est apud Petrum de Vineis III. Epist. 67. Hujus versionis pars legitur in prima editione latina Operum Aristotelis, sed valde imperfecta & in emendata, licet vicissim supposititia quædã & in aliis plerisque editionibus haud obvia scripta complectente, Venetiis, non ex Aldi officina, ut habet Labbeus, sed per Gregorium de Gregoriis, expensis Benedicti Fontanæ A. 1496. fol.

Altera rogatu *Thomæ Aquinatis* è græco facta esse fertur (à *Thomæ*

recentiore manu interpolatum Polemonis scriptum malis. Græce primum edidit *Camillus Perusc*us cum Aeliani Variis, Adamantio & Melampode Rom. 1545. 4. Latine vertit *Nic. Petrejus* Corcyræus cum Meletii & Hippocratis de structura hominis, Dioclis Epistola de tuenda valetudine ad Antigonium Regem, & Melampodis de nævis Venet. 1552. 4. De Polemone Athenienſi dictum ſuperius cap. 3. De Polemone utroque Rhetore infra ſuo loco. De Polemone Periegete Panætii diſcipulo & Timæi Hiſtorici adverſario Voſſius in Hiſt. græcis.

(g) *Adamantii* ſophiſtæ libri duo *Φυσιογνωμικῶν* è Polemone, ut ipſe fatetur, magnam partem expreſſi & Conſtantio (illi opinor, qui Placidiam Honorii uxorem duxit, de quo Sozomenus IX. 16.) inſcripti viderunt lucem græce primum cum polemone & aliis Rom. 1545. 4. deinde Pariſ. 1540. 8. apud Conradum Neobarium cum verſione *Jani Cornarii* Baſil. 1544. 8. Gallice per *Joh. Bonum* Pariſ. 1556. 8. atque interprete puero duodecenni *Henrico de Boyvin du Vavrouy*, qui Adamantium & Melampodem è græco gallice verſum Cardinali Richelio dicavit Pariſ. A. 1656. 8. Videtur hic fuiſſe Adamantius gente Iudæus *ἰατρικῶν λόγων σοφιστὴς*, qui tempore Attici Epiſcopi CPolitani Chriſtianam amplexus religionem Alexandriam ſe contulit ibique ſedem fixit teſte Socrate VII. 13. Hiſt. Allegatur Adamantius (idem fortaſſis, confer Marſilium Cognatum IV. 17. Variar. Obſerv.) ab Aetio Tetrabibl. I. 3. 163. II. 4. 27. & 31. & III. 2, 6. ubi de dentium curatione. Alia Adamantii medicamenta laudat Oribaſius lib. 3. Synopſ. Adamantium *ἐν τοῖς περὶ ἀνέμων* allegat Schol. Heſiodi ad Theogoniam. Adamantii *liber de ventis* MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi Cod. 1213. teſte Labbeo p. 111. Bibl. nov. MSS. Adamantii & aliorum de ponderibus & menſuris MS. id. p. 123.

(h) De Melampode dixi lib. I. c. 15.

* Confer Leonhardum Aretinum IV. ult. & VII. 4. Epiſt. H. Conringii Antiquitates Academicas pag. 95. Vincentium Placcium de Anonymis pag. 53. ſeq. editionis primæ.

2011 Ministerio de Cultura

ma Cantiprat ano ** ut notat Alfonſus Fernandes) A. C. 1271. quod ex Aventino lib. VII. Annalium p. 566. obſervat Jac. Thomaſius *ὁ μαχαιρίτης* in diatriba inſerta obſervationibus Hallenſibus T. VI. p. 160. & in commonefactione de verſionibus latinis Nicomacheorum pag. 106. ſeq.

Sæculo decimo quinto Nicolai V. * Pontificis & Petri Medices auſpiciis, tum ptivato etiam motu, *Leonhardus Brunus Aretinus*, Anno 1440 denatus, *Georgius Trapezuntius*, *Theodorus Gaza*, *Joh. Argyropulus*, *Georgius Valla*, & alii viri docti, elegantius & lucidius Ariſtotelis ſcripta è græco in latinam linguam transferre cœperunt. Hinc è variorum interpretatione prodierunt Baſil. 1538. fol. 2. Vol. quæ editio à Simlero recenſetur. Sæpius deinde recuſa tum ibidem 1545. & 1548. fol. *Hieronymo Gemuſæo* curante, & 1563. fol. tum Lugduni 1542. apud Jacobum Juntam 8. & 1549. fol. ex officina Joh. Frelonii, cum indice locupletiſſimo: tum A. 1551. 12 decem Voluminibus, & 1580. apud Joh. Berion, 12. nec minus 1581. fol. apud Stephanum Michaelis, ex recognitione *Jac. Martini*, & Venetiis apud Octavianum Scotum 1540. 8. & apud Cominum de Tridino 1560. 8. & apud ſignum ſeminantis 1572. 12. & cum *Averrois* commentariis 1551. & 1562. fol. undecim voluminibus & 1575. 8. decem Voluminibus, & Genevæ 1608. Denique ſine Averrois Commentariis Francofurti A. 1596. 4. paginis editione græcæ *Sylburgianæ* reſpondentibus V. Volum. ſed & Romæ 1668 4. cum Paraphraſi & indice copioſo *Sylveſtri Mauri* Jeſuitæ, ſex Voluminibus.

Editiones Græco-latinæ.

1. Cum Variorum latina interpretatione, & Variis lectionibus caſtigationibusque ab *Iſaaco Caſaubono* in ora libri adſcriptis, qui in præf. *etſi*, inquit, *non plus temporis eſt impenſum, quam quantum partim operæ vix aliquando interjungentes, partim aliæ occupationes nobis concedebant, ſpero tamen non defuturos gratos homines, qui noſtro hoc labore ſe adjutum iri fatebuntur.* Lugd. 1590. fol. & Genevæ ſive Coloniæ Allobrogum. 1605. fol. Memorat Labbeus etiam editiones Genev. 1596. Lugd. 1597. & 1646. quas haud vidi.

2. Cum

** Vide Natalem Alex Sec. XIII. & XIV. c. IV. Artic. 4. H. Conringii introduction. in Ariſtotelis Politica c. 9. & Valerii Andreæ Bibl. Belgicam in *Guil. Moerbecanus*, quem cum Henrico Brabantino & Thoma Cantiprantano eundem faeit.

* Beſſario præf. ad verſionem Metaphyſicorum.

2011 Ministerio de Cultura

2. Cum variorum interpretatione latina Lugd. 1597. 8. duobus Voluminibus, apud Guil. Læmarium: & Genevæ 1607. 8. apud Sam. Crispinum 2. Vol. ex. *Julii Pacii* recensione.

3. Cum Variorum interpretatione latina ex recognitione *Guil. DuVallii* Pontizarani sive Pontisarensis, Regis Galliæ Ludovici XIII. cui opus inscriptum est, Consiliarii & Medici, cum ejusdem Synopsi Analytica doctrinæ Peripateticæ & summa librorum Aristotelis, argumentis & variis lect. Paris. 1619. & 1629. duobus Voluminibus: & cum nova propædia ad Philosophiam aliisque nonnullis ab eodem DuVallio additis ibid. majoribus typis A. 1639. (exempla alia præferunt annum 1654.) quatuor voluminibus, fol. In his editionibus DuVallianis exstat etiam Philosophia Aristoteli adscripta secundum Ægyptios (ut jam dixi num. XXXVI.) quæ in aliis editionibus desideratur.

Franciscus quoque Ximenius Cardinalis post illustre Bibliorum Complutensium opus insignem Aristotelis editionem fuit molitus, de quo sic Alvarus Gomecius libro secundo de rebus gestis Ximenii pag. 44. *Non satis animi sui magnitudini Ximenius ingens hoc Bibliorum edendorum opus esse arbitrabatur, ad hoc alia secum volvebat, quæ morte præventus absolvere non potuit. Nam ut Joh. Vergaram, aliosque complures, qui eo tempore apud eum vixerunt, dicentes audivi, Aristotelicorum voluminum editionem parabat, ut singulæ paginarum facies ternis columnis distinguerentur, quarum primæ græca Aristotelis verba emendatissime contineret, media vulgatam translationem, extrema vero novam quandam & meliorem versionem: ut eis veluti commentariis scriptoris alioqui difficilis sensus abditi illustrarentur. Nam & earum disciplinarum cognitionem, quas in schola sua tractandas proposuerat, eum quoque auctorem per necessarium esse intelligebat. Atque ad novam illam versionem faciendam viros aliquot in Græcis & Philosophicis literis doctissimos accersendos undecunque curasse. Huic rei inter alios qui adhuc conquirebantur,* Johannes Vergara *designatus est, qui diligenter latinos fecit octo de Physico auditu libros, tres de anima, Metaphysices vero quatuordecim. Hi Toleti in templi maximi Bibliotheca servantur. At cum Bibliorum editioni Aristotelica esset successura, atque illa nondum absoluta Ximenius * è vivis sublatus sit, mortis præoccupantis injuria, quæ semper viris magnis periniqua & immatura accidit, præclari operis ingenti spe studiosos homines frustravit.*

De Aristotelis libris *Syriace* & *Arabice* redditis consulendus Hottingerus Bibl. Oriental. pag. 219. seq. De versionibus *Hebraicis* ex Ara-

* Obiit ex præbito veneno die 8. Novembris Anni 1517. ætat. 80.

2011 Ministerio de Cultura

Arabico fere confectis, Julius Bartoloccius T. 1. Bibl. Rabbinicæ p. 480. seq. & Rev. Joh. Franciscus Buddeus introductione ad Philosophiam Ebræorum p. 162. seq. In *Persicam* quoque & *Turcicam* translatos linguam, & *Tartaricam*, testimoniis Belonii, Adami Olearii & Bergeroni notavit Mottanus * Vayerus. Libros de Cœlo in *Tschinensium* linguam translatos supra §. X. retuli. Alias librorum quorundam Aristotelis versiones *Gallicas, Italicas, Hispanicas, Anglicas, Germanicas, Belgicas, Polonicas* partim suo loco memoravi, partim in Hendreichii pandectis Brandenburgicis & alibi inquirendas Lectori reliqui.

XXXIX. SCRIPTA DE ARISTOTELE ET ARISTOTELICA PHILOSOPHIA.

VITAM ARISTOTELIS scripsere è veteribus qui exstant (1) *Dionysius Halic.* Epistola ad Ammæum pag. 121. seq. (2) *Laertius* libro V. (3) *Ammonius* ** Hermeæ vel *Joh. Philoponus* in prolegomenis Commentarii ad Categorias, (4) *Anonymus latinus* *** quem eruditis notis illustravit, Ammonioque latine à se reddito subjunxit *Petrus Johannes Nunnesius*, (5) *Anonymus Græcus* quem pridem visum Octaviano Ferrario, nactus à Philippo Lojaltæo, vulgavit *Menagius*, illustravitque in extremo animadversionem ad Aristotelem Laertii. (6) *Hesychius illustris.* (7) *Suidas.*

Perierunt *Hermippus*, aliique Jonsio laudati scriptores de sectis vitisque Philosophorum.

E recentibus præter Nunnesium & Laertii interpretes laudandus *Andreas Schottus* in vita comparata Demosthenis & Aristotelis, atq; secundum annos Olympiadum digesta, Augustæ Vindelicor. 1603. 4. *Franciscus Patricius* discussionum Peripateticarum libro primo, quem virum omnium Aristotelis hostiũ optime de Aristotelicæ Phiiosophiæ historia meritum esse affirmat Conringius Epist. ad Rachelium. Hieronymus *Gemusæus* de vita Aristotelis, & ejus operum censura, *Gvarinus Veronensis* & *Leonardus Aretinus* de vita Aristoteiis, cui denique accedit *Joh. Jacobus Beurus*

* Vide Bælii Lex. in *Aristote.* nota K.

** Ammonio Saccæ hanc vitam tribuit Jonsius de scriptoribus Hist. Philos. pag. 282. perperam.

*** Ex Ammonio magnam partem translatus est & latinæ editioni Operum Aristotelis Venet. 1496. fol. præfixus. Neque enim Nunnesius eum primus in lucem protulit, neque *Damascius* est auctor, ut idem vir erudititissimus suspicabatur. Nunnesii institutio Philosophiæ Peripateticæ & Oratio de causis obscuritatis Aristotelis ejusque remediis cum vita illa Aristotelis duplici recusa est Lugd. Bat. 1621. 8. Holstenio curante: tum Helmstadii 1667. 4.

2011 Ministerio de Cultura

rerus Basil. 1587. 8. Cumprimis vero dolendum, non vidisse lucem *Johannis Jonsii* dissertationes reliquas de Historia Peripatetica, quarum prima tantum edita est Hamb. 1652. 4. in qua plures Aristoteles recensentur, & Peripatetica Philosophia nomen accepisse docetur à Peripato in quo Aristoteles docuit. In reliquis voluit Aristotelis vitam, mortem, vitia, virtutes, diligentiam &c. tum Antecessores ejus, eorumque sententias ex ipso, successores item & adversarios, denique libros ejus cum in genere tum in specie genuinos, spurios, deperditos & mutilos persequi. Orationes duæ *Hermanni Conringii* de Aristotele & ejus Philosophia editæ sunt Helmstadii 1633. 4. & laudantur ab Hugone Grotio Epist. 358.

DE PHILOSOPHIÆ ARISTOTELICÆ CUM PLATONICA *consensu vel dissensu* consulendi scriptores quos retuli supra cap. 1. §. ult. Rationem cur Plato *Divinus*, Aristoteles dictus fuerit *Dæmonius*, quod scilicet res naturales orbi lunæ subjectas, in quibus Dæmonum genus versari existimabant, diligentissime tractasset, exponit Bessario lib. 1. contra calumniatorem Platonis c. 3. EFFIGIES *Aristotelis* varias ex antiquis monumentis ære descriptas exhibet Jacobus Gronovius Tom. 2. thesauri Antiqv. Græc. tabula XC. Lambecius de Bibl. Vindob. T. VII. p. 77. & Grævius ad Hesiodum p. 90. edit. primæ. *Platonis* imagines vide si placet apud eundem Gronovium tabula LXXXIII. De Michaele Hospitalio, qui visus est forma oris Aristotelem ex asse referre, differit Clariss. Bælius in Lexico nota. N.

DE FORTUNA SCRIPTORUM ARISTOTELICORUM quomodo in tenebris diu jacuerunt & in lucẽ deniq; fuerunt protracta, atq; emendata à *Tyrannione* Grammatico, nota sunt quæ scribunt Strabo XIII. p. 609. & Plutarchus in Sylla p. 468. Athenæus p. 3. Ammonius in vita Arist. & Suidas in Τυραννίων, quæ loca illustravit idem præstantiss. Bælius ubi de Tyrannione agit. *Andronici Rhodii* πίνακας qui Aristotelis ac Theophrasti scripta in πραγματείας digessit, memorat præter Plutarchum loco laudato, Porphyrius in vita Plotini. *Adrastum* vero *Aphrodisiensem* περὶ τ τάξεως τ Ἀριστοτέλους Φιλοσοφίας laudat Simplicius in Categor. Occasionem varia Aristoteli scripta supponendi narrat Ammonius in Categor. his verbis: Πτολεμαῖον τ̃ Φιλάδελφον πάνυ ἐσπουδακέναι φασὶ περὶ τὰ Ἀριστοτελικὰ συγγράμματα ὡς καὶ περὶ τὰ λοιπά, καὶ χρήματα διδόναι τοῖς προσφέρουσιν αὐτῷ βιβλους τ̃ Φιλοσόφου, ὅθεν τινὲς χρηματίσασθαι βουλόμενοι ἐπιγράφοντες συγγράμματα τῷ τ̃ Φιλοσόφου ὀνόματι προσῆγον. Ἀμέλει, φασὶν, ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρῆσθαι Ἀναλυτικῶν μὲν πρό-

προ-

2011 Ministerio de Cultura

πεζζαφόνται βιβλιες, κατηγορεῖν ἢ δύο &c. Simplicius: ἐχράφη ἢ πολλὰ βιβλία κατ' ἐκεῖνον μάλιστα τ χρόνον, ὅτε πολλοὶ τ βασιλέων (Ægypti & Pergami) περὶ τὰς βιβλιοθήκας σπουδάζοντες πολλ χρυσίῳ τὰ ἀπεξενωμένα τ βιβλίων ὠνοῦντο.

De distinctione scriptorum Aristotelis in EXOTERICA, quæ *populariter scripta* Cicero V. de fin. appellat, & ACROATICA, videndi è veteribus Plutarchus in Alex. p. 668. Gellius XX. 5. Galenus initio libri de facultatibus naturalibus, Themistius Orat. p. 319. edit. Harduini, &c. E recentioribus Octavianus Ferrarius in libris duobus de sermonibus exotericis & disciplina Encyclio, qui cura Goldasti cum hujus Epistola de Cryptica veterum Philosophorum disciplina ad Rudolph. Goclenium recusi sunt Francof. 1606. 8. Salmasius ad Simplicium in Epictet. pag. 228. seq. Melchior Zeidler in tractatu de gemino Veterum docendi modo exoterico & Acroamatico, Dialectico & Analytico. Regiomonte 1685. 4. Petrus Joh. Perpinianus Epistola ad Muretum, quæ inter Mureti Epistolas legitur lib. I. Epist. XL. Andreas Christianus Eschenbachius lib. de Poesi Orphica p. 4. seq. Joh. Henr. Meibomius Commentario ad Hippocratis jusjurandum p. 95.

DE ARISTOTELIS RELIGIONE præclare sentiunt Julius Cæsar Scaliger, qui Platoni etiam anteferre eum in divinis non dubitat Exerc. CCCLXV. Petrus Lescaloperius in Aristotelis Theologia descripta ad calcem commentariorum in lib. 1. Ciceronis de Natura Deorum: Joh. Jonsius de Scriptoribus Hist. Philosophicæ p. 8. Fortunius Licetus in pietate Aristotelis erga Deum & homines & de Animarum rationalium immortalitate secundum opinionem Aristotelis, Patav. 1629. fol. Hieronymus Caprædonus Soncinas Ord. Prædic. libris tribus de Theologia Aristotelis Venet. 1609. 4. Antonius Sirmondus, Augustinus Niphus & Casp. Contarenus in libris de immortalitate animæ contra Pomponatium, Gerh. Joh. Vossius de Idololatria lib. 1. c. 10. & lib. de Philosophia p. 143. Christianus Dreierus p. 43. Metaphys. qui totam Philosophiam Peripateticam in Deum reduci in eoque ultimo acquiescere affirmat. Quid quod Coloniæ à *Lamberto* * quodam de *Monte*, chartis decem in folio edita est *quæstio Magistralis, ostendens per auctoritates Scripturæ divinæ quid juxta saniorum doctorum sententiam probabilius dici possit de Salvatione Aristotelis Stagiritæ.* A. 1487. Et notus est Johannis Zeisoldi liber de Aristotelis in illis quæ

* Gesneri Bibl. p. 475. Voetii diss. select. T. 2. p. 602. Bælii Lex. in Aristote nota R.

ex

2011 Ministerio de Cultura

ex lumine Naturæ innoteſcunt, cum Scriptura ſacra conſenſu & ab ea apparente diſſenſu, Jenæ 1661. 4. De iis qui Judæorum ſacra amplexum fuiſſe Ariſtotelem fabulantur; dixi ſupra §. XXXV.

Alii viciſſim Atheis eum audacter adſcribunt, ut Valerianus Magnus libro de Atheiſmo Ariſtotelis, A. 1647. & Hallenſes T. VIII. Obſ. 10. Quin imo Samuel Parkerus diſſ. 1. de Deo p. 65. Ariſtotelem *Atheorum omnium Principem, atque ipſo Epicuro apertiorem religionis hoſtem* pronunciat. Animorum ab eo negatam fuiſſe imortalitatem, integris libris contenderunt Petrus Pomponatius, & Simon Portius. *Dei providentiam usque ad lunæ regionem ait progredi, infra vero neque providentiæ ſcitis regi, nec angelorum ope conſultisque ſuſtentari, nec vero dæmonum proſpicientiam putat intervenire, propterea aque tollit omnem divinationem, negatque prænoſci futura*, obſervante Chalcidio p. 345. Confer Tho. Campanellam de gentiliſmo non retinendo, Gemiſtum & Patricium in ſcriptis quo Platonis ab Ariſtotele diſſenſum demonſtrare aggrediuntur.

Mihi quidem non videtur temere inter Atheos rejiciendus eſſe Ariſtoteles, etſi mundum æternum à Deo naturaliter emanaſſe ſenſit, & multos docuit graves atque maximos errores, quorum vim ſi omnẽ penetraſſet, vel conſecutiones univerſas fuiſſet amplexus, in ἀθεότητα forte potuiſſet incidere, vel ſaltim perinde omni ſe exſolvere religione, ut Epicurus fecit. Neque diſputo quali ipſe fuerit animo erga Deum, vel num omnem ejus conſcientiam amoremq; mente eliminaverit, in cujus operibus contemplandis per omnem fere vitam tam aſſidue fuit verſatus. Hoc ſaltim affirmo, ex ſcriptis Ariſtotelis, qualia hodie exſtant, hoc neutiquam conſtare, nec poſſe firmiter concludi Ariſtotelem fuiſſe Atheum, neq; adeo Hippocratem, ex ſcriptis Hippocratis, quod conatus nuper eſt demonſtrare vir acuti & acris ingenii. Nam quod non plura de Deo dixerit uterque, ferendum in Philoſophis, qui rationes proximas rerum naturalium exponere volebant, non ad cauſam primam, quam præponebant, tanquam ad aram ſemper confugere, ſive, ut Ariſtoteles Anaxagoram lib. 1. Metaphyſ. c. 4. eo nomine reprehendens loquitur, Tragicorum more Deum ex machina inducere ad explicandum argumentum. Ex eo autem, quod in idea Dei, vel modi quo ipſe in creando aut operando utitur, peccaverunt, non magis licet eos adſcribere Atheis, quam alios quoscunque, qui eſſentiam Dei aut attributa ejus deſcribere, & rem homini incomprehenſibilem æquare conceptionibus humanis ſatagunt. Quam primum enim aliquis conabi-

 cur

2011 Ministerio de Cultura

tur exponere quid ſit Deus, quomodo produxerit ac conſervet omnia, qua ratione interſit mundo, illico alius, qui aliter ſentit, clamabit ab hoc tolli Deum. Neque vero Tertullianus erat Atheus, cui Deus erat corpus, neque omnes Athei, qui Dei præſcientiam vel infinitatem, quia capere non poſſunt, negant: neque Athei univerſi illi, quibus perſvaſum eſt à Deo homines ferri ad malum, nec denique Athei nos, qui Deum unum Patrem filium & Spiritum S. credimus, & hominem ὑποστατικῶς unitum Deo. Omitto dicere, quod infelix fortaſſis, religioni certe & humano generi parum utilis, nec honorificus labor eſt, principes ingeniorum & præſtantiſſimos totius Antiquitatis viros, invitos trahere in ſocietatem Atheorum, & univerſum Ethniciſmum confundere cum Spinoſiſmo atque Atheiſmo, cum Apoſtolus quoque in Ethnicorum ſapientibus non tã deſideret cognitionem Dei, quam quod Deum, quem ex operibus cognoſcebant, non tanquam Deum honore ſunt ſuper omnia proſecuti. Rom. I. 21.

DE VARIA PHILOSOPHIÆ ARISTOTELICÆ FORTUNA librum ſingularem Pariſiis ad Henr. Ludovic. Monmorium 1653. 8. edidit *Joh. Launojus* Theologus Sorbonicus, recuſum Hagæ Comitum 1656. 4. cujus ſumma hæc eſt: Capite I. ex Rigordo S. Dionyſii Monacho in vita Philippi Auguſti refert A. 1209. Pariſiis in Concilio Senonenſi Ariſtotelis libros flammis addictos fuiſſe, quod Almarico errorum anſam præbuerint, & novis erroribus dare impoſterum queant. Capite II. profert teſtimonia duorum & viginti veterum Eccleſiæ Doctorum, * quibus ſubtilitas Ariſtotelica tanquam Evangelicæ ac piſcatoriæ ſimplicitati adverſa improbatur ac rejicitur. Juſtini, Clementis Alex. Irenæi, Tertulliani, Origenis, Lactantii, Euſebii, Hermiæ, Baſilii, Nazianzeni, Epiphanii, Theodori presb. Fauſtini presb. Gregorii Bætici Eliberitani Epiſcopi, Ambroſii, Chryſoſtomi, Hieronymi, Simpliciani Mediolanenſis Epiſcopi, Auguſtini, Cyrilli, Socratis, Theodoriti, Æneæ Gazæi, Nemeſii, Sidonii Apollinaris, Manſveti Epiſcopi Mediolanenſis, Bedæ, Rabani Mauri, Remigii Lugdunenſis, Leonis IX. Ernulfi, & Bernardi, quibus addit cœtum Epiſcoporum Ponti, Epiſtola ad Leonem

* Confer H. Ernſtium in Sopho Aſopho, & Ludov. Thomaſinum de Philoſophia lib 1. c. 17. Rectius tamen fortaſſis feciſſent quandoque Sancti Patres, ſi, quod facere poterant reſpondiſſent ad argumenta, quam ut querentes de ſubtilitate, eamque Evangelicæ ſimplicitati etiam atque etiam opponentes, ſpeciem præbuiſſent detrectantium pugnam, aut Logicam diſciplinam omnino repudiantium.

2011 Ministerio de Cultura

nem Thracem, & ſextam Synodum. Capite III. Bernardum refert Abailardo dialecticä Ariſtotelis exprobantem, & Ottonem Friſingenſem Trithemiumque eodem nomine illum arguentes, tum Galteri opus Abailardo & Lombardo oppoſitum. Narrat præterea à Roberto Corceone Pariſienſi Theologo derideri eos, qui Philoſophicas (hoc eſt Ariſtotelicas, nulla enim alia eo tempore Philoſophia vigebat) propoſitiones in doctrina de Sacramento Evchariſtiæ intrudunt.

Capite IV. profert conſtitutionem, qua idem Robertus à Papa Innocentio III. Academiam Pariſ. reformare juſſus A. C. 1215. Ariſtotelis Metaphyſicam & Phyſicam legere vetuit, *Dialectica* ejus recepta in locum Logicæ S. Auguſtini, quam antea Lutetiæ traditam obſervat c. V. Capite VI. Gregorius IV. in Concilio Provinciali A. C. 1231. Ariſtotelis libros *Phyſicos & Metaphyſicos* legi prohibet, *quousque examinati fuerint, & ab omni errorum ſuſpicione purgati.* Quo ipſo Concilii Senonenſis decretum emolliendo confirmaſſe videtur Launojo cap. VII. qui notat Simonem Tornacenſem ſub idem tempus ob nimiam in Ariſtotele operam navatam hæreſeos poſtulatum, alios itidem eodem nomine ab Odone reprehenſos. Sanctum quoque Ludovicum Odonis æqualem Magiſtrorum commentarios, quos eum non libenter legiſſe teſtatur Gaufridus Bellilocus (Beaulieu) ſanctorum Patrum libris poſtpoſuiſſe. Nihilominus Albertum M. & Thomam Aquinatem vetitos Ariſtotelis libros etiam illuſtraſſe commentariis, forte quod decretū illud neſcirent, vel potius, quod interpretatione ſua malis per Ariſtotelem male intellectum illatis optarent occurrere, Pontificis ipſius, ut videtur, indultu. At capite VIII. affertur Simonis, ſedis Apoſtol. Legati, decretum, quo A. C. 1265. Ariſtotelis Phyſicorum & Metaphyſicorum lectionem, non ut Gregorius IX. fecerat, addita clauſula, ſed ſimpliciter interdicit.

Viciſſim capite IX. occurrit inſtrumentum duorum Cardinalium, Joannis & Ægidii, commiſſariorum ab Urbano V. ad Academiam Pariſienſem reformandam miſſorum A. C. 1366. quo præter Organum Ariſtotelis permittitur, imo injungitur lectio *librorum de anima, de generatione & corruptione, de cœlo & mundo, parvorum naturalium & Metaphyſicorum.* Capite X. A. C. 1387 à Facultate Theol. Pariſ. notatur Thomas Aquinas, quod in pluribus locis doctrinæ ſuæ ipſe errarit ideo, quod principia Philoſophiæ, ſive potius verba quædam Ariſtotelis, ad concluſiones Theologicas nimis applicavit. Uti Clemens VII. tum Petrus

2011 Ministerio de Cultura

de Alliaco, Joh. Gerſon & Nic. de Clemangis, Pariſienſibus Theologis Philoſophiam Arlſtotelis exprobrarunt, Vincentius etiam Ferrerius inter alia his verbis: *Prædicare verba damnatornm, damnatio eſt*: *Dicit enim Hieronymus, quod Plato & Ariſtoteles in inferno ſunt.* Nicolaus tamen V. A. C. 1447. laudatur à Beſſarione, quod *omnium Ariſtotelis ſcriptorum* lectionem non modo probavit, ſed & jufſerit de integro latinitate donari. Orta & inter eundem Beſſarionem ac Marcum Epheſium controverſia, quorum hic ex recentiorum Academiarum ſententia Ariſtotelem, ille ex veterum Eccleſiæ doctorum ſuffragio Platonem in Chriſtianis Scholiis præferendum eſſe contendebat. Capite XI. Guilelmus Cardinalis Totavillæus A. C. 1452. à Rege Carolo VII. ad Reformandam Academiam Pariſ. miſſus, præter libros à commiſſariis Urbani V. conceſſos etiam *Moralia* Ariſtotelis legenda ſtudioſis præcipit. Equidem antea quoque à Buridano & aliis lecta & illuſtrata fuerat Philoſophi Ethica, ſed primus, ut à Launojo cap. XII. obſervatum, auctoritatem publicam huic rei addidit Totavillæus. Tunc publicus Ethicæ lector Pariſiis fuit conſtitutus, quem ſingulis bienniis quælibet natio vice & ordine legebat. Subnectit hiſce Launojus querelas de Theologicis quæſtionibus per Ariſtotelica Sophiſmata infuſcatis, Hieronymi Hangeſti libro de Academiis contra D. Lutherum, Joh. Majoris, Jacobi Almaini, Jodoci Clichthovei (qui primus Theologorum Pariſ. contra Lutherum ſcripſit) Alberti Pighii, Melchioris Cani, Joh Maldonati, Joh. Trithemii, Franciſci Rothomagenſis Archi-Epiſcopi, & Franciſci Rogerii, Archidiaconi Tullenſis.

E contrario Facultas Pariſ. Lutherum A. 1521. inter alia notavit eo nomine, quod Ariſtotelis moralem Philoſophiam cum Chriſti doctrina convenire negaſſet.

Capite XIII. De *Petro Ramo* agitur, cui Ariſtotelem oppugnanti ſeſe oppoſuit Antonius Goveanus, qui plures ſtatim ex Academiæ Magiſtris in ſuas partes traxit, ita ut poſt multas altercationes ad arbitros demum deveniretur, quos Ramus optabat Joh. Quintinum in decretis doctorem, & Joh. Bellomontanum, Artis Medicæ Magiſtrum: Goveanus Petrum Daneſium & Franciſcum Vicomercatenſem, quibus Franciſcus I. Rex proprio motu Joh. Salignacum Theologiæ Profeſſorem adjunxit. Ramus vero ab judicio arbitrorum provocavit, donec Rege omnem provocationem ulteriorem prohibente, libros ſuos arbitrio cenſorum ſubmittere eſt coactus. A quo tempore ſubtrahentibus ſeſe Quin-

2011 Ministerio de Cultura

Quintino & Bellomontano, Ramus * ſolus relictus, ejusque libri damnati ſunt, hinc Regis edictum, per quod Ariſtotelis ſcripta non dialectica tantum, de quibus præcipue cum Ramo lis erat, ſed univerſa aſſeruntur & commendantur. Ait igitur Launojus cap. XIV. primum feciſſe Franciſcum Regem, quod nulli ante eum Reges vel Imperatores fecerunt, nam Philippum quoque Auguſtum igni tradita Ariſtotelis ſcripta vidiſſe, ac tacuiſſe. Capite XV. in nova reformatione Academiæ Pariſ. A. 1601. Ariſtotelis libri Logici, Ethici, Phyſici ac Metaphyſici doceri præcipiuntur. Cap. XVI. Faculta Theologica Pariſ. A. 1614. theſes Anti Ariſtotelicas à Joh. Bitaudo, Antonio de Villon & Stephano de Claves vulgatas notavit cenſura, Bitaudus vero cum reliquis duobus intra viginti quatuor horas Lutetia exire jubetur SCto, nec cuiquam, pœna corporis propoſita, permiſſum theſes illas vendere vel in publicum protrahere, aut contra veteres & probatos auctores ulla dogmata tenere.

Capite XVII. leguntur loca veterum ſcriptorum Eccleſiaſticorum qui favent Ariſtoteli, ut Hieronymi & Lanfranci Cantuarienſis. Et quod Anatolium Laodicenſem Epiſcopum, Alexandriæ Philoſophiam Ariſtotelis tradidiſſe ſcribit Euſebius VII. 26. Hiſt. Beda ſententias ex Arriſtotele excerptas in unum corpus compegit. Petro Cellenſi mos diſputandi Ariſtotelicus exprobratur à Nicolao S. Albani Monacho. Ariſtotelē laudavit & Rhodienſis Epiſcopus ſeſſione quarta Concilii Florentini, & Pius II. Papa in bulla retractationum ſuarum. Johannes Sarisberienſis Ariſtotelis libros deſcriptos mitti ſibi flagitat à Richardo Archidia-

* Quanti denique conſtiterit bono Ramo Ariſtotelem oppugnaſſe, narrat Thuanus lib. 52. Hiſt. ad A. 1572. ubi de nuptiis Pariſinis: *Petrus Ramus in Verumanduis natus, cum diu bonas literas, Philoſophiam & poſtremo Mathematicas ſcientias in Prelæa Schola, cui præerat, & poſtea in Regio auditorio docuiſſet, poſtremo erroneam in Philoſophicis doctrinam invexit, Ariſtotelem voce & ſcriptis importune oppugnans, qua de re cum Jacobo Carpentario Claromontano magna controverſia ei fuere, & antea majores cum Antonio Goveano & Joachimo Perionio. Tamen ex eo commendatione dignus fuit, quod ingenio, diligentia, aſſiduitate, & opibus etiam ſuis, quantum in ipſo fuit, rem literariam juvit ac promovit, inſtituta Mathematices profeſſione, cui annuum vectigal 15. librarum è facultatibus ſuis attribuit. Is à Carpentario æmulo & ſeditionem adjuvante immiſſis ſicariis è cella in qua latebat extractus, & poſt depenſam pecuniam inflictis aliquot vulneribus per feneſtras in aream præcipitatus eſt, effuſis viſceribus, quæ pueri furentes magiſtellorum pari rabie incitatorum impulſu per vias ſparſernut, & cadaver ipſum ſcuticis in profeſſoris opprobrium diverberantes contumelioſe & crudeliter raptaverunt.*

2011 Ministerio de Cultura

diacono Conſtantienſi Epiſt. 202. & Erecentioribus Melchior Canus X.5. Locor. Theolog. Thomæ Aquinatis ſententiã præfert Auguſtinianæ, quorum illa Ariſtotelis, hæc Platonis Philoſophiam retinendam exiſtimavit, ita tamen ut ne per divum Thomam, quod Audomarus quoque Talæus jure reprehendit, ex Ariſtotele Deus fieret. Ariſtotelis doctrinam retineri etiam voluit Antonius Bernardus Mirandulanus Caſertæ Epiſcopus libro XXVI. everſionis ſingularis certaminis ſect. 6. Franciſcus vero Patricius (poſt Guil. Poſtellum qui in præfat. ad Juſtini Martyris everſionem Ariſtotelicorum dogmatum, dicatam Carolo Cardinali Lotharingo, bellum adverſus Ariſtotelem velut hereticorum & Atheorum parentem ſuſcepiſſeſe Juſtini lorica tectum ait) acriter adverſus Ariſtotelicam Philoſophiam diſputavit tomo quarto diſcuſſionũ Peripateticaũ, A. 1581. & A. 1591. in nova de univerſis Philoſophia, ut Gregorio XIV. ſvaderet ablegandum eſſe Ariſtotelem, eum cum Platonis Philoſophia contendit, & in tribus & quadraginta capitibus hanc ei præferendam, Chriſtianæque Religioni propiorem eſſe contendit. Quæ publicus cenſor Jacobus de Lugo eatenus probavit, *ut minime negetnr Ariſtotelis Philoſophiam eſſe ancillam Theologiæ.* Neque Patricius Gregorio ut Ariſtotelem Platone recepto proſcriberet perſvadere potuit, neque illud facere auſus eſt Clemens VIII. à Bellarmino monitus quod eo magis cavendus ſit Plato, quo facilius poſſit, dum ad placita Chriſtiana propius videtur accedere, erroribus ſubtilioribus præbere anſam & decipere incautos. Concludit Launojus, neque Platonis neque Ariſtotelis Philoſophia in religione eſſe opus, cui ſufficere debet divinorum ſcriptorum auctoritas, & quam ex Vincentio Lirinenſi & Theodorito addit, Eccleſiæ Catholicæ traditio.

Quanquam autem ab illo tempore etiam late imperium obtinuit Ariſtotelis Philoſophia, quæ Græcis primum, hinc Arabibus atq; inde Scholaſticis doctoribus per plurium jam pridem ſæculorum ſpatium, probata fuit: tamen avorum Patrumque noſtrorum memoria præclari quidam viri pulchre auſi ſunt imperium ejus excutere, quod contra ipſius voluntatem (neutiquam enim ſibi potius quam Naturæ rerum credi, aut nihil à poſteris addi inventis ſuis voluit Ariſtoteles) plane in Tyrannidem abierat. Præ cæteris *Petrus Gaſſendus* hoc egit in Exercitationibus paradoxis* adverſus Ariſtotelicos, monens hos ex germana Philoſophia feciſſe Sophiſticam, & immerito Philoſophandi libertatem ſibi ipſis ademiſſe, apud ipſum vero Ariſtotelem innumera deficere, ſuperfluere, fal-

* Gratianopoli A. 1624. 8. Hagæ Comit. 1656, 8. & Tomo III, Opp.

2011 Ministerio de Cultura

fallere & contradicere. Inprimis vero *Renatus Carteſius* pomœria ſanioris Philoſophiæ quomodo pace Ariſtotelis feliciter proferenda eſſent laudatiſſimo exemplo demonſtravit, qui de Ariſtotele, * *cum ille homo*, inquit, *tam felix extiterit, ut quæcunque olim ſive cogitans ſive incogitans ſcriptitavit, hodie à plerisque pro oraculis habeantur, nihil magis optarem, quam ut à veritate non recedendo, ejus veſtigia in omnibus ſequi poſſem.* Tantum optandum erat, ut multi ex Carteſii aſſeclis non pro libera & diligenti veritatis inquiſitione, quam magiſter ipſorum præivit, novam ſectariam & æq; ut Ariſtotelicorum ſervilem, nec minoribus adeo difficultatibus ** obnoxiam Philoſophiam cœpiſſent introducere.

COMMENTARIOS & INTERPRETES in Ariſtotelem Veteres Græcos recenſuit *Philippus Labbeus* in brevi conſpectu Ariſtotelis & Platonis Græcorum interpretum typis editorum. Pariſ. 1657. 4. Catalogi eorum qui in Ariſtotelem ſcripſerunt, ſed non ſatis diſtincti neque accurati leguntur in editionibus Græcolatinis Ariſtotelis, in Poſſevini Bibl. ſelecta, in Bibl. Philoſophica Bolduani & Lipenii: in Hendreichii Pandectis Brandenburgicis &c.

Felicis Accoromboni Nobilis Eugubini Civis Romani Commentarius obſcuriorum locorum & ſententiarum in omnibus Ariſtotelis ſcriptis, & controverſiarum inter Platonicos, Galenum & Ariſtotelem examinatio lucem vidit Romæ. A. 1590. fol.

DE LOCIS IN ARISTOTELE MATHEMATICIS, *Joſephus Blancanus* Mathematum in Gymnaſio Parmenſi Profeſſor librum vulgavit Bononiæ 1615. 4. cum diſſ. de Mathematicarum rerum natura, & Chronologia illuſtrium Mathematicorum.

ISAGOGEN ad lectionem Ariſtotelis, cum ſingulorum ejus librorum ſcopo & partitione ſcripſit *Mich. Piccartus*, Norimb. 1605. 8. recuſam

* Carteſius Epiſt. de motu cordis ad Medicum Lovanienſem, quæ exſtat in Beverovicii quæſt. Epiſtol. p. 125.

** Svite du voyage du Monde de Mr. des Cartes p. 105. *Les Peripateticiens ont auſſi leurs difficultez a reſoudre, on n'en peut pas douter, mais fuſſent elles encore plus grandes de beaucop qu'elles ne ſont, tandis que les Carteſiens n'auront rien de plus intelligible à nous dire, il faut s'en tenir là & raiſonner ſur ce point particulier, comme fut ſur toute la Philoſophie un grand Miniſtre d'Etat il y a vingt cinq ans. On luy conſeilloit de ne point faire apprendre à ſon fils aiſné l'ancienne Philoſophie, par ce que, luy diſoit on, il n'y a dans cette Philoſophie que des niaiſeries & des folies. On m'a dit auſſi, reſpondit-il, qu'il y a bien de fadaiſes & des chimeres dans la nouvelle: ainſi, continua-t-il, folie ancienne, folie nouvelle, je croy qu'ayant à choiſir, il faut preferer l'ancienne à la nouvelle.*

2011 Ministerio de Cultura

cuſam I. Conr. Durrio curante A 1660. 8. cum Epiſtola H. Conringii, qua non dubitat hoc ſcriptum præferre libris ſi exſtarent Andronici Rhodii & Adraſti quos de ordine ſcriptorum Ariſtotelis condiderunt. Analyſin & Epitomen ſcriptorum Philoſophi compoſuere *Carpentarius*, *DuVallius* &c.

LEXICON Philoſophiæ Ariſtotelicæ, ut Platonicæ & Stoicæ, ſub titulo ſeminarii edidit *Joh. Baptiſta Bernardus*, cujus viri mentionem feci ſupra in extremo capitis primi. *Petrus* quoque *Petitus* Medicus Pariſienſis, Lexicon vocum Philoſophicarum Arriſtotelis concinnaverat, ſed illud lucem non vidit.

DE ARISTOTELIS DISCIPULIS ſcripſerat *Nicander* Alexandrinus, teſte Suida in Ἀισχρίων. *Maximi* Ὑπόμνημα περὶς Ἀριστοτέλην quale fuerit non poſſum dicere. Memoratur à Suida.

ARISTOTELIS DETRACTORES è veteribus fuere *Cephiſodorus* Iſocratis diſcipulus, de quo dixi lib. II. cap. 26. in Iſocrate, *Timæus* hiſtoricus, cujus invectivam in Ariſtotelem improbat Polybius Excerpt. Peireſc. p. 46. *Eubulides*, Laert. II. 109. ejusque diſcipulus *Alexinus*, contra quorum criminationes videndus Ariſtocles apud Euſebium XV. 2. præparat. *Epicurus*, qui Ariſtotelem traduxit in Epiſtola περὶ Πτιτηδευμάτων apud Athenæum VIII. p. 354. *Dicæarchum* quoque his annumerat Themiſtius in Sophiſta p. 285. Singulare præterea odium in Ariſtotelem fuit *Caracallæ* Imp. qui ſcripta ejus comburi juſſit, cum fidem haberet iis qui Alexandro M. venenum Ariſtotelis conſilio datum fuiſſe tradiderunt. Vide Xiphilinum p. 329. ſeq. Antiquioribus Philoſophis, quos ſubinde impugnat Ariſtoteles, injuriam feciſſe, & vetuſtiores illos rectius pleraque tradidiſſe contendit *Paganinus Gaudentius* in diſſertatione exoterica de Ariſtoteleo vererum contemptu, edita Piſis 1640. 4.

EX ENCOMIIS in Philoſophum collatis juvat unicum, cui lubens aſſentior, adſcribere Quintiliani X. 1. Inſtitut. Or. *Quid Ariſtotelem, quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem.* Cæterum nimias & humanum captum ſuperantes laudes, quibus eum oneravit præter alios Averroes, merito exſibilat Malebranchius lib. 2. de inquirenda veritate, cap. 7.

CAP.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT VII.

Scripta Aristotelis deperdita, digesta secundum ordinem literarum.

Περὶ παίγματος, γ'. Laert. V. 22. Simplicius in I. de anima text. 26. ubi testatur Aristotelenm in hoc opere Pythagorica Platonicaque περὶ τ῎οντων decreta è Platonis sermonibus memoriæ mandata tradisse. Idem respicit Philoponus in IV. Physic. comment. 28. ἀγράφως δ' Πλάτωνος σωσ-σίας perscripsisse Aristotelem testatus. Meminit & Suidas in ἀγαθοῦ δαίμονος. Vide infra, quæ de libris περὶ φιλοσοφίας. Anonymus Menagii & MStus Laertii codex Regius Parisiensis, περὶ δ' ἀγαθοῦ ά. male. Nec melius Sam. Petitus, qui IV. 10. Misc. legit ά, β'.

Αἴτια πιητικά, sive αἰτίαι πιητικαί. Anonymus Menagii.

Περὶ δ' αἱρετῶν καὶ συμβεβηκότος ά. Laert. V. 23. & Anonymus Menagii.

Περὶ Ἀλεξάνδρου libros VIII. memorat Anonymus Menagii. Librum quintum sed non visum sibi allegat Eustathius ad Dionysii periegesin v. 1140. Ἀριστοτέλης ὡς φασιν ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου.

Ἀλέξανδρος ἢ περὶ ἀποίκων ά. Laert. V. 22. Anonymus Menagii ἀποικιῶν. Idem Anonymus memorat librum Aristoteli falso inscriptum, cui titulus Ἀλεξάνδρου ἐγκλησία.

Πρὸς τοὺς Ἀλκμαίωνος ά. Laert. V. 25. Anonymus Menagii.

Ἀναλυτικῶν libros quadraginta in Bibliotheca Alexandrina sub Aristotelis nomine repertos esse testatur Ammonius & Philoponus ad Categ.

Ἀνατομῶν, *libri octo.* Laert. V. 25. sive *libri sex*, ut Anonymus Menagii. Ex aliorum narrationibus pleraque scripsisse, contendit Hieronymus Mercurialis 2. 10. Var. Lect. eorum nempe quos per totius Asiæ Græciæque regiones animalia alere & Aristoteli parere Alexander jusserat, *quos percunctando*, inquit Plinius VIII. 16. Hist. præcla-

2011 Ministerio de Cultura

clara illa de animalibus volumina condidit. Anonymus Menagii inter ψευδεπίγραφα Aristotelis refert Ἀνατομὴν ἀνθρώπου, Menagius eandem esse putat succinctam & elegantem tractationem περὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις μορίων quam *Petrus Lauremberg*ius Hamb. 1626. 4. cum versione sua edidit sub titulo: Anonymi Philosophi antiquissimi εἰσαγωγὴ ἀνατομική.

Ἐκλογαὶ ἀνατομῶν ά. Laert. V. 25. Anonymus Menagii, Apollonius hist. mirab. c. 39. Respicit ipse Aristoteles (judice Menagio) III. 2. hist. animal.

Περὶ συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Anonymus Menagii.

Νόμοι ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς. idem.

Περὶ ἀνθρώπου Φύσεως. Idem Anonymus.

Ἀπολογία. Athenæus lib. XV. p. 697 addens cautelam: εἰ μὴ κατέψευσθαι ὁ λόγος. Titulus integer scripti: Ἀπολογία Εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα & ab Anonymo Menagii inter Pseudepigrapha refertur.

Ἀπορημάτων ποιητικῶν ά. Anonymus Menag.

Ἀπορημάτων Ἡσιόδου ά. id.

Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδου, χοιρίλου ἐν βιβλίοις γ'. id.

Ἀπορήματα Ὁμηρικά Vide infra in Ὅμηρ.

Ἀπορημάτων Θείων ά. id.

Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, ά, β', γ'. Laert. V. 23. aut Ἔνστασις sive ἐνστάσεις, ά ut Ambrosius Laertii interpres & Anonymus Menagii.

Περὶ ἀρχῆς ά. Laert. V. 23. quo in loco Samuel Petitus IV. 9. Misc. legebat περὶ ἀρχῶν ά, β'. & exstare hodie putabat sub titulo libri I. & III. Metaphys. In Anonymo Menagii est περὶ ἀρχῶν ἢ Φύσεως, ά.

Περὶ τοῦ Ἀρχύτου Φιλοσοφίας ά, β', γ'. Laert. V. 25. Anonymus Menagii.

Ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχύτου ά. sive Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων, Laert. V. 25. Anonymus Menagii.

Ἀστρονομικόν, ά. Laert. V. 26. Anonymus Menagii.

Ἀπαγὰ ιβ. Laert. V. 26. Male Casaub. πρόπακτα. Male etiam Anonymus Menagii διαπάκτων ιβ' pro ἀπάκτων. Alios ἀπάκτων h. e. Miscellaneorum scriptores vide apud Wovveranum c. 13. Polymath. & Henr. Valesium ad Harpocrat. in παραπείς.

Περὶ Βασιλείας ά. Laert. V. 22. Ammonius in vita. Anonymus Menagii, & Nunnesianus, cujus hæc sunt verba: *Ut omnibus hominibus universaliter benefaceret, scripsit Alexandro librum* de regno, *docens ipsum qui-*

2011 Ministerio de Cultura

qualiter oportet regnare: & in tantum movit animum Alexandri ad faciendum, (leg. benefaciendum) *quod dicebat: quod non benefeci aliquibus hodie, non regnavi.*

Περὶ τ βελτίονος, ά. Laert. V. 23. Anonymus Menagii.

Ὑπὲρ τ μὴ γενναῖν. Laert. V. 25. Anonymus Menagii.

Γεωργικά. Anonymus Menagii refert inter scripta Aristoteli supposita. Institut. Orator.

Γρύλλος. Vide infra περὶ Ῥητορικῆς. Laert. V. 25. Quintilianus II. 17.

Προβλήματα ἐκ τ Δημοκρίτου, ά, β'. Laert. V. 26. Anonymus Menagii.

Πρὸς Δημόκριτον ά. Laert. V. 27. Tractatus fuisse videtur, licet Laertio inter Epistolas male referatur.

Διαιρέσεις σοφιστικαί, δ'. Laert. V. 22. Anonymus Menagii, sed unum duntaxat librum numerans.

Διαιρέσεις, ί? id. 23.

Διαιρετικῶν ά. id.

Διαιρετικὸν ά. id. 24. Simplicius in Categ.

Διάλογοι. Dio Chrysost. Orat. 53. de Homero & Basilius Epist. 167. qui docet eum mature à Dialogis scribendis destitisse, quod cum Platone paria facere non posset.

E *diatribis* Aristotelis locus affertur à Stobæo Serm. 43. p. 303.

Διάφορα. Anonymus Menagii, nisi hoc vocabulum loco motum sit, & referendum ad ἐγκώμια, aut exciderit aliquid ad quod referri debebat. Vide supra in ἄπαντα.

Διδασκαλία. Vide supra lib. 2. c. 19. in notitia Tragicorum, ubi de Aristotele.

Περὶ δικαιοσύνης, δ'. Laert. V. 22. Anonymus Menag. Demetrius de elocutione sect. 28.

Περὶ δικαίων, β'. Laert. V. 24. Anonymus Menag.

Δικαιώματα, ά, β'. Laert. V. 26. Harpocrat. in δρυμός.

Δικαιώματα πόλεων vocat Eustathius in Iliad. η. p. 559. & Anonymus Menagii. Nunnesianus *Justificationes græcarum civitatum, quibus,* inquit, *lites Græcorum determinabat. Scripta autem est ab eo posterius historia Politiarum.* Male δικαιώματα πολέμων apud Ammonium Grammaticum in νῆες, licet illam lectionem tuentur viri magni Hugo Grotius præf. de jure B. & P. ac Valesius ad Harpocration. p. 273.

2011 Ministerio de Cultura

Διονυσιακῶν ἀσμάτων καὶ Δηλιάων προοιμίων ά. Anonymus Menagii. Cæterum ut docet ſcholiaſtes Thucydidis, hymni apud veteres proœmia appellabantur.

Νίκαι Διονυσιακαί. Vide infra in νίκαι.

Περὶ δόξης. Anonymus Menagii.

Τὰ ἐγκύκλια. Ariſt. l. 1. Nicomach. c. 5. Καὶ ὄχλοι μὲν ἕ καθ' ἡδονὴν βίοι καὶ ἕ πολιτικὸς ἄλις. Ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν. Puto falſos fuiſſe eos, qui teſte Euſtratio p. 10. exiſtimarunt ab Ariſtotele reſpici poema quoddam Heroicũ, in quo poſt certum numerum verſuum ſubinde ultima verba primis reſponderint, atq; ideo opus inſcriptum fuiſſe ἐγκύκλια. Φασὶ δ' Ἀριστοτέλην ἔπη ἵνα ἐκθέσθαι Πίνδαρος ἢ τινα ἀριθμὸν συμποσύμενα (leg. συμπονύμενα) ἐν ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει, ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πέρατος ἤρχετο καὶ τὸ αὐτὸ κατέληγε, διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν. Verius eſt, hoc opere comprehenſas fuiſſe promiſcuas & exotericas de variis rebus diſputationes, ad Encyclopædiam ſpectantibus. Hic enim ſenſus vocis ἐγκυκλίων, ut obſervarunt Wovveranus c. 24. polymathiæ & Salmaſius p. 240. ad Simplicium. Franciſcus Patricius T. 1. diſcuſſ. peripatet. lib. 6. Joſ. Scaliger ſive Ivo Villiomarus adverſus Rob. Titium III. 20. Ἐγκύκλια Ariſtotelis problemata allegantur à Gellio XX. 4. Ἐγκυκλίων duos libros memorat Anonymus Menagii & Laertius V. 26. Problematum ſaltim pars hodie exſtat, ut ſupra in editis Philoſophi ſcriptis notavi. num. XXV.

Ἐγκώμια ἢ ὕμνοι. Anonymus Menagii.

Τέχνη ἐγκωμιαστική. id.

Ἐγκώμιον λόγος. id.

Ἐγκώμιον πλοῦτος. id.

Περὶ εἰδῶν καὶ γενεῶν. Laert. V, 22. Anon. Menag. περὶ εἰδῶν.

Περὶ ἐκστάσεως ά. Laert. V. 24. Anon. Menag. περὶ ἐκστάσεων.

Ἐλεγεῖα in Eudemum Cyprium, quorum initium: Καλλιτέχνης μητρὸς θυγατερ. Laert. V. 27. Anonymus Menagii. Olympiodorus cõmentar. in Gorgiam Platonis, & ex eo Patricius diſcuſſ. Peripatet. p. 94. ſeq. Beſſarion contra calumniatorem Platonis lib. 1. c. 3. ubi verſus aliquot latine redditi, in Platonis laudem.

Περὶ ἐναντίων ά. Laert. V. 22. Anon. Menagii. ἐκλογὴ τῶν ἐναντίων dicitur Ariſtoteli IV. 2. Metaph, & Sam. Petito judice exſtat hodie ſub titulo libri X. Metaphyſ.

Ἐγ-

2011 Ministerio de Cultura

Ἐνθυμήματα ῥητορικά. Ἐνθυμημάτων αἱρέσεις (al. minus bene διαιρέσεις) ά. Laert. V. 24. Anonymus Menagii : Ἐνθυμημάτων ῥητορικῶν ά. Ἐνθυμημάτων καὶ αἱρέσεων.

Ἐνστάσεις. ά. Vide supra in ἀρετῆς.

Περὶ εὐβοίας. Schol. Appollonii lib. 1. sed respicit partem operis πολιτειῶν quæ erat de Rep. Eubœorum.

Ἐξηγημάτων κζ' γέν. Laert. V. 26. Aliæ editt. ἐξηγμάτων. Anonymus Menagii ἐξηπασμάτων κζ' γύ, id.

Ἐπη, quorum initium : Ἀγνὲ θεῶν πρέσβισθ' ἑκατηβόλε. Laert. V. 27. Anonymus Menagii.

περὶ ἀπιστημῶν ά. Laert. V. 22. Anonymus Menag. Samuel Petitus IV. 9. Misc. opinatur hos libros hodie exstare sub titulo libri II. & IV. Metaphys.

Ὑπὲρ ἀπιστήμης. ά. id. 23.

Ἐπιστολαί. De Aristotelis Epistolis deperditis pariter & iis quæ exstant jam dixi supra in Epistolographis lib. 2. c. 14. num. 17. & 38. Anonymus Menagii memorat Epistolas viginti. Laertius V. 27. Epistolas ad Philippum, Selymbriorum Epistolas, (hoc est ut intelligo, scriptas Selymbriorum nomine, quæ fuit urbs Propontidis :) Ad Aristonem, 1. Ad Hephæstionem, 1. Ad Mentorem, 1. Ad Philoxenum 1. Ad Themistagoram 1. Ad Democritum 1. Ad Antipatrum IX. Ad Alexandrum IV.

Ὑπομνήματα ἀπιχειρητικὰ sive ἀπιχειρηματικὰ (λόγια) vel ut alii ἀπιχειρηματικά. γ'. Laert. V. 23. Simplicius in Categor. Anonymus Menag. ὑπομνημάτων ἀπιχειρητικῶν, γ'.

Ἐπιχειρημάτων. ϛ'. Laert. V. 24. Anonymus Menagii.

Περὶ ἑρμιόνης ἱερᾶς. Schol. Theocriti Idyll. 15.

Περὶ ἐλεγικῶν. ά, β'. Laert. V. 22. & 29. Hesych. illustris, licet H. Steph. testatur eo in loco codices nonnullos legere ἐρωτικῶν. Anonymus vero Menagii hosce libros eosdem facit cum sophisticis elenchis qui exstant. Ἐλέγχων σοφιστικῶν ἢ περὶ ἐλεγικῶν νικῶν.

Λύσεις ἐλεγικαί. δ'. Laert. V. 22. Anonymus Menag.

Προτάσεις ἐλεγικαί. infra in περὶ

Ἐρωτικός. ά. Laert. V. 22. Sed Athenæo XV. p. 674. laudatur secundus liber ἐρωτικῶν, & Anonymus Menagii memorat ἐρωτικῶν libros sex. Forte ex hoc opere sunt quæ profert Athenæus XIII. p. 564.

Ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως ά, β'. Laert. V. 23. Ex Sam. Petiti sententia

2011 Ministerio de Cultura

hic eſt liber octavus Topicorum ex iis qui extant. Cæterum περὶ ἐρωτήσεως à Topicis diſtingvuntur apud Laert. V. 29.

Εὐδήμῳ ἢ περὶ ψυχῆς. In Eudemum Cyprium, familiarem ſuum defunctum dialogus. Plutarch. in Dione & Conſolat. ad Apollon. Proclus 5. in Timæum & in Phædonem ac Gorgiam. Vide Patricii diſcuſſiones Peripateticas lib. VII. p. 93. Reſpicit Cicero 1. de divinat. Laert. V. 22. Inter alia in hoc dialogo confutaverat eos qui animum tantum habuerunt pro harmonia, teſte Simplicio in 1. de anima text. 54. qui illius iterum meminit lib. 3. text. 1.

Περὶ εὐγενείας ά. Laert. V. 22. Anonymus Menagii. Athenæus ſub init. libri 13. ubi Codices quidam male περὶ συγγνείας. An genuinum Ariſtotelis, dubitat Plutarchus in Ariſtide extremo. Sane inter Theophraſti ſcripta fuit etiam liber hujus argumenti. Sed in fragmento libri quod etiamnum inter opera Ariſtotelis exſtat è Stobæi Serm. 84. verba illa ad quæ Plutarchus reſpicit occurrere, annotatum eſt à Seldeno in præf. ad præclarum opus quod de titulis honorum edidit. Aliud fragmentum apud eundem Stobæum Serm. 86.

Περὶ εὑρημάτων. Clemens Alex. 1. Strom. p. 308.

Περὶ ἐυχῆς ά. Laert. V. 22. Simplicius in 2. de cœlo, Anonymus Nunneſii & Menagii. Reſpicit Varro Eumedinibus apud Nonium in *miras*. Vide Scaligerum ſive Ivonem Villiomarum adverſus Rob. Titium IV. 13.

Περὶ τῶν ζώων ἠθῶν καὶ βίων. Athenæus VII. p. 282. & 307. Eadem leguntur tamen in editis de animalium Hiſtoria libris.

Ζωϊκά. Apollonius c. 27. hiſt. commentitiæ, ubi hoc opus ab altera πραγματεία περὶ ζώων diſtinguit. Vide infra περὶ ἰχθύων & eundem Apollonium. c. 28.

Περὶ τῶν μυθολογουμένων ζώων ά Laert. V. 25. Anonymus Menag.

Ὑπερ τῶν συνήθων ζώων. Laert. V. 25. Anon. Menag.

Περὶ ζωῆς καὶ θανάτου liber diverſus ab edito. Apollonius hiſt. mirab. cap. 26.

Περὶ ἡδονῆς ά. Laert. V. 22. & 24. Vel Ariſtoteles bis tractavit idem argumentum, vel quod hoc loco probabilius mihi videtur, eundem librum bis numeravit Laertius. Memorat & Anonymus Menagii.

Τέχνης τ θεοδέκτου συναγωγή. infra in τέχνη.

Θεο-

2011 Ministerio de Cultura

Θεολογέμενα. Macrob. 1. Saturnal. c. 18. nisi diversus à nostro Aristoteles intelligitur: nam velut à celebri illo Stagirita eum distincturus, *Aristoteles*, inquit, *qui Theologumena scripsit, Apollinem & liberum Patrem unum eundemque Deum esse, cum multis argumentis asserat* &c. De nostro quidem Ammonius in vita: Τῇ ὃ Θεολογίᾳ εἰ καὶ μηδὲν προσέθηκεν, ἀλλ' ὃν ἔδει αὐτῆς ἐλλιπὲς ἐπραγματεύσατο. ἐγὼ δὲ τὰ ἐγκόσμια μόνα ἤδει, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπερκόσμια. Julianus Epist. ad Themistium p. 265. Aristotelis dictum refert Οὐ μὴ μεῖον αἰτῷ προσήκειν Φρονεῖν ὑπὲρ τῇ Θεολογικῇ συγγραφῇ ζηλόντας τὴν περσῶν δύναμιν, *non minus ingentes se animos ob Theologicum quod elucubrarat opus gerere posse, quam Alexandrum qui Persarum opes everterat.*

Θέσεις ἐπιχειρηματικὰ sive ἐπιχειρητικὰ νέ. Θέσεις ἐρωτικὰ δ'. Θέσεις φιλικαί β'. Θέσεις περὶ ψυχῆς ά. Laert. V. 24. & Anonymus Menagii, qui addit θέσεις πολιτικάς libris 2. Memorat Theon quoque in progymnasm. Θέσεις, Aristotelis pariter & Theophrasti, de quo infra.

περὶ θηρίων *de bestiis Venenatis.* Eratosthenes c. 41. Catasterism.

Ἰατρικὰ Laert. V. 26. licet in antiquioribus editt. legitur πακτικά. Anonymus Menagii: περὶ ἰατρικῆς β'. & postea περὶ ἰατρικῆς ζ'. Medicinæ operam dedisse Aristotelem testatur præter Anonymum Nunnesii & Ælianum IX. 22. Var. Plutarchus in Alex. qui hoc nomine gratum Regi fuisse affirmat. Etiam φαρμακοπώλης aliquando fuit Aristoteles, si vera sunt quæ narrat Ælianus V. 9. Var. Vide & infra in συναγωγή.

Περὶ ἰδίων ά Laert. V. 22. an ἰδεῶν? de quibus duos libros scripsisse testatur Syrianus in extremo commentarii ad XIII. Metaphys.

περὶ τ ἰδέας ά. Laert. V 23. Anonymus Menagii, Alex. Aphrodiseus 4. in Metaphys. Scholiastes MS. ad Dionysium Thracem: ἰστέον ὅτι οἱ ὅροι τ καθόλου καὶ ἀεὶ ῥυέντων εἰσὶν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν, ἃ πρὸς τὰς Πλάτωνος ἰδέας ἔστιν αὐτῷ πεποιημένα.

Περὶ ἰχθύων. Athen. lib. VII. p. 302. nisi pars potius operis de animalibus respicitur.

Περὶ ἰχθύων ἢ ζωικόν. Athenæus VII. p. 286. 320. ubi refert quædam in Historia animalium haud obvia. Confer supra in ζῶικά.

Περὶ καλοῦ ά. Laert. V. 24. Anonymus Menagii περὶ κάλλους.

Κατηγοριῶν liber alter diversus ab eo qui exstat, Memoratur ab Adrasto apud Simplic. & Ammonio ad Categorias, sed pro spurio habitus. Vide Patricii discuss. Peripatet. T. 1. p. 20.

Κή-

2011 Ministerio de Cultura

Κήρια. Eutocius ad Archimedem de Circuli dimensione ait plures hoc problema solvere conatos esse, uti non fugiat eos, qui Eudemi Historiam Geometricam legerunt, καὶ τῶν Ἀριστοτελικῶν μεταχόντας κηρίων. Idem Eutocius sub extremum libri laudat Porum Nicænum Philonis Gadarensis discipulum ἐν κηρίοις. Commandinus utrobique legit Κυρίων & Κυρίοις male.

Περὶ κινήσεως ά, β'. Laert. V. 23. Philoponus VII. 3. contra Proclum & Anonymus Menagii, qui unum duntaxat librum memorat. Sunt qui putant hos esse libros postremos φυσικῆς ἀκροάσεως, in quibus de motu agitur.

Κορίνθιος. Vide infra in Νήρινθος.

Περὶ Κυάμων. Laert. VIII. 34.

Κτίσεις sive Origenes urbium. Plutarch. quod non svaviter vivitur secundum Epicurum p. 1093.

Κύκλος à quo diversum opus περὶ ποιητῶν, γ'. licet Anonymus Menagii legit Κύκλος ἢ ποιητῶν, γ'.

Κωμικοί. Erotianus in Ἡρακλείης νόσου. Videtur fuisse pars διδασκαλιῶν qua de Comicis egit. Confer Jonsium p. 55. de scriptoribus Hist. Philos. cui tamen non assentior, opus hoc juniori cuidam Aristoteli Grammatico tribuendum esse conjicienti.

Κυρήνη. Menagius ad Laertium p. 204. notat Aristotelem ἐν κυρήνῃ citari à Polluce IX. 6. Forte respexit descriptam ab Aristotele in opere πολιτειῶν Remp. Cyrenaicorum. Possunt etiam verba Pollucis ita intelligi, ut teste Aristotele affirmet tetrastaterem aureum in usu fuisse Cyrenis.

Περὶ λέξεως καθαρᾶς ά. Anonymus Menagii.

Περὶ λέξεως, β', Laert. V. 24. Forte iidem qui Simplicio ad Categorias: περὶ φωνῆς λέξιν, ut Clarissimus Menagius annotavit.

Περὶ τοῦ λίθου *de Magnete* Laert V. 26. Galenus vel quisquis auctor libri de incantatione laudat Aristotelem in libro de lapidibus. Sic & Anonymus Menagii. Et Philippus Labbeus p. 255. Bibl. MSS. testatur librum Aristotelis de gemmis Arabice exstare MS.

Ἐγκώμιον λόγου. Anonymus Menagii inter Pseudepigrapha refert.

Μαγικὸς sive Μαγικόν. Anonymus Menagii inter Pseudepigrapha Philosophi referens, tum Laert. procem. sect. 1. & 8. Plinius XXX. 1. Suid. in Ἀντισθένης, ubi testatur hunc librum ab aliis Antistheni, ab aliis tributum Rhodoni.

Μαγ-

2011 Ministerio de Cultura

Μαθηματικόν. Laert. V. 24. Περὶ δ' ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐσίας. Anonymus Menagii.

Περὶ μακροβιότητος. Idem Anonymus.

Περὶ Μεγέθους. Laert. V. 24. & Anonymus Menagii. Unde non probo Meurſii conjecturam qui apud Laertium μέθης pro μεγέθους ſcribere jubet. p. 123. ad Heſych. illuſtrem, & ipſe rectius de hac conjectura ſua ambigit p 128. ad Apollon.

Περὶ Μέθης. Apollonius Hiſt. mirab. c. 25. Athenæus. Macrobius VII. 6. Plutarch. III. 3. Sympoſ.

Μεθοδικόν. Laert. V. 24. Περὶ μεθόδου Anonymus Menagii, qui inter Pſeudepigrapha refert.

Μεθοδικά ή. Laert. V. 23. & 29. Heſychius illuſtr. Ariſtoteles ipſe in Rhetor. & ex eo Dionyſius Halic. Epiſt. ad Ammæum p. 121. 122.

Πρὸς τὰ Μελίσσου, ά. Laert. V. 25. Anonymus Menagii.

Μενέξενος, ά. Laert. V. 22. Anonymus Menagii.

Περὶ μετάλλων, μονόβιβλος. Olympiodor. in Meteor. 1. p. 5.

Περὶ μίξεως ſcriptum ſuum memorat Ariſtoteles c. 3. lib. de ſenſu, niſi reſpicit locum lib. 1. de generat. & corrupt. c. 10. ubi de hoc argumento egit, ut Menagio notatum p. 195. ad Laertium.

Μνημονικόν, ά. Laert. V. 26. Anonymus Menagii. Gellius IX. 8. περὶ μνήμης. Fragmentum apud Stobæum Serm. 25.

Περὶ μονάδος. Laert. V. 25. Anonymus Menagii.

Περὶ Μουσικῆς. Laert. V. 26. & Anonymus Menagii. Plutarchus lib. de Muſica p. 1139. ex Ariſtotele locum bene longum affert, quem ex ejus libro de Muſica petitum eſſe non dubitat Patricius diſcuſſ. peripatet. p. 76. Ariſtotelis problemata quæ ad Muſicam ſpectant & Averrois in Ariſtotelem de Muſica MS. in codice Regis Galliæ 2270. teſte Labbeo p. 116. Bibl. novæ MSS.

Περὶ τῆς Νείλου ἀναβάσεως. Anonymus Menagii. Alexander in lib. Meteorolog. Videri poſſit hoc ſcriptum ætatem tuliſſe. Nam latine in veteribus editionibus Ariſtotelis exſtat libellus de Nilo, ut dixi capite ſuperiore §. 37.

Νήσου, ά. Anonymus Menagii & Laert. V. 22. ubi Meurſius legendum putat Κορίνθου. Sane Themiſtius Orat. IV. p. 121. (ſive Orat. XXIII. p. 295. edit. Harduini) narrat Ariſtotelem in Dialogo cui titulus Κορίνθιος celebraſſe Corinthium quendam agricolam qui lecto Platonis Gorgia agrum colere deſiit, & Platoni in diſciplinam ſe dedit.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ νήσων De insulis singulari libro egisse Aristotelem incerta valde conjectura colligitur è loco Plinii IV. 12. ubi Aristotele auctore refert, Delon ita dictam, quod repente apparuerit enata.

Νῖκαι Διονυσιακαὶ sive liber de iis qui in Dionysiis vicissent. Laert. V. 26. Certabant enim Tragici tetralogiis sive quaternione Tragœdiarum in Dionysiis, Lenæis, Panathenæis & Chytris* Vide Libanii argumentum in Orat. Demosthenis adversus Midiam, & quæ viri docti ad eundem Laertium III. 56. Idem argumentum nostra ætate illustrandum sibi sumsit Illustris Vir Ezechiel Spanhemius, cujus præclarum opus de Dionysiorum festo & Διονυσιονίκαις jam pridem exspectamus. Nam Meursii quidem de iisdem Dionysiis liber singularis, cujus spem facit in Græcia feriata, una cum ipso auctore intercidit.

Νόμιμα Ῥωμαίων. Anonymus Menagii, qui illudere lectori videtur.

Νόμιμα βαρβαρικά sive βαρβαρικῶν συναγωγή. Idem Anonymus, & Theophrast. Cicero. Varro 6. de lingua lat. Apollonius hist. mirab. c. XI. Aristotelem ἐν Τυρρηνῶν νομίμοις laudat Athenæus lib. 12. Vide & infra πολιτείαι, tum Wovveranum c. 9. Polymathiæ. A. Schottum ad Zenobii V. proverb. 25. & Jonsium p. 49. 50. ubi de aliis νομίμων scriptoribus.

Νόμων, δ'. Laert. V. 26. Male apud Anonymum Menagii νομίμων δ'. Respicit forte Gellius II. 12.

Νόμοι ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς. Anonymus Menagii.

Νόμος συμποτικός sive νόμων συμποτικῶν ά. Laert. V. 20. Anonymus Menagii & Proclus in præf. ad Remp. Platonis, ex emendatione Meursii ubi alioqui legitur συζητικός. Sed Laertius & Anonymus potius ex Proclo emendandi. Sane Casaubonus ad Athenæum pro συμποτικὸς apud Laertium legit συνδειπνικὸς, Jonsius p. 57. συμποτικὸς: & νόμους συμποτικοὺς Leges convivales scripsisse Aristotelem diserte tradit Athenæus XV. 5. & V. pag. 186. Adde quæ infra in συμπόσιον.

Πρὸς τὰ Ξενοφάνους. Laert. V. 25. Sed in codice MS. Florentino Laertii Ξενοφάνους. Ac sane exstat etiamnum libellus Aristotelis de dogmatibus Xenophanis, cui adde quod paulo ante Laertius memoraverat librum Anonymo Menagiano etiam notatum περὶ τῶν Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους Φιλοσοφίας.

Ὁλυ-

* Definitio legis apud Athenæum ex Aristotele: νόμος ἐστὶν λόγος ὡρισμένος καθ' ὁμολογίαν κοινῆς τῆς πόλεως, μηνύων πῶς δεῖ πράττειν ἕκαστα.

2011 Ministerio de Cultura

Ὀλυμπονῖκαι. Laert. V. 26. VIII. 51. Anonymus Menagii.

Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, libri *sex*, Laert. V. 26. sive *septem* ut Anonymus Menagii. Phrynichus in βασιλίσσαν. Anonymus Nunnesii: *Aristoteles autem juvenis adhuc existens doctrinam eloquentiæ docebatur, ut declarant Homerica commenta scripta ab eo, & Iliadis dictamen quod dedit Alexandro.* Respicit & Plutarchus Aristotelem laudans lib. de audiendis Poetis p. 32. De ἐκδόσει Homeri Aristotelica quam ἐκ τῶν Νάρθηκος vocabant, dictum supra lib. 2. c. 2. §. 12. Τὰ Ὁμήρου προβλήματα memorat Ammonius in vita Aristotelis, & Anonymus Menagii libros decem προβλημάτων Ὁμηρικῶν. Qui præterea inter scripta Aristotelis refert εἰ δέ που Ὅμηρος ἐποίησεν τὰς ἡλίου βοῦς, sive dissertationem de solis bobus ad Odyss. ά. v 8. Etiam de Homero scripsisse testatur Plutarchus libro quod non svaviter vivi possit secundum Epicurum. p. 1095.

Ὀπτικόν. Laert. V. 26. & Anonymus Menagii. Hunc Aristotelis librum à se lectum indicat Andreas Bellunensis Avicennæ interpres teste Nunnesio ad vitam Aristotelis. Verum apud Hesychium illustrem in Ἀριστοτέλης non Ὀπτικὰ legendum sed Τοπικὰ, ut apud Laertium. V. 29.

Περὶ παθῶν ὀργῆς. ά. Laert. V. 23. Anonymus Megnagii περὶ πάθους ὀργῆς.

Ὀνομῶν βιβλία ίγ. Laert. V. 24. Anonymus Menag.

περὶ ὄψεως. ά, β΄. Anonymus Menagii. Confer paulo ante Ὀπτικόν.

Πάθη, ά. Laert. V. 24.

Περὶ παιδείας ά. ἢ παιδευτικόν. Laert. V. 22. & IX. 53. Anonymus Menagii.

Παραβολαί, ά. Laert. V. 26. Anonymus Menagii.

Παραδόξων liber secundus laudatur à Plutarcho in Parallelis, p. 312.

Παροιμίαι. ά. Laert. V. 26. Hoc opus reprehendit *Cephisodotus* (sive ut rectius scribitur *Cephisodorus* Isocratis discipulus de quo supra lib. 2. cap. ult.) teste Athenæo lib. 2. p. 66. ubi Dalechampii versio emendanda. Vide Vigeri notas ad Eusebii præparat. Evangel. p. 75. Menagius ad Laertium p. 197. ex Andr. Schotti præf. ad proverbia Græcorum ait Aristotelis παροιμίας citari à Zenobio, qua in parte virum doctissimum memoria fefellit. Respiciunt eodem notante Menagio Didymus in Odysseæ x. v. 19. & Schol. Apollonii lib. 1. p. 10. ubi de Ancæo. His adde Synesium qui in calvitiei encomio

2011 Ministerio de Cultura

comio p. 85. ex Aristotele proverbium definit παλαιᾶς φιλοσοφίας ἐγκατάλειμμα περιζωθὲν διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα. Videtur idem Aristotelis opus respicere Apostolius VII. 44. ubi de ære Dodonæo & IX. 16. ubi de prov. εἰς κόρακας.

Περὶ τοῦ πάσχειν ἢ πεπονθέναι. Laert. V. 22. & Aristoteles ipse IV. 3. de generat. animal. quamvis Jonsius putat respici lib. 1. de generatione & corrupt. c. 6. non librum singularem.

In Platonis laudem Orationem præclaram conscripsit Aristoteles, ut ex Olympiodori commentario in Gorgiam observat Bessario lib. 1. c. 3. in calumniatorem Platonis.

Τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος, α', β', γ'. Laertius V. 22. Sed duos tantum libros numerat Anonymus Menagii. Aristoteles ἐν Πλατωνικοῖς laudatur à Plutarcho in Colotem pag. 1118. Vide & Laert. III. 80. 109. *De Platonis Philosophia.* Syrian. in XII. Metaphys. p. 93. b.

Περὶ πλούτου, α Laert. V. 22. Anon. Menag. qui Ἐγκώμιον πλούτου, præterea memorat, atque inter pseudepigrapha recenset.

Περὶ ποιητῶν α, β', γ'. Anonymus Menagii. Laert. V. 22. III. 48. VIII. 57. Macrobius V. 15. Saturnal. & Athenæus XI. 15. Dialogum de *poetis* memorat Anonymus Nunnesii.

Ποιητικά. Laert. V. 26.

Πραγματεῖαι τέχνης ποιητικῆς. α, β'. Laert. V. 24. Librum tertium περὶ ποιητικῆς. id. 2. 46. Plutarch. de Homero. *Libri de Arte Poetica* Boethius in 1. de interpretat. p. 290.

Τὰ ἐκ τῆς (Πλάτωνος) πολιτείας α, β'. Laert. V. 22. Proclus præf. in Platonis Remp. καὶ ὁ Ἀριστοτέλης Ἱππεμόλῳ τῷ πραγματείαν ταύτην ἔτως φησὶν Ἱππέμενδαι τὴν πολιτείαν, καὶ ἐν τῷ συζιτικῷ (Meursius legit συζατικῷ) ἕτον αὐτῷ παραγορεύει τὸ τρόπον. Vide supra in νόμος συζατικός.

Πολιτεῖαι πόλεων ρνη. Respublicæ urbium CLVIII. Laertius & Anonymus Menagii; (Respublicas CCL. numerat Anonymus Nunnesianus, sed Ammonii sive Philoponi codices CCLV.) seorsimque gubernationes democraticæ, Oligarchicæ, Aristocraticæ, & Tyrannicæ. Laert. V. 27. unde apud Anonymum Menagii pro πόλεων ἰδιωτικῶν legendum ἰδίως Τυραννικῶν, καὶ δημοκρατικῶν, καὶ ὀλιγαρχικῶν. Allegantur in Schol. ad Aristophanis Vespas v. 157. 642. Opus præstantissimum, in quo, ut ait Cicero 5. de finibus, *omnium fere*

2011 Ministerio de Cultura

fere civitatum non Græciæ ſolum ſed etiam Barbariæ mores inſtituta ac diſciplinas expoſuerat. In his fuere præter alias, quarum ipſa etiam nomina nos fugiunt deſcriptiones Reip.

Ἀδραμυτηνῶν. Steph. Byz. in Ἀδραμύτειον.
Ἀθηναίων. Schol. Comici ad Acharnenſes v. 233. ad Aves v. 1354. ad Plutum v. 278. Harpocrat. & Suidas in στρατειά. Zenobius prov. VI. 29. Heſych. εὐθύνας. Suid. in περίπολος.
Αἰγινητῶν. Athenæus VI. p. 272.
Αἰτωλῶν Strabo VII. 321.
Ἀκαρνάνων Strabo VII. 321.
Ἀκεσχαντιῶν Pollux IV. 24. & IX. 6.
Ἀμβρακιωτῶν Steph. Byz. in δεξαμεναί.
Ἀργείων Pollux X. 46.
Ἀρκάδων Harpocrat. in μύριοι.
Βοιωτίων Plutarch. Theſeo p. 6.
Γελώων Schol. Pindari Pythionic. I. p. 171.
Δηλίων Laert. VIII. 13. Athen. VII. p. 296
Εὐβοέων Videtur reſpicere Strabo Ariſtotelem laudans lib. X. p. 445. & 447.
Ἠλείων Harpocrat. in Ἑλλανοδίκαι.
Ἠπειρωτῶν Steph. Byz. in Ἀμύνται.
Θετταλῶν Athen. XI. p. 499. Harpocrat. in πεντάρχια.
Ἰθακησίων Tzetz. in Lycophr. v. 799. Euſtath. ad Iliad. Θ. p. 700.
In toto opere hæc fuit quadrageſima ſecunda, ut præter Scholiaſten Comici docet Suidas in σκυτάλη.
Ἰμεραίων Pollux IV. 24. & IX. 6.
[Κάρων Apollonius Hiſt. mirab. c. 11.]
Κερκυραίων Schol. Apollonii IV. 69.
Κιανῶν Schol. Apollonii I. 34.
Κολοφωνίων Athen. XIV. p. 618.
Κροτωνιατῶν Athen.
Κυθνίων Harpocrat. in Κύθνιοι.
Κυμαίων Schol. Sophoclis in argumento Oedipi Tyranni.
Κυπρίων Harpocrat. & Suidas in ἄνακτες.
Κυρηναίων Pollux IX. 6. Schol. Ariſtophanis ad Plutum v. 925.
Λακεδαιμονίων Harpocrat. in μόρων, Euſtath. ad Iliad. I. pag. 741. Schol.

2011 Ministerio de Cultura

Schol. Ariſtophanis ad Acharn. v. 319. Zenobius II. 24. proverb. Schol. Pindari Iſthmionic. 7. p. 476.

Λευκαδίων Strabo VII. p. 322.

Λοκρῶν Clemens 1. Strom.

Μασσαλιωτῶν Athen. XIII. p. 576. Harpocrat. in Μασσαλία.

Μεγαρέων Suid. Strabo VII. p. 322.

Μεθωναίων Athen. VI. p. 235.

Μηλιέων Suid.

Ναξίων Athen. VIII. p. 348. Videtur reſpicere Plutarchus de virtute mulierum f. 254.

Ὀπουντίων Heſych. in ἄσπετος. Harpocrat. in Ἀμφισσα. Strabo VII. p. 322.

Ὀρχομενίων Pollux X. 38. Appendix Vaticana proverb. IV. 3. Tzetzes ad Heſiod. p. 3 b ubi de auctore dubitat & ad alium Ariſtotelem qui peplum ſcripſit, referendam arbitratur.

Πελληνίων. Harpocrat. in μαζῆρες.

Σαμίων Zenobius VI. 12. proverb. Apoſtolius XVII. 25. Schol. Comici ad aves v. 472.

Σαμοθράκης Schol. Apollonii.

Σικυωνίων Pollux IX. 6.

Συβαριτῶν. Athen. XII. p. 520.

Συρακοσίων Athen. X.

Ταραντίνων Pollux IX. 6.

Τεγεατῶν Shol. Ariſtoph. ad Nubes. Schol. Apollonii IV. 22

Τενεδίων Steph. Byz. in Τένεδος. Schol. Comici ad Nubes v. 397. Apoſtolius XVIII. 28. proverb.

Τροιζηνίων Athen. 1.

Τυρρηνῶν Athen. 1.

Φωκέων Clemens 1. Strom.

Fragmenta ex hoc opere collegit Is. Caſaubonus, quæ in recentioribus operum Ariſtotelis editionibus, & in editione Politicorum Heinſiana Jenæ etiam repetita leguntur. Licet vero in notis ad Laertium idem Caſaubonus teſtatur tantummodo guſtum quendam ſe evulgaſſe, plenam ſyllogen cum accuratiore de ſcriptis Philoſophi tractatione alii loco ſervaſſe : nunquam tamen locupletior

2011 Ministerio de Cultura

tior illa collectio adspexit lucem. Vide & Vossium de Hist. Græcis lib. IV. c. 9. & supra in δικαιώματα & νόμιμα. In itinere cum Alexandrum comitaretur Aristoteteles in Asiatica expeditione hoc conditum opus Ammonius tradit: Ἀμέλει καὶ συνώδευσεν αὐτῷ μέχρι καὶ ἔσω τῶν Βραχμάνων, ἔνθ' ἔσησε τὰς διακοσίας πεντήκοντα πέντε πολιτείας. Simplicius prolegom. in Categor. laudat γνησίας Aristotelis πολιτείας, quasi & spuriæ sub Philosophi nomine ambulassent, ut observat Nunnesius, & de Orchomeniorum Politia paulo ante notabam. Alii, cum doctissimo Jonsio negant Aristotelem in Asiatica expeditione Alexandri comitem fuisse.

Πολιτικῶν. ά, β', Laert. V 22. Codices vulgati. Pro quo MS. Regis Galliæ πολιτικῶν ά. Anonymus Menagii πολιτικὸν, ά.

Πολιτικά, ά, β'. Laert. V. 24. Idem forte cum superiore.

Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων ἢ κατὰ πρόσθεσιν al. πρόθεσιν, ά. Laert. V. 23. & Menagii Anonymus, licet in quodam Laertii codice sint notati libri έ, non ά. Samuel Petitus IV. 9. Misc. putat hunc librum hodie exstare & esse quintum Metaphysicorum. Aristoteles quidem περὶ τοῦ ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον egisse se πέμπτον testatur lib. 6. Metaphys. extrem. lib. 7. c. 1. & lib. 10.

Περὶ ποταμῶν liber quartus laudatur à Plutarcho in extremo libri de fluminibus.

Προτάσεις ά. Laert. V. 24. & 29. Hesych. illustr. Anonymus Menagii.

Προτάσεις ἐρωτικαί, δ'. Laert. V. 23. & qui unum duntaxat librum memorat Anon. Menagianus.

Προτάσεις περὶ ἀρετῆς. Supra in ἀρετῆς.

Προτρεπτικός, ά. Anonymus Menagii. Laert. V. 22. *ad Themistionem Cypriorum Regem.* Teles ap. Stobæum Serm. 93. Arsenius Monembasiæ Archi-Episc. in Apophthegmatis, ubi de Zenone.

Περὶ τῶν Πυθαγορείων, ά. Laert. V. 25. Anon. Menag.

Πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, ά. ibid. Confer supra in Ἀρχυτ.

Συλλογὴ τῶν τοῖς πυθαγορείοις ἀρεσκόντων libris pluribus, quorum secundum allegat Simplicius in 2. de cœlo. & 4. Phys. Laudatur & Jamblicho c. 6. de vita Pythag. Aristoteles ἐν τοῖς πυθαγορικῆς Φιλοσοφίας, & Theoni Smyrnæo Arithmet. c. 5. ἐν τῷ πυθαγορικῷ. Ænigmata Pythagorica explicasse testis Hieronym. Apolog. in Rufinum. Pythagorica Apophtegmata Stobæus Serm. 41. Respicit Plutarchus apud Gellium IV. 11, Laertius VIII. 19. 36, Porphyrius

vita

2011 Ministerio de Cultura

vita Pythag. Apulejus de Deo Socratis, Ælianus II. 26. Var. Hist. Apollonius c. 6. Hist. mirab. Confer Jonsium p. 54.

Πυθικός. ά. Laert. V. 26.

Πυθονικῶν ἀναγραφὴ sive ἔλεγχοι ά. Laert. V. 26. Plutarch. Solone p. 83. Respicit Hesychius in βαθύς.

Πυθονῖκαι Μουσικῆς, ά. Laert. V. 26.

Περὶ Ῥητορικῆς, Γρύλλου, ά. Laert. V. 22. Quintil. 2. 17. Anonymus Menagii & MS. Laertii codex περὶ πολιτικῆς de politico dicendi genere ἢ Γρύλλου. Idem Anonymus: περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ, hoc est de artifice λόγου πολιτικοῦ & ῥητορικῆς πολιτείας, ut vocat Dionysius Halicarnasseus. Apud eundem Anonymum: περὶ Ῥητορικῆς τῆς μὴ Φυσικὰ, i. Putolegendum, περὶ Ῥητορικῆς. Τῶν μὴ τὰ Φυσικὰ, i.

Ἐπιτομὴ Ῥητορικῶν Laert. lib. 2. sect. 104.

Σημεῖα Χειμώνων. Laert. V. 25. & Anonymus Menagii, apud quem male συμμαχίαι χειμώνων pro σημασίαι, ut doctissimo editori observatum. Ex Aristotelis περὶ σημείων supereſt fragmentum de loco & nominibus ventorum.

Περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων. έ. Anonymus Menag.

Σοφιστὴς, ά. Laert. V. 22. & VIII. 57. Respicit Sextus Empiricus 7. contra Logicos p. 139.

Περὶ τοῦ Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους Φιλοσοφίας. Laert. V. 25.

Περὶ στοιχείων. ά, β΄, γ΄. Laert. V. 23. Anonymus Menagii. Aristoteles ipse c. 4. libri de sensu. Nec facile assentior Jonsio, qui non singulare opus innui putat, sed lib. 2. de generat. & corrupt. c. 2. 3. ubi περὶ στοιχείων.

Συλλογισμοί, ά. Laert. V. 23. Anonymus Menagii.

Συλλογισμῶν ά, β΄. Laert. V. 23. Anonymus Menagii.

Συλλογιστικὸν καὶ ὅροι, ά. Laert. V. 23. sive ut Anonymus Menagianus, συλλογιστικῶν ὅρων ά. In his scriptis judice Sam. Petito Aristoteles tradiderat ἐξωτερικῶς, quæ deinde in Analyticis posterioribus ἀκροαματικῶς. Vide ejus observationes lib. 2. c. 2.

Περὶ Συμβουλίας ά. Laert. V. 25. Anon. Menagii περὶ συμβουλῆς. Nec assentior Jonsio, putanti nihil aliud de hoc argumento scriptum ab Aristotele quam libri 1 Rhetor. c. 6. 7. licet hunc forte locum respicit Philosophus 1. Rhetor c. 18. & lib. 2. c. 19.

Συμπόσιον, ά. sive περὶ συμποσίων ἢ συζητιῶν. Anonymus Menagii. Laert. V. 22. Athenæus lib. 15. p. 674. Respicit & Plurarchus initio

2011 Ministerio de Cultura

tio ſympoſiacar. quæſt. & Macrobius VII. 3. Saturnal. Vide ſupra in Νόμῳ Συρακικός. Etiam συζητικῶν προβλημάτων libros tres inter Ariſtotelis ſcripta memorat idem Menagii Anonymus.

Συναγωγῆς ά, ϛ'. Laert. V. 25. Non libri περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων intelliguntur, ut ſenſit Patricius, neq; opus de collectione ſyllogiſtica, quo ſenſu συναγωγὴ ſumitur ap. Laert. V. 29. & Heſych. illuſtr. ſed intelligitur συναγωγὴ ἰατρικὴ, ut Reineſius p. 34. Var. Lect. obſervat ex hoc loco Galeni 1. ad Hippocr. de nat. hum. πάρεστι τὰς τ ἰατρικῆς συναγωγῆς ἀναγνῶναι βίβλους ἐπιχειρημάτων μὲν Ἀριστοτέλει, ὁμολογουμένως δ' ὑπὸ Μένωνος γεγράφθαι. Διὸ καὶ Μενώνεια (male Μηλώνεια apud Plutarch. VIII. 9. ſympoſ. p. 733.) προσαγορεύουσιν ἔνιοι ταῦτα τὰ βιβλία.

Ταχτικὰ male annumerantur ſcriptis Ariſtotelis, neque ab Æliano Tacticos ſcriptores laudante omiſſa fuiſſent, ſiquidem exſtitiſſent. Vide ſupra Ἰατρικά.

Τελεταί. Schol. Apollonii lib. 4 p. 280.

Τεχνῶν συναγωγὴ, Laert. V. 24. Anonymus Menag.

Τέχνη ἐγκωμιαστικὴ. Anonymus Menagii.

Τέχνης ά. idem.

Τέχνης τ Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ'. Idem. Ariſtoteles ipſe Rhetor. ad Alexandrum c. 1. πεπείρασθαι δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις, ὧν τὸ μὲν ἔστιν ἐμὸν ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις, τὸ δὲ ἕτερον Κόρακος. Idem III. 9. Rhetor. αἱ ἀρχαὶ τ περιόδων ἀρχαὶ ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται. Laertius V. 24. memorat librum non niſi unum τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγῆς, recte. Libros tres Ariſtotelis Rhetor. Theodecti à quibusdam tributos docet Quintilianus II. 15. & Theodecti ab Ariſtotele ut pro ſuis ederet donatos narrat Valerius Max. VIII. 14. 3. Laudatur præterea Theodectes Rhetor à Quintiliano pluribus locis. De Theodecte Phaſelite, qui Olymp. CXI. 2. jam obierat, vide Plutarchum Alexandro p. 674.

Τὰ ἐκ τ Τιμαίου καὶ τ Ἀρχυτείων. Vide ſupra Ἀρχυτ.

Τὰ περὶ τ τόπων. Laert. V. 24. & Anon. Menagii. Ex Sam. Petiti ſententia hic eſt liber. 1. Topicorum ex iis qui exſtant.

Ὅροι περὶ τ τοπικῶν, ζ'. Laert. V. 23. Idem Petitus legit πρώτων, & putat hoc opus contineri libris Topicorum quos habemus 2. 3. 4. 5.

Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους, β'. Laert. V. 24. Eodem Petito judice ſunt liber 6. & 7. Topicorum. Anonymo Menagii memoratur τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους καὶ πύθη liber unus. Porro non puto editam Antonii

2011 Ministerio de Cultura

Quærengi exercitationem, qua teſte Allatio p. 45. Apum urbanar. diſputavit quos habemus Ariſtotelis Topicorum libros non eos videri ex quibus Cicero ac Themiſtius ſuam locorum enumerationem deſumſerunt. Ariſtotelis τόπους memorat Plutarchus lib. 1. Sympoſ. quæſt. 2. p. 616.

Περὶ προαγωγῶν. ά. Laert. V. 26. Anonymus Menag.

Περὶ τύχης. ά, β΄, γ΄. Anonymus Menagii.

Ἐγκώμια ἢ ὕμνοι. Idem. Vide & ſupra in Διονυσιακῶν.

Ὑποθῆκαι. idem Anonymus.

Περὶ φιλίας, ὰ. Laert. V. 22. licet H. Stephanus teſtatur in quibusdam cod. φιλοσοφίας eo loco legi pro φιλίας. Anonymus Menagianus tres Ariſtotelis libros περὶ φιλίας agnoſcit.

Tractatus *ad Philippum*, quibus Athenienſes Regi commendaſſe legitur Ariſtoteles apud Anonymum Nunneſii, nihil aliud fuerunt quam Epiſtolæ Laertio V. 27. memoratæ.

Περὶ φιλοσοφίας. ά, β΄, γ΄, δ΄. Laert. V. 22. in MS. Regis Galliæ, & vita Ariſtotelis quam edidit Menagius: etſi in vulgatis Laertii codicibus tantum numerantur libri tres. Apud Suidam in Σωτάδας Hieron. Wolfii verſio laudat librum ſextum Ariſtotelis de Philoſophia, ſed in Græco Ariſtocles eſt non Ariſtoteles, cujus tertium de Philoſophia librum allegat Cicero 1. de nat. Deorum. ſect. 33. primum Laertius proœm. ſect. 8. Idem opus fuit ſupra ſub titulo περὶ ἀγαθοῦ. Suidas in ἀγαθοῦ δαίμονος. Ὅτι περὶ ἀγαθοῦ βιβλίον συντάξας Ἀριστοτέλης τὰς ἀγράφους τοῦ Πλάτωνος δόξας ἐν τούτῳ κατατάττει, καὶ μέμνηται τοῦ συντάγματος· Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ψυχῆς ἐπονομάζων αὐτὸ περὶ φιλοσοφίας. Simplicius in 1. de anima, ubi Ariſtoteles ipſe ſe laudat ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. Περὶ φιλοσοφίας οὖν λέγει τὰ περὶ ἀγαθοῦ αὐτῷ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συνουσίας, ἐν οἷς ἱστορεῖ τάστε πυθαγορείους καὶ πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας. Confer Muretum VII. 21. Var. Lect. Idem opus obſervante Patricio reſpicit Philoponus in 4. Phyſ. comment. 28. τὰς δ' ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης συνεγράψατο. Cæterum non minus fallitur meo judicio Sam. Petitus, qui IV. 9. Miſc. putat libros Ariſtotelis de Philoſophia hodie exſtare ſub titulo XII. XIII. & XIV. Metaphyſicorum; quam Petrus Marſus, qui librum περὶ φιλοσοφίας exiſtimavit eſſe univerſum opus Metaphyſicorum, ſecundum libros φυσικῆς ἀκροάσεως, tertium libros de cœlo. Commentar. in Ciceronem de natura Deorum.

Περὶ

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ φύσεως, ά. Anonymus Menagii.
Φυσικῶν κζ΄ στοιχεῖον libri XXXVIII. Laert. V. 26. & Anonymus Menagii, Confer quæ capite ſuperiore inter edita ſcripta poſt num. XV. ſed & quæ num. XXV.
Περὶ ζώων Ariſtotelis libri genuini interciderunt. Vide ibidem num. XIX.
Περὶ ζωνῆς. Anonymus Menagii.
Χρεῖαι. Stob. Sed junioris eſſe Ariſtotelis notat. Franciſc. Patricius diſcuſſ. Peripateticar. p. 98. quod in illis mentio Zenonis Citiei.
Περὶ ζωνῆς. Anonymus Menagii.
Περὶ χρόνου. Idem Anonymus.
Περὶ χρωμάτων, β΄. Plutarch. Confer quæ capite ſuperiore num. XX.
Περὶ Ψυχῆς, ά. Laert. V. 22. Anonymus Menagii. Vide ſupra in Ἔνδημος, & adde hæc Petri Pomponatii lib. de incantationibus p. 207. *Albertus M. in fine libri de licitis libris & illicitis dicit Ariſtotelem ſcripſiſſe librum ad Alexandrum M. qui inſcribitur* de morte animæ, *in quo multa ponuntur adverſus Deos, Leges & Sacerdotes, & liber iſte fortaſſis per ſacerdotes gentilium & fortaſſis per noſtros Pontifices penitus exſtirpatus eſt. Platina enim in libro de vitis Pontificum ſcribit, per Pontifices multos libros fuiſſe exſtirpatos.* Verum ad hæc confirmanda antiquiore teſte opus erat quam Alberto, & firmiore argumento quam Pomponatii ſuſpicionibus.

Alia Ariſtotelis fragmenta non allegatis libris apud veteres occurrentia collegit Franciſcus Patricius Tomo 1. diſcuſſ. Peripateticarum libro VII. Tenendum vero eſt, ea quæ ſub Ariſtotelis nomine in antiquorum ſcriptis leguntur, aut Ariſtotelis ſcripta memorantur, non Ariſtotelis Stagiritæ eſſe omnia, cum fuerint etiam alii ſcriptores hoc nomine, juniores.

CAPUT VIII.

De Alexandro Magno, Rege Macedonum.

De ſcriptis Alexandri Magni. 1. Catalogus Sriptorum qui res geſtas Alexandri tradiderunt. 2. Varii Alexandri. 3.

2011 Ministerio de Cultura

I.

NOn exigua Aristotelis gloria est, ALEXANDRUM Macedonem instituisse: igitur, cum hic & ipse aliqua, Rex licet, scripserit, & plura ei velut auctori ab aliis tribuantur, longe plurimi autem res ab illo gestas sive vera narratione tradiderint, sive monstris implicuerint fabulisq;, & ista & hos præsenti capite breviter referre, aliosq; iis Alexandri nomine claros, sive Reges sive scriptores subjungere constitui.

Natus est Alexander Pellæ Macedoniæ opido Olymp. CVI. 1. ante CHRISTUM CCCLVI. Hecatombæonis mensis, qui Augusto vel Septembri respondet, die sexta, eadem qua templum Dianæ Ephesi conflagravit. A prima ætate cupidissimus gloriæ, sive inter pueros deberet concurrere, sive feras venaretur, sive sub Aristotele tractaret literas, sive largiretur amicis, sive armis experiendum cum hoste esset, hoc unum desideravit, vincere omnes, vinci à nemine. Sed laudem quam magno haud dubie animo ac virtute, sive simillima virtuti, si fortuna adspiret, temeritate sibi parabat, vana divinitatis etiam apud suos affectatione, iracundia, ac voluptatibus corrupit, *tam hostium pernicies* * *quam amicorum, qui summum bonum duceret, terrori esse cunctis mortalibus.* Per paucum omnino tempus rebus præfuit, nam ab Olymp. CXI. 1. quo Pater ejus Philippus fuit obtruncatus, usque ad mortem Alexandri, Olymp. CXIV. 1. ante CHRISTUM CCCXXIV. non plures ei effluxerunt anni quam duodecim, & octo menses, laboribus, bellis, periculis, vulneribus consumpti, dignum scilicet operæ pretium tot excisarum civitatum, tot gentium vastatarum, tot millium interfectorum.

De *Epistolis* Alexandri ad Matrem, ad Antipatrum aliosque, quæ vel à veteribus & frequentissime à Plutarcho allegantur, vel sub Alexandri nomine feruntur hodie, etiã de longiore illa ac suppositicia quæ latine tantum exstat sub titulo *de situ & mirabilibus Indiæ* ad Aristotelem, perinde ut de Epistolis *Philippi*, Parentis, dixi supra lib. II. cap. X. §. 17.

Strabo lib. II. p. 69. ex Patrocle refert Alexandrum ipsum accurate omnia in expeditione sua indagasse, curasseque sibi locorum descriptiones à peritissimis hominibus (*Diogneto* puta & *Bætone*) exhiberi. Hinc est, quod Alexandri Magni *hodæporicon* à Strabone laudatum viri docti memorant. Ἐντολὰς ejus ἐγχειρίδιους Cratero à Rege traditas, & ὑπομνήματα τοῦ βασιλέως sive commentarios post portem Alexandri repertos, in quibus de variis sumptibus in memoriam Hephæstionis faciendis perscripserat, meminit Diodorus Sic. XVIII. p. 588.

Ephe-

* Seneca lib. 1. de beneficiis c. 13.

2011 Ministerio de Cultura

Ephemerides Alexandri sive *Diarium* citari à Plutarcho in ejus vita pag. 706. notavit in indice auctorum Plinio allegatorum Harduinus. At Ephemerides secutum se ait Plurarchus, tum hoc loco, tum p. 677. ὡς ἔστι λαβεῖν ἐκ τῶν ἐφημερίδων. Sed & lib. 1. Sympos. qvæst. 6. ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐφημερίδων. Verum ab Alexandro ipso scriptas non addit: quin ab alio (Regis comitum aliquo) compositis usum se innuit, dum extrema ejus, & mortem ipsam cum p. 706. retulisset subjungit: τούτων τὰ μὲν ἐλλείποντα καὶ λέξιν ἐν τοῖς ἐφημερίσιν οὕτω γέγραπται. Arrianus lib. VII. p. 195. αἱ βασίλειοι ἐφημερίδες ὧδε ἔχουσι. p. 166. οὕτως ἐν ταῖς ἐφημερίσιν ταῖς βασιλείοις ἀναγέγραπται. Ab *Eumene Cardiano* (Æliano III. 23. Var.) & *Diodoto Erythræo* scriptas esse Alexandri Ephemerides testatur Athenæus X. p. 434. & Strattidem Olynthium Suidas refert composuisse libros quinq; περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἐφημερίδων. Confer H. Dodvvellum diss. IX. de Cyclis sect. V. qui junioris ævi illas Ephemerides esse putat, in eo tamen certe fallitur, quod p. 372. negat illas vir doctissimus unquam mentione dignatum Arrianum.

Idem Plutarchus in Alexandri Vita pag. 677. refert, quod ubi fuisset otium, tempus insumserit Rex ἢ κυνηγῶν, ἢ συντάττων, ἢ δικάζων τι τῶν πολεμικῶν, ἢ ἀναγινώσκων. Verba ἢ συντάττων Cruserius reddit: *vel commentando*, Amiotus: *il copmosoit qvelqve chose.* Sed Gvarinus Veronensis: *aut componendis rebus impartiebat.* Et rectissime ni fallor συντάττων non minus quam δικάζων participium referri potest & debet ad id quod sequitur τι τῶν πολεμικῶν, ut sensus sit, quem Xylandri etiam versio admittit, eum in rebus militaribus vel constituisse aliquid ac composuisse, vel jus dixisse.

Testamentum Alexandri, quo singulis Satrapis suis provincias quibus præerant regendas legaverit, memorat Ammianus Marcellinus XXIII. 6. *ut bella prætereamus Alexandri, & testamento nationem omnem in successoris unius jura translatam.* Coram hoc constituisse Regem, convocatis ante lectum suum ducibus, tradit scriptor libri 1 Maccabæorum cap. 1. v. 7. Sed si auctorem excerptorum Chronologicorum à Scaligero editorum p. 72. audimus, veniens ad mortem Alexander, *testamentum scripsit, ut unusquisque Principum regnarent singuli in proprias eorum provincias, sic, Macedonia quidem Arideum* &c. Diodorus quoque Siculus XX. p. 809. auctor est testamentum (τὴν ὑπὲρ ὅλης βασιλείας διαθήκην) ab Alexandro depositum fuisse apud Rhodios. Sed famam ejus rei vanam se comperisse scribit Q. Curtius X. 10. 6. & apud Lucianum in dialogis

2011 Ministerio de Cultura

mortuorum T. 1. p. 290. negat Alexander ſibi per inopinam mortem integrum fuiſſe de regni ſucceſſoribus quicquem ſtatuere.

Vetus interpres latinus Kyranidum in proœmio: *Volo & ſcire,* inquit, *quod eſt apud Græcos quidam liber Alexandri Magni* de VII. Herbis VII. Planetarum *& alter qui dicitur Theſſali Myſterium ad Hermem de XII. herbis XII. ſignis attributis, & de VII. aliis herbis per VII. alias ſtellas.* Sed hoc non majoris fidei eſt, quam quæ *de lapide Philoſophorum* Epiſtola ſub Alexandri nomine fertur à Chemicis inter ſcriptores artis auriferæ Baſil. 1593. & 1610. Tomo 1. vel quæ *Hebraice* exſtare teſtatur Bartoloccius 1. Bibl. Rabbin. p. 482. *dicta memorabilia Alexandri Macedonis Cornuti. Et Epiſtola Alexandri ad Matrem* tempore mortis miſſa, & de verbis à matre prolatis dum illam legeret, & de morti Alexandri. Fabulis etiam adſcribas licet, quæ de Alexandri Codice Hebraico Legis Moſaicæ, in quo Nomen Dei aureis ubique ſcriptum fuerit literis, garriunt Talmudici * in tractatu Sopherim. Quæ vero de Alexandri veneratione adverſus Nomen Dei & Pontificem Judæorum Jadduam tradit Joſephus XI. 8. Antiqv. conſentientibus Talmudicis in Joma f. 69. 1. & auctore commentarii majoris in Leviticum (Vajikra Rabba) ſect. 13. his utpote à Curtio, Diodoro, Arriano, Plutarcho non modo præteritis, ſed etiam cum iſtorum narratione ** ægre conciliandis, ita quisque ut voluerit addet vel demet fidem. Uti nec Chryſoſtomo *** facile accredas, Alexandrum Senatus Romani decreto Deum habitum decimum tertium fuiſſe.

Vir munerum amplitudine illuſtris, ſed ingenio & humanitate nobilior *Gisbertus Cuperus* in commentario ad ἀποθέωσιν Homeri pag. 162. jam pridem ſpem fecit ſuarum *diſſertationum de Alexandro vero ac falſo*: quæ ubi lucem viderint, nihil non veri atque certi in hoc genere illuſtratum confirmatumque, quicquid contra eſt falſi ac commentii, argumentis haud inficiandis rejectum atque convictum exhibebunt.

* Locum profert Guil. Schickardus de jure Regio Hebr. pag. 96. edit. Carpzovianæ.

** Vide Anton. Van Dalen in diſſ. de Hiſt. Ariſteæ cap. 10. p. 75. ſeq.

*** Homil. 26. in 2. ad Corinth. Confer Petavium dogm. Theol. de incarnatione lib. XIV. p. 509. ſeq. & Steph. le Moyne not. ad Varia ſacra p. 150. ſeq.

Cata-

2011 Ministerio de Cultura

II. Catalogus ſcriptorum de Rebus geſtis ALEXANDRI M.

è Matthei Raderi proluſ. & Joh. Freinshemii Prolegomenis ad Curtium, & Tho. Reineſii Epiſtola ad Hofmannum XXXVIII. quorum obſervatis mea adjunxi.

Abrahamus Aben Phareg Mſuli, Arabice MS. in Bibl. Bavarica, extrema parte mutilus.

Ado Archi-Ep. Viennenſis, Sæculi IX. ſcriptor latinus in Chronico, & *Chronicorum univerſalium ſcriptores* ad unum omnes, *Græci*, Euſebius, Syncellus, Malalas, Glycas, Cedrenus, Zonaras, Conſtantinus Manaſſes, Chron. Paſchale ſive Alexandrinum &c. *Latini* Freculfus, Marianus Scotus, Otto Friſingenſis, Abbas Urſpergenſis &c.

Æſopus latinus interpres Hiſtoriæ Græcæ fabuloſæ de Alexandro, quam ad *Calliſthenem* auctorem referunt codices MSS. Vide Cangii gloſſarium Græcum in ἐβέλιν@., Juretum ad Symmachi IV. 33. edit. primæ & Barthium II 10. Adverſar. Verſionem ſuam Æſopus iſte dicat Conſtantini M. Filio.

Agatharchides ſive *Agatharchus Cnidius*, anagnoſtes Heraclidæ Lembi, Peripateticus, quem ſub Ptolemæo Philometore ac deinceps vixiſſe obſervant Voſſius de Hiſt. Gr. & Reineſius p. 311. ad Hofmannum. Agatharchidæ nomen non modo apud Rufinum & Freculfum corruptum eſt, ut obſervat præter Voſſium Meurſius pag. 1200. Bibl. Græcæ, ſed & apud Theophylactum Simocattam VII. 17. Hiſt. p. 190. edit. Regiæ pro Ἀναρχίδης legendum Ἀγαθαρχίδης ὁ Γνίδι@. Attice ſcripſit, non Cretenſium dialecto, ut ex male intellectis Photii verbis tradit A. Schottus atque inde Freinshemius. Vide Ez. Spannhemium p. 309. de uſu numiſm. Alexandri M. res attigit in libris περὶ Ἀσίας, quos laudant Didorus Sic. Phlegon, Lucianus & Athenæus à quo decimus liber allegatur. Hunc ulti-

2011 Ministerio de Cultura

ultimum fuisse illius operis constat è Photii cod. CCXIII. In eodem forte successorum quoque Alexandri res fuit persecutus, unde de Josepho XII. 1. laudatur ὁ τὰς τῶν διαδόχων (Ἀλεξάνδρου) πράξεις συγγραψάμενος, ex quo habet quæ retulit lib. 1. contra Apionem p. 1050. Ejusdem forte operis pars fuere Φρυγιακὰ quæ laudat Plutarchus de fluminibus. Scripsit præterea historiam τὴν εἰς τὴν ἐυρώπην libris XLIX. teste Photio, & de mari Erythræo sive Arabico sinu libros V. quod opus Strabo XVI. p. 779. & Plutarchus VIII. Sympos. legisse se testantur. Excerpta à Photio Cod. CCL. servata Græce primus edidit H. Stephanus A. 1557. 8. cum Ctesiæ & Memnonis quibusdam & Appiani: Latine verrit *Laur. Rhodomannus* A. 1594. 8. & *R. Brettus* Anglus Oxon. 1597. 8. præter *A. Schottum* in sua Photii editione. Hinc recudi curavit cum interpretatione Rhodomanni Vir Clariss. *Joh. Hudson* Tomo 1. Geographor. minorum Oxon. 1698. 8. adspersis notis Scripsisse præterea Agatharchidem refert Photius, sed quæ ipse non viderit, ἀπορμὴν τῶν περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀναγεγραμμένων libro uno. Περὶ τρωγλοδυτῶν libros V. & Epitomen Λύδης * Antimachi. Epitomen τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων *eorum qui de mirabilibus ante eum scripserant*, ut titulum illum exponit Jonsius II. 12. Περὶ ἀνέμων (ut eidem Jonsio visum) Ἐκλογὰς ἱστορικῶν, & περὶ τῆς τῶν φιλικῆς ὁμιλίας. Incertum, idem ne sit Agatharchides quem Samium appellat Plutarchus in parallelis minoribus p. 305. ubi librum secundum ejus περσικῶν, & libro de fluminibus, ubi librum quartum ejus laudat περὶ λίθων. Nisi pro Agatharchide legendum ibi Agathyrsides. Certe Agathyrsides Samius quarto Περσικῶν allegatur à Stobæo Serm. 7. de fortitudine.

Agis Argivus pessimorum carminum post Choerilum conditor, quibus Alexandro adulatum refert Curtius VIII. 5. 8. Meminit & Arrianus IV. p. 262. de expeditione Alexandri.

Amyntianus qui ad Marcum Antoninum Imp. scripsit librum de Alexandro M. illaudatum Photio Cod. CXXXI. Præterea librum de Olympiade Alexandri Matre, tum vitas parallelas Philippi Macedonis & Augusti Imp. Dionysiii Siciliæ Tyranni ac Domitiani. Dubitat Freinshemius, idem ne sit Amyntianus, cujus περὶ ἐλεφαίτων laudat Schol. Pindari p. 33.

Anaximenes Lampsacenus Rhetor, qui φιλιππικὰ, quorum septimum citat

* Mentio hujus libri Antimachi apud Suidam in Ὀργεῶνες.

2011 Ministerio de Cultura

tat Suidas in μάχιμος, & τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις teste Laertio II. 3. scripsit. Vide quos allegavi lib. II. cap. XXIII. §. 9. Usus hoc Anaximene etiam Plinius lib. XII. hist. quo describit arbores quas in orbe Indico mirata est Alexandri victoria. Meminit & Valerius Max. VII. 3.

Andronicus qui res Alexandri scripsit memoratur in Volaterrani Anthropologia. Freinshemius ait eum allegari à Plutarcho in Aristide. Sed frustra hoc in vita illa quæsieris. Respiciturne Andronicus Alypius, quem inter Græcorum Historicos ad extrema Danielis intelligenda necessarios laudat Hieronymus præf. ad illum Prophetam.

Androsthenem Thasium, qui cum Nearcho navigavit, citat Strabo XVI. p. 766. Periplum Indiæ Athenæus III. p. 393. & Marcianus Heracleota in Periplo p. 63. Plura Vossius de Hist. Græcis p. 463. Mentio & apud Arrianum VII. p. 162.

Angelus Cospus Bononiensis Vitam Alexandri M. à Johanne Monacho scriptã latine vertit. Præfigitur editioni Diodori Siculi quæ prodiit Basileæ Apud H. Petri A. 1545. & è Johanne Zonara est excerpta.

Anticlides allegatur à Plutarcho in Alex. p. 691. & Laertio VIII. 11. Ἀντικλείδης ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀλεξάνδρου. Atheniensem fuisse testatur Athenæus. Laudat etiam Harpocratio in καλάυρεια, & ἐξηγητικὰ ipsius tribus in locis, ubi quidam codices interdum habent Αὐτοκλείδης, uti legitur etiam apud Plutarchum in Nicia p. 539. Hanc lectionem præfert in Bibl. Attica Meursius, sed altera præplacet Maussaco, & apud Athenæum quoque XI. p. 473. est Ἀντικλείδης ἐν ἐξηγητικῷ. Atque ita scriptum est in Scholiis minoribus & apud Eustathium ad Homerum. Scripsit & νόστων libros, quorum octavum & septuagesimum citat idem IX. p. 384. Meminit ejusdem operis præter Athenæum, Clemens Alex. Eusebius IV. præparat. Scholiastes Aristoph. & Suidas. De illius Δηλιακοῖς, aliisque scriptis Vossius in Hist. Græcis p. 322. Anticlidem in hymno Solis laudat Kircherus T. 3. Oedipi p. 128.

Antidamantis Heracleopolitæ Historia Alexandri M. & libri Morales allegantur à Fulgentio in Vespillones, & fabre. Quod vero Freinshemius hinc eum latine scripsisse colligit, parum verisimile id Reinesio videtur, qui observat eundem Fulgentium laudare & alios Græcos scriptores, Stesimbrotum Thasium, Diophantum Lacedæmo-

2011 Ministerio de Cultura

monium, Soſicratem, Mnaſeam (Callimachum, Demoſthenem) ex latina interpretatione, perinde uti Rhetores latini Aquila & Rutilius Lupus Demoſthenis, Hyperidis, Ariſtotelis & aliorum Græcorum verba latine producunt. Notavit hoc de Fulgentio etiam Voſſius erudito opere de Hiſt. Græcis.

Antigenes allegatur à Plutarcho in Alex. p. 691. incertum an idem de quo p. 703. ſeq. & quem laudat Plinius.

Antiſthenes qui à Phlegonte laudatur, eſt Rhodius hiſtoricus, ut recte conjiciebat Voſſius, & conſtat ex Polybio Excerpt. Peireſc. p 69. Cæterum narratio de Alexandro M. quæ Volaterrano memoratur, & Græce adhuc ſub Antiſthenis vel Calliſthenis nomine exſtat MS. in quibusdam Bibliothecis, commentitia videtur viris doctiſſimis. Unde Allatius Pſeud Antiſthenem vocat, locum ex ea afferens capite 2. de Eugaſtrimytho.

Antoninus Archi-Ep. Florentinus in prima parte ſummæ Hiſtorialis latine compoſitæ fabulas de Alexandro refert non paucas, quas deprompſit è Julio Valerio ſive Æſopo, de quibus ſuo loco.

Appianus Alexandrinus, præcipue in Syriacis: *quæ quisquis legerit*, inquit Reineſius, *videbit nugas quas de Alexandro nugatus eſt Suidas.*

Appion Pliſtonices, Alexandrinus Grammaticus, inter alia de Alexandri Regis laudibus ſcripſit teſte Gellio VI. 8. Cætera ejus ſcripta retuli infra in capite de Flavio Joſepho.

Archelaus Chorographus ὁ περὶ Ἀλεξάνδρου παραθαλαττίου γῆς. Laert. II. 17. Jubæ & Archelai Regis libros allegat Solinus ubi de rebus Indicis agit c. 52. & Plinius XXXVII. 3. Archelai vel Aſclepiadæ, tum Parmenionis, Poſidippi & aliorum in Alexandrum Epigrammata leguntur lib. IV. Antholog. p. 454, lib. III. p. 347.

Aretinus. Vide infra in Qualchino.

Ariſtobulus Ariſtobuli F. Caſſandreus, Alexandri comes, eo ſuperſtite ſcripſerat de ſingulari certamine Alexandri cum Poro, quem librum ob incredibilem adulationem in fluvium Hydaſpin Rex projecit teſte Luciano de ſcribenda Hiſtoria, T. 1. p. 610. Sed poſt Regis mortem, (annos jam octoginta quatuor natus, ut idem Lucianus in Macrobiis auctor eſt) ſcripſit Hiſtoriam, quam ut fide digniorem præ cæteris ſequi ſe affirmat & frequenter laudat Arrianus libris de Alexandro. Laudat & Plutarchus in Alexandro p. 672. 673. 674. 676. 691. 706. Strabo, Athenæus &c. vide Voſſium de Hiſt. Gr-

p.

2011 Ministerio de Cultura

p. 55. De Ariſtobulo Judæo dixi infra in Catalogo Peripateticorum.

Ariſtoxenus in ſuis Ὑπομνήμασι egit etiam de Alexandro, ut apparet ex Plutarcho Alex. p. 666. forte etiam in Hiſtoriis quas Suidas memorat. De ſcriptis ejus dixi infra capite X.

Ariſtus & Aſclepiades τῶν περὶ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων. Arrian. VII. p. p. 158. Vide quæ de Ariſto Salaminio Voſſius in Hiſt. Græcis pag. 62.

Arriani Nicomedienſis libri VII. περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου adhuc ſuperſunt, qui præ cæteris ſequi ſe ait auctores, Ptolemæum Lagi & Ariſtobulum. Laudatur Arrianus Æneæ Gazæo in Theophraſto p. 23. ὅτι Ἀρριανὸς, ὅτι τὸ ἀληθέστερον μᾶλλον ἢ μυθωδέστερον συγγράφων, μνήσθη. Exſtant etiam ejusdem Arriani Indica.

Alius *Arrianus* Poeta, qui Carmine Heroico Græce Ἀλεξανδρειάδα condidit libris XXIV. & Virgilii Georgica reddidit Græcis verſibus & poemata in Attalum Pergami Regem conſcripſit, Suida teſte.

Aſclepiades. Vide paulo ante *Ariſtus.*

Bæton ſive *Beton* ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου βηματιστὴς ſive *itinerum ejus menſor* memoratus Polybio, Plinio VI. 17. & 19. VII. 2. & Indice libri VI. & XIII. Solino c. 52. Scripſit σταθμοὺς τοῦ Ἀλεξάνδρου πορείας teſte Athenæo lib. X. p. 442. Hi ſunt forte Ἀσιατικοὶ σταθμοὶ Straboni laudati. De Bitone qui junior fuit & ad Regem Attalum ſcripſit, dixi infra inter ſcriptores rei militaris.

Βάρων ἱστορικός (*Varro*) Ἐπιτομὴν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τῶν Μακεδόνα. Suid.

Petrus Bizarrus Sentinas, ſcriptor recens, in Perſica Hiſtoria latine edita & XII. libris perſequente res Perſarum ab Aſſyriorum usqne imperio ad Annum Chriſti 1581.

Callinicus Sutorius Syrus ſive Arabs Sophiſta τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱστοριῶν libros X. ſcripſerat Suida teſte. At Freinshemius Calinium Syrum ſcriptoribus de Alexandro accenſet, allegatque Plutarchum in Ariſtide. Sed eſt hæc allegatio ad baliſtam, ut ait Reineſius. Nam à Plutarcho nusquam nominatur. At Suida obiter inſpecto Callinicum de rebus geſtis Alexandri ſcripſiſſe affirmant Volaterranus, Carolus Stephanus in Elucidario & alii. Sed Alexandrinarum rerum, ſive civitatis Alexandriæ Hiſtoriam ſcripſerat hic Callinicus, quam reſpicit & Hieron. præfat. in Danielem, ut Voſſio probe animadverſum. Sed male idem Voſſius in-

2011 Ministerio de Cultura

inemendato Suidæ codice deceptus ait Callinicum hunc ſcripſſe ad Medicum Galenum. Nam ad Imp. Galienum miſit περὶ φωνητικόν. vide Jonſium p. 284. & Valeſium ad Ammiani XXIII. 3.

Calliſthenes Olynthius propter condiſcipulatum ſub Ariſtotele, cujus conſobrinus fuit, Alexandro primum percharus, & ab ipſo Rege ad prodenda memoriæ acta ejus accitus teſte Juſtino XII. 6. deinde propter aſperius ingenium inviſus, & ab eo interfectus condidit Hiſtoriam Alexandri, quam præter Strabonem XVII. p. 813. reſpicit Plutarchus Alex. p. 680. 684. 685. Quæ vero hodie ſub Calliſthenis nomine de Alexandro ſuperſunt MSta Græce in quibusdam Bibliothecis, ea ex Perſico vertit *Simeon Sethus*, & nomen Calliſthenis (vel Antiſthenis, de quo ſupra) plane mentiuntur, cum ineptа quædam contineant commenta, deſtituta omni prorſus utilitate & amœnitate, ut judicat Iſ. Voſſius p. 33. ad Melam. Loca quædam ex illo ſcriptore Græce produxit Julius Cæſar Bulengerus de Circo c. 13. 30. &c. Meminit & Caſaubonus ad Polyb. Salmaſius ad Solin. Idem Caſaubonus Epiſt. ad Joſephum Scaligerum CCCCII. *Exſtat in Bibliotheca* (Regis Galliæ) *Pſeudo Calliſthenis hiſtoria rerum Alexandri. Obſervavi hoc μύθευμα totidem fere verbis in Ebræorum ſermonem verſum à Pſeudo Gorionide. Et ſane cum voluptate quædam contuli, multaque in textu etiam Italico emendavi, præſertim virorum & locorum nomina. Admiror vero impoſturam.* Scaliger ad Caſaub. Epiſtola CXIII. *Pſeudo Calliſthenes, puto, idem eſt cum eo libro quem in calce Georgii Syncelli habeo. Eſt opus fabuloſum. Ab eo non potuit accipere Pſeudo Gorionides, ſed à latino, quod MStum me aliquando vidiſſe memini, ubi multa quoque ineptiſſima erant.* adde Epiſt. CXV. ad quem Caſaubonus Epiſt. CCCCXIII. *Pſeudo Calliſthenes non eſt ille ſcriptor quem habes Codici Monachi adnexum, ſed alius haud paulo κομψότερος & qui decenter Παιανῶς mimum agit. Demiror impoſtores illos, nam ante multa ſæcula prodiiſſe id fragmentum ſatis conſtat. Etſi autem libro quem habes idem μύθευμα continetur, Pſeudo Gorionidem tamen qui non ſemel Calliſthenem laudat, hunc potius qui penes me eſt tranſcripſiſſe καὶ μεταφράσαι non dubito, ſive Græce eum legerit, quod non puto, ſive latine aut Gallice.* De latina verſione hujus ſcripti dixi in *Æſopo Julio Valerio* & Qualinchino: de Germanica in *Joanne Hartliebo Mollero.* De aliis Calliſthenis genuini ſcriptis præter Voſſium in Hiſt. Gr. agit Meurſius in Bibl. Græca & ad Chalcidium p. 33. ſeq.

Cary-

2011 Ministerio de Cultura

Caryſtium Pergamenum in ἰσοθμοῖς ὑπομνήμασι res Alexandri attigiſſe ex Athenæo obſervat Freinshemius.

Cephalion Gergethius antiqvus Straboni, Dionyſio Halic. Diodoro Sic. aliisque laudatus ſcriptor, & à Suida male ad Adriani tempora relatus, in Erato ſive libro ſexto Muſarum Alexandri res geſtas complexus fuit, teſte Photio Cod. CLXI. p. 177. Cæterum adverſus Scaligerum ad Græca Euſebii p. 415. Meurſium in Bibl. Græca Voſſiumque de Hiſt. Gr. qui plures Cephaliones faciunt, videndus Allatius libro de Patria Homeri cap. 1. Mentio hujus Cephalionis apud Syncellum quoque in Chronico p. 92. & 167. ubi ei dicitur Πίσημος εἰς ὢν ὁ τυχών, & p. 192. Κεφαλίων Γεργισαῖος (leg. Γεργήθιος) συγγραφεὺς πάνυ παλαιός.

Chares allegatur à Gellio V. 2. Plutarcho in Alex. p. 675. 678. 703. ὁ εἰσαγγελεύς p. 691. Myrilenæus p. 696. ἐν πέμπτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν. Athen. XII. p. 514. ἐν ἑβδόμῃ XII. p. 493. ἐν τῇ δεκάτῃ XII. p. 538. & XIII. p. 575. Laudat iterum Plutarchus in Phocione p. 749. & II. de fortuna Alex. p. 341. At in indice Plinii lib. XII. Hiſt. male Characis nomen pro Charetis irrepſit, notante Harduino. Sed ipſe viciſſim de Charace affirmat, quod de Charonte Lampſaceno apud Suidam legitur.

Charon Lampſacenus de Perſarum quidem & Græcorum rebus commentatus eſt, ſed ante Alexandrum ſcripſit, ut ex Dionyſii Halic. & Tertulliani teſtimoniis jam notavit præſtantiſſimum Voſſius. At Charon alter Carthaginienſis Alexandrum non præteriiſſe videtur in opere quod memorat Suidas de Tyrannis ſive Regibus Aſiæ & Europæ. Videtur & Alexandri res geſtas attigiſſe Charon tertius Naucratites, niſi fallit nos idem Suidas, qui ait eum ſcripſiſſe βασιλεῖς τὰς ἐπὶ παλαιοῦ γεγονότας ἐν ἑπτὰ βίβλοις.

Choerilus de quo Acro ad Horatii artem v. 357. *Choerilus poeta fuit qui Alexandrum M. ſecutus bella ejusdem deſcripſit: cui Alexander dixiſſe fertur, malle ſe Therſitem Homeri eſſe, quam hujus Achillem. Choerilus Alexandri Poeta depactus eſt cum eo, ut ſi verſum bonum faceret, aureo numiſmate donaretur: ſi malum, colaphis feriretur: perſæpe male dicendo colaphis nectus eſt.* Vide quæ Meurſius ad Heſychium illuſtr. p. 220. ſeq. & viri docti ad Horat. lib. 2. Epiſt. 1. v. 233. ſeq. & Curtium VIII. 5. 8. De antiquiore Choerilo Tragico, conſules ubi lubebit quos laudavi lib. 2. cap. 19.

2011 Ministerio de Cultura

Chriſtophorus Roſſinus, ſcriptor recens, in Senatu Burdegalenſi præſes, in commentariis omnium ab orbe condito Hiſtoriarum ad Albertum de Gondi, latine editis Lutetiæ A. 1571. tit. *Macedonum origines*, res Alexandri M. accurate, judice Reineſio, perſequitur. Sed longum eſſet Hiſtoriæ univerſalis & Chronologiæ ſcriptores recentes univerſos recenſere, Joſ. Scaligerum, Ed. Simſonem, Reinerum Reineccium, Sethum Calviſium, Jac. Uſſerium, Auguſtinum Torniellum, Jac. Salianum, Henr. Spondanum, Dionyſ. Petavium, Joh. Cluverum, Matthæum Dreſſerum in millenar. M. Zuer. Boxhornium, Joh. Micræliũ, Chriſtianum Matthiæ, Ulr. Huberum &c. qui ſinguli res ac geſta Alexandri pro inſtituto ſuo attigerunt: nec minus ſcriptores Lexicorum Hiſtoricorum, Lud. Morerium, Joh. Jacobum Hofmannum, Petrum Bælium &c.

Clearchus Solenſis, diſcipulus Ariſtotelis in libris vitarum etiam de Dario egit per Alexandrum everſo, ut teſtatur Athenæus XII. p. 539.

Corvinus Celer Clemens Apuleji familiaris, eruditiſſimus (ut ait idem lib. 1. floridor.) & ſvaviſſimus poetarum, omnia Alexandri facinora aggreſſus eſt pulcherrimo carmine (latino ut opinor) illuſtrare.

Cleo Siculus, Alexandri adulator, de quo viri docti ad Curt. VIII. 5. 8.

Clitarchus Dinonis Hiſtorici filius & Alexandri Comes in *primo* τῶν περὶ Ἀλέξανδρον allegatur ab Athenæo IV. p. 148. in *quarto* XII. p. 530. Ingenium ejus probari, fidem infamari tradit Quintilianis X. 1. Inſt. Or. Plura de Clitarcho Voſſius lib. 1. c. 10. de Hiſt. Græcis & Reineſius Epiſt. ad Hofm. p. 313. Conjecturam vero eorum qui Curtium Clitarchi hiſtorias potiſſime ſecutum, ac veluti interpretatum latine ſuſpicantur, deſtituit ratio: Neque dubitat Curtius à Clitarcho nominatim diſſentire IX. 5. 21.

Cornelius Nepos in opere Chronicorum quo omne ævum tribus explicaverat libris, Alexandri quoque geſta perſecutus fuit. Auctor hiſtoriæ Miſcellæ XII. 19. *maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis majoribus, Alexandro quoque illi magno ſicut* (Trogus) *Pompejus Corneliusque teſtaſti ſunt.* Dicitur etiam Nepos tranſtuliſſe Epiſtolam quæ latine exſtat ſub Alexandri nomine de Indiæ mirabilibus.

Craterus Macedo, Alexandro chariſſimus, in Epiſtola ad matrem Ariſtopatram varia miranda & incredibilia tradidit, quæ in expeditione Aſiatica obſervaſſet. Teſtis Strabo XV. p. 702. Ajunt etiam res geſtas Alexandri ſcripſiſſe, quo auctore antiquo, neſcio. Nam quæ Plutar-

2011 Ministerio de Cultura.

tarchus in Aristide p. 354. 355. è Cratero Macedone profert, videntur sunt petita ex ejus opere περὶ ψηφισμάτων, de quo Maussacus ad Harpocrationem in ἀνδρῶν & νυμφαῖον.

Q. Curtius Rufus scriptor latinus disertissimus, de quo in Bibl. latina.

Videntur etiam huic Catalogo inserendi esse *Cyrsilus* sive *Cersylus* Pharsalius & *Medius* Larissæus, qui συστρατευκότες Ἀλεξάνδρῳ Alexandri castra secuti citantur à Strabone XI. p. 530. ubi de Armenia agit.

Demodamantem Seleuci & Antiochi Regum ducem in itineribus Alexandri describendis maxime sequi se profitetur Plinius IV. Hist. 16. ubi male Demonactis nomen pro Demodamante habent priores editiones: quod ab Harduino recte emendatum ex indice Plinii & è Solini cap. 49. & pridem monitum Salmasio ad Solin. p. 985. Stephanus Byz. in Ἄντισσα notat Demodamantem Milesium & Philonem (Thebanum quem inter scriptores de rebus gestis Alexandri laudat Plutarchus Alex. p. 691.) meminisse Antissæ Indicæ. Athenæo XV. p. 682. Δημοδάμας ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσέως.

Daimachi quoque *Platæensis* Indica huc spectant, de quibus Vossius. At hujus Daimachi plagiarium fuisse Ephorum Historicum, idem vir doctus cootra Porphyrium apud Euseb. X. 3. de præparat. p. 464. audacter, negat ex temporum quam repugnare putat ratione. Neque tamen adeo diverso tempore ambo vixerunt, ut Ephorus Daimachi scripta legere & expilare non potuerit. Vide Bælii Lexicon in Ephoro, nota C. Apud Laertium in Thalete libro I. sect. 30. pro Δαίδακος Πλατωνικὸς non dubito legendum cum Is. Casaubono Δαΐμαχος Πλαταϊκός, etsi hoc non probatur Meursio in Bibl. Græca.

Dexippus Herennius Atheniensis Sæculo post Christum natum tertio clarus, non modo in χρονικῇ ἱστορίᾳ gesta Macedonum Regum à Carano ad mortem usque Alexandri attigit, ex quibus fragmentum legitur apud Cedrenum, atque inde à Scaligero descriptum lib. I. Chron. Eusebii. Sed & τὰ μετ' Ἀλέξανδρον composuit libris IV. teste Photio cod. LXXXII.

Dicæarchus de Alexandro egisse videtur in libris de vita Græcorum, de quo opere ut de aliis ejus scriptis infra cap. XI.

Dio Prusæus, cognomento *Chrysostomus*, in dissertationibus suis, quæ exstant, varia de Alexandro jucunde & eleganter refert, ut in illis de regno Alexandri congressum eum Diogene, tum fabulam Lybi-

cam

2011 Ministerio de Cultura

cam Alexandro à Diogene narratam: Sed & à Suida ei tribuuntur περὶ τ Ἀλεξάνδρ ἀρετῶν λόγοι ή.

Diodorus Siculus in Bibliothecæ ſuæ ſive Hiſtorici operis libro integro XVII. res geſtas Alexandri eſt perſecutus.

Diodotus Erythræus ſcripſit Ephemerides Alexandri. Vide infra in Eumene.

Diogenes Babylonius, incertum eſt utrum ſingulare opus de Alexandro ſcripſerit, licet hæc ex eo Quintilianus libro & capite primo Inſtitut. Orator. *Siquidem Leonides Alexandri pædagogus, ut à Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit, quæ robuſtum quoque & jam maximum Regem ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecuta.*

Diognetus, itinerum menſor, quo Alexander uſus eſt. Vide ſupra in *Baton*. Alius (2) Diognetus Rhodius Architectus, cujus meminit Vitruvius X. 22. (3) Diognetus Erythræorum dux, de quo Parthenius Erotic. c. 9. Hyginus p. 275. Polyænus VIII. 36. & Plutarchus de virtute mulierum p. 254. (4) Diognetus Carthaginienſis Clitomachi pater. Steph. in καρχεδών. (5) Diognetus qui Antoninum Imp. pingere docuit, teſte Capitolino, ad quem conferendæ Caſauboni & Salmaſii notæ. (6) Diognetus Megarenſium princeps Polyæn. I. 27.

Dionyſius à Ptolemæo Philadelpho miſſus, & Megaſthenes cum regibns Indicis morati, vires quoque gentium prodidere teſte Plinio VI. 17. Idem ut videtur Dionyſius, in indice Plinii lib. IV.

Diotimum Athenienſem quoque de Alexandro ſcripſiſſe aliquid & Macedonica tractaſſe conjicit Freinshemius è loco Athenæi X. p. 436. ubi cum Ariſto Salaminio jungitur, & ex utroque refertur perquam bibacem fuiſſe Alcetam Macedonem.

Dorotheus libro ſexto τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν. Athen. VII. p. 276. incertum an Dorotheus Aſcalonita, ut videtur Freinshemio & Voſſio, an Athenienſis.

Ives Duchat, recens ſcriptor Gallus, Hymnum græcum in Alexandrum Magnum compoſuit, ediditque cum Gallica ſua interpretatione. Pariſ. 1624. 4.

Duris Samius allegatur à Plutarcho in Alex. p. 672. 691. reſpiciente, ut videtur, ejus Μακεδονικά quorum quintum citat Athenæus VI. p. 249. ſeptimum IV. p. 167. quintum decimum Schol. Comici ad Nubes v. 397.

Ephe-

2011 Ministerio de Cultura

Ephemerides Alexandri ſcripſerunt *Æſchrion Mytilenæus*, ut colligo è Tzetze Chiliad. VIII. hiſt. 196. is ipſe quem Alexandri comitem fuiſſe Suidas affirmat. Præterea *Diodotus Erythræus*, *Eumenes Samius* & *Strattis Olynthius*, de quibus ſuo loco.

Ephippus Olynthius περὶ τ᾽ Ἀλεξάνδρ κὴ Ἡφαιστίων μεταλλαγῆς κὴ ταφῆς Athen. III. p. 120. IV. p. 146. & X. p. 434. & XII. p. 537.

Eratoſthenes Cyrenæus allegatur à Plutarcho in Alex. p. 665. 683. Arriano lib. 5. de Alexandro p. 102. & 103. ubi ab eo diſſentit, & p. 104. Μεγαθένης τι κὴ Ἐρατοσθένης δοκίμω ἄνδρε.

Eumenes Cardianus è Cardia Thraciæ Cherſoneſi opido, inter duces Alexandri celebris (de quo Nepos & Plutarchus) ſcripſit Ephemerides Alexandri, è quibus nonnulla producit Ælianus III. 23. Var. Confer Paulum Leopardum lib. II. Miſcell. c. 12. Athenæus quoque X. p. 434. Ephemerides Alexandri ab Eumene Cardiano & Diodoto Erythræo ſcriptas eſſe teſtatur. Confer quæ ſupra p. 205.

Ingenioſiſſimus & elegantiſſimus ſcriptor recens Gallus *Euremonius* (Charles de Saint Denis Seigneur de Saint Evremond) nonaginta annis major in Anglia denatus IX. Sept. A. 1703. binas diſſertationes dignas lectu de Alexandro lingua patria compoſuit, quarum altera Cæſarem cum Alexandro confert, (Tomo 1. Opp. p. 191. edit. Amſt. 1706. 12.) altera continet cenſuram tragœdiæ *Racini* civis ſui, qua Alexandrum Poro inferiorem fecit & magno illo quem in hiſtoria ubique habet atque imperterrito animo exuit, Porumque velut Gallici ingenii non Indorum principem introduxit. T. 2. Opp. p. 300.

Chriſtianus Fridericus Franckenſteinius, qui Lipſienſem Academiam eruditione ſua ante hos triginta annos illuſtrabat, edidit A. 1674. exercitationem de Alexandro virtutibus & vitiis magno, qua deſcriptionem Alexandri apud Q. Curtium X. 5. illuſtravit.

Paganinus Gaudentius, Rhætus, * Eloquentiæ in Academia Piſana profeſſor A. 1649. denatus, Hetruſco idiomate Alexandri M. geſta celebraſſe dicitur, Piſis 1645. fol. quod opus haud vidi.

* Ipſe hoc in ſe fecerat Epigramma:

Rhætia me genuit, docuitque Italia, Roma
Detinuit, nunc audit Hetruria cuncta docentem.

Sed heredes vocabulum nimis ambitioſum *cuncta* mutarunt in *culta*.

2011 Ministerio de Cultura

Philippi Gualteri, de Guaſtellione, Inſulenſis, Epiſcopi circa A. C. 1174. Magalonenſis, *Alexandreis*, ſive de rebus geſtis Alexandri carmen Heroicum latinum libris decem conſtans, & inſcriptum R. D. Gvilermo, antea Senonenſi Epiſc. tum ArchiEp. Rhemenſi, prodiit Argentinæ A. 1513. atque inde alibi, ut dixi in Bibliotheca latina. Hunc Gualterum, Virgilio & Lucano exſulare juſſis, ſua ætate per ſcholas receptum conqueſtus eſt Henricus Gandavenſis: Alanus vero in Anticlaudiano perſtrinxit his verſibus:

Mævius in cœlis audens os ponere mutum,
Geſta ducis Macetum tenebroſi carminis umbra
Pingere dum tentat - - - -

Non contemnendus tamen pro illa ætate Poeta videri poteſt, qui in plerisque Q. Curtii hiſtoriam expreſſit: Nam Curtium è Gvalthero hauſiſſe ſua abſurdum eſt, & ne alia jam afferam, à Joh. Saristerienſi, qui ante Gvalterum ſcripſit, Curtius nominetenus allegatur.

Harpocration à Radero inter ſcriptores de Alexandro relatus eſt propter pauca illa quæ de variis hujus nominis in Lexico ſuo habet V. Ἀλέξανδρος.

Joh. Hartlieb Moller, Monacenſis Bojus, Medicinæ Doctor, juſſu Ducis Bavariæ Alberti, hiſtoriam Julii Valerii de Alexandro M. è latina lingua in Germanicam convertit. Auguſtæ Vindel. A. 1478. fol. Vide Lambecium lib. 2. de Bibl. Vindobonenſi p. 949.

Hecatæus Abderita Alexandri Comes & σωτῆρος Hiſtorias ſcripſit Flavio Joſepho laudatas, in quibus Alexandri res quoque videtur attigiſſe. Aliusne ab hoc *Hecatæus*, quem *Eretrienſem* vocat Plutarchus laudatque in Alexandro p. 691.

Hegeſander Delphus in libris ὑπομνημάτων multa ad Alexandrum pertinentia tradidiſſe à Freinshemio obſervatur ex iis quæ ex hoc ſcriptore profert Athenæus.

Hegeſias Magneſius de rebus Alexandri ſcripſiſſe colligitur ex ejus fragmentis apud Dionyſium Halic. de nominum compoſit. & Agatarchidem lib. V. de mari rubro apud Photium cod. CCL. ubi inepta ejus dictio reprehenditur. Eundem ridet Plutarchus in Alex. p. 665. quia ſcripſerat Dianam templo ſuo Epheſi conflagranti opem ferre non potuiſſe, quoniam adfuiſſet Olympiadi eodem

2011 Ministerio de Cultura

dem tempore parienti Alexandrum. Hoc usque adeo frigidum esse affirmat Plutarchus, ut incendium illud potuisset exstinguere.

Helymon poeta ineptus, quem interpres Ovidii in Ibin & ex eo Gyraldus dial. 3. de Poetis ait ab Alexandro in cavea mori coactum, quod minus luculenter res ipsius gestas scriptis prodidisset. Sed ignotus antiquis ille Helymon. Itaque alii ad Callisthenem rectius hæc Ovidii referunt v. 521.

Inclususque necem cavea patiaris, ut ille
Non profecturæ conditor historiæ.

Heraclides allegatur à Plutarcho in Alex. p. 669. incertum an Cumanus qui Persica scripsit, an Ponticus, ut Reinesio visum, an alius. Nam Freinshemio quidem cave assentiaris, qui Heraclidem à Laertio citatum putat scripsisse de successionibus Regum, cum Sotionem de successione Philosophorum in compendium miserit.

Hermippus allegatur à Plutarcho in Alex. p. 695.

Hieronymus Cardianus τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου πραχθέντα scripsit. Ita enim apud Suidam legendum. Scripsit & de rebus gestis Διαγόνων & Διαδόχων Alexandri. Vide Vossium lib. 1. c. 11. de Hist. Græcis.

Wolfgangus Hildebrand Germanus patria lingua collectam à se ex variis monumentis Alexandri historiam edidit Erfurti A. 1618. 4.

Historia Miscella de Alexandro M. agit lib. XII. c. 19.

Johannes Antiochenus in Chronico è quo fragmentum de Alexandro legitur in excerptis Peirescianis ab H. Valesio editis atque illustratis p. 786. Diversus hic Johannes Antiochenus à *Jo. Malela*, cujus Chronographiæ libro octavo agitur de Alexandro.

Joannes Monachus cujus narrationi de Alexandro M. multum tribuit Cœlius Rhodiginus, eamque persæpe laudat, III. 5. XVIII. 18. XXII. 20. XXIII. 4. Latine è *Joh. Zonaræ* Chronico excerpta subjungitur editioni Diodori Siculi Basileensi, quæ prodiit A. 1545. interprete Angelo Cospo Bononiensi.

Josephus Gorionides. Vide supra in Callisthene. *Flavius* quoque *Josephus* huc spectat propter ea quæ de Alexandro M. scribit XI. 2. Antiqv. & II. 21. de Bello Iud.

Ister (Callimachius ut existimo, patria Paphius) laudatur à Plutarcho in Alexandro p. 691. inter eos qui res gestas hujus Regis tradiderunt.

2011 Ministerio de Cultura

Julianus ὁ παραβάτης in hoc Catalogo à viris doctis ponitur propter pauca illa quæ de Alexandro tangit in Cæſaribus.

Julius Valerius quibusdam vocatur latinus interpres fabuloſæ de Alexandro hiſtoriæ, quem alii Æſopum vocant. Vide ſupra in Calliſthene. Barthium II. 10. & V. 14. Adverſar.

Juſtinus Trogi Pompeji Epitomator notiſſimus, res Philippi & Alexandri, ſucceſſorumque ejus non indiligenter, etſi ſtrictim, aliquot libris perſequitur. Philippum patrem cum Alexandro confert libro IX. c. 8.

Wolfgangus Lazius Ferdinandi I. Imp. Hiſtoriographus A. 1565. die 19. Junii denatus, in commentariis rerum Græcarum libro 1. p. 22. ſeq. aliquot numos Alexandri imagine inſignes exhibet & illuſtrat.

Leo Byzantius Alexandri temporibus clarus ſcripſit inter alia, Suida teſte, τὰ κατ' Φίλιππον καὶ τὸ Βυζάντιον, βιβλίοις ζ'. & τὰ κατ' Ἀλέξανδρον.

In *T. Livii* Romanæ Hiſtoriæ Principis Decad. I. libro IX. elegans diſquiſitio occurrit de Alexandro M. utrum ille, ſi Romanos aggreſſus fuiſſet, æque ut à tot aliis gentibus victor fuiſſet rediturus. Neq; abſurde hoc videtur negare, quanquam non dubito Alexandrum, ſi ita ut Hannibal ante Romæ portas terrorem armorum ſuorum proferre potuiſſet, victoria rectius utique uſurum fuiſſe. In tranſcurſu autem abſolvendus Livius ab impacta ipſi ab ingenioſiſſimo viro * nota eſt, quaſi ſibi manifeſto contradixerit, jam negans vel fama notum Romanis Alexandrum fuiſſe, jam iterum affirmans parem animis magno Alexandro ducem à populo Romano deſtinatum Papyrium Curſorem. Miror enim viro erudito non fuiſſe obſervatum, quod verbum *deſtinarat* hoc loco apud Livium idem eſt ac *deſtinaturus fuerat*, ſi nempe Alexandrum Romanis bellum inferre contigiſſet.

M. Annæus Lucanus libro X. Pharſal. Alexandri ſepulchrum Alexandriæ à Cæſare viſum referens, in immenſam felicis illius ut vocat prædonis ambitionem prolixe invehitur. Conditorium & corpus Alexandri ab Auguſto quoque ſubjectum oculis narrat Svetonius in Auguſto c. 18..

Lyn-

* P. Bælius in Lexico V. *Macedoine* nota O. *on ne peut diſculper Tite Live, ſa diſtraction, ſon peu d' attention, ſa contradiction en un mot, ſautent aux yeux.*

2011 Ministerio de Cultura

Lynceus Samius in ſuis ὑπομνημονεύμασι de Alexandri dictis & factis ſcripſiſſe colligitur ex Athenæi X. p. 434.

Manechmus ſive *Menechmus Sicyonius*, ſub Alexandri ſucceſſoribus clarus Hiſtoricus ſcripſit Suida teſte hiſtoriam Alexandri Macedonis.

Marſyas Pellæus Alexandri σύντροφος & Antigoni Regis qui poſt Alexandrum regnavit frater, ſcripſit μακεδονικῶν ſive rerum Macedonicarum libros X. à Carano usque ad Alexandri in Syriam ingreſſum: & librum de educatione Alexandri, Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν. Vide Suidam, & Voſſium lib. 1. de Hiſt. græcis c. 10.

Megaſthenis libri Indicorum huc quoque pertinent, quorum *tertium* Clemens 1. Strom. p. 305. *quartum* Joſephus laudat X. Antiq. 11. p. 350. & 1. contra Apion. p. 1045. Inter alia oſtendere voluit eo loco Megaſthenes majora fuiſſe Alexandri quam Herculis geſta. Multa fabulatum eſſe affirmat Strabo lib. 2. p. 70. Laudat præter Plinium aliosque Voſſio jam notatos, Ælianus de animal. VIII. 7. XVI. 41. & XVII. 39. Phlegon in extremo libri de mirabilibus. Sed inter fragmenta à Scaligero ad calcem operis de emendatione temporum illuſtrata, nullum eſt Megaſthenis, uti idem Vir doctus memoria lapſus affirmat. De Metaſthene Annii convenit inter eruditos, omnia ejus, etiam ad nomen ipſum usque, eſſe commentitia.

Μονόβιβλον ὃ εἰς τ' Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψαν οἱ Ἀλεξανδρεῖς. Niceph. X. 36. Hiſt. Eccleſ. ubi & oraculum Pythium, quo Diis Alexander adſcribitur. Hauſit hæc Nicephorus è Socrate, apud quem III. 23. legitur τὸ μονόβιβλον ὃ Ἀδείας εἰς τ' Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψεν. Valeſius in verſione pro Ἀδείας habet *Arrianus*, verum is non ſcripſit μονόβιβλον, ſed libros ſeptem de Alexandro, neque Alexandrum retulit inter Deos, quod libro illo factum eſſe tota Socratis oratio innuit. Joh. Langus ad Niceph. legit Ἀδειανός H. Valeſius vir eruditiſſimus ad Socratem putat reſpici ψευδόμαντιν Luciani, qui Ἀλέξανδρος inſcribitur. Verum & alius eſt iſte Alexander, & tantum abeſt ut hunc inter Deos referat Lucianus, ut pro impoſtore aperte traducat. Præterea nimis longe abit à Luciani nomine illud ὁ Ἀδείας, pro quo Florentinus codex Valeſio teſte habet Ἀνδρίας. Forte per compendium ſcriptum erat Αλνδρεῖς pro Ἀλεξανδρεῖς, unde factum illud Ἀνδείας ac demum Ἀδείας. In Hiſt. tripartita VII. 2, hic locus plane omittitur.

2011 Ministerio de Cultura

Nearchus aurea corona ab Alexandro donatus ὑπὲ τῷ πλείσλῳ τῷ ἐκ τ' Ινδῶν γῆς κ τὴν μεγάλην θάλασσαν teste Arriano VII. p. 149. ἡγεμὼν vocatur à Plutarcho in Alex. p. 702. 706. Navarchus τ' Αλεξάνδρε in opido Patala prope Indum fluvium sepultus: Philostr. III. 15. de vita Apollonii. Periplum ejus sive descriptionem navigationis, qua Plinius etiam usus est & Strabo, Arrianus magnam partem in Indica sua transcripsit, ex quibus excerptam separatim Græce & latine cum variis lect. codicis Bodlejani edidit præstantissimus vir Joh. Hudsonus Tomo I. Geographorum minorum, Oxon. 1698. 8. Incertum est, num peculiari opere & à periplo illo diverso res Alexandri tradiderit, etsi Suidas ei tribuit συγγραφὴν περὶ Αλεξάνδρε. Plurima mentitos qui de India scripserunt Strabo notat lib. 2. p. 70 in quibus primas malæ fidei partes tribuit Daimacho & Megastheni, secundas Onesicrito ac Nearcho.

Nestor Larandensis è Lycia, sub Imp. Severo clarus Suidæque laudatus scripsit Αλεξανδρειάδα sive poema Heroicum de Alexandro, cujus librum I. allegat Stephanus Byz. in ὑρκέσιαι.

Nicanor qui res gestas Alexandri Macedonis scripsisse traditur à Varrone apud Lactantium lib. 1. c. 6. & inde apud Sabellicum Enneadis secundæ libro tertio, aliosque, Reinesio videtur idem cum Selenco Nicatore, sive Macedonum dialecto Nicanore, nominatissimo inter duces Alexandri, cui Spitamenis filiam teste Arriano Rex junxit. Sed hic si res Alexandri scripsisset, non omissuri eum fuerant nominare Arrianus, Plutarchus & alii. Fuit & Sævius Nicanor, cujus commentarios suo jam tempore deperditos testatus est Svetonius c. 5. de Grammaticis. Mentio quoque Nicanoris cujusdam (Stagiritæ, Diodor. Sic. XVIII. p. 592. ubi Epistola Alexandri per hunc Nicanorem ad Græcos exsules missa: & Harpocrat. in Νικάνωρ) in testamento Aristotelis apud Laertium V. 15. Idem forte de quo Rhetor. ad Alex. c. 1. Alius cujus cædem memorat II. Rhetor. c. 23. Nicanor Parmenionis F. præfectus scutatorum, cujus subitæ mortis mentio apud Curtium VI. 6. qui alium Nicanorem, Indorum telis obrutum memorat VIII. 13. Nicanor Cassandri frater, jussu Olympiadis interfectus. Diodor. Sic. XVIII. p. 660. Nicanor Balacri filius. Harpocrat. in Νικαν. Nicanor Balacri pater Arrian. lib. 2. Nicanor Navarchus Antigoni, illaudatus Polyæno

2011 Ministerio de Cultura

Iyæno, & Caſſandri dolo interremptus. Diodor. Sic. XVIII. p. 647. Nicanor, dux Demetrii Soteris, victus à Juda Maccabæo, 1. Maccab. 7. & lib. 2. c. 8. &c. Nicanor Cypriarches. 2. Maccab. XII. 2. Etiam Nicanorem quendam Cyprium, qui de Diis ſcripſit, citat præter Arnobium Clemens in protreptico. Sed & Nicanor Samius ſecundo de fluminibus allegatur à Plutarcho in lib. ejusdem argumenti. Prætereo Gramaticum Nicanorem Varrone juniorem, ſive Alexandrinum ſive Hierapolitem Phrygem, de quo dixi lib. 2. c. 5. Tum Leandrum Nicanorem Cyrenæum, cujus *μεπονομασίαι* Harpocrationi laudatæ in *ἄκη* & Stephano Byz. in *ὕδη* & *πάρ@* Athenæo VII. p. 297. & Schol. Apollonii IV. 21. Pro Nicanore Medico apud Hofmannum in lexico, vel apud ſcriptorem ex quo hoc hauſit, Nicandri nomen reponendum exiſtimo. Fuit & Nicanor quidam ex primis ſeptem Eccleſiæ diaconis teſte Luca Act. VI. 5. de hoc Martyrologia ad 10. Januar. & Menologia 5. Cal. Aug. Celebratur & alius Martyr Nicanor in Ægypto paſſus ſub Maximino. Sed inſtitutum noſtrum perſequamur.

Nicobules nomine olim ſcripta ferebantur de Alexandro, de quibus dubitatum docet Athenæus X. p. 434. *Νικοβούλη ἢ ἢ ὁ ἀναθεὶς ταύτην τὰ συγγράμματα.* In Plinii codicibus appellatur *Nicobulus*, & Harduino videtur Alexandri expeditionum comes fuiſſe cum Oneſicrito & Nearcho, vel cum Diogneto ac Bætone itinerum dimenſor.

Nymphis Heracleotes libros XXIV. ſcripſit, teſte Suida, de Alexandro ejusq; regni partiariis & ſucceſſoribus usque ad tertium Ptolemæum.

Olympiadum deſcriptio à Joſ. Scaligero Græce cum Euſebio edita, & ab ipſo ut videtur è Græcis ſcriptoribus collecta, Alexandri etiam res ſuo loco non negligit.

Olympiodorus quo Plinius Hiſt. naturali uſus eſt, videtur Harduino Alexandri M. res geſtas ſcripſiſſe, & cum Nearcho & Oneſicrito expeditionum ejus comes fuiſſe.

Oneſicritus (apud Lucianum de ſcribenda hiſt. T. 1. p. 630. Plutarchum Alex. p. 668. & Palladium de Bragmanibus p. 21. & ſeq. *Ὀνησικράτης*) Aſtypalæenſis (Ælian. XVI. 39. de animal.) ſive Ægineta (Laert. VI. 85.) Diogenis Cynici diſcipulus (Plutarch. Alex. p. 701.) Alexandri Navarchus (id. p. 702. præfectus claſſi Macedonicæ Solin. c. 53. imo navarchum ſive præfectum claſſis, quod muneris-

2011 Ministerio de Cultura

neris Nearchus gessit, se mentitus, cum tantum unius navis regiæ gubernator fuerit: Arrian. VI. p. 124. κυβερνήτης τ νεὼς τ βασιλικῆς Arrian. VII. p. 149.) Calanum Indorum Philosophum ad Alexandrum adduxit, quem sese comburentem videns in ignem ipse quoque insiliit (si vera tradit Lucianus de morte Peregrini T. 2. p. 576. Strabo enim, Plutarchus & Arrianus mortem Calani narrantes de Onesicriti tacent) Scripsit, Xenophontem imitatus, Ἀλεξάνδρ ἐγκώμιον & πῶς Ἀλέξανδρ ἤχθη. Laert. VI. 85. τὰ Πρὸ Ἀλεξάνδρ Lucian. Macrobiis T. 2. p. 470. ξυγγραφὴν ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρ ξυνέγραφε Arrian. VI. p. 124. Laudat Plutarchus in Alexandro p. 668. 672. 698. 699. & 691. ubi quartum librum Lysimacho jam Regi prælegisse traditur: quod si verum est, fabulis illud de communi cum Calano morte fuerit haud dubie adscribendum. Multas historiis suis immiscuisse fabulas constat ex his Strabonis XV. p. 698. Ὀνησίκριτ ὃν ἐκ Ἀλεξάνδρ μᾶλλον ἢ τῶν Ἀλαδίξων ἀρχικυβερνήτην ποησειέ τις ἄν. Πάντες μὲν δὴ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον τὸ θαυμασὸν ἀντὶ τἀληθοῦς ἀποδέχονται μᾶλλον, ὑπερβάλλεσθαι δόξαν ἐκεῖν τῇ περιπολογίᾳ. Utitur Onesicrito etiam Plinius libro II. IV. VII. &c.

Orthagoras cum Onesicrito de rebus Indicis allegatur ab Æliano XVII. 6. de animal. qui Orthagoram iterum laudat XVI. 35. ἐν τοῖς Ἰνδοῖς λόγοις. Hinc cum Onesicrito eum navigasse, atque adeo expeditionem Alexandri auspiciis susceptam descripsisse colligit Freinshemius. Confirmat ejus conjecturam Photius Cod. CXL. p. 534. è Philostrati III. 15. vitæ Apollon. Orthagoræ narrationes de mari rubro, statim post Nearchum commemorans. Alius Orthagoras Sicyoniorum Tyrannus. Aristot. V. 12. politic. Alius item Orthagoras Thebanus Musicus, cujus meminit Plato in Protagora. Alius denique Orthagoras vates Corinthius de quo Plutarchus in Timoleonte p. 237.

Parmenionis Epistola ad Alexandrum Athen. XIII. p. 607. Epigramma in Alex. sub Parmenionis nomine legitur in Anthologia lib. III. p. 347. Prætereo alias ad Alexandrum aliorum Epistolas memoratas supra lib. 2. c. 10.

Patroclem qui de rebus Indicis scripsit & propter dignitatem (nam sub Seleuco Nicatore Indicum mare classe lustravit ac præfectus illarum regionem fuit) & quod Geographiæ fuerit peritus, fide cum pri-

2011 Ministerio de Cultura

primis dignum ait Strabo II. p. 68. & 69. ex eo refert comites expeditionis Alexandri obiter tantum singula cognovisse, αὐτὸν ὑ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τ ἐμπειροτάτων αὐτῷ, τῷ ὑ ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναί φησιν ὕστερον ὑπὸ Ξενοκλέους τ Γαζοφύλακος. *Alexandrum vero ipsum accurate omnia rimatum, cum ei regionum descriptiones à peritissimis traderentur, atq; hanc descriptionem sibi postea temporis exhibitam à Xenocle gazæ Regiæ præfecto.* Laudat hunc Patroclem etiam Plinius Hist. Alexandrum vero etiam Athenagoras vel quisquis est auctor amœnissimæ fabulæ Gallice editæ de vero & perfecto amore lib. V. p. 161. refert in templo Jovis Hammonis dedicasse tabulam auream longam octo pedes, largam quatuor, in qua esset descripta magnitudo & situs regionum orbis terrarum.

Phanias Ereſius Aristotelis discipulus scripserit præter alia Vossio memorata etiam nonnihil de Alexandro, qvoniam Clemens 1. Strom. p. 337. refert Phaniæ, Ephori, Timæi, Clitarchi, Eratosthenis, & Duridis sententias de tempore quo Alexander in Asiam trajecit.

Philippus Chalcidenſis, itemque alter *Philippus Iſangelus* laudantur à Plutarcho in Alex. p. 691.

Philonem quoque *Thebanum* allegat idem Plutarchus dicto loco, respicit forte Stephanus Byz. in Ἀντιόχα, ubi Philonem cum Demodamante conjungit, de quo supra.

Phylarchum his scriptoribus sine magna causa accensuit Raderus, cum suos ille XXVIII. historiarum libros orsus sit ab expeditione Pyrrhi in Peleponnesum, & Philippi atque Alexandri obiter forte aliquando meminerit. At nulla plane ratione huc spectat *Pindarus*, qui diu obiit antequam Alexander noster nasceretur. Et pauci ejus versus qui apud Dionysium Halic. leguntur lib. de vi dicendi in Demosthene p. 179. ad seniorem Alexandrum Macedonem spectant cognomento Philellenem, ut è Dionis Chrysostomi Diss. 2. de regno p. 25. jam observavit Freinshemius.

Plinius vero latinorum doctissimus scriptorum non prætereundus, qui in Historia Nat. passim non modo Alexandri res tangit, sed etiam multa excerpsit, libro præsertim XII. & XIII. è scriptoribus qui Alexandrum in Asiam & Indias sunt secuti, & admiranda illarum regionum stylo signarunt, Callisthene, Isigono, Clitarcho, Anaximene,

2011 Ministerio de Cultura

mene, Duride, Nearcho, Oneſicrito, Polycrito, Olympiodoro, Diogneto, Nicobulo, Anticlide, Charete Mytilenæo, Menæchmo, Dorotheo Athenenſi, Lyco, Antæo, Ephippo, Chærea, Democle, Ptolemæo Lago, Marſya Macedone &c.

Plutarchus præter vitam Alexandri, quem cum Julio Cæſare confert, ſcripſit libros duos de Alexandri fortuna & virtute, cui poſteriori primas partes aſſignare non veretur. Ejusdem Plutarchi altera diſſertatio, una vel plures, quibus fortunam Alexandri prætulit, ætatem non tulerunt. Sane non dubito ſubſcribere Curtii judicio X. 5. 35. *Alexandrum cum plurimum virtuti debuerit, plus debuiſſe fortunæ.*

Polyænus Philippi & Alexandri M. ſtrategemata bene multa annotavit libro quarto. Idem ſparſim fecit è latinis Julius Frontinus.

Polycletus Lariſſæus quem Reineſius Alexandro in expeditione Indica comitem fuiſſe conjicit, in libris hiſtoriarum res Alexandri perſecutus videtur, quoniam ex octavo ejus operis libro Athenæus XII. p. 539. refert Alexandrum in aureo cubili dormiſſe, tibicinasque & tibicines eum ſecutos in exercitu, & ad auroram usq; illum potaſſe. Allegat & Strabo XI. p. 509. & XVI. p. 728. Ælianus XVI. animal. c. 41. & Plinius XXXI. 2. niſi ibi Polycritus legendum. Potuit tamen Polycletus etiam idem tradere quod è Polycrito affert Antigonus Caryſtius c. 150. mirabil. Alius antiquior fuit Polycletus Sicularum rerum ſcriptor qui circa Olymp. XCII. militavit, ut è Diodori Siculi lib. XIII. Reineſio obſervatum.

Polycritus (Mendæus) allegatur à Plutarcho in Alex. p. 691. Eodem uſus Plinius lib. XII. & XIII. Confer Voſſium de Hiſt. Græcis.

Trogus Pompejus in libris XLIV. Hiſtoriarum Philippicarum quos contraxit Juſtinus, latino ſtylo condidit res omnis ævi, & totius orbis hiſtorias, præcipue vero Philippi, Alexandri, & ſucceſſorum geſta. Hic eſt Pompejus qui de Alexandro citatur in Hiſtoria Miſcella XII. 19.

Potamon Mytilenæus Lesbonactis Rhetoris F. Rhetor & ipſe, ſcripſit præter alia Suidæ laudata, de Alexandro Macedone.

Ptolemæus Lagi, Ægypti Rex, qui promptiſſimus licet bellator eſſet, pacis tamen artibus quam militiæ major fuit & clarior, ut ait Curtius IX. 8. Hiſtoriam rerum geſtarum Alexandri, quibus ipſe interfuerat ſcripſit, quam reſpicit præter Plinium lib. XII. XIII. Plutarchus Alex.

p.

2011 Ministerio de Cultura

p. 691. Curtius IX. 5. Arrianus ut præ cæteris fide dignum est secutus. Cæterum his quæ de eo apud Vossium in Hist. Gr. & Humfredum Hody de textibus Biblior. Originalibus p. 44. bene notata sunt, in præsenti tantumodo addam, quod Hebraice adhuc opus istud supereſſe traditur, edendique ejus spem fecit Vir Clariss. Seb. Godfridus Starckius, Orientalū linguarum in Academia Regia Gryphis-Waldensi Professor dignissimus. Modo ne, ut in Callisthene vidimus, thesaurus quod ajunt carbones. Geographia Ptolemæi quæ à Marciano Heracleota p. 2. 6. & 35. allegatur, non est Ptolemæi Lagi ut Harduino visum: sed alterius, Eratosthene junioris, ut idem Marcianus p. 6. diserte testatur.

Magistri Qualichini (Aretini) historia Alexandri multis millibus versuum latino Elegiaco Carminis genere circa A. C. 1236. scripta memoratur Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 68. Incipit: *Stellarum curis Ægyptus dedita quondam* &c.
Desinit in hoc tetrasticho:

Historiam dictam dictavit carmine quidam
Qui Qualichinus nomine dictus erat.
Post natum Christum sunt anni mille ducenti
Terque duodeni, quando fit istud opus.

Videtur versibus reddidisse Historiam Alexandri nescio quo auctore latina prosa conscriptam & editam Argentorati A. 1489. quæ similiter incipit: *Sapientissimi Ægyptii scientes mensuram terræ.* Postremo agit de sepultura Alexandri M. quid diversi Philosophi de ea dixerint. Etiam auctor rhythmi Germanici de S. Annone è Comitibus de Dassel Archi-Ep. Colon. qui obiit A. C. 1064. eadem, quæ nugator iste, de Alexandro refert, quomodo inclusus dolio vitreo ad profunda maris, noscendis marinis belluis se demiserit. Martinus Opitius editor versificis istius, unius ex aulicis & familiaribus S. Annonis Germani, in notis ad c. 14. excerptum de vita Alexandri MS. in Codice chartaceo habere se ait, sed quod in narratione quomodo Alexander pervenerit ad arbores solis & lunæ, ab edito Argentoratensi discrepat, & fortassis sic in aliis: etsi quomodo Alexander *se per grifones in aere levari fecerit*, pæne iisdem verbis repræsentet. Ejusdem generis, ex eodem fonte, ut notat Rei-

2011 Ministerio de Cultura

neſius, hauſta Godfridus Viterbienſis in ſuorum Chronicorum partem XI. aliquammulta tranſtulit, reſectis nimis fabuloſis & incredibilibus. Unde cognoſcas, quamvis futile ſcriptum habitum in pretio, in manibus omnium verſatum, varie interpolatum, & in diverſa exemplaria propagatum fuiſſe, cum ſpretis frugibus mallent veſci glandibus: etſi vetuſtiſſimorum etiam ſcriptorum, Megaſthenis, Oneſicriti, Hegeſiæ, Daimachi & ſimilium exemplo feciſſe videri poſſint, quorum commentarii de Alexandro, rerum incredibilium & fabularum pleni, atque ut Juliani verbis utar Orat. 1. ad Conſtantium p. 17. ὁ πόρρω τῆς ποιητικῆς ἐξουσίας fuerunt, ne dicam de fabulatoribus Ariſtea Proconneſio, Iſigono Nicæenſi, Cteſia, Polyſtephano &c. Memorat & Labbeus Hiſtoriam Alexandri fabulis refertam quæ ſcripta eſt A. C. 1217. exſcripta vero A. 1465. antiquiore charactere in membrana, additis figuris.

M. Antonius Coccius Sabellicus recens ſcriptor latinus, qui opus ſuum deduxit usque ad A. C. cIↃIↃIV. triennio poſt defunctus, de Alexandro agit de Enneade IV. libro IV. ſeq.

Satyrus Peripateticus in vitis illuſtrium virorum Philippi quoque Macedonis (& Alexandri forte) vitam ſcripſit. Certe Philippi vitam ab eo ſcriptam laudat Athenæus. Confer de hoc Satyro Jonſium lib. II. de ſcriptor. Hiſt. Philoſ. c. 11.

Seleucus Nicanor. Vide ſupra in Nicanore. Quod hic Seleucus de rebus Alexandri ſcripſerit, apud Diodorum Sic. legiſſe ſibi viſus eſt Freinshemius, qua in parte memoria eum videtur fefelliſſe.

Carolus Sigonius, recens ſed perquam eruditus ſcriptor, in libello de temporibus Athenienſium.

C. Julius Solinus Plinii veſtigiis inſiſtens in Polyhiſtore ſuo hinc inde aliquid adſpergit de Alexandro M.

Sopater Sophiſta libro decimo Eclogarum ex Cephalionis maxime Eratone ſive libro ſexto Muſarum Alexandri M. geſta retulit teſte Photio Cod. CLXI.

Soterichus Oaſites (Steph. Byz. in ὕασις) ſub Diocletiano clarus (Suid. in Βασιλικά) Poeta ſcripſit Epico carmine ut Suidas in Σωτήριχος teſtatur, Πύθωνα ἢ Ἀλεξανδρειακόν. ἔστι δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἱστορία, ὅτι θήβας παρέβαλε. De hoc Soterichō præter Voſſium videndus Reineſius p. 316. Epiſt. ad Hofmannum & Rupertum.

ſium

2011 Ministerio de Cultura

Sotion junior, de quo Voſſius lib. 2. de Hiſt. Gr. c. 7. p. 189.

Strabo Geographorum princeps præter ea quæ in opere ſuo Geographico ſuperſtite, paſſim de Alexandro retulit, peculiarem commentarium ſcripſerat de rebus geſtis Alexandri, ut ipſe teſtatur lib. 2. p. 71. καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ὅτι πλέον καπιδὼν ταῦτα, ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις.

Strattis Olynthius, teſte Suida, ſcripſerat περὶ τ' Ἀλεξάνδρου ἐφημερίδων libros quinque. *Non videtur*, (inquit Clariſſ. Dodvvellus de Cyclis Græcorum p. 371.) vel Ephemerides Alexandri ſcripſiſſe, vel *ex Ephemeridibus Alexandri* (ab Æſchrione, Diodoto Erythræo, & Eumene Cardiano ſcriptis) *tanquam è monumentis fide digniſſimis, Alexandri hiſtoriam congeſiſſe; ſed potius de illis, quid ſentiendum eſſet, libris ſuis expoſuiſſe. Seu illas defenderit, ſeu oppugnarit, innuit ni fallor fuiſſe tamen qui de earum fide dubitarint.*

Suidas in Lexico. Vide ſupra in *Appianus*.

Taarich Mircond ſive Annales Mircondi, qui ſcripſit Perſicum Chronicon præſtantiſſimum pluribus voluminibus, cujus aliquot partes MSS. habuit Jacobus Golius. Confer fabulas de Alexandro, quas è Perſarum hiſtoricis conſignavit Adamus Olearius lib. V. Itinerarii Perſici c. 26. *Petrum Texeiram* Luſitanum de Regibus Perſarum in ſuo Itinerario diſſerentem. Taarich ſive ſeriem Regũ Perſiæ à Gvil. Schickardo editam Tubing. 1626. 4. Herbelotum in Bibliotheca Or. &c. Etiam *Turcam** quendã res geſtas Alexandri in ſuam lingvã juſſu Selimi I. tranſtuliſſe teſtatur Joh. Boterus in politia illuſtrium lib. II. c. 2. & Ludovicus Tubero lib. X. in fine coment. de ſuis temporibus. Inter MStos Codices Arabicos ex Mauritania à Golio arceſſitos video etiam *Ibn Mufrib* Tyrium de vita Alexandri M. p. 21. Catalogi MSS. Jacobi Golii. *Eutychius* Seith filius Patricii natione Ægyptius, religione Chriſtianus Melchita, Medicus inſignis, & ab A. C. 933 usque ad 950. Patriarcha Alexandrinus in Annalibus quos Arabico idiomate contexuit & ab orbe condito ad ſua usque tempora deduxit, Alexandri res ſtrictim perſequitur non ſine fabulis quibusdam admixtis. T. 1. editionis quam cum verſione ſua adornavit Edvardus ille Pocockius p. 267. ſeq. Inter alia exhibet commentitias Darii ad Alexandrum & hujus ad illam literis, tum

* Videtur hic fuiſſe *Achmetes Molla*, ſive *Meulana Achmetes*, hoc eſt ſapiens ſive doctor Achmetes, qui teſte Leunclavio lib. X. hiſt. Turc. rhythmicis verſibus librum hiſtoriæ Alexandri M. compoſuit & Emiris Suleimanni nomine pnblicatum edidit, ab eó viciſſim liberalibus præmiis affectus.

2011 Ministerio de Cultura

tum p. 283. morituri Alexandri Epistolam ad matrem, & Philosophorum in Alexandrum jam defunctum dicta p. 288. seq. Nomina illorum in Pocockii versione sunt Philemon, Plato, Aristoteles, Naren, Nilon, Lotas, Metron, Demetrius, Philocaton &c. In *Gregorii Abulpharagii* itidem Medici Christiani secta Jacobitæ Compendio Dynastiarum per eundem Pocockium Arabice & latine edito, quod in Anno Christi 1284. desinit, tribus vix verbis mentio fit Alexandri Magni propter potentiam Cornuti sive Dulcarnaim dicti. Dynastia VI. p. 96.

Timagenes allegatur à Curtio IX. 5. 21. videtur de Alexandro egisse libris de Regibus, quorum primum laudat Stephanus Byz. in μίλυαι. Patria Alexandrinus fuit, Rhetor & historicus Augusto Imp. primum charus, mox ob maledicendi libertatem invisus. De hoc Quintilianus X. 1. *Longo post intervallo natus Timagenes, vel hoc est ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam nova laude reparavit.* Ammianus XVI. 9. *Sed postea Timagenes & diligentia Græcus & lingva* (Syrum vocat Plutarch. de flum.) *hæc quæ diu sunt ignorata collegit ex multiplicibus libris* (è Callisthenis Sybaritæ libris Γαλαπκῶν, teste Plutarcho) *cujus fidem secuti obscuritate dimota* &c. Confer Valesii notas & Vossium lib. 1. de Hist. Gr. cap. 24. & lib. III. p. 420. Muretum XIII. 6. Var. & Lipsium ad Senec. III. 23. de ira, & Epist. XCI. Alius Timagenes vel Timogenes Milesius de quo Suid. De Timagene in Asia culto meminit Epiphanius in Ancorato uum. CVIII.

M. Terentius Varro. Vide supra in Βάρων *Nicanor.*

Vincentius Bellovacensis Ord. prædicator. Monachus * sæculo post CHRISTUM natum decimo tertio clarus, de Alexandro agit libro quinto speculi Historialis, nec pauca fabulosa repetit ex Epistola de mirabilibus Indiæ, Pseudo Callisthene &c.

Raphael Maffeus Volaterranus vir eximiæ eruditionis A. 1521. in patria denatus, de Alexandro differit libro XIII. commentariorum Urbanorum.

Joh. Zonaras. Vide supra Johannes Monachus.

Zosi-

* Falluntur qui Episcopum Bellovacensem esse affirmant Vide Bollandum præf. ad T. 1. Act. Sanctor. Januarii p. 19. Natalem Alexandrum Hist. Eccles. T. VII. p. 138. edit in fol.

2011 Ministerio de Cultura

Zosimus Græcus scriptor Historiæ, à Freinshemio catalogo huic adjicitur propter illa quæ succincte de Alexandro tradit lib. 1. Hist. c. 4. seq.

III. Reges ac Principes illustres, Alexandri nomine.

In historia *Trojana* decantatissimus Alexander Paris.

Apud *Macedonas* ante Alexandrum M. fuerunt Alexander, Magni Proavus, Amyntæ I. F. Rex decimus à Carano, & Alexander Amyntæ II. F. Philippi Frater, cognomento Philellen. Occurrit præterea in Alexandri M. historia mentio Alexandri Lynceſtæ sive fratris Lynceſtarum, tum ducis Alexandri ex Lycia in subsidium Regi venientis, alterius item ducis quem Rex nominis quod sibi cum eo commune esset admonuit, ut est apud Curtium VIII. 11. 10. Memoratur & Alexandro cuidam timide pugnanti dixisse: *vel nomen vel mores muta.* Fuit & Alexander Polysperchontis F. & Alexander filius Lysimachi. Alexandri Magni quoque filius è Cleofide Regina Jndorum susceptus qui in India regnavit, itemque alter posthumus è Roxane natus Alexander dictus est, quem Cassander interfecit. Sed & filius Cassandri Alexander cum Antipatro fratre suo tenuit Macedoniæ regnum, perinde ut Alexander Pyrrhi F. Sed Alexander Persei F. à Paulo Æmilio Cos. Romano una cum patre captus est. Vide Justinum XXXIII. 2.

Apud *Syros* post Demetrium Soterem Olymp. CLVI. 4. regnare cœpit Alexander Bala sive Βάλλης, Θεοπάτωρ ἐυεργέτης, quibusdam etiam Epiphanes dictus. Fuit & Alexander II. Zebina ab Antiochenis Syriæ Rex adversus Demetrium Nicatorem constitutus Olymp. CLXII. 4

Apud *Judæos* Alexander Jannæus Aristobuli Frater à Demetrio III. Syriæ Rege victus Ol. CLXXII. 4. obiit Ol. CLXXV. 2. Alexander Aristobuli F. Alexander Herodis M. Filius, jussu Patris strangulatus. Tiberius Alexander, procurator Judææ.

Rex Ægypti (& Cypri Ol. CLXVI. 4.) Alexander I. Lathuri frater matrem Cleopatram interfecit Ol CLXXII. 2. inde ἐξωθεὶς sive pul-

2011 Ministerio de Cultura

pulsus. Alexander II. à Sylla in Ægypti regnum restitutus, & Alexander III. qui populum Rom. regni sui instituit heredem.

Epiri Rex Alexander Frater Olympiadis. Regnavit & postea in Epiro Alexander Pyrrhi F. qui regnum quoque Macedoniæ occupavit, ut ante dixi.

Alexander *Pheræus*, Pheræorum in Thessalia Tyrannus. Diversus ut videtur ab Alexandro Thessalo apud Polyæn. VI. 46. qui de Alexandro Pheræo agit VI. 2. de quo vide sis etiam Valesium ad Harpocrat' p. 7.

Omitto dicere de Alexandro Molosso, Alexandro Spartano quem occiderunt Argivi, Alexandro Phrurarcho Æolidis, Alexandro M. Antonii filio, Tiberio Alexandro Alabarcha Alexandriæ, filioque cognomine procuratore Judææ.

Inter *Imperatores Romanos* notus est Alexander Severus Mammææ F. conceptus in templo Alexandri nomini dicato & natus eodem die quo Alexander diem obiit: Nutrice Olympiade, nutritore usus Philippo. Sed magni cognomen à Senatu ingestum recusavit. Alexander Phryx præfectus Africæ Imperatorem se Carthagine venditavit, sed captus periit A. C. 306.

Inter Constantinopolitanos *Imperatores* Alexander Basilii F. A. C. 912. denatus.

Inter Pontifices Romanos octo Alexandri hactenus occurrunt. Celebrantur & Alexandri plures Patriarchæ & Episcopi, nec minus Reges, ut Scotiæ, Poloniæ &c. Principes (Hetruriæ, Parmæ &c. sed jam dicta sufficiunt ad demonstrandum, quam late per omnes gentes nominis Alexandri celebritas & favor patuerit. De singulis pleni sunt Historiarum libri, & plerique omnes in Lexicis Historicis jam tum annotati leguntur.

Alexandri varii qui Græce scripserunt.

Alexander Ægæus de quo infra cap. XI. in Peripateticis.

Alexander Ætolus Plevronius Grammaticus & Poeta, de quo in Tragicis dictum lib. 2. c. 19.

Alexander Aphrodisiensis, de quo infra lib. IV.

Alexander Alexandrinus Episcopus, cujus tempore Arius hæresin suam sparsit.

Ale-

2011 Ministerio de Cultura

Alexander Cæſareenſis Cappadociæ primum deinde Hieroſol. Epiſcopus circa A. C. 212. de quo, ut de ſuperiore, vide ſi placet præſtantiſſimum Eccleſiaſticæ Antiquitatis vindicem Guil. Caveum in Hiſtoria Scriptor. Eccleſ. literaria.

Alexander Cappadox Sophiſta, de quo Philoſtratus in Hippodromi vita p. 613.

Alexander Cherſoneſius Car, è Cherſoneſo Cariæ, qui de Caria ſcripſit, Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 34. & 22. Stephanus Byz. &c.

Alexander Citieus. Euſtath. ad Homer.

Cornelius Alexander Aſclepiadæ, Grammaticus ac Polyhiſtor, patria non Mileſius (ut Suid.) ſed *Cotyæus*, de quo Jonſius lib. II. c. 16. de ſcriptoribus Hiſtor. Philoſ. Meurſius ad Chalcidium p. 7. ſeq. & in Bibl. Græca, Voſſius de Hiſt. Græcis & ad Plinium Harduinus.

Alexander Damaſcenus, Ariſtotelis Placita ſectatus. Galen. περὶ τῶν περιγιγνώσκειν c. 5.

Alexander Epheſius, cognomento Lychnus, de quo Voſſ. Hiſt. Græc. p. 318. ſeq. & qui duos perperam facit Epheſium ac Lychnuum Meurſius in Bibl. Gr.

Alexander Epicureus. Plutarch. II. 3. ſympoſ.

Alexander Epirotes Pyrrhi F. Tactica ſcripſerat teſte Æliano.

Alexander Grammaticus qui M. Antoninum inſtituit. Vide Ariſtidæ Orat. XII. T. 1. p. 142. ſeq. & Gatakerum ad M. Antonin. lib. 1. §. 10.

Alexander Hierapolitanus de quo Suid.

Alexander Lychnus. Supra in Alex. Epheſius.

Alexander Lycopolita cujus eximius libellus de dogmatis Manichæorum editus eſt à Combefiſio.

Alexander Mileſius. Chalcid. p. 155. verſiculos affert Alexandri Mileſii qui apud Theonem Smyrnæum MS. tribuuntur Alexandro Ætolo. Vide & ſupra in Cornelio Alexandro Polyhiſtore.

Alexander Moloſſus allegatus ab Ammonio in νῆες. Euſtath. ad Homer.

Alexander Monachus de inventione Crucis à Gretſero editus. Confer Hendreichii pandectas p. 109. b.

Alexander Myndius de quo præter Voſſium Jonſius p. 199. & Meurſ. Bibl. Græca. Allegatur & ab Euſtathio ad Homer.

Alexander Numenii F. Syrus Rhetor, de quo idem Meurſius. Huic Lauren-

2011 Ministerio de Cultura

rentius Normañus vir cumprimis doctus tribuit libros duos qui exſtant de figuris ſententiæ atque elocutionis, ut infra in Rhetoribus dicam.

Alexander Paphius. Euſtath. ad Homer.

Alexander Philalethes Medicus Aſclepiadeus atque Herophileus, qui *de pulſibus* ſcripſit, Galeno teſte: & *de ſemine*, teſte Theodoro Priſciano. Meminit & Alexandri Philoſophi neſcio cujus Artemodorus IV. 31. Onirocrit. caput ejus à Cynico percuſſum ligno teſtatus.

Alexander Plevronius. ſupra in Alex. Ætolo.

Alexander Pyrrhi F. ſupra in Alex. Epirota.

Alexander Seleucienſis Cilix Sophiſta, dictus Peloplaton, de quo Philoſtratus. Incertum idem ne ſit Platonicus Alexander à quo M. Antoninus lib. 1. ſect. 12. teſtatur ſe didiciſſe, ne crebro neque niſi neceſſitate adactus aut dicto aut ſcripto ſignificaret cuiquam, non vacare ſe, neve hoc prætextu officiis vitæ deeſſet.

Alexander Syrus. ſupra in Alex. Numenii.

Alexander Thaſius. Etymolog. in Διόνυσος.

CAPUT IX.

De Theophraſto Ereſio.

Theophraſti ætas. Scripta quæ exſtant. Hiſtoria Plantarum. 1. *De Plantarum cauſis.* 2. *De lapidibus, & alii tractatus minores.* 3 - - 11. *Fragmenta à Photio ſervata.* 12. *Characteres Ethici.* 13. *Metaphyſica.* 14. *De ſenſu liber, & Priſciani Lydi in illum expoſitio.* 15. *Teſtamentum.* 16. *Scripta quæ perierunt, recenſita ordine Alphabeti.* 17.

THEOPHRASTUS ex Lesbo Inſula Ereſius * Philoſophus, Ariſtoteli Magiſtro ſuo in ſchola Athenienſi ſucceſſit (a) Olympiadis CXIV.

* Male ἐξ ἐφέσου, pro ἐρέσου, apud Plutarch. de exſilio p. 605. Similiter Phanias apud

2011 Ministerio de Cultura

CXIV. anno III. ante Christum CCCXXIV. Ab eodem propter eloquentiam dictus est *Euphrastus* (*b*) ac deinde *Theophrastus* (*c*) cum vero nomine Tyrtamus appellaretur, quem τρυφὴν ἰδίαν sive *delicias suas* vocare Cicero solebat teste Plutarcho in Cicerone p. 872. *amicum suum* 2. ad Atticum 16.) De vita ejus consulendus Laertius libro quinto & quæ ad eum notarunt viri docti. Mihi hoc loco sufficerit annotasse quod patriam suam bis tyrannide liberavit, teste Plutarcho adversus Colotem p. 1126, & discessit è vita Olympiade CXXIII. successore (*d*) relicto ex plus quam millenis (*e*) quos habuit discipulis, Stratone: diutissimeque cum vixisset (*f*) necdum satis vixisse sibi est visus. Scripsit Magistri sui exemplo infinita, ex quibus primum ecce tibi illa quæ vel integra vel ex parte saltim supersunt.

I. ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ sive ΠΕΡΙ ΦΥΤΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ βιβλία ι. *Historiæ Plantarum libri X.* ex quibus priores novem integri, decimi fragmentum exiguũ, sive initium tantummodo exstat, quod incipit: ΠΕΡΙ Ὃ Τ ῥιζῶν &c. Scripsit hoc opus Theophrastus circa annum

apud Etymologum in κύρβεις perperam vocatur ἐφέσιος pro ἐρέσιος, quod Scaligero Vossioque observatum.

(*a*) Laertius V. 36.

(*b*) Suid. in Θεόφρ.

(*c*) Strabo & alii laudati à Colomesio p. 249. Opusc. & Menagio ad Laertium V. 38. quibus adde Boethium in Aristot. de interpretatione p. 309. Tzetzam Chiliad. VI. hist 51. & Olympiodor. in vita Platonis. Hieronymus autem lib 2. contra Rufinum cujus balbutiem perstringit, per ironiam illum vocat Theophrastum. Vicissim Tyrannion dictus est, qui antea vocabatur Theophrastus, ingentis possessor Bibliothecæ temporibus Luculli, teste Hesychio Illustri ac Suida in Τυραννίων.

(*d*) Stratoni successit Lycon, Lyconi Aristo Ceus, Aristoni Critolaus, Critolao Diodorus. Vide Jonsium de scriptoribus Hist. Philos. lib. 1. c. XI. p. 59. 60.

(*e*) Laertius V. 37. Hesychius illustris & Suid. Plutarchus de profectu in virtute p. 79. ζήνων ὁρῶν τὸν Θεόφραστον ἐπὶ τῷ πολλὰς ἔχειν μαθητὰς θαυμαζόμενον, ὁ ἐκείνῳ μὲν χορὸς μείζων, ἑμοὶ δὲ συμφωνότερος:

(*f*) Laertius V. 4. ἐτελεύτα δὴ γηραιὸς, βιὰς ἔτη πε. *annos cum vixisset* LXXXV. Sed hunc numerum corruptum esse constat ex Præfatione Theophrasti ad Characteres, in qua testatur se cum illos scriberet annorum fuisse XCIX. quem numerum confirmat Joh. Tzetzes Chiliad. IX. p. 943. Neque audiendus Sam. Petitus qui lib. 2. obs. c. 9 contra MSS. codicum consensum pro XCIX. legendum esse contendit LXXIX. οϑ'. pro υϑ'. Hieronymus Epistola 2 ad Nepotianum: *Unde sapiens vir Græciæ Theophrastus* (ita legendum non Themistocles) *cum expletis CVII. annis se mori cerneret, dixisse fertur se dolere, quod tum egrederetur è vita quando sapere cœpisset.* Confer, Menagium p. 205. & 211.

2011 Ministerio de Cultura

num Romæ conditæ CCCCXL. dicavitque Nicodoro Archonti Olymp. CXVI. 3. ut docet Plinius lib. III. hist. nat. c. 5. lib. XIII. c. 16. & lib. XV. c. 1. Apud Laertium V. 36. pro φυσικῶν (g) ἱστορικῶν legendum φυτικῶν, ut notarunt Casaubonus & Menagius ad Laertium & Joh. Meursius in libro singulari de Theophrasti scriptis, edito primum Lugd. Bat. 1638. 12. & nuper recuso in tomo decimo thesauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani p. 640.

Græce prodiit Historia Plantarum cum Aristotelis & aliis Theophrasti operibus Venetiis apud Aldum A. 1498. fol. tum Basileæ A. 1541. fol. cujus editionis exemplis quibusdam *Hieron. Gemusæi*, aliis *Joachimi Camerarii* præfatio præmittitur, quorum neuter notas sibi arrogat marginales. Conjectura Casp. Hofmanni est, *Oporinum* illas collegisse, collatione facta cum Gazæ versione. At cum raros emtores inveniret, præstrinxisse oculis lectorum nomine Camerarii. Vide Epistolam Hofmanni ad Reinesium p. 681. Denique Theophrasti scripta Græce edita Venet. 1552. 8. ita ut sextum tomum post Aristotelis opera constituant.

Latine historia mPlantarum post barbaram *Guilhelmi* nescio cujus (forte de *Morbecka*) interpretationem jussu Nicolai V. Pontificis vertit *Theodor. Gaza.* Venet. 1504. Basil. 1533. fol. cujus versio castigata à *Dan. Heinsio* in Græcolat. sua Theophrasti editione. Lugd. Bat. 1613. fol Postea *Caspar Hoffmannus*, qui translationem suam hactenus ineditam dicavit Gvidoni Patino. Vide Labbeum p. 219. Bibl. nov MSS. *Julius Cæsar Scaliger* hoc opus commentario illustravit, qui cum *Roberti Constantini* animadversionibus prodiit Lugd. 1584. 8. Hinc *Joh. Bodæus à Stapel* Medicus Amstelodamensis versionem Gazæ emendavit, & Theophrasti opus castigatum ingenti & erudito Commentario auxit. Cæterum libro nono immortuus (h) parenti Egberto Bodæo opus non plane perfectum reliquit vulgandum, unde Anno 1644. demum Amstelodami in folio lucem aspexit luculenta historiæ Theophrasti editio Græcolatina cum variis lectionibus & Bodæi commentario iconibus plantarum innumeris ornato, adjectis post singula capita integris J. C. *Scaligeri* & *Rob. Constantini* notis. Operæ pretium fuisset his additam fuisse *Felicis Accorom-*

(g) Neque obstat quod Theophrastus de plantis potius agit Physice quam Medice, licet neque Medicum plantarum usum plane prætermisit. Vide Dan. Clericum in hist. Medicinæ part. 2. lib. 1. c. 8. Interdum à Veteribus simpliciter laudatur sub titulo περὶ φυτῶν, ut à Galeno 3. in 6. Epidem. T. 5. p. 479.

(h) Obiit Amstelodami hieme Anni 1636.

2011 Ministerio de Cultura

romboni explicationem obſcuriorum locorum Theophraſti de Plantis, quæ cum aliis ejusdem in Ariſtotelem & librum Galeni de temperamentis prodiere Romæ 1590. fol. Gazam in capitum diſtinctione interdum peccaſſe & cohærentia diſcerpſiſſe, diſtinguenda conjunxiſſe obſervat Salmaſius prolegom. ad Solin. & Gonſalez de Sales mantiſſa ad lib. de duplici terra viventium ſect. 2.

II. ΦΥΤΙΚΩΝ ΑΙΤΙΩΝ *βιβλία ή.* De Cauſis Plantarum libri VIII. Ex quibus ſex tantum primores ad nos pervenerunt, in quorum limine, ſuarum *ἱστοριῶν*, ut ante *αἰτίας* ſcriptarum, meminit. Apud Laertium V. 46. itidem pro *φυτικῶν αἰτιῶν* male legitur *φυσικῶν*. Et hos quoque libros latine poſt Guilelmum *Gaza* tranſtulit, caſtigavit Dan. Heinſius, commentario illuſtravit *Julius Cæſar Scaliger* edito primum Lugd. 1566. fol. *Caſparis Hofmanni* nova verſio inedita & notæ MSS. in Theophraſti hiſtoriam & de cauſis plantarum libros exſtant Norimbergæ in Bibliotheca Viri Clariſſ. Gothofredi Thomaſii. Etiam hujus operis Theophraſti loca quædam commentariis explicavit Felix Accorombonus. Ex Meurſii vero ſententia utrumque ſcriptum, Hiſtorias & libros de cauſis, uno *τῶν φυτικῶν* nomine deſignaſſe veteres quidam videntur, & citaſſe indiſtincte: Itaque apud ſcholiaſten Nicandri ad Alexipharmaca (niſi numerus corruptus) citatur liber XIV. *Θεόφρας ὁ ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῶν φυτικῶν κάρνον αὐτὸ ὠνόμασε.* Isque erit de cauſis plantarum liber quartus. *Arabicam* verſionem hujus operis memorat Abulpharagius Hiſt. Dynaſt. p. 94.

III. ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ. *De lapidibus* liber ſcriptus Olympiade CXVI. 2. Archonte Praxibulo, ut ex Plinii XXXIII. 7. colligit Meurſius. Memorat præter Laertium V. 44. Arhenæus III. 13. Vertit latine poſt Adr. Turnebum *Daniel Furlanus* Cretenſis & commentariis illuſtravit: Græce & latine ediderunt Wechelii, ex Bibl. Joh. Vicentii Pinelli, Hanoviæ 1605. fol. cum aliis quæ deinceps recenſebo Theophraſti opuſculis. Separatim liber de lapidibus Græce editus & latine cum notis Johannis de Laet. Lugd. Bat. 1647. 8.

IV. ΠΕΡΙ ΑΝΕΜΩΝ Liber *de Ventis* & ipſe à *Furlano* latine verſus & commentariis illuſtratus. Exſtat & latine ex verſione *Federici Bonaventuræ* cum ejusdem commentario. Urbini 1593. 4. Græce vero cum libro de lapidibus & libro de igne jam tum editus Venet. 1496. fol. cum ſcriptis Ariſtotelis. Memoratur Theophraſtus *περὶ ἀνέμων* Laertio V. 42. & Alexandro Aphrodiſienſi in 2. Metaphyſ.

V. ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΥΔΑΤΩΝ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΩΝ, ΑΝΕΜΩΝ, ΧΕΙ-

2011 Ministerio de Cultura

ΧΕΙΜΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΥΔΙΑΣ. *De ſignis pluviarum, ventorum, tempeſtatis & ſerenitatis.* Vertit & illuſtravit *Daniel Furlanus.* Memorat Laertius V. 45. & Proclus 4. in Timæum. Cæterum male à librariis in-fruſta diſſectus eſt, & pejus adhuc inter ſecundam tertiamque partem liber de igne in edit. Heinſiana & quam Heinſius ſecutus eſt Hanovienſi interjicitur.

VI. ΠΕΙ ΠΥΡΟΣ *α, β'. De igne libri duo* Laertio memorati V. 45. ex quibus unus modo ſupereſt Græce primum editus Venet. 1479. fol. ad calcem Ariſtotelis: & cum latina *Adriani Turnebi* verſione Pariſ. 1566. 4. & additis Danielis Furlani commentariis Hanov. 1605. fol. Liber de igne & alter de odoribus ex latina Turnebi translatione recuſus Hardervici 1656. 12. & inter Turnebi Opera, fol.

VII. ΠΕΡΙ ΟΣΜΩΝ, *De odoribus.* Memorat præter Laertium V. 44. Athenæus & Suidas in ὀσφραντικὸν. Latine vertit *Adrianus Turnebus*, illuſtravit Furlanus. Separatim Græce & latine cum verſione & Scholiis Turnebi prodierunt libri tres Theophraſti de igne, de odoribus & de lapidibus Pariſ. 1566. 4.

VIII. ΠΕΡΙ ΙΔΡΩΤΩΝ ſive περὶ ἱδρώτων, ut Laertius V. 44. *De ſudoribus.* Latine vertit *Daniel Furlanus* additis ſuis commentariis. Prodierunt etiam libri duo, unus de ſudoribus & alter de vertigine cum verſione & annotationibus *Bonaventuræ Grangenii* Pariſ. 1576. 8. Excerpta quædam ex his libris exhibet Photius cod. 278. quæ ſubjecta etiam à Sylburgio ſunt problematibus Ariſtotelis Græce editis p. 357. & ab H. Stephano inter opuſcula Theophraſti Græce vulgata Pariſ. 1557. 8.

IX. ΠΕΡΙ ΙΛΙΓΓΩΝ. *De vertigine*, fragmenta, verterunt & illuſtrarunt *Daniel Furlanus & Bonaventura Grangenius.* Occurrunt etiam Græce in Aldinis & Baſileenſi operum Theophraſti editione & ad calcem problematum Ariſtotelis editionis Græcæ Sylburgianæ p. 360. ſeq. & inter opuſcula Theophraſti ab H. Stephano vulgata, & cum *Andreæ Schotti* verſione apnd Photium codice 278. Meminit libri περὶ ἰλίγγων καὶ σκοτώσεων inter Theophraſti ſcripta Laertius V. 44.

X. ΠΕΡΙ ΚΟΠΩΝ. *De Laſſitudinibus.* Vertit *Daniel Furlanus* illuſtravitque. Sub extremũ quædam deſunt. Excerpta paucula ex hoc libello habet Photius cod. 278. quæ legutur etiã poſt problemata Ariſtotelis edit. Sylburg. p. 356. & inter opuſcula vulgata ab H. Stephano. Meminit præter Laertium V. 44. Galenus 3. ὑγιεινῶν. Fere totum ex Ariſtotelis pro-

2011 Ministerio de Cultura

problematis conflatum esse notat Hieron. Mercurialis lib. 1. Var. Lect. c. 9.

XI. ΠΕΡΙ᾽ ΤΗΣ ΤΩΝ ᾽ΙΧΘΥΩΝ ΕΝ ΞΗΡΩ ΔΙΑΜΟΝΗΣ. *De piscibus in sicco degentibus.* Vertit & illustravit *Daniel Furlanus.* Timothei Camotii (Joh. Baptistæ F.) commentaria in librum Theophrasti de piscibus MSta memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 213. Casaubonus putat esse ἀποσπασμάτιον scripti Theophrastei περὶ τ ἐν τῷ ξηρῷ διαιτωμένων, quod præter Laertium V. 43. memorat Athenæus VII. 18. & 19. quintum ejus operis librum allegans. Respicit etiam idem Athenæus Theophrastum laudans lib. 14. non procul ab initio. ἐν ἰνδοῖς δέ φησι θεόφραστος τοὺς ἰχθῦς ἐκ τ ποταμῶν εἰς τὴν γῆν ἐξιόντας &c. Auctor indicis scriptorum in editione Athenæi Basileensi perperam existimavit hoc loco allegari Theophrastum in scripto cui titulus fuisset ᾽Ινδοί.

XII. FRAGMENTA ex libris sex servata à Photio cod. CCLXXVIII. & ante Photii editionem ab Hoeschelio curatam Græce vulgata ab H. Stephano Paris. 1557. 8. 1. de animalibus quæ colorem mutant περὶ τ μεταβαλλόντων τὰς χρόας. Meminit Laertius V. 44. Athenæus VII. 16. Respicit Plinius X. 29. hist.

2. De nervorum resolutione περὶ παραλύσεως.

3. De animi defectione περὶ λειποψυχίας, quod fragmentum cum superiore de Paralysi legitur etiam ad calcem problematum Aristotelis edit. Græcæ Sylburgianæ p. 359. seq. Memit Laertius V. 44.

4. De animalibus quæ repente apparent περὶ τ ἀθρόως φαινομένων ζώων. Meminit Laertius V. 44.

5. De invidentibus animalibus, περὶ τ λεγομένων ζώων φθονεῖν. Meminit præter Laertium, apud quem vitiose φρονεῖν legebatur pro φθονεῖν, Apulejus in Apologia, respicit Ælianus III. 17. animal. & Plinius VIII. 29. & 31. & 57. Hist. natural. In Bruta animantia invidiam cadere negat Plutarchus lib. de odio & invidia p. 537.

6. De apibus περὶ μελιτ῀ων, sive ut rectius Laertius V. 44. περὶ μέλιτ῀ος, de melle.

XIII. Editionem Theophrasti * Heinsianã (in qua exstant libri omnes hactenus recensiti Græce & Latine sine notis) claudunt ΗΘΙΚΟΙ᾽ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ, *Characteres* sive *Notationes* morum vitiosorum ad *Polyclem* cum versione *Is. Casauboni*, qui capita 25. 26. 27. 28. 29. primus è MSS. restituit, uti *H. Stephanus* in Græca sua editione libellorum quorundam Aristotelis & Theophrasti Paris. 1557. 8. primus addiderat ex antiquo codice

* Lugduni Batavor. A. 1613. fol.

2011 Ministerio de Cultura

codice capita 17 - 24. licet nec ita liber exſtet integer. Idem liber Laertio V. 47. Suidæ & Euſtathio ad Iliad N. memoratus, ſcriptusque à Theophraſto ſene atque ut ipſe in præf. teſtatur jam undecentum annos nato, ex Furlani verſione & cum ejus commentariis poſtremo loco ponitur in editione opuſculorum Theophraſti Hanovienſi 1605. fol. in qua libri omnes hactenus à me memorati (excepta plantarum hiſtoria & libris de cauſis plantarum) occurrunt Græce & latine cum verſione *Dan Furlani* vel Adr. Tumebi, cum ejusdem Furlani commentariis, de quibus ita Caſaubonus in literis ad Janum Rutgerſium Pariſ. 3. Nonis Januarii 1610. *Characteres Lugduni, brevi ut ſpero edentur non negligenter recogniti. Nam Furlanus homo Græcus atq; is doctiſſimus, qui in eandem arenam poſt nos deſcendit, ſtomachum mihi movit, qui mihi ferme perſvaſit etiam Græcos homines in ſua lingua poſſe aliquid à nobis diſcere.* Φθόνος δ' ἀπέσθω ξ λόγε καὶ νέμεσις. *Sed ejus verſionem & notas ſi vidiſti, & expendiſti aliquando, non aliud niſi fallor ſenties.* Præterea iidem Characteres Theophraſtei cum verſione Cl. *Auberii Trinacuriani* ſubjecti leguntur Ariſtotelis Ethicis ad Nicomachum à Lambino illuſtratis Baſil. 1582. fol. una cum fragmentis Pythagoræorum cum verſ. Gvil. Canteri. Præclara vero *Iſ. Caſauboni* verſione & commentario erudito ornati primum lucem adſpexere Lugd. 1592. 1612 8. & poſt Caſauboni fata ibid. 1638. 8. & quæ reliquis præſtat editio, Brunſvigæ 1659. 8. Prætereo hunc libellum cum Caſauboni verſione ſed absque ejus commentario editum Lipſiæ cura Rev. D. *Adami Rechenbergii* 1679. 8. & cum monitis piis *Joh. Angeli VVerdenhagenii* Lug. Bat. 1632. in forma minore: tum inter opuſcula Mythologica, Phyſica & Ethica cum notis *Tho. Galei* Viri Clariſſ. vulgata Cantabrig. 1671 & Amſt. 1688. 8. Philippus Labeus in Bibl. nov. MSS. p. 372. eundem videtur laudare characterum Theophraſti optimæ notæ codicem quo uſus eſt Caſaubonus, & quod addit, *in quo habentur pleraque quæ in excuſis deſiderantur*, intelligendum de editionibus ante Iſaacum Caſaubonum vulgatis. Sed & *Iſaacus Voſſius* notis ad Ignatium p. 289. promiſerat ſe librum hunc Theophraſti pluribus locis meliorem daturum & illuſtraturum notis: tum Galeus ab eodem Voſſio auctiorem & emendatiorem exſpectare nos juſſit. Caput XVII. περὶ δεισιδαιμονίας egregiis obſervationibus Gallice editis illuſtravit *Joh. Rondellus* Amſt. 1686. 12. Sunt etiam qui Theophraſti *characteres de virtutibus* * vidiſſe

* Laertius duobus in locis ἠθικὸς χαρακτῆρας inter ſcripta Theophraſti memorat V. 47. & 48. unde Menagius ſuſpicatur uno loco ab eo notari characteres virtutum, altero vitiorum.

2011 Ministerio de Cultura

disse se affirmarent, sed *non ego credulus illis*, inquit Menagius ad Laertium p. 211. *Maximi Planudis* expositionem ineditam in Theophrasti characteres memorat Gesnerus præfat. ad Joh. Stobæum. Eam in Italiæ Bibliothecis diligenter inquisitam nancisci se potuisse negat *Leonhardus Lycius*, cum cujus versione characteres prodierunt Lipsiæ 1591. 8. inscripti Gotfrido Camerario Joachimi filio. Sparsim etiam cum versione Anonymi à Gesnero castigata leguntur inserti florilegio Stobæi in editione Basil. 1550. fol. & in aliis posterioribus. In Catalogo Thuaneo T. 2. p. 14. memorari videas characteres Theophrasteos cum versione *Angeli Politiani* & notis *Fed. Morelli* Paris. 1583. 4. Et Simlerus tradit editos cum eadem Politiani versione Basileæ apud Cratandrum.

Thomæ Stanlei amplissimas in eundem libellum prælectiones auctor vitæ ejus, quæ ante historiam Philosophicã à Stanleio scriptam in novissima editione præfixa est, memorat. Joachimi Kühnii dissertationes Argentinæ edi cœptas fatum viri præstantissimi ante paucos annos abrupit. Loca nonnulla characterum illustravit emendavitque *Salmasius* lib. de usuris, commentario ad Solinum, & in aliis scriptis, & *Joh. Clericus* Vir Cl. in arte Critica. Gallice translatus est idem libellus ab *Hieronymo Beneventano* Paris. 1613. 12. & novissime à *Bruyerio* A. 1688. 12. qui Theophrastũ imitatus est, & ex suo ingenio novos & ipse characteres addidit dignos lectu, atq; acumine quicquid videatur personato Vignolio* Marvillio neutiquam destitutos. Bruyerii characteres avide lectitati & plus ** decies Gallice Parisiis, Bruxellæ & alibi typis excusi sunt, & in Anglicam translati lingvam Lond. 1698. 8. Scripserant & characteres morum *Ludovicus Molinæus*, *Carolus Paschalius*, *Josephus Hallus*, *Joachimusque Pastorius*, ne de aliis *** in præsenti dicam Sed plurimi ab eo tempore idem tentavere, ut tot libellorum Gallicorum exempla testantur, qui in titulo characteres præferunt, quales sunt: *le Theophraste moderne, Suite des Caracteres de Theophraste & des pensees de Pascal. Ouvrage dans le gout des Caracteres. Caractere d'un honnéte homme. les differens Caracteres des femmes du siecle. Caracteres & portraits Critiques sur les defauts ordinaires*

* Vignolius Marvillius T. 1. Miscellaneor. Historicor. Gallice editorum. Cui respondit autor libri Defense de Mr. de la Bruyere & de ses Caracteres contre les Accusations & les objections de Mr. de Vigneul Marville. Amst. 1702. 12.

** Nona editio paucis post auctoris mortem diebus lucem vidit Parisiis A. 1696.

*** Vide Georgii Paschii Prof. Kilonienses Clariss. diatribam de Philosophia characteristica & paranetica. Kloniæ 1705. 4.

2011 Ministerio de Cultura

des hommes, Portraits ſerieux & critiques. Caractere d'un veritable ami, Caracteres tirez de l' Ecriture ſainte & appliquez aux Moeurs de ce ſiecle. Caracteres des Vertus & des vices. Caracteres naturels des hommes en forme de dialogue. Ex Anglis quoque memorandus Boyerus, *the Engliſch Thephraſtus of Mr. Boyer* A. 1696. 1702. &c. Ut ad Theophraſtum revertar, annos natus XCIX (non LXXIX. ut contra MSS. codicum conſenſum legit Sam. Petitus lib. 2. obſ. 9. & Caſaubonus in prima editione) characteres ſcripſit, quemadmodum ipſe c. 1. teſtatur, neque neceſſe eſt illa quæ de Polyſperchonte & Caſſandro memorat c. 9. eodem anno accidiſſe * quo liber ſcriptus eſt, ſed exempli ſaltem loco adduxit rem ante plures licet annos geſtam, verum notiſſimam. Videtur ſane Theophraſtus qui teſte Hermippo apud Athenæum lib. 1. p. 21. inter docendum cum de moribus ageret guloſum exſerta lingua labra circumlingendo, alios mores aliis geſtibus argumento congruentibus exprimebat, in ſingulis horum characterum capitibus non morum vitioſorum naturam perſtringere univerſe, ſed notare ac deſcribere certos quosdam homines ſuæ ætatis, eorumque mores ridiculos, quos forte per vitam obſervaverat, ad vivum exprimere ac depingere. Petrus Victorius in pluribus locis commentarii ad Rhetorica Ariſtotelis dubitat, utrum libelli, quo deſcribuntur naturæ hominum & mores, Theophraſtus ſit auctor. Quin falſo illi attribui aperte affirmat XVII. 7. var. lect. Sed nulla eſt ratio, quare ejus judicio, cui res ipſa & veterum teſtimonia refragantur, ſubſcribamus.

XIV. ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ ἀποσπασμάτιον ἢ βιβλίον ά. *Metaphyſicorum fragmentum, ſive liber I.* In editione Heinſiana & Hanovienſi collectione deſideratur. Sed exſtat in tribus editionibus Græcis operum Thophraſti: Aldina Venet. 1498. fol. Oporiniana Baſileenſi cum præfat. Hieronymi Gemuſæi edita A. 1541. fol. & tertia Aldi filii, quæ operibus Ariſtotelis in quinque tomos diſtributis tanquam ſextum Volumen ſubjicitur Venet. 1552-8. ex recenſione Camotii, edente Turriſano. Separatim hunc ipſum librum cum commentariis Græcis *Joh. Baptiſtæ Camotii* in tres libros diſtinctis ediderat Turriſanus ibid. 1551. fol. & absq; iisdem, itidem Græce, ad calcem Metaphyſicorum Ariſtotelis, cum notis Criticis *Frid. Sylburgii* excuderunt A. Wecheli Heredes, Francof. 1585. 8. Latine vertit non Grynæus ut Sylbugius ſuſpicabatur, ſed Cardinalis eruditiſſimus *Beſſario*, idem qui Ariſtote-

* Acciderunt iſta Olymp. CXV, 3. ſed Characteres longe poſt ſcripti videntur.

2011 Ministerio de Cultura

telis Metaphysica felicissime transtulit. Edita est Bassarionis interpretatio utriusque operis ad calcem librorum præclarorum adversus Georgium Trapezuntium calumniatorem Platonis Venet. 1516. fol. & inter opera Aristotelis latine variis interpretibus vulgata Basileæ 1538. fol. & tomo octavo Operum Averrois Venet. 1551. fol. Ad calcem libri hæc nota legitur adscripta: Τέτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικ@ μὲν κ' Ἑρμιππ@ ἀγνοεῖσιν, ἐν δὲ μνείαν αὐτ῀ ὅλως πεποίηνται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τ῀ Θεοφράστ@ βιβλίων. Νικόλα@ δ' (intellige Damascenum) ἐν τῇ θεωρίᾳ τ῀ Ἀριστοτέλ@ς μ῀ τὰ φυσικὰ μνημονεύει αὐτ῀, λέγων εἶναι Θεοφράστ@. Εἰσὶ δ' ἐν αὐτῷ θεωρηματικαὶ πινὲς ὀλίγαι τ῀ ὅλης πραγματείας. Laertius quoque Metaphysicorum mentionem interscripta Theophrasti prætermisit.

XV. ΠΕΡΙ᾽ ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ *βιβλίον, liber de sensu.* Laertio V. 42. memoratus, *Joh. Baptista Camotio* curante primum à Frid. Turrisano editus est in Græca editione Venet. A. 1552. 8. in reliquis editionibus Theophrasti Græcis & Græcolatinis desideratur, nisi quod Græce vulgaverat *Victor Trincavellus* una cum Alexandri Aphrodisiensis quæstionibus, & *Prisciani Lydi* paraphrasi diversi operis * Theophrastei de sensu, phantasia & intellectu. Venet. 1536. fol. & *Henricus Stephanus* una cum characteribus sive notationibus morum & fragmentis ex novem Theophrasti libris Paris. 1557. 8. Prisciani Lydi (qui Simplicii & Damascii æqualis memoratur ab Agathia lib. 2. p. 65. & ex Jamblichi libro περὶ ψυχῆς profeciisse se testatur p. 276. quem perinde ut Plutarchum Nestoris F. γνησίως τ' Ἀριστοτέλ@ς ἐξηγητὰς appellat p. 289. Male *Patrisianus* Philosophus dicitur in Codice MS. Caroli de Montchal apud Labbeum p. 194. Bibl. nov. MSS.) Paraphrasis eorundem librorum exstat etiam Græce in Oporiana Theophrasti editione Basil. 1541. fol. ex recensione Joach. Camerarii, latine vero tranlata est à *Marsilio Ficino*, cujus versio sæpius excusa cũm aliis Jamblichi, Procli &c. Venet. 1497. (male 1597. in Catalogo Bibl. Bodlejan.) & 1516. fol. & Basileæ, Parisiis, tum inter Ficini opera junctim edita. Idem Ficinus in Theophrastum commentarios promisit in suo ad Plotinum commentario. Metaphysica Theophrasti & librum de moribus memorat Abulpharagius p. 94. inter scripta ex Syriaco Arabice translata.

* Puto Priscianum interpretari locum ex quinto Physicorum Theophrasti, qui liber erat secundus περὶ ψυχῆς. Nam tractationem de sensu priscianus claudit his verbis: ἀλλὰ ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν, ἐπ' ἄλλης ἡμῖν ἀρχῆς τὰ λοιπὰ ⁊ πέμπτ@ βιβλίῳ ἐπεξεργαζόμενοι. p. 284. edit. Basil. Idem Priscianus passim notat Theophrastum in his ἐπεξεργάζεθαι Ἀριστοτέλει, sive Aristotelis vestigiis insistere & ab eo dicta magis illustrare.

2011 Ministerio de Cultura

XVI. ΔΙΑΘΗ̃ΚΑΙ. *Teſtamentum* Theophraſti exſtat apud Laertium V. 51. ſeq. Ad convivia Philoſophorum quotannis celebranda pecuniam legaſſe refert & Athenæus V. p. 186.

XVII. Jam deperditos Theophraſti libros enumerare reliqvum eſt, ordine digeſtos Alphabetico, quem nec Laertius nec Meurſius obſervarunt. Nam apud Laertium quidem triplex vel quadruplex ſcriptorum Theophraſti ad 230808. verſuum numerum aſſurgentium catalogus reperitur, unusquisque literarum ordinem quidem utcunque, nec accurate tamen retinens, quorum primus incipit ſect. 42. alter ſect. 46. tertius ſect. 49. quartus ſect. 50. libri V. Veriſimile eſt in ſingulis alios auctores fuiſſe ſecutum, cum enim nonnullos Theophraſti libros plane omittat, quosdam repetita vice nominat. De Theophraſti ſcriptis olim egerant *Andronicus*, qui in πραγματείας ea digeſſit teſte Porphyrio in vita Plotini, ac Plutarcho in Sylla: tum *Hermippus*, cujus, ut Andronici quoque meminit ſcholion Metaphyſicis Theophraſti ſubjectum, & paulo ante à me deſcriptum. E recentioribus, quorum laboribus uſum me profiteor, *Johannes Meurſius* in notis ad Apollonium Dyſcolum p. 140. ſeq. & in Theophraſto ſuo: *Franciſcus Patricius* in diſcuſſionibus Peripateticis p. 128. & *Menagius* ad Laertium p. 206. ſeq.

Ἀγωνιστικὸν τ περὶ τὰς ἐριστικὰς λόγους Θεωρίας. Laertius V. 42.
Περὶ τ ἀδικημάτων, ά. Laert. V. 46.
Περὶ τ αἰθυμιῶν. β΄. Editio Laertii Aldobrandina, ubi alii λιθυμένων. V. 42.
Πρὸς Αἰσχύλον, ά. Laert. V. 49.
Περὶ αἰτιῶν. Laert. V. 49.
Πρὸς τὰς ἐξ Ακαδημίας, ά. Laert. V. 49.
Ἀκίχαρ☉, ά. Laert. V. 50. Videtur fuiſſe liber Ethici argumenti. Confer quæ de Acicari Columna Clementi 1. Strom. p. 303. memorata Reineſius Var. lect. p. 97. & 381. Steph. Lemonius notis ad varia ſacra p. 346. ſeq. Ἀχαϊκαρ☉ vocatur Straboni lib. 16. p. 762. qui inter viros ſapientiſſimos eum laudat.
Ἀκροάσεως, ά, β΄. Laert. V. 42. Galenus de ſubſtantia facultatum naturalium. Combuſtas à Metrocle refert Laertius VI. 95.
Περὶ ἀλῶν, νίτρου, στυπτηρίας ά. Laert. V. 42.
Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν ά. Laert. V. 42. Alexander Aphrodiſ. in 1. Analyt. prior. Svidas.

Ἀνα

2011 Ministerio de Cultura

Ἀναλυτικῶν πρότερων, γ'. Laert. V. 42. Suid. Θεόφρας. Alexander Aphrodiſ. in Ariſtotelis priora Analyt. Simplicius in 2. de cœlo & 3. Videtur reſpicere Boethius 2. de ſyllogiſmo Categorico pag. 594. ſeq. ubi notat Theophraſtum & Eudemum, ſuffragante Porphyrio, quatuor modis primæ figuræ ſyllogismorum alios quinq; adjunxiſſe, & modis ſex tertiæ figuræ ſeptimum.

Ἀναλυτικῶν ὑστέρων ζ'. Laert. V. 42. Galenus 2. de dogm. Hippocr. & Platonis, Suidas, Euſtratius in 2. poſter. Analyt. Alexander Aphrodiſeus lib. 1. ἀποριῶν καὶ λύσεων c. 27.

Ἀναλυτικῶν ἐπιτομή, Laert. V. 42. Suid.

Πρὸς Ἀναξαγόρᾳ ά. Laert. V. 42.

Περὶ τ̃ Ἀναξαγόρᾳ ά. Laert. V. 42.

Ἀνηγμένων τόπων β'. Laert. V. 42. Suid. Alexander Aphrodiſ. in priora Analyt. qui titulum refert paulo aliter: ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα.

Περὶ ἀνθέων, de floribus. Plin. XXI. 3.

Περὶ τ̃ ἀνθρώπων, ά. Laert. V. 43.

Περὶ τῶν ἀπόλων διαπορημάτων. Laert. V. 46.

Περὶ ἀποφάσεως, ά. Laert. V. 46. Infra in περὶ καταφάσεως.

Περὶ ἀρετῆς, ά. Laert. V. 46. περὶ ἀρετῶν. V. 50. Videtur reſpicere Cicero 1. Acad. quæſt. & 5. de finibus.

Ἀρετῶν διαφοραί. Laert. V. 42.

Ἀριθμητικῶν ἰσοριῶν ά. Laert. V. 50.

Περὶ ἀριθμῶν Laert. V. 50. Niſi legendum ῥυθμῶν cum Meurſio. Sed de rhythmo & numero oratorio, de quo Theophraſtum accuratius diſputaſſe tradit Cic. in Oratore, potuit agere in τέχνῃ ῥητορικῇ de qua infra.

Ἁρμονικῶν ά. Laert. V. 46.

Περὶ τῶν Ἀρχελάου ά. Laert. V. 42.

Ἀστρολογικῆς ἱστορίας ε'. Laert. V. 50. Reſpicere videtur Simplicius ad 2. de cœlo.

Περὶ τ̃ ἀτέχνων πίστεων, ά. Laert. V. 46.

Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν, ά. Laert. V. 42. Idem liber eſſe videtur qui etiamnum legitur hoc titulo inter ſcripta Ariſtotelis. Eum enim à quibusdam ad Theophraſtum auctorem relatum eſſe teſtatur Simplicius in 2. de cœlo, & Joh. Philoponus in 1. de generat. & corruptione.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ αὐξήσεως, ά. Laert. V. 50.
Περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων, ά. Laert. V. 46.
Ἀφορμαὶ ἢ ἐναντιώσεις. Laert. V. 46.
Περὶ βασιλείας, ά. Laert. V. 42. Sed Plutarchus in Themistocle & Dionysius Halic. lib. 4. laudant Theophrastum ἐν τοῖς περὶ βασιλείας, quibus suffragatur Laertius V. 49. ubi duo libri hoc argumento. Librum περὶ βασιλείας Κυπρίων memorat Suidas in πάρεργα. Πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας. Laert. V. 47. Athenæus libro 4. p. 144. ubi docet ab aliis hoc scriptum tributum Sosibio, quem epinicio elegiaco Callimachus celebravit.
Περὶ παιδείας βασιλέως ά. Laert. V. 42.
Περὶ βίων ά, β'. Laert. 5. 42. & respicit Plutarchus in Pericle, Alcibiade, Aristide, Lysandro, Nicia, Agesilao & Demosthene.
Περὶ γάμου, *de nuptiis* aureolum Theophrasti librum Hieron. 1. contra Jovinian. in quo quærebat Philosophus, an vir sapiens ducat uxorem. Videtur respicere Stobæus serm. 72. & 83.
Περὶ γελοίου, ά. Laert. V. 49. Athen. lib. 8. p. 348.
Περὶ γενέσεως, ά. Laert. V. 46. Simplicio in 4. de cœlo inscribitur περὶ γενέσεως στοιχείων. Videtur & respicere Philo de *mundo*. Etiam περὶ ζώων γενέσεως de genitu animalium scripsisse testatur Apulejus in Apologia. Vide & Censorinum c. 4.
Ἰσρίων (male ἰσρικῶν in edit. castigatissima Wetsten. Γεωμετρικῶν δ'. Laert. V. 48.
Γεωργίας παραγγέλματα. Julian. Epist. 24. Varro & Columell. Geoponic. III. 3. & 4.
Περὶ γήρως, ά. Laert. V. 42.
Περὶ γνώμης, Laert. V. 46.
Περὶ δακετῶν ζώων καὶ ἑλκτικῶν, α'. Laert. V. 43. Apulejus in Apologia.
Περὶ δ δεδόχθ, ά. Laert. V. 49.
Περὶ τ Δημοκρίτου ἀστρολογίας ά. Laert. V. 43.
περὶ Δημοκρίτου ά. Laert. V. 49.
Περὶ διαβολῆς, ά. Laert. V. 46. & 49. & 50.
Διαθῆκαι τῶν ἐξ ἐλευσῖνος ὀργεώνων. Suid. in ὀργεῶνες.
Διαιρέσεις ά, β'. Laert. V. 46.
Περὶ τ Διακόσμου ά. Laert. V. 43.
Dialogos Theophrasti memorat Basilius Epist. 167. Nimirum ex scriptis ejus nonnulla fuerunt composita more Dialogorum, licet res

2011 Ministerio de Cultura

res ipsas nude tractantia & Platonica svavitate, ejusdem Basilii judicio, destituta.

Περὶ τῶν διαφορῶν, ά. Laert. V. 46. sive ut Athenæus lib. 7. p. 317. περὶ τῶν κζ τόπων διαφορῶν.

Περὶ Δικανικῶν λόγων ά. Laert. V. 50.

Τῶν Διογένους συναγωγή, ά. Laert. V. 43.

Διορισμῶν ά, β', γ'. Laert. V. 43.

Ἐγκώμια Θεῶν, ά. Laert. V. 47.

Περὶ τῶν εἰδώλων ά, β'. Laert. V. 43.

περὶ εἰδῶν ὰ, β'. Laert. ibid.

Περὶ ἐκκλίσεων ά. Laert. V. 46.

Περὶ ἐκουσίου ά. Laert. V. 43.

Περὶ ἐμπεδοκλέους ά. Laert. V. 43.

περὶ ἐμπειρίας ά. Laert. V. 46.

Περὶ ἐνθουσιασμοῦ. Laert. V. 43. Apollonius Dyscolus c. 49. hist. commentit. cui inscribitur περὶ ἐνθουσιασμῶν. Athen. lib. 14. p. 624. Plin. XXVIII. 2.

Περὶ ἐνθυμημάτων Laert. V. 47. Scholiastes Hermogenis proœm.

Ἐνστάσεων, γ'. Laert. V. 43.

Περὶ ἑορτῶν, ά. Laert. V. 47.

Περὶ ἐπαίνου ά. Laert. V. 46. Videtur respicere Plutarchus vita Agidis & Cleomenis.

Περὶ ἐπιλήψεως. Laertius V. 43. *de caducis* Apulejus in Apologia.

Τίνες οἱ τρόποι τῆς ἐπίσκεψεως, ά. Laert. V. 49.

Ἐπιστολῶν, ά, β', γ'. Laert. V. 46. ad Astycreontem, Phaniam & Nicanorem id. V. 50. Epistolam ad Phaniam laudat idem V. 37. & Scholiastes Apollonii lib. 1. Theophrastum ἐν ἐπιστολαῖς Ptolemæus Hephæstion lib. 3. ap. Photium cod. 190.

Ἐπιτομὴ τῆς Πλάτωνος πολιτείας ά, β'. Laert. V. 43.

Ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους περὶ ζώων, ε'. Laert. V. 49.

Ἐπιχειρημάτων, ιή. Laert. V. 43. & ά, β'. Laert. V. 49.

Ἐρωτικὸς, ά. sive περὶ ἔρωτος, Laert. V. 43. qui perperam pro diversis libris habet. Vide Marquardi Gudii Epist. 1. ad Menagium. Laudant Strabo lib. X. p. 478. Athenæus lib. XIII. p. 562. 567. 606. Respiciunt Gellius VII. 8. Plinius IX. 8. hist. Stobæus serm. 61. Scholiastes Theocriti Idyll. 4.

Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν ά, Laert. V. 43.

Περὶ

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ εὐδαιμονίας ά. *de vita beata liber.* Laert. V. 43. Athen. lib. 12. & 13. & Ciceros 5. Tusc. quæst. &5. de finibus, quo in loco testatur se Theophrastum in plerisque sequi, nisi quod virtuti plus quam ille, fortunæ minus tribuit.

Εὐιάδης Laert. V. 50.

Περὶ εὑρημάτων ά, β'. Laert. V. 47. Clemens 1. Strom. p. 308. (& ex eo Eusebius X. 7. præparat.) Scholiastes Homeri Iliad. ά. Pindari Olymp. 13. Respicit Plinius VII. 59. Hist. Scholiastes Apollonii lib. 2.

Περὶ εὐσεβείας ά. Laert. V. 50.

Περὶ εὐτυχίας ά. Laert. V. 47.

Περὶ δακετῶν ζώων καὶ βληχικῶν ά. Laert. V. 43. Apulejus in Apologia, Athenæus libr. 7. p. 314.

Περὶ ζώων, βιβλία ζ'. Laertius V. 44. & 50. librum tertium laudat Athenæus lib. 9. p. 387. Idem opus respiciunt Ælianus X. 35. XI. 40. & alibi opere de animalibus. Gellius XVI. 15.

Περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἠθῶν, ά. Laert. V. 49. Tractatum de animalibus qui pisce vescuntur memorat Plinius XI. 53.

Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τ̃ ὁμογενῶν ά. Laert. V. 43. Athenæus lib. 9.

Περὶ τῶν αὐτομάτων ζώων. Laert. V. 46.

Περὶ τῶν φωλευόντων ζώων. Laert. V. 44. Athen. lib. 2. & 3.

Περὶ ἡδονῆς, ὡς Ἀριστοτέλης, ά.

Περὶ ἡδονῆς ἄλλο. Laertius V. 44.

Περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς, ά. id. 46. Laudatur & Athenæo libro 12. bis Theophrastus ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς. Sed libro 8. Θεόφρας καμαιλέων ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς.

Ἠθικῶν σχολῶν Laert. V. 47. Ἠθικὰ vocat Plutarchus in Pericle p. 173 librum primum laudat Michael Ephesius in V. 1. Ethic.

Περὶ ἠθῶν libros Theophrasti ab Ἠθικοῖς distingvit, & illorum quoque librum 1. allegat Michael Ephesius loco laudato. Meursius dubitat num apud Laertium V. 43. pro περὶ εἰδῶν ά, β'. sit legendum περὶ ἠθῶν. Theophrastum ἐν τῷ περὶ ἠθῶν laudat quoque Aspasius ad VI. 1. Ethic. Nicomach. & Andrantus scripserat libros quinque περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ ἐν τοῖς περὶ ἠθῶν καθ' ἱστορίαν καὶ λέξιν ζητουμένων quos per plagium sibi tribuerat Hephæstion teste Athenæo lib. 15. p. 673. Male ibi interpres libros de plantis ingerit, pro libris de moribus. Theophrasti librum de moribus memorat & Abulpharagius p. 94. inter scripta ejus Arabice è Syriaco translata.

Περὶ,

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ θαλάττης, ά. Laertius V. 47. Videtur respicere Alexander Aphrodis. in 1. & Olympiodorus in 2. Meteorolog. Antigonus Carystius c. 145.

Περὶ τ῀ θείας εὐδαιμονίας, ά. Laertius V. 49.

Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας, ς΄. Laertius V. 48. Videtur hoc opus respicere Simplicius ad Epictetum p. 222. Porphyrius 2. περὶ ἀποχῆς & ex eo Theodoritus 7. & 10. Θεραπευτ.

Περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ ά. Laertius V. 44. Galenus in Hippocr. Aphorism. comment. 1.

Θέσεις γ΄. Laertius V. 49.

Θέσεις κ΄δ. Laertius V. 44. quod opus ostreo scriptum à Theophrasto tradit Crantor apud Laertium IV. 27. asperitatem ni fallor reprehendens. Laudat Theo in progymnasm. c. 2. & Athenæus lib. 4. Cæterum moralis argumenti fuisse, licet ad Eloquentiam exercendam comparatum, colligas ex auctore altercationis Synagogæ cum Ecclesia, siquidem de hoc Θέσεως opere eo loco sermo est & Theophrasti nomen ibidem recte est à Meursio suppletum: *Ethicæ inventor Socrates fuit, de quo Theophrastus XXIV. libros secundum positivam Justitiam scripsit.*

Περὶ Θεῶν γ΄. Laertius V. 49. Videtur respicere Cicero 1. de natura Deor. Minutius Felix in Octavio.

Περὶ Θορύβου ά. Laert. V. 47.

Περὶ ἱστορίας ά. Laert. V. 47. ἱστορικὰ ὑπομνήματα Schol. Apollonii lib. 4.

Περὶ καιρῶν, ά, β΄. Laert. V. 49. Suid. in ἀρχὴ σκυρία & κυψελιδῶν. Vide Reinesii Var. Lect. p. 385.

Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους ά. Laert. V. 44. Cicero Tusc. qv. 3. & 5. Alexander Aphrodis. ad lib. 2. de anima. Ex hoc Theophrasti libro petitum dictum, quod refellit Plutarchus libello de fortuna f. 97. Τύχη τὰ ἀνητῶν πράγματα, οὐκ εὐβουλία. *Vitam regit fortuna, non sapientia.*

Περὶ καρπῶν. Laert. V. 50.

Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ά. Laertius V. 44. In hoc *de affirmationibus & negationibus* scriptum sex libros commentariorum confecerat *Galenus*, ut ipse testatur de scriptis propriis. περὶ καταφάσεως subinde inscribitur ab Alexandro Aphrodis. in 3. Topic. & Metaphys. 4. & prior. Analyticor. lib. 1. Meminit & è latinis Boethius in li-

2011 Ministerio de Cultura

librum περὶ ἑρμηνείας lib. 1. edit. ſecundæ p. 292. & lib. 2. p. 327. lib. 5. 428. Nonnulla ex eo profert Magentinus Græcus ſcriptor Theophraſtum laudans in commentario ad eundem Ariſtotelis librum. *Porphyrii* commentarium in Theophraſti librum de affirmatione & negatione memorat idem Boethius lib. 1. p. 294.

Περὶ κινήσεως ά, β, γ'. Laert. V. 44. & 49. ubi tantum ά, β'. Sed decimum laudat Simplicius in 1. Phyſ.

Περὶ κολακείας ά. Laert. V. 47. Athen. lib. 6.

Περὶ κρίσεως συλλογισμῶν ά. Laert. V. 47.

Περὶ βασιλείας Κυπρίων. Suid. in Τιάρα.

Περὶ Κωμῳδίας. Laert. V. 47. Athenæus lib. 6. Dionyſius Halic. de compoſitione Nom.

Περὶ λέξεως, ά. Laert. V. 47. atque Dionyſius Halicarnaſſ. in Lyſia p. 86. Vide & infra in ὁρικά.

Περὶ τῶν λιθυμίων, ά, β'. Laert. V. 42. niſi legendum αἰθυμίων.

Λόγων συναγωγή, ά. Laert. V. 47.

Περὶ λόγου στοιχείων. *de elementorum proprietate*, Simplicius in IV. de cœlo.

Περὶ λοιμῶν. Laertius V. 44.

Λύσεις ά. Laertius V. 47.

Μεγακλῆς, ά. Laert. V. 47.

Μεγακλής. Laert. V. 44. VI. 22.

Περὶ μείζονος καὶ ἐλάττονος, ά. Laert. V. 49.

Περὶ μέθης, ά. Laert. V. 44. Athen. lib. 10. & 11.

Περὶ μελαγχολίας ά. Laert. V. 44.

Περὶ μετάλλων. Laert. V. 44. & Theophraſtus ipſe in limine libri de lapidibus, unde non erat dubitandum Polluci VII. 23. Ariſtotelis ne an Theophraſti eſſet. Laudant præterea Suidas in Θεόφρας. Olympiodorus in 3. Meteorolog. & Harpocration in χευχρεών. Μεταλλικὸν vocant Pollux & Heſychius. Alexandro Aphrodiſienſi inſcribitur περὶ τῶν μεταλλευομένων in 3. Meteorolog.

Περὶ μεταρσιολεσχίας, ά. Laert. V. 43.

Μεταρσιολογικῶν, ά, β'. Laert. V. 44.

Περὶ μεταρσίων librum quartum laudat Plutarchus quæſt. Gr.

Περὶ μετεώρων, ώ. Laert. V. 47. Olympiodorus in lib. 1. Meteor. actione 15. Abulpharagius hiſt. Dynaſtiar. p. 94.

Περὶ μέτρων. Laert. V. 46. Victorinus 4. artis Grammat.

Περὶ

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ τῶν Μητροδώρᾳ σωαγωγῶν, ά. Laert. V. 44.
Περὶ Μαζικῶν, ά. Laert. V. 49.
Περὶ Μαζικῆς. id. 47. Plutarchus lib. 1. Sympos. quæst. 5. *Librum* 2. Porphyrius in Harmonica Ptolemæi p. 241. Respicit idem opus Censorinus c. 12. Syrianus in XIII. Metaphys. & Capella lib. IX.
Περὶ νόμων, ά. Laert. V. 47. Pollux VIII. 6. Josephus 1. contra Apion. p. 1046 (quem locum respicit Grotius Theophrastum laudans ad Matth. XV. 5.) Athenæus. Zenobius IV. 36.
Νόμων κζ΄ στοιχεῖον, κδ΄ Laert. V. 44. librum 3. 4. 11. 16. 18. 20. laudat Harpocration, 10. Pollux & Athen. 13. Suidas in ὅλι οἱ ἁλόντες & συσσομώτερον 15. idem in φαρμακὸς, 16. Etymolog. & Suid. in φρεάτιοι. De hoc opere Cicero 5. de finibus: *Omnium fere civitatum non Græciæ tantum sed etiam Barbariæ ab Aristotele mores instituta disciplinas, à Theophrasto leges etiam cognovimus.* Allegat & Suidas in ἀρδήτις & κζ΄ τὴν ἀγορᾶν, & respicere videtur Stobæus serm. 37. & 42.
Νόμων ἐπιτομῆς ί. Laertius V. 44.
Περὶ Νομοθετῶν, γ΄. Laert. V. 45. Videtur respicere Porphyrius 4. περὶ ἀποχῆς p. 354. ubi de Lycurgo è Plutarcho, Plutarchus item in Solone. Cicero 2. de Legg. & 6. ad Attic. Epist. 1. ubi de Zaleuco. Paulus JCtus lib 17. ad Plautium l. 3. D. si pars hereditatis petatur: τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς ut ait Theophrastus φησὶ βαίνειν οἱ νομοθέται.
Τῶν Ξενοκράτους σωαγωγῆς, ά. Laert. V. 47.
περὶ οἰκείων λόγων, ά. Laert. V. 47.
περὶ οἴνου καὶ ἐλαίου. Laert. V. 45.
Ὁμιλητικὸς, ά. Laert. V. 47.
περὶ τῶν ὁμολογουμένων ά. Laert. V. 49.
Ὁρισικὰ περὶ λέξεως συλλογισμῶν, ά. Laert. V. 50.
περὶ ὅρκου, Laert. V. 47.
πρὸς ὅρους ά, β΄. Laert. V. 49. & 44. ubi inscribitur πρὸς τοὺς ὁρισμούς.
περὶ οὐρανοῦ ά. Laert. V. 50. Proclus in Tim. Simplicius in 1. de cœlo & in 8. Phys. ubi tertius Theophrasti de cœlo liber laudatur.
περὶ ὄψεως, δ΄. Laert. V. 49.
περὶ παθῶν ά. Laert. V. 45. Simplicius in Categor.
περὶ παιδείας ἢ περὶ ἀρετῶν, ἢ περὶ σωφροσύνης ά. Laert. V. 50.
περὶ παιδείας βασιλέως. Laert. V. 42.
περὶ παίδων ἀγωγῆς, ά. Ἄλλο διάφορον, ά. Laert. V. 50.
περὶ παραδείγματος, ά. Laert. V. 48.
περὶ παροιμιῶν, ά. Laert. V. 47.

2011 Ministerio de Cultura

περὶ σωφροσύνης, ά. Laert. V. 45.
περὶ παροιμιῶν, ά. Laert. V. 45, Harpocration in ἀρχὴ αὔδεα δείκνυσι. Apostolius IV. 51. VI. 36. proverb. Stobæus. Respicit Suidas in ἀρχὴ αὔδεα.
περὶ πήξεων καὶ τήξεων ά. Laert. V. 45.
περὶ πλούτου. Laert. V. 47. Cic. de officiis lib. 2. Eustratius sive Apsalius in Ethic. Nicomach. IV. 1.
περὶ πνευμάτων, ά. Laertius V. 45. Meursius putat scribendum περὶ πνεύματος, & eum ipsum respici qui sub Aristotelis nomine hodieque legitur.
περὶ πυγμῆς. Laert. V. 45. Athen. lib. 2.
περὶ ποιητικῆς, ά. Laert. V. 47. ἄλλο ά, 48. Hinc definitionem Tragœdiæ Theophrasteam petiisse videtur Diomedes Grammaticus lib. 2.
πολιτικῶν ἐθῶν, δ'. Laertius V. 45.
πῶς ἄριστ' ἂν πόλις οἰκεῖτο; ά. Laertius V. 49. περὶ τ ἀρίστης πολιτείας ά. id. 45. Cicero 2. de divinatione & 3. de legibus.
πολιτικῶν ά. β'. Laert. V. 50. πολιτικῶν ς'. id. 45. librum quartum laudat Harpocrat. in Ἀσπασία. πολιτικῆς ἀκροάσεως ή. Laert. V. 24.
πολιτικῶν πρὸς τὰς καιρούς, δ'. Laert. V. 45. *quæ essent in Rep. inclinationes rerum & momenta temporum.* Cic. 5. de finibus, Parthenius Erotic. c. 9. & 18. Harpocration in Πίσκοπος. Huic operi succenturiatum alterum in duos libros distinctum περὶ καιρῶν, de quo supra.
προβλήματα πολιτικὰ, ἠθικὰ, φυσικὰ, ἐρωτικὰ ά. Laert. V. 47.
προβλημάτων συναγωγῆς, ά. Laert. V. 48. & 45. ubi libri quinque numerantur. Memorat Anonymus Græcus in posteriora Analytica lib. 2. Videtur respicere Plinius VI. 28. Hist. licet id quod ibi profert legitur hodie in problematis Aristotelis 33. 22. Vide quæ supra in Aristotele dixi.
περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, ά. Laertius V. 48. & 49. Videtur respicere Seneca in naturalibus quæst. lib. 3. & 4. & 6, ac forte Plutarchus VII. 2. Sympos. quæst.
περὶ προθέσεως καὶ διηγήματος ά. Laert. V. 49.
προοιμίων ά. Laert. V. 48. an παροιμιῶν?
προτρεπτικὸς ά. Laert. V. 49. & 50.
πρώτων προτάσεων, ή. Laert. V. 45.
ῥητορικῆς ἐγχειρήματα, ά. Laert. V. 47.

πρω-

2011 Ministerio de Cultura

πρῶτοι καιροί. *Supra* περὶ καιρῶν.

περὶ τέχνης ῥητορικῆς, ά. περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν εἴδη ἑπτά. Laert. V. 48. Scripta Theophrasti Rhetorica laudant vel respiciunt Cicero in Oratore & 2. de divinat. Demetrius lib. de elocutione, Quintilianus III. 1.

περὶ Ἑρμαγόρου ἐν Σικελίᾳ, ά. Laert. V. 49.

περὶ σολοικισμῶν. Laert. V. 48.

Σοφισμάτων, ά, β'. Laert. V. 45.

Σύγκρισις ἁμαρτημάτων apud Marcum Antoninum lib. 2. c. 10. τῶν εἰς ἑαυτὸν non videtur esse libri titulus, ut Meursio persvasum, sed tantum innui locus Ethicorum Theophrasti, quo vitia inter se contulit, & crimina quæ per libidinem admittuntur graviora esse iis quæ ex ira fiunt pronunciavit. Quod affirmatum etiam Aristoteli VII. 7. Ethic. Nicomach.

περὶ συλλογισμῶν λύσεως ά. Laert. V. 43.

περὶ σωφροσύνης. Laert. V. 50.

περὶ ταχυτήτων. Simplicius in 2. de cœlo.

περὶ ὑμωρίας ά, β'. Laert. V. 45.

Τοπικῶν β'. Laert. V. 45. Alexander Aphrodis. in 1. Topic. & 5. Metaphys. Simplicius in Categor.

Τὰ πρὸς τῶν τόπων, ά. Laert. V. 49.

περὶ τριχῶν ά. Laert. V. 45.

περὶ τυραννίδος ά, Laert. V. 45.

περὶ τυρρηνῶν. Schol. Pindari Pythionic. Od. 2.

περὶ ὑδάτων γ'. (sive περὶ ὑδάτων, ut Athenæus lib. 2.) Laert. V. 45. Alexander Aphrodis. in librum Aristotelis de sensu & sensilibus. Respicit Antigonus Carystius c. 174. Ælianus IX. 64. hist. animal. Olympiodorus in 1. Meteorolog. & Vitruvius VIII. 4.

περὶ ὕπνου καὶ ἐνυπνίων ά. Laert. V. 45. Respicit Plinius XXVIII. 4.

περὶ ὑποκρίσεως. Laert. V. 48.

Τὰ ὑπομνήματα, ά. Laert. V. 49.

Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων ς'. Laert. V. 48. Athenæus lib. 14. p. 654. Ἀριστοτέλης ἢ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, τῶν Φασιανῶν φησὶν ὃν λόγον ἡ ὑπερoχὴ τῶν ἀῤῥένων. His verbis obiter inspectis Franciscus Patricius p. 128. discuss. peripatetic. perperam putavit ab Athenæo allegari Aristotelis vel Theophrasti *commentarios Phasianorum.*

2011. Ministerio de Cultura

περὶ Φιλίας γ'. Laert. V. 45. Gellius lib. 1. c. 3. & in elencho capitum lib. 8. c. 6. Respicit Plutarchus in Catone minore, & Hieronymus proœmio lib. 3. in Hoseam. Idem tria Theophrasti de amicitia volumina laudat in Michæ c. 7.

περὶ Φιλοτιμίας ά, β'. Laert. V. 45. Cicero 2. ad Atticum Epist. 3.

περὶ Φύσεως γ. Laert. V. 46. & 50. ubi tantum liber unus memoratur. ἰδίαν περὶ Φύσεως πραγματείαν vocat Joh. Philoponus de natural. auscult. lib. 1.

πρὸς τὰς Φυσικάς. Laert. V. 46.

προβλήματα Φυσικά. Vide supra in προβλήματα.

περὶ Φυσικῶν ιή. Laertius V. 46. Librum XIV. laudat Simplicius in Aristotelis Categorias. Idem in commentario ad Physica Stagiritæ passim allegat Theophrastum ἐν Φυσικοῖς. Librum primum Alexander Aphrodis. in Metaphys. 1. Φυσικῶν ή. Laertius V. 46. Φυσικῶν δοξῶν ις'. id. 48. & Taurus Platonicus apud Philoponum VI. 8. de mundi æternitate, ubi ait Theophrastum in lib. de Physicis opinionibus tradere quod mundus ex Platonis opinione ortum habeat. Φυσικῶν Ἐπιτομῆς ά. Laertius ibid.

περὶ Φυσικῶν Ἐπιτομῆς ά, β'. Laert. V, 46. Ibidem loco Φυσικῶν ἰσοελῶν & Φυσικῶν αἰλιῶν utrobique legendum est Φυλικῶν, ut superius libros Theophrasti editos recensens annotabam. Theophrastum ἐν Ἐπιτομῇ laudat etiam Laertius IX. 21. ἐν τοῖς Φυσικοῖς. IX, 22. Simplicius in III, de anima text. 40. Φυζικῶν δοξῶν Ἐπιτομὴν Galenus in Hippocratem de natur hom. comment. 1. Ἐπιτομὴν τῶν Θεοφράστου Φυσικῶν commentario illustrasse se docet Simplicius in 2. Aristotelis de anima textu 74. Theophrastum ἐν τῷ περὶ Φυσικῶν δοξῶν Taurus in Timæum Platonis apud Joh. Philoponum de mundi æternitate contra Proclum VI. 8. & 27. A Themistio autem in 3. Aristotelis de anima profertur locus ex quinto Theophrasti Φυσικῶν, quem ait esse secundum περὶ ψυχῆς.

περὶ τῶν Φωλευόντων ζώων. Laert. V. 44. Athen. III. p. 105. Schol. Theocriti Idyll. 1. περὶ ἄρκτων Φωλεοῖς.

περὶ χάους ά. Laert. V. 48.

περὶ χυλῶν, έ. Laert. V. 46. Theophrastus ipse lib. 1, hist. plantar. c. 19. & Galenus libro adversus Lycum.

περὶ χυμῶν, χροῶν, σαρκῶν, ά. Laert. V. 43.

περὶ ὃ ψευδομάρτυς, γ', Laert. V. 49.

περὶ

2011 Ministerio de Cultura

περὶ ψεύδους καὶ ἀληθείας, Laert. V. 48. Forte ex hoc libro petitus locus Theophrasti apud Stobæum serm. 12. de mendacio.

περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς, V. 46.

περὶ ψυχῆς θέσις μία, sive ut Meursius legit θέσεις μά, Laert. V. 46. Themistius in Aristotelem de anima.

Epicurum in secundo adversus Theophrastum libro laudat Plutarchus contra Colotem p. 1110. De *Leontio* Epicurea quæ scito sermone & Attico contra Theophrastum scribere ansa est teste Cicerone 1. de natura Deor. Plinius præf. Hist. *Ceu vero nesciam adversus Theophrastum hominem in Eloquentia tantum ut nomen divinum inde invenerit, scripsisse etiam fœminam, & proverbium inde natum, suspendio arborem eligendi.*

CAPUT X.

De ARISTOXENO & aliis Musicis.

De Aristoxeno & ejus libris III. Harmonicorum. 1. *Scripta Aristoxeni deperdita.* 2. *Scripta Musica Euclidis, Theonis Smyrnæi, Plutarchi, Ptolemæi, Nicomachi, Porphyrii, & Pselli, de quibus alibi dictum.* 3. *De Aristide Quintiliano.* 4. *De Bacchio Musico & aliis hujus nominis, ac de hymnis tribus Dionysii Musici.* 5. *De Alypio Musico & Alypiis aliis.* 6. *De Gaudentio.* 7. *De Manuele Bryennio.* 8. *Scriptores veteres de Musica, qui interciderunt.* 9. *Alii qui adhuc delitescere traduntur MSti in variis Bibliothecis.* 10. *Scriptores de Musicis, deperditi,* 11. *Recentium scripta quædam de antiqua Musica.* 12.

ANtiquissimus è scriptoribus Musicis qui ætatem tulerunt est ARISTOXENUS Tarentinus, Spinthari Musici F. qui Patris primum & Lamprii Erythræi discipulus, inde Xenophili Pythagorici, denique

2011 Ministerio de Cultura

nique Aristotelis, à quo Theophrastum sibi in successione prælatum ægre tulit, & in Aristotelem defunctum maledicta congessit, si fides Suidæ in Ἀριστόξ. At Aristocles Peripateticus apud Eusebium XV. 2. præparat. contra diserte affirmat Aristoxenum διαπαντὸς εὐφημεῖν Ἀριστοτέλην, *nunquam non de Aristotele perhonorifice meminisse.* Successisse autem Aristoteli Theophrastum dixi Olymp. CXIV. 3. ante CHRISTUM CCCXXIV. Exstant hujus Aristoxeni Ἁρμονικῶν στοιχείων quomodo vocant Porphyrius, Manuel Bryennius & alii, sive ut Proclus 3. in Timæum p. 192. ἁρμονικῆς στοιχειώσεως *Elementorum Harmonicorum libri III.* cum Ptolemæi Harmonicis *latine* utcunque ex unico exemplari eoque non satis integro versi & editi ab *Antonino Gogavino* Graviensi, Venet. 1562. 4. Græce primus vulgavit *Joh. Meursius* è Codice Josephi Scaligeri, sed negligenter * admodum descripto, in quo præter Aristoxenum, Nicomachum & Alypium à Meursio junctim editos Lugd. Bat. 1616. 4. continebantur Musica Bacchii & Aristidis Quintiliani, vulgata post hac à M. Meibomio, & fragmenta quædam alia Musica adhuc inedita, quæ allegantur ab eodem viro docto p. 300. ad Aristidem, p. 74. ad Aristox. & alibi, quæque Græce & latine editurum se recepit. Addidit etiam notas Meursius, sed in emendationibus minus feliciter illi res cessit propter Musicæ literaturæ ignorationem. Accuratam itaque editionem Aristoxeni eruditiss. *Meibomio* debemus qui cum nova versione sua & notis Harmonica ejus edidit è MSto codice non paucis in locis emendatiora, usus præterea duobus Meursianæ editionis exemplis quæ cum tribus Codd. MSS. Bibliothecarum Angliæ collata acceperat à Joh. Seldeno. Amstelodami 1652. 4° tomo primo Antiquæ Musicæ auctorum septem ** quos à se illustratos Christinæ Svecorum Reginæ inscripsit. Meminit Operis Aristoxenii de Musica præter Euclidem, Ciceronem, Plutarchum, Athenæum, aliosque Vitruvius V. 3. Aristides Quintilianus, & Ptolemæus præcipue, qui in Harmonicis suis Aristoxenum subinde refellit, & è Ptolemæo Boethius libris de Musica: quem admodum à Philosophis exploditur dogma ejusdem, Ciceroni & aliis memoratum, quo animam nihil aliud quam harmoniam esse affirmavit. Infinita alia scripserat Aristoxenus, quorum pauciss imorum vel tituli exstant

* Vide Meibomium p. 67. ad Alypium

** Hi sunt præter Aristoxenum Euclides, Nicomachus, Alypius, Gaudentius, Bacchius & Aristides Quintilianus, subjuncto Marciani Capellæ, latini scriptoris, libro IX.

2011 Ministerio de Cultura

ſtant, ſi verum eſt quod Suidas affirmat libros ab eo ſcriptos quadringentos & quinquaginta duos, (non 4052. ut typographi hallucinatione excuſum in Jonſii pagina 73.)

II. Quæ Meurſio in notis ad Ariſtoxenum p. 135. ſeq. & in Bibliotheca Græca, tum Jonſio, Menagio ad Laertium, mihique obſervata ſunt, literarum digeſta ordine hic habes:

Ἀποφθέγματα πυθαγορικά. Stobæus ſerm. 10. 41. 99. & 77. ubi liber quartus allegatur p. 457.

Περὶ αὐλητῶν ἢ περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων. Athen. XIV. p. 634. Reſpicit Tatianus p. 86. ubi de Antigenida tibicine: Τί δέ μοι καὶ τῷ Ἀριστόξενον, τὸ θηβαῖον Ἀντιγενίδην πολυπραγμονεῖν;

Περὶ αὐλῶν τρήσεως, cujus operis librū 1. laudat idē Athen. p. 634.

Βίοι ἀνδρῶν, in quibus vita Pythagoræ, Archytæ, Hipponis, Xenophili & aliorum Pythagoricorum, tum Socratis, Platonis, Teleſtæ Selinuntii Dithyrambici, multorumque aliorum, forte etiam Heraclidis Pontici, Xenocratis ac Praxidamantis Muſicorum, tum Lycurgi &c. Vide Voſſium lib. 1. de Hiſt. Græcis c. 9. atque inprimis Jonſium de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ lib. 1. c. 14. Non ſine ſumma voluptate illud Ariſtoxeni opus legi potuiſſe teſtatur Plutarchus lib. quod non ſvaviter vivi poſſit ſecundum Epicurum p. 1093.

Ἐπιμήθεια. Ita enim legunt viri docti locum Fulgentii 2. Mythol. c. 9. ubi de Prometheo: *Nam & Ariſtoxenus in Epimetheiorum libro quem ſcripſit ſimilia profert.* Alii corrupte in *Lindoſecemiarum* vel *lineoſeremiarum*. Frigidum quoque eſt quod in MS. Leidenſi reperit Vir Cl. Tho. Munkerus: *in livido ſententiarum libro*; & frigidior ejusdem libri veteris gloſſa: *in qua diſputat de livore id eſt invidia.*

Ἰσοείας. Suid. Vide infra Ὑπομνήματα ἰσοεικά, & paulo ante in Βίοι.

Περὶ Μουσικῆς *libri de Muſica* ab Harmonicis diverſi, in quibus alias partes Muſicæ Rhythmicam, Metricam, Organicam, Poeticam & Hypocritiam, tum & hiſtoriam Muſicam tradiderat. Vide Meibomium ad Ariſtox. p. 78. Jonſium p. 78. Ariſtoxenus ἐν τετάρτῳ περὶ μουσικῆς Athen. XIV. p. 616. in quarto περὶ μελοποιΐας laudatur à Porphyrio ad Harmonica Ptolemæi p. 298. Reſpicit forte Suidas in σκολιόν.

2011 Ministerio de Cultura

Παιδευτικοὶ νόμοι. Laudat Ammonius in αἰδώς, respiciuntque scholia græca ad Hesiodum p. 54. a. 81. b. Librum decimum Laertius VIII. 15.

Πολιτικοὶ νόμοι. liber octavus allegatur ab Athenæo XV. p. 649.

Πεξιδαμαίτεια. Harpocratio in Μυσαῖος. Confer Reinesium p. 39. Var. lect. & Jonsium p. 76.

Τὰ σποράδην. Laert. I. 107. seq.

Συγκρίσεις. Athen. XIV. p. 631.

Σύμμικτα συμποτικά. Athen. XIV. p. 632.

Περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως. librum primum allegat Etymol. in σίκιννις. Numerus libri excidisse videtur apud Harpocrat. in κορδακισμός.

Περὶ τραγῳδοποιῶν. Ammonius librum primum laudat in ῥυεδην.

Σύμμικτα ὑπομνήματα, è quorum libro decimo sexto varia παράδοξα & ἀπίθανα collegerat Sopater libro quarto Eclogarum apud Photium cod. 161. p. 176. Confer supra τὰ σποράδην.

Τὰ κατ' Ἐρασὺ ὑπομνήματα Athen. XIV. p. 619.

Ὑπομνήματα ἰσθμικά Laertius IX. 40. Hoc opus Meursius respici putat à Plutarcho in Lycurgo extremo, etsi Jonsius mavult petitum ex opere de vitis.

Diversi à nostro sunt, ut Jonsio pridem observatum, (1) Aristoxenus Selinuntius poeta Epicharmo antiquior & ab Eusebio relatus ad Olymp. XXIX. Hephæstion Enchiridio p. 25. Ἀριστόξενος ὁ Σελινούντιος Ἐπιχάρμου πρεσβύτερος ἐγένετο ποιητὴς ὃς καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνημονεύει ἐν λόγῳ, καὶ Λογγῖνος &c. (2) Aristoxenus Cyrenaicus Philosophus nulla re nisi gula celebris, dictusque κωλὴν sive ventrosus, teste Athenæo I. p. 7. Confer Suidam in Ἀριστόξ. (3) Aristoxenus Medicus Herophileus Alexandri Philalethis qui Demosthenem Philalethem Ophthalmicum audierat discipulus, cujus librum XIII. περὶ ἡροφίλου αἱρέσεως laudat Galenus 4. de diff. pulsuum T. 3. p. 49.

III. De EUCLIDIS Isagoge Harmonica à *Cleonide* & *Pappo* olim recensita, dictum est infra in scriptis Geometræ hujus celeberrimi; uti de NICOMACHI Gerasseni Isagoge Musica, CLAUDII PTOLEMÆI Harmonicis, PORPHYRIIQUE in ea commentariis, & PLUTARCHI dialogo de Musica, egi libro IV: uti de PSELLI synopsi, libro V. ubi scripta cujusque horum sum persecutus. De THEONE Smyrnæo supra hoc ipso libro c. V. §. 21.

IV.

2011 Ministerio de Cultura

IV. ARISTIDES QUINTILIANUS post Ciceronem scripsit, ex cujus libris de Rep. quæ adversus Musicam disputata erant perstringit lib. 2. p. 70. opponens illa his quæ idem Cicero in Roscii histrionis laudem dixerat. Porro scripsisse videtur ante Ptolemæum, cujus in tam prolixo opere non omisisset mentionem, si ejus Harmonicis uti potuisset: quanquam neque alios, excepto Aristoxeno lib. 1. p. 22. & 23. allegat Musicos, sed tantummodo Homerum, Hesiodum, Platonem & lib. 2. p. 106. Heraclitum, tum vetus Oraculum de Medorum clade ad Platæas lib. 3 p. 161. Per *παλαιοτέρους* vero (quibus lib. I. p. 21. *παίνυ παλαιοτάτους* & p. 23. *νεωτέρους* opponit) atque *ἀρχαίους* subinde intelligit Pythagoricos, è quibus in proœmio affert *θεῖον* ut ait *λόγον ἀνδρὸς σοφῦ Παναίτιεω ἓ πυθαγορείου*, & illorum vestigiis passim insistit, quos lib. III. p. 145. & 158. vocat *σοφὺς ἄνδρας καὶ ἀληθείας ἰχνευτὰς*, & Pythagoram laudat lib. 1. p. 28. lib. 2. p. 110. lib. 3. p. 116. 145. Præcipuum vero argumentum quo M. Meibomius ante Ptolemæum scripsisse Aristidem evincat, promit ex eo, quod lib 1. p. 22. & 23. tantum meminit eorum qui cum Aristoxeno tredecim, & cum aliis post Aristoxenum quindecim tonos admittebant, non vero eorum qui cum Ptolemæo septem solos recipiebant tonos. Vossius * ait Aristidem hunc memorari ab Athenæo in Dipnosophistis. Sed Aristoclem de Musica laudat Athenæus & Aristoxenum, Aristidem quod sciam nusquam, & in Indice scriptorum ab Athenæo allegatorum qui in editione Rhotomagensi exstat, pro Aristide *περὶ τῆς μουσικῆς* 462. 40. legendum Aristocles 4. *περὶ μουσικῆς*. 620. Cæterum Marcianus Capella ex Aristide nostro multa ad verbum in librum suum nonum transtulit, ut Meibomio probe animadversum, qui p. 208. etiam docet accessiones libello Euclidis de Musica in codice Fulvii Ursini insertas, quas edidit Possevinus libro XV. Bibl. selectæ, ex Aristide descriptas esse. Idem præstantissimus Meibomius, *Ἀριστείδου κοϊντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς βιβλία γ'*. Aristidis Quintiliani libros III. de Musica ad *τιμιωτάτους ἑταίρους* suos *Eusebium* & *Florentinum* scriptos primus è Codice Josephi Scaligeri, qui exstat in Bibl. publica Academiæ Lugd. Bat. etsi lacero & sexcentis locis corrupto edidit & latine vertit, notisque illustravit, in quibus usus est apographo Seldeniano Codicis Magdelenensis ** Bibl. Oxonii, & variis lect. Codicis Bodlejani, tum

* Voss. de scientiis Math. p. 94.

** Magdalenensis codex est vetustior. Vide notas Historicas ad Chron. marmoreum Arundelianum p. 171. edit. Prideausii.

2011 Ministerio de Cultura

ex codice Bibl. Regis Galliæ & altero Barberino loca quædam depravatiora & diagrammata reſtituit, beneficio Salmaſii, & Allatii qui illa cum ipſo communicaverunt. Lucem vidit Ariſtides Meibomii una cum reliquis ſex Græcis Muſicis, & Marciani Capellæ, quem circa Apuleji tempora vixiſſe putat, libro nono, qui de Muſica tractat ad binos codices MSS. Leidenſes recenſito Amſt. 1652. 4. *Incomparabilem antiquæ Muſicæ auctorem & vere exemplar unicum, nunc primum Græce & latine damus. Quicquid olim Ariſtoxenii de Harmonica & reliquis Artis partibus docuerunt: quicquid omnis Antiquitas de moribus Muſicæ formandis, de naturalibus rebus muſice ab omnipotenti Deo conſtitutis, adeoque de univerſi harmonia commentari potuit, unus Ariſtides Quintilianus tam concinna brevitate tribus libris expoſuit, ut omnium veterum Muſicorum diſciplinam æque ac gloriam in ſuum opus congeſſiſſe videatur.* Hæc de Ariſtide ſuo Meibomius. Intercidit ejusdem ſcriptoris *liber de Poetica*, in quo, ut lib. 2. Harmonic. p. 87. teſtatur, accurate egerat de duabus artis poeticæ partibus, μιμήσει & διηγήσει.

V. BACCHIUS Muſicus Ariſtoxenius, (à nonnullis male appellatus *Vacceus*, ex uſitata literarum B. & V. permutatione) ſcripſit εἰσαγωγὴν μουσικὴν ſive Harmonica & Rhytmica elementa, quæſtionibus & reſponſionibus. Hanc *Græce* primus vulgavit *Marius Merſennus* in commentario ad ſex prima Geneſeos capita Pariſ. 1623. fol. p. 1887. ſeq. *Gallice* idem Merſennus convertit ibid. 8. in qua interpretatione nonnulla deſiderat M. Meibonius in extremo prolegomenon ad Muſicos Græcos. Prodiit & ſeparatim Græce cum verſione *Federici Morelli* Pariſ. 1623. 8. quam verſionem, cum ſuam ederet, idem Meibomius non vidit. *Franciſcus* quoque *Gafurius* de harmonia Muſicorum inſtrumentorum, libro & capite primo, teſtatur ſe Manuelis Bryennii, Bacchii, Ariſtidis Quintil. & Gaudentii commentarios Muſicos latine vertiſſe. Denique Meibomius è codice Scaligeri emendatiorem græce edidit cum ſua verſione & notis Amſt. 1652. 4. teſtatus in eodem Scaligeri MSto poſt hanc introductionem ſequi alterum tractatum qui ſimiliter inſcribitur εἰσαγωγὴ τέχνης μουσικῆς Βακχείου τοῦ γέροντος. Initium eſt: Τῇ μουσικῇ τέχνῃ πᾶσαν τὴν δογματοποιΐαν συμπεπάχθαι φησὶ πρὸς τὴν ἀκοήν: (quem principio leviter immutato totum habet Bryennius lib. II. ſect. VI. p. 414. ſeq.) Deinde alia adhuc fragmenta, quorum prius ſic incipit: ῥυθμὸς συμέσηκεν ἔκτε ἄρσεως καὶ θέσεως καὶ χρόνου τοῦ καλουμένου πρός τισι κενοῦ. Alterum poſt duas paginas quarta plicatura ſcriptas, ita: Μουσική ἐστιν ἐπιστήμη περὶ μέλος τέλειον. *Quæ excerpta*, inquit Meibomius

2011 Ministerio de Cultura

mius, *cum multa in iis sint Musicæ Antiquitatis vestigia, Græce & latine aliquando dabimus.* Ultimo subjunguntur duo Epigrammata & totidem hymni. Epigrammatum prius, in quo Bacchii mentio, ita emendatum ibidem Meibomius exhibet:

Τῆς μυσικῆς ἔλεξε ΒΑΚΧΕΙΟΣ χέρων
Τόνους, τρόπους, μέλητε καὶ συμφωνίας.
Τοῦτῳ σωφδὰ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ γράφων
Τὸν παμμέγιστον δεσπότην Κωνσαντῖνον
Σοφὸν ἔρασην δείκνυσι τεχνημάτων.
Τὸν τ' ἁπάντων χδ' σεφῶν τεχνημάτων
Ἐφευρετήν τε καὶ δότην πεφηνότα
Τάυτης σεσοῆκεν ἐδαμῶς εἶναι ξένον.

Hujus ut suspicor *DIONYSII* Musici sub Constantino M. clari hymnum ad Musam, notis antiquis Musicis instructum, ex schedis à Vincentio Galilæo ad se transmissis Græce edidit Erycius Puteanus in Hermathena (primæ editionis Hanov. 1602. 8. c. VIII. nam in editione Lovaniensi A. 1615. est omissus) Eundem hymnum & alium præterea in Apollinem, aliumque in Nemesin * cum similibus Musicis antiquis notis vulgavit

* Eosdem tres hymnos memorat Salmasius Epist. 49 ad Peirescium: *J'ay û autre fois dessein de concilier la Musique ancienne avec le moderne, & voir en quoy elle pouvoit differer d' avec la nostre. J'ay vû pour cet effet tout ce que j'ay pû rencontrer d' escrits en cette matiere par les Bibliotheques ou j'ay û entrée, et principalement en la langue Grecque. J'ay vû tous ceux que marque le Sr.* Doni *dans sa lettre, & le meilleur de tous, & le plus exact est le* Ptolemée *qui est en la Biblotheque du Roy. Pour l'* Aristoxene *que nous à donnê Meursius, comme il'est le plus ancien, aussi est il le plus corrompu. Le* Nicomache *est dans la meme Bibliotheque, & quasi tous les autres. Quant à l'* Aristides, *il est écrit de main recente, & il y a à la fin ces* 3. hymnes de Dionysius, *que j' avois aussi transcrits autre fois, J'ay conferé encor les deux MSS. de* Boëce *qui sont dans la dite Bibliotheque & fort anciens pour en tirer* le decret des Ephores contre Timotheus *qui ne se trouve que là & que j'ay restitué en beaucoup d' endroits par le moien du MS. & de mes conjectures, l' ayant remis tout autrement qu' il n'est dans les animadversions de Casaubon sur l' Athenée ni dans les Notes de Scaliger sur le Manile. J'ay aussi un petit commentaire tout prest* de Instrumentis Musicis veterum, *ou j'ay taché de monstrer quelle difference il y avoit inter* citharam & lyram, *que beaucoup confondent, & la quelle de deux approche le plus de nostre Lut, y traittant aussi de la* Cynire *& du* Psalterion *des Hebreux. Je pensois le donner incontinent aprés mes exercitations sur Solin, mais d' autres pensées m'en on diverti. Je me rejouis fort que Mr.* Doni (Jo. Baptiste Doni dont

2011 Ministerio de Cultura

gavit & ſubjunxit Joh. Fellus ad calcem Arati cum Scholiis Græcis editi Oxoniæ 1672. 8. addita diatribe de Muſica antiqua Græca, quam claudit ſpecimine alio Muſicæ veteris, fragmento viz. *Pindari*, quod notis veteribus Muſicis inſtructum in Bibl. Monaſterii S. Salvatoris juxta portum Meſſanenſem in Sicilia reperit, editq; Kircherus T. 1. Muſurgiæ p. 541. De cætero plures fuerunt Bacchii. Nam inter eos quos audivit M. Antoninus Imp. primum ipſe memorat Bacchium lib. 1. ſect. 6. Alius Bacchius Mileſius quo Plinius in Hiſt. nat. uſus eſt, quemque de re ruſtica ſcripſiſſe teſtantur Varro ac Columella. Alius Bacchius Medicus Herophileus & Empiricus, patria Tanagræus, qui Erotiano teſte tribus libris expoſuit voces difficiles Hippocratis, & in *Hippocratis libros Epidemiorum* ſcripſiſſe refertur à Galeno l. 1. in VI. Epid. T. 5. p. 442. & 2. in III. Epidem. p. 413. ubi τὴν τοῦ Βακχείου χωρολύην ἔκδοσιν memorat. *In Aphoriſmos* id. in VII. 64. p. 328. Malagmate ejus uſus Cæſar (Auguſtus) id. T. 2. edit. Gr. Baſil. p. 412. Sententia ejus de pulſibus

T. 3.

dont on a un livre de præſtantia Muſicæ Veteris, à Florence A. 1647. 4. & un autre: Generi è modi della Muſica Rom. 1635. 4. & annotazioni ſopra queſto libro. id. 1640. 4.) *ait entrepris cette beſogne, & eſpere d' y voir ce que je ne pourrois voir ailleurs. Pour le Pere* (Merſenne, qui pourtant à donné Bacchius en Grec & François: & à bien fait dans ſon Harmonica en VIII. livres; & dans ſes IV. livres des Inſtruments Muſiqves, a Paris 1648. fol. & dans les autres IV. de la Harmonie id. 1644. 4. & en ſon ſavant Commentaire ſur le ſix premiers chapitres de la Geneſe) *je n' entend pas grand choſe de luy: il eſt homme de grande lecture, mais il ne me ſemble pas eſcire avec trop de jugement: & pour la piece Arabique que vous luy avez envoyée je ne vois non plus qu'il en puiſſe bien faire ſon profit, car il n' entend pas la langue, & ne ſçay perſonne à Paris qui luy puiſſe beaucoup aider, ſi ce n' eſt Mr. Gabriel Sionita. Mr. Golius auroit fort envie de voir cette piece: il à l' Avicenne de la Muſique, & encor un autre écrit Arabe. Outre cela il à encores un autre* moderne latin de CCC ou CCCC ans, *qui à ẽcrit tres-exactement en cette matiere, & m' á dit n' avoir point vû aucun auteur, ni Grec ni Latin, ni Arabe, ancien ni moderne, qui l' aye mieux traitté. En fueilletant les Catalogues des livres qui ſe trouvent ês Bibliotheques d' Angleterre, j'y ay remarqué les livres de Muſique qui ſuivent:* Auguſtini de Muſica Eccleſiaſtica, *ſeptem exemplaria in VII. diverſis Bibliothecis.* Boethii Muſica *in IV. Bibliothecis: in unâ adjunctum eſt opus* Anonymi de Muſica, *quod eſt etiam in MS. Bibliothecæ Bodlejanæ.* Emanuelis Bryennii ἁρμονικὰ βιβλία, *in duabus Bibliothecis.* Ariſtides Quintilianus de Muſica, *Græce ſemel in Oxonienſi.* Gvaltherus Monachus de ſpeculatione Muſicæ, *ſemel in Cantabrigienſi.* Hogeri Abbatis excerpta ex Auctoribus Muſicæ Artis, *ſemel ibidem.* Anonymi expoſitio Muſicorum inſtrumentorum Veteris teſtamenti. Ariſtides Quintilianus de Muſica & Atiſtoxeni Harmonica *exſtant MSS. in Bodlejana.* Cl. Ptolemæi Harmonica cum enarrationibus Porphyrii, *Auguſtæ Vindelicorum.* Ariſtides Quintilianus, *ibidem.*

2011 Ministerio de Cultura

T. 3. p. 47. ὁ μὲν ἐν Βακχείῳ ἐν ταῖς ἄλλαις ἀκροάσεσι &c. Mentio & Bacchii hujus apud Cœlium Aurelian. II. tardar. 10. Alius Bacchius Judæus, Plautio Pompeji legato supplex, de quo vide Laur. Begerum thesauri Brandenb. p. 572. Alius Bacchius pro quo & Pythagora oationem Lysias conscripsit. Alius denique Bacchius gladiator, de quo Horatius lib. 1. Sat. 7. v. 20.

- - - uti non
Compositus melius cum Bitho Bacchius, - - -

Mihi quam proxime à vero videntur aberrare illi, quibus auctor introductionis in Musicam videtur is ipse, qui M. Antoninum primus, & forte in Musicis instituit, nam ante omnia pueros ingenuos Musicam edoctos & literas, notum est vel ex Terentii Evnucho:

- - - fac periculum in literis,
Fac in palæstra, in Musicis: quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, sollertem dabo.

Neque Græcis alium fuisse morem probat Quintilianus lib. 1. Inst. Or. c. 17. Marco quidem Meibomio, viro de Musica veterum meritissimo Bacchius iste recte videtur Manuele Bryennio antiquior: quo autem argumento eundem Ptolemæo faciat juniorem, qui sub Antonino Pio Marci Parente scripsit, haud comperi. Morellus in sua editione vocat Iatrosophistam, eundem putans cum Bacchio Medico Herophileo.

VI. ALYPIUS à Cassiodoro de Musica p. 588. præponitur Euclidi ac Ptolemæo: saltem ante Claudium Ptolemæum scripsisse M. Meibomio videtur, licet Meursius existimat eundem hunc esse Alypium Alexandrinum Jamblichi æqualem, de quo Eunapius in vitis Sophistar. παλεκλικώτατον eum appellans, & in patria senem obiisse testatus. Ad alium ut videtur Alypium, Cæsarii fratrem, (licet & hunc cum superiori eundem Meursius putat) binæ exstant Juliani Epistolæ XXIX & XXX. quarum priore eum ad se invitat Imperator, posteriore gratias agit pro transmissa ad se Geographia (Non Geometria, ut Meurs.) & tabula Geographica, cui Jambos adposuerat, laudatque ejus δεαιρέσιον in rep. gerenda, quod Philosopho Alexandrino, qualem describit Jamblichus, parum convenire videtur, bene autem convenit Alypio Antiochensi, ex præfecto Britanniarũ, cui Hierosolymitani templi instaurandi negotium commisit Julianus teste Ammiano XXIII. 1. & cujus mentio Alypii in Libanii Epistolis, & apud Ammianum XXIX. 1. ubi

2011 Ministerio de Cultura

1. ubi Hierocles ejus filius memoratur, à quo distingvendus Hierocles Alypii ἀνεψιὸς, eidem memoratus Libanio Epist. ad Basilium. Cæterum Geographiam ab hoc Alypio ad Julianum missam plane diversam esse à Veteri orbis descriptione nescio cujus scriptoris, cujus antiquam interpretationem edidit atque iterum Græce vertit Jacobus Gothofredus, recte observatum Clariss. Bælio in Lexico Hist. qui videndus etiam de Alypio Episcopo Tagasteno amico Augustini, eum loquentem inducentis in libris de ordine & adversus Academicos: tum de Faltonio Probo Alypio Præfecto Urbis Romæ, ad quem Symmachi Epistolæ. Alius ab his videtur Alypius quem Christianum Gregorius Naz. innuit & Epist. 147. κοινὸν τ̃ φιλοσόφιον σεμνεύτην καὶ τ̃ ὀρφανῶν κηδεμόνα vocat. Alius Alypius Arianus, ad qnem Isidorus Pelusiota III. 112. Epist. cujus ad tres minimum diversos Alypios præterea exstant literæ. Ab his omnibus non minus, quam ab Andronico Alypio, quem inter Græcorum Historicos ad extrema Danielis intelligenda necessarios laudat Hieron. præf. ad Danielem, diversus esse videtur Alypius, cujus εἰσαγωγὴ μουσικὴ sive *Introductio Musica* Græce primum edita est à Meursio ex codice Josephi Scaligeri, sed non admodum diligenter descripta Lugd. Bat. 1616. 4. Hinc excerpta ex Alypio dedit Athanasius Kircherus libro VII. Musurgiæ editæ Romæ A. 1650. fol. testatus etiam integrum latine se transtulisse p. 540. Sed tabula veterum notarum Musicarum, quam eodem loco ex Alypio Kircherus exhibet, tam vitiose expressa est (ne omissa jam memorem) ut ducentos amplius errores in illa exstare affirmet M. Meibomius, qui non tantum Græca ex codice Scaligeri (quem p 79. & Kircheri Codicem ex eodem MSto profluxisse existimat) adhibitis Bodlejani, Barocciani, Barberini & Seldeniani MSS. subsidiis emendate edidit, notasque Musicas veterum restituit primus, sed & latinam versionem ac notas adjunxit. Amst. 1652. 4. Exstat & MS. in Bibl. Vaticana.

VII. GAUDENTIUS Philosophus, qui videtur & ipse ante Ptolemæum scripsisse, Aristoxeni vestigiis insistens composuit ἁρμονικὴν εἰσαγωγὴν sive *introductionem Harmonicam*, in cujus limine iniquos & imperitos lectores arcet nota formula:

Ἀείδω ξυνετοῖσι, θυρὰς δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Hunc elegantem libellum duobus locis commendat Cassiodorus Senator, licet Gaudentius ipse quis qualis ve fuerit, vel quando vixerit, non magis videtur illi quam nobis perspectus fuisse. *Gaudentius quidam*, inquit,

2011 Ministerio de Cultura

quit, *de Musica scribens Pythagoram dicit hujus rei invenisse primordia ex malleorum sonitu* * *& chordarum extensione percussa, quem amicus noster vir disertissimus* Mutianus *transtulit in latinum, ut ingenium ejus assumti operis qualitas indagaret.* Mutianus iste Gaudentii interpres, idem est Mutianus Scholasticus qui Chrysostomi homilias quasdam latine convertit, ac vir disertissimus dicitur ab eodem Cassiodoro c. 8. divin. lect. cujus & alterum de Gaudentio locum apponam: *Gratissima ergo nimis utilisque cognitio, quæ & sensum nostrum ad superna erigit, & aures modulatione permulcet; quam apud Græcos* Alypius, Euclides, Ptolemæus *& cæteri probabili institutione docuerunt. Apud latinos autem vir Magnificus* Albinus *librum de hac re compendiosa brevitate conscripsit, quem in Bibliotheca Romæ nos habuisse atque studiose legisse retinemus. Qui si forte gentili incursione sublatus est, habetis hic* Gaudentium Mutiani *latinum; quem, si sollicita intensione legitis, hujus scientiæ vobis atria patefacit. Fertur etiam latino sermone & Apulejum Madaurensem* ** *instituta hujus operis fecisse.* Istum Gaudentii librum primus è Patricii Junii Codice per Seldenum transmissо, quem cum altero Saviliano & tertio vetustiore Barocciano Langbainius contulerat, edidit laudatus *Meibomius*, & perdita pridem Mutiani versione novam ipse interpretationem & notas adjunxit Amst. 1652. 4. Editurus eundem fuerat *Edmundus Chilmeadus* vir doctus & illustrato Malalæ Chronico celebris, sed postquam de Meibomiana Musicorum editione inaudierat, libenter illum istius curis expoliendum permisit. De aliis tribus Gaudentiis Christianis Brixiensi, Tamugadensi Donatista & Novariensi, videndus Cavèus ad A. C. 387.

VIII. MANUEL BRYENNIUS (Idem forte qui sub Palæologo Seniore circa A. C. 1320. floruit, vide Cangii familias Byzantinas p. 177.) *libros tres* scripsit Ἁρμονικῶν, quorũ primus instar cõmentarii est in Musicam Euclidis, quemadmodũ etiam in MStis quibusdã codicibus inscribi-

* Experientiæ hoc repugnare ait Angelus Bontempus. Vide interim Gaudentium p. 13. seq. edit. Meibomii, & eadem narrantem Nicomachum lib. 1 Enchirid. Harmonices p. 10. seq. & ex hoc Boethium lib. 1. de Musica c. 10. & Jamblichum in vita Pythagoræ c. 26. quem postremum scriptorem sexcentis emendatum locis Ludolpho Kustero accuratissimæ eruditionis Viro propediem debebunt harum literarum studiosi.

** i. e. institutiones Musicas scripsisse, non vero quod doctiss. Meibomius ex hoc loco colligere videtur præf. ad Aristidem, Gaudentii Harmonica latine transtulisse: quod ex ipso Cassiodoro videtur posse refelli, neque enim Mutianus vertisset, si jam exstitissent translata ab Apulejo.

2011 Ministerio de Cultura

tur, ut colligas ex Labbei Bibl. nov. MSS. p. 118. Certe Euclidem fere χρῶ πίδα sequitur, nisi quod particulam postremam περὶ μελοποιΐας tradit demum lib. III. sect. 10. & ubi Euclides τὸ σωηημμένων πεντάχορδον interpolaverat, Bryennius id resecuit. Liber secundus & tertius pro commentario in Harmonica Ptolemæi possit haberi, quem nominetenus laudat p. 377. 387. 459. 476. 499. ut Aristoxenum p. 396. 400. 476. 506. Nicomachum Gerasenum p. 364. Pythagoram p. 365. ac Terpandrum p. 361. 484. Hermetem p. 362. 410. antiquiores Harmonicos è Pythagoreorum secta p. 499. Quanquam vero ex Euclide, Aristoxeno, Nicomacho aliisque nonnulla passim inserit, neque ut in Euclide ordinem Ptolemæi sequitur, tamen quæ Ptolemæus toto libro secundo & libri primi binis ultimis capitibus tradit, inprimis recoquit prolixiusq; edisserit Bryennius, p. 410. testatus diligenter se vitare κενολογίαν, & sæpius professus se in gratiam juniorum, perspicuitati studere. Hoc ipsius opus ut reliquos hactenus dictos edere & illustrare Meibomius promiserat: sed cum tardaret, laborem hunc qui optime potuit occupavit Anglus πολύμαθέστατος Joh. Wallisius * à quo Bryennii Harmonica ex tribus Codicibus MSS. præstantissimo uno Magdalenensis Collegii Oxoniæ, & aliis duobus Bibl. Bodlejanæ Græce edita habemus, addita latina versione, in tomo tertio Operum Wallisii Oxon. 1699. fol. in quo habentur etiam Ptolemæi Harmonica cum Porphyrii Commentariis.

IX. De Musica plurimi olim scripserunt, è Philosophis, Pythagoricis præsertim, atque ut Plutarchus auctor est, è Platonicis ac Peripateticis. Nonnullos quorum scripta periere, annotavit Joannes Meursius in limine notarum ad Aristoxenum p. 127. seq. quibus & ipse alios, & scriptorum loca quædam adjunxi.

Agenor Mytilenæus. Aristox. lib. 2. Music. p. 36. à quo secta Musicorum Agenoria, ut ab Eratocle Eratoclea, & Epigonia ab Epigono Ambraciota: & à Damone qui Socratē Musicā docuit, Damonia: Ac post Aristoxenum Archestratia, Agonia, Philiscia, Hermippia &c. Porphyr. in limine commentarii ad Harmonica Ptolemæi.

Antisthenes περὶ μουσικῆς Laert. lib. II. sect. 17.

Archytas Tarentinus, de cujus ἁρμονικῷ dixi libro 2. c. 13.

Aristocles ἐν τῷ περὶ μουσικῆς Athen. XIV. p. 620. ἐν πρώτῳ περὶ χορῶν. ib.

Aristo-

* Obiit vir præstantissimus Oxoniæ, mense Novembri A. 1704. nonagenario propior.

2011 Ministerio de Cultura

Aristoteles de quo supra cap. VII. Cæterum à Kirchero in Musurgia T. 1. p. 545. cum inter veteres Musicos, quorum scripta servantur in Bibl. Collegii Jesuitarum Romani, Aristotelem nominat, puto innui ejus librum περὶ ἀκουσμῶν, non librum perditum περὶ μουσικῆς.

Democritus Laert. IX. 48.

Dicæarchus ἐν τῷ περὶ μουσικῆς. Schol. Comici ad Nubes v. 1367. ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων. id. ad Ranas v. 1335. & ad Vespas v. 1190.

Didymus Pythagoricus περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν Ἀριστοξενείων καὶ Πυθαγορείων de quo supra lib. 2. c. 13.

Dionysius Halicarnassensis junior sub Adriano Imp. clarus teste Suida in Διονύσιος, scripsit μουσικῆς ἱστορίας libros XXVI. quibus tibicines, citharoedos & poetas omnis generis celebravit: tum μουσικῆς παιδείας ἢ διατριβῶν (μουσικῶν) libros quinque, & de iis quæ Musice dicta sunt in Rep. Platonis. Alius Dionysius Musicus sub Constantino M. de quo Epigramma Græcum quod paulo ante num. V. in Bacchio afferebam. Dionysius Musicus ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὁμοιοτήτων. Porphyrius ad Ptolemæi Harmonica p. 219. Halicarnasseum vocat p. 267.

Epicurus περὶ μουσικῆς Laert. lib. X. sect. 28.

Eratosthenes laudatur in Harmonicis Ptolemæi & à Theone Smyrnæo ubi de Musica agit. Confer Porphyrium p. 267. ubi laudat & Demetrium Mathematicum, & Diodorum.

Heraclides Ponticus. Laert. lib. V. sect. 87. Plutarchus & Athenæus, quorum loca jam adscripsit Menagius in notis. His adde, quod Heraclidem ἐν τῇ μουσικῇ εἰσαγωγῇ laudat Porphyrius ad Ptolemæi Harmonica p. 213.

Jades Ἰάδης περὶ μουσικῆς. Didymus apud Priscian. de ponderibus p. 1350.

Lasus Hermionensis qui primus de Musica scripsit, æqualis Xenophanis ut docet Plutarchus de vitioso pudore p. 530. & Simonidis teste Aristoph. in Vespis. Mentio ejus apud Herodotum, Aristoxenum & multos alios veteres, ut pridem notatum viris doctis laudatis à me lib. 1. c. 16. §. 4.

Mintanor Musicus τῶν κρεμαστοποιῶν, libro artis Musicæ. Fulgent. lib. 1. Mythol. c. 1 & Schol Statii ad Thebaid. III. 661.

Nicostratus, nescio an huic catalogo inserendus propter hæc auctoris fragmenti Censorino subjecti c. 10. *Rhythmus creditur dictus à Rhyth-*

2011 Ministerio de Cultura

Rhythmonio Orphei F. & Idomeneæ Nymphæ Maricæ, ut tradit Nicostratus libro quem composuit de Musico fratre Rhythmonii.

Panætius junior ἐν τῷ περὶ τῆς ιζ΄ Γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν λόγων καὶ διαστημάτων. Porphyr. p. 244. ad Ptolemæi Harm.

Philolaus Pythagoricus plus simplici vice laudatur in Musicis à Boethio. p. 1342. 1422. 1423.

Phyllis Delius libro secundo περὶ μουσικῆς Athen. XIV. p. 636. περὶ αὐλητῶν id. p. 634. Meminit & Suidas in σκολιόν & Schol. Aristophanis ad ranas v. 1335. & ad Vespas v. 1190.

Ptolemais Cyrenaica ἐν τῇ πυθαγορικῇ τῶν μουσικῆς στοιχειώσεων. Porphyr. ad Harmonica Ptolemæi p. 207. 208. 209.

Pythagoras Zacynthius. Aristox. lib. 2. p. 36. Confer, si placet, quæ de hoc dixi lib. 2. c. 12. §. 3.

Simmias Thebanus. Laert. lib. 2. sect. 124.

Simon Socraticus. Laert. lib. 2. sect. 122.

Theophrastus, de quo capite superiore IX.

Thrasyllus à Theone Smyrnæo laudatus & à Porphyrio p. 266.

E *latinis* perierunt *Varro* *, *Albinus*, *Apuleius*, & *Mucianus* Gaudentii interpres. Exstant *Marcianus Capella*, *Augustinus*, *Boethius*, *Cassiodorus*, *Beda*, ut Bernardum, Hermannum Contractum, Gvidonem Aretinum, Albertum M. & juniores omittam, è quibus tamen haud prætereundus Georgius Valla, qui ex veteribus Græcis tum adhuc ineditis pleraque congessit in opus suum de rebus expetendis lib. V - IX.

X. Latent insuper, vel feruntur latere etiamnum, in variis Europæ Bibliothecis scriptores quidam Græci Musici, ut:

Adrasti Peripatetici (Theoni Smyrnæo & Porphyrio plus semel laudati) Harmonicorum libri tres, quos in Bibliotheca Cardinalis à S. Angelo quæ deinde fuit Cardinalis Farnesii fratris servatos testatus est Scipio Tettus Neapolitanus indice librorum nondum editorum quem Bibliothecæ MS. librorum p. 167. inseruit Labbeus. De hoc Adrasto Marcus Meibomius præf. libri de proportionibus: *auctorem ex quibusdam locis notum auro redimere vellem.*

Dioclis quoque Harmonica ajunt latere in Italiæ Bibliothecis. Et Diocles Elaita Gorgiæ Leontini discipul⁹ μουσικὰ γεγραφώς memoratur Suidæ in Ἀλκιδάμας. Memoratur & eidem Suidæ suo loco Diocles Athenienfis sive Phliasius Comicus, quem dicit auctorē fuisse sin-

* Meminit Claudianus Mamertus II, 8, de statu animæ.

2011 Ministerio de Cultura

singularis harmoniæ in theatro adhiberi solitæ, de quo consule ubi iubet Casaubonum IV. 4. ad Athenæum.

Georgii Pachymeræ Harmonica Græce MSS. in Bibl. Caroli de Montchal teste Labbeo p. 191. & 181.

Joh. Pediasimi de Symphoniis Musicis id. p. 118.

Nicephori Gregoræ in Harmonica Ptolemæi.

Theodorum Sophianum memorat Gesnerus, & de Musica Græce scripsisse testatur in Pandectis sive partitionibus Universalibus p. 82. *Callimachum* quoque nominat Kircherus in Musurgia lib. VII. T. 1. p. 546. referens monumenta Musicorum veterum quæ Græce Msta uno ingenti tomo possidet Collegium Jesuitarum Romanum. Magis etiam mirandum est quod p. 139. lib. III. c. 13. *Non dicam hoc loco*, inquit, *de variis ac diversis antiquis, Aristoxeno*, Archyta, Dydimo, Eratosthene, *aliisque, quorum omnium manuscripta penes me habeo, factis divisionibus* tonorum &c. Equidem non præter rem hac in parte de fide Kircheri addubitavit Marcus Meibomius prolegom. ad Musicos antiquos. ***

Hagiopolites sive liber MS. de Musica Ecclesiastica recentium Græcorum (*Andreæ* forte *Cretensis*) quem allegat Cangius glossario græco in Φωνὴ, πλάγιοι ἦχοι, πνεῦμα, πλερὸν & alibi.

In Alex. Barvoetii Catalogo MSS. Bibl. Scorialensis memorantur *Jo. Glycæi* sive Dulcis, *Lampadarii*, *Moschiani* & aliorum Chironomia Musicæ artis. *Leonis* sapientis matutina Poemata XI. cum notis Musicis. Psalmodia qua urbs Thessalonicensis & Ecclesiæ Catholicæ magnæ utuntur, composita à Domestico Magistro *Cucuma*.

Joh. Glycæi sive Glyce Protopsaltæ Rhodi liber Musicus, sive opera ad notas Musicæ artis accommodata.

Constantini Moschiani & Gerasini Monachi Poemata diversa Ecclesiastica cum notis Musicis: Stichologia & Cantica & Psalmodiæ variæ Ecclesiasticæ variorum cum tropariis, hymnis & exapostilariis &c.

Agathonis, *Anthemii* Monachi & *Argyropuli* poemata Ecclesiastica cum notis Musicis recentioribus Græcorum, cujusmodi volumen est etiam in Bibl. Jesuitarum Lovanii, charactere recentiore, forma Enchiridii, cum titulo: Ἀρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῃ ἑσπερινὴ ποιήματα διάφορα ποιητῶν παλαιῶντε καὶ νέων. Ψάλλεται δὲ τὸ δίχορον

2011 Ministerio de Cultura

ρον καὶ ἀρχεται ὁ Δομέστικος ἐκ δεξιᾶς χορᾶς. Sub initium eſt explicatio notarum * Muſicarum ac vocum, poſtmodùm citantur Chryſoſtomus in Liturgia, Mauel Chryſaphe, Joannes Lampadarius, Panaretus, Palladas, Georgius, Agathon &c. in fine mutilus. Ejusdem farinæ fuerunt in Scorialenſi Bibl. ſub titulis Manuelis Lampadarii Chryſaphe de Pſallendi arte, & ipſius & aliorum poemata Eccleſiaſtica ad notas Muſicas accommodata.

Fragmentum cantici Eccleſiaſtici cum antiquis notis Muſicis in latina Eccleſia uſitatis MS. in Bibl. Vindobonenſi, vide Lambecium lib. 2. p. 763. 783. lib. 3. p. 138. 201. 207.

Latini inferioris ætatis qui de Muſica ſcripſerunt plures in Bibliothecis feruntur, ut Aurelianus Eccleſ. Rhemenſis Clericus, Anonymus Guidone Aretino aliquot ſæculis antiquior quem laudat Iſ. Voſſius de viribus rhythmi p. 91. Berno Abbas Augienſis, Conradus Monachus Hirſaugienſis, Guido Abbas S. Leufredi, Guilelmus Abbas Hirſaugienſis, Helpericus Monachus S. Galli, Hugbaldus Monachus Elvonenſis, Notkerus Epiſcopus Leodienſis, Osbertus Monachus Cantuarienſis, Theogerus Epiſcopus, &c. Sed de illis agere non eſt præſentis loci.

XI. De Muſicis ſcripſerant olim *Dionyſius* Halicarnaſſeus junior, teſte Suida, tum *Glaucus* Rheginus Italus, laudatus Plutarcho: & *Theophraſtus*, *Praxidamas* ac *Rufus*, de quibus Jonſius p. 76. ſeq. & 346. Ex eodem p. 77. adderem *Demetrium Phalereum*, ſed eum non de Muſica neque de Muſicis, verum de Poetis ſcripſiſſe invenio apud Laertium V. 80. Inter recentiores quoque, Muſicorum notitiam, ſed leviter admodum tradidere: *Joſephus Blancanus* in Chronologia celebrium Mathematicorum, Bonon. 1615. 4. *Hugo Sempilius* Craigbaitæus Scotus ad calcem librorum XII. de Mathematicis diſciplinis, Antvverp. 1635. *Jo. Georgius Ebeling* in Archæologiis Orphicis ſive Antiquitatibus Muſicis libro exiguæ rei neque ultra A. M. 3920. deducto, Stetin. 1675. 4. *Antonius Poſſevinus* Bibl. ſelectæ XV. 6. *Wolfgang Caſpar Princeps* in Hiſtorica deſcriptione Muſicæ quam Germanice edidit Dresdæ 1690. 40. Præ cæteris conſulere operæ pretium eſt quæ notaverunt tum editores Muſicorum veterum *Meurſius*, *Meibomius*, *Walliſius*, tum *G. J. Voſſius* libro de ſcientiis Mathematicis cap. XXII.

XII. Muſicæ Veteris inſtrumentorumq; Muſicorum accuratior

* Vide Cruſium Turco Græciæ p. 197. Rutgerſii Var. lect. II. 11. p. 132.

2011 Ministerio de Cultura

tior pleniorque Hiſtoria adhuc ab eruditis exſpectatur, etſi nonnulla hujus argumenti attigerunt *Athanaſius Kircherus* in Muſurgia ſua, libro præſertim ſeptimo: Rom. 1650, & Amſt. 1662. fol. *Erycius Puteanus* in Muſathena & itinereNoniano: *Jo. Guil. Stuckius* Antiquitatt. Convival. III. 20. *Guil. Alardus* libello de Muſica veterum, cui Coronidis loco *Mich. Pſelli* Synopſin Muſices, Græce cum verſione ſua ſubjunxit: Schleuſingæ A. 1636. 12. *Marius* præcipue *Merſennus* & *Joh. Baptiſta Donius* in ſcriptis variis ſupra ad §. V. memoratis, tum *Vincentius Galilæus* in dialogis quinque de Muſica antiqua & nova, Hetruſco Idiomate vulgatis, & *Joh. Andreas Angelus Bontempus* Peruſinus in Hiſtoria Muſica, quam eadem lingua Peruſiæ A. 1695. fol. edidit *Iſ. Voſſius* libello erudito de poematum cantu ac viribus rhythmi: *Petrus Gaſſendus* libro de Muſica, *Jo. Keplerus* libris de Harmonia Mundi. *Claudii Nicaſii* quam paravit diſſertatio de veterum Muſica, non vidit lucem: neque *Salmaſii*, de qua ſupra ad §. V. Neque *Jacobi Gaffarelli* liber de Muſica Hebræorum, memoratus Allatio p. 140. Apum Urbanarum: neque *Ouvrardi* denique Hiſtoria Muſicæ Veteris ac recentis, de qua vide ſi placet acutiſſimi & elegantiſſimi Viri Jacobi Bernardi Novellas relationes Reip. literariæ A. 1703. menſe Octobri p. 370. ſeq.

Lamp.

CAPUT XI.

Catalogus Philoſophorum Peripateticorum, Ordine Literarum digeſtus.

DE Ariſtotelis diſcipulis olim ſcripſerat *Nicander* Alexandrinus teſte Svida in Αιθρίων. De claris Peripateticis librum promiſit *Nunneſius* ad vitam Ariſtotelis p. 153. De iisdem agere voluit *Jonſius* in diſſertationibus poſterioribus de Philoſophia Peripatetica, poſt *Franciſcum Patricium*, qui hoc argumentum attigit libro X. diſcuſſionum Peripateticarum. Jam ecce tibi paucos hoſce ex infinitis:

Abus

2011 Ministerio de Cultura

Abus servus Stratonis Physici, testamento ejus manumissus. Laert. V. 63.

Achaicus à Simplicio in Categor. & Clemente Alex. ac Theodorito laudatus Peripateticis à Patricio accensetur, Sed Stoicus potius fuit, ut infra in hujus Sectæ assectis dicam.

Adimantus, Theophrasti ut videtur discipulus. Laert. V. 57.

Adrastus Aphrodisiensis, ἀνὴρ τὰ γνησίως περιπατητικῶν γεγονώς, scripserat περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους βιβλίων καὶ τῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας, teste Simplicio in Categorias. Laudat Adrastum hunc Achilles Tatius p. 82. Isagog. ad Aratum & p. 80. *In Categorias* scripsisse Adrastum testatur Galenus de libris propriis. Adrasti Peripatetici *libros tres Harmonicorum* asservari in Bibl. Vaticana & illa Cardinalis S. Angeli notavit Vossius de Logicæ natura p. 61. Allegatur opus illud à Theone Smyrnæo & Porphyrio ad Harmon. Ptolemæi, ut cap. superiore dixi. Hujus, ni fallor, Adrasti συγγράμματα in Scholis lecta refert Porphyrius in vita Plotini. Neque alium puto notari Adrastum Mathematicum à Claudiano Mamerto lib. 1. de statu animæ c. 25.

Adrastus Philippensis Macedo, Aristotelis discipulus. Stephanus Byz. in Φίλιπποι.

Æneas Megalopolitanus Theophrasti discipulus. Stephanus Byz. in μεγάλη πόλις.

Æschrion Mytilenæus, Aristotelis discipulus, de quo dixi cap. V. in nota ad num. XIX.

Agatharchides Cnidius, qui sub Ptolemæo Philometore & diu post vixit. De eo dixi supra cap. VIII. De ætate ejus adeundus vir insignis H. Dodvvellus in diss. de ætate scripti de mari rubro, quæ præfixa est Tomo primo Geographorum minorum nobilissimi Hudsoni.

Agatho servus Lyconis, testamento ejus libertati redditus. Laert. V. 73.

Agathocles Peripateticus, æqualis Demonactis Philosophi. Lucian. in Demonacte T. 1. p. 866. Alii Agathocles (2) Atracius, qui ἀλιευτικὰ scripsit prosa Oratione. Suid. in Κυζίκου. (3) Babylonius sive Cyzicenus qui scripsit de Cyzico. (4) Chius qui de re rustica (5) Milesius qui de fluminibus. (6) Samius qui de Rep. Pessinuntiorum

2011 Ministerio de Cultura

tiorum. (7) Grammaticus, qui Homeri quædam illuſtravit, ut lib. II. cap. V. dixi. De his Meurſius in Bibl. Græca, quibus adde (8) Stoicum qui de mercede diſcipulum in jus vocat, apud Lucianum in Icaromenippo. (9) Medicum, apud eundem in Tyranno. (10) Agathoclem Ταξιάρχην ſive ordinum ductorem ſub Alexandro M. id. libro quod non credendum ſit calumniæ. (11) Diniæ amicum, de quo Lucianus in Toxari. Prætereo Agathoclem figuli filium, notiſſimum Siciliæ Tyrannum, de quo multa Polybius, Diodorus, Juſtinus: aliumque Ptolemæi falſum tutorem & Agathoclem filium Lyſimachi Regis, de quorum utroque Excerpta Peireſciana p. 65. & 257.

Aimneſtus Cleobuli F. teſtis Theophraſtei teſtamenti. Laert. V. 57.

Albinus latinus ſcriptor, cujus Geometricos libros, & quos reperire ſe potuiſſe negat, in Ariſtotelem Dialecticos memorat Boethius lib. 1. de interpretat. edit. ſecundæ p. 289. Muſicam quoque ſcripſiſſe conſtat è Caſſiodoro, qui Virum Magnificum appellat, Confer Boethium lib. 2. Muſicæ c. 12.

Alexander Craſſi Præceptor. Plutarch. in Craſſo p. 544.

Alexander Ægeus diſcipulus Soſigenis (cujus opera ad annum emendandum uſus eſt Julius Cæſar) præceptor Neronis Imp. Vide Suidam. Laudatur à Simplicio in Categor. Hujus eſſe commentaria quæ Alexandro Aphrodiſienſi hodie tribuuntur in Metaphyſica & in libros Meteoron, diſputat Patricius diſcuſſ. Peripatet. p. 32. At commentarios in Topica & Elenchos neque Aphrodiſienſis, neq; adeo Damaſceni, ſed alterius cujusdam eſſe Alexandri longe junioris.

Alexander Aphrodiſienſis Car, diſcipulus Ariſtoclis Meſſenii, atque Hermini. Propter Commentarios plurimos, quibus Ariſtotelis ſcripta feliciter interpretatus eſt, dictus ἐξηγητής, quem innuit Hieronymus l. in Ruſin. *Revolve Ariſtotelem & Alexandrum Ariſtotelis volumina differentem, & quanta ambiguorum ſit copia, eorum lectione cognoſces.* Ἀριστοτελικὸς Ἀλέξανδρος Cyrillo IV. contra Julian. p. 133. Puto etiam hunc intelligi à Porphyrio in Plotini vita, cum Alexandri Peripatetici ὑπομνήματα in Scholis lecta teſtatur. De ſcriptis ejus dicturus ſum libro IV. De ætate conſtat è libro de fato, quem Aphrodiſienſi diſerte tribuit Euſebius VI. 8. præparat. p. 267. hunc enim velut primitias lucubrationum ſuarum, Profeſſeor Philoſo-

2011 Ministerio de Cultura

phiæ Aristotelicæ ab iis constitutus (ὃς τὴν φιλοσοφίας ταύτης ἐπαίδευσαν ὑπὸ τῶν ὑμετέρας μαρτυρίας διδάσκαλον αὐτὸν κεκηρυγμένον) dicavit Severo & ejus filio Antonino Caracallæ, qui Imperium junctim administrarunt ab Anno CHRISTI CXCIX. ad CCXI. quo mortuus est Severus.

Alexander Damascenus Aphrodisiensi paulo fuit antiquior & Athenis Philosophiam Peripateticam (ὁ νῦν Ἀθήνησιν ἀξιώματον τὰς περιπατητικὰς λόγους διδάσκειν δημοσίᾳ) publice docuit, cum libros Ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων scriberet Galenus T. 1. edit. Basil. p. 119. Eodem præceptore antea usus fuerat Flavius Boethus Vir Consularis teste eodem Galeno περὶ τοῦ γινώσκειν T. 3. p. 455. ubi Alexander hic ei audit ὁ γνώσκων μὲν τὰ Πλάτωνος, ἀλλὰ τοῖς Ἀριστοτέλους πρόσκειμαι μᾶλλον.

Alexander M. Rex Macedonum, Aristotelis discipulus, de quo supra c. VIII.

Aminias. cujus mentio in Stratonis Physici testamento. Laert. V. 64.

Ammonius Alexandrinus, Plutarchi Præceptor, Platonicis, Peripateticis & Stoicis imbutus dogmatis, cujus exemplo alii deinceps mixtum illud Philosophiæ genus ac nulli Magistro addictum colere cœperunt. Confer Patricii discussiones Peripateticas p. 139. De hoc Ammonio dixi ad Proœmium Ennapii, & infra lib. IV. capite de Plutarcho.

Ammonius Alexandrinus priori junior, Christianus, cognomento Saccas, æqualis Origenis, Platonicæ ac Peripateticæ sectæ decreta probe calluit, & in concordiam adduxit primus teste Hierocle apud Photium Cod. CCLI. p. 750. Hujus mentio Ammonii in Plotini vita. Dixi de eo infra libro IV.

Ammonius Hermeæ F. præceptor Jo. Philoponi, Asclepii Tralliani ac Simplicii, discipulus Procli, de quibus dicendi locus libro V.

Amphion Lyconis discipulus. Laert. V. 70.

Anatolius Alexandrinus, Christianus, omni genere literarum, Mathematicis præcipue disciplinis ex cultus, Alexandriæ Scholam Aristotelicam constituit, factus deinde Episcopus in Syria Laodicenus circa A. CHRISTI CCLXX. Vide Eusebium VII. 32. Hist. Hieronymum Catalogo Script. Eccles. c. 73. & Nicephorum VI. 36. Scripserat *libros X. Arithmeticorum*, è quib⁹ fragmenta leguntur in Theologumenis Arithmeticæ p. 9. 16. 24. 34. 56. 64. Ex ejus *Canone Paschæ-*

2011 Ministerio de Cultura

Paschali refert quædam Eusebius jam dicto loco & Beda de natura rerum II. 14. & 35. atque Epistola ad Vichredam presb. Integrum scriptum è latina veteri versione produxit in lucem illustravitque Ægidius Bucherius una cum aliis ejusdem argumenti, Antverp. 1634. fol. Alius Anatolius junior, neque Christianus, Jamblichi & Libanii familiaris, ut recte monitum præstantissimo Caveo parte secunda Historiæ literariæ scriptorum Ecclesiasticorum. De illo dixi ad Eunapium. In præsenti juvat cum lectore communicare fragmenta quædam Anatolio tributa, quæ ante aliquot annos descripsi ex Apographo illustris Holstenii, qui illa ex Peiresciano se codice hausisse est testatus.

Ἐκ τ̃ Ἀνατολίυ διάφορα.

Τί ἐστιν μαθηματική.

Ἀριστοτέλης σωνεχέναν τὴν πᾶσαν Φιλοσοφίαν ἐκ θεωρίας καὶ πράξεως διὸ μέρ@, καὶ τὴν μὲν πρακτικὴν διαιρῶν εἰς ἠθικὴν καὶ πολιτικὴν, τὴν δ᾽ θεωρίαν εἰς θεολογικὸν καὶ τὸ Φυσικὸν καὶ τὸ Μαθηματικόν, μάλα σοφῶς καὶ ἐντέχνως Φιλοσοφίαν ἕξαν τὴν Μαθηματικὴν ἀποδείκνυσι.

Ὅτι χαλδαῖοι μὲν Ἀστρονομίαν, Αἰγύπτιοι δ᾽ Γεωμετρικὴν καὶ Ἀριθμητικὴν (ἐξεύρον)

Ἀπὸ τίν@ δ᾽ Μαθηματικὴ ὠνομάσθη;

Οἱ μὲν ἀπὸ τ̃ πρεπάτ Φάσκοντες ῥητορικῆς μὲν καὶ ποιητικῆς, συνπᾶσι τοῖς δημιώδες μουσικῆς δύνασθαί τινα σωνεῖναι καὶ μὴ μαθόντα. Τὰ δ᾽ καλέμενα ἴδια μαθήματα ἀδένος εἰδήσιν λαμβάνειν, μὴ ἀχὶ πρότερον ἐν μαθήσει γενόμενον τ̃των. Διὰ τ̃το μαθηματικὴν καλεῖσθαι τὴν περὶ τ̃των θεωρίαν παρελάμβανον. Θέσθαι δ᾽ λέγονται τὸ τ̃ Μαθηματικῆς ὄνομα ἰδιαίτερον ἀπὸ μόνης Γεωμετρίας καὶ Ἀριθμητικῆς οἱ ἀπὸ τ̃ Πυθαγόρυ. Τὸ γὰρ πάλαι χωρὶς ἑκατέρα τ̃των ὠνομάζετο. Κοινὸν δ᾽ ἦν ἀμφοῖν ὄνομα. Ἐκάλεσε δ᾽ (Ἀρχύτας *) ἔτως, ὅτι τὸ ἁπτομονικὸν καὶ πρὸς μάθησιν ἁπτιδεύως ἔχον εὐρίσκων ἐν αὐταῖς, περὶ γὰρ ἀίδια καὶ ἄτρεπτα καὶ εἰλικρινῆ ὄντα ἀναστρεφομένας εὑρων, ἐν οἷς μόνα ἀπιστήμην ἐνόμιζον. Οἱ δ᾽ νεώτεροι πρεσβύτερον ἀπὶ πλεῖον τὴν προσηγορίαν, ὡ μόνον περὶ τὴν ἀσώματον καὶ νοητὴν ὕλην ἀξιῶντες πραγματεύεσθ τ̃ Μαθηματικὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἐφαπτομένην τ̃ σωματικῆς καὶ αἰσθ τ̃ ὑσίας. Θεωρητικὸς γὰρ ὀφείλειν εἶναι, καὶ φορᾶς ἄστρων καὶ τάχυς αὐτῶν μεγεθῶντε καὶ σχημάτων καὶ ἀποστημάτων. Ἔτι δ᾽ ἀπισκεπτικὸς τ̃ κ᾽ τὰς ὄψεις παθῶν, ἐρευνῶν τὰς αἰτίας δι᾽ ἃς καὶ ὑχ ὁπῖα καὶ πηλίκα τὰ ἐφαινόμενα τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐκ παντὸς διαστήμα-

* MS. Ἀρτίας.

2011 Ministerio de Cultura

τ῀ θεωρεῖται, τηρῶντα μὴν τὰς πρὸς ἄλληλα λόγους, ψευδεῖς ἢ φαντασίας καὶ τ᾽ τάξεως καὶ τῆς θέσεως ἐμποιοῦντα. Τοῦτο μὴν κατ᾽ ἀρχὰν καὶ αἰέρα, ἔτ῀ ἢ ἐν κατόπτροις καὶ πᾶζι τοῖς λείοις, κἂν τοῖς διαφανέζι ἢ τ᾽ ὁρωμένων καὶ τοιουτοτρόποις σώμασι. Πρὸς τούτοις μηχανικὸν εἶναι τ᾽ αὐδεμᾶ δεῖν ᾤοντο. Καὶ γεωδέτην καὶ λογικόν. Ετι ἢ καὶ περὶ τὰς αἰτίας τῆς ἐμμελοῦς κράσεως τ᾽ φθόγγων καὶ τῆς περὶ μέλ῀ συνθέσεως ἀσχολούμενον, ἅπερ σώματά ἐστιν, ἢ τήνγε ἐχούτην αἰαφορὰν ὅπ᾽ τὴν αἰσθητὴν ὕλην ποιεῖται.

Τί ἐστι Μαθηματική;

Μαθηματική ἐστιν ὅπιςήμη θεωρητικὴ τῷ νοήζει τε καὶ αἰσθήσει καταλαμβανομένω περὶς τὴν τ᾽ ὑποπιπόντων δόσιν. Ἤδη ἢ χαλεντιζόμενός τις ἅμα καὶ ἔ σκοπεῖ τυγχανόντων Μαθηματικὴν ἔφη ταύτην εἶναι, ἢ τὸ ὀλίγον μὴν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα ἀρανῷ ἐπῆλξε κάρα καὶ ὅπ᾽ χθονὶ βαίνει. Ἄρχεται μὴν γ᾽ ἀπὸ σημείου καὶ γραμμῆς, εἶτα ἢ τὴν ἀρανῆ καὶ συμπάντων ἀσχολεῖται πραγμάτων.

Πόσα μέρη Μαθηματικῆς;

Τῆς μὴν τιμιωτέρας καὶ πρώτης ὁλοσχερέστερα μέρη δύο. Ἀριθμητικὴ καὶ Γεωμετρία. Τῆς ἢ περὶ τὰ αἰσθητὰ ἀσχολουμένης ἕξ· ἡ λογιστικὴ, Γεωδεζία, Ὀπτικὴ, Κανονικὴ, Μηχανικὴ, Ἀστρονομική. Ὅτι ἢ τὸ πακτικὸν καλούμενον ἔτε τὸ ἀρχιτεκτονικόν, ἔτε τὸ δημιωδες Μουσικὸν ἢ τὸ περὶ τὰς Φύσεις, ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἢ τὸ ὁμονύμως καλούμενον μηχανικὸν ὡς ἔιονταί τινες, μέρη Μαθηματικῆς εἰζι, ποιόντ῀ ἔ λόγου σαφῶστε καὶ ἐμμεθόδως δείξομεν.

Ὅτι ὁ κύκλ῀ ἔχει στερεὰς μὴν ἡ, ὅπίπεδα ἢ ἕξ, γωνίας ἢ δ᾽.

Τίνα τίζι ἐγγύζει τῶν Μαθημάτων;

Συγγύίζει μᾶλλον τῇ μὴν ἀριθμητικῇ ἡ λογιστικὴ καὶ ἡ κανονικὴ, καὶ γὰρ αὕτη ἐν ποσότητι λαβοῦζα κ᾽ λόγους, ἀριθμοὺς καὶ ἀναλογίας πρόσεισι. Τῇ ἢ γεωμετρία ἡ ὀπτικὴ καὶ ἡ Γεωδεζία. Ἀμφοτέραις ἢ καὶ ὅπ᾽ ὠλέον ἡ Μηχανικὴ καὶ ἡ Ἀστρολογική.

Ὅτι ἡ μαθηματικὴ τὰς ἀρχὰς μὴν ἔχει ἐξ ὑποθέσεως καὶ περὶ ὑπόθεζιν. Λέγεται ἢ ὑπόθεσις τριχῶς ἢ καὶ πολλαχῶς. καθ᾽ ἕνα μὴν τρόπον ἡ δεκαματικὴ περιπέτεια, καθ᾽ ὃν λέγονται εἶναι ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου δεκαμάτων. καθ᾽ ἕτερον ἢ σημαινόμενον ἡ ἐν Ῥητορικῇ τῶν ἐπὶ μέρους ζήτηζις, καθ᾽ ὃν λέγουζιν οἱ Σοφισαὶ θετέον ὑπόθεσιν. Κατὰ ἢ τρίτην ὑποβολὴν ὑπόθεζις λέγεται ἡ ἀρχὴ τῆς ἀποδείξεως, αἴτησις ὅσα πραγμάτων εἰς κατασκευήν τιν῀. Οὕτω μὴν λέγεται Δημόκριτον ὑποθέσει χρῆσζ ἀτόμοις καὶ κενῷ, καὶ Ἀσκληπιάδης ὄγκοις καὶ πόροις. ἡ δὲ Μαθηματικὴ περὶ τὴν τρίτην ἕλληται.

Ὅτι

2011 Ministerio de Cultura

Ὅτι τὴν ἀριθμητικὴν μόνος ἐτίμα Πυθαγόρας, ἀλλὰ καὶ οἱ τότε γνώριμοι ἅπαντες λέγοντες ἀριθμῷ δέτε παντ' ἐπέοικεν.

Ὅτι τέλος μὲν ἔχει ἀκόλουθον ἀριθμητικὴ κυρίως μὲν, τὴν ἁπλῆν μονικὴν θεωρίαν ἧς ἔστιν τέλος ἄτε μεῖζον ἄτε κάλλιόν ἐστιν. ἑπομένως δ', συλλήβδην καταλαβεῖν πόσα τῇ ὡρισμένῃ ὁσίᾳ συμβέβηκεν.

Τίς δ' εὗρεν ἐν Μαθηματικοῖς;

Εὔδημος ἱστορεῖ ἐν ταῖς ἀστρολογίαις ὅτι Οἰνοπίδης εὗρε πρῶτος τὴν τοῦ ζῳδιακοῦ λοξώσιν καὶ τὴν τοῦ μεγάλου ἐνιαυτοῦ περίστασιν. Θαλῆς δ' ἡλίου ἔλλειψιν καὶ τὴν κατὰ τροπὰς αὐτοῦ περίοδον, ὡς οὐκ ἴσην ἀεὶ συμβαίνει. Ἀναξίμανδρος δ' ὅτι ἔστιν ἡ γῆ μετέωρος καὶ κινεῖται περὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον. Ἀναξιμένης δ', ὅτι ἡ σελήνη ἐτ' ἔχει τὸ φῶς καὶ τίνα ἐκλείπει τρόπον. Οἱ δ' λοιποὶ ἐξευρημένοις τούτοις ἐπέταξαν ἕτερα.

Ὅτι οἱ ἀπλανεῖς κινοῦνται περὶ τοὺς διὰ τῶν πόλων ἄξονας μένοντας. οἱ δὲ πλανώμενοι περὶ τοὺς τοῦ ζῳδιακοῦ πρὸς ὀρθὰς ὄντας ἄξονας αὐτῷ ἀντέχουσιν ἀλλήλων ὅτι τοὺς τῶν ἀπλανῶν καὶ τῶν πλανωμένων ἄξονας πεντεκαιδεκαγώνου πλευρὰν οἳ εἰσι μοῖραι εἰκοσιτέσσαρες.

Andronicus Rhodius, in ſucceſſione ab Ariſtotele undecimus, Boethii Sidonii præceptor teſte Ammonio in Categor. æqualis Tyrannionis qui à Lucullo captus eſt ut referunt Plutarchus in Lucullo p. 584. & Suidas in Tyrann. Ariſtotelis ſcripta & Theophraſti primus digeſſit atque à Tyrannione emendatos edidit in vulgus, compoſuitque *πίνακας ſcriptorum Ariſtotelis ac Theophraſti*, ſive τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου εἰς πραγματείας διελε, τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταυτὸν συναγαγών, ut tradit Porphyrius in vita Plotini. Confer Plutarchum in Sylla p. 468. In hoc opere librum *περὶ ἑρμηνείας* Ariſtoteli abjudicaverat, ut præter Boethium & Ammonium teſtatur Alexander Aphrodiſ. in primum prior. Analytic. Notaverat quoque partem poſtremam libri de Categoriis non eſſe Ariſtotelis, notante eodem Boethio. Ex eodem ut ſuſpicor Andronici opere Gellius XX. 5. Alexandri & Ariſtotelis mutuas literas exhibet. *Paraphraſin* Andronici *in Categorias* memorat Simplicius. Etiam *in Phyſica* Ariſtotelis ſcripſiſſe, jam ex eodem Simplicio Patricius lib. IV. diſcuſſ. Peripatet. p. 41. obſervavit. *Librum* Andronici, diligentiſſimi ſenis, *de diviſione* Porphyrius integrum inſeruerat ſuis in Sophiſtam Platonis commentariis, teſte Boethio in limine libri de diviſione. Liber ille Andronici cum aliis de diſcendi cupiditate & virtute, fuit in Bibl. Scorialenſi, teſte Alex. Barvoetio. *Animam* nec corpoream eſſe nec

2011 Ministerio de Cultura

nec lege loci teneri, nec ſcindi, ſenſit Andronicus Peripateticus cum Socrate, Platone, Ariſtotele, Theodoro Platonico & Porphyrio, ut refert auctor libri de ſpermate latine editi c. 11, qui ex hoc ipſo quia Porphyrii meminit, Galenum auctorem habere non poteſt. Laudat Andronicum inter celebriores Rhodios Strabo XIV. p. 655. De *Paraphraſi Nicomacheorum* * & *libro* περὶ παθῶν qui ad hunc Andronicum tanquam auctorem vulgo refertur, dixi ſupra cap. VI. §. 29.

Andronicus Calliſtus Theſſalonicenſis, Peripateticus recens, ſæculo poſt CHRISTUM decimo quinto clarus, & plurium ſcriptorum actor, ut eodem loco obſervavi. Vide etiam ſis quæ de utroque hoc Andronico Clariſſimus Baylius in Lexico. Fuere præterea Andronicus, præfectus Ptolemaidis circa A. C. 411. de quo Syneſius Epiſt. 57. Pompilius Andronicus Epicureus de quo Svetonius in Grammaticis c. 8. Andronicus Alypius hiſtoricus, de quo ſupra cap. VIII. Andronicus Tragicus hiſtrio de quo lib. II. c. XIX. Livius Andronicus, de quo in Bibl. latina. Andronicus Titianus Medicus Octavio Horatiano & Galeno memoratus: ut alios in præſenti omittam.

Androſthenes Adimanti F. Theophraſti ut videtur diſcipulus. Laert. V. 57.

Aneſias. ſupra in *Æneſias*.

Anonymi Græci interpretes Græci qui in Ariſtotelem exſtant, ſunt (1) in Rhetorica, de quo dixi c. 6. §. VI. (2) In libros 2. & 3. Nicomach. ibid. §. 29. ubi & de Paraphraſi Anonymi, quam ſub Andronici Rhodii deinde nomine edidit Dan. Heinſius. (3) In ſecundum librum Poſteriorum Analyticorum cum Philopono & Euſtratio editus de quo dicere conſtitui libro V. in Philopono. (4) Libellus de Syllogiſmis, de quo ſupra c. IV. §. 3. p. 114.

Antipater Jolai, Rex Macedoniæ, Ariſtotelis diſcipulus, quem moriens curatorem teſtamenti Philoſophus conſtituit, ut refert Laertius V. 11. Ἐπιστολῶν * σύγγραμμα ſcripſit libris duobus, teſte Suida, in quibus mul-

* In editione Anni 1617. Dan. Heinſius huic paraphraſi ſubjunxit libellum περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν καὶ τῶν ἕξεων μεσοτήτων, Ariſtotele à quibusdam præter rem tributum, ut dixi ſupra cap. VI. §. 32. tum excerpta è libro Maximi Monachi ὁμολογητοῦ ad S. Marinum presbyterum περὶ Φυσικοῦ θελήματος καὶ ἦγουν θελήσεως quæ prius vulgaverat Hoeſchelius.

Confer Jonſium lib. 1. c. 13. p. 70. 71.

2011 Ministerio de Cultura

multa haud dubie fuerunt de rebus Alexandri M. quemadmodum ex Alexandri Epistolis ad Antipatrum referunt nonnulla Plinius & Plutarchus. Aristotelis quoque ad hunc Antipatrum Epistolæ IX. olim ferebantur, ut constat è Laertio V. 27. Scripserat & historiam Antipater, τὰς Περδίκου πράξεις Ἰλλυρικάς. Antipatri Macedonis, sed alterius junioris, Epipramma in Cleonicem naufragam, & Medeæ imaginem Romæ compositum legitur in Anthologia.

Antisthenes Peripateticus allegatur à Phlegonte c. 3. mirabil.

Apellico Tejus, civis opulentus Athenienſis, qui de Aristotelis consvetudine cum Hermia scripsit, teste Aristocle apud Eusеb. XV. 2. præparat. Aristotelis libros diligenter coemit, ut refert Athenæus, quem vide V. p. 114. ubi docet eum floruisse tempore magni Regis Mithidatis. Vide etiam Plutarchum in Sylla p. 468. & Strabonem XIII. p. 608. è quibus disces Apelliconis defuncti Bibliothecam & in his Aristotelis & Theophrasti scripta, quæ à Nelei Scepsii posteris sibi comparaverat, sed φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος ut ait Strabo, ex arrosis exemplaribus curaverat non satis fideliter vel describi vel suppleri, perveniſse Romam, cum Athenas cepisset Sylla Olymp. CLXXIII. 3. Inde accepit illa Tyrannion, de quo suo loco dixi, & paulo ante in Andronico.

Apollonius Alexandrinus Peripateticus. Plutarch. περὶ φιλαδελφ.

Apollonius Solensis, Præceptor Demetrii Aspendii. Laert. V. 83.

Arcesilaus mediæ auctor Academiæ, Theophrasti prius quam Crantoris fuit auditor, teste Laertio IV. 22. & 19. Stratonis Lampsaceni heres. id. V. 61. & 63.

Archytam quendam Peripateticum nescio an ex suo ingenio confinxit Themistius, qui Archytam qui de decem prædicamentis scripsit negat esse Pythagoricum illum antiqvum: sed juniorem quendam Peripateticum Archytam, novo operi vetustate nominis auctoritatem comparare voluisse. Vide Boethium præfat. in Categor.

Arimnestus, Theophrasti discipulus. Vide *Aimnestus*.

Aristides testamenti Stratonis curator. Laert. V. 62.

Aristo Alexandrinus. Laert. VII. 164. Hunc puto esse Aristonem Peripateticum qui Strabonis ætate de Nilo scripsit, plagii ab Eudoro accusatus, ipse fortassis rectius accusandus. Vide Strabonem XVII. p. 790.

Aristo

2011 Ministerio de Cultura

Ariſto Ceus, vide paulo poſt, *Ariſto Julietes.*

Ariſto Cous, Cei de quo mox dicam diſcipulus & heres. Ita enim intelligo Strabonis verba XIV. p. 658. ubi inter claros Coos refert Ἀρίστωνα τὸν ἀκροασάμενον τοῦ Περιπατητικοῦ (ſcil. Ἀρίστωνος, non Ἀνδρονίκου, ut Patricius p. 135. diſcuſ. Peripatet.) καὶ κληρονομήσαντα. Fuit & Ariſto Critolai Peripatetici diſcipulus. Quintilian. II. 15. Inſt. Or.

Ariſto Julietes è Julide Cei opido Laert. VII. 164. Peripateticus, Ζηλωτὴς *Bionis* Boryſthenitæ. Strab. X. p. 486. Succeſſit *Lyconi* defuncto Olymp. CXXXVII. ut Ariſtoni ſucceſſit *Critolaus*, de quo infra ſuo loco. Scripſit teſte Cicerone V. 5. de finibus, multa & polita, ſed deſtituta gravitate & auctoritate. Teſtamentum Stratonis Phyſici ex hoc Ariſtone repetit Laert. V. 64. ubi male apud interpretem legitur *Ariſto Cous* & in Græco ὁ Οἰκεῖος pro Κεῖος. Mentio quoque in Lyconis teſtamento ibid. V. 70, Ἐρωτικὰ ejusdem Ariſtonis ὅμοια laudat Athenæus & Stobæus, qui ex Ariſtonis commentariis quoque locum producit ſermone LXV. qui eſt de laudibus Conjugii.

Diverſus ab his omnibus, & antiquior iisdem eſt *Ariſto*, ad quem Ariſoteles literas ſcripſit, memoratas Laertio V. 27.

Ariſtobulus Peripateticus laudatur à Clemente I. Strom. p. 305. Euſebio XIII. 12. præparat. & Cyrillo IV. adverſus Julian. p. 134. Chronicon Paſchale ad Olymp. CXLIX. p. 178. Ἀριστόβουλος Ἰουδαῖος περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, ὃς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλομήτορι ἐξηγήσεις τῆς Μωυσέως γραφῆς αἰνέθηκεν. Anatolius apud Euſeb. VII. 32. Hiſt. vocat βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωυσέως νόμου. Euſebius ipſe VII. 13. præparat. Τὴν τῶν ἱερῶν νόμων ἑρμηνείαν, & VIII. 9. τὸ πρὸς Πτολεμαῖον σύγγραμμα. Hieronymus in Chron. ad Olymp. CLI. *explanationum in Moyſen commentarios.* Creditur hic Ariſtobulus Euſebio VIII. 9. præparat. idem eſſe cujus mentio exſtat 2. Maccab. I. 10. Ἀριστοβούλῳ διδασκάλῳ τοῦ Πτολεμαίου βασιλέως. Neque abſurdum eſt eum qui ad Philometorem ſcripſit, Præceptorem fuiſſe Ptolemæi Evergetæ II. At enim apud Clementem V. Strom. p. 595. ex errore vel memoriæ vel librarii Ariſtobulus iſte Ptolemæi Philadelphi temporibus adſcribitur. Sane ipſe Clemens lib. 1. Strom. p 342. laudat Ariſtobulum ἐν τῷ πρώτῳ πρὸς τὸν Φιλομήτορα, quod ex eo repetit Euſebius IV. 6. præparat. Equidem qui hunc

2011 Ministerio de Cultura

hunc Ariſtobulum LXX. Interpretibus ſub Ptolemæo Philadelpho accenſent, ut Anatolius apud Euſeb. VIII. 32. Hiſt. non tantum temporum ratione refelluntur, ſed ipſius quoque Ariſtobuli teſtimonio apud Euſebium p. 664. præparat. Neque clariſſimo Eſchenbachio facile aſſentiendū putem, qui carmen ſub Orphei nomine ab Ariſtobulo apud Euſebium ibidem prolatum, ex ejusdem Ariſtobuli ingenio confictum fuiſſe haud dubitat, in libro de Poeſi Orphica p. 148. Neque cum viro exquiſitæ eruditionis Humfredo Hodyo lib. 1. de Bibliis Originalibus c. 9. auſim affirmare duos à Clemente & aliis veteribus confundi Ariſtobulos, Peripateticum & Judæum, & ſcripta ſub nomine Ariſtobuli, ſæculo demum ſecundo poſt CHRISTUM natum fuiſſe ſuppoſita, & Epiſtolam 2. Maccab. 1. in qua Ariſtobuli mentio occurrit, ſimiliter commentitiam eſſe. Neque hoc facile crediderim quod legas apud Buxtorfium ad librum Coſri p. 33. in Bibl. Florentina * & Mantuæ apud fratres Benedictinos latere in membranis Ariſtobuli hujus opus, Philonis Judæi ſcripta longe ſuperans tam mole quam doctrina ac præſtantia. Philone antiquiorem fuiſſe, & allegoricis perinde ut Philo interpretationibus indulſiſſe Ariſtobulum, teſtatur Origenes IV. contra Celſum p. 198. Mentio ejus etiam apud Sozomenum VII. 18. ubi reſpicit ad locum Euſebii p. 287. Hiſt. quem ita producit Scaliger ad Euſeb. p. 142. Ἀριστοβούλου τοῦ Περιπατητικοῦ διδασκάλου, τοῦ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀπὸ Πανεάδος

Ariſtocles Meſſenius Peripateticus, præceptor Alexandri Aphrodiſei, teſte Simplicio in 1. de cœlo, & Cyrillo 2. in Julianum, ubi male : *Alexander Ariſtotelis diſcipulus*, pro *Ariſtoclis*, ut pulchre obſervatum Nunneſio ad vitam Ariſtotelis num. 26. Scripſit hic Ariſtoteles Suida teſte πότερον σπεδαιότερος Ὁμήρου ἢ Πλάτωνος, Artem Rhetoricam, & *de Serapide* librum, atque *Ethicorum* libros X. cum totidem libris *de Philoſophia*, in quibus Philoſophos & eorum dogmata eſt perſecutus. Vide Jonſii Hiſt. Philoſoph. p. 330. *Sextum* horum librorum Ariſtoclis laudat idem Suidas in Σωτάδης. Ex *Septimo* fragmenta ſervavit Euſebius XV. 2. & 14. præparat. Ex *octavo* XV. 17. 18. 19. 20. 21. His fragmentis uſus eſt H. Stephanus notis ad Sex-

* Confer Bartoloccium Bibl. Rabbin. T. 1. p. 468 ſeq. ex libro Scialſceleth hakkabala idem referentem.

2011 Ministerio de Cultura

Sexti Pyrrhonias Hypotypoſes. Itaque Patricius p. 138. diſcuſſ. Peripatetic. male ex illis collegit, libros Ariſtoclis de Philoſophia adhuc in Galliis ſupereſſe oportere.

Ariſtocles Pergamenus, de quo Philoſtratus 2. de Sophiſtis p. 565.

Ariſtomachus diſcipulus Lyconis. Laert. V. 70.

Ariſtoteles Midiæ & Pythiadis F. Theophraſti diſcipulus, Laert. V. 53.

Ariſtoteles junior, expoſitor Ariſtotelis Philoſophi, allegatur à Syriano in XII. Metaphyſ. p. 55.

Ariſtoxenus Tarentinus, Ariſtotelis diſcipulus, de quo capite ſuperiore.

Aſclepius Trallianus Ammonii Hermeæ diſcipulus, ſcripſit commentaria in libros primores ſex vel ſeptem Metaphyſicorum Ariſtotelis, quæ ad huc exſtant manu exarata. Habentur & ejusdem Scholia MSS. in Arithmetiam Nicomachi Geraſeni.

Aſpaſius, de quo dixi ſupra cap. IV. §. 29. Hujus *συγγράμματα* in Scholis ſua ætate lecta teſtatur Porphyrius in vita Plotini.

Aſtyanax Lyconis frater. Laert. V. 69. Sed & patri Lyconis Aſtyanacti nomen erat. id. 65.

Aſtycreon ad quem ſcripſit Theophraſtus. Laert. V. 50.

Athanes curator teſtamenti Stratonis Phyſici. Laert. V. 62.

Athenæus Seleucienſis, æqualis Strabonis, qui ejus meminit XIV. p. 670.

Athenio Erymnei diſcipulus, ſub Mithridate. Vide Athenæum V. p. 211. ſeq. è Poſidonio Apameenſi.

Athenodorus in octavo *περιπάτων*. Laert. III. 4. & V. 36.

Baliardus de quo Volaterranus lib. 22. Antropolog. p. 229. ubi de Lucio II. Pontifice qui fuit A. C. 1144. 1145. *Hoc tempore Baliardus Philoſophus quidam Gallicus ac Peripateticus Pariſiis prodiit, vir doctiſſimus, ab Orthodoxis tamen in quibusdam aberrans, à quibus nec per Synodum juſſu Regis Ludovici* (VII. cognomine Pii) *hujus gratia coactam avelli potuit, quin in loco deſerto cum ſociis nonnullis omne ævum abſtinendo exegit.*

Beſſario Cardinalis A. C. 1472. denatus, Platoni licet addictior hujusque famæ adverſus Trapezuntium aſſertor, Ariſtotelem tamen & ipſe magni fecit ejusque Philoſophiam probe calluit, & illius ac Theophraſti Metaphyſica donavit verſione latina perquam erudita atq; eleganti.

Bion Boryſthenites Theophraſtum audivit teſte Laertio IV. 52. Bionis ζηλωτὴς Ariſto Ceus Peripateticus de quo ſupra. Strabo X. p. 487.

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius, de quo in Bibl. latina dixi, libros Ariſtotelis Logicos univerſos qui hodie exſtant latine eſt interpretatus.

2011 Ministerio de Cultura

terpretatus, plerosque etiam commentariis illuſtravit, teſtatus reliqua etiam Ariſtotelis ſcripta Ethica & Phyſica latine reddere & commentariis illuſtrare, omnesque pariter Platonis Dialogos vertendo vel etiam commentando in latinam redigere formam, & de Platonis & Ariſtotelis concordia commentari inſtituiſſe. præf. ad lib. 2. de interpretat. edit. 2. De Scholiis Græcis incerti auctoris in tres libros Boethii de differentiis Topicis mentionem feci ſupra cap. VI. §. 4. Quoniam vero Boethius multos Græcos, & in his Peripateticos quosdam atque Ariſtotelis interpretes allegat, exiſtimavi lectorem non male laturum, ſi hoc loco ei exhiberetur compoſitus olim à me

INDEX SCRIPTORUM,

Aliorumque quorundam, in operibus BOETHII* laudatorum,

ad paginas, editionis Baſileenſis A. 1570. fol.

Sch. denotat librum Cantipratani de diſciplina Scholarium Boethio ſuppoſitum. *Confeſſ.* Confeſſionem fidei inter Boethii Opera non editam, ſed vulgatam cum nonnullis Boethii opuſculis à Renato Vallino Lugd. Bat. 1656. 8.

Aggenus Urbicus. Pag. 1540.
Agrimenſorum veterum indiculus. 1540.
Albinus. 1379. ejus Geometrica & Dialectica ſcripta. 289.
Alius fortaſſe Albinus, Vir Conſularis. 929. 940.
Alius Albinus Albei F. diſcipulus neſcio cujus Grylli. Sch. 1279. 1282.
Alexander Aphrodiſeus. 55. 56. 403. Sch. 1278.
in librum Ariſtotelis de interpretatione. 252. 289. 291. 292. 294. 295. 298. 301. 302. 303. 317. 319. 320. 323. 333. 347. 348. 356. 368. 387. 388. 394.
in alios Ariſtotelis libros. 291.
Anaxagoræ fuga. 920.
Andronicus (Rhodius, Peripateticus.) 191. 292.
diligentiſſimi ſenis liber de diviſione. 638. à Porphyrio inſertus in Sophiſtam Platonis. id.

* Boethii libri in Porphyrium p. 1. In prædicam. p. 112. De interpretat. p. 215. Syllogiſm. p. 558. de diviſ. p. 638. In Topica Cic. p. 757. De conſolat. Philoſ. p. 905. De Trinitate p. 1119. Arithmet. p. 1295. Muſic. 1371. Geometr. 1487.

2011 Ministerio de Cultura

Archytas Tarentinus Pythagoricus qui cum Platone aliquantulum vixit, auctorne ſit libri de decem prædicamentis, an Archytas quidam Peripateticus, ut Themiſtio viſum. 114. 1352.
Ejus de diviſione æquali proportionis ſuperparticularis. 1428.
de diviſione tetrachordi. 1479. 1480.
Menſa Geometricalis Archytæ, non ſordidi Geometricæ diſciplinæ auctoris. 1526.
Alia quædam 1523. 1526. 1535.
Arion Methymnæus. 1372.
Ariſtarchi Grammatica memoratur 188.
Ariſtoteles. 297. 1034. 1113. 1205. 1374. Sch. 1288. &c. indifferentis vocabulo nunquam uſus. 195. infiniti, primus reperit. 224. 312.
in libris de Arte Poetica. 290.
Ethica. 174.
Phyſica. 190. 642. 839. 1097.
libri de anima. 298.
περὶ Ψυχῆς καὶ Φύσεως. 190.
Μετὰ τὰ Φυσικά. 190. 230. 327.
Libros Logicos univerſos latine eſt interpretatus & plerosque etiam commentariis illuſtravit Boethius, teſtatus ſe reliqua etiam Ariſtotelis ſcripta, Ethica & Phyſica latine reddere & commentariis explicare inſtituiſſe. 318
Ariſtoxenus Muſicus. 1417. 1420. 1421. 1472. 1476. 1477. 1478. 1480.
Arius. *Confeſſ.* p. 173.
Ariani. 1121.
Aſpaſius in librum Ariſtotelis de interpretatione. 252, 291. 303. 316. 321. 333. 347. 356. 394.
in alios Philoſophi libros. 291.
Aſſverus Poeta. Sch. 1288.
Auguſti Cæſaris cura de agris metiendis. 1537.
B. Auguſtinus. 1120.
Balbus menſor. 1540.
Baſilius, delator Boethii. 934.
Boethius, Eleaticis ac Platonicis ſtudiis enutritus. 911. Regiæ laudis Orator, magnis dignitatibus functus etiam juvenis. 972. 973. ſocer Symmachus (cujus filiam Ruſticianam in matrimonio habuit) 943. 972. 977. duo filii Conſules. 977. Philoſophiam transferre in

2011 Ministerio de Cultura

in actum publicæ administrationis optavit. 929. invidia Philoso-
phiæ falsarum reus criminationum. 920. 943. 934. 936. 940. ex-
sul. 920. 940. 951. senex. 905. Commentarios in Categorias
Consul scripsit. 143. commentarium uberiorem in Cetegorias,
ad doctiores, (qui non exstat) pollicetur. 112. Commentarii in
lib. de interpretatione. 560. 581. 858. secundæ editionis exposi-
tio. 251. Breviarum libri de interpretatione promittit 379. (quod
exstat p. 558. ad Symmachum p. 606.) Commentariis in librum
de interpretatione, biennium fere impendit. 440. Libri de Syl-
logismo Hypothetico. 823. 858. Institutio Categorica. 608. To-
pica Aristotelis latine versa. 765. 857. 887. Libri septem in Cice-
ronis Topica. 857. 887. Arithmetica. 1396. 1397. 1398. 1413.
1428. 1473. Institutio Musica. 1473. Analytica sive commenta-
rios in Analytica promittit 603. sed hæc non exstant, nec Hebdo-
mades Boethii, quarum mentio 1181. Omnia Aristotelis scripta &
Dialogos Platonis latine vertete & commentariis illustrare voluit,
& de Platonis atque Aristotelis concordia commentari. 318. Ple-
rorumque Boethii scriptorum mentio Sch. 1276. & 1278. seq.
Boethii liber de Geometria. 1536.
Boethus. 56.
Julii Cæsaris Epistola de agris metiendis. 1537.
Cajus libro primo Institutionum. 797
secundo commentario. 797.
Calvus miles. Sch. 1285.
Canius. 920. 936.
Castor Eufrasiæ maritus. Sch. 1290. Dromo Castor. Sch. 1288.
Cato Orator. 757.
Catullus. 29. 1019.
Chaldæorum præsagia. Sch. 1289.
Choroebus Atys F. 1383.
M. Tullius Cicero. 413. 648. 996. 1207. &c. re Aristoteli consentit, etsi
verbis videtur ab eo discedere. 815.
in Hortensio. 867.
libro de Consiliis suis. 1372.
sexto de Rep. 1391.
in Timæo Platonis. 795.
de divinatione. 1105.

2011 Ministerio de Cultura

in dialogis omnibus. 650. ſeq.
in Rhetoricis. 650. 656. 658. 659. 660. 824. Rhetoricorum primo. 4. ſecundo 660. in Partitionibus. 658.
Topica 47. 649. Partem eorum libris quatuor expoſuit Victorinus. 657. integra libris ſeptem Boethius. 853.
In Philippicis. 660.
pro Cluentio. 658.
pro Cornelio. 654. 659.
pro M. Cœlio. 654.
in Piſonem. 655.
pro Sex. Roſcio. 657.
ſecundo Tuſculanarum diſputationum. 839.
Definitio gloriæ Ciceroniana. 652.
Conigaſtus. 929.
Coriandus. Sch. 1289.
Craſſus in Curiana cauſa. 813.
Cratonis ſtudia. Sch. 1281. 1290.
Cyprianus delator Boethii. 929.
Daretis poriſmata. Sch. 1284.
Decoratus Boethii delator. 1019.
Democritus. 1373.
Didymus. Sch. 1276.
Diodorus (Philoſ.) 373. 374.
Donatus ætate provecta Grammaticus. 186.
Dromo Caſtor. Sch. 1288.
Elimax. Sch. 1283.
Empedocles. 1373.
Epicurus 375. 1010. Vulgus Epicureum 620.
Epiſtola Epiſcopi in Concilio (Romano A. C. 512.) lecta. 1203.
Eubulides. 1406.
Euclidis (qui male Megarenſis vocatur) elementa Geometrica à Boethio latine translata. 1487. reſpiciuntur 165. 207. 1181. Euclides Geometriæ peritiſſimus 1522. non ſegnis Geometra. 1526. Ejus Theoremata. Sch. 1284.
Eudemus de Syllogiſmo hypothetico. 606. 607. latiorem ingreditur viam, ut veluti ſeminaria quædam ſparſiſſe, nullum tamen frugis videatur extuliſſe proventum. 606. quinque modos addidit modis quatuor primæ figuræ, & ſeptimum tertiæ. 594. 595. Eu-

2011 Ministerio de Cultura

Euripides. 1031.
Contra Eutychem. 1203. ſeq. 1211. ſeq. & *Confeſſ.*. p. 150.
Fabius cui Boethius inſcripſit commentarios in Iſagogen Porphyrii. 1.45.
Favonius. Sch. 1284.
Flaccus (Horatius) Sch. 1278.
Siculus Flaccus. 1540.
Fontinus Xenocratis ſcrutinia aperuit. Sch. 1289.
Magiſter Franco. Sch. 1286.
Julius Frontinus. 1540.
Ganymedes Pyrrhi dictatoris filius luxurioſus. Sch. 1280.
Gaudentius Boethii delator. 934.
Glebeonis nequitia. Sch. 1284.
Tiberius Gracchus Orator optimus, 419. à Scipione interfectus. 864.
Græcus auctor (oraculi vox, an ſcriptoris Chriſtiani) 1086. ubi Philoſophia ad Boethium : *Nam ut quidam me quoque excellentior ait : ἀνδρὸς ἱερᾷ σῶμα δυνάμεις οἰκοδοσμεῖσι.*
Gryllus Albini præceptor. Sch. 1279.
Hermias (in Categorias) 151. Videtur legendum Herminus.
Herminus in lib. Ariſtotelis de interpretatione. 252. 298. 303 347. 387. 388. 394. 401.
Herodiani diſciplina. Sch. 1284.
Heſtiæus Colophonius. 1385.
Hippaſus. 1406.
Hippocratis ſcrutinia. Sch. 1284.
Homerus Sch. 1290. Poeta *κατ' ἐξοχήν*. 424. 832. melliflui oris. 1100. ejus verſus. 1037. Ilias. Sch. 1284.
Hyagnis Phryx. 1383.
Hyginus agrimenſor. 1540.
Jamblichus Philoſophus non ignobilis, in Categorias. 114.
Joannes Eccleſiæ Rom. Diaconus, cui Boethius inſcripſit librum de bono, 1181. & de duabus naturis in una perſona. 1203.
Jotarius. Sch. 1278.
Iſmenias Thebanus. 1372.
Judaica trina diviſio polorum. Sch. 1281.
Jugo Montani diſcipulus. Sch. 1286.
Lacedæmoniorum Ephororum decretum contra Timotheum Mileſium Muſicum. 1372.

Lex

2011 Ministerio de Cultura

Leontinus (Gorgias) Sch. 1289.
Lex Ælia Sanctia 773.
Lex XII. Tabularum. 797. & Sch. 1281.
Longinus Menſor. 1540.
Lucanus. 1086.
Lucretius. 1322. tortuoſa volumina Lucretii. Sch. 1279.
Alius Lucretius, de quo Sch. 1270.
Macrobii Theodoſii doctiſſ. Viri liber primus de ſomnio Scipionis. 10.
Manichæi. *Confeſſ.*. p. 174.
Marcianus, cujus non indigna lectio. Sch. 1278.
Marcianus cui inſcriptus liber de diſciplina Scholarium Boethio ſuppoſitus. 1276.
Maro Magiſter. Sch. 1289.
Mercurius inventor quadrichordi. 1383.
Merobaudes Rhetor. 807. 835.
Montanus Jugonis Magiſter. Sch. 1286.
Moyſis libri. *Confeſſ.*. 175.
Muſicæ notæ Veterum. 1461.
Naſo (Ovidius) Sch. 1278.
Contra Neſtorium. 1203. ſeq. 1210. ſeq. & *Confeſſ.* p. 180.
Nicomachi Arithmetica. 1295. 1323. 1341. 1528. 1542. Muſica 1383. 1392. 1393. 1406. 1407. 1411.
Nicoſtratus. Sch. 1283.
M. Julius Nipſus agrimenſor. 1540.
Opilio Boethii delator. 934.
Orphei Muſica. 1383.
Papinianus. 1023.
Parmenides. 1060.
Patricius Rhetor cui commentarios in Ciceronis Topica inſcripſit Boethius. 757. 823. 841. Idem forte, cui Geometricos libros p. 1487. ubi Geometrarum exercitatiſſimum vocat.
Paulinus Vir Conſularis. 929.
Paulus Inſtitutionum libri ſecundi titulo de dotibus. 782.
Pelagius. *Confeſſ.* 176.
Peribonii dilectio. Sch. 1284.
Peripatetici. 299. 360. 437. 760. 857. diverſa inter ſe ſectati. 192.
Perſius. Sch. 1278.
Petronius. 45.

Philo

2011 Ministerio de Cultura

Philo (Philoſophus) 373. 374.
Philolaus Pythagoricus in Muſic. 1342. 1412. 1423.
Philoſophi. 1274.
Pindarus Thebanus. 59.
Plato. 56. 75. 155. 297. 298. 403. 760. 762. 929. 1057. 1058. 1060. 1071. 1113. 1114. 1297. 1371. 1392. ſtudioſiſſimus Pythagoræ. 1352. Platonitas. 339.
Ejus Timæus 1041. 1323. 1345. 1358. 1542. à Cicerone verſus. 795.
Cratylus. 323. In Sophiſtam commentaria Porphyrii. 638.
De Platonis & Ariſtotelis Concordia commentari & Platonis dialogos omnes vertendo vel comẽtando in latinam redigere formam inſtituit Boethius. 318.
Platonici. 186. 779.
Porphyrii Iſagoge ad Categorias ſive liber de generibus, ſpeciebus, differentiis, propriis atque accidentibus 133. Sch. 1278.
in eum duplicia Boethii commentaria, priora in Victorini verſionem, posteriora in verſionem Boethii, 46.
Liber Iſagogicus de Categoricis Syllogiſmis. 5. In Categorias. 167. 168. 191. 206.
In librum Ariſtotelis de interpretatione. 252. 290. 292. 294. 295. 298. 299. 301. 305. 315. 317. 320. 321. 322. 328. 329. 333. 334. 347. 348. 356. 362. 368. 387. 394. 426.
De modis Syllogiſmorum. 594. 603. Commentarii in Theophraſtum de affirmatione & negatione 294.
In Sophiſtam Platonis commentarii, quibus inſeruit librum Andronici de diviſione. 638.
Probus. Sch. 1276
Prophraſtus Periotes (lege è Nicomacho, Theophraſtus Pierites) 1385.
Ptolemæus (Geograph.) 997. (Aſtronom.) Sch. 1282. (Aſtrolog.) Sch. 1284.
(Muſic.) 1376. 1393. 1411. 1472. 1473. 1475. 1476. 1480. 1481.
Pythagoras 1296. 1298. 1342. 1352. 1367. 1272. 1377. 1378. 1394.
Samius. 1384.
Menſa Pythagorea. 1518. Pythagoræ promiſſio. Sch. 1284.
αὐτὸς ἔφα. 1393. ἔπε θεῷ. 943.

2011 Ministerio de Cultura

Pythagoricam doctrinam de Categoriis illustrare voluit Boethius in commentario ad Categorias uberiore, qui non exstat. 112. 113.
Pythagorici. 1373. 1376. 1377. 1393. 1411. 1417. 1423. 1472. 1473. 1475. Sapientiæ Pythagoræ heredes. 1342.
Sabelliani. *Confess.* p. 173.
P. Scævola ICtus. 787.
P. Scævola filius. 809.
Seneca. 920. 1023. Sch. 1278.
Ejus liber de forma Mundi. 1537.
Servius. Sch. 1276.
Socrates (apud Platonem) 174. 813. Socraticum decretum. 936.
Philosophus simus, calvus, senex. 326. 416.
Socratis Philosophiæ præceptoris venenum. 920.
Soranus. 920.
Spartanorum Ephororum προβούλευμα * sive decretum veteri dialecto Laconica, quo Timotheus fidicen ob immutatas Musicæ rationes civitate pellitur. 1372.
Speusippus. 297.
Papinius Statius. 1373. & Sch. 1278.
Stoici. 10. 47, 192. 195. 297. 361. 374. 375. 429. 760. 762. 1109. Stoici in libris quos περὶ ἀξιωμάτων appellant. 291. Stoicum Vulgus 920.
De Stoicorum dialectica Porphyrius multa in comment. ad librum de interpretatione. 315. 362.
Symmachus Boethii Socer. 977. 943. 972 Symmacho libros de Syllogismo Hypothetico inscribit Boethius. 606. & de Trinitate. 1121.
Alius Symmachus Elisiæ frater. Sch. 1295.

Syria-

* In hoc decreto emendando & illustrando certavit eruditorum hominum industria, è quibus nominare licet Lilium Gyraldum dialogo IX. de Poetis, Paulum Leopardum VIII. 4. emendat. Jos. Scaligerum p. 385. ad Sphæram Barbaricam Manilii, Is. Casaubonum VIII. 11. ad Athenæum, Jo. Meursium. III. 5. Misc. Lacon. Joh. Seldenum II. 10. § 8. de Synedr. (ubi peculiari dissertatione illud SCtum exposuisse se affirmat, quæ non vidit lucem, licet tribus verbis idem Ephororum decretum tangit notis ad Chron. Marmoreum p. 197.) Ism. Bullialdum ad Theonem Smyrnæum p. 295. seq. Claud. Salmasium de Hellenistica p. 82. G. I. Vossium lib. IV. Inst. Or. p. 50. A. Schot. tum ad Procli Chrestomathiam & Jac. Gronovium præf. ad Tomum quintum thesauri Antiquitatum Græcarum.

2011 Ministerio de Cultura

Syrianus Philoxenus in lib. Aristotelis de interpretatione. 295. 321. 352. 404.
Terentius. 657. 757.
Terpander Lesbius. 1372. 1383.
Thaletas Cretensis Gortynius. 1327
Themistius diligentissimus scriptor ac lucidus, & omnia ad facilitatem intelligentiæ revocans. 871.
in Categorias 114.
in primos postremosque Analyticos latine vertit Vegetius Prætextatus. 289.
in Topica. 871. 872. 875. 876. 877. 878. 879.
Theocriti Bucolica. 373
Theophrastus subtilitatis artifex. Sch. 1289.
De Syllogismo Hypothetico, Vir omnis doctrinæ capax rerum tantum summas exsequitur. 606.
quinque modos addit modis primæ figuræ, & unum modis figuræ tertiæ. 594. 595. 603.
Ejus liber de affirmatione & negatione. 292. 327. 428. Porphyrii in hunc librum Commentarius 294.
Theophrastus Pierites. Vide supra, Prophrastus.
Secundus Theophrastus. Sch. 1285.
Timotheus Milesius Musicus 1372. 1385.
Lacedæmoniorum contra eundem edictum. 1372.
Tiresiæ ridiculum vaticinium, *quicquid dicam, aut erit, aut non*. 1102. (ex Horatio.)
Tragoedia. 968. 1027. 1226.
Trebatius. Sch. 1278.
Trigvilla. 929.
Varro de mensuris. 1542. Peritissimus latinorum. 1537.
Vegetius Prætextatus. Supra in Themistio.
Victorinus Orator sui temporis doctissimus. 1. Porphyrii Isagogen transtulit & Menantio inscripsit. 5. In ejus versionem commentatus est Boethius, qui illum reprehendit 11. 22. 33. Victorini quatuor Volumina in partem Topicorum Ciceronis. 757. 799. notantur. 842. Ejus liber de definitionibus. 800.
Virgilius. 413. 561. 757.
Ulpianus in Institutis. 779.

2011 Ministerio de Cultura

Xenocrates. *297. 873.* Fontini protervitas Xenocratis ſcrutinia aperuit &c. Sch. *1286.*
Zenonis concretio. Sch. *1284.*
Zenonis tormenta. *920. 992.*

Hactenus Index Scriptorum à Boethio allegatorum.

Flavius Boethus è Ptolemaide, Vir Conſularis, ab Alexandro Damaſceno Peripateticis dogmatis imbutus, & Peripateticorum fautor ſingularis, ætate Galeni, qui ejus plus ſimplici vice meminit.

Boethus Sidonius, Andronici Rhodii diſcipulus. Ammon. in Categor. Cum Strabone συμφιλοσοφήσας τὰ Ἀριστοτέλεια, ut refert ipſe Strabo lib. XVI. p. 757.

Bulon Lyconis diſcipulus. Laert. V. 70. 71.

Callinus Theophraſti diſcipulus, cui fundum quem Stagiris habebat & alia moriens legavit. Vide Laert. V. 52. 55. 56.

Alius junior *Callinus Hermionenſis*, cui Lycon teſtamento legavit ſcripta ſua inedita aliaque. id. V. 73. & 70. ſeq.

Callippus Cyzicenus, quem cum Ariſtotele verſatum contuliſſe cum eo & emendaſſe Eudoxi inventa Aſtrologica notavi ſupra cap. V. num. 10.

Callippus Petaneus, teſtis teſtamenti Theophraſtei. Laert. V. 57.

Calliſthenes Olynthius, Sororis Ariſtotelis filius, de cujus hiſtoria de Alexandro M. genuina deperdita, itemque altera quæ exſtat ſuppoſititia dixi ſupra cap. VIII. Interitum Calliſthenis ſodalis ſui libro de luctu deploravit Theophraſtus teſte Cicerone 3. Tuſc. Confer Reinefii Var. lect. p. 366. & Menagium p. 207. ad Laert. Vide & de Calliſthene Suidam, & quæ ad Laertium V. 4. ſeq. & 10. & 39. & ad Curtium VIII. 8. 21. Viri docti. Tum de ſcriptis Calliſthenis cæteris Voſſium lib. I. cap. 9. de Hiſt. Græcis, Meurſium in Bibl. Græca & ad Chalcidium p. 33. ſeq.

Calliſthenes alter, Theophraſti diſcipulus, cujus mentio in ejus teſtamento apud Laertium V. 53. & 56.

Caſſander Antipatri F. Macedoniæ Rex, qui ita coluit Theophraſtum, ut Antipater Ariſtotelem. Vide Laert. V. 37.

Chamæleon Peripateticus laudatus Tatiano, in loco quem adduxi lib. II. c. 1. §. 3. Vide etiam ſi placet quæ de hoc ipſo Chamæleonte lib. II. cap. 5.

Cha-

2011 Ministerio de Cultura

Chares ſervus, cui manumiſſo libros ſuos editos Lycon teſtamento legavit. Laert. V. 73.

Chilas Epheſinus ſæculo XIII. poſt CHRISTUM natum clarus, notante Patricio p. 144. diſcuſſ. Peripatet.

Claudius Severus quem à M. Antonino Philoſopho auditum refert Capitolinus in hujus vita c. 3.

Clearchus Solenſis, Ariſtotelis diſcipulus. De eo ejusque ſcriptis videndi Voſſius de Hiſt. Gtæcis p. 48. ſeq. Jonſius lib. 1. c. 18. apud quem pro *Φιγαλίας* p. 98. lege *Φυγαδίας*) & Meurſius in Bibl. Gr. Alius Clearchus Comicus de quo ſupra lib. II. c. 22. Fuit & Clearchus Heracleæ Ponticæ Tyrannus, de quo Chion Platonicus Epiſt. XIII. ſeq. Hujus, ni fallor, fuere Tactica commemorata Æliano.

Cleodemus. Lucian. in Philopſeude, & Convivio, ubi legas eum propter dicacitatem & arguendi ſtudium à diſcipulis dictum gladium ac bipennem.

Clitomachus non in Platonicæ tantum ſed Peripateticæ quoque & Stoicæ ſectæ dogmatis verſatus teſte Laertio IV. 67.

Clitus Mileſius Ariſtotelis diſcipulus & comes Alexandri M. de Mileto ſcripſit. Vide Voſſium de Hiſt. Græcis p. 57. Apud Menagium p. 201. ad Laert. male *Alitus*.

Crates Peripateticus. Laert. IV. 23.

Cratippus * Mytilenæus, Pompejum è Pharſalica clade fugientem verbis è Philoſophia depromptis erexit, (Plutarch. vita Pompeji p. 658.) à Cicerone, qui cum eo verſatus Epheſi eſt, habitus princeps ejus ætatis Peripateticorum. (Cic. Timæo.) Pro hoc idem apud Cæſarem jam rerum potitum egit, ut civis Romanus adſcriberetur: ab Areopagitis vero impetravit, ut Athenis decori futurus inſtituendæ præficeretur juventuti. (Plutarch. in vita Cic. p. 873.) Hinc filium ſuum ei dedit in diſciplinam, (Cic. Offic. lib. 1.) qui non ut diſcipulum ſed ut filium Cratippo conjunctiſſimum ſe fuiſſe teſtatur (Epiſtola ad Tironem XVI. 21. ad famil.) Videtur quoq; Aſiam cum eo luſtraſſe, ut è Trebonii Epiſtola (XII. 16.) colligas. Sed & M. Brutus poſt interfectum Cæſarem Athenas delatus Cratippum audivit. (Plutarch. in vita Bruti p. 994.) De divinatione è ſomniis ſcripſiſſe apparet è Ciceronis 1. de divinat. c. 3. 32. 50. lib. 2. c. 48. 52. ſeq. & Tertull. de anima cap. 46.

* De Cratippo agunt viri docti ad Cic. lib. 1. Officior. & Clariſſimus Baylius in Lexico edit. ſecundæ.

2011 Ministerio de Cultura

Crito Chalcedonenſis, ſervus Lyconis. Laert. V. 72. & 74.

Critolaus quidam Ariſtotelis diſcipulus. Vide Patricii diſcuſſ. Peripatet. p. 128.

Critolaus alter junior Phaſelites, qui Ariſtoni Ceo ſucceſſit, teſte Cicerone V. 5. de finibus, Plutarcho de exſilio & Clemente 1. Strom. Ultra annos LXXXII. vixiſſe traditur à Luciano in Macrobiis. Romam ab Athenienſibus miſſus eſt Olymp. CLVI. 2. una cum Carneade Academico & Diogeno Babylonio Stoico. De qua legatione vide ſis Ciceronem IV. 3. Tuſc. & II. 36. de Oratore, Plinium VII. 30. Hiſt. Gellium VII. 14. Macrobium lib. 1. c. 5. Saturn. & è recentibus Jonſium II. 14. Sententiam Critolai de mundi æternitate prolixe exponit Philo περὶ ἀφθαρσίας κόσμου p. 730 - 733. Libram ejusdem, qua lancem bonorum animi longe propendere fecit præ illis corporis, laudat Cicero V. 17. Tuſc. Ariſtonem Critolai diſcipulum vocat Quintilianus, juniorem quendam ut videtur Ariſtonem denotans II. 15. Inſt. Or. & c. 17. Critolaum multis contra Rhetoricam ſcripſiſſe teſtatur, quibus artem eam eſſe eſt inficiatus. Fuere & alii ſcriptores Critolai, de quibus vide ſi placet Voſſium de Hiſt. Gr libro III. p. 348. ſeq.

Cteſarchus Theophraſti diſcipulus & curator teſtamenti. Laert. V. 56.

Dæippus in Stratonis Phyſici teſtamento memoratus. Laert. V. 63.

Damaſcius Syrus Ammonii Hermeæ & Heliodori Peripateticorum diſcipulus, Stoicos etiam audivit & Platonicos, quibus utrisque magis aſſentire eſt viſus. Scripſit præter alia infra libro quinto diligentius perſequenda, Epitomen in quatuor primos & octavum Phyſicorum Ariſtotelis, & Paraphraſin quæ exſtat in primum de cœlo.

Daniel Cyzicenus Sæculo XIII. à CHRISTI navitate clarus. Patric. p. 141. diſcuſſ. Peripatet.

David quidam, cujus commentarios Græcos MSS, in Ariſtotelis Categorias & quinque voces Porphyrii memorat Geſnerus.

Demaratus. Vide infra, hoc capite, in Proclo, & Laert. V. 53.

Demetrius Alexandrinus, Favorini amicus, de quo Menagius ad Laertii V. 84.

Demetrius Aſpendius Apollonii Solenſis diſcipulus. Laert. V. 83.

Demetrius Byzantinus de quo Voſſius in Hiſt. Græcis, Menagius ad Laert. V. 83. & Jonſius p. 208. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ.

Demetrius Phalereus Theophraſti diſcipulus. Laert. V. 39. à Caſſandro Mace-

2011 Ministerio de Cultura

Macedoniæ Rege præfectus Athenis Olymp. CXVIII. 2. non oppressit sed instauravit popularem illius Reip. statum. Diodor. Sic. XX. p. 782. Δηλοῖ ὑπὲρ τὰ ὑπομνήματα ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. Strabo IX. p. 398. Plura de eo ad Laert. V. 75. seq. Ejus pæanes ad Serapim, à quo usum oculorum receperat. id 76. Cætera ejus scripta quamplurima id. 80. seq. De libro eleganti περὶ ἑρμηνείας, qui hodie falso sub hujus Demetrii nomine exstat, dicam infra inter Rhetoras libro IV.

Demotimus Theophrasti discipulus. Laert. V. 53. 55. 56.

Dexippus Jamblichi discipulus, scripsit *in Categorias* Aristotelis, teste Simplicio in Categor. & Joh. Tzetze Chil. IX. hist. 274. Et hodieque exstant hujus Dexippi *quæstionum in Categorias libri tres*, sed latine tantum editi è versione *Io. Bernardi Feliciani*. Venet. 1546. fol. & 1566. una cum Porphyrio in Categorias, & Paris. 1549. 8. apud Vascosanum. De aliis Dexippi hujus monumentis consules Meursii Bibl. Atticam, & Vossium II. 16. de Hist. Græcis, H. Valesium ad Evragium p. 122. & ad excerpta legationum Dexippi Athenienſis ab Hoeschelio primum edita. De Dexippis duobus, Herennio Rhetore & altero Coo Medico, adi Suidam.

DICÆARCHUS Messenius, Siculus, Aristotelis discipulus, ἱστορικώτατος, Ciceroni, VI. 2. ad Atticum. Ejus scripta hæc apud veteres memorantur:

Περὶ Ἀλκαίου (nisi fuit pars librorum περὶ βίων) Athen. XI. p. 461. seq. & XV. p. 666. 667. Schol. Aristoph. ad pacem v. 1263. περὶ Ἀλκμαίωνος Athen. XV. 668. quo & ipso loco Casaubonus, Meursius & Jonsius Ἀλκαίου nomen reponunt.

Ἀναγραφὴ τῆς ἑλλάδος, πρὸς Θεόφραστον. versibus Jambicis, Poema Geographicum quo illustrasse videtur Dicæarchus tabulus suas Geographicas (πίνακας ἐν οἷς τὰ γῆς περίοδοί εἰσιν) quas Theophrasto obtulit, & hic in testamento suo jussit in inferiore porticu reponi, apud Laertium V. 51. Est hæc conjectura Clariss. Dodvvelli in diss. de Dicæarcho §. VI. & VII. Reprehenditur hoc opus Dicæarchi à Polybio apud Strabonem lib. 2. p. 104. 105. Exstant adhuc fragmenta nonnulla, ut statim dicam.

Περὶ βίων *De Vitis virorum illustrium* libri, de quibus vide Jonsium p. 90. & Menagium ad Laert. III. 5.

2011 Ministerio de Cultura

Βίος * Ἑλλάδος *de vita sive statu Græciæ libri III.* de quo opere consulendæ præter Meursium in Bibl. Græca præclaræ Neocori sive Kusteri ad Suidam notæ. *Libros antiquitatum & descriptionum Græciæ* vocari ab Hieronymo 2. in Jovinianum jam notatum Vossio lib. 1. c. 9. de Hist. Græcis. Cui addes quod eodem opere & Dimensione montium (de qua infra) usus videtur Plinius Dicæarchum laudans libro II. IV. V. VI. &c. naturalis Historiæ, & Porphyrius lib. 4. de abstinendo ab animatis p. 443. ubi ait Dicæarchum σωτόμως τε καὶ ἀκριβῶς collegisse τὰ ἑλληνικά. Etiam Ciceronem XIII. 39. ad Atticum, ubi petit sibi mitti Φαίδρους πλειστῶν & ἑλλάδος. Hujus pariter operis prosa scripti & ἀναγραφῆς τῆς ἑλλάδος compositæ versibus Jambicis (quam à βίῳ ἑλλάδος distingvendam docet H. Steph. & H. Dodvvellus in erudita diss. de Dicæarcho) fragmenta hodieque exstant, edita primum & illustrata ab *H. Stephano*, additis ad ἀναγραφῆς reliquias etiam Is. Calauboni castigationibus. Paris. 1589. 8. quæ editio recusa est Tomo undecimo thesauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani. Deinde cum Geographicis Marciani, Scylacis, Artemidori Ephes. & Isidori Characeni vulgavit Græce *David Hoeschelius* Augustæ Vindel. 1600. 8. Denique latine vertit ediditque cum brevibus notis doctissimus & humanissimus Bibliothecæ Bodlejanæ præfectus *Joh. Hudsonus*, Tomo secundo Geographorum Græcorum, Oxon. 1703. 8. addito, quod ad eum lubens miseram descriptum è codice Gudiano & latina versione à me donatum, *fragmento de monte Pelio.* Præmissa est eidem tomo dissertatio eruditissimi Viri H. Dodvvelli, qua de Dicæarchi ætate & fragmentis illis subtilius disquirit. Vide & H. Stephani schediasm. VI. 14. 15. 16. 17. Rittershusium VIII. 10. sacrar. lect. Non diversa fuisse videtur à fragmentis per H. Stephanum editis Dicæarchi Geographia, quam apud Heinricum Scringerum Bibliothecarium Fuggerorum exstitisse legas in Catalogo MSS. Scipionis Tettii, ap. Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 169.

Corinthiacus. Cicero 1. Tusc. qu. *Dicæarchus in eo sermone quem Corinthi habitum tribus libris exponit doctorum hominum disputantium: primo libro multos loquentes facit, duobus Pherecratem quendam Phthiotam senem quem à Deucalione ortum differentem inducit, nihil esse animum,*

&

Sic Varro scripsit *de vita* Pop. Romani.

2011 Ministerio de Cultura

& hoc esse nomen totum inane &c. Perstringit Tertull. de anima c. 15. Lactantius c. 10. Epitomes. Respicit & Sextus Empiricus VII. contra Math. p. 201.

Περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων. Schol. Comici ad Aves v. 1403. ubi vitiose legitur Δήμαρχος pro Δικαίαρχος. Vide Jonsium p 88.

De divinatione. Cicero 2. de divinat. c. 51. *Magnus Dicæarchi liber est, nescire quæ eventura sunt melius esse quam scire.* Idem lib. 1. c. 3. *Dicæarchus Peripateticus cætera divinationis genera sustulit, somniorum & furoris reliquit.* adde c. 50. & lib. 2. c. 48.

Epistola ad Aristoxenum. Cic. XIII. 32. ad Attic.

Περὶ τῆς ἐν Ἰλίῳ θυσίας De Sacrificio (Alexandri M. ut suspicor,) apud Ilium. Athen. XIII. p. 603.

Liber de interitu hominum Cicero II. 5. de officiis: *Est Dicæarchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni & copiosi, qui collectis cæteris causis eluvionis, pestilentiæ, vastitatis, beluarum etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumta: deinde comparat quanto plures deleti sint homines hominum impetu, id est bellis aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate.* Forte in hoc libro tradidit humanum genus semper fuisse, quam ei sententiam tribuit Censorinus c. 4.

Καταβάσεως. Cic. XIII. 31. & 32. ad Atticum. Vide infra: *Trophoniana Charonis narratio.*

Καταμετρήσεις τῶν ἐν πελοποννήσῳ ὀρῶν. *dimensiones montium Peloponnesi.* Suid. Pro ὀρῶν Clariss. Dodvvellus legit ὄρων p. 15. diss. de Dicæarcho, & multos colligit scriptores qui ὄρους ediderunt. Sed de montium dimensione scripsisse Dicæarchum constat è Plinio II. 65. Hist. & Gemino c. 14. element. Astronom. ut ipse Dodvvellus p. 24. fatetur.

Lesbiaci libri. Cicero Tusc. quæst. lib. 1. c. 31. *Acerrime autem deliciæ meæ Dicæarchus contra hanc* (animorum) *immortalitatem disserit. Is enim tres libros scripsit qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habetur, in quibus vult efficere animos esse mortales.* Confer Euseb. XV. 9. præparat. ex Attico Platonico. Respicit Plutarchus adversus Colotem p. 973. è quo loco constat Platonem in illo opere à Dicæarcho fuisse oppugnatum.

Περὶ Μουσικῆς. Schol. Aristophanis ad Nubes v. 1367.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ μυσικῶν ἀγώνων. Suid. in σκολιόν. Schol. Comici ad Veſpas v. 1190. & ranas v. 1335. Confer Jonſium lib. 1. c. 16.

Ὀλυμπικός. Athen. XIV. p. 620. Adde Jonſium p. 89.

Παναθηναϊκός. Schol. Comici ad Veſpas v. 502. Meurſius Dicæarchi παναθηναϊκὸν, Ὀλυμπικὸν & Τελπλιπικὸν habet pro tribus Orationibus, unde à Suida ipſe dicatur Orator. Sed forte non magis fuere Orationes quam Corinthiacus & Lesbiaci.

Πολιτεία Σπαρτιατῶν qui liber Suida teſte diu quotannis lectus eſt Lacædæmone in Ephororum prætorio, puberibus auſcultantibus.

Πολιτείαι Πελληναίων, Κορινθίων, Ἀθηναίων. Cicero II. 2. ad Attic. Πελληναίων *in manibus tenebam, & hercle magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes exſtruxeram. O magnum hominem, & à quo multo plura didiceris quam à Procilio.* Κορινθίων & Ἀθηναίων *puto me Romæ habere. Mihi credes, leges; hæc doceo; mirabilis vir eſt.* Hæc ſcripta videtur reſpicere idem Cicero 3. de legibus, ubi ait Dicæarchum huic rationi ſtudioque, quod eſt de civili prudentia, non defuiſſe.

Τριπολιτικός. Cic. XIII. 32. ad Attic. & Athenæus IV. p. 141. De Dorienſium Tripoli egiſſe in hoc opere Dicæarchum, ſuſpicatur Dodvvellus diſſ. de Dicæarcho p. 31. ſeq. Fuit & τριπολιτικὸς, incertum an idem, quem Theopompo à quibusdam ſed male tributum notat Joſephus 1. contra Apionem p. 1051. in quo Thebanorum politiam auctor perſtrinxerat.

Trophoniana Chæronis narratio. Cic. VI. 2. ad Atticum Τὰ περὶ τὸ εἰς τροφωνίου καταβάσεως. Athen. XIII. p. 574. & XIV. p. 641. Supra in καταβάσεως. Hoc opus puto reſpici à Phlegonte in mirabilibus c. 4.

Ὑποθήσεις τ' Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων. Sextus Empiricus III. contra Math. p. 84. Adde Jonſium lib. 1. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. c. 16.

Φαίδρου περιοδὰ. Libellus de iis quæ in Platonis Phædro ſuperflua & omittenda poſſunt videri. Ita enim cum viris doctis intelligo locum Ciceronis XIII. 39. ad Attic. neque aſſentior Corrado, qui καταμερισμοὺς ὁρῶν putat à Dicæarcho inſcriptas Φαίδρου, quod Reineſius Epiſt. 69. ad Rupertum p. 608. non improbans, recte rejicit III. 3. Var. lect. p. 377. ſed nec majori probabilitate nititur

2011 Ministerio de Cultura

tur quod ibi putat à Cicerone peti Phædri Epicurei ſcriptum nulli veterum memoratum περὶ θεῶν.

περὶ ψυχῆς duplex opus. Cic. XIII. 32 ad Atticum. Vide paulo ante in *Corinthiaco* & *Lesbiaco*. Plutarch. p. 1215, contra Colotem.

Fuit & Dicæarchus Tarentinus Pythagoricus, memoratus Jamblicho, & ne de Dicæarcho Teleſtino Helenæ fratre apud Ptolemæum Hephæſt. lib. 4. dicam, Dicæarchus Ætolus de quo meminit Diodorus Sic. in excerptis Peireſcianis p. 290. tum Dicæarchus Lacedæmonius Ariſtarchi Grammatici diſcipulus Suidæ commemoratus, cui non ab re fortaſſis ſcripta quædam Grammatici argumenti ex iis, quæ jam retuli, tribueris.

Didymus Alexandrinus præceptor S. Hieronymi, cœcus licet, præter ſacras literas & omne genus diſciplinarum, non minus Ariſtotelis Syllogiſmos quam Platonis facundiam tenuit, ut ait Theodoritus IV. 29. Hiſt. hoc eſt ut Nicephorus IX. 17. interpretatur, ἀπὸ τόσου πᾶς διαφόρους δόξας τῶν φιλοσόφων ἠκρίβωσεν, ὡς ἄλλο μηδὲν εἰδέναι δοκεῖν.

Diocles Medicus, Stratonis Phyſici diſcipulus & teſtamenti curator. Laert. V. 62. Diverſus ab hoc ut videtur Diocles Stratonis ſervus id. 63. Alios Diocles eorumque ſcripta refert Meurſius in Bibl. Græca.

Diodorus Peripateticus Critolai auditor teſte Cicerone V. 5. de finibus & in Schola ſucceſſor, Clem. 1. Strom. p. 301. Summum bonum ſtatuit τὸ ἀοχλήτως καὶ καλῶς *honeſte & ſine moleſtia* vivere. id. II. p. 415. Confer Cic. IV. Academ. quæſt. c. 42. Diodoro fortaſſis ſucceſſit Erymnæus, de quo infra.

Diodotus Boethii Sidonii frater. Strab. XVI. p. 757.

Diogenes Phœnicius, Simplicii æqualis. Vide Suidam in πρέσβεις, ex Agathiæ libro II.

Diophantus Stratonis Phyſici ſervus, teſtamento ejus liber dimiſſus. Laert. V. 63. Idem forte de quo in teſtamento Lyconis. id. 71.

Dioſcorides Dionyſii F. teſtis teſtamenti Theophraſtei. Laert. V. 57.

Dioteles Ariſtotelis diſcipulus, cujus mentio in hujus teſtamento apud Laert. V. 12.

Dorus Arabs à Peripatetica ſchola cujus dogmatis acriter inhærebat ad Platonis ſacra ſub provectiorem ætatem deductus ab Iſidoro Philoſopho. Meminit hujus Dori Photius & Suidas è Damaſcio. Alius Dorus librarius. Sen. VII. 6. de benefic.

2011 Ministerio de Cultura

Dromo Stratonis Physici servus, testamento ejus liber dimissus. Laert. V. 63.

Echecratides Methymnæus Aristotelis discipulus. Steph. Byz. in Μηθυμνα.

Egidius quem inter Peripateticos refert Jonsius p. 340. est Ægidius de Columna Romanus Ord. Eremitar. S. Augustini & Archi-Ep. Bituricensis, Doctoris fundatissimi cognomine celebris, qui varia Aristotelis scripta commentariis illustravit, & scripsit adversus corruptorem librorum præceptoris sui Thomæ Aquinatis. Obiit Avenione A. C. 1316. sepultus Parisiis, ubi in Epitaphio vocatur inter alia: *Archiphilosophiæ Aristotelis perspicacissimus Commentator.*

Elamites Phryx. infra in *Eulalius*.

Ephorum Cumanum Isocratis discipulum atque adeo Aristotelis æqualem liceatne Peripateticis accensere è loco Tatiani, quod facit Patricius pag. 134. discuss. Peripatetic. admodum incertum esse judico.

Epicrates, curator testamenti Stratonis Physici. Laert. V. 62. 63.

Erasistratus, Julietes Ceus, Medicus Seleuci Regis, Theophrasti discipulus, præceptor Stratonis Physici Laert. V. 61. De hoc infra lib. VI. inter Medicos.

Erymneus, Athenionis præceptor. Athen. V. p. 211. Successor fortasse Diodori, ejus quem Critolao successisse paulo ante dixi.

Eucærus Εὐκαιρος. Anonymus in Vita Aristotelis edita ab Ægidio Menagio, referens inter scripta Philosophi libros LXXII. συμμίκτων ζητημάτων, subjungit: ὡς φησιν Εὐκαιρος ὁ ἀκεσὴς αὐτ.

Eudemus Cyprius in quem defunctum Aristoteles dialogum de anima composuit. Vide supra cap. VII. p. 190.

Eudemus Rhodius Aristotelis discipulus, cui *Ethica ad Eudemum* creditur inscripsisse, quæ alii malunt ἐνδήμεια dici ab Eudemo tanquam ab auctore, ut dixi cap. VI. num. XXXI. Scripsit & *Analytica* de quibus ibidem, & forte *de Categoriis* ac *de interpretatione*, ut colligas è loco Ammonii ad Categor. p. 13. οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτ. Εὐδημος καὶ Φανίας καὶ Θεοφρας. κ. ζῆλον τ. διδασκάλε γεγραφήκασι κατηγορίας καὶ περὶ ἑρμηνείας καὶ Ἀναλυτικήν. In Analyticis suis egerat forte etiam de Syllogismo Hypothetico, & quatuor modis syllogismorum primæ figuræ quinq, alios modos, & sex modis tertiæ figuræ septimum addiderat, quod ab Eudemo factum notat Boethius. Ejusdem Φυσικὰ laudantur à Simplicio in 1. Phys. & liber περὶ γωνίας à Proclo

2011 Ministerio de Cultura

clo in Euclid. Scripsit & *Historiã Geometricam* & *Astrologicã* quæ scripta cum magno rei literariæ detrimento interciderunt. E Geometrica afferuntur quædã præclara à Proclo ad 1. Euclidis: Ex Astrologica à Laertio, Clemente Alex. Theone Smyrnæo, Simplicio ad Aristotelem de cœlo, & ab Anatolio in fragmentis hoc capite à me editis. In Eudemum περὶ λέξεως, commentaria composuisse se testatur Galenus. Eudemi vitam scripserat Damas quidam teste Simplicio in VI. Phys. Vide & infra in Menedemo & Meursium II. 9. de Rhodo Insula.

Eudemus Peripateticus, Galeni æqualis. lib. περὶ τῆς περιγινώσκειν, T. 3. p. 452. 453.

Eudorus Peripateticus, cujus liber de Nilo ex Aristonis, an Aristonis ex Eudori exscriptus sit, dubitat Strabo XVII. p. 790.

Eulalius Phryx (qui male in quibusdam Codd. scribitur Elamites) Simplicii condiscipulus. Suid. in Δαμάσκιος & πρέσβεις.

Euphranor servus Lyconis, testamento ejus manumissus. Laert. V. 73.

Euphronius Pæaniensis, testis testamenti Lyconis. Laert. V. 74.

Eurytheum sive ut in indice legitur *Euxitheum* unde Jonsius inter Peripateticos p. 340. retulerit, non comperi. Euxitheum quidem Pythagoricum è Clearcho Peripatetico memorat Athenæus IV. p. 157. De alio Euxitheo Eleorum proditore è Demosthene mentionem faciunt Harpocrat. & Suidas.

Eustratius Metropolita Nicænus, de quo dixi supra c. VI. ad num. XXIX. Commentario ejus in secundum posteriorum Analyticorum hi præfiguntur versus:

Εὐστρατίου τόνδε πρωτέλεια Νικαίης
Κρύψιν Ἀριστοτέλους ἀσαφείης ἐξανελίσσων,
Τὴν πεπτήνατο κεῖνος Ἀναλυτικῶν ἐν λοίσθῳ
Ἔνθα κεν ἀμφὶ μέσου * καὶ ὅρου πυκιὰ διδάσκει,
Τόσσα μέχρι περήτων ὅρος ἀποδείξει ἑώντι.

Euthydemus Luciani æqualis, quem vide sis in Hermotimo T. 1. p. 512.

Euxitheus. Vide paulo ante Eurytheo.

Favorinus Ἀριστοτέλους ἐραστὴς καὶ τῷ περιπάτῳ νέμων μερίδα ἔπηνε πολείσην. Plu-

* De medio termino & definitione.

2011 Ministerio de Cultura

Plutarch. VIII. 10. ſympoſ. diverſus ut videtur ab altero Favorino Academico de quo dixi ſupra c. III.

Flavius Boethus, ſupra, in *Boetho.*

Claudius Galenus libro de ſcriptis propriis T. 4. p. 368. hæc ſe compoſuiſſe teſtatur ad Philoſophiam Ariſtotelis ſpectantia: Εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας ὑπομνήματα γ'. Προτέρων ἀναλυτικῶν, ὧν πρότερα περὶ, ὑπομνήματα ς'. Τῶν δευτέρων ὑπομνήματα έ. Εἰς τὰς ι κατηγορίας ὑπομνήματα δ'. Εἰς τὸ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως θεοφράστου ὑπομνήματας'. Εἰς τὸ περὶ τῆς ποιᾶς χῶς, ὑπομνήματα γ'. Εἰς τὸ περὶ λέξεως Εὐδήμου ὑπομνήματα γ'. περὶ τῆς τὸ διότι ἀποδείξεων, ἕν. Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων καὶ συλλογισμῶν ἕν. Περὶ τῶν ἐκ μιᾶς προτάσεων συλλογισμῶν ἕν. περὶ τῆς τῶν λέξιν σοφισμάτων. Εἰς τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον.

Georgius ſive Gregor.us Cyprius.

Georgius Scholarius, adverſus cujus pro Ariſtotele ἀπολήψεις ſcripſit Georgius Gemiſtus Platonicus. Vide Allatium de Georgiis.

Georgius Trapezuntius A. C. 1486. nonageſimo ætatis anno denatus ſcripſit comparationem Ariſtotelis & Platonis qua Ariſtotelem longe prætulit, ut dixi ſupra cap. 1. num. XXXIV. Tranſtulit & latine Ariſtotelis Rhetorica.

Gerardus Mathiſius cujus prolegomena & Epitome Logicæ Ariſtotelis Græce & lat. lucem viderunt Coloniæ 1569. 8.

Glyco. Vide infra, *Lycon.*

Gorgylus, Stratonis teſtamenti curator. Laert. V. 62.

Georgius Aneponymus, cujus Compendium Philoſophiæ Græcæ & latine edidit Jo. Voegelinus Auguſtæ Vindel. A. 1600. 8.

Hegeſias Hipparchi F. Theophraſti diſcipulus. Laert. V. 57.

Heliodorus Alexandrinus. Porphyr. in Plotini vita.

Heraclides Demetrii F. diſcipulus Lyconis. Laert. V. 71.

Heraclides Ponticus Heracleotes, de quo egerat Timagenes, cujus librum de claris Heracleenſibus memorat Suidas. Ariſtotelem audivit teſte Laertio V. 86. qui ejus ſcripta recenſet. Ad hunc præter notas doctorum Virorum conferendus Voſſius. p. 45. ſeq. de Hiſt. Græcis, & Jonſius lib. I. c. 17. qui triginta diverſos Heraclidas refert lib. II. c. 11. De allegoriis Homericis Heracliti Grammatici, quæ Heraclidi Pontico male à quibusdam tribuuntur, dixi lib. I. c. 22.

Heraclitus Peripateticus, cujus meminit Plutarchus adverſus Colotem p. 1215. ubi refert Ἀριστοτέλους τὰ περὶ ἀρετῆς καὶ τὰ περὶ ψυχῆς, Θεοφρά-

58.

2011 Ministerio de Cultura

σγτὰ πρὸς τὸς Φυσικὸς, Ἡράκλειτον ἢ Ζωροάστρην, τὸ περὶ τῆς Φυσικῶς ἀπορημάτων, Δικαιάρχου ἢ τὰ περὶ ψυχῆς, ἐν οἷς πρὸς τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα τῶν Φυσικῶν ὑπεναντιούμενοι τῷ Πλάτωνι καὶ μηχανώμενοι διαπτλῶσι.

Heraclius, discipulus Lyconis. Laert. V. 70.

Hermias Ammonii parer, Phœnicius, cujus meminit ex Agathia Suidas in πρέσβεις. De eo infra lib. V.

Herminus Demonactis æqualis. Vide Lucian. in Demonacte T. 1. p. 870. Præceptor Alexandri Aphrodisei, teste Simplicio in 2. de cœlo commentar. 23. *In librum Aristotelis de interpretatione* frequenter allegatur à Boethio. Videtur omnes vel plerosque Aristotelis libros exposuisse (inquit Patricius p. 137. discuss. Peripatet.) ita ubique ab omnibus Græcis & Boethio citatur. Appellatur etiam à Proclo in Timæum, ut appareat illum quoque librum explanasse.

Hermippus Peripateticus de Phænomenis cœlestibus scripsit, & inter Arati interpretes recensetur.

Herodianus, Apollonii Alex. frater.

Hieronymus Rhodius, ex Aristotelis Schola, Athen. VI. p. 424. Peripatèticus imprimis nobilis. Cic. de Oratore c. 56. Laert. IV. 41. & 42. Cum Lycone odia gessit. id. V. 68. Ejus scripta περὶ μέθης, περὶ ἐποχῆς, tum ὑπομνήματα ἱστορικὰ & Epistolæ allegantur à Laertio & Athenæo Vide Meursium in Rhodo lib. 2. c. 10.

Hipparchus Stagirites, Aristotelis discipulus, cujus mentio in ejus testamento apud Laert. V. 12. De eo vide si placet Suidam. Mentio & Hipparchi cujusdam in testamento Theophrasti. Laert. V. 62.

Hippocrates Stratonis testamenti curator. Laert. V. 62.

Hyperochides à Clearcho inducitur Aristotelis familiaris, apud Josephum I. contra Apionem p. 1047. cujus locum transcripsit Eusebius IX. 5. præparat.

Jamblichus, Platonicis licet addictior, quædam Aristotelis scripta commentariis illustravit, ut dixi infra libro V.

Jo. Argyropulus CPolitanus, patria à Turcis capta ad Cosmum Medicem se contulit, à quo liberaliter habitus filium nepotemque Petrum & Laurentium Medicem instituit, præceptor etiam Angeli Politiani: obiit septuagenarius A. C. 1480. De eo videndus Jovius in elog. p. 50. Lambecius VI. de Bibl. Vindob. p. 278. Bullartius Academia scientiar. & artium T. 1. p. 269. Varillasius in Anecdotis Florenti-

2011 Ministerio de Cultura

rentinus &c. Inter primos fuit hic Argyropulus qui renaſcentibus literis ſcripta Ariſtotelis elegantius latine convertit & commentariis interpretatus eſt. Prælectiones ejus quasdam Florentiæ habitas *Donatus Acciajolus* publici juris fecit.

Jo Beccus Patriarcha CPol. ab A. C. 1274. inter Peripateticæ fautores Philoſophiæ recenſetur à Patricio p. 144. diſcuſſ. Peripatic.

Jo. Damaſcenus ſæculi octavi Chriſtiani ſcriptor celeberrimus, cujus operum editionem pleniorem & luculentam hodie poſt Allatii, Labbei que promiſſa exſpectamus ab erudito Ord. Præd. Monacho Michaele le Quien, hoc loco à me refertur ob prolegomena quæ ſcripſit in Iſagogen Porphyrii, & capita Philoſophica ſive Dialectica atque Phyſica, quibus Ariſtotelis Philoſophiam ſibi cordi fuiſſe eſt teſtatus.

Jo. Glyces ſive *Glycas*. Meminit inter Peripateticos Sæculo tertio decimo claros Patricius p. 144.

Iræus in Stratonis Phyſici teſtamento memoratus. Laert. V. 63.

Iſidorus Gazæus, Simplicii æqualis. Suid. in πρόσβεις.

Lacydes Peripateticus ſive *Lycades*, cujus mentio apud Ælian. VII. 41. de animal. Sub Imp. Adriano vixiſſe ſuſpicatur Patricius p. 137. diſcuſſ. Peripatet. ubi pro: *narratque habuiſſe Ariſtonem*, lege: *habuiſſe anſerem*. De Lacyde altero Cyrenæo dixi ſupra c. III. in Platonicis.

Lamprias Plutarchi frater. Vide II. 2. ſympoſ.

Lampyrion diſcipulus Stratonis Phyſici, ut colligitur ex ejus teſtamento apud Laert. V. 61. 63.

Leo Byzantius Ariſtotelis diſcipulus, cujus filii *Melantes* & *Pancreon* heredes à Theophraſto inſtituuntur. Laert. V. 51. 53. 54. 55. 56.

Leo Magentinus Metropolita Mytilenenſis, cujus habemus Græce Compendium ex Ammonio in Ariſtotelem de interpretatione, & commentarium in binos Analyticorum libros.

Lycades. Supra in Lacydes.

Lycon Aſtyanactis F. Troadenſis, Succeſſor Strabonis Lampſaceni, Olymp. CXXVII. clarus, temporibus Antigoni Gonatæ Macedonis & Antiochi Syriæ Regis (ad quem venire renuit) & Pergami Regum Attali atque Eumenis, qui eum gratia ac muneribus ſunt proſecuti. Vide ad Laert. V. 65. ſeq. Scholæ præfuit Athenis per annos

2011 Ministerio de Cultura

annos XLIV. id. n. 68. Propter eloquentiam dictus est *Glycon*, quomodo & apud Plutarchum appellatur. Laert. V. 66. Pro Lycone male *Lysias* legitur in quibusdam Ciceronis editionibus, ut luculenta illa Hamburgensi Frobeniana, V. 5. de finibus. Perperam quoque *Lycus* Peripateticus, apud Clementem II. Strom. p 416. Aristo Lyconis successor librum fabulis plenum Lyconis nomine inscripserat, cujus meminit Plutarchus initio libri de audiendis Poetis.

Lycones alii duo, quorum unus frater, alter fratris filius fuit, illius de quo jam dixi. Laert. V. 69. seq. & 74.

Lycus. Vide paulo ante, in *Lycon*.

Lynceus Samius Theophrasti γνώριμος sive discipulus. Athen. III. p. 100. & VIII. p. 337.

Lysander Hybæes, testis testamenti Theophrastei. Laert. V. 57.

Lysimachus. Infra in *Simachus*.

Lysistratus Thasius, Phidonis F. Laert. V. 57.

Magentinus. Vide supra *Leo*.

Marinus Neapolitanus Procli discipulus, videtur scripsisse in libros Aristotelis de anima, ut è Philopono colligit Patricius p. 140. discuss. Peripatet.

Gerardus Mathisius. Vide supra in *Gerardus*.

Maximus Epirota sive Byzantius scripsit Suida teste περὶ ἀλύτων αἰνιγμάτων, & ὑπόμνημα εἰς Ἀριστοτέλην. Meminit & Simplicius in Categor. Idem Suidas hunc Maximum eundem facit cum Maximo Juliani τοῦ φιλοσόφου Magistro. Sed hunc quem Ephesium vocat distingvit Socrates III. 1. Hist. ut jam notatum præclaro Suidæ interpreti Lud. Kustero.

Pro *Megaclide* apud Tatianum legendum *Metaclides*.

Melantes. Vide supra in *Leo Byz*.

Menander Comicus, Theophrasti discipulus. Laert. V. 36. Amicus Demetrii Phalerei, id 79.

Menedemus Rhodius Peripateticus sistitur in Codicibus Gellii tam editis quam MStis, XIII. 5. sed *Eudemi* nomen reponendum esse contendit Vossius de Hist. Græcis p. 350. Confer Jac. Gronovium ad Gellium p. 580. Aristotelis discipulis (è Gellii ut opinor loco) accensetur Menedemus à Patricio p. 128. & 130. discuss. Peripateticarum, & Jonsio p. 340.

Menelaus Anæus, Steph. Byz. in Ἄναια.

2011 Ministerio de Cultura

Menephyllus Peripateticus colloquens inducitur à Plutarcho IX. 6. Symposf. & 14.

Menon Ariſtotelis diſcipulus. Vide ſupra cap. VIII. in σωαγωγή.

Metaclides Peripateticus, Tatiano laudatus & Suidæ in Μεταικλείδης.

Metrocles Maronites, Hipparchiæ frater; antequam ad Cynicos abiret, auditor Theophraſti, teſte Laertio VI. 94. & Stobæo ſerm. XCV.

Metrodorus Theorematicus Theophraſti primum, dein Stilponis auditor Laert. II. 113.

Michael Epheſius & *Michael Pſellus*, de quibus infra libro V.

Midias (Μειδίας) Medicus qui Lyconem curavit. Laert. V. 72.

Mnaſon Phocenſis, Ariſtotelis diſcipulus. Ælian. III. 19. Var.

Mneſigenes Stratonis teſtamenti curator. Laert. V. 62.

Neleus Coriſci F. Scepſius, Ariſtotelis & Theophraſti, qui ei libros omnes ſuos legavit (Laert. V. 52.) auditor. Hic Reges Ægypti primus docuit Bibliothecas condere. Strab. XIII. p. 608. Ab ejus poſteris pretio deinceps redemta Ariſtotelis & Theophraſti ſcripta. id. p. 608. & ſupra in *Apellicon Tejus*. Mentio Nelei iterum apud Laert. V. 53. 55. 56.

Nicander Alexandrinus teſte Suida ſcripſit περὶ τ' Ἀριστοτέλους μαθητῶν, quo ægre carere ſe profeſſus eſt jure merito Jonſius p. 339.

Nicanor, quem generum ſibi teſtamento inſtituit Ariſtoteles. Laert. V. 12. ſeq. Theophraſti ad hunc Epiſtolas memorat idem V. 50.

Nicephorus Blemmydes & *Nicephorus Gregoras*, de quibus infra libro V.

Nicippus Theophraſti diſcipulus. Laert. V. 73.

NICOLAUS *Damaſcenus* Auguſto perquam charus, εἷς ἐκ τῶν περιπάτου, Athen. VI. p. 249. confer Jonſium p. 222. De ejus πολυβίβλῳ ἱστορίᾳ καθολικῇ libris CXLIV. conſtante conſulendi Montacutius Apparatu quinto ad Origenes Eccleſiaſticas, Voſſius II. 4. de Hiſt. Græcis, Hugo Grotius Epiſtola CCLXIV. (ad Gallos 110.) & H. Valeſio in Excerptis Peireſcianis qui duumviri doctiſſimi fragmenta Damaſceni collegerunt ac latine verterunt. Fragmenta quidem *de moribus variarum gentium* quæ à Stobæo ſervata una cum ſimilibus Heraclidis, ſubjici ſolent Ariſtotelis πολιτικοῖς, videntur petita fuiſſe è Damaſceni σωαγωγῇ ἐνδόξων ἠθῶν, quam Auctor inſcripſerat Herodi Judæorum Regi, teſte Photio Cod. CLXXXIX In excerptis Peireſcianis leguntur etiam præclara ἀποσπάσματα ex Damaſceni

2011 Ministerio de Cultura

ſceni *libro de vita ſua*, περὶ τῆς ἰδίας βίβλου καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς p. 414. ſeq. tum è *libris de vita Auguſti* p. 473. niſi hæc fuit pars καθολικῆς ἱστορίας perinde ut *Aſſyriaca hiſtoria* πολύστιχον βιβλίον Photio memoratum Cod. CLXXXIX. *Tragœdias* quoque & *Comœdias* cum laude ſcripſiſſe, & in omni genere doctrinæ egregium fuiſſe Suidas retulit. Ex his videtur fuiſſe Σωσανίς quam laudat Euſtathius ad Dionyſ. v. 976. Ejus opus *de Philoſophia Ariſtotelis* allegat Simplicius in 2. Cœlo comment. 12. Librum *de Diis* id. in 1. Phyſ. *De Philoſophia primæ* id. Paraphraſin *in Ariſtotelis Metaphyſica, libros de cœlo, de anima* &c. Vide Patricii diſcuſſ. Peripatet. lib. X. p. 136. De palmulis ſive dactylis quas à Nicolao Damaſceno Nicolaos vocavit Auguſtus Imp. agunt Meurſius ad Heſych. illuſtrem p. 168. ſeq. & illuſtris Ez. Spanhemius diſſ IV. de uſu ac præſtantia numiſmatum.

Nicomachus Ariſtotelis F. Laert. V. 1. Diſcipulus Theophraſti. id 39. Vide quæ ſupra cap. VI. num. XXIX. & Marium Nizolinum IV. 6. Antibarbari Philoſophici, qui Nicomachū contendit digeſſiſſe ſcripta pleraque quæ ſub Ariſtotelis nomine hodie legimus.

Nilus cujus libellus de ratiocinationibus latine prodiit Jo. Baptiſta Raſario interprete. Lugd. 1547. fol. ad calcem Ammonii, Magentini & G. Pachymeris.

Olympiodorus Theophraſti diſcipulus. Laert. V. 57.

Olympiodorus quem Proclus Anno CHRISTI 484. denatus audivit, teſte Marino in hujus vita c. IX.

Olympiodorus junior cujus Commentarii in Ariſtotelis libros quatuor Meteoron exſtant Græce cum Joh. Philopono Venet. 1551. fol. & latine Jo. Baptiſta Camotio interprete ibid. 1551. 1557. fol. Alexandrinum ſe indicat in lib. 2. p. 66. Ætatem docet lib. 1. p. 20. teſtatus Cometen ſua ætate conſpectum Anno CCLXXXI. Diocletiani, qui reſpondet Anno CHRISTI, DLXV.

Olympius Ariſtotelis ſervus. Laert. V. 15.

Olympus diſcipulus Ammonii Saccæ. Porphyr. vita Plotini.

Ophelion Lyconis ſervus. Laert. V. 73.

Georgius Pachymeres, de quo infra lib. V.

Palæphatus Abydenus, Hiſtoricus, Ariſtotelis diſcipulus, de quo Suid.

Peripateticus Palatinus in Jo. Sarisberienſis Metalogico plus ſimplici vice memoratus eſt Petrus Abailardus, ut ipſe docet lib. II. c. 17. Confer Jac. Thomaſii περὶ μανιῶν diatribam de ſtatu Academiarum

2011 Ministerio de Cultura

post receptum Aristotelem, quæ inserta est observationibus selectis Hallensibus T. VI. p. 156. seq.

Pancreon. Supra in *Leo Byz.*

Pisicrates Rhodius Bonæi F. frater Eudemi Rhodii de quo suo loco, Aristotelis discipulus. Huic quidam tribuerunt A. τὸ ἔλλατον Metaphysicorum teste Philopono p. 7. Sed deridendos eos qui librum primum Aristoteli abjudicant ducit Syrianus in lib. II. p. 17. ubi observat Aristotelem ipsum eo remittere suos lectores.

Pasithemis Medicus qui Lyconem curavit. Laert. V. 72.

Phaniades Phàlannæus Cretensis. Steph. Byz. in *Φάλαννα.*

Phanias sive Phænias è Lesbo Eresius * discipulus Aristotelis, ad quem Epistolam Theophrasti laudat Schol. Apollonii lib. I. v. 36. Laert. V. 38. 50. Scripsit Magistri sui exemplo Categorias, de Interpretatione & Analytica, ut colligas è loco Ammonii quem supra in Eudemo produxi. Tum librum περὶ Σωκρατικῶν, de quo confer si placet Jonsium p. 84. Alia ejus scripta persequitur Vossius de Hist. Gr. p. 49. cavebis tamen ab errore quo vir doctus Phaniam juniorem Posidonii Stoici discipulum cum Phania Eresio confundit. Tertium quoque Phaniam utroque vetustiorem observavit Jonsius, pro quo Δημόμων reo Lysias Orationem scripsit teste Athenæo XII. p. 551. Alius denique fuit Phanias Appii Pulchri libertus Cic. III. 1. ad famil.

Phaselites, Aristotelis discipulus cujus meminit Athenæus XIII. p. 569. videtur esse Theodectes.

Phìlion Alopecensis, testis testamenti Theophrastei. Laert. V. 57.

Philo Aristotelis servus. Laert. V. 15.

Philochorum Athenienscm liceatne Peripateticis annumerare è loco Tatiani, quod facit Patricius p. 134. discuss. Peripatet. vehementer dubito.

Philocrates Tisameni F. cujus mentio in testamento Stratonis apud Laert. V. 64.

Philomelus Evonymeus, testis testamenti Theophrastei. Laert. V. 57.

Jo. Philoponus Ammonii Hermeæ discipulus, de quo infra lib. V.

Phi-

* Male Ephesius dicitur apud Suidam & Etymol. in κύρβεις. Perperam quoque Koenigius in Bibl. phaniam Lesbium ab Eresio distinguit. De Eresio Phaniæ ac Theophrasti patria, vide si placet Clariss. Bælium in Lexico.

2011 Ministerio de Cultura

Philoſtratus Peripateticus. Macrob. I. Saturnal. c. 11. At legendum *Theophraſtus*.

Phocio Peripateticus. Schol. Comici (legend. *Sotio.*) ad Plutum v. 149.

Phormio Epheſius Peripateticus, deriſus ab Añibale quod homo de Schola ipſo præſente per aliquot horas de Imperatoris officio & de omni re militari dicere inſtituiſſet. Cic. de Oratore II. 18.

Phraſidemus Peripateticus, quem naturalis diſciplinæ peritum ex Ariſtotelis Schola ad ſe attraxit Stilpo Megarenſis, teſte Laertio II. 114.

Plato junior, Ariſtotelis diſcipulus. Laert. III. 109. Alius item Plato diſcipulus Praxiphanis. ibid.

Pompylus Theophraſti ſervus, Philoſophus. Laert. V. 36. 54. 55.

Porphyrius, de quo infra libro IV. ſcripſit præter Iſagogen de quinque Vocibus in Scholis Peripateticis decantatiſſimam, Expoſitionem in Ariſtotelis Categorias.

Poſidonius Lyconis ſervus teſtamento ejus manimiſſus Laert. V. 73.

Praxiphanes Rhodius. Strab. XIV. p. 655. Theophraſti diſcipulus, Procl. I. in Timæum. Præceptor Platonis junioris Peripatetici. Laert. III. 109. Scripſit diatribam de Poetis, qua colloquentes induxit Platonem veteris Academiæ principem & Iſocratem. id. III. 8. Videtur hic Praxiphanes laudari à Demetrio de elocutione ſect. 57. ſeq. Praxiphanes ἐν τῷ περὶ ἱστορίας, Marcellin. in Thucydidis vita. Alius Praxiphanes Dionyſiphanis F. Mytilenæus qui primus Grammaticus dictus eſt. Clem I. Strom. p. 309. Praxiphanes Sophoclis Scholiaſtes. Schol. ad Sophoclis Oedipum Colon. v. 894. Praxiphanes quem audiviſſe fertur Epicurus. Laert. X. 13.

Praxiteles, apud Auctorem Vitæ Ariſtot. à Menagio editæ: Διάδοχοι ἦ αὐτῆς σχολῆς κατ' ἄλλον ἐγένοντο οἵδε· Θεόφραστος, Στράτων, Πραξιτέλης, Λύκων, Ἀρίστων, Λύκιος, Πραξιφάνης, Ἱερώνυμος, Πύτανις, Φορμίων, Κριτόλαος.

Premigenes Peripateticus. Galen. V. 11 de ſanitate tuenda.

Priſcianus Lydus, cujus exſtat commentatio in Theophraſtum de ſenſu. Vide ſupra cap. IX. num. 15.

Procles & *Demaratus* Ariſtotelis è filia nepotes, diſcipuli Theophraſti. Sextus I. contra Math. p. 51.

Proclus Lycius primum audivit Olympiodorum Peripatetirum, & libris

2011 Ministério de Cultura

bris duobus de motu Aristotelicam doctrinam de hoc argumento in compendium redegit. Videtur etiam in libros de cœlo & elementis scripsisse, ut è Philopono colligit Patricius p. 141. discuss. Peripatet.

Prosenes Longini æqualis. Vide Eusebium X. 3. præparat.

Prytanis. Vide supra in Praxitele.

Michael Psellus, de quo Libro V.

Ptolemæus Peripateticus, cujus meminit Porphyrius in Plotini vita, Sextus Empir. 1. contra Math. p. 13. & 15. & Scholiastes ineditus ad Dionysium Thracem. Forte non diversus à Ptolemæo Ascalonita de quo dixi nonnihil lib. II. c. V. atque infra lib. IV. ubi de Ammonii libello περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων. Cæterum à Simplicio in libros de cœlo ubi Ptolemæi περὶ στοιχείων & ὀπτικὰ commemorat, non puto notari Ptolemæum Peripateticum, ut in mentem venit Patricio p. 137. disuss. Peripatet. sed Claudum Ptolemæum Mathematicum celebrem, de quo suo loco.

ERegibus *Ptolemæis* à Peripatetica doctrina non alieni fuere *Ptolemæus Lagi*, qui Theophrastum ad se arcessivit. Laert V. 37. & *Ptolemæus Philadelphus*, Stratonis Physici, quem LXX. talentis donavit, institutione usus. id. V. 58.

Python cujus mentio in testamento Lyconis. Laret. V. 70.

Rufinus Cyprius. Lucian. in Demonacte.

Satyrus sub Ptolemæo Philometore clarus, de quo Jonsius lib. II. c. 11. & Vossius de Hist. Gr.

Simachus inter Theophrasti discipulos refertur à Patricio ex latina versione Athenæi VI. p. 252. sed in Græco rectius est Lysimachus. Ἀπὸ δὲ Βασιλέως ἐγένετο κόλαξ ὁ διδάσκαλος Λυσίμαχος ὃν Καλλίμαχος μὲν * Θεοδώρειον ἀναγράφει, ἔρμιππος δ' ἐν τοῖς θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει. Confer de hoc Lysimacho Jonsium lib. 1. c. 2.

Simplicius Amrnonii Hermeæ & Damascii discipulus natione Cilix, cujus eruditissima in varios Aristotelis libros commentaria Græce exstant. De hoc dixi infra lib. V.

Sisinnius Episcopus Novatianus Peripateticis à quibusdam accensetur quia apud Sozomenum VIII. 1. & Socratem VI. 22. dicitur fuisse αὐτὴς

* Callimachus in suis πίναξι φιλοσόφων hunc Lysimachum retulerat inter discipulos Theodori Athei.

2011 Ministerio de Cultura

αὐτὸς ἑλλόγιμος ὅτι μάλιστα καὶ φιλοσόφων δογμάτων καὶ τῶν ἱερῶν λόγων ἀπτόμενον, καὶ πρὸς διαλέξεις ἕτοιμος.

Socrates Bithynus. Laert. II. 47. Fuit & Ariſtotelis quidam Magiſter Socrates diverſus à celebri illo quem audivit Plato. De eo Menagius ad laudatum Laertii locum.

Soſigenes Alexandri Ægæi præceptor, de quo dixi ſupra cap. V. §. 21. Andronici eum Rhodii diſcipulum fuiſſe ſuſpicatur Patricius p. 134. diſcuſſ. Peripatet.

Sotion Alexandrinus Apollonii Peripatetici frater natu minor, Plutarch. περὶ φιλαδελφ-

Sotion ex Peripatetica diſciplina haud ſane ignobilis vir fuit. Is librum multæ variæque Hiſtoriæ refertum compoſuit eumque inſcripſit Κέρας Ἀμαλθείας. Gell. lib. 1. c. 8. è cujus loco videtur & apud Scholiaſten Ariſtoph. & Varinum in Λαΐς pro Phocionis Peripatetici nomine nomen Sotionis reponendum. Confer Jonſium II. 10. Sotionem laudat Simplic. in Categor.

Staſeas Neapolitanus. Ciceronis familiaris. lib. 1. de Oratore c. 22. ſeq. V. 2. & 25. definibus.

Strabo Geographorum Princeps Stoicis licet addictior teſtatur ſe cum Boetho Sidonio apud Andronicum Rhodium συμφιλοσοφῆσαι τὰ Ἀριστοτέλεια. XVI. p. 757.

Strato Alexandrinus. Laert. V. 61.

Strato Phyſicus, Patria *Lampſacenus*, Arceſilai F. Theophraſto ſucceſſit Olymp. CXXIII. & Ptolemæi Philadelphi Præceptor fuit. Vide quæ ad Laertium V. 58. ſeq. ubi & ſcriptorum Catalogus, inter quæ eſt Epiſtola ad Arſinoen conjugem Ptolemæi. In teſtamento quod ibidem num. 62. ſeq. legitur, Scholæ ſucceſſor à Stratone Olymp. CXXVII. deſignatur Lycon, de quo ſupra ſuo loco. In libro περὶ τοῦ ὄντος, definivit τὸ ὂν διαμονὴν τῶν ὄντων, quod reprehendit Proclus IV. in Timæum p. 242. 243. Materiæ tribuit facultatem plaſticam & ſpermaticam in qualibet ejus particula latentē, cujus, licet ſenſu atque intellectu deſtitutæ, vi res omnis generis efformentur atq; iterum in eam recidant & corrumpantur, ut vita quoque & ſenſus atque intellectus ſint nihil aliud quam formæ, accidentia, πάθη & qualitates materiæ. Confer Rad. Cudworthi ſyſtema κοσμοῦ univerſi p. 107. ſeq. Librum quo probavit ſenſum non eſſe ſine intelligentia, memorat Plutarchus de ſoller-

2011 Ministerio de Cultura

lertia animal. p. 719. Idem Plutarchus contra Colotem p. 1215. eum ab Aristotele in plerisque discedere observat, & casui plurimum tribuisse. Vide & quæ de Stratone ejusque placitis collegit Patricius discuss. Peripatet. p. 133. & 155. seq.

Syrianus Philoxenus in libros II. XIII. & XIV. Metaphys. Aristotelis scripsit, sive potius Platonem & Pythagoricos contra Aristotelis objectiones defendit. De eo dixi infra lib. V.

Tachon Aristotelis servus. Laert. V. 15.

Temagoras Gelous Theophrasti discipulus. Patric. pag. 132. discuss. Peripatet.

Themistius cognomento Euphrades, de quo infra libro V.

Theodectes Phaselites auditor Aristotelis, *inprimis, ut hic ipse sæpe significat, politus scriptor atque artifex*: Cic. in Oratore c. 51. Ejus artem Oratoriam respicit idem c. 57. 64. Ad hunc Rhetorica scripsit Aristoteles. Vide supra cap. VII. in τέχνη, & Patricium discuss. Peripatetic. p. 129. qui ideo quod nullius è discipulis in scriptis suis facere solet mentionem, Theodectis autem sæpius meminit, negat eum auditorem Aristotelis fuisse, licet hoc diserte testantur Cicero, Athenæus XIII. p. 566. Suidas, atque alii. Scripsit & λόγες ῥητορικὲς teste Stephano Byz. in Φασηλίς, & inter eos qui Mausolum pro funere laudarunt primas hic tulit si Suidæ credimus. Accidit illud Ol. CIII. viginti annis antequam Lyceum aperiret Aristoteles. Nec major quadragenario Theodectes fuit cum obiret diem. Quæ fateor difficulter conciliari possunt cum eorũ sententia qui Aristotelem ab eo auditum affirmant. De Theodectis Tragœdiis dixi lib. II. c XIX. Sed fuit & alter Theodectes prioris F. de quo adeundus Suidas.

Theodorus Gaza Thessalonicensis, latina Aristotelis Problematum, Historiæ animalium * librorumque de animalium partibus & generatio-

* Apud Pierium Valerianum lib. 2. de literator. infelicitate p. 70. legas Aristotelis historiam animalium à Gaza oblatam Sixto IV. Pontifici Max. à quo totum inauratum se iri sperans, aureos vix quinquaginta retulerit: unde studiis indignatus suis, numos primum in Tiberin abjecerit, mox ipse hujus indignitate rei exulceratus insolabili contabuerit ægritudine. Jovius quoque in elogiis p. 94. *Novissime* inquit, *cum* (Gaza) *nobilissimas lucubrationes in membranis accurate perscriptas Sixto Pontifici detulisset, nec pecunia vel ipsius librarii præmio digna redderetur, indignatus subagreste judicium,* Effugere hinc libet, *inquit*, postquam optimæ segetes in olfactu præpin-

2011 Ministerio de Cultura

tione & Theophrasti de stirpibus interpretatione celeberrimus, diem obiit supremum A. C. 1478. Dictionem Græcam Aristotelis cum latina Gazæ his verbis confert Julius Cæsar Scaliger ad lib. 2. de plantis p. 411. *Aristoteles non hominis potius quam naturæ videtur ore loqui. Tanta cum simplicitate tantum numerorum conjungit, ut venustas nativa, non ambitiose quæsitus cultus expleat animum paucorum, sed Atticum illum & Αὐτόχθονα. Sic in historiis cum pleraque omnia scribat; Theodorus additis calamistris fusam, laxam atque etiam turgidam interdum trahat orationem, visus est barbaris quibusdam, qui temere tumultum verborum quæritant, etiam (si Deo placet) Aristotelem ipsum dicendo superasse. Qui tamen hominibus Romanis haud paucis locis Latinæ dictionis puritatem ægre tueri posse videatur. Auxerit Gaza literas Latinus, illustrarit, denique genuerit: damus, cognoscimus, laudamus, admiramur optimi, atque innocentissimi virum studium, merita: non obtrectamus; amamus, sequimur. At enimvero dicatur melius quam sit Aristoteles locutus loqui, suscitabitur animus eruditorum ad judicandum. Observabunt impuras loqvutiones, anxias, peregrinas: καὶ ὡς καλλωπίζειν Atticam illam Palladem ausus sit. - - Matrona est Aristotelis oratio, quæ ad suum decorem nihil sibi petat præsidii.*

Theodorus Metochita Nicephoro Gregoræ disertissima in funus ejus Monodia vocatur inter alia ὁ τῆ Ἀριστοτελικῆς γλώττης τὰς λαβυρίνθους ἀπολύσας. De commentariis ejus in Aristotelem, quarum latina tantum versio hactenus edita est, dicam infra lib. V.

Theodosius Ammonii discipulus, socer Zethi qui Plotini discipulus fuit. Porphyr in Plotini vita.

Theogeton Tragæates, Aristotelis discipulus. Stephanus Byz. in Τραγαία.

Theon Lyconis servus, testamento ejus manumissus. Laert. V. 37.

Theophrastus Eresius Alexandri discipulus ex primis, de quo supra cap. IX.

 σίας

pingvibus asinis sordescunt, *atque ita in Brutios ad sacerdotii sacram sedem contendit.* Idem de Sixto IV tradunt Scaliger in Scaligeranis secundis (ubi male, perinde ut in theatro Pauli Freheri & Eponymologico Critico Magiro Eybeniano editum est *Sixtus* V.) Bullartius T. 1. Academiæ scientiar. & Artium p. 274. Leonhardus Cozzandus de magisterio antiquor. Philosophor. p. 119. Adolphus Clarmundus parte IV. vitarum Germanice editarum p. 57. &c. Sed Nicolao V. qui ante Sixtum fuit & jam A. C. 1455. diem obiit, Gazam inscripsisse Aristotelis de animalibus Historiam, Epistola libro præfixa testatur.

2011 Ministerio de Cultura

In discipulorum ejus numero alii deficiunt, alii excedunt. Excedit Franciscus Patricius, qui p. 139. discuss. Peripatet. affirmat à Laertio tradi Theophrastum plus quam quatuormillia auditorum habuisse. Deficiunt editiones & interpretes priores Suidæ, in quibus ridicule legitur Theophrastum plures habuisse discipulos quam duos. Verum δισχίλιοι ἢ β, non erat apud Suidam interpretandum *duo*, sed *bis mille*, ut pridem ad Hesychium Illustrem p. 159. Jo. Meursius annotavit. Recte hoc ut alia infinita emendatum est in præclara, qua eruditissimus Kusterus nuper nos beavit, Suidæ editione. Laertius V. 37. Ἀπήντων τε εἰς τὴν διατριβὴν αὐτῷ μαθηταὶ πρὸς δισχιλίους. Hesych. Illustris: λέγεται εἰς τὴν θεοφράστου διατριβὴν φοιτᾶν μαθητὰς πρὸς δισχιλίους.

Theophronius Cappadox, hæresi Eunomianus, qui in libro suo περὶ γυμνασίας ἔτι νέος testatus est Aristotelis se scripta Logica utcunque triviisse. Vide Socratem V. 24. Sozom. VII. 17. Niceph. XII. 30.

Thesippus Thesippi figuli F. testis Theophrastei testamenti. Laert. V. 57.

Threpta, Theophrasti servus. id. 54.

Timarchus Aristotelis discipulus, cujus mentio in ejus testamento apud Laert. V. 12.

Vegetius Prætextatus, qui Themistium in utraq; Aristotelis Analytica latine convertit, teste Boethio.

Victorinus Orator, in cujus versionem latinam Isagoges Porphyrianæ idem Boethius est commentatus.

Uranius Syrus, Aristotelicæ Philosophiæ jactator potius quam Mystes, de quo Suidas ex Agathiæ libro II.

Xenarchus Seleuciensis, cujus meminit Strabo XIV. p. 640. Simplicius in I. de cœlo, Alexander Aphrodis. &c.

E fœminis Peripateticam Philosophiam doctis unicam licet memorare *Olympiodori*, de quo supra, *filiam*, è Marino in vita Procli c. IX. & Suida in Ὀλυμπιόδωρος. Nam *Theodoram* cui Damascius vitam Isidori inscripsit, sororesque Theodoræ ab Isidoro & Damascio institutas nescio an Platonicis rectius ad scripseris, ut supra facere me memini, vel certe illis, quæ variarum sunt sectarum dogmatis imbutæ.

Inter hostes Aristotelis & Peripateticorum singulares nomen suum professus est Antoninus Caracalla Imp. qui συσσίτια eorum Alexan-

2011 Ministerio de Cultura

xandriæ ſuſtulit, atque immunitatibus eos privavit teſte Dione lib. LXXVII. p. 873. Caracallæ addi poteſt Leo Iſaurus, de quo Zonaras T. 3. Chron. p. 85. refert quod domum in quo alebantur Philoſophi, & ipſos eorumque præfectum ſive Doctorem Oecumenicum & Bibliothecam illorum exuſſerit, quia Iconoclaſtarum ſententiam probare noluiſſent.

CAPUT XII.

De verſionibus Græcis Librorum Veteris Teſtamenti.

Ante LXX. *Interpretes de nulla græca verſione certo conſtat.* 1. *De* LXX. *Interpretibus, Ariſteæ liber, dubiæ fidei. Ejus editiones & verſiones.* 2. *Hiſtoria* LXX. *Interpretum pluribus obſepta fabulis, & veterum ſcriptorum αὐτιλογίαις.* 3. *Num quinque tantum fuerint interpretes, & num Pentateuchum duntaxat, & è qua lingva, an omnes V. T. libros, atque etiam* LXXII. *Apocryphos verterint.* 4. *Utrum hodie ſuperſit* LXX. *Interpretum translatio, ac de verſione, quam ſub Herode concinnatam ſuſpicati ſunt viri quidam docti.* 5 *Verſiones Græcæ, quæ* LXX. *Interpretibus hodie tribuitur, editiones.* 6. *De verſionis illius fide & auctoritate.* 7. *De verſione græca Aquilæ, quam veteres intelligunt quandoque ad Hebraicum provocantes.* 8. *De verſione Symmachi, quam videntur veteres intelligere, cum provocant ad Codicem Samaritanum.* 9. *De verſione Theodotionis.* 10. *De quinta & ſexta verſione auctorum ſine nomine. Locus ex inedito Joſephi Hypomneſtico.* 11. *De Origenis editione κοινῇ inſtructa Obeliſcis & Aſteriſcis.* 12. *De tetraplis, Hexaplis & Octaplis Origenis. Specimen Hexaplorum, Caput I. Geneſeos.* 13. *De editionibus græcæ verſionis, quas laudant veteres ſub nomine Luciani, Heſychii, Euſebii.* 14. *De Hieronymi verſione latinæ translationis græcæ* LXX. *Interpretum, ac de græca verſione latinæ Hieronymi interpretationis.* 15.

2011 Ministerio de Cultura

I.

POst tot viros eruditos dicendum etiam nonnihil mihi est de græcis divinarum literarum Interpretibus, ut lectori græcorum omnis generis scriptorum veterum notitiam in hoc Volumine inquirenti, etiam de sacris hisce, quæ scitu digna sunt, compendio saltem offerantur. Initio quidem admodum incerta esse existimo, quæ de versione græca librorum antiqui fœderis diu ante LXX. Interpretes à nescio quo composita, & Pythagoræ, Platoni, aliisque Græcis lecta tradit Aristobulus, apud Clementem Alex. 1. Strom. p. 342. & Eusebium XIII. 12. præparat. p. 663. Licet huic testimonio plurimum tribuunt tum alii, tum R. Azarias apud Buxtorf. lib. de punctorum antiquitate, p. 130. & non ita pridem Clariss. G. Vockerodt in Exercitatione de Notitia divinarum scripturarum apud Gentiles. * Manifestus quoque error est Rufini, qui in epistola Demetrii apud Josephum XII. 2. verba: *συμβέβηκε δ' αὐτὰ ἧ ἀμελέστερον ἢ ἔχει, σεσῆσθαι* interpretatur sic: *contigit etiam minus diligenter eam, quam habent, transferri.* In libro Aristeæ hic locus ita legitur: *τυγχάνει γὰρ ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ φωνῇ λεγόμενα, ἀμελέστερον ἢ καὶ ὄχως ἔχει σεσῆσθαι*, quorum sententia est: constat enim literis lingua que Hebraica, sed negligentius, neque ita ut (ab auctoribus) se habent, scripta interpunctaque sunt. Nec minus aperta Serarii hallucinatio, qui in Prolegom. Bibl. c. 16. quæst. 1. græcam versionem sacrorum librorum, quam sub Ptolemæo Lagi compositam tradunt Irenæus & Theodoritus, à translatione LXX. Interpretum, quam sub Philadelpho concinnatam reliqui omnes affirmant, distinguit. Admodum lubrica itidem videtur conjectura viri præclarissimi Joh. Henrici Hottingeri, qui in thesauro Philologico p. 282. & in fasciculo p. 146. & in exercitationibus anti Morinianis p. 29. Græcam Samaritanorum versionem septuaginta-virali græca antiquiorem olim exstitisse, Græcisque Ecclesiæ doctoribus sub *Σαμαρειτικὴ* nomine laudatam opinatur. Verum, quæ ratio nos quæso moveat, ut tam antiquam illam esse arbitremur, cum præcipue, ut infra declarabo, credibile sit per Samariticum veteres intellexisse versionem græcam Symmachi. Porro Scripturas in græcam linguam ante Ptolemæum translatas negat Augustinus VIII. 11. de Civ. Dei.

II. Vetu-

* Jenæ A. 1689. 4. Confer, si placet Bibl. Universal. T. XVII. p. 440. & doctiss. Hodyum de Bibliis Original. p. 572.

2011 Ministerio de Cultura

II. Vetuſtiſſima igitur, de qua certius paulo conſtat, eſt verſio græca librorum antiqui fœderis, quæ per annos amplius mille & ſeptingentos celebris fuit ſub nomine LXX. *Interpretum*. Antiquiſſimus omnium, qui hiſtoriam hujus interpretationis ſcripto conſignarunt, haud dubie eſt Autor notus ſub nomine *Ariſtæi* ſive *Ariſteæ*, qui ſe Ptolemæi Philadelphi Regis Ægypti miniſtrum & cum Andrea Regis ejusdem ἀρχισωματοφύλακι, ad Eleazarum Pontificem, librorum ſacrorum Interpretumque impetrandorum cauſa à Rege miſſum refert. Hujus liber ad *Philocratem* fratrẽ etiamnum exſtat, quo tota res fuſe exponitur, nomina LXX. Interpretum, Regis in illos munificentia, quæſtiones à Rege eisdẽ in convivio propoſitæ, ipſorumq; reſponſiones prolixe referuntur. Hunc Euſebius IX. 38. præparat. vocat περὶ τ ἑρμηνείας τ τ Ἰουδαίων νόμων. Primus *latine* vertit Pauloq; II. Pontifici dicavit Matthias *Palmerius* Vicentinus, cujus verſio quibusdam antiquioribus latinis Bibliorum editionibus præfigitur, ut Romanæ A. 1471. fol. & Norimbergenſi anno 1475. Prodiit deinde ſæpius tum ſeorſim, ut Colon. 1578. 8. cum commentario qualicunque *Jacobi Middendorpii*: tum una cum aliis ſcriptis, Ut Baſileæ A. 1536. 8. cum Olympiodoro & Gregorio Neocæſar. in Eccleſiaſtem: atque etiam in Micropresbytico Baſil. 1550. fol. ſed & in Bibliotheca Patrum Pariſiis edita, tomo 7. atq; Coloniæ, tomo 1. & Lugduni, tomo 2.

Græce primus ex Codice, quem in Italia acceperat, edidit & Huldrico Fuggero dicavit *Simon Schardius*, adjuncta ſeparatim verſione latina meliori *Matthiæ Garbitii*, Profeſſoris græcarum literarum in Academia Tubingenſi paulo ante defuncti, & variis lectionibus è Codice Vaticano collectis. Baſil. 1561. apud Oporinum 8. Hanc editionem ſecutus ſum, cum Ariſteæ librum græce & latine ſubjungerem editioni Joſephi Lipſienſi, quæ titulum præfert Coloniæ A. 1691. fol. ubi & notas meas breves ad compendium Ariſteæ in Joſephi Hiſtoria Lib. XII. cap. 2. obvium reperies. Ariſteam græcolatinum *Eldani de Parchum* Obotritæ Francof. 1610. memoratum Imbonato in bibliotheca Ebræo-latina p. 347. & Heidenreichio in Pandectis Brandenburgicis p. 271. necdum vidi. Novam editionem hujus ſcripti receperat vir doctiſſ. *Iſ. Voſſius*, quo antequam promiſſa exſolviſſet defuncto *Oxonienſes* A. 1692. 8. edidere Ariſteæ librum, ſervata Garbitii verſione locis quibusdam emendata, & præmiſſis veterum teſtimoniis de ſeptuaginta interpretibus cura Eduardi potiſſimum Bernhardi. Hanc editionem ſecuti ſunt, operibusque

2011 Ministerio de Cultura

busque ſuis ſcriptum integrum Græce & latine inſeruere viri duo præſtantiſſimi, qui in Belgio & Anglia Ariſteam ſcriptorem ſuppoſititium & univerſam ejus narrationem confictam ac commentitiam eſſe nuper oſtenderunt, *Humfredus Hody*, linguæ græcæ Profeſſor Regius & Archidiaconus Oxonienſis in libris IV. de Bibliorum textibus Originalibus, verſionib⁹ græcis & vulgata latina; Oxoniæ è theatro Sheldoniano 1705. fol. & *Antonius Van Dale*, Medicus ac Philologus Harlemenſis in diſſertatione ſuper Ariſtea de LXX. Interpretibus, Amſtelod. 1705. 4. Addamone his, quod *Johannes Druſius* LXXII. Interpretum reſponſa Regi Ptolemæo reddita ex Ariſtea, Garbitii verſione ſervata, latine edidit libro ſecundo Apopthegmatum Hebræorum. Franequeræ A. 1591. 4.

Compendio hiſtoriam de LXX. Interpretibus ex Ariſtea refert Rabbi *Ghedalias* in Catena Cabbaliſtica fol. 23. 24. Verſione liberiori Hebraica Ariſteam interpretatus eſt *R. Azarias de Roſſi* ſive *de Rubeis* Ferrarienſis ſub titulo הדרת זקנים *Decor ſenum*, Mantuæ 1574. in Opere cui titulus מאור עינים *Lumen Oculorum*. Conf. Joh. Morini Exercitat. Biblicas p. 181. & Julium Bartoloccium Bibl. Rabinicæ T. I. p. 437. Hottingerum Bibl. Or. p. 49.

Germanice vertit Juſtinus Goblerus de Sanct. Gvvere U. J. D. A. dicavitque Philippo Haſſiæ Landgravio A. 1561. Recuſa eſt hæc verſio Amſtelodami A. 1631. 12. D. Simonis Schardii verſio Germanica edita A. 1619. *8.*

Gallice lucem vidit per G. Paradin. Lugd. 1552. 12.

Italice ſubjectus libris V. T. in verſione Bibliorum Italica, quam A. 1471. edidit Nicolaus Malermus Venetus, Abbas Benedictinus Ord. Camaldulenſis monaſterii S. Michaelis de Lemo. Eadem Biblia recuſa A. 1477. & 1541. Prodiit & Ariſteas Hetruſca lingua neſcio quo interprete, Florentiæ 1550. *8.*

Hunc ipſum eſſe librum, quem legit olim & ſub Ariſteæ nomine laudat Joſephus, & ex quo nominatim compellato hiſtoriam de LXX Interpretibus referunt vel perſtringunt Tertullianus c. 18. Apologet. Euſebius VIII. 2. ſeq. præparat. Georgius Syncellus p. 272. ſeq. Auctor Chronici Paſchalis p. 173. Joh. Zonaras aliiq; nonnulli, vel collatio ſola lectori perſpicue demonſtrabit.

At ab Ariſteæ qualis hodie exſtat non minus quam à Joſepho & Euſebio immane quantum diſcrepant, quæ ex Ariſtea refert Epiphanius lib. de ponderibus & menſuris ſect. IX. ſeq. Diverſa quoque ſunt, quæ habet Pſeudo-Joſephus Gorionides III. 2. Diverſa inſuper nomina

LXX.

2011 Ministerio de Cultura

LXX. Interpretum occurrunt in epistola pseudo Damasi ad Hieron. *Cogitavi frater amantissime, & in Christo semper sacerdos, ut secundum septuaginta Interpretes id est Matthiam & Ptolemæum, Muchium, Sacreum, Hydronium, Pamphilum, Zoastirem, Didymum, Sanium, Epiphanium, Ciatrem, Simonem & cæteros in quantum nostra recurrit conscientia, de septuaginta invenire vestigia.* Diversum quoque narrationis filum & diversas Ptolemæi & Hebræorum epistolas exhiberi à Matthæo Cigala Cyprio in nova Synopsi historiarum sermone Græco-barbaro conscripta, iterumque alias epistolas exstare in Petri Comestoris Historia Scholastica, notavit Humfredus Hody libro & capite primo operis paulo ante laudati. Utrum vero hi vel ingenio tantum indulserint suo, vel ex memoria rem referentes tam varia confinxerint (nam nec Josephus ex asse cum Aristea conspirat) vel diversum sub Aristeæ nomine codicem, quod doctissimo Hodio videtur & à juniore quodam confictū ad manus habuerint, lectoris judicium esto.

Veram esse Aristeæ narrationem, & ab Aristea Ptolemæi hyperaspiste sive custode corporis vere scriptam, Josepho, Eusebio aliisque antiquis pridem accredidere plerique eruditorum, Brianus Waltonus prolegom. IX. ad Bibl. polyglotta §. 4. Isaacus præcipue Vossius libro de LXX. Interpretibus c. 4. ejusque appendice & in appendice ad Melam p. 58. seq. ubi librum ab Humfredo Hodyo adversus historiam Aristeæ editum Oxoniæ 1686. 8. ex instituto impugnat. Assentitur Vossio Nicolaus quoque Nourritus in apparatu ad Bibliothecam maximam Patrum libro 1. Sed fateor re diligenter expensa probabiliorem mihi videri sententiam eorum, quibus Aristeæ liber videtur commentum Judæi alicujus Alexandrini ante Christi nati tempora, & antequam Aristobulus scriberet, concinnatum ad auctoritatem versioni Græcæ sacrorum librorum, quæ intet Judæos Helleniſtas obtinebat conciliandam. Hoc jam pridem suboluit acutissimo Josepho Scaligero ad Eusebii Chron. num. MDCCXXXV. p. 133. & epistola XIV. ad Segvinum, suffragantibus ex ipsa Ecclesia Romana (ne Lud. Capellum & Protestantes alios quam plurimos laudem) H. Valesio ad Hist. Eccles. Eusebii p. 95. Rich. Simone lib. II. Hist. Criticæ V. T. cap. 2. & Elia du Pin in Prolegomenis ad Biblia lib. 1. c. 6. §. 3. p. 176 seq. Præcipue vero summa ope & conquisitis diligenter argumentis hoc annisi sunt duumviri supra laudati Hodius & Van Dalen, ut de monstrarent, parum inesse fidei universæ de LXX. Interpretibus à Ptolemæo arcessitis traditioni, adeoq; veram esse priorem Is. Vossii sententiam, qui in notis ad Barnabæ Epist.

librum

2011 Ministerio de Cultura

librum de LXX. Interpretibus allegans, non Aristeam sed pseud-Aristeam appellavit. Aristæum ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων laudat & ex eo quædam de Jobo refert Alexander Polyhistor apud Eusebium IX. 25. præparat. Evangel. eundem ut videtur Aristeam innuens.

III. Equidem adeo incredibilia & pugnantia sunt, quæ de LXX. Interpretibus in Aristea, Philone, Josepho, & aliis veteribus leguntur, ut nec cum cæteris historiarum veterum monumentis, nec cum temporibus moribusque Ptolemæi, ac Demetrii Phalerei, nec cum institutis gentium facile possint conciliari, nec denique secum ipsa satis conveniant, quod à viris illis doctis prolixe est ostensum. Si quis igitur cogitet Judæos inter gentes illa ætate admodum contemptos, vicissim amplificandis rebus suis etiam per fabulas * pronos, profecto is magis magisque detrahet narrationi illi per se parum verisimili fidem, cujus partem jam olim ausus est explodere Hieronymus, rejectis cellulis, quibus inclusos interpretes narrant alii vel singulos, ut Justinus, Irenæus, Clemens, Cyrillus Hierosol. Augustinus, Gorionides &c. vel binos, ut Epiphanius & Novella 146. Justinianus Imperator, aliique apud Hodium p. 152. seq.

IV. Mirus quoque est Judæorum ipsorummet de illa versione dissensus. Nam cum LXXII. Interpretes arcessitos, è singulis tribus scilicet senos ab Eleazaro missos Aristeas referat, Gorionides his addit Eleazarum ipsum: At Talmudici in tractatu Sopherim c. 1. §. 7. vocant מעשה בחמשה זקנים ** *opus quinque seniorum*, qui scripserunt Ptolemæo Legem græce. Mox in eodem tractatu c. 1. §. 8 *Alia historia de Ptolemæo Rege, qui congregavit* שבעים ושנים זקנים *septuaginta duos senes, & collocavit eos in* LXXII. *domibus, nec revelavit eis, cur convocarit*

* Tale est, quod de Alex. M. Hierosolymam intrante, venerante summum sacerdotem & in templo immolante legitur adud Josephum, & refellitur ab Antonio Van Dalen libri laudati cap X. Nec minus, quod Talmudici fabulantur Jonathane Legem in linguam Chaldaicam transferente aves super ipsum volantes concidisse mortuas, muscas circumrepentes divinitus exustas &c. id. p. 165.

** Jacobus Cappellus ad Hebr. III. 8. *Versionis, quæ Ptolemæo Philadelpho data est, non unus fuit auctor. Ea vulgo dicitur LXX. Seniorum, sed tropice, quod scilicet facta sit à legatis LXX virilis, quod Hierosolymis erat, Synedrii. Hos vero legatos fuisse non septuaginta, sed quinque, discimus ex Talmudis tractatu de Scribis c. 1. §. 7. Has quinque partitas operas inter se colligimus ex eo, quod unam eandemque vocem videmus aliter atque aliter redditam nulla necessitate.* Johannes Morinus parum verisimiliter Exerc. Bibl p. 187. per opus quinque Seniorum intelligit quinque diversas, quibus Christiani olim usi sunt græcas librorum antiqui fœderis versiones.

2011 Ministerio de Cultura

carit illos (in Aristea & Josepho contrà legas Regem hoc per literas Eleazaro significasse) *sed separavit unumquemque eorum* (Aristeas & Josephus testantur conjunctim illos interpretationem concinnasse) *& dixit: Scribite mihi legem Moysis Magistri vestri. Tunc suggessit Deus consilium in corda singulorum, ut congruerent sententiæ eorum in sententiam unam. Exaraverunt ergo ipsi Legem quilibet seorsim.* Idem sibi persvasere Christiani plerique, è quibus Nicetas: διηρημένως τὴν τ διαλέξεως μεταβολὴν ποιησάμενοι μίαν ἐν ἑκάστοις ἔννοιαν καὶ λέξιν ἀπεδείξαντο. Ut scilicet de illis valeret locus Exodi XXIV. 9. & 11. καὶ ἐβδομήκοντα πρεσβυτέρων Ἰσραὴλ ὃ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς. Vicissim Aristeas festum in memoriam versionis hujus solenne institutum narrat ad dies vitæ Ptolemæi celebrandum, Philo ad sua usq; celebratum commemorat tempora, Talmudici in eodem tractatu Sopherim c. 1. §. 7. diem illum testatur Israeli accidisse gravem & luctuosissimum, non minus eo quo vitulum conflarunt. Ne dicam, quod ob legem græce sub Ptolemæo versam jejunium anniversarium instituerunt die octava mensis Tebeth, de quo adi Seldenum de anno civili Judæorum c. VIII. totum enim hoc fabulosum esse contendit Hody p. 221. de Bibliis Original. Versionis Græcæ institutum laudant Aristeas, Philo, Josephus; at Herbanus Judæus disp. cum Gregentio: κακῶς, inquit, κατεγράψαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκοντὶ τὰς βίβλους τ Ἰσραὴλ εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, ἵνα τούτους ἐμφιλοχορῶντες ὑμεῖς ἀπομίζητε πάντας ἡμᾶς. Omitto quod Convivio Interpretes excepisse Rex Ptolemæus ab Aristea scribitur per dies septem, à Josepho per dies duodecim, hæc enim à librario vel memoria diversitas esse potest. Taceo etiam, quod Aristeas aureis literis scriptam legem Ptolemæo oblatã narrat, sed Talmudici in Sopherim, librum legis profanari haud dubitant, si aureis literis scribatur. At non prætereundum, quod Aristeas & Josephus versionem factam esse affirmant ex Hebraico, Philo & R. Azarias è Chaldaico, nonnulli apud R. Gedaliam in Schalschelet Hakabbala è Syriaco: è Samaritano deniq; Christiani scriptores Postellus ac Seldenus. Confer Hottingerum thesaur. Philolog. p. 294. - 300. ubi loca colligit, quibus græca versio cum Pentateucho conspirat Samaritano. Neque in hoc consentiunt, utrum legem solam sive Pentateuchum, an libros universos antiqui fœderis in Ptolemæi gratiam verterint LXX. Interpretes. Universos enim translatos esse affirmat * Pseudo Gorionides, & è Christianis Ire-

* Fallitur Joh. Morinus, qui Exerc. Bibl. p. 187. contendit Talmudicos quoque in tractatu Sopherim affirmare, quod universos legis, Prophetarum, & Psalmorum libros

2011 Ministerio de Cultura

næus, Clemens Alex. Epiphanius, Cyrillus 1. contra Julianum aliique: ſolam vero νομοθεσίαν ſive τὰ Τ νόμε, ſolum, inquam, Pentateuchum Philo ſecundo de vita Moyſis, Ariſteas, Joſephus & tota Hebræorum ſchola apud Hieronym. in Ezech. V. & XVI. & ſecundum caput Michæ, Ariſtobulus item apud Euſebium præparat. XIII. 12. p. 664. & Talmudici in tractatu Megillah & Sopherim, quæ ſententia probavit ſe etiam viris inter Chriſtianos doctiſſimis, Andreæ inprimis Maſio præf. ad Joſuam, ubi obſervat verſionem Pentateuchià verſione reliquorum librorum non mediocriter diſſidere & pauciores continere errores. Idem placet Cartvvighto IV. 3. mellificii Hebraici, Uſſerio c. 1. de LXX. Interpretibus, Humfredo Hody p. 164. ſeq. de Bibliis Original. Sam. Petito IV. 8. Var. lect. Alexandro Moro in Cauſa Dei p. 147. Antonio Van Dalen de Idololatria p. 635. ſeq. & libro de Ariſtea p. 179. ſeq. &c. Epiphanius vero & Cedrenus ab omnibus exſibilantur, quorum ille præter univerſos V. T. libros etiam LXXII. Apocryphos, hic decem myriades ſive centum librorum millia, & intra LXXII. quidem dierum ſpatium à LXXII. viris doctiſſimis Hebræorum translata fabulatus eſt. Confer Hodyum p. 176. ſeq. Hiſce addenda eſt fabula de libris ſacris per LXXII. interpretes in LXXII. gentium lingvas converſis, de qua meminit Goldaſtus ad Paræneticos Veteres p. 369.

V. Fuerunt viri eruditi, qui cum encomia, qui à Philone & in Ariſteæ libro & paſſim apud veteres in verſionem LXX interpretũ congeruntur obſervarent, & viciſſim animadverterent Græcam, quæ hodie ſub illo nomine exſtat, interpretationem & Chriſtianis olim lecta eſt, tanquam parum fidelem rejici à Judæis (Confer Hodium de Bibliis Originalibus p. 241. ſq.) & plane non eſſe usq; adeo accuratam, ut tantas laudes ferre poſſit, exiſtimarunt genuinam LXX. Interpretum verſionem intercidiſſe. Hanc opinionẽ ſingulari libro de editione LXX. Interpretum Lond. 1657. 4. & Lipſ. 1695. 4. probandã in ſe ſuſcepit Jac. Uſſerius Vir admirandæ doctrinæ, contenditque variis argumentis ſive conjecturis verſionem illam in Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi, cum Alexan-

vertetunt LXX. Interpretes. Nam verba *ſcripſerunt ei legem ſeparatim* ſignificant ſcripſiſſe illos legem ſeparatos per cellulas, non vero ut Morinus contendit, ſeparatim reliquos libros. Ibidem Talmudici, etſi falſo, memorant tredecim loca, quæ in gratiam Ptolemæi interpretes immutaverint, neque ullus ex illis locis ex alio libro depromptus eſt, quam ex pentateucho. Vide ea, ſi placet apud Waltonum prolegom. IX. 16. Humfredum Hody p. 170. Hottinger. theſaur. Philoſ. p. 325 ſeq. & Bartolocium 1. Bibl. Rabbin. p. 462. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

xandriam expugnaret Julius Cæsar, conflagrasse: postea vero aliam Hellenistis pridem à temporibus Ptolemæi Philometoris frequentatam græcam interpretationem non tantum Pentateuchi (quem à LXX. interpretibus solum translatum, ut dixi, existimat) sed omnium Propheticorum librorum, cujus jam tum in prologo meminerit Sirachides, Herodis Regis jussu ab aliquibus Hebraicæ linguæ peritis recognitam atque adeo κοινὴν sive publica quæ exstet Hellenistarũ puriorem & integriorem collocatam fuisse in Bibliotheca, quam novam in Serapeo Alexandriæ instaurabat Cleopatra Regina, & in quo thesauro librario sua adhuc ætate * supereſſe versionem librorum sacrorum testati sunt Tertullianus c. 18. Apologetici & Chrysostomus Orat. contra Judaizantes & cum eis jejunia celebrantes T. 6. edit. Savil. p. 373.

At enim non possum mihi persvadere Versionem illam primam celebratissimam in sola delituisse Ptolemæi Bibliotheca, ita, ut hac conflagrante penitus statim aboleretur. Quin potius à Judæis descripta est in usum græce loquentium, editaque dimanavit in vulgus, & Sirachidis ætate jam dimanaverat. Josephus, Philo, & scriptores Christiani veteres ad unum omnes ita existimarunt Græcam sacrorum librorum, qua ipsi usi sunt, versionem illam ipsam fuisse, quam in Ptolemæi gratiam compositam commemorant. Nolo alia in præsenti afferre, quæ Ussserio respondit H. Valesius in Epistola ad eum scripta & notis ad Eusebii Historiam p. 306. seq. subjuncta, tum Brianus Waltonus prolegom. IX. 19. seq. Etiam Lud. Cappellus in calce Criticæ sacræ ex asse satis fecit viro docto alteri, qui in dissert. de locis parallelis veteris & novi Testamenti genuinam LXX. Interpretum versionem similiter periisse contendit, quam Evangelistæ & Apostoli semper sint secuti, & ex qua Auctores Christiani versiones Græcæ, quæ hodieque exstet, istam suam interpolaverint iis maxime in locis, quibus ab Hebræa litera illos certo consilio ait discessisse.

Viri perquã eruditi Franciscus Junius lib. 2. contra Bellarmin. de verbo Dei c. 5. sq. & Sam. Petit. (IV. 8.) c. 28. Var. lect. suspicati sunt, Pentateuchum sub Philadelpho; at libros Veteris Testamenti Propheticos & Psalmos sub Herode Rege demum translatos, & ab Essenis quidem, ut conjicit Petitus, in Græcum idioma fuisse. Alii, ut Serarius, sub Herode concinnatam volunt totius veteris Testamenti versionem novam Græcam, priore scilicet LXX. Interpretum deperdita. Verum, non alium

 habent

* Confer Hody. p. 640.

2011 Ministerio de Cultura

habent hujus ſententiæ ſuæ fundum, quam locum Juſtini Martyris Apologia 1. p. 72. in quo niſi lateat error librarii, neceſſe ſit optimi Doctoris parachroniſmum confuſamque temporum rationem excuſare. Equidem Vir inſignis Joh. Erneſtus Grabius in præclara Juſtini editione pro βασιλέυοντι Ἡρώδῃ legit ἱερεῖ & mox pro βασιλεὺς Ἡρώδης reponit βασιλέυων ἱερεὺς, ſed ne cauſer literas longius recedentes, dubito, an Judæorum ſacerdotem atque iterato quidem Juſtinus βαζιλέυοντα vocaturus fuiſſet. Illam igitur ſub Herode concinnatam verſionem Græcam non minus, quam translationes græcas ſacrorum librorum Ptolemæo Philadelpho antiqviores commentis adſcribere non dubito. Salvo itaque aliorum judicio, videtur mihi eſſe exploratiſſimum, non aliam nos habere translationem, quam veteres omnes & Joſephus ipſe pro ſeptuagintaviral habuerunt, licet varia, ut fit, tractu temporis irruperunt ſphalmata, nec paucæ interpolationes, aliis codicibus plures, aliis pauciores fuerunt illatæ. Compoſitam autem mihi perſvadeo verſionem illam univerſorum librorum antiqui fœderis, neque à LXX. viris ſive conjuncto ſtudio & labore, ſive per cellulas diviſis, neque ab uno eodemque (a) auctore, quod diverſa nimis ratio (b) interpretandi easdem phraſes & vocabula evincit: Sed admodum tralatitie, Alexandriæ ut videtur (c) à variis, etſi haud multum diverſo fortaſſis tempore, non tam in Regis Ægypti, quam ſuum Judæorum uſum, quibus græca familiariora eſſe incipiebant, ut quando in Synagogis ſive Paraſchæ ex lege, ſive Haphtaræ Propheticæ idiomate Hebraico prælegerentur, ſingulos verſiculos Græca (d) poſſet excipere interpretatio. Utrum vero interpretatio illa tota jam perfecta fuerit tempore Ptolemæi Philadelphi, ut veterum ſvadent teſtimonia, an paulo ſerius; vel ſub Ptolemæo demum Philometore, (e) qui in agro Heliopolitano Judæis permiſit templum condere tempore Judæ Maccabæi, impleturus veluti vaticinium Eſaiæ XIX. 19. certo definiri non poteſt: hoc ſaltim negari nequit, quod Sirachides nepos cum prologum ſuum ſcriberet ſub Evergete Philometoris ſucceſſore, libri Prophetici jam in Græcam transſcripti linguam exſtiterunt.

VI. Jam editiones hujus Verſionis breviter enarrare operæ eſt pretium. Sunt autem præcipuæ tres, (f) è quibus reliquæ omnes profluxerunt.

1. COM-

(a) Hody p. 201. ſeq.
(b) id. p. 204 - 217.
(c) id. p. 112. ſeq.
(d) Confer eundem p. 224. ſeq. 240. ſeq. & p. 175.
(e) Ant. Vandalen lib. de Ariſtea p. 167. Hody p. 189
(f) Hody p. 634.

2011 Ministerio de Cultura

1. COMPLUTENSIS, in Bibliis Polyglottis Complutenſibus ſtudio Cardinalis Franciſci Ximenii A. 1515. fol. editis & Leoni decimo inſcriptis, 6. Volum. quæ dicuntur conſtitiſſe ſumma aureorum amplius 50000. In his vulgata verſio latina poſita in medio eſt, & ex altera parte græca, ex altera parte Hebraica. *Mediam*, inquit Ximenius præf. ad Lectorem, *inter hos latinam beati Hieronymi translationem velut inter Synagogam & Orientalem Eccleſiam poſuimus, tanquam duos hinc & inde latrones, medium autem Jeſum, hoc eſt Romanam ſive latinam Eccleſiam collocantes.* Græcis præterea (uti Hebraicis quoque) appoſita eſt verſio latina interlinearis, quæ maximam partem debetur Lopidi Stunicæ, Johanni Vergaræ cui libri ſapientiales explicandi ſunt commiſſi, & Ferdinando Nunneſio de Guzman, ſive Ferdinando Nonio Pintiano, ut teſtatur Alvarus Gomeſius de Caſtro in vita Ximenii p. 43. & Nic. Antonius Bibl. Hiſpan. T. 1. p. 293. Græca è variis eximiis Codicibus MSS. recenſuerunt, præter eundem Ferdinandum, Demetrius Cretenſis, Lopes Stunica & Franciſcus Vergara Johannis frater: at ſæpius contra librorum ſcriptorum * fidem immutarunt, quo magis convenirent cum Hebræo. Verſio latina ſeparatim prodiit Baſileæ apud Andream Cratandrum A. 1526. 4. & comparet hinc inde mutata etiam in editionibus Bibliorum græcolatinis Baſileenſibus A. 1550. & 1582. 8. quatuor Vol. licet græca ipſa ibi referunt editionem (de qua mox) Aldinam. Veſtigiis editionis Complutenſis præterea inſiſtunt Biblia Regia Polyglotta Antverp. 1571. fol. Voluminibus octo, in quibus Hebr. Chald. Græc. lat. & Novum Teſtam. Syriace literis Syrorum & Hebræorum deſcriptum. Occurrunt & ibidem Guilelmi Sirleti notæ in Græcam Pſalmorum editionem.

Biblia Hebræo-Græco-latina cum notis Vatabli, & ad Apocrypha Claudii Baduelli A. 1588. fol. apud Commelin. & 1596. fol. Genevæ ex officina Sanct Andreanea 2. Volum.

Biblia Commeliniana A. 1599. & 1616. fol. 2. Vol. Hebræa & Græca cum latina vulgata & Pagnini, notisque Vatabli.

Biblia Polyglotta Pariſienſia A. 1545. fol. decem Voluminibus, Hebræa, Samarit. Græca, Chaldæa, Syriaca, Arabica & latina exhibentibus.

* Vide Flam. Nobilium præf. ad ſuam verſ. latinam: Uſſerium de LXX. c. 8. Johannem Morinum Exerc. Bibl. p. 202. ſeq. Walton. prolegom. IX. §. 28. Rich. Simonem in Catalogo præcipuarum editionum Biblicarum, ad Calcem libri tertii Hiſt. Criticæ ſacræ Vet. Teſt.

2011 Ministerio de Cultura

2. ALDINA Venetiis A. 1518. fol. ab Aldo ita, ut in Mſto codice invenerat, eoque licet ab Hebraicis & latinis codicibus paſſim diſſidente ordine, cura Andreæ Aſulani fideliter edita, ſine latina verſione.

Hanc ſecutæ ſunt *Baſileenſis* Græca A. 1545. fol. apud Hervag. cum Philippi Melanchthonis præfatione.

Argentinenſis Græca A. 1526. 8. 3. Vol. cura *Joh. Loniceri*, ſed qui in ordine ad Hebraicos codices revocando libertatem ſibi permiſit, ut ejus exemplo deinceps alii.

Baſileenſes Græcolatinæ 1550. & 1582. 8. apud Bryſingerum quatuor Volum.

Hamburgenſis, in Bibliis quadrilingvibus *Davidis Wolderi* A. 1596. fol. exhibens Hebraica, Græca, latinam verſ. vulgatam & Pagnini, Lutherique Germanicum.

Francofurtenſis Græca præſtantiſſima A. 1597. fol. typis nitidis emendate excuſa & verſiculis diſtincta, inſtructaque variis lect. & Scholiis à *Franciſco Junio*, ut nonnulli exiſtimant, ſive ut alii (verius fortaſſis) à *Friderico Sylburgio*. Ordo Aldinæ edit. noñunquam iñutatus eſt, & quatuor penultima Exodi capitula reſciſſis Aldinis ex Complutenſi editione reſtituta, nec minus pars magna capitis XXIV. Proverbiorum.

Denique Francofurtenſem referens *Veneta* Anni 1687. fol. apud Nicolaum Dulcem: de qua conſule, ſi placet, Acta Eruditor. T. 2. ſupplementi p. 275.

3. ROMANA è Mſto codice eximio Vaticano mille amplius annorum recenſita, adhibitis præterea Veneto Card. Beſſarionis, aliisq; vetuſtis codicibus, è quibus etiam, quæ in illo deerant (ut capita prima XLVI. Geneſeos, Pſalmi CV - CXXXVIII. & libri Maccabæorum) ſupplere licuit. Auſpiciis *Sixti V.* Pontificis, cura *Card. Caraffæ*, Flaminii Nobilii, aliorumque virorum doctorum * prodiit græce cum Scholiis græcis per Codices MStos collectis, Romæ A. 1587. fol. typis perquam nitidis. Hæc editio præ reliquis purior & integrior merito videtur Viris doctiſſimis, licet & ipſa ſuis non deſtituatur nævis, nec veterem ſince-

* Richardus Simon in epiſtolis Selectis. lib. I. p. 179. & 243. teſtatur in illis Bibliis græcis elaboraſſe præterea *Petrum Morinum*, tum p. 182. *Joh. Maldonatum* & p. 240. *Antonium Agellium*, qui in ſuo ad Pſalmos commentario teſtatur in Codice illo antiquiſſimo à recentiore manu plurima fuiſſe depravata ad libros recentiores.

2011 Ministerio de Cultura

ſincerã per omnia referat, ut præter alios Uſſerius c. 8. ſyntagm. de LXX. demonſtravit. Poſt anni ſpatium latinam verſionem à ſe & ab *Antonio Caraffa* elucubratam atque ex antiquis Doctoribus latinæ Eccleſiæ, quantum fieri licuit, collectam, velut in compenſationem perditæ veteris *verſionis Italæ* * edidit *Flaminius Nobilius* Lucenſis, Romæ 1588. fol. additis ſcholiis & annotationibus quantivis pretii.

Hæc editio græca pariter & latina una cum ſcholiis junctim recuſa eſt, capitumque verſiculis diſtincta *Pariſiis* A. 1628. fol. 2. Volum. curante *Joh. Morino*, qui in præmiſſa præfatione hanc longe purius, quam reliquas editiones, verba & ſententias LXX. Interpretum referre diſputat. Verſionem latinam in hac Pariſienſi editione occurrentem male ad Morinum velut auctorem refert Lambecius III. commentar. de Bibl. Vindob. p. 16.

Expreſſerunt præterea Sixtinam ſive Romanam, Græco-latina *Londinenſis* in Polyglottis Briani Waltoni A. 1657. fol. 6. Volum. quo in opere præter Nobilii Scholia è Joh. Druſii ſcriptis locupletata adjectæ ſunt variæ lectiones ex MSto antiquiſſimo Græcæ verſionis Alexandrino, & ex editione Complutenſi & Aldina, tum è MSS. Cottoniano per Geneſin, Cantabrigienſi per libros Chron. Rupifulcaldiano per Eſaiam, & Cardinalis Barberini per minores Prophetas, Andreæ Maſii in Joſuam, & Patricii denique Junii notæ eruditiſſimæ in græcam, quam parabat è MSto Alexandrino editionem, ſed quas dolendum eſt non produxiſſe ultra caput XIV. Numerorum.

Græca *Londinenſis* A. 1653. 8. typis nitidis, ſed quæ in ordine librorum, Pſalmorum numero & aliis nonnullis à Romana recedit, ut notavit Uſſerius ſyntagm. de LXX. Interpretibus c. 9.

Cantabrigienſis, itidem græca, Londinenſem preſſo pede ſequens, cum luculenta Joh. Pearſonii præfatione, in qua de uſu & auctoritate Græcæ verſionis agit, & loca quædam illius erudite vindicat A. 1665. 12. 2 Volum.

Amſtelodamenſis græca A. 1683. 8. è Cantabrigienſi, una cum præfatione Pearſonii viri ſummi ad verbum expreſſa, curante Joh. Leusdenio, quod ipſe teſtatur in Philologo Hebræo mixto p. 32.

Lipſi-

** Vetus Itala vocatur verſio latina græcæ interpretationis Bibliorum & verſio Novi Teſtamenti, qua ante Hieronymum per Italiam & aliis in locis uſa eſt Eccleſia latina. Confer Walton. Prolegom. IX. 31. P. Pithoeum de latinis S. Sctipturæ interpretibus, Rich. Simonem Hiſt. Crit. V. T. libro 2. c. 11. & lib. 2. Hiſt. Crit. N. T. p. 90. &c. Hodium p. 342. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Lipsienſis denique, è Londinenſi A. 1653. expreſſa itidem græca A. 1697. *8.* cum Scholiis græcis Romanæ edit. locis Scripturæ S. parallelis & variis lectionibus, eruditaque præfatione amici noſtri Clariſſ. *Johannis Frickii*, Ulmenſis, qui nomen ſuum præ modeſtia diſſimulavit, ſive primoribus tantummodo literis innuit.

Novam quidem editionem verſionis græcæ ad MStos codices & veterum Eccleſiæ doctorum fidem accuratius recenſendam primi dem moliti ſunt viri doctiſſimi.

1. *Fronto Ducæus*, ut conſtat ex ejus epiſtola ad Tegnagelium apud Lambec. T. 1. commentar. de Bibl. Vindob. p. 192. tum ex Epiſtola Sarravii CLXXXIX, quam reſpicit Colomeſius p. 128. Epiſt. ad Juſtellum, denique è Gaſſendo in vita Peireskii lib. 3. ad A. 1618. p. 285. ſeq. cujus verba adſcribam: *Quoniam vero Fronto Ducæus parabat eodem tempore editionem codicis græci, literis majuſculis ſcripti, magnamque Bibliorum partem continentis, & ea quidem antiquitate, ut diceretur correctus manu propria Origenis * atteſtantis cum tetraplis mage vetuſtis fuiſſe collatum, ideo cum Peireskius probe meminiſſet exſtare apud eundem Cottonum MStum Græcum pretioſiſſimum, ab uſque Theodoſii temporibus characteribus etiam majuſculis exaratum & à Rege Jacobo mille aureis emtum; ideo, inquam, ut ea editio ex collatione fieret completior, ſcripſit miſitque in Angliam, & fide ſponſioneque data Codicem obtinuit, cumque Frontone communicavit.*

2. *Patricius Junius*, qui verſionem græcam Bibliorum recenſere voluit è Codice mille & trecentorum circiter annorũ, quem Alexandrinum vulgo vocant, quia Alexandriâ eum Conſtantinopolin aſportaverat, qui inde dono ad Carolum 1. Angliæ Regem miſit *Cyrillus Lucaris*, Alexandrinus primum, deinde CPolitanus Patriarcha. Variæ lectiones hujus Codicis, ſed non ſatis diligenter enotatæ leguntur in Polyglottis Londinenſibus: Librum integrum Jobi ex eodem MSto σχηρῶς antiquo more expreſſum edidit idem Junius ante Catenam Græcorum Patrum in Jobum, Lond. 1637. fol. & Junii exemplo *Joh. Terentius* Franeckeræ 1663. 4. una cum Variis lect. Ejusdem Junii commentarius, quem in Græcam verſionem parabat, certe præclarus, ſed non ultra caput XVII. libri Numerorum progreſſus, lucem vidit in Tomo ſexto polyglotton Londinenſium, ut paulo ante dixi.

3. *Iſ. Voſſius*, qui inſtaurandæ à ſe LXX. viralis verſionis ſpem fe-

* Hoc credat, qui volet, nam quæ ſtatim ſequuntur perſpicue, ni fallor, id refellunt.

2011 Ministerio de Cultura

fecit lib. de LXX. Interpretibus c. 7. p. 7. atque à Joh. Pearſono in præfat. ad Cantabrigienſem editionem his verbis ad promiſſa exſolvenda invitatur: *Quoniam hæc Seniorum verſio etiam S. Hieronymi tempore corrupta fuit atque violata, danda eſt opera, ut ei priſtina puritas reſtitui & redintegrari poſſit. Certum eſt, exemplaria quæ habemus, Complutenſe, Aldinum, Romanum, plurimum inter ſe & ab Alexandrino diſcrepare, alios etiam Codices aliquarum S. Scripturæ partium ſatis antiquos nunc cum eorum aliquo, nunc cum nullo convenire. Optime igitur fecerit, qui codices omnes MSS. cum editis diligenter contulerit, qui varias lectiones non tantum ad Hebraicam veritatem examinaverit, ſed cum antiquiſſimorum Judæorum Philonis & Joſephi & vetuſtiſſimorum Patrum ſcriptis comparaverit, ac denique expoſitiones eas, quæ apud Lexicographos Scripturarios* (Heſychium maxime) *etiamnum exſtant, vel potius delitescunt, inſpexerit, atque ita nobis editionem* LXX. *maxime puram adornaverit. Quale opus utinam aliquando vir doctiſſimus Iſ. Voſſius, qui optime poteſt, perficeret, ederetque.*

4. *Paulus Colomeſius*, cujus hæc ſunt verba in Epiſt. ad Juſtellum data 3. Oct. 1685. editaque in appendice Iſ. Voſſii ad Melam p. 129. *S'il plaiſt à Dieu de continuer à me favoriſer de ſa grace, je tacheray de ſuppléer au defaut du Pere Fronton, en donnant l' Edition des Septante de Rome avec le Nouveau Teſtament corrigée en pluſieurs endroits, & enrichie d' un grand nombre de Paſſages paralleles, qui tiendront lieu de commentaire, & qui juſtifieront clairement, que la plus part des mots ſpécieux & des phraſes particulieres qu' employent les Evangeliſtes & les Apotres, ſont ordinairement tirez de Septante.*

Sed cum horum omnium conatibus interceſſerint fata, egregiam ejusmodi operam denique perficiendam, publicoque bono præſtandam ſperamus optamusque à duumviris præſtantiſſimis, LAMBERTO BOS, qui in Franequerana Academia Humaniones literas cum magna laude docet, & cujus ingenio atque induſtriæ expolitam propediem luculentam Græcæ Bibliorum Verſionis editionem debebimus: tum à præclaræ eruditionis, incomparabilisque induſtriæ viro JOH. ERNESTO GRABIO, qui poſt luculentam S. Irenæi, quam dedit, editionem jam totus in eo eſt, ut græcam LXX. Interpretum interpretationem, qualis ab Origene recenſita fuit ex Codice Alexandrino potiſſimum Eccleſiæ reſtituat, collato diligenter cum Codicibus manu exaratis & impreſſis, veterumque Eccleſiæ doctorum ſcriptis & commentariis, verſionibus antiquis & Hebraico denique contextu, Aſteriſcos & Obeliſcos reducat Origenianos, componat inter ſe loca paralle-

2011 Ministerio de Cultura

la, tum quæ in novo fœdere allegantur, denique fragmenta cæterarum verſionum græcarum ſingulari ſtudio conquirat ac comparet. Vide ejus Epiſt. ab Hodyo editam p. 639. libri de Bibliis Originalibus & alteram ad Joh. Millium Clariſſimum Virum ſeorſim excuſam Oxoniæ. 1705. 4. qua oſtendit libri Judicum genuinam LXX. Interpretum verſionem eam eſſe, quam MS. Codex Alexandrinus exhibet: Romanam autem editionem, quod ad dictum librum ab illa prorſus diverſam atque eandem cum Heſychiana eſſe. Præterea ſubnectit triplex ſpecimen novæ editionis LXX. Interpretum cum variis notis & obſervationibus.

Illuſtrem quoque virum *Ez. Spanhemium* Potentiſſimi Boruſſiæ Regis ad Sereniſſ. Angliæ Reginam legatum ad recenſendam & expoliendam Græcam Bibliorum verſionem invitavit his verbis Poeta & Orator memoria noſtra ſvaviſſimus Petrus Francius p. 255. poëm. poſthum.

Verſa Interpretibus divina Volumina Grajis
Quando ſalutifera conciliabis ope?
Iſte labor tuus eſt, qui lingua clarus utraque
Sanabis medica vulnera crebra manu.
Hæc tibi cunctarum ſit cura potiſſima rerum:
Cæteranamque homines obligat, illa Deum.
Convenit ætati, doctrinæ convenit iſti,
Convenit ingenio non magis ulla Tuo.
Quidquod & exemplar iſta qua vivis in urbe eſt,
*Miſit Alexandri quod pius urbe * pater.*
Nil illo melius, nil illo antiquius usquam
Continet ulla ſuo Bibliotheca ſinu.
Huic inſudandum eſt Libro Tibi. Conſule Librum
Et quam conveniant omnia rite doce.
Grajorum juſtam Seniorum ſuſcipe cauſam,
Illorum cauſam ſuſcipe, cauſa Dei eſt.
Dignius haud poteris vacuum diſponere tempus;
Illa tamen vacuo ſi fluit hora Tibi.
Poſtulat hoc Pietas, virtus Tua, poſtulat omnis
Ordo hominum, qui Te, qui ſtudia iſta colunt.

VII.

* MS. Alexandrinum quod Alexandrinus primum poſtea CPolitanus Patriarcha Cyrillus miſit ad Carolum II. Angliæ Regem, ſervatur Londini.

2011 Ministerio de Cultura

VII. *Auctoritas* græcæ, de qua hactenus dixi, versionis magna merito esse debet ac singularis, quia & antiquitate præcellit omnes reliquas Bibliorum versiones, & à tota fere Ecclesia per plures annorum centurias audita propemodum unice est, & pro divina fere habita, quin à Judæis non paucis adhibita Christi ætate, ut è Philonis & Josephi scriptis apparet, neutiquam deniq; spreta ab Apostolis ipsis atque Evangelistis. Nec minor versionis hujus *usus* esse intelligitur, tum ad plurima loca V. T. recte intelligenda, tum ut sciamus, quæ fuerit sententia Judæorum ante Christi tempora de variis dictis Moysis ac Prophetarum, deinde ad recte tractandos veteres Ecclesiæ doctores, quorum fere omnium pleræque interpretationes fundi loco hanc translationem habent. Maxime vero omnium hæc versio conducit ad probe noscendum scriptorum novi fœderis sermonem, quoniam is, cui LXX. Interpretes familiares fuerint, multa melius in scriptis Evangelicis atque Apostolicis percipiet atque interpretabitur, quam qui in aliis Græcis scriptoribus multum diuque fuerit versatus.

Judicio nihilominus opus est, tum ne in tanta confusione Codicum & corruptione, glossema aliquod, vel Theodotionis aut alterius interpretis ῥῆσιν pro versione Senum amplectamur, tum, ut subscribentes judicio Sirachidis cogitemus, etiam Senes illos in versione sua non per omnia rem acu tetigisse, verum haud raro à vero sacrorum scriptorum sensu aberrasse, quamobrem Evangelistæ quoque & Apostoli non raro neglectis * LXX. Interpretibus loca V. T. ex Hebraico potius allegant. Certissimum equidem existimo græcam versionem, quandoque fuisse à recentibus scriptoribus reprehensam iis etiam in locis, cum hi potius ipsi essent reprehendendi vel propter Græcæ lingvæ ignorationem, longeque magis propter præposterum ea, quæ non intelligebant carpendi studium, quod *Isaacus* præcipue *Vossius* luculentis aliquot exemplis in libro de LXX. Interpretibus ejusque Apologiis, tum *Joh. Pearsonius* in præfat. ad Cantabrigiensem editionem Græcæ versionis demonstravit. At indigna Viro tam erudito præfidentia idem Vossius ab omni penitus errore immunem illam contendit interpretationem, & in responsione ad iteratas Rich. Simonii objectiones eum provocare audet his verbis: *Si vel unum saltem, qui non recte à* LXX. *Interpre-*

* Vide Christiani Schotani diatribam de auctoritate versionis LXX. viralis, Franek. 1663. 4. cap. 1. & Hody de Bibliis Original. p. 244. seq.

2011 Ministerio de Cultura

pretibus expressus sit, reperturum se P. Simonius sperat locum, frustra semper est laboraturus, etiamsi mille vixerit annos. Sane aliter judicasset ipse vir doctissimus, si partium studio, quas semel publice in se susceperat, renunciare voluisset. Aliter etiam judicaverit lector quilibet, Critices vel maxime, nec minus linguarum Hebraicæ & Græcæ peritus, quicunque versionem hanc cum Hebraicis contulerit, aut attente consideraverit observata virorum doctorum, qui hoc jam ex parte fecerunt, *Ludovici* præcipue *Cappelli* in notis posthumis ad vetus testamentum (nam in Criticæ sacræ editione caput integrum, quo LXX. Interpretes examinaverat, à Morino est omissum) tum *Johannis Drusii* in commentariis suis, ne de *Joh. Ligthfoto* dicam, cujus opus, sed vix inchoatum exstat in scriptis ejus posthumis, in quo discrepantias Versionis græcæ à textu Hebraico digerere & examinare instituerat sub hisce titulis: *Inaniter addita; periculose decurtata: sensum clarum obfuscantia, vitiantia pulcrum. Reddita in sensum alienum. Traditiones Judaicas redolentia. Hebraica retenta. Reddita profana Gentis; profana textus. Paraphrases. Propria nomina facta appellativa. Numeri male calculati. Locorum nomina recentiora. Vocales male lectæ. Literæ male lectæ. Sensus fœdatus. Variatio nominum. Versus male conjuncti* &c.

VIII. Cum versione illa Senum strenue uterentur Christiani, & ex eadē licet à Judæis composita subinde crebrius intorquere cœpissent testimonia adversus ipsos Judæos, aliæ deinceps versiones græcæ à Judæis atq; judaizantibus Christianis confectæ sunt. Prima harum est AQUILÆ (*a*) Sinopensis Pontici, qui ex Ethnico Christianus factus & baptizatus Hierosolymis sub Imp. Hadriano (*b*) à quo urbi restaurandæ præfectus, ipsius nempe, si Diis placet, Imperatoris socer vel affinis (Πενθερίδης) fuisse traditur. Hinc cum Christiani Astrologicas ejus superstitiones probare nollent, circumcisus est, & accessit ad Judæos. Horum proselytus (*c*) factus R. Akibæ in disciplinam se dedit, ut narrat Hieronymus (*d*) posteaque concinnavit novam græcam librorum antiqui fœderis versionem

(*a*) Vide Drusii quæst. per Epist. 41. Caveum Hist. literar. ad A. C. 128. Tillemont. Hist. Imperator. T. 2. p. 511. Hody p. 576. seq. & 235 seq.

(*b*) Epiphanius de ponder. & mensuris c. 14. Athanasius Synopsi Scripturæ, Euthymius præfat. in Psalm. p. 192. edit. Stephani Le Moyne: Chronicon. Paschale p. 255. Glycas p. 240. seq. &c.

(*c*) Irenæus III. 24. & apud Euseb V. Hist. 8. Niceph. IV. 14. Eusebius VII. 1. demonstrat. Hieron. Catalogo & Epist. de optimo genere interpretandi.

(*d*) Hieron. in VIII. Esaiæ.

2011 Ministerio de Cultura

nem, eo quidem consilio, si Epiphanio (e) credimus, ὅπως διαῤῥέψῃ πνὰ τ ῥητ, ἐσοκήψας τῇ τ ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνείᾳ. Ejus versionem avide mox arripuerunt Judæi, ut patet ex suppare propemodum Aquilæ Tryphone apud Justinum Martyrem & ex Origenis responsione ad Africanum p. 224. qui notat φιλοπιμότερον πεπιστευμένον ὑπὸ Ἰουδαίων ἡρμηνευκέναι τὴν γραφήν. Confer Philastrium Hæresi XC. Hieron. Epist. 138. qu. 2. Augustin. XV. 23. de Civ. Dei & Anastasium Hodegi c. VI. p. 94. ubi Aquilæ versionem vocat τὴν λεγομένην παρ ἑβραίοις δευτέρωσιν τὴν ὠφελήσουν τ ὀρθῆς τ ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτ τὴν αἱρέσιν, καὶ τ θείαν νόμον καταλῦσιν, & p. 192 quo in loco Severum Eutychianum quod auctoritatem Patrum respuat, dicit νέον τινὰ Ἀκύλαν. Publice quoq; legenda permittitur Judæis ab Imp. Justiniano Novella 146. nec raro à Talmudicis (f) laudatur Aquila, qui cum *Onkelosο* (g) Chaldaicæ interpretationis auctore confundunt. Sed & Christiani scriptores studiosissimum interpretem appellantes diligentiam in eo laudaverunt, ut Origenes p. 44. Philocaliæ (testatur eum κυριώτατα h. e. *maxime proprie* reddere libros sacros studuisse) & pluribus in locis Hieronymus (h) licet alibi (i) eum reprehendit tanquam contentiosum interpretem, quod non solum verba sed & etymologias verborum, quin & ἄρθρα atque πάρερθρα & syllabas interpretari & literas κακοζήλως fuerit conatus. Idem Aquilam Judæum, licet quædam ut Christianum vertisse testatur ad cap. III. Habacuci, & nonnulla LXX. interpretibus melius reddidisse quæst. Hebr. in Genesin. Libros duos Samuelis in unum contraxisse, notatur in du-

(e) Epiphan. de ponder. & mensuris c. 15. At hoc diserte negat Hieronymus Epist. 73. ad Marcellam, cum hoc ipsum observaturus versionem Aquilæ cum Hebræo contulisset. Jampridem, inquit, cum Voluminibus Hebræorum editionem Aquilæ confero, ne quid forsitan propter odium Christi Synagoga mutaverit : & ut amicæ menti fatear, quæ ad nostram fidem pertineant, reperio.

(f) Vide Lightfooti cap. IX. appendicis ad horas Talmudicas in 1. ad Corinth. & ejusdem opera posthuma p. 9. Morini Exerc. Bibl. p. 341. &c.

(g) Non recte hoc fieri, licet Onkelosi nomen Babylonica dialecto idem sit cum nomine Aquilæ, scriptores multi Christiani consentiunt. Vide Hottingerum p. 332. Enneadis, Christianum Kortholtum de variis S. Scripturæ editionibus p 232. Leusdenii Philologum Hebræo-mixtũ pag. 43. ac Julium Bartoloccium Bibl. Rabbin. in אנקלוס & עקילס.

(h) Hody p. 576. seq Caveus parte 2. Hist. literar.

(i) Epist. de optimo genere interpretandi & in Esaiæ c. VIII. adde Epiphanium de mensuris ac ponderibus. c. 2.

2011 Ministerio de Cultura

plici Scholio græco apud Cotelerium ad Canonem Apoſtolicum LXXVI. T. 1. Patrum Apoſtolicor. p. 448. Porro ſecundis curis verſionem Bibliorum ab Aquila emendatam ex eodem Hieronymo diſcimus in Ezechielis caput IV. *Aquilæ vero ſecundæ editio, quam Hebræi κατ' ἀκρίβειαν nominant.* Meminit ejusdem Agobardus Epiſt. ad Fredegiſum, tum idem Hieronymus iterum in caput IV. & XL. atque *editiones primæ* in caput XVI. At in Juſtiniani Novella 146. per Judæorum δευτέρωσιν non intelligenda *ſecundæ Aquilæ editio* cum Il. Voſſio in reſponſo ad tertias Simonii objectiones p. 84. Nam neque Anaſtaſius Sinaita in loco paulo ante memorato ſecundam Aquilæ editionem, ſed ſimpliciter verſionem ejus, reſpectu interpretationis LXX. ſenum τὴν Ἀκύλα δευτέρωσιν vocat, tum verba Imperatoris in dicta novella perſpicue oſtendunt, eum non loqui de verſione aliqua ſacrorum librorum, ſed de opere à ſacris literis & quam paulo ante memoraverat conceſſeratque Aquilæ verſione planè alieno ac diſtincto, quale eſt opus (*k*) Miſnicum, vel quales Moſis & Akibæ ſive Barakibæ, tum Andæ ſive Annæ cognomento Judæ & filorum Aſſamonæi δευτερώσεις ſive traditiones memorat Epiphanius XXXIII. 9. p. 1224. Alio ſenſu δευτέρωσιν accipit Clemens ſuppoſititius, ad quem vide Cotelerii notas Conſtitut. Apoſtol. lib. 1. c. 6. Antequam vero de Aquila dicere deſino, diligenter animadvertendum, quod Chriſtiani ſcriptores frequentiſſime, quando ad Hebraicum codicem, Hebræorum ἐξήγησιν vel ad Judæorum ἀντιγραφα (*l*) provocant, non ipſum Hebræum textum, quem pauciſſimi propter ignorationem illius linguæ conſulere potuerunt, ſed hanc Aquilæ verſionem intelligere.

IX. THEODOTIO Epheſius (*m*) non, ut alii, (*n*) Ponticus, licet Marcionis Pontici forte ſectator (*o*) fuit, atque hinc Ebionita &

(*k*) Ita Petavius ad Epiphan. Morinus Excerc. Bibl p. 296. ſeq. Steph. le Moyne ad varia ſacra p. 542. Hody p. 577. ſeq Rich. Simon &c. atque ante hos Druſius præf. ad Proverbia Ben Siræ & lib. 1 quæſt. Hebr. 34.

(*l*) Euſebius VII. 1. demonſtrat. Evangel. ἐν τοῖς αὐτῶν Ἰουδαίων ἀντιγράφοις κατὰ τὴν Ἀκύλα μεταβολήν.

(*m*) Irenæus III. 24. & apud Euſeb. V. 8. Hiſt. & Niceph. IV. 14. Athanaſius Synopſi, Euthymius præf. in Pſalmos p. 193.

(*n*) Epiphanius de ponder. & menſuris c. 17. Chron. Paſchale p. 263. Joſephus Chriſtianus in Hypomneſtico MS. apud Hodyum p. 581.

2011 Ministerio de Cultura

(p) & proſelytus Judæorum (q) condidit exemplo Aquilæ Pontici translationem alteram ſacrorum librorum græcam, quæ jam exſtabat cum Irenæus ſcriberet M. Aurelio Imperante Anno Chriſti CLXXVI. vel CLXXVII. (r) Symmachi verſione tum nondum edita. In hoc autem differebat Theodotionis interpretatio à translatione Aquilæ, quod propius accederet ad LXX. viralem (s) & inter contentioſi interpretis ſervile ſtudium atque inter licentiam Symmachi veluti media intercederet. Unde Hieronymus præfat. in Jobum: *Quaſi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio vel verbum è verbo, vel ſenſum è ſenſu, vel ex utroque commixtum & medie temperatum genus translationis expreſſerint.* Quoniam vero à LXX. interpretibus minus utroque diſcrepabat, hinc *inter novos & veteres medium incedere* ait idem Hieronymus præf. ad Evangelia. Non mirum itaque videri poteſt, quod Origenes editionem græcam cum Hebræo collatam & Aſteriſcis inſtructam ex Theodotione potiſſimum (t) ſuppleverit, aut, quod liber Danielis (u) integer (non tantum caput quartum, ut Iſ. Voſſio viſum) præter multa Jobi loca (x) quæ in verſione LXX virali deſiderabantur, ex Theodotionis interpretatione jam pridem receptus ſit in Eccleſiis, & hodieque in græcis Bibliis legatur. Threnos (y) idem interpres, perinde ut Aquila in verſione ſua omiſerat, & Eſtheræ (cujus libri verſionem græcam *Lyſimacho** cuidam præter rem tribuunt) additamenta. (z) Danielis vero additamenta (a) non iple prim⁹ Theodotio poſuit, (ne dũ libros (b) quos vocant Apocryphos collegit primus) cum in antiqua verſione græca invenerit eadẽ Origenes (c) & quandoq; conferat veterem illam cum Theodotionis editio-

(o) Epiphan. Athanaſ. Joſephus MS. Chron. Paſchale, Euthymius.
(p) Hieron. in Catalogo ubi de Origene & ad. cap. 3. Habacuci, Suid. in ὠριγένης.
(q) Irenæus loco laudato.
(r) Dodvvell. de ſucceſſ. Pontific. XIV. 17 & diſſ. ad Irenæum IV. 39. ſeq. I. E. Grabe prolegom. ad Irenæum p. 14. Cave in Hiſt. literaria S. E. ad A. 175.
(s) Epiphan. Hieron. & Joſephus MS. apud Hodium p. 52. 5888.
(t) Uſſerius ſyntagm. de LXX. cap. 6.
(u) Uſſerius ibid. & Druſius fragment. Vett. Interpret. p. 1206. Hody p. 282.
(x) Uſſerius cap. 8. p. 95. edit. Lipſ.
(y) Origenes apud Druſium fragment. p. 563. * An legend. *Symmacho*?
(z) Origenes Epiſt. ad African. p. 225.
(a) Videſi placet Hodyum p. 583.
(b) Hody ibid.
(c) Origenes Epiſt. ad African. p. 224.

, 2011 Ministerio de Cultura

tione. Paralipomenon (*d*) libros & librum primum Maccabæorum (*e*) græce nos hodie ex verſione Theodotionis legere, lubrico nimis argumento contenderunt Viri doctiſſimi. Quemadmodum nec illis temere habenda eſt fides, qui ex nominum conſpiratione (Jonathan enim Hebræis idem quod græcis Theodotio eſt, hunc eundem eſſe exiſtimant (*f*) cum Jonathane ſcriptore Paraphraſeos Chaldaicæ. Fevardentius ad Irenæi III. 25. confundit cum Theodoto hæretico, quem Auguſtinus c. 33. de hæreſibus vocavit Theodotionem. Idem Fevardentius notat Theodotionem noſtrum à Nauclero Bergomate, Antonio Sabellico & Platina appellari diſcipulum Tatiani, ſed apud veteres ſcriptores, ut jam dixi, vocatur ſectator Marcionis. *Duas olim fuiſſe editiones verſionis Theodotioneæ, obſervavit hactenus nemo*, inquit eruditiſſimus Hodius p. 584. Nempe vir infinitæ lectionis non meminerat Huetii, qui hoc jam annotaverat libro de claris interpretibus p. 153. Sed apud Hieronymum in Jeremiæ XXIX. vocabulum *ſecundam* non dubito de Aquilæ verſione accipiendum eſſe, ut fecit etiam Druſius p. 532. fragment. Vett. Interpretum. Irenæi teſtimonio revincitur ſententia Antonii Pagi, de Chronologia & Eccleſiaſtica Hiſtoria meritiſſimi Viri, qui Chronicon Paſchale ſecutus exiſtimavit Theodotionis verſionem editam demum anno Chriſti CLXXXI. in honorem Quinquennaliorum Commodi Imp. Vide ejus Criticam Baronii ad jam dictum annum numero IV.

X. SYMMACHUS gente & religione Samaritanus (*g*) poſtea Samaritanis deſertis περιςπασθεὶς (*h*) & ſecundo circumciſus (*i*) Ju-

(*d*) Grotius in Luc. I. 5. & Voſſ. III. 20. Ariſtarch. ſed ab his diſcedit Clariſſ. Hody p. 585. & Rev. Joh. Franciſcus Buddeus parerg. Hiſtorico-Theol. p. 41.

(*e*) Buddeus p. 39.

(*f*) Refellit Druſius quæſt. per Epiſt. 41. & Alexander Morus in Cauſa Dei p. 118.

(*g*) Epiphan. de menſuris ac ponderibus c. 16. & ex eo Chron. Paſchale p. 266. Συμμαχός τις Σαμαρείτης τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν &c. Athanaſius Synopſi ſcripturæ T. 2. p. 156. Euthymius præf. in pſalmos p 192. τρίτη ἡ ξ Σύμμαχος ὃς ὢν Σαμαρείτης καὶ μὴ τυγχάνων ὅσης ἐβούλετο τιμῆς πρόσεισιν Ἰουδαίοις καὶ δεύτερον περιτέμνεται &c

(*h*) De præputii adductione per ſpaſterem vide præter Epiphanium loco laudato, interpretes ad 1. Maccab. I. 17. & 1. Cor. VII. 18. Andream Maſium ad Joſuæ V. 2. Steph. le Moyne notis ad Varia ſacra p. 761. ſeq. qui de hac attractione putat etiam agi Ierem. IX. 25. Joh. Rhodium c. VI. de acia p. 97. Montacutium T. 1. Originum Eccleſ. p. 79. Tan. Fabrum lib. 2. epiſt. 26, & Thom. Bartholinum de morbis Biblicis c. 26.

2011 Ministerio de Cultura

Judæus, denique Christianus Ebionita (*k*) post Aquilam & Theodotionem libros antiqui fœderis græce interpretatus est Imperante Severo (*l*) etsi Theodotione antiquiorem tradunt nonnulli (*m*) quoniam scilicet Origenes in tetraplis & Hexaplis Theodotioni Symmachum præposuerat : sed ob hanc causam LXX. interpretes quoque Symmacho & Aquila juniores statuere debuissent, quos utrique post posuerat, Theodotionem vero LXX. Interpretibus proximum, ut maxime scilicet interpretatione sua ad illorũ transferendi rationes accedentem, junxerat Adamantius. De cætero parum verisimile mihi videtur, Symmachum versionem hanc aggressum esse πρὸς διαφορὴν Σαμαρειτῶν, ut Epiphanius & Athanasius, & ex his alii scribunt, nisi forte hoc existimarunt ideo, quia solus Pentateuchus (*n*) admittebatur à Samaritanis, Symmachus autem reliquos etiam libros Propheticos transtulerat. Potius observandum existimo, Christianos scriptores, quemadmodum Aquilam fere innuunt, quando provocant ad Hebraicum, ita quando Σαμαρειτικὸν laudant, respicere ad hanc Symmachi Samaritæ versionem, à quo Pentateuchum ex Samaritico translatum mihi persvadeo: neque enim Symmachi meminisse simul solent veteres, quando inter diversas interpretationes Samariticum laudant, (*o*) neque Samaritice callebant antiqui Patres græci vel latini plerique, ne Origene quidem excepto, ut ex ejus commentar. ad Ezech. IX. 4. observat Huetius p. 29. Origenian. Græca autem si exstitisset diversa à Symmachiana interpretatione Samaritici Pentateuchi versio Origine antiquior, cur, quæso, eam Origenes in Hexaplis omisisset? Quod si non omisit, ut visum doctissimo Viro Is.

(*i*) Epiphan. ὅσοι ἀπὸ Ἰουδαίων Σαμαρείταις προσφεύγουσιν, ἀντιπεριτέμνονται, ὡσαύτως καὶ οἱ ἀπὸ Σαμαρειτῶν πρὸς Ἰουδαίους ἐρχόμενοι.

(*k*) Eusebius VI. 17. Hist. & VII. 1. demonstrat. evangel. Hieron. Catalogo S. E. in Origene & ad c. 3. Habacuci, Suidas in Ὠριγένης. Hinc Symmachianos pro Ebionæis dictos ab Ambrosio sive quisquis auctor, commentarii in Galatas, præfat. & ab Augustino lib. 1. c. 31. contra Crescon. Grammaticum, observat. Hodius p. 588.

(*l*) Epiphan. Athanas. Chron. paschale. Euthymius, Glycas p. 242.

(*m*) Epiphanius, Petavius ad Epiphan &c. confer, quæ contra hos disputat Elias du Pin. prolegom. Bibl. T. 1. p. 186 seq. Huetius p. 256. Origenianor.

(*n*) Origenes 1. contra Cels. p. 38. Epiphanius & Damascenus de hæres. Leontius de sectis p. 422. itemque alii.

(*o*) Vide loca collecta ab Hottingero exercitat. anti Morin. §. 25. p. 28 - 32. qui putat, græcam versionem Pentateuchi è Samaritico confectam aute LXX. Interpretes. Idem tamen p. 145. fasciculi & thesaur. Philolog. p. 302, fatetur & ipse Symmachum è Samaritarum Codice Pentateuchum vertisse.

2011 Ministerio de Cultura

Voſſio, (*p*) quare veteres ſcriptores de Hexaplis Origenianis agentes hoc ad unum univerſi tacent? Supereſt igitur, ut operi Origeniano inſerta fuerit ſub Symmachi nomine, vel extra Origenis Hexapla ſit lecta. Duplex etiam editio Symmachi olim ferebatur, ut ex Hieronymo in Jerem. XXXII. & in Nahum III. pulchre obſervat Hodius p. 586. Forte igitur priorem harum, quæ non fuiſſe videtur in Hexaplis, veteres ſub Samaritici nomine laudant. Cæterum Franciſcus Junius, qui Symmachum tertia vice verſionem ſuam æmulatione Theodotionis recenſuiſſe affirmat, ſine antiquo teſte hoc dicit Controverſ. de verbo Dei lib. 2. c. 5. Symmachum porro non verborum *καινοφωνίαν* contentioſe ſecutum, ſed ſenſum potius ſenſu reddidiſſe, ideoque tanto magis perſpicuam exhibuiſſe interpretationem, ex Hieronymo proœm. in Chron. Euſebii, & in Eſaiæ I. & V. in Amos III. Eccleſiaſtæ IX. & quæſtion. in Geneſin nec minus è Theodoro Antiocheno ad Pſal. LV. 7. notavit idem Hodius p. 588. obiter refellens ſententiam Lindani, qui exiſtimavit Pſalterium græcum hodie nos habere non ex editione LXX. ſenum; ſed ex Symmachi interpretatione: tum eorum, qui vulgatam latinam, quæ exſtat, Bibliorum translationem ex Symmacho potius vel Aquila vel Theodotione, quam ex Hebræo concinnatam fuiſſe. In Catalogo MSS. Conſtantini Varini CPolitani quem Poſſevinus ad calcem Apparatus ſacri & ante Poſſevinum Verderius ad calcem Bibl. edidit, memoratur *Symmachi Hebræi interpretatio in Pſalterium David, & ejusdem interpretatio in omnia volumina veteris divinæ Scripturæ.* Sed opus ipſum nemo fuit hactenus, qui in lucem proferret. Interdum non parum receſſit Symmachus tum ab Hebræo tum à LXX. Interpretibus, ut notat Hieronymus ad Eccleſiaſtæ XII. 5. *Symmachus neſcio quid hoc loco ſentiens multo aliter interpretatus eſt* (nam pro verbis: *& florebit amygdalum, & impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis*, ipſe reddiderat: *& obdormient vigilantes & diſſolvetur ſpiritus fortitudo.*) *Cujus interpretationem* (Apollinaris) *Laodicenus ſecutus nec Judæis placere poteſt, nec Chriſtianis, dum & ab Hebræis procul eſt, & ſequi* LXX. *Interpretes dedignatur.*

Traditur præterea Symmachus hic ſcripſiſſe *Commentarios in Matthæum*, quibus dogma Ebioniticum conatus eſt confirmare. Euſebius VI, 17. Hiſt. cujus verba: πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέ-

(*p*) Voſſius reſponſ. ad Objecta Criticæ ſacræ p. 305. 306, cui adde, quæ reſpondet Huetius p. 257. Origenian. & Rich. Simon.

2011 Ministerio de Cultura

γέλιον de commentariis Symmachi in Matthæum (non de ſcripto adverſus Matthæum edito, ut Valeſius) acceperunt Rufinus interpres, Hieronymus Catalogo S. E. in Origene, Suidas in ὠριγένης, Nicephorus V. 12. ut Abbatem Urſpergenſem aliosque juniores omittam. Iſtos commentarios Symmachi μὴ καὶ ἄλλων εἰς τὰς γραφὰς ἑρμηνειῶν (q) Συμμάχου à Juliana acceperat Origenes, hæc ab ipſo eos habuerat Symmacho, ut præter Euſebium tradit Palladius in Lauſiaca p. 152. εὗρον δὲ ταῦτα γεγραμμένα ἐν παλαιοτάτῳ βιβλίῳ σιχηρῷ ὅπερ ἐγέγραπτο χειρὶ Ὠριγένους, ὃ καὶ Ἰουλιανῇ παρθένῳ ἐν Καισαρείᾳ κεκρυμμένον ὑπῆρχεν, ἧπερ ἔλεγεν παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τοῦ ἑρμηνέως τῶν Ἰουδαίων τὸ εἰληφέναι.

Latine aliquid ſcripſiſſe Symmachum colligit præſtantiſſimus Hodius p. 587. ex his verbis Hieronymi ad Tit. 2. *Symmachus pro eo, quod Pſalm* CXXXV. *eſt in græco* περιούσιον, *in Hebræo* סגלה *expreſſit* ἐξαίρετον, *id eſt, egregium vel præcipuum, pro quo verbo in alio volumine latino ſermone utens peculiarem interpretatus eſt.* Sed videtur Hieronymus loqui de latino veteri intetprete, qui in alio volumine, h. e. non in Pſalmis, ſed in alio libro Biblico περιούσιον reddiderit *peculiarem.* Neque Agobardum vel Catenarum compoſitores aliud opus Symmachi quam verſionem Bibliorum reſpicere exiſtimo, quemadmodum Hodius ipſe probe animadvertit Symmachum inter latinos Patres quandoque referri, quod latini Eccleſiæ doctores ejus translatione uſi fuerunt. Quales ſint libri Symmachi, quos apud Syros adhuc exſtare auctor eſt Hebed Jeſu, ex his memorans unum, cui titulus *de diſtinctione præceptorum*, dixerint illi, quibus ſcripta hæc legere conceſſum eſt. De *epiſtola* commentitia, quæ latine edita eſt à Rigaltio inter ſcriptores rei accipitrariæ cum titulo *Aquilæ Symmachi & Theodotionis ad Ptolemæum Regem Ægypti*, jam monui ſupra lib. 1. c. 25. §. 6.

Ex quo hi interpretes ab Origene in Hexaplis ac tetraplis fuere cum verſione LXX. ſenum junctim vulgati, ſæpius conſulti ſunt à Veteribus Eccleſiæ Doctoribus, quando ſacras literas exponerent, ut patet tum ex aliis tum ex Origene ipſo, qui inter alia illis eſt uſus ad Codices LXX. Interpretum in nominibus propriis emendandos, ut teſtatur commentariis in Johannem p. 131. ſeq. Frequenter etiam ad

(q) Rufinus interpretationem Bibliorum à Symmacho compoſitam intelligit, cui aſſentitur Dodvvellus diſſ. IV. ad Irenæum §. 40. At Hodius p. 385, mavult de commentariis ſive expoſitionibus, Euſebii verba accipere. Fateor tamen non improbabilem eſſe priorem ſenſum, & forte ἑρμηνείας plurativo numero dixit de utraque verſionis Symmachi editione, priore & poſteriore.

2011 Ministerio de Cultura

illos, quos ſubinde communi vocabulo τρεῖς ἑρμηνευτὰς *tres interpreses* (r) appellant, provocare conſtat è græcis quidem Theodoritum & Procopium Gazæum, è latinis Hieronymum. Sæpius quoque advocantur in Catenis, quas in plures libros Biblicos è Græcis patribus collectas habemus, tum in Scholiis editionis Romanæ LXX. Interpretum, atque aliis ejusmodi Scholiis & Catenis ineditis. Nonnulla quidem aliter legiſſe videntur, quam in Hebraicis habemus Codicibus, ut exemplis quibusdam inſignibus docuit κεφαλαιώτατος Lud. Cappellus. Eſt etiam cum interpretationes unius ex his tribus permixtæ ſunt hodie editioni LXX. viralis verſionis, ſive quod gloſſæ loco ex alia verſione additum è margine in textum irrepſit, (s) ſive potius quod Origenes veterem verſionem ex cæteris interpretibus ſuppleverat, addito aſteriſco, locosque obſcuros ex Theodotionis vel alterius interpretis verſione lemniſco appicto illuſtraverat; hinc enim factum eſt, ut omiſſis librariorum negligentia hiſce ſignis, aliæ interpretationes (t) jam indiſtincte cum verſione veteri legantur, & unum vocabulum non raro bis translatum junctim occurrat, ut Exodi XIII. 2. πρωτότοκον πρωτογενές 2. Sam. XII. 25. Ἰεδιδὶ ἕνεκεν Κυρίου (quæ Aquilæ eſt interpretatio:) interdum integra phraſis, ut Prov. XXXI. 29. ἐκτήσαντο πλοῦτον, ἐποίησαν δύναμιν. Interdum integer verſiculus, ut Deut. XXIII. 17. & 1. Sam. XXI. 13. & 2. Sam. XV. 20. Certe parum veriſimilis eſt ſententia Northoni Knatchbulli, qui in notis ad Actor. XIII. 41. ait LXX Interpretum morem eſſe, *ut unum idemque verbum vel pro poſſibili errore literarum quandoque bis reddant, aliquoties etiam ter.* Cum vero tres illæ interpretationes Aquilæ Symmachi & Theodotionis non minus, quam pretioſum Tetraplorum atque Hexaplorum opus jam pridem cum magna literarum Hebraicarum & ſacræ antiquitatis jactura interciderint, fragmenta ſaltim, quæ ſuperſunt, licet perpauca, in veterum ſcriptis & antiquis codicibus inveſtigare viri docti ſunt aggreſſi, primus quidem omnium *Flaminius Nobilius* in notis ad Sixtina Biblia. Romæ 1588. fol. Diligentius deinde conquiſita & interpretatione ac notis illuſtrata dedit *Johannes Druſius*, non uno hoc nomine præclariſſime promeritus de ſtudioſis ſacrarum literarum, in ſingulari volumine poſt fata auctoris demum in lucem

(r) Vide Hodyum p. 589.
(s) Ita videtur Joh. Vorſtio diſſ. ſacrarum lib. 3. c. 7.
(t) Ita recte Salmaſ. lib. de lingua Helleniſtica p. 245.

2011 Ministerio de Cultura

lucem edito, quod inſcribitur: *Veterum Interpretum græcorum in totum Vetus Teſtamentum fragmenta, collecta, verſa & notis illuſtrata.* Arnhemiæ 1622. 4. Nobilii & Druſii collectanea junctim exhibentur in Tomo ſexto Polyglotton Londinenſium, cum Scholiis ad editionem Romanam: Occurrunt & in eodem tomo variæ lectiones & ſcholia græca ex Codice MS. Barberino verſionis græcæ Prophetarum, aliisque antiquis codicibus, nec minus Commentarius affectus *Patricii Junii* in verſionem græcam in capite XIV. Numerorum deſinens, in quibus ſingulis plura interpretum fragmenta Nobilio ac Druſio præterita licet obſervare, quæ diligentiſſime, ut ſperamus, undique inveſtigata atq; auctiora dabit proxime præſtantiſſimus Vir *Joh. Erneſtus Grabe.*

Dictionarium Ebraicum ex LXX. Hieronymo, Aquila, Symmacho & Theodotione collectum, item Helleniſticum paraſſe ſe teſtatus fuit Druſius præf. ad præterita ſua. Nonnunquam interpretationes Aquilæ Symmachi ac Theodotionis, quemadmopum LXX. quoque interpretum frequentiſſime advocat in præſtantiſſimo Lexico ſuo Jo. Coccejus. Conſtat præterea Conradum Kircherum Auguſtanum * Hoeſchelio impellente, laudatiſſimo ſtudio compoſuiſſe Concordantias verſionis LXX. Interpretum, ſub Hebræis vocibus digeſtas, & Indice Græco (licet non ſatis pleno) inſtructas. Francof. 1607. 4. Idem de uſu harum Concordantiarum ſingulari eſt diatriba comentatus. Witeb. 1622. 4. Breviora Lexica in LXX. Interpretes edidere Zacharias Roſenbach Herborn. 1634. 8. Mich. Crellius Altenb. 1646. 12. & Chriſtianus denique Schotanus, Franeqv. 1662 12.

XI. Supereſt, ut reliquas verſiones Bibliorum ſacrorum græcas deperditas brevites perſtringam. Tres maxime Anonymas:

Quintam in Actæo litore repertam Nicopoli ab Origene, ut ex Origenis ipſius teſtimonio referunt Rufinus invectiva poſteriore in Hieron. & Hieronymus præf. ad Homilias Orig. in Cantica Canticor. Confer Euſebium VI. 16. Hiſt. Eccleſ. Hanc quintam cum κοινῇ Lucianea confundunt Iſidorus Hiſt. VI. 3. Orig. eumque ſecuti Ranulphus Higdenus Ceſtrienſis, Hugo de S. Victore &c.

Sextam repertam ab eodem Origene, Jerichunte, quam Epiphanius c. 17. de ponderibus ac menſur. Athanaſius in Synopſi Scripturæ, Euthymius præf. ad Pſalmos quintam appellant. Joſephus ſcriptor Chri-

* Vide Kircheri præf & Hoeſchelii Epiſt. ad Jungermannum, poſt Hotomannianas p. 462. ſeq. In Bibl. Bodlejana exſtant hæ Kircheri Concordantiæ multis vocabulis ab erudita manu auctæ.

2011 Ministerio de Cultura

Chriſtianus in Hypomneſtico MS. Πέμπτη ἡ ἔκδοσις εὑρέθη ἐν Ἰεριχὼ ἐν πίθοις χαλκοῖς κεκρυμμένη, ὃν ἐπιγεγραμμένη ἡ τ ἑρμηνέα, Φασὶν ἡ αὐτὴν τοῦ γυναικὸς ἑρμηνεύσαι, τὸ καὶ ἐν οἰκίᾳ γυναικὸς Ἐπιμελὲς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις εὑρῆσθαι τὸς πίθους. Terba Ἐπιμελὲς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις miror omitti à Clariſſimo Hodio, ubi hunc Joſephi locum ex MSto codice producit p. 589. & de verſionibus hiſce differit diligentiſſime. Utraque hæc interpretatio non omnes libros Biblicos complectebatur, ſed maxime hos qui verſibus compoſiti ſunt, ut teſtatur Hieron. in Tit. III. hoc eſt Jobum, Pſalmos, Canticum Canticorum, ac præterea Prophetas minores. Idem Hieronymus Judaicos translatores vocat lib. 2. adverſus Rufinum; at in verſiculum XIII. Orationis Habacuci, ex ſexta editione hanc affert translationem: ἐξῆλθες ἔ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦν τὸν χειρόν σου.

Septimam denique, memoratam Euſebio VI. 16. Hiſt. & Hieronymo in Habacuci cap. II. quæ Pſalmos & Prophetas minores complectebatur, & alia forte nonnulla. In codice Marchaliano Eſaiæ, ubi præter Aquilam, Symmachum, & Theodotionem ſubinde allegantur οἱ Γ', ſive οἱ τρεῖς, videri poſſint anonymæ hæ tres interpretationes innui, ſi Majores etiam Prophetas illis comprehenſas olim fuiſſe, aliunde conſtaret. Igitur eruditiſſimus Hodius p. 594 potius ſubſcribit conjecturæ Waltoni, qui ſuſpicatus eſt deſignari tres vulgares LXX viralis verſionis editiones á Pamphilo, Luciano & Heſychio recenſitas, de quibus infra §. XIV. & quos non valde inter ſe diverſas fuiſſe notat Waltonus IX. prolegom. 25. & 27.

XII. ORIGENES Alexandrinus presbyter, cui ab indefeſſo labore Adamantii & Chalcenteri nomen hæſit, præ cæteris omnibus editione inſigni verſionis Græcæ LXX. Interpretum præclare jampridem de Eccleſia promeritus eſſe noſcitur. Hæc fuit quæ paſſim in veterum ſcriptis pro emendatiſſima (*a*) celebratur, & cum κοινῇ ſive vulgata ante Origeniana male confunditur (*b*) à viris quibusdam doctiſſimis: quanquam & LXX. Interpretes in genere interdum Vulgatam (*c*) verſionem Hieronymus appellat. Continebat vero Origenis editio translationem LXX. Senum diligenter emendatam è codicibus optimis, ſpeciatim illo Alexandrino in Serapeo: præterea cum Hebraico (vel cum

(*a*) Videndus Hody p. 613.
(*b*) id. p. 617.
(*c*) id. p. 609.

2011 Ministerio de Cultura

cum Aquilæ fortaſſis verſione, neque enim Hebraicarum literarum admodum peritus (*d*) erat Origenes) ita collatam, ut ubicunque aliquid in LXX. virali abundaret, (*e*) id notaretur obeliſco ſive virgula: ubi deficeret nonnihil, hoc ex alia verſione, Theodotionis (*f*) maxime ſuppleretur, atque ſtellula ſive aſteriſco notaretur; ubi denique aliquid à LXX. interpretibus redditum eſſet paulo obſcurius, ei ſub lemneſci nota adjungeretur lucidior altera translatio, itidem plerumque è Theodotione, nonnunquam & ex Aquila (*g*) vel Symmacho repetita: unde fortaſſis eſt factum, ut in noſtris quoque editis nonnunquam verba ſacrorum Scriptorum bis (*h*) Græce reddita junctim legamus, locis ex Origeniana illa Hexaplari transſcriptis, quæ integra, perinde ut pura LXX. Seniorum ex Origenis Tetraplis, hodie in nulla editione ſupereſt. Cæterum conſtat Hexaplarem illam olim veluti præſtantiſſimam una cum obelis & reliquis notis Criticis non modo Græce ſæpius deſcriptam, ſed quoque in Eccleſia latina frequentatam eſſe, *latine* redditam: & in Orientalibus, lingua *Syriaca* atque *Arabica*. Verum ſua jam ætate conqueſtus eſt S. Hieronymus Epiſtola 135. ad Suniam & Fretelam (*i*) quod librariorum negligentia virgulis & aſteriſcis ſubtractis, diſtinctio univerſa confunderetur. Tanto magis arduum videtur hodie Origeniana illa ſigna reſtituere, quod facturum tamen ſe nuper ſpopondit Clariſſimus Grabius. Quanquam in libris quibusdam præeunt adhuc Codices MSti, (*k*) ſive *Græci*, ut Arundelianus è quo librum Eſther notis

(*d*) Agnoſcunt hoc Huetius II. 1. Origenian. Tillemontius Memor. H. E. T. 3. p. 754 Albertinus de Evchariſtia p. 353. Petavius T. 1. dogm Theol. p. 561. Morinus Exerc. Bibl. p. 322. Jo. Clericus qv. 2. Hieronym. & Elias Boltierellus ad eruditam ſuam Gallicam librorum Origenis contra Celſum verſionem p. 27.

(*e*) De notis Criticis Origenis vide præter ſcriptores ſupra lib. 2. c 2. ad §. 18. laudatos Andream Maſium ad Joſuam p. 122. Jo. Morini Exerc. Bibl. IV. 1. ſeq. Huetii Origeniana p. 260. Hody p. 150. 291. ſeq. & 605.

(*f*) Uſſer. de LXX. cap. 6.

(*g*) Hody p. 606.

(*h*) Vide ſupra § X. p. 340.

(*i*) Sunia & Fretela, virorum nomina, non fœminarum, ut jam notatum viris doctiſſimis. Sic Attila, Totila, Froila, Blivila, Ceurila, Ulphila, Agila, Svintila, Amala, Chintila, apud Jornandem & Iſidorum: Traquila nomen ſervi in Chronico S. Benigni Divionenſ. apud Dacherium T. 1. ſpicileg. p 364. Sentila Rex Hiſpaniæ. id. p 388.

(*k*) Hody p. 619. Uſſerius de LXX. c 7 &c. ubi mentio plurium Codicum MS. aſteriſcis Origenianis inſtructorum. De Rupefucaldiano agit Curterius præf. ad Procop. & Morinus Exerc. Bibl. p. 214. ſeq. Et excerpta ac Variæ lect. ex hoc aliisque codici-

2011 Ministerio de Cultura

tis Origenis Criticis distinctum edidit Usserius ad calcem libri de LXX. Interpretibus, & codex alter è quo Esaiam, Procopii commentariis illustratum Jo. Curterius vulgavit: sive *Syriaci*, ut ex quo Josuam in lucem protulit vir paucis comparandus Andreas Masius, testatus ejusdem codicis ope alios etiam libros V. T. Judicum historias & Regum, prætetea paralipomenon, & Devteronomii bonam partem, tum Esdram & Esther (Judithæ quoque ac Tobiæ libros codex ille conplectebatur) similiter virgulis & asteriscis dispungere se potuisse: sive *Arabici*, ut Codex Pentateuchi duplex qui exstat in Bibl. Bodlejana, quosq; evolvisse se testatur idem Usserius: sive deniq; *latini*, ut quibus usi sunt Jo Cochleus,(*l*) Josephus Maria Carus sive Thomasius (*m*) Hugo Ferrandus, (*n*) & nuper in sua Hieronymi editione Jo Marcianæus. (*o*) Nam alios quidem omitto, qui nova industria obelos & asteriscos apposuerunt, labore non fortasis plane reprehendendo, quo latinam versionem veterem vulgatam ad Hebræa & Græca exigerent, ut in Bibliis suis Paris. 1558. fol. excusis fecit Jo. Benedictus: (*p*) In Novi Fœderis libris Jacobus Faber (*q*) Strapulensis, atque Rob. Stephanus (*r*) in editione minori A. 1543. & 1545.

XIII. Editionem LXX. Senum ita recensitam, suppletam & asteriscis dispunctam atque obelis, Origenes * *Hexaplis* suis inseruit, operi

bus in Tomo VI. Polyglott. Londinens. De Codice Chigiano 800. annorum, complexo quatuor Prophetas majores, & altero simili Vaticano meminit Mabillonius T. 1. Musei Ital. p. 95. Varios codices eximios Græcos Versionis Bibliorum in Bibl. Cæsarea exstantes refert Lambecius libro III.

(*l*) Cochleus A. 1531. edidit Psalterium Vetus cum asteriscis & obeliscis, præfixum commentariis Brunonis Herbipolitani Episc.

(*m*) In Psalterio duplici Rom. 1683. 8. Et in sacror. Bibliorum titulis veteribus. ibid. 1688. 4.

(*n*) In Psalmos, Paris. 1683. 4. Confer Coteler. T. 3. monument. Gr. p. 586.

(*o*) Vide Acta Er. 1695. p. 101.

(*p*) Rich. Simon. Hist. Crit. N. T. lib. 2. p. 143. & lib. 3. p. 565.

(*q*) id. lib. 2. p. 134.

(*r*) id. lib 3. p. 496.

* De Origenis Tetraplis, Hexaplis & Octaplis perquam diversa commentati sunt viri docti, ex varie intellectis locis veterum, Origenis, Eusebii, Epiphanii, Hieronymi. Mihi satis fuit de tota re quæ verissima viderentur succincte exponere. Interim evolvat conferatque qui volet A. Masium præf. ad Josuam, Petavium ad Epiphan. p. 404. I. Rud. Wetstenium in Epist. Origenis ad African. p. 178. Marcianæum ad Hieron. Vale-

2011 Ministerio de Cultura

operi Biblico cui nullum par viderat vel illa vel prior ætas, & quod non tuliſſe ætatem merito dolemus. In hoc ſex columnis uno juxta ſe conſpectu poſitis vir egregius collocaverat *prima* quidem Hebraicum contextum, Hebraicis conſignatum literis (non Samaritanis, neque punctis animatum vocalibus) *ſecunda* eundem Hebraicum contextum literis Græcis deſcriptum, *tertia* translationem Aquilæ, *quarta* Symmachi verſionem, *quinta* verſionem LXX viralem ita ut dixi emendatam, interpolatam, & virgis, ſtellulisque ac lemniſcis notatam, *ſexta* denique interpretationem Theodotionis. In quibusdam libris Biblicis heptaſelida etiam erant & octaſelida, & fortean enneaſelida, ſiquidem verſionem Græcam quintam, & ſextam & ſeptimam addiderat Origenes, ubi eam nanciſci potuit, de quibus dictum à me ſupra §. XI. Hinc *Octaplorum* apud veteres aliquando mentio, quæ tamen ab Hexaplis diverſum opus fuiſſe non videntur viris eruditiſſimis. Præterea verſionem Græcam ex Samaritico confectam, vel ſaltem illius varietates Hexaplis ab Origene inſertas contendit Iſ. Voſſius: ſed jam ſupra §. 19. annotavi veteres quando Samariticum laudant reſpicere verſionem Symmachi Samaritæ, è cujus binis editionibus alteram Origenes operi ſuo adſcripſit. Specimen Hexaplorum in margine Codicis Barberiniani hoc occurrit ad Oſeæ XI. 1. unde illud deſcriptum exſtat in tomo VI. Polyglotton Londinenſ. & in præſtantiſſimi Cavei Vitis Patrum Anglice editis T. 1. pag. 227.

Xx Ebr.

Valeſium ad Euſeb. VI. 16. & in Epiſtola Euſebio ſubjecta ad Uſſerium, contra ea quæ hic vir doctus de binis editionibus Græcæ verſionis ſenum ab Origene in Hexaplorum opere conjunctis, pura & κοινὴ, tradidit in ſyntagmate de LXX. c. 5. Waltonum prolegom. Bibl. IX. 21. Huetium Origenian. III. 4. Dionyſii de Rivis diatribam de Origenis Hexaplis & Octaplis Lugd. 1676. 4. Dan. Heinſii Ariſtarch. p. 796. Lud. Cappellum Critic. S. p. 337. Iſ. Voſſium reſponſ. ad Objecta Criticæ S. p. 105. ſeq. Rich. Simonem in diſquiſitt. Biblicis & II. 3. & 10. Hiſt. Crit. V. T. Hottingerum theſaur. philolog. p. 288. Jo. Morinum Exerc Bibl. p. 81. Caveum vita Origenis num. 18. Alex. Morum in Cauſa Dei p. 120. ſeq. Fraſſenium diſquiſit. Bibl. p. 263. ſeq. Eliamdu Pin Prolegom. Bibl. T. 1. p. 183. ſeq. Petr. Galeſinium & Jo. Woweranum in Comment. de LXX. & qui diligentiſſime in hoc argumento accuratiſſimeque verſatus eſt Humfredum Hody de Bibliorum textibus Original. libro IV. E noſtratibus quoque hanc materiam attigere Theologi præſtantiſſimi Dorſcheus diſſ. Theologiæ Zachariannæ præmiſſa, (d) 3. Kortholtus de variis Biblior. editionibus p. 374. ſeq. Waltherus Officin. Bibl. p. 275. &c.

2011 Ministerio de Cultura

Ebr.	Ebr.	Aqu.
כי נער וישראל ואהבהו ממצרים קראתי בני:	Χι νερ Ἰσραηλ ϗε αβηϗ μεμμεσραιμ καραϑι βανι.	Ὅτι παῖς Ἰσραὴλ καὶ ἠγάπησα αὐτὸν καὶ ἀπὸ Αἰγύπτϗ ἐκάλεσα τ̃ υἱόν μϗ.

Lubet & aliud hoc loco ſpecimen ſubjungere, Caput primum Gene-

HEBR.	HEBR.	AQUILA
1. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ:	1. Βρεσιϑ βαρα Ἐλωϊμ ἐϑ ἀσαμαϊμ ϗἐϑ ἀαρες.	1. Ἐν κεφαλαίῳ ἔκπσε ὁ Θεὸς σω̃ τὸν ϗραινὸν, καὶ σω̃ τλὺ χλῶ.
2. והארץ היתה תהו ובהו וחשך על פני תהום ורוח אלהים מרחפת על פני המים:	2. Ὁυαρες ἀιεϑα ϑωϗ ϗβωϗ. Ὁυχωσεχ ἀλ φνε ϑεωμ ϗρϗαχ ἐλωϊμ μραχεφεϑ ἀλ φνε ἀμαϊμ.	2. Ἡ δὲ γῆ ἦν κένωμα καὶ ἀφάνισμένον καὶ σκότος ἐπὶ πρόσωπον ἀβύσσϗ, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ πρόσωπον ὑδάτων.
3. ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור:	3. Ὁυϊ ωμερ Ἐλωϊμ ϊεϊ ὡρ ϗϊεϊ ὡρ.	3. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.
4. וירא אלהים את האור כי טוב ויבדל אלהים בין האור ובין החשך:	4. ϗϊ αρ Ἐλωϊμ ἐϑ ἀωρ χι τωβ ϗϊ αβδηλ Ἐλωϊμ βην ἀωρ ϗβην ἀχωσεχ.	4. Καὶ σωεῖδεν ὁ Θεὸς σὺν τὸ φῶς ὅτι καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς μεταξὺ τ̃ φωτὸς καὶ μεταξὺ τ̃ σκότϗς.
5. ויקרא אלהים לאור יום ולחשך קרא לילה ויהי ערב ויהי בקר יום אחד:	5. Ὁυαικρα Ἐλωϊμ λαωρ ἰωμ ϗλαχωσεχ καρα λαϊλα ϗϊϊ ἐρεϐ ϗϊεϊ βωκερ ἰωμ ἐχαδ.	5. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ φωτὶ ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε Νύκτα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα μία.

6.

2011 Ministerio de Cultura

Sym.	LXX.	Theodot.
Ὅτι παῖς Ἰσραὴλ καὶ ἠγαπημένος, ἐξ Αἰγύπτου κέκληται υἱός μου.	Ὅτι νήπιος Ἰσραὴλ καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου κέκληται υἱός μου.	Ὅτι νήπιος Ἰσραὴλ καὶ ἠγάπησα αὐτὸν καὶ ἐκάλεσα υἱόν μου ἐξ Αἰγύπτου.

Geneseos, fragmentis Veterum Interpretum è Philoponi maxime commentario in Hexaemeron conquisitis:

SYMMACHUS.	LXX.	THEODOTIO.
1. Ἐν ἀρχῇ ἔκτισε ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.	1. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.	1. Ἐν ἀρχῇ ἔκτισε ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.
2. Ἡ δὲ γῆ ἐγένετο ἀργὸν καὶ ἀδιάκοσμον, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ φερόμενον ἐπὶ πρόσωπον ὑδάτων.	2. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. καὶ σκότος ἦν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.	2. Ἡ δὲ γῆ ἦν κενὸν καὶ ἀφανές, καὶ σκότος ἐπὶ προσώπου ἀβύσσου, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ προσώπου τοῦ ὕδατος.
3. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, ἔστω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.	3. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.	3. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός: γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς.
4. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλὸν. καὶ διέχωρισεν ὁ Θεὸς μεταξὺ τοῦ φωτὸς καὶ μεταξὺ τοῦ σκότους.	4. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον σκότους.	4. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον σκότους.
5. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ φωτὶ ἡμέραν, καὶ τὴν σκοτίαν ἐκάλεσε νύκτα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα μία.	5. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα μία.	5. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τῷ φωτὶ ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα μία.

2011 Ministerio de Cultura

HEBR.	HEBR.	AQUILA.
6. ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים ויהי מבריל בין מים למים:	6. ϗϊωμερ ἐλωϊμ ϊϊ ῥακια βθωχ ἀμαϊμ, ϗϊϊ μαβδιλ βην μαϊμ λαμαϊμ.	6. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς· γενέσθω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὑδάτων, καὶ ἔστω διαχωρίζον μεταξὺ ὑδάτων εἰς ὕδατα.
7. ויעש אלהים את הרקיע ויבדל בין המים אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע ויהי כן:	7. ϗιαας Ἐλωϊμ ἐθ ἀ-ῥακια ϗιαβδηλ βην ἀμαϊμ ἀσερ μθαχαθ λαῥακια ἐβην ἀμαϊμ ἀσερ μεαλ λαῥακια, ϗϊϊ χεν.	* * *
8. ויקרא אלהים לרקיע שמים ויהי ערב ויהי בקר יום שני:	8. Ὀναϊκρα Ἐλωϊμ λα-ῥακια σαμαϊμ, ϗϊϊ ἐρεβ ϗϊϊ βωκερ Ἰωμ σενι.	8. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς στερεώματι, οὐρανός. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωϊ ἡμέρα δευτέρα.
9. ויאמר אלהים יקוו המים מתחת השמים אל מקום אחד ותראה היבשה ויהי כן:	9. Ὀϋϊωμερ Ἐλωϊμ ϊκα-βϗ ἀμαϊμ μθαχαθ ἀζα-μαϊμ ἀλ μακωμ ἐχαδ, ϗθεραε ἀϊ ἀβασα ϗϊϊ χεν.	9. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, συ-στήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τόπον ἕνα, καὶ ἀφθήτω ἡ ξηρά. καὶ ἐγένε-το οὕτως.
10. ויקרא אלהים ליבשה ארץ ולמקוה המים קרא ימים וירא אלהים כי טוב:	10. Ὀναϊκρα Ἐλωϊμ λαϊαβασα ἐρες ϗλμικωε ἀμαϊμ καρα ϊαμιμ ϗιαρ Ἐλωϊμ χι τωβ.	10. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τῇ ξηρᾷ γῆν, καὶ τοῖς συ-ήμασι τοῦ ὑδάτων θάλασσαν, καὶ συνεῖδεν ὁ θεὸς, ὅτι κα-λόν.

2011 Ministerio de Cultura

SYMMACHUS.

6. Καὶ εἶπεν ὁ θεός. ἔσω στερέωμα ἐν μέσῳ ὑδάτων, καὶ ἔσω διαχωρίζον ἐν μέσῳ ὕδατος καὶ ἐς ὕδωρ.

* * *

8. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς στερεώματι οὐρανόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα δευτέρα.

9. Καὶ εἶπεν ὁ θεός, συσήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω ⸗ οὐρανῦ εἰς τόπον ἕνα, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως.

10. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὴν ξηρὰν γῆν, τὰ δὲ συστήματα τ ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς, ὅτι καλόν.

LXX.

6. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς. Γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ ⸗ ὕδατος, καὶ ἔσω διαχωρίζον ανὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος. — καὶ ἐγένετο οὕτως. ☼

7. Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα. καὶ διεχώρησεν ὁ θεὸς ανὰ μέσον ⸗ ὕδατος ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος καὶ ανὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος, * καὶ ἐγένετο οὕτως. ☼

8. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν — καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλὸν ☼ καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα δευτέρα.

9. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω ⸗ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως. — καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω ⸗ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. ☼

10. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὴν ξηρὰν γῆν, τὰ δὲ συστήματα τ ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν.

THEODOTION.

6. Καὶ εἶπεν ὁ θεός. γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ ⸗ ὕδατος καὶ ἔσω διαχωρίζον ανὰ μέσον ὕδατος εἰς ὕδατα.

* * *

8. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ στερεώματι οὐρανόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα δευτέρα.

9. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς. συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω ⸗ οὐρανοῦ εἰς τόπον ἕνα, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά, καὶ ἐγένετο οὕτως.

10. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὴν ξηρὰν γῆν, τὰ δὲ συστήματα τ ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν.

2011 Ministerio de Cultura

HEBR.	HEBR.	AQUILA.
11. ויאמר אלהים תדשא הארץ דשא עשב מזריע זרע עץ פרי עשה פרי למינו אשר זרעו בו על הארץ ויהי כן:	11. Ϛυιωμερ Ἐλωϊμ θαδζε ἀαρες δεσε ἐσεβ μαζελα ζερα ἐς φελ ἀσε φρι λμινω ἀσερ ζαρω βω ἀλ ἀαρες ϗιει χεν.	11. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς· βλαστησάτω ἡ γῆ βλάστημα χόρτου σπειρόμενον σπέρμα, ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν σπερματίζον εἰς τὸ γένος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐγένετο ὕτως.
12. ותצא הארץ דשא עשב מזריע זרע למינהו ועץ עשה פרי אשר זרעו בו למינהו ויר אלהים כי טוב:	12. Ούθωζε ἀαρες δεσε ἐζεβ μαζελα ζερα λμινες ϗες ωζε φελ ἀσερ ζαρω βω λμινες, ϗιαρ Ἐλωϊμ χι τωβ.	* * *
13. ויהי ערב ויהי בקר יום שלישי:	13. Ούιει ἐρεβ, ϗιει βωκερ ἰωμ σλισι.	Καὶ σιωπᾷδεν ὁ θεὸς, ὅτι καλόν.
14. ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים להבדיל בין היום ובין הלילה והיו לאתת ולמועדים ולימים ושנים:	14. ϗιωμερ Ἐλωϊμ ϊεϊ μωρωθ βρακια ἀσαμαϊμ λαβδιλ βην ἀϊωμ ϗβην ἀλαιλα ϗεαϊϗ λωθωθ ϗλμωαδιμ ϗλιαμιμ ϗσανιμ	13. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωϊ ἡμέρα τρίτη.
15. והיו למארת ברקיע השמים להאיר על הארץ ויהי כן:	15. ϗεαϊϗ λιμωρωθ βρακια ἀσαμαϊμ λαϊρ ἀλ ἀαρες ϗιει χεν.	14. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός. γενέσθωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τ οὐρανοῦ, τοῦ διαχωρίζειν μεταξὺ τ νυκτὸς, καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιρὸς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς.
		15. Καὶ ἔστωσαν εἰς φωστῆρας ἐν τῷ στερεώματι τ οὐρανοῦ, τοῦ φαίνειν ἐπὶ τ γῆς, καὶ ἐγένετο ὕτως.

2011 Ministerio de Cultura

SYMMACHUS.

11. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ἐξαγαγέτω ἡ γή.

* * *

Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν.

13. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα τρίτη.

* * *

* * *

LXX.

11. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς. Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κ᾽ ξύλον καρπὸν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κ᾽ γένος ἐπὶ τ᾽ γῆς. καὶ ἐγένετο οὕτως.

12. Καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κ᾽ γένος καθ᾽ ὁμοιότητα καὶ ξύλον καρπίμων ποιοῦν καρπὸν οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κ᾽ γένος ἐπὶ τ᾽ γῆς καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν.

13. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα τρίτη.

14. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς. Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τ᾽ οὐρανοῦ εἰς φαῦσιν ἐπὶ τ᾽ γῆς, οὗ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τ᾽ ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τ᾽ νυκτός· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιρούς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς.

15. Καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τ᾽ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τ᾽ γῆς. καὶ ἐγένετο οὕτως.

* * *

* * *

THEODOTION.

11. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς. ἐξενεγκάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου.

* * *

Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν.

13. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα τρίτη.

* * *

* * *

16.

2011 Ministerio de Cultura

HEBR.	HEBR.	AQUILA.
16. ויעש אלהים את־שני המארת הגד לים את המאור הגדל לממשלת היום ואת המאור הקטן לממשלת הלילה ואת הכוכב ים:	16. ϊιαας Ελωϊμ ἐϑ σνε ἀμωρωϑ ἀγδολιμ ἐϑ ἀμαωρ ἀγαδολ λμεμσελεϑ ἀωρ ϊἐϑ ἀμκωρ ἀκατον λμεμσελεϑ ἀλαιλα ϊἐϑ ἀχωχαβιμ.	16. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο Φωστῆρας τοὺς μεγάλους, σὺν τὸν Φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, καὶ σὺν τὸν Φωστῆρα τὸν μικρὸν εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός.
17. ויתן אתם אלהים ברקיע השמים להאיר על הארץ:	17. ϊιθεν ὀϑαμ Ελωϊμ Βρακια ἀσαμαϊμ λαϊρ ἀλ ἀαρες.	17. Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, τῷ φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς.
18. ולמשל ביום ובלילה ולהבדיל בין האור ובין החשך וירא אלהים כי טוב:	18. ϊλιμσολ βιωμ ϊβαλαιλα ϊλαβδιλ βην ἀωρ ϊβην ἀχωσεχ ϊιαρ Ελωϊμ χι τωβ.	18. Καὶ ἐξουσιάζειν τῆς ἡμέρας, καὶ διαχωρίζειν μεταξὺ τοῦ φωτὸς καὶ μεταξὺ τοῦ σκότους. καὶ συνεῖδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν.
19. ויהי ערב ויהי בקר יום רביעי:	19. ϊιϊ ερεβ ϊιϊ βωκερ ἰωμ ρβii.	19. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα τετάρτη.
20. ויאמר אלהים ישרצו המים שרץ נפש חיה ועוף יעופף על הארץ על פני רקיע השמים:	20. ϊϊωμερ Ελωϊμ ἰσρεζϑ ἀμαϊμ σερες νεφες ἀϊα ϊωφ ἰεωφηφ ἀλ ἀαρες ἀλ φνη ρε- κια ἀσαμαϊμ.	20. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς. ἐξερ- ψάτω τὰ ὕδατα ἑρπετὸν ψυ- χῆς ζώσης καὶ πετεινὸν ἱπ- τάμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπὶ πρόσω- πον τοῦ στερεώματος οὐρανοῦ.
21. ויברא אלהים את התנינם הגד לים ואת כל נפש החיה הרמשת אשר שרצו המים למינהם ואת כל עף כנף למינהו ויא אלהים כי טוב:	21. ϊϊβρα Ελωϊμ ἐϑ ἀϑα- νινιμ ἀγδολιμ ϊἐϑ χολ νεφες ἀϊα ἀρμεσεϑ ἀσερ σαρσϑ ἀμαϊμ λμινεεμ ϊἐδ χολ ὀφ καναφ λμινεϑ ϊιαρ Ελωϊμ χι τωβ.	* * *

22.

2011 Ministerio de Cultura

SYMMACHUS.

16. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μείζω εἰς τὸ ἡγεῖσθαι τῆς ἡμέρας, τὸν δὲ φωστῆρα τὸν ἐλάσσω, εἰς ἡγεμονίαν τῆς νυκτός.

* * * \

HEBR.	HEBR.	AQUILA
22. ויברך אתם אלהים לאמר פרו ורבו ומלאו את המים בימים והעוף ירב בארץ:	22. ϊιβαρεχ ὀθαμ Ἐλωϊμ λεμωρ φρυ ϊρβυ ϊμιλυ ἐθ ὰμαϊμ βιμιμ ϊαωφ ϊρεβ βααρες.	* * *
23. ויהי ערב ויהי בקר יום חמישי:	23. ϊιεϊ ἐρεβ ϊιεϊ βοκερ ϊωμ ὰμιϊσι.	* * *
24. ויאמר אלהים תוצא הארץ נפש חיה למינה בהמה ורמש וחיתו ארץ למינה ויהי כן:	24. ϊιωμερ ἐλωϊμ θωσε ὰαρες νεφες ὰϊα λμινα βεμα ϊρεμες ϊαϊθω ἐρες λμινα ϊιει χεν.	* * *
25. ויעש אלהים את חית הארץ למינה ואת הבהמה למינה ואת כל רמש האדמה למינהו וירא אלהים כי טוב:	25. ϊιὰας Ἐλωϊμ ἐθ ὰϊαθ ὰαρες λμινα ϊεθ ὰβεμα λμινα ϊεθ χολ ρεμες ὰδαμα λμινυ ϊιαρ Ἐλωϊμ χι τωβ.	* * *
26. ויאמר אלהים נעשה אדם בצלמנו כדמותנו וירדו בדגת הים ובעוף השמים ובבהמה ובכל הארץ ובכל הרמש הרמש על הארץ:	26. ϊιωμερ Ἐλωϊμ νασε ὰδαμ βσαλμυ χιδμυθεινυ ϊιδυ βιδγαθ ὰϊαμ ϊβεωφ ὰσαμαϊμ ϊβαβεμα ϊβχολ ὰαρες ϊβχολ ὰρεμες ὰρομες ὰλ ὰαρες.	26. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι ἡμῶν καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν. καὶ ΠΠπεριπατείτωσαν ἐν ἰχθύσι τῆς θαλάσσης καὶ ἐν πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐν κτήνεσι, καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, καὶ ζῴῳ κινουμένῳ ΠΠ τῆς γῆς.

2011 Ministerio de Cultura

SYMMACHUS.

* * *

16. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς. ποιήσωμεν ἄνθρωπον ὡς εἰκόνα ἡμῶν, καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν.

* * *

* * *

* * *

LXX.

22. Καὶ ἐυλόγησεν αὐτὰ ὁ θεὸς λέγων, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα ἐν ταῖς θαλάσσαις· καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς.

23. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα πέμπτη.

24. Καὶ εἶπεν ὁ θεὸς· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κτ̃ γένος, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τ̃ γῆς κτ̃ γένος. καὶ ἐγένετο οὕτως.

25. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ θηρία τ̃ γῆς κτ̃ γένος, καὶ τὰ κτήνη κτ̃ γένος αὐτ̃, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τ̃ γῆς κτ̃ γένος. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλά.

26. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἀρχέτωσαν τ̃ ἰχθύων τ̃ θαλάσσης καὶ τ̃ πετεινῶν τ̃ οὐρανῦ, καὶ τ̃ κτηνῶν, καὶ πάσης τ̃ γῆς, καὶ πάντων τ̃ ἑρπετ̃ τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τ̃ γῆς.

THEODOTIO.

* * *

* * *

26. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς. ποιήσωμεν ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι ἡμῶν, ὡς ἐν ὁμοιώσει (ἐν ὁμοιώμασιν) ἡμῶν.

2011 Ministerio de Cultura

HEBR.	HEBR.	AQUILA.
27. ויברא אלהים את האדם בצלמו בצלם אלהים ברא אתו זכר ונקבה ברא אתם:	27. ϊιβερ Ἐλωϊμ ἐθ ἀαδαμ Βσαλμω Βσελεμ Ἐλωϊμ Βαρα ὀθω ζαχαρ ϊνκεβα Βαρα ὀθαμ.	27. Καὶ ἔκτισεν ὁ Θεὸς σὼ τὸν ἄνθρωπον ἐν εἰκονι αὐτ̃, ἐν εἰκόνι Θεῦ ἔκτισεν αὐτούς. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἔκτισεν αὐτούς.
28. ויברך אתם אלהים ויאמר להם אלהים פרו ורבו ומלאו את הארץ וכבשה וורדו בדגת הים ובעוף השמים ובכל חיה הרמשת על הארץ:	28. ϊιβαρεχ ὀθαμ Ἐλωϊμ ϊιωμερ λαεμ ἐλωϊμ φρ ϊρβ ϊμιλ ἐθ ἀαρες ϊχβεσια ϊρδ βιδ χαθ ἄϊαμ ϊβεωφ ἀζαμαϊμ ϊβχολ ἄϊα ἀρμεζεθ ἀλ ἀαρες.	28. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ ὑποτάξατε αὐτὴν καὶ διπερατεῖτε ἐν ἰχθύι τῆς θαλάσης καὶ ἐν πετεινῷ τ̃ ἀερανῦ, καὶ ἐν παντὶ ζώῳ κινουμένῳ ἐπὶ γῆς.
29. ויאמר אלהים הנה נתתי לכם את כל עשב זרע זרע אשר על פני כל הארץ ואת כל העץ אשר בו פרי עץ זרע זרע לכם יהיה לאכלה:	29. ϊιωμερ Ἐλωϊμ ἰννε ναθαθι λαχεμ ἐθ χολ ἐσεβ ζορεα ζερα ἀσερ ἀλ φνε χολ ἀαρες ϊεθ χολ ἀες ἀσερ βω φρι ἐς ζορεα ζερα λαχεμ ἰειε λοχλα.	29. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός. Ἰδὲ δέδωκα ὑμῖν σὼ πᾶσαν χλόην σπερμαίνουσαν σπέρμα ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ σὼ πᾶν ξύλον, ἐν ᾧ καρπὸς ξύλου ἔσπαρμένον σπέρμα ὑμῖν εἶναι εἰς βρῶσιν.
30. ולכל חית הארץ ולכל עוף השמים ולכל רומש על הארץ אשר בו נפש חיה את כל ירק עשב לאכלה ויהי כן:	30. ϊλχολ ἄϊα ἐθ ἀαρες ϊλχολ ὠφ ἀσαμαϊμ ϊλχολ ρωμες ἀλ ἀαρες ἀσερ βωνεφες ἄϊα ἐθ χολ ἰερεκ ἐσεβ λοχλα ϊιει χεν.	30. Καὶ παντὶ ζώῳ τῆς γῆς καὶ παντὶ πετεινῷ τ̃ ἀερανῦ, καὶ παντὶ κινουμένῳ ἐπὶ γῆς ᾧ ἐν αὐτῷ ψυχὴ ζῶσα, σὼ πᾶν λάχανον χλόης εἰς βρῶσιν· καὶ ἐγένετο ὕτως,

2011 Ministerio de Cultura

SYMMACHUS.

27. Καὶ ἔκτισεν ὁ Θεὸς τ̃ ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι διαφόρῳ, ἔρθιον ὁ θεὸς ἔκτισεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἔκτισεν αὐτούς.

28. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, εἶπεν δὲ αὐτοῖς ὁ Θεός· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν καὶ ὑποτάξατε αὐτὴν καὶ χειρῶσθε τὰς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ πετεινὰ τ̃ οὐρανῦ, καὶ τὰ ζῶα τὰ ἕρποντα ἐπὶ τῆς γῆς.

29. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον τὸν σπερματίζοντα, σπέρμα, τὸν ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς· καὶ πᾶν ξύλον, ἐν ᾧ ἐστι καρπὸς ξύλου σπερματίζοντος σπέρμα ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν.

30. Παντὶ τοῖς ζῴοις τῆς γῆς, καὶ παντὶ τοῖς πετεινοῖς τ̃ οὐρανῦ καὶ παντὶ κινουμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ ἐστι ψυχὴ ζῶσα. Παν χλωρὸν χόρτον εἰς βρῶσιν. Καὶ ἐγένετο οὕτως.

LXX.

27. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τ̃ ἄνθρωπον * ἐν εἰκόνι αὐτ̃ ☼ κατ' εἰκόνα Θεῦ ἐποίησεν αὐτόν. Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.

28. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς λέγων * αὐτοῖς ☼ αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτ̃· καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τ̃ θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τ̃ οὐρανῦ, — καὶ πάντων τῶν κτηνῶν καὶ πάσης τῆς γῆς, ☼ καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς.

29. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον σπόριμον σπεῖρον σπέρμα ὅ ἐστιν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς καὶ πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν σπέρματος σπορίμου, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν.

30. Καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσι τοῖς πετεινοῖς τ̃ οὐρανῦ καὶ παντὶ ἑρπετῷ ἕρποντι ἐπὶ τῆς γῆς ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς, καὶ πάντα χόρτον, εἰς βρῶσιν· καὶ ἐγένετο οὕτως.

THEODOTION.

27. Καὶ ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι αὐτ̃, ἐν εἰκόνι Θεῦ ἔκτισεν αὐτούς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.

28. Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ ὑποτάξατε αὐτὴν, καὶ παιδεύετε (Philop. πεδέυετε) ἐν τοῖς ἰχθύσι τῆς θαλάσσης καὶ ἐν τοῖς πετεινοῖς τ̃ οὐρανῦ, καὶ ἐν παντὶ ζῴῳ ἕρποντι ἐπὶ τῆς γῆς.

29. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός. Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὸν πάντα χόρτον σπερμαίνοντα σπέρμα τ̃ (forte τὸν) ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς. Καὶ τὸ πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν αὐτῷ καρπὸν ξύλου, σπερμάτων (σπερματίζον) σπέρμα, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν.

2011 Ministerio de Cultura

HEBR.	HEBR.	AQUILA.
31. ויראֵ אלהים את כל אשר עשׂה והנהֵ טוב מאד ויהי ערב ויהי בקר יום הששי׃	31. ϗιαρ Ἐλῶιμ ἐϑ χολ ἀσερ ἀσα ϗιννε τωβ μεοδ ϗιει ἐβερ ϗιεϊ βοκερ ἰωμ ἀδισι.	31. Καὶ ἐἶδεν ὁ Θεὸς σὺν πᾶν ὅσα ἐποίησε, ϗ ἰδὺ ἀγαθὸν σφόδρα. ϗ ἐγένετο ἑσπέρα. ϗ ἐγένετο πρωΐ. ἡμέρα ἕκτη.

Præter Hexapla Origenes composuit quoque *Tetrapla*, hoc est Opus Biblicum per quatuor columnas digestum, quarum *prima* posuit Aquilam, *secunda* Symmachum, *tertia* LXX. interpretum versionem puram sine asteriscis & obeliscis, & *quarta* Theodotionem. Quod vero in Tetraplis versio LXX. senum non fuerit ex aliis versionibus interpolata neque Criticis dispuncta signis, colligunt viri docti ex hoc Græco scholio ad Ps. CXXXII. (132.) 4. ϗτ ὁ τίχ ὃν ἔκειτο, ἐν τῷ πεζαζελίδῳ. Παρὰ τῷ Θεοδοτίωνι μόνῳ αὐτὶ δ τοῖς βλεφάροις μϗ, ἔκειτο, τοῖς κροτάφοις μϗ νυσταγμὸν. Ἐν ᾗ τῷ ὀκταπλασελίδῳ ὡδὲ μόνοις τοῖς ὁ ἔκειτο ὠβελισμένον. Variæ lectiones ex aliis Codicibus post Origenem videntur aliorum opera adjectæ. De hisce *variis lectionibus*, quæ in codicibus quibusdam MSS. v.g. Marchalliano Prophetarum, non ab ipso ut videtur Origene, sed ab Apollinari vel Eusebio vel alio quodam juniore in ora sive margine additæ visuntur, agit Hodius p. 625. & 631. seq.

XIV. *Lucianus* Antiochenus presbyter, & *Eusebius*, *Pamphilus*que atque *Hesychius* Alexandrinus, non adornarunt novas Græcas versiones, sed editionem κοινὴν LXX. Interpretum vel recensuerunt, ut Lucianus & Hesychius, vel Origenis labores cum Ecclesia cõmunicarunt, ut Eusebius & Pamphilus. Luciano & Hesychio jungendus *Joannes Josephus* est, cujus editionem memorat Theodoritus. *Basilius* quoque Cæsareensis, cujus opera in conferendis & emendandis sacris libris laudatur à G. Syncello p. 203. tum *Apollinaris* Laodicenus, licet de hoc dubium possit videri, cum forte commentarios ejus, non vero editionem Bibliorum Hieronymus respiciat. Plura de singulis hisce dabunt Usserius syntagm. de LXX. c. 7. Hody IV. 3. de Bibliis Original. p. 720. & p. 626. seq. & Hottingerus fascic. p. 228. seq. Idem Hodius acute conjicit *versionem triginta hominum* apud Philastrium c. 138. videri editionem Luciani in græcis

2011 Ministerio de Cultura

SYMMACHUS.	LXX.	THEODOTION.
31. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἦν καλὰ σφόδρα. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα ἕκτη.	31. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα, ὅσα ἐποίησε· καὶ ἰδὲ καλὰ λίαν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα ἕκτη.	31. Καὶ εἶδεν ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδὲ καλὰ λίαν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα ἕκτη.

cis codicibus litera A. denotari solitam, quæ litera numerum tricesimum significat. Præterea per *versionem sex virorum* apud eundem Philastrium c. 139. notari versionem sextam in Origenianis Octaplis. Denique *editionem Heracleensem* quæ ante editionem Historiæ Susannæ Syriacam memoratur, nullam esse aliam quam Theodotionis, qui Ponticus à quibusdam habitus est. *Patrophili Scythopolitani* non minus quam *Eusebii* versio Græca Bibliorum apud Sixtum Senensem est commentitia, similiter *Macedonica* memorata Galesinio, & *Theodori Mopsvesteni*, de qua Salmasius p. 177. comment. de Hellenistica. De versione vero *Græcobarbara* quam literis Hebraicis CPoli ediderunt Judæi, quamque Caraitæ iis in locis legunt, Vide Rich. Simonem H. 19. Hist. Crit. V. T. & Humfredum Hody libro laudato p. 633.

XV. *Hieronymus* Stridonensis latinorum Ecclesiæ Doctorum facile doctissimus præter versionem latinam librorum V. T. ex Hebræo quam sub *Arami* (a) nomine perstrinxit apud Photium Theodorus Mopsvesteneus, Græcam quoque versionem cujus variæ latinæ versiones antiquiores (b) exstabant, de integro interpretatus est (c) & Origenis exemplo asteriscis atque obelis distinxit, cujus ejus laboris adhuc vestigia supersunt in Psalmis & aliis quibusdam libris. Quanquam Hieronymo etiamnum spirante librarii signa illa adscribere negligebant, ut

supra

(a) Phot. cod. CLXXVII. p. 205. ad quem locum confer Henr. Noris lib. 1. c. 9. Hist. pelagianæ, Garnerium ad Marium Mercatorem T. 1. p. 101. Tho. Ittigii appendicem de hæresiarch. p. 469. seq. Rich. Simonis Hist. Crit. N. T. lib. III. p. 444. seq. Gvil. Caveum parte 1. Hist. literar. Eccles. in Theodoro Mopsvesteno, & Humfredum Hody p. 629. seq.
(b) Id. p. 342. seq.
(c) id. p. 351. seq.

2011 Ministerio de Cultura

ſupra §. XII. ipſum conqueſtum annotavi. Non integram verſionem antiqui fœderis, ſed tantum Verſionem Pſalmorum ac Prophetarum (neq; illam è Græco, ut aliud agens ſcripſit vir illuſtris libro de claris interpretibus, ſed ex Hebræo latine compoſitam) Græce vertit amicus Hieronymi *Sophronius*, qua ejus verſione Procopium Gazæum & Helychium Hieroſolymitanum *(d)* uſos eſſe conſtat. Hieronymus ipſe in Catalogo, ubi de Sophronio: *De virginitate quoque ad Euſtochium, & vitam Hilarionis Monachi opuſcula mea in Græcum eleganti ſermone tranſtulit. Pſalterium quoq; & Prophetas, quos nos de Hebræo in latinum vertimus.* Idem libro 2. in Rufin. *Unde me putabam bene mereri de latinis meis, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare, quod etiam Græci verſum de latino poſt tantos Interpretes non faſtidiunt, inde in culpam vocor, & nauſeanti ſtomacho cibos ingero.*

(*d*) Vide Albertinum de Evchariſtia p. 848. ſed & Rich. Simonis Epiſtolas Criticas Gallice editas Baſileæ, p. 310. ſeq. & 318.

CAPUT XIII.

Philoſophorum Cynicorum Catalogus, digeſtus ordine literarum.

Alcidamas. Lucian. in Conviv. T. 2. p. 638. 642.

Androſthenes Oneſicriti filius Philiſci frater, Diogenis diſcipulus. Laert. VI. 75.

Antiſthenes Athenienſis diſcipulus Socratis, auctor ſectæ Cynicæ * de quo dixi lib. 2. c. 23. num. 32. Oenomaus quidem probante Juliano Orat. VI. p. 187. negabat Cynicos vel in Antiſthenis verba vel in Diogenis jurare, ſed ſapientiſſimos quosque ac fortiſſimos ſibi imitandos pro

* Cynici dicti à Cynoſarge Gymnaſio, in quo docuit Antiſthenes. Vide Meurſ. ad Heſychium illuſtrem p. 115. & de populis Atticæ, atque Athen. Attic. ll. 2.

2011 Ministerio de Cultura

proponere, ultimum Socratem &c. Ita enim intelligo ejus dictum: ὁ κυνισμὸς ἤτε Ἀντισθενικὸς ἦν ἤτε Διογενικός. Herculem præcipue ad mirabantur, quem exemplum genuinum παιδείας Alexandro commendat Diogenes ap. Dion. 4. de regno p. 64. Vide & Julianum Orat. 6. p. 187. Hinc Antisthenes Ἡρακλεώτικος τὴν ψυχὴν τὸ Φρόνημα *Herculeo vir animo* apud Eusebium XV. 13. præparat. quem locum non cepit eruditus interpres. Confer. Ausonii Epigramma 27. & 28.

Aristogiton Rhetor ob impudentiam dictus Canis, teste Suida, Cynicis non magis cæteroqui annumerandus quam Aristippus, quem regium canem Diogenes appellabat: vel Thersites Homericus quem κυνικὸν δημηγόρον Demonax ap. Lucian. T. 2. p. 871. vel Nabal qui homo κυνικὸς audit in versione Græca 1. Sam. XXV. 3. vel denique *palatini canes* apud Boethium de consolat. Philos. 1. prosa 4.

Asclepiades. Tertull. II. 14. contra nationes, Laert. VI. 91. Alius ni fallor Asclepiades cujus cum Serviano & Chytrone Cynicis meminit Julianus Orat. VII. contra Heraclium Cynicum p. 224.

Athenagoras de quo Cicero pro Flacco c. VII. *Cæsus est virgis Cynicus ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus.* Sed meliores codices pro Cynico habent Cymæum h. e. Cumanum.

Betio Βητίων Bionis Borysthenitæ familiaris. Laert. IV. 54.

Bion Borysthenites, Cratetis Cynici auditor. Laert. IV. 51.

Bryson Achivus cujus aliqui discipulum tradunt Cratetem fuisse. Vide Suidam in Κρατ. & Ἱππαρχία & Laertium VI. 85.

Carneades Cynicus cujus meminit Eunapius in proœmio.

Carneus Cynulcus Megarensis. Athenæus IV. p. 156. Διονυσίων δ' ὄντων Ἀθήνησι παρελήφθην πρὸς αὐτόν. Κατέλαβον ἢ κυνικὸς μὲν ἀπαγμένους ἕξ, ἕνα ἢ κύνθλικον Καρνεῖον τ' Μεγαρικόν.

Chytron. Supra in Asclepiade.

Cleomenes Metroclis discipulus. Laert. VI. 95. ejus παιδαγωγικὸν laudat idem 75.

Colotus Lampsacenus Menedemi præceptor. Laert. VI. 102.

Crates Thebanus Diogenis discipulus clarus circa Olymp. CXIII. uxorem habuit Hipparchiam de qua infra. De Epistolis quæ sub hujus Cratetis nomine feruntur dixi lib. 2. c. 10. §. 21. De tragœdiis Laertio IV. 98. memoratis vide lib. 2. c. 19. Versiculi in Micylum tres leguntur apud Plutarchum libro de vitando ære alieno p. 830.

2011 Ministerio de Cultura

Ex ejus hymno in εὐτέλειαν ſive frugalitatem Julianus Orat. VI. p. 199. Ex Cratetis παιγνίοις ibid. & VII. p. 213. Alia ejus παίγνια Lertius VI. 87. Ejus Ephemeris id. 86. Xenocratem perſtrinxit iſte Crates teſte M. Antonino VI. 13. Demetrium Phalereum Thebis exſulantem ſolatus eſt. Vide Plutarchum p. 69. de dignoſcendo adulatore. Alia de eo Ælianus III. 6. Var. Vita Cratetis hujus à Plutarcho ſcripta periit. Laudat præter Lampriam Julianus Orat, VI. p. 200. Cratetis ἤθικὰ ſcripſit Zeno Citieus. Laert. VII. 4.

Crato Cynicus. Lucian.

Creſcens Megalopolitanus ſub Antonino Pio vixit & Juſtinum detulit ad martyrium. Vide Syncellum p. 351. Euſeb. VI. 16. Hiſt. Eccleſ. & Clariſſ. Grabei ſpicileg. Patrum T. 2. p. 139. ſeq.

Cyniſcus apud Lucian. in Cataplo. T. 1. p. 427.

Demetrius Alexandrinus Theombroti diſcipulus. Laert. VI. 95.

Alius *Demetrius* Cynicus cujus apud Senecam, Eunapium, Philoſtratum & alios mentio. Vide Jonſium p. 248. & quæ viri docti ad Sveton. in Flavio Veſpaſiano c. 13. Lucian. de ſalutatione T. 1. p. 806. ſeq.

Alius *Demetrius* Rhodii celebris Cynici diſcipulus *Corinthius Sunienſis*, cujus meminit Lucianus in Toxari. T. 2. p. 51. & adverſus indoctum p. 388.

Demonax Cyprius Epicteti æqualis, Athenis vixit, Diogenem Cynicum præ cæteris admiratus, etſi non unam Philoſophiæ ſectam coluit. Vide Lucianum in ejus vita, T. 2. præcipue p. 859 & 871.

Didymus Planetiades. Plutarch. de Oraculor. defectu.

Diogenes Sinopenſis, Antiſthenis diſcipulus, de quo prolixe Laertius VI. 20. ſeq. Apophthegmata ejusdem, & num. 80. ſcripta recenſens; in quibus & VII. Tragœdiæ, de quibus dixi lib. 2. c. 19. Diogenem Cynicum ἐν τῷ ποδάλῳ laudat idem Laertius VI. 20.
Effigies ejus varias vide ſi placet apud Jac. Gronovium T. 2. theſauri antiquitatum Græcar. tabula LXXXVIII. Claruit Speuſippi æqualis circa Ol. CIX. Laert. IV. 3. Obiit fere nonagenarius Corinthi, eodem ut ajunt die quo Alexander Babylone Ol. CXIV. id. VI. 79. Philippum Macedoniæ Regem paulo acerbius reprehendit, Plutarcho judice p. 70. de dignoſcendo adulatore. De Alexandro eum affante vide ſis Dionem 4. de regno p. 59. ſeq. Laert. VI. 38. 68. Plutarchum Alex. p. 671. Plura clariſſ. Bælius in Lexico.

Diogenes Junior, Σοφιστὴς κύνειος ob petulantiam linguæ in theatro exerci-

2011 Ministerio de Cultura

ercitam virgis cæsus jussu Flavii Vespasiani. Xiphilin. p. 322. ubi & de *Era* altero Cynico Diogenis hujus æquali, ob majorem insolentiam capite etiam truncato.

Echecles Ephesius, Cleomenis & Theombroti discipulus. Laert. VI. 95.

Eras (Ἠρᾶς) de quo dixi paulo ante in *Diogene juniore*.

Eubulides cujus librum de Diogene allegat Laertius VI. 20. Eubulus ἐν τῷ Διογένους πράσις. id. 30.

Julianus Imp. Cynicorum Philosophiam celebrat Orat. 6. & 7. quarum prior est πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτους κύνας, posterior πρὸς Ἡράκλειον Κυνικὸν πως κυνίσεον.

Hegesæus Sinopensis cognomento κλοιός sive laqueus, discipulus Diogenis. Laert. VI. 84.

Hegesianax infra in *Xanthippus*.

Heraclius contra quem Julianus Orat. 7. Suidæ in Ἰουλ. dicitur *Heraclitus*.

Hermippus in auctione Diogenis allegatur in latino interprete Laertii Ambrosio & in quibusdam Græcis Laertii Codicibus VI. 29. ut intelligatur Hermippus Smyrnæus qui de vitis Philos. scripsit. Sed alii codices habent Menippus ἐν τῇ Διογένους πράσει.

Herophilus. Lucian. in Icaromenippo T. 1. p. 198.

Hesperius Jonsius. p. 246.

Hipparchia Maronitis, soror Metroclis & Cratetis uxor, de qua Laertius VI. 96. seq. Anthologia p. 339. è recentioribus Menagius de mulieribus Philosophis p. 63 seq. & Baylius in Lexico. Suidas ait scripsisse Φιλοσόφους ὑποθέσεις καὶ τινα ἐπιχειρήματα καὶ πραγματείας πρὸς Θεόδωρον ἄθεον. Non puto autem Suidam hæc Hipparchiæ scripta vidisse, sed conjectura è Laertio collegisse.

Honoratus de quo Lucianus in Demonacte T. 2. p. 865.

Horus Ægyptius quem confabulantem inducit Macrobius in Saturnal.

Isidorus. Sveton. Nerone c. 39.

Lucianus in Cynico T. 2. p. 717. seq.

Maximus Alexandrinus ad quem Basilii Magni Epistolæ supersunt & quem Carmine de vita sua & Oratione 27. & 28. perstrinxit Nazianzenus indignatus κύνας ποιμένας εἶναι βιαζομένους p. 474. Depositus hic Maximus Episcopatu CPol. Canone IV. Synodi primæ CPol. Hic ipse est de quo Hieron. in Catalogo S.E. c. 127. *Maximus Philosophus, natus Alexandriæ, CPoli Episcopus ordinatus est, & pulsus, insignē de fide adver-*

2011 Ministerio de Cultura

adversus Arianos scripsit librum, quem Mediolani Gratiano Principi dedit. Vide & Valesi. ad Sozom. VII. 9. & Baronium, Basnagium & Pagi ad A. C. 379.

Meleager Gadarenus, risus in scriptis captator, cujus libros II. περὶ δοξῶν Laertius II. 92. symposium & χάεντας laudat Athenæus. Vide quæ viri docti ad Laert. VI. 100.

Menander cognomento δρυμος, Homeri admirator, Diogenis discipulus Laert. VI. 84. Vide & infra in *Xanthippo.*

Menedemus Lampsacenus de quo Laertius VI. 102. Theombroti discipulus, id 95. diversus à Menedemo Eretriensi de quo II. 125. De Menedemo Cynico capiendus Numenius apud Euseb. XV. præparat. p. 729.

Menippus Sinopensis patria, ortu Phœnicius Gadarensis fuit, conditione servus, Diogenis ut suspicor discipulus. Ejus scribendi genus σπουδογελοῖον multi notaverunt, imitatus est in Satyris suis Varro, quas Cynicas alii, ipse appellavit Menippeas teste Gellio II. 18. Menippeus hinc ipse appellatus Athenæo, & Tertulliano *Romanus Cynicus.* Exstat & Satira Menippea Petri Cunæi viri doctissimi & altera Lipsii qua perstringit profanum vulgus eruditorum. Scripsit & Varro Satiram cui titulus ταφὴ Μενίππου teste Nonio in exodium & pluribus aliis locis. Menippi Symposium allegat Athenæus. Alia scripta Menippi Cynici refert Laertius VI. 101. Sunt autem hæc: Νεκυία, Διαθῆκαι, Ἐπιστολαὶ κεκομψευμέναι ἀπὸ τῶν τῶν Θεῶν προσώπων. Πρὸς τοὺς Φυσικοὺς καὶ Μαθηματικοὺς καὶ Γραμματικούς, καὶ γοναὶς (natalem) Ἀττικὰς καὶ τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας &c. Hunc porro ipsum Menippum non dubito induci à Luciano in dialogis mortuor. & in Necyomantia, memorarique ab Eunapio in proœm. ubi celeberrimos Cynicos referre se scribit, non Menippum juvenem Lycium, de quo Philostratus IV. 8. de Apollonii vita. Fuit & Menippus quidam Magnes Panceratiastes cujus meminit Artemidorus IV. 44. quemque addes aliis Menippis collectis à Laertio & Menagio.

Menippus Lycius Demetrii Corinthii auditor, de quo jam dixi.

Metrocles Maronites Hipparchiæ frater, Theophrasti primum, postea Cratetis discipulus. Vide Laertium VI. 94. seq. Ejus χρείας allegat VI. 33.

Monimus Syracusanus Diogenis & Cratetis discipulus scripsit teste Laertio

2011 Ministerio de Cultura

tio VI. 83. παίγνια, quibus ludicra ſeriis ſententiis permiſcuit; περὶ ὁρμῶν libros duos & protrepticum. Inter eos qui πειστήριον veri ſuſtulerunt refertur Monimus à Sexto VII. contra Math. p. 146. & 221. quod affirmaſſet τὸ φοιτᾶν τὰ πάντα.

Muſonius, Babylonius, amicus Apollonii Tyanenſis, de quo dixi ad proœmium Eunapii. Alius Muſonius Thuſcus, de quo infra in Stoicis.

Oenomaus Gadarenus ſub Adriano Imp. floruit teſte Syncello p. 349. ſcripſerat πολιτείαν & περὶ τοῦ καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας (Confer Jonſium p. 245.) & περὶ κυνισμοῦ itemque περὶ Κράτητος καὶ Διογένους καὶ τῶν λοιπῶν teſte Suida. Quanquam Julianus Imp. ex alio potius quam ex Oenomao Cyniſmi rationes peti velit. Ejus κατὰ τῶν χρησηρίων. idem Julian. Orat. VII. f. 209. Titulus libri fuit φωρὰ γοήτων *detectio præſtigiatorum*, de Oraculorum falſitate. Vide Euſeb. V. cap. 19. præparat. & VI. 6. p. 254. & VI. 7. Socratem III. 23. p. 202. Niceph. X. 36. Theodoritum Therapevt. lib. VI. p. 86. & X. p. 141. A. Vandalen de Oraculis p. 329 - 346. Τραγῳδίαι. Julian. Orat. VII. f. 510. De Diogene Oenomao Tragico Athenienſi dixi ſupra lib. 2. c. 19. è Suida in Διογ. Epigramma alterius ut videtur Oenomai εἰς ἔρωτα γεγλυμμένον ἐν καυκίῳ Anthol. IV. 18.

Oneſicritus Aſtypalenſis ſive Æginenſis qui cum Alexandro M. militavit & ejus παιδείαν ac laudes Xenophonteo fere ſtylo compoſuit. Vide Laert. VI. 84. Plutarchum Alex. p. 705. Pater Androſthenis & Philiſci. id. 75. ſeq. diſcipulus Diogenis. Vide de hoc Oneſicrito ſupra cap. VII.

Paſicles Cratetis Cynici F. Laertius IV. 88. Fuit & Paſicles Cratetis Frater, diſcipulus Euclidis Megarenſis. id. 89.

Peregrinus qui ſub Antonino Pio vanam gloriam captans ſe publice conjecit in flammas, deriſus à Luciano, Libro ſingulari de morte Peregrini. Confer Syncellum p. 351. 352.

Philiſcus Æginenſis Oneſicriti F. Diogenis diſcipulus, cui tragœdias quæ ſub Diogenis nomine ferebantur, nonnulli tribuerunt. Vide Laert. VI. 84. & 73. 75. & 80. Julian. Orat. VI. p. 186. & VII. 210. ubi male *Philiſtus*.

Phocion cognomento χρηστὸς, Diogenis Cynici auditor. Laertius VI. 76.

Plato Cynicus. Laert. VI. 27. niſi probanda potius expoſitio Caſauboni,

2011 Ministerio de Cultura

ut ſane videtur, quoniam idem Laertius inter varios Platones III. 103. nullam Cynici mentionem facit.

Polyzelus, infra in Xanthippo.

Salluſtius κυνίζων. Phot. cod. 242. p. 556. κυνικώτερον ἐφιλοσόφει. Suid. in Σαλλ. Diverſus hic Procli diſcipulus fuit à Salluſtio cui Oratio-nem quartam inſcribit Julianus Imp. Huic potius Juliani, Platonico, quam alteri Cynico Saluſtio tribuerim libellum elegantem qui exſtat περὶ Θεῶν καὶ κόσμου, de quo infra lib. V.

Serenianus. ſupra in Aſclepiade.

Sphodrias Jonſ. p. 246.

Stilpo Megarenſis auditor Diogenis Cynici. Laert. VI. 76.

Theagenes. Lucian. lib. de morte Peregrini.

Theodorus Cynulcus ſive pluribus canibus ſtipatus Cynicus, quem colloquentem inducit Athenæus in dipnoſophiſtis.

Theombrotus Metroclis diſcipulus. Laert. VI. 95.

Theomneſtus, infra in Xanthippo.

Thraſyllus Cynicus. Seneca II. 13. de benefic. & Plutarch. Apophthegm.

Timarchus Alexandrinus Cleomenis diſcipulus. Laert. VI. 95.

Xanthippus, Theomneſtus, Polyzelus, Oneſicritus, Monimus, Menander, Hegeſianax, Diogenes, Crates & Antiſthenes Cynici, quorum ſcriptis uſus eſt Stobæus. Phot. Cod. CLXVII.

Xeniades qui Diogenem Cynicum emit eique filium inſtituendum & domum regendam dedit. Laert. VI. 74. 82.

Zeno Citieus Cratetis diſcipulus. Vide Numenium apud. Euſeb. XIV. præp. p. 729 Verecundiam & decorum magis obſervare quam Cynici docuit, in reliquis eorum placita probavit, ipſe auctor Stoicorum, quorum dogmata cum Cynicis convenire innuit etiam Juvenalis XIII. 121.

Et qui nec Cynicos nec Stoica dogmata legit,
A Cynicis tunica diſtantia.

Confer. Julianum Orat. VI. p. 185. Laert. VI. 104. VII. 121. Lipſium lib. 1. manuduct. diſſ. 13. Quod vero Sidonius Carm. 2. v. 168. Cynicorum turbam Epicuri ſodalium imitatricem appellat, de eo vide ſis Sirmondi notas p. 181. Auguſtini adhuc temporibus plures fuerunt Cynici quam Stoici, ut teſtatur lib. 3. contra Academicos c. 18. *Itaque nunc Philoſophos non fere videmus niſi aut Cynicos, aut Peripateticos, aut Platonicos. Et Cynicos quidem, quia eos vitæ quædam delectat libertas atque licentia.* Adde ſi placet XIV. 20. de C. D.

CAP.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XIV.

DE EUCLIDE & aliis Geometris.

De Euclide, ejusque ætate. Alii decem hoc nomine. 1. Euclidis libri elementorum & in librum primum Procli commentarius. 2, Commentariorum Theoni tributorum, an auctor ipse sit Euclides. 3. Liber XIV & XV. num Euclidis an Hypsiclis Alex. 4. Scopus elementorum. ibid. Boethii versio elementorum Euclidis latina. 5. Editiones elementorum cum Theonis commentariis. 6. Sine illis commentariis editiones & versiones variæ, & in his Arabica. Barlaami & Isaaci Monachi quæda Euclidi illustrando. 7. Epitome Æneæ deperdita, & versiones elementorum ineditæ, Persicæ, Syriacæ, Hebraicæ, Sinicæ, Tartaricæ. 8. Job. Pici effatum, Theologis noxiam esse Euclidis tractationem. 9. Arithmetica elementa Geometricis ab Euclide juncta. 10. Data cum præfat. Marini. Pappi in ea commentarius. 11. Harmonica & Sectio Canonis. 12. Phænomena. 13. Optica & Catoptrica. 14. De divisionibus liber & fragmentum de levi ac ponderoso. 15. Scripta Euclidis deperdita. 16. Catalogus scriptorum in commentariis Procli ad Euclidem allegatorum. 17. Alii Geometræ quidam. 18.

I.

EUCLIDES, qua patria, incertum (*a*) claruit temporibus Ptolemæi Lagi (*b*) quem post XL. annorum imperium obiisse constat CCLXXVII.

(*a*) Harduinus ad Plin. videtur Apollonium in animo habuisse cum de Euclide scripsit eum Perga oriundum civitate Pamphiliæ. Euclidem plerique Alexandrinum faciunt, sed nullo diserto veteris alicujus scriptoris testimonio. Si Gregorium Abulpharajum audias, Tyrius fuit: si scriptorem Bibliothecæ veteris Siculæ Anno 1700. à Messanensi quodam editæ (vide memorias Trivultianas Anni 1702. mense Augusto p. 151.) Gelous, oriundus è Gela civitate Siciliæ. Nimirum quia Laertius ll. 106. auctor est Megareum Euclidem à quibusdam pro Geloo habitum fuisse.

(*b*)

2011 Ministerio de Cultura

CCLXXVII. atne natum Christum Olymp. CXXIII$\frac{2}{3}$. Ab hoc rogatus, esset ne via quædam brevior faciliorque ad Geometriæ cognitionem, quam in elementis ipse tradidisset, respondit (c) μὴ εἶναι βασιλικὴν ἄτραπον πρὸς Γεωμετρίαν, *non dari viam regiam ad Geometriam.* Mathematicas disciplinas accuratissimis scriptis illustravit, ac cum summa laude docuit Alexandriæ, (d) svaviſſimi vir ingenii, & contentiones minime amans, sed benignus & æqvus alienæ industriæ fautor, ut ab auctore sectæ Eristicæ Euclide Socratico Megareo (e) non hac minus nota, quam ætate & studiorum genere facile distinguatur. Ita certe de nostro Pappus lib. VII. p. 251. *Euclides secutus Aristeam scriptorem luculentum in iis, quæ de Conicis tradiderat, neque antevertens neque volens eorum tractationem destruere, cum mitissimus esset & benignus erga omnes, præsertim eos qui*

(b) Proclus lib. 2. ad Euclidem p. 20. γέγονε δὲ καὶ οὗτος ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τῶν πρώτων Πτολεμαίου. Καὶ γὰρ ὁ Ἀρχιμήδης καὶ ἐν τῷ πρώτῳ μημονεύει Εὐκλείδου, &c.

(c) Proclus: καὶ μέντοι καὶ φασίν, ὅτι πτολεμαίῳ ἤρετό ποτε αὐτὸν εἴ τις &c. Simile illud Alexandri Geometriam discere cupientis apud Senecam Epist. XCI. *Facilia me doce: Ista, inquit, omnibus eadem sunt æque difficilia.*

(d) Pappus lib. VII. p. 251.

(e) De Euclide Megarensi Socratis discipulo & auctore sectæ Megaricæ dixi lib. 2. c. 23. §. 36. hic cum nostro male confunditur apud Boethium 1. Geometr. p. 1507. 1510. 1511. &c. *ex secundo, tertio, quarto &c. libri Euclidis Megarensis.* Vicissim apud Valerium Max. VIII. 12. ex memoriæ scriptoris vel librarii lapsu Euclides Geometra memoratur pro Eudoxo, ut viris doctis jam observatum. Fuit & alius Euclides Archon Athenis Olymp. LXXXVII. 2. itemque alter, sub quo triginta Tyranni expulsi Ol. XCIV. 2. & præteritorum sancita est ἀμνησικακία. Ab hoc proverbium πρὸ Εὐκλείδου meminisse i. e. rerum, quas alta oblivione sepultas esse oportebat. Vide Xenophontem 2. Ἑλληνικῶν & Lucianum in Cataplo T. 1. p. 426. & in Hermotimo p. 563. Eodem Euclide Archonte abrogata τῇ κατὰ Κάδμον Γραμματικῇ (cujus apud Syrianum ad Hermogenem p. 17. mentio) cœpit Athenis esse usus literarum Jonicarum, unde Plutarchus in Aristide p. 319. memorat γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην Γραμματικῆς. Confer Meursium de Archontibus III. 17. & fortuna Attica. c. 8. Non diversus fortassis Euclides Atheniensis, quem inter viros libris coacervandis celebres laudat Athenæus in limine libri primi. Fuit & Euclides λιθοτόμος, cujus nomen occurrit in testamento Platonis apud Laertium III. 42. His adde Euclidem fratrem Cleomenis Lacedæmonior. Regis ab Antigono cæsum de quo Plutarch. in Philopæmene p. 358. Euclidem Pacatianum, cujus antidotum refertur à Galeno 2. de antidotis: Euclidem Platonicum, cujus meminit Porphyrius in Plotini vita; tum Euclidem Maximi Byz. filium, quem memorat Socrates in Hist. Eccles. p. 165. Denique Euclidem parasitum Smicrini F. cognomento σεῦτλον sive betaceum apud Athenæum lib. VI. p. 242. 250. & Euclidem Laconem, de quo Plutarchus in Artaxerxe Mnemone p. 1013.

2011 Ministerio de Cultura

qui Mathematicas disciplinas aliqua ex parte augere & amplificare possent, ut par est, & nullo modo infensus, sed accuratus, non arrogans, &c.

II. Scripta Euclidis hæc exstant:

ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ *Elementorum Matheseos puræ libri XV.* quæ vulgata sunt *Græce* hoc titulo: Εὐκλείδου στοιχείων βιβλία ιέ ἐκ τῆ ΘΕΩΝΟΣ συνουσιῶν Basil. 1533. fol. apud Joh. Hervagium, edente Simone Grynæo è duobus codicibus MSS. quorum alterum Venetiis Laz. Bayfius, alterum Parisiis Joh. Ruellius suppeditaverat. Additi etiam in illa editione (itidem Græce) è codice Oxonienfi Joh. Claymundi sunt, sed admodum inemendate, *commentariorum libri quatuor in primum Euclidis librum*, auctore *Proclo* Philosopho, qui Euclidem perinde ut Pappus passim laudat sub nomine Γεωμέτρου vel στοιχειώδους, & lib. 3. p. 55. ait, se ex antiquioribus Euclidis commentatoribus (Gemino aliisque) τὰ γλαφυρώτερα collegisse, & ἀπέραντον illorum πολυλογίαν in compendium misisse. Hos Procli commentarios latine vertit ediditque, & scholiis ac figuris illustravit *Franciscus Baroccius* Patricius Venetus, Patavii 1560. fol.

III. Illa vero, quæ vulgo vocantur *Theonis* Alexandrini, qui sub Theodosio M. Imp. floruit, in Euclidem commentaria sive demonstrationes, quibusdam viris doctis non videntur esse Theonis, sed Euclidis ipsius à Theone duntaxat recensitæ, quam in rem operæ pretium est audire *Henricum Savilium*, cujus eruditæ * prælectiones XIII. in principium elementorum lucem viderunt Oxoniæ 1621. 4. Ita vero ille, p. 10. seq. *Quidam propositiones elementorum tribuunt Euclidi, demonstrationes Theoni, homines stulti & perridiculi, quasi ullus unquam artifex suas voluerit edi conclusiones, nullis adjectis probationibus. Hoc neque Philosophorum quisquam, nec Medicorum, nedum Mathematicorum fecit unquam. Secunda est opinio Petri Rami, qui tam propositiones quam demonstrationes Euclidi abjudicat, universa Theoni attribuens, falsè: eadem enim hæc quæ nunc habemus eodem ordine, eisdem verbis, agnoscunt sub Euclidis nomine Proclus & Boethius Theone posteriores, & anterior Theone Alexander Aphrodiseus, & omnis antiquitas. Tertia opinio est Buteonis qui omnia attribuit Euclidi, quæ aut vera est, aut veritati certe proxima. Quid ergo dicemus de vulgatis libris qui ἐκ τῆ Θέωνος συνουσιῶν ex Theonis colloquiis sive congressibus præferunt, cujus tamen tituli in neutro nostrorum codicum MSS. ullum reperi vestigium. Non diffiteor in uno ad oram marginis adscripta esse ad decimum tertium librum hæc verba:* Εὐ-

* Perstringuntur Paulo acerbius à Malebranchio de inquir. veritate l. 7. p. 134. seq.

2011 Ministerio de Cultura

κλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναθροίσας ἦν ἐπὶ χρόνοις Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. Θέων δ' ὁ συντάξας αὐτὰ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, *ut collectionem Elementorum Euclidi, ordinationem & dispositionem Theoni tribuisse videatur. Magna certe Theonis laus, si inordinata & incomposita in ordinem redegit. Sed ne huic incerto Scholiastæ fidem adjungamus, obstat ut dixi Procli & antiquorum omnium auctoritas, obstat mirabilis & concinna propositionum series, ex quibus unam loco suo si eximas, tota corruat compages & structura necesse est. Quid igitur? nullæ sunt Theonis in hoc libro partes? Non me movent superius dicta, sed auctoritatem ipsius Theonis in commentariis in Almagestū p. 50. perpendendā existimo, quæ fortasse viam præire possunt aderuendam in hac quæstione veritatem. Quod vero sectores, inquit, in circulis æqualibus sint proportionales angulis ad centrum constitutis, ostensum est â nobis in editione elementorum,* ἐνδοξα, *ad finem sexti libri. Ex quibus verbis & novam elementorum editionem adornasse Theonem constat, & nonnulla ab ipso adjecta. Et quidem in omnibus exemplaribus hæc verba de sectore annectuntur ultimæ propositioni libri sexti elementorum, quæ & Theonis esse puto, ut etiam demonstrationem ad illa verba:* λέγω ὅτι καὶ &c. *usque ad finem. Nam Euclidis illa solennis clausula* ὅπερ ἔδει δεῖξαι *quæ proxime præcedit, finis est ut puto Euclideæ. Idem judicium ferendum puto de multis in decimo libro lemmatiis & fortasse propositionibus nonnullis. Alexander certe aliquot ante Theonem seculis in commentariis ad priora Aristotelis p. 87. eam quæ quinta est decimi in nostris libris, citat pro quarta, ut necesse sit aliquam ex præcedentibus, quartam uti reor, qua sine magno incommodo sane carere potuissemus, suo tempore ab elementorum libro abfuisse, vel saltem cum tertia coaluisse. Et quidem ultimam decimi non dubito assumentum esse Theonis, vel potius antiquioris (nam apud Alexandrū exstat iisdem prope verbis) minus perspicaci ingenio, quippe alieno loco positam. (Forte & definitiones quædam*, inquit Dav. Gregorius præf. ad Euclidem, *& axiomata libro* I. *præposita Theonem vel alium præter Euclidem agnoscunt auctorem, ex. gr. Axioma* II. *nam licet Euclides hoc pronunciatum adhibeat in demonstranda prop.* 29. *Element.* I. *illud tamen pro axiomate non habuit, sed pro conversa propos.* 17. *utpote quæ ex illa manifeste consequatur. Fortasse & alteræ demonstrationes, quæ passim occurrunt, sunt etiam*

2011 Ministerio de Cultura

iam Theonis. Nam quæ in datorum libro reperiuntur Euclidis non esse expresse asserit Pappus, licet cum illis elementorum facile comparandæ. Sunt vero ex his quædam quæ Theonem non sapiunt, sed à sciolis quibusdam conscriptæ sunt. Sunt & lemmata & corollaria quædam in Elementor. 10. quæ ab ageometris subjuncta sunt: illa ubique nota perstrinximus) Ex quibus omnibus concludit Savilius *Theonis fuisse partes in Euclide, paucissimis quidem in locis, interpolando explicando augendo: ultra hoc nullas. Qui tamen labos non tanti fuit, ut Proclo omnium ante se Mathematicorum diligentissimo laudatori, commemoratione dignus videretur.*

IV. Libri decem priores proprie elementa εὐθυμετρικὰ & Arithmetica continent. Liber X. agit de συμμετρίᾳ sive de commensurabilibus & incommensurabilibus, rationalibus & irrationalibus: tres proximi XI. XII. XIII. inscribuntur στερεῶν, & agunt de corporibus solidis quinq; regularibus, (Pyramide, cubo sive hexaedro, octaedro, Dodecaedro & Icosaedro) eorumque compositione & in sphæram insertione. Ac Proclo quidem lib. 2. in Euclid. p. 20. observante, Euclides τῇ προαιρέσει μὲν Πλατωνικός ἐστι καὶ τῇ Φιλοσοφίᾳ ταύτῃ οἰκεῖος. ὅθεν δὴ καὶ τὸ συμπάσης στοιχειώσεως τέλος προεθέσατο τὴν τῶν καλουμένων Πλατωνικῶν σχημάτων * σύνταξιν. Et aliquibus interjectis: Καὶ πρὸς μὲν αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα βλέπουσι λέγομεν ὡς ἄρα περὶ τῶν κοσμικῶν σχημάτων ἔστιν ὁ σύμπας τῷ Γεωμέτρῃ λόγος. Ἀρχόμενος μὲν ἀπὸ τῶν ἀπλῶν, τελευτῶν δὲ εἰς πολυπλασίαν τῆς τούτων συστάσεως, καὶ χωρὶς μὲν ἕκαστα ὑφιστάς, ὁμοῦ δὲ τὰς εἰς τὴν σφαῖραν αὐτῶν ἐγγραφάς, καὶ τοὺς λόγους, οὓς ἔχει πρὸς ἄλληλα, παραδιδούς, διὸ καὶ τῶν καθ' ἕκαστα βιβλίων τοὺς σκοπούς τινες ἐπὶ τὸν κόσμον ἀναφέρειν ἠξίωσαν, διὰ τὴν χρείαν αὐτῶν, ἣν παρέσχετο πρὸς τὴν τοῦ παντὸς θεωρίαν ** ἀνέγραψαν. Et p. 21. τὸ μὲν δὴ χρήσιμον αὐτῆς (στοιχειώσεως Εὐκλείδου) εἰς τὴν περὶ τὰ ἀρχικῶν σχημάτων σωτελεῖ θεωρίαν. Confer, quæ idem Proclus lib. 4. p. 110. Quemdmodum vero liber quintus in MS. Mazariniano præter rem refertur ad *Eudoxum*, etsi Proclo quoqe p. 20. notante Euclides in suis elementis fuit πολλὰ μὲν τῶν Εὐδόξου συντάξας, πολλὰ δὲ τῶν Θεαιτήτου τελειώσας μέν. Ita liber XIV. & XV.

* Vetus Epigramma in Synopsi Geometrica Mich. Pselli:

Σχήματα πέντε Πλάτωνος, ὁ Πυθαγόρας ὁ σοφὸς ἔυρε,
Πυθαγόρας σοφὸς ἔυρε, Πλάτων δ' ἀρίδηλ' ἐδίδαξεν
Εὐκλείδης δ' ἐπὶ τοῖσι κλέος περικαλλὲς ἔτευξεν.

** Confer Boethium 2. Geometr. p. 1542 & Joh. Keplerī Opus præstantissimum de Harmonia Mundi, in quo doctorinam de quinque corporibus Platonicis ad Θεωρίαν Universi applicat.

2011 Ministerio de Cultura

in quibus eadem corpora quinq; conferuntur in ſe, non videntur auctorem habere Euclidem: ſane XIII. libros στοιχείων tantum agnoſcit Marinus protheoria ad data, & in *Arabica* verſione *Naſiridini Tuſini* Perſæ, quæ luculentis typis Arabicis lucem vidit Romæ 1594. fol. ex typographia Medicea, tredecim tantum libros exſtare video. Tum ultima propoſitio libri XIII. veluti colophonem operi imponit, denique libro XIV. præmittitur præfatio, Euclidi neutiquam congruens, at bene conveniens *Hypſicli* Alexandrino, in hanc ſententiam: Βασιλείδης ὁ Τυέλ ὢ Πρώταρχε ἀναγνωσθεὶς εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ συσταθεὶς τῷ Πατρὶ ἡμῶν [Hypſicli ſeniori] διὰ τὴν ἀπὸ τῶν μαθήματος συγγένειαν, συνδιέτριψεν αὐτῷ τὸ πλεῖσον τῆς ἀποδημίας χρόνον. Καὶ ποτὲ διελθόντες τὸ τοῦ Ἀπολλωνίου [Apollonium Pergæum innuit Euclide * juniorem) γραφὲν περὶ τῆς συγκρίσεως τῶν δωδεκαέδρου καὶ εἰκοσαέδρου τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων, τίνα λόγον ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, ἔδοξαν ταῦτα μὴ ὀρθῶς γεγράφθαι τὸν Ἀπολλώνιον, αὐτοὶ δὲ ταῦτα διακαθάραντες ἔγραψαν, ὡς ἦν ἀκόλουθον τοῦ πατρός (Hypſiclis ſenioris.) ἐγὼ δὲ ὕστερον περιέπεσον ἑτέρῳ βιβλίῳ τοῦ Ἀπολλωνίου ἐνδεδομένῳ καὶ περιέχοντι ἀπόδειξιν ὑγιῶς περὶ τοῦ ἰσοπεριμέτρου καὶ μεγάλως ἐψυχαγωγήθην ἐπὶ τῷ προβλήματος ζητήσει. Τὸ μὲν τοῦ Ἀπολλωνίου ἐνδοθὲν ἔοικε κοινῇ σκοπεῖν, καὶ δὲ περιφέρεται. Τὸ δ' ὑφ' ἡμῶν δοκοῦν ὕστερον γεγράφθαι φιλοπόνως ὅσα δοκεῖν ὑπομνηματισμῷ ἔκεινα προσφωνῆσαί σοι διὰ τὸν ἐν ἅπασι μαθήμασι μάλιστα δ' ἐν γεωμετρίᾳ προκοπὴν, ἐμπείρως κείνοντι τὸ ῥηθησόμενα, διὰ δὲ τὸν πρὸς τὸν πατέρα σωήθειαν καὶ τὸν πρὸς ἡμᾶς ἔυνοιαν ἐυμαθῶς ἀκουσομένῳ τῆς πραγματείας. Ad libri XV. propoſit. 5. meminit Hypſicles magiſtri ſui *Iſidori*: ἡ δὲ ἔυρεσις ὡς Ἰσίδωρος ὁ ἡμέτερος ὑφηγήσατο μέγας διδάσκαλος, ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον. Et poſt rem illam expoſitam, ὅτω μὲν δὴ, inquit, ὁ εἰρημένος εὐκλεέστατος ἀνὴρ τὸν περὶ τῶν εἰρημένων ἀποδέδωκε λόγον. Ad libri 14. propoſit. 2. Τοῦτο δὲ γράφεται ὑπὸ μὲν Ἀρισταίου ἐν τῷ ὑπογεγραφομένῳ πέντε σχημάτων σύγκρισις, ὑπὸ δὲ Ἀπολλωνίου ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τῆς συγκρίσεως τῶν δωδεκαέδρου πρὸς τὸ εἰκοσαέδρον. Sub Hypſiclis etiam nomine latine verterunt Georgius Valla, & Bartholomæus Zambertus Venetus.

V. Euclidem translatum in Romanam linguam vir Magnificus *Boethius* dedit, teſte Caſſiodoro lib de Geometria, reſpiciente ad libros II. Geometriæ, quæ inter Boethii opera hodie exſtant, & incipiunt his verbis: *Quia vero, mi Patrici, Geometrarum exercitatiſſime, Euclidis de artis Geometricæ figuris obſcure prolata te adhortante exponenda & lucidiore aditu expolienda ſuſcepi. Et p. 1514. Supra poſitarum igitur ſpeculationibus figurarum ab Euclide ſuccincte obſcureque prolatis & à nobis verbum videlicet de verbo exprimentibus*

* Fallitur igitur Abulpharajus qui Euclidem multo juniorem facit p. 41.

2011 Ministerio de Cultura

bus ſtrictim translatis, quædam iteranda repetendaque &c. Idem lib. 2. p 1542. *Codex iſte ſecundum diſpoſitionem Euclidis eſſe dicitur, ſecundum demonſtrationem vel inventionem, aliorum plerumque eſſe dicitur.*

VI. *Latine* cum demonſtrationibus, quæ *Theoni* vulgo tribuuntur (Boethius & Proclus eas non habuit, certe pro Euclideis non agnovit) prodiere elementorum libri XV. interprete *Campano*, & libri XIII. interprete *Bartholomæo Zamberto* Veneto Pariſ. 1516. apud. H. Stephanum avum, fol. & una cum aliis Euclidis ſcriptis Baſil. 1537. 1546. fol. tum ex verſione *Frid. Commandini*, cum ejusdem commentariis. Piſauri 1572. 1619. fol. *Denique græce & latine*, Commandini verſione ex Ed. Bernardi libris emendata & Græcis ad MSS. & Savilii caſtigationes per Virum Clariſſ. Joh. Hudſonum recenſitis, in nova luculenta operum Euclidis editione Oxon. 1704. fol. è theatro Sheldoniano. Euclidis libri XV. ex Campani interpretatione primum editi fuerant Venetiis 1482 cum figuris Geometricis, quibus Erhardus Radholtus Auguſtanus teſtatur ſe primum cœpiſſe libros excuſos ornare eadem facilitate, qua literarum elementa imprimuntur. Confer Beughemii incunabula Typographiæ p. 57. Zamberti verſio prodierat etiam Venet. 1505. fol. ſub titulo elementorum Euclidis, ex traditione *Pappi* Philoſophi.

VII. Sine Theonis demonſtrationibus ſæpius præterea excuſi ſunt Euclidis elementorum libri: *Græce* quidem, Florentiæ, teſte Geſnero, tum Romæ 1545. 8.

Græce & latine:

Libri XV. cum præfat. *Stephani Gracilis* Pariſ. 1557. 1573. & 1598. 8.

Libri XIII. ex editione *Conradi Daſypodii*. Argent. 1564. 8. additis ad librum primum & ſecundum tantum, Theonis commentariis, & ad ſecundum *Barlaami* Monachi demonſtrationibus, quibus ad numeros applicat, quæ de lineis ac figuris planis Euclides docuerat.

Libri XV. ex ejusdem Daſypodii recenſione, inter alia Euclidis opera ibid. 1571. 8. Edidit & eodem anno librum primum Theonis commentariis illuſtratum, græce cum latina perſpicua interpretatione, & Heronis vocabulis Geometricis.

Libri XIII. Lond. 1620. fol. nitida editio, cum Commandini verſione, adjectis figuris accuratis. Laudat hanc ἔκδοσιν Marcus Meibomius dialogo de proportionibus p. 173.

2011 Ministerio de Cultura

Latine ex verſione & cum commentario *Lucæ Paciolæ de Burgo* Venet. 1489. fol. Libri XV. èrecognitione *Chriſtiani Melder*, Lugd. Bat. 1673. 12.

Libri XV. cum ſcholiis & commentariis inſignibus *Chriſtophori Clavii*, Jeſu Socii. Colon. 1591. fol. Rom. 1603. 8. & Francof. 1607. 8. quam editionem emendatiorem recentioribus eſſe notat Sam. Reyherus in diſſ. de Euclide Kil. 1693. 4. p. 40.

Libri XV. demonſtrati à *Franciſco Fluſſate Candalla* & libro XVI. per ipſum addito aucti de ſolidorum regularium inter ſe invicem collatione, itemque XVII. de compoſitis regularibus. Pariſ. 1566. fol. & 1578. fol.

Libri VI. priores cum demonſtrationibus *Orontii Finæi* Pariſ. apud Simon. Colineum 1551. 4. *Joh. Scheubelii* Baſil. apud Hervag. 1550. fol. *Jac. Peletarii* 1557 fol. *C. Dibaudii* Lugd. Bat. 1603. 4. & Arnhem. 1605. 4. *Caroli Malapertii*, Duaci 1625. 12. *Georgii Fournierii* Lond. 1654. 12. *Henr. Coetſii* Lugd. Bat. 1691. 8.

Libri VI. per *Conr. Daſypodium* cum ſcholiis *Iſaaci* Monachi. Argentorat. 1579. 8.

Libri VIII. per *Marium Merſennum* in Synopſi ejus Mathematica Pariſ. 1644. 4. Libri XIII. demonſtrati ab *Ambroſio Rhodio*, Witeb. 1609. 8. 1634. 1661.

Libri XV. demonſtrati ſuccincte ab *Iſaaco Barrovv*, Anglo, Mathematico præſtantiſſimo (Lond. 1659. 1678. Marburg. 1675. 8.) qui Petrum Herigonum ſubinde eſt ſecutus. *Claudii Richardi*, Jeſu Socii in libros XIII. Euclidis, Iſidorum, Hypſiclem & recentiores de corporibus regularibus, & Procli propoſitiones Geometricas. Antvverp. 1645. fol. His adde *Arnoldi Lenſæi* Iſagogen in Geometrica elementa Euclidis Antvv. 1565. 8. *Joh. Alphonſi Borelli* Euclidem reſtitutum, ſive priſcæ Geometriæ elementa brevius & facilius contexta. Piſis 1658. 4. Rom. 1679. 12. *Andreæ Tacqueti* elementa Geometriæ Euclidea Antvverp. 1654. 8. & cura *Guil. Whiſtoni* recenſita & locupletata, Cantabrigiæ 1703. 8.

Anglice cum notis H. Billingsley & præfatione Joh. Dee. Lond. 1570. fol.

Italice cum commentario Nic. Tartaleæ Brixienſis Matheſeos Prof.

Gallice libri VI. per Petrum Herigonum. Pariſ. 1644. 8. quo anno quoq; curſum Mathematicum latine & Gallice edidit ibid. ſex Volum. in 8. Li-

. 2011 Ministerio de Cultura

Libri XV. per D. Henrion. Pariſ. 1615. 8.

Germanice cum perſpicuis demonſtrationibus Euclidis Elementa dare promiſit clariſſimum Kiloniæ lumen Samuel Reyherus, edito brevi ſpecimine. Henricus quoque Meiſnerus Arithmeticæ & Geometriæ longo uſu peritiſſimꝰ, Hamburgi elementa Euclidis edere cœpit Græce & Germanice, cum uberrimis cm̃oentariis, itidem Germanicis, A. 1699. fol. ſed non editis ultra librum ſecundum.

VIII. Epitomen elementorum Euclidis Græce ſcripſerat *Æneas* Hierapolites, teſte Proclo lib. 4. in primum Euclidis p. 95.

Præter Arabicam Tuſini verſionem librorum XIII. quam editam ſupra §. 4. retuli, memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 251. elementa Euclidis Arabice verſa à Thebeto, & p. 47. libros XV elementorum ex Arabico latine verſos ab Adelardo Gotho Bathonienſi, cum commentariis Campani Navarrienſis. Perſicam verſionem Bodlejana, Syriacam Cantabrigienſis Bibl. ſervat, teſte Ed. Bernardo.

Libri VII. ex Arabico Ebraice verſi à Joh. Jacobo Mechir, Mſti ſunt in Bibl. Vindobonenſi teſte Lambecio lib. 1. pag. 178. Alia Hebraica verſio R. Moſis Aben Tibbon, Buxtorfio memoratur. Deniq; Sinice ac Tartarice verſa Euclidis elementa teſtatur illuſtris Leibnutius noviſſ. Sinic. p. 155.

IX. Mira Johannis Pici * Mitandulani concluſio eſt. p. 67. Opp. *Nihil magis nocivum Theologo, quam frequens & aſſidua in Mathematicis Euclidis exercitatio.* Equidem vera Theologia nullam Mathematicam demonſtrationem extimeſcit, qua vel convellatur vel everti queat, itaque nec Theologis nocebit Euclidi adſveviſſe, ut à paralogiſmis ſibi caveant, neque ſapiant ultra divina teſtimonia in iis quæ captum humanum excedunt. At falſam Theologiam profeſſus, poterit fortaſſe ex Euclidis diligentiori tractatione detrimentum capere. Nam vel univerſam religionem (licet & hoc non ſine inſigni paralogiſmo) ex falſis,

* Hnnc locum reſpexit Mottanus Vayerus T. 2. Opp. p. 568 edit. in fol. *Vous n' ignorez pas le peu de conte qu' on fait de la Geometrie aujourdhuy jusques dans les Colleges, ou Pic de la Mirande ſouſtenoit il n' ya gueres que la connoiſſance des Elemens d' Euclide eſtoit la plus contraire de toutes à noſtre premiere Philoſophie Chreſtienne. que nous nommons Theologie.* Non itaque probaſſet Picus Johannis Alexandri Ferrarii inſtitutum, qui librum quo ad Pontificiam religionem amplectendam omnes & ſingulos argumentis ut ipſi quidem videtur certis ac neceſſariis invitat, Euclidem Catholicum inſcripſit.

2011 Ministerio de Cultura

sis illis, quæ obſervabit additamentis humanis judicatam contemnet ſecum ac conculcabit, falſam ſine tergiverſatione præ ſe feret, perſecutionis moleſtiam reveritus: vel imprudens incidet in caſſes inquiſitionis, dum accurato ac Mathematico examine, quæ deprehendit abſurda concoquere non poterit, ſed propalabit diligenter, & irritabit crabrones. Eſt tamen, ubi falſæ quoq; Theologiæ Myſtis uſum poterit præbere Euclides bene magnum: accuratæ enim rerum indagationi adſvetos vel tandem docebit verum à falſo, certum à commentitio ſecernere, nec cum abuſibus & erroribus quorundam Chriſtianorum manifeſtis ipſam adſpernari vel rejicere Chriſtianam religionem, quæ ſola habet, quicquid in omni religione eſt verum ac divinum, ita ut nihil dignum fide de cultu Dei ullus docuerit Philoſopus, ulla gens crediderit, quod non in Chriſtiana religione perſpicue tradatur: Viciſſim nullus usquam exſtet circa has res error, nullum vitium, quod non condemnat ac rejicit Chriſtiana religio. Quod ſi ad Theologiam etiam veram percipiendam noxium affirmat Picus, accurate ac perſpicue argumentari, colligere certo, à falſis abhorrere concluſionibus, quod usquequaq; facere docet Euclides: ſi propterea, inquam, Theologum ab Euclidis diligenti tractatione removere volumus, ne acutius cernat, quid Deus juſſerit, quid hominum vel inſcitia vel incuria introduxerit, ratumque habuerit. Valeat Mirandulanus cum concluſione ſua, aut ſolis Theologis fateamur rationem, Dei munus, excolere non licere. Quanta enim Euclidis laus etiam à rigido cenſore Petro Ramo lib. III. Scholar. Mathematicar. *Nullus paralogiſmus, nulla Pſeudographia in totis elementis Euclidis nobis, quanquam ſevere inquirentibus, animadverti potuit. Quam laudem ſingularem eſſe profiteor, quamque nulli adhuc neque Grammatico, neque Rhetori neq; Logico concedere potui, ut in Grammatica, Rhetorica, Logica, nil falſi doceret.* Quibus adde hæc Hieronymi Cardani lib. XVI. de ſubtilitate: *Euclidis ſunt duæ præcipuæ laudes, inconcuſſa dogmatum firmitas libri Elementorum, perfectio adeo abſoluta, ut nullum opus huic jure comparare audeas. Quibus fit, ut adeo veritatis lux in eo refulgeat, ut ii ſolum in arduis quæſtionibus videantur verum à falſo poſſe diſcernere, qui Euclidem habent familiarem.* Viciſſim tamen libenter confiteor, ad movendos & convertendos hominum animos in Doctore Eccleſiaſtico longe plus me tribuere ἀποδείξει πνεύματος, & ſeriæ atque affectuoſæ δεινότητι diſertæque viris pii & cordati perſvaſione, quam jejunæ & ſæpe perobſcuræ demonſtrationi Euclideæ ad res morales atque Theologicas applicatæ, quæ vel torpere animum ſinit, vel ad con-

2011 Ministerio de Cultura

controverſias accendit, aut ad meras notiones intellectus redigit Theologiam, practicam ſi ulla usquam eſſe debet diſciplinam. Opto tamen ut quicquid docet ἀποδεικτικῶς doceat Theologus, hoc eſt, ut tum quoque nulla ejus effata vel ridigiſſimum examen Euclideum metuant, cum vel maxime videtur agere familiariter. Ita demum efficiet, quod jubetur ab Apoſtolo, ut quæ docet, doceat ὡς λόγον Θεοῦ.

Antequam ad alia Euclidis ſcripta pergo, haud abſurde notaverim *Elementa Arithmetica*, quæ ſub Euclidis nomine ſeparatim vulgata ſunt græce & latine Pariſ. 1554. 4. non eſſe peculiare ipſius opuſculum, ſed definitiones & propoſitiones è quindecim libris elementorum, de quibus hactenus dictum eſt, paſſim collectas. At Arithmeticæ Euclideæ liber primus, Witebergæ A. 1546. 8. ſeorſim editus, eſt ſeptimus Elementorum, utpote in quo non minus, quam in octavo & nono Euclides de numeris agit. Atque nonum hunc reſpicit Jamblichus, cum p. 32. ad Arithmeticam Nicomachi Geraſeni, allegat Euclidem ἐν τρίτῳ τῶν ἀριθμητικῶν, ipſum reprehendens. Apud eundem p. 26. ὅπερ ἀγνοῶν τις οἱ φησὶν Εὐκλείδην, reddendum eſt: *quod cum ignoraret Euclides* &c.

XI. ΔΕΔΟΜΕΝΑ, *data* ſive theometra Geometrica XCV, una cum προθεωρία ſive præfatione *Marini* Philoſophi *Neapolitani*, qui Pappi Alexandrini commentarium memorans, reſpicit haud dubie, quæ ille de datis Euclidis differit libro VII. Mathematicæ συνθέσεως. Quod vero Pappus p. 241. theoremata numerat non plura quam XC, inde fit, quoniam LXIV, & LXV. pro uno habuit, tum LXXI. & LXXII. perinde ut LXXV. ac LXXVI. exiſtimavit eſſe epilogos ſive corollaria, in quibus ſimilia pronunciantur de triangulis, quæ antea de parallelogrammis. Data græce & latine una cum cæteris Euclidis ſcriptis edidit *Conradus Daſypodius* Argentor. 1571. 8. Latine exſtant & ex verſione *Barthol. Zamberti* Veneti inter alia Euclidis opera Baſil. 1537. fol. 1546. fol. Separatim græce è codicibus MSS. Bibl. Regis Galliæ recenſuit & nova verſione donavit *Claudius Hardiæus* Pariſ. 1625. 4. Hardiæi verſionem retinuit *David Gregorius* in nitida ſcriptorum Euclidis editione græcolatina Oxon. è theatro Sheldoniano 1703. fol. Idem Gregorius diagrammatibus literas congruentes reſtituit è Codice MS. atque theorema LXXXVI. non infeliciter illuſtrat in præfat. Euclidis data, manu *Joſephi Auriæ* collata cum quinque codicibus MSS. Vaticanis, fuerunt una cum commentariolo (ſive præfatione) Marini Philoſophi in Bibliotheca Caroli de Montchal teſte Labbeo p. 197. Bibl. novæ

2011 Ministerio de Cultura

Marini περιήγησις sine nomine auctoris legitur græce ad calcem commentariorum Procli in librum primum elementorum Euclidis, Basil. 1533. fol. p. 113. hoc titulo: περὶ δοθέντων, συντόμως. Meminit Euclidis δεδομένων etiam Proclus libro 3. p. 64. Abulpharajus p. 41.

XII. ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΑΡΜΟΝΙΚΗ. *Isagoge Harmonica*, quæ in quibusdam codicibus adscribitur *Cleonidi*, in Vaticano * videtur referri ad *Pappum*: forte, quod illam recensuerunt. *Georgius Valla* Placentinus, qui primus latine vertit A. 1498. Venetiis fol. edidit sub titulo: *Cleonidæ* ** *Harmonicum introductorium*, una cum Procli hypotyposi Astronomicarum positionum, Mich. Psello de victus ratione, Galeno de pestilentia, Aristarchi Samii libello, Athenagora de resurrectione & duobus Cleomedis libris. Grotius ad Capellæ pag. 136. *Ita & Euclides, sive verius Cleonides: neque enim illa Euclidis sunt, quæ titulo Harmonices sub ejus nomine circumferuntur, ut sagacissime Pater meus ex æqualitate semitoniorum aliisque similibus argumentis odoratus est.* Sed hoc quidem argumentum levius visum Marco Meibomio. Nec minus tamen puto falli Meursium, qui Euclidis Isagogen Harmonicam & Isagogen Cleonidis velut duo diversa scripta commemorat p. 128. ad Aristox. Primus sub Euclidis nomine græce cum versione sua (illam enim Vallæ vidisse haud videtur) vulgavit *Johannes Pena* Mathematicus Regis Christianissimi. Paris. 1557. 4. Ex Penæ editione profluxit altera Græcolatina *Conradi Dasypodii*, inter cætera Euclidis scripta excusa Argentorat. 1571. 8. Penæ versionem exhibet etiam *Petrus Herigonus* in cursu Mathematico Paris. 1644. 8. & *Anton. Possevinus* XVII. Bibliothecæ selectæ, additis nonnullis Græcis locis Aristidis Quintiliani & Bryennii, ex Codd. MSS. Vaticanæ Bibl. & Fulvii Ursini. Ab eo tempore *Marcus Meibomius* Vir doctissimus Græca emendavit ex codice Vulcaniano, cui titulus Ἀνωνύμου εἰσαγωγὴ ἁρμονική, tum ex aliis binis codicibus scriptis Coventrienſi & Barocciano, quos cum Dasypodii editione contulerant Seldenus & Langbænius. Idem Meibomius novam addidit versionem & notas, Euclidisque Isagogen subjunxit elementis Harmonicis Aristoxeni, cujus celeberrimi ac propemo

* Vide M. Meibomii præf. ad Euclidis Harmonica & ad Aristidem Quintil. pag. 208.

** De *Cleonide* isto quis fuerit & quando vixerit altum apud scriptores silentium. Vossius itaque p. 347. de scientiis Mathematicis suspicatur latere sub hoc nomine Cleomedem. At Cleomedis esse hanc Isagogen Harmonicam, nunquam mihi persuadebo.

2011 Ministerio de Cultura

modum æqualis Euclidi ſcriptoris veſtigia legere auctor Iſagoges videtur. Denique *David Gregorius* in laudata Oxonienſi operum Euclidis editione Iſagogen hanc ex Meibomii editione exhibuit, niſi quod verſionem hinc inde emendavit, cujus rei exempla quædam perito lectori conſideranda offert in præf. Meminit Muſicæ Euclidis Marinus quoque in protheoria ad Data, & Marini Præceptor Proclus lib. 2. ad elementa Euclidis p. 20. qui τὰς κζ̄ Μουσικὴν στοιχειώσεις appellat. *Manuelis* porro *Bryennii* Harmonica à celeberrimo Joh. Walliſio T. 3. Operum Oxon. 1699. fol. Græce & latine edita, commentarii inſtar ſunt in Harmonica Euclidi tributa, & pleraque illorum ad verbum etiam repetunt, etſi ab illo, quod miratus ſum, ne ſemel quidem Euclides nominatur. At laudat Euclidis Harmonicam Abulpharajus p. 41.

ΚΑΤΑΤΟΜῊ ΚΑΝΌΝΟΣ, *Sectio Canonis Muſici* (eosdem editores & interpretes nacta quos Iſagoge Harmonica) memoratur à Porphyrio ad Harmonica Ptolemæi p. 272. Ἐκθέμενοι γραμμικὰ θεωρήματα πρὸς τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν στωτείνοντα, κείμενα ἢ ἐν τῇ τοῦ κανόνος Εὐκλείδου κατατομῇ. Illa porro γραμμικὰ θεωρήματα ſive diagrammata linearum, uti & ipſum typum Canonis ſecti primus Meibomius feliciter reſtituit, quem ſecutus in Euclidis luculenta, quam dixi, editione *David Gregorius* obſervat hanc canonis ſectionem Ptolemæi ſententiæ conſentire, Ariſtoxeneæ vero opinioni, quam Iſagoge refert, atque adeo Iſagogæ ipſi adeo eſſe adverſam, ut illius refutatio quædam videri queat. Suſpicatur itaque utriusque ſcripti auctorem eſſe non Euclidem, ſed fortaſſis *Claudium Ptolemæum*, qui in Iſagoge ſententiam Ariſtoxeni expoſuerit, in ſectione Canonis confutaverit. Sed vereor, ut hanc conjecturam ſuam approbet lectoribus vir doctiſſimus, cum præſertim Ariſtoxenum confuatverit Ptolemæus alio loco, & veterum ſcriptorum teſtimonia Codicumque antiquorum, ſaltim quorundam fides hos libellos Euclidi vindicent. Ut omittam argumentum, quod ex re ipſa & hiſtoria Muſica petitum urget Meibomius præf. ad Ariſtidem Quintilianum. Videtur Euclidem quoque reſpicere Bryennius lib. 2. Harmonic. p. 415. ὁ γοῦν τοιοῦτος κανὼν ὑπὸ τῶν μαθηματικῶν ἀνδρῶν ὑπενόηται καὶ ἔυρηται.

XIII. ΦΑΙΝΌΜΕΝΑ *Phænomena*, ſive ἀρχαὶ Ἀστρονομίας *Principia Aſtronomiæ*, memorantur à Marino in protheoria ad data, Johanne Philopono ad 2. Phyſicor. & Pappo lib. 6. συναγωγῆς Μαθηματικῆς præf. & propoſit. 55. Græce & latine (ſine demonſtrationibus tamen) edi-

2011 Ministerio de Cultura

dit *Conr. Daſypodius* inter cætera Euclidis ſcripta Argentor. 1571. 8. Latine ex *Barthol. Zamberti* verſione cum reliquis Euclideis prodierunt Baſil. 1537. 1546. fol. Vertit & *Joſephus Auria* Neapolitanus, cujus interpretatio cum obſervationibus Franciſci Maurolyci lucem vidit Romæ 1591. 4. Eadem verſio recuſa in Synopſi Mathematica Marii Merſenni Pariſ. 1644. 4. pag. 249. Denique Phænomena una cum demonſtrationibus & ſchematis primus græce ex Codice MS. Oxoniæ A. 1703. fol. inter cætera Euclidis opera dedit *David Gregorius* Mathematicus præſtantiſſimus, addita Auriæ verſione hinc inde emendata.

XIV. ΟΠΤΙΚΑ᾽ *ſtoiχεῖα.* Elementa *Optica*, quorum meminit Proclus p. 19. lib. 2. ad element. Heliodorus Lariſſæus in Opticis & Marinus in protheoria ad data. Latine vertit *Bartholomæus Zambertus*, cujus interpretatio cum reliquis Euclidis prodiit Baſil. 1537. 1546. fol. Græce & latine edidit *Joh Pena* Pariſ. 1557. 4. ſeparatim, atque cum Penæ verſione iterum *Conr. Daſypodius* Argent. 1571. 8. inter cætera Euclidis opera. Exſtat & Penæ verſio excuſa Pariſ. 1604, 4. tum Hetruſco idiomate ex interpretatione *Ignatii Dantis* lucem vidit hic libellus cum Heliodori Opticis, Florentiæ 1573. 4. Verum illa Ignatii expoſitio ut manca & paralogiſmis ſcatens reprehenditur à Joſepho Blancano in Chronologia Mathematicor. p. 202. *David* denique *Gregorius* in paæclara ſua Euclidis editione Optica quoque exhibuit cum latina translatione Joh. Penæ, & adjunctis *H. Savilii* ineditis eousque caſtigationibus.

ΚΑΤΟΠΤΡΙΚΑ᾽ *elementa Catoptrica* memorat diſerte Proclus loco laudato. Cum eosdem plane & auditores & interpretes habuerint cum Euclidis Opticis, tantum adjiciam, quod utraque Savilio viſa ſint non magni momenti & vix digna Euclide, cui ſententiæ allatis etiam nonnullis argumentis ſubſcribit David Gregorius.

XV. DE DIVISIONIBUS liber quidam *latine* exſtat, incertum admodum, an recte relatus ad auctorem Euclidem. Equidem Euclidem *περὶ διαιρέσεων* ſcripſiſſe teſtatur Proclus p. 20. & 40. at quem in editione Oxonienſi adjunctum Euclidis ſcriptis videmus librum de diviſionibus ſuperficierum, *Johannes Dee* Londinenſis Arabica lingua ſcriptum invenit ſub nomine *Mahometi Bagdedini*, (qui ſæculo poſt Chriſtum natum X. floruiſſe fertur) & excellentiam ſcripti miratus non exiſtimavit auctorem habere Arabem ſed potius Euclidem, itaq; Urbini A. 1563 edendum reliquit *Federico Commandino*, qui in lucem quoque protulit Piſauri A. 1570. Negavit tamen Euclidis eſſe acutiſſimus vir H. Savi-

2011 Ministerio de Cultura

Savilius, cujus pauculas notas David Gregorius in ſuo Euclide adjunxit. DE LEVI ET PONDEROSO FRAGMENTUM eidem Savilio ſpurium viſum eſt, & in Oxonienſi Euclidis editione ſimiliter latine tantum exhibetur ex Euclide *Barthol. Zamberti*, Baſil. 1537. & 1546. fol.

XVI. *Scripta Euclidis deperdita.*

Διαιρέσεις ſive τὸ περὶ διαιρέσεων βιβλίον. Vide, quæ jam dixi pagina ſuperiore.

Κωνικῶν βιβλία δ'. Pappus lib. VII. p. 249. *Euclidis libros quatuor Conicorum cum Apollonius expleviſſet, ac quatuor alios adjunxiſſet, octo Conicorum libros confecit.* Confer quæ ibi ſequuntur usque ad pag. 251.

Πορισμάτων βιβλία γ'. Proclus lib. 3. in Euclidem p. 56. τὸ δὲ πόρισμα λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ θεωρημάτων τινῶν, οἷον τὰ Εὐκλείδῃ γεγραμμένα πορίσματα. Idem p. 80. Τοιαῦτα δέ ἐστι καὶ ὅσα πορίσματα εὐκλείδης γέγραφε, βιβλία θεωρημάτων συντάξας. Libros tres fuiſſe teſtatur Pappus lib. VII. p. 241. & 244. præcipuaque hujus operis perſequitur p. 354. ſeq. propoſitione CXXVII. & ſeq.

Τόπων ἐπιπέδων βιβλία β'. *Planorum locorum libri duo.* Pappus lib. VII. pag. 241.

Τόπων πρὸς ἐπιφάνειαν βιβλία β'. *Locorum ad Superficiem libri duo.* Pappus loco laudato.

Ψευδαρίων τρόποι, Rationes falſa deprehendendi & paralogiſmos arguendi. Hoc ſcriptum non ſine damno rei Logicæ ac Mathematicæ perditum ita memorat Proclus lib. 2. in Euclid. p. 20. μεθόδους τε δεδώκεν καὶ τῶν τοιούτων διορατικῆς φρονήσεως, ἃς ἔχοντες γυμνάζειν δυνησόμεθα τοὺς ἀρχομένους τῆς θεωρίας ταύτης πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν παραλογισμῶν, ἀνεξαπάτητοι ἢ διαμένειν. Καὶ ἔστι δὴ τὸ σύγγραμμα δι' οὗ τινὰ τὴν παρασκευὴν ἡμῖν ταύτην ἐντίθησι, ΨΕΥΔΑΡΙΩΝ ἐπέγραψε, τρόπους τε αὐτῶν ποικίλους ἐν τάξει διαριθμησάμενος, καὶ καθ' ἕκαστον γυμνάσας ἡμῶν τὴν διάνοιαν παντοίοις θεωρήμασι, τῷ ἢ ψεύδει τὸ ἀληθὲς παραθεὶς καὶ τῇ πείρᾳ τὸν ἔλεγχον. τὸ ἀπάτης σωφρονιστήριον. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ βιβλίον καθαρτικόν ἐστι καὶ γυμναστικόν. Idem p. 17. Καὶ διὰ ταῦτα ἄρα καὶ ἡ Γεωμετρία κεκτῆται παραδίδωσιν ἡμῖν ἀφ' ὧν δυνησόμεθα διαγινώσκειν τάτε ἑπόμενα ταῖς ἀρχαῖς αὐτῆς καὶ ὅσα τῶν ἐκείνων ἀλήθειαν ἐκβαίνει. Οἱ δὲ τρόποι καθ' οὓς τὰ ΨΕΥΔΑΡΙΑ διελέγχειν δυνατόν, ὡς μὴ διαμάρτητα, τούτων ἔχονται τὴν ἐπαγγελίαν.

XVII. *Index ſcriptorum in VI. libros Procli ad Euclidem laudatorum*, compoſitus à me ad editionem Græcam Baſileenſem.

2011 Ministerio de Cultura

Æneas Hierapolites ὁ τὴν Πιτομὴν γράψας τῶν Εὐκλείδου στοιχείων. 95.
Ægyptii Geometriæ inventores 19. 38.
Ameristus Stesichori frater 19.
Amphinomus 2?. 56. 60. Mathematicus 68.
Amyclas Heracleotes Platonis discip. 19.
Ἀθηναῖος ξένος (apud Platonem in Legg.) 7.
Anaxagoras Clazomenius 19.
Andron. 23.
Apollonius 20. 21. 28. 34. 35. 51. 88. 93. ἐν τῷ περὶ τῆς κοχλίου γραμμῆς 29. Geometrica axiomata etiam demonstravit 54. Περγαῖος 75.
Archimedes 12. 30. Syracusius 18. ἐν τῷ πρώτῳ 20. ἐν τοῖς περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου 20. Τῶν ἀνισοπλατῶν ἀρχόμενος 51. ejus Helice 73. Circuli dimensio 110.
Archytas Tarentinus 19.
Aristoteles 8. 10. 15. 17. 27. 28. 51. 52. 53. 54. 56. 70. 97. 100. 102. δαιμόνιος 18. 22. 32.
Asinæus Philosophus (Theodorus) 36.
Athenæus Cyzicenus 19.
Carpus 66. Antiochenus 35. Mechanicus, ἐν τῇ Ἀστρολογικῇ πραγματείᾳ 65.
Chrysippus. 103. Ctesibius. 12.
Cratistus Procli æqualis 58. Idem cui Pappus Alex. collectiones suas inscripsit.
Dinostratus Menæchmi frater 19.
Epicurus 60. Epicureus Zeno, vide Zeno. οἱ Ἐπικούρειοι 85.
Eratosthenes 13. 31.
Euclides ὁ γεωμέτρης p. 14. & passim. ὁ στοιχειώτης 37. & passim. ejus ætas & scripta 20. ὁ ἡμέτερος καθηγεμών. 34. ἐν ταῖς διαιρέσεσι. 40. τὰ πλεῖστα Euclidis elementorum αὐτίγραφα 55. ποιήσματα 58. 80. δεδόμενα 64. Euclidis ἐξηγηταί. 77. 86. Euclides ἡμῖν παρῆκεν τὴν ἐν τούτοις ποικιλίαν ἀνευρεῖν, αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἀπλουστέρων καὶ ἀρχοειδεστέρων ἥκων τὴν θεωρίαν 107.
Eudemus Peripatēticus libro περὶ γωνίας 35. ἐν ταῖς Γεωμετρικαῖς ἱστορίαις 92. quousque Geometriæ perfectæ historiam deduxerit. 19. respicitur idem liber 79. 87. 99. 109.
Eudoxus Cnidius 19. Platonis æqualis.
Geminus 11. 29. 31. 32. 49. 51. 52. 53. 56. 66. 68. 74. 103.

Her-

2011 Ministerio de Cultura

Hermotimus Colophonius 19.
Hero 12. 55. 85. 111. Mechanicus. 81. 90.
Hippias 73. 93. Eleus. 19.
Hippocrates Medicus 11. 26.
Hippocrates Chius 58. στοιχεῖα Geometrica scripsit. 19.
Homerus 9. 16.
Leo Neoclidis discipulus 19. ejus στοιχεῖα Geometrica ibid.
Leodamus Thasius 19, à Platone analysin didicit, qua in Geometricis non pauca invenit 58.
Λόγιον (Zoroastris) 27. 36. 43.
Οἱ ἀπὸ μαθημάτων 103.
Menæchmus 21. 22. 31. Eudoxi auditor. 19. Mathematicus 68.
Μενέλαος Ἀλεξανδρεύς 90.
Μεσῶν λόγος ὁ ἐν πολιτείᾳ [Platonis] 7. 42.
Neoclides 19.
Nicomedes περὶ κογχοειδῶν γραμμῶν 73. 93. ubi male Νικόδημος.
Oenopides Chius 19. 23. 75. 87.
Orpheus 43.
Οἱ Παλαιοὶ 14. 40. 55. οἱ ἀρχαῖοι 102. Παλαιοὶ καὶ θεῖοι ἄνδρες Πυθαγόρειοι 109.
Pappus 55. 67. 111.
Parmenides 26. ubi male ὅπερ Μενίδης 27. 32.
Perseus 31. 93.
Philippus Medmæus Platonis discip. 19. 80.
Philo 71. 72. Byzantium intelligi non dubito.
Philolaus 36. 46. 48.
Ἐν Βάκχαις 7.
Phœnices primi excoluerunt Arithmeticam 19.
Plato 1. 3. 4. 5. 10. 11. 12. 14. 16. 19. 25. 30. 48. 58. 100. 111. θεῖος 32. ἐν πολιτείᾳ 3. 9. 12. 13. ἐν πολιτικῷ 9. ἐν σοφιστῇ 9. ἐν Τιμαίῳ 10. Epinomide 12. ἐν τοῖς ἀντερασταῖς 19. ἐν Παρμενίδῃ 29. ὁ τοῦ Πλάτωνι Σιμμίας 53. Vide & infra in Socrate. Platonica corpora quinque ἀρχικὰ σώματα 21. κοσμικά. 110.
Platonici 16.
Plotinus 6.
Plutarchus 35.
Porphyrius 69. 79. 83. 85. 92. Philosophus. ἐν τοῖς συμμίκτοις. 16.

Posi-

2011 Ministerio de Cultura

Posidonius 23. 40. 47. 49. liber contra Zenonem Epicureum 55. 60.
Πτολεμαῖος 95. 96. ἔν τινι βίβλῳ 53.
Pythagorei 6. 10. 11. 13. 15. 25. 26. 27. 28. 29. 32. 36. 37. 46. 48. 99. 109. Pythagoras 19. 110. 111.
ἱερὸς λόγος καὶ ὅλος ὁ περὶ τοῦ Πυθαγόρου περὶ θεῶν ὑφηγήσεως 7.
Πυθαγόρειον αἵρεσιον 39. θεώρημα 81.
Socrates ἐν πολιτείᾳ 2. 6. 7. 9. 36. 42. Θεαιτήτῳ 3. 8. ἐν Φαίδρῳ 6. ἐν Γοργίᾳ 7. 9. ἐν Φιλήβῳ 7. ἐν συμποσίῳ 9. ἐν Μένωνι 13. Platonis scripta intelligi omnes vident.
Stoici 22 24. 103.
Speusippus 22. 50.
Thales 19. 44. 67. 78. 92.
Θεολογικῶν οἱ μυστικώτατοι 43.
Timæus 5. 6. 7. 11. 12. 25. 29. 38. 41. 46. 48. 77. 100.
Theodorus Cyrenæus Anaxagora paulo junior 19.
Theodorus Mathematicus 33. vide supra Asinæus.
Theætetus Athenienſis 19.
Theudius Magnes elementa Geometrica scripsit 19.
Zenodorus 46.
Zeno Sidonius Epicureus 55. 59. 60.

XVIII. Ut de reliquis Geometris antiquis nonnulla subjungam, constat hanc disciplinam primitus excultam ab Ægyptiis, atque inde in Græciam perveniſſe, ut traditum Herodoto lib. 2. c. 109. sive Theutus sive Rex Sesostris hujus rei Ægyptiis fuerit auctor, sive anteceſſor ejusdem in regno Moeris, de quo idem Herodotus cap. 101. & de quo capiendus Laertius * VIII. 11. E Græcis celebriores fuere Geometræ Thales, Pythagoras, Democritus, Antiphon, Pythagoræorumque quam plurimi Bryson, Archytas, Aristæus, ** Hipparchus &c. tum Plato & Eudoxus & Aristoteles atque Heraclides Ponticus, de quibus singulis alibi dixi, & de quibus longe plura nobis constaret, si ætatem tuliſſet *Theophrasti*, Laertio V. 48. & *Eudemi* Rhodii *Historia Geometrica* Proclo plus simplici vice laudata, cujus Procli locum insignem ex lib. 2. ad Euclid. p. 19. veluti brevem quandam Geometriæ ante Eucli-

* Confer ibi Menag. & Voſſii lib. de ſcientiis Math. c. 13. p. 48. ſeq. & c. 54. pag. 327. ſeq.

** Male Ἀγίσερος in ſcholiis Græcis ad Euclid. XIV. 2.

2011 Ministerio de Cultura

clidem historiam non dubitavi hæc emendatius describere. Cum enim ab Ægyptiis repertam illam disciplinam post tot alios scripsisset, hæc subjungit, quæ alibi frustra quæras:

ΘΑΛΗΣ μὲν πρῶτον εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν, μετήγαγεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τὴν θεωρίαν ταύτην, καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸς εὗρε, πολλῶν δὲ τὰς ἀρχὰς τοῖς μετ' αὐτὸν ὑφηγήσατο, τοῖς μὲν καθολικώτερον ἐπιβάλλων, τοῖς δὲ αἰσθητικώτερον. Μετὰ δὲ τοῦτον ΑΝΑΞΙΜΈΝΗΣ ὁ Θαλοῦ γνώριμος καὶ ποιητὴς ἀδελφὸς, ὡς ἐφαψάμενός τινα τῆς περὶ Γεωμετρίας σπουδῆς μιμνημονεύεται, καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος ἱστόρησεν ὡς ἐπὶ Γεωμετρίᾳ δόξαν αὐτὸς λαβόντος. Ἐπὶ δὲ τούτοις ΠΥΘΑΓΌΡΑΣ τὴν περὶ αὐτὴν φιλοσοφίαν εἰς σχῆμα παιδείας ἐλευθέρου μετέσχησεν, ἄνωθεν τὰς ἀρχὰς αὐτῆς ἐπισκοπούμενος, καὶ ἀύλως καὶ νοερῶς τὰ θεωρήματα διερευνώμενος, ὃς δὴ καὶ τὴν τῶν * ἀλόγων πραγματείαν καὶ τὴν τῶν κοσμικῶν σχημάτων σύνταξιν ἀνεῦρε. Μετὰ δὲ τοῦτον ΑΝΑΞΑΓΌΡΑΣ ὁ Κλαζομένιος πολλῶν ἐφήψατο καὶ Γεωμετρίαν, καὶ ΟἸΝΟΠΊΔΗΣ ὁ Χῖος, ὁ τὴν τοῦ μηνίσκου τετραγωνισμὸν εὑρών, καὶ ΘΕΌΔΩΡΟΣ ὁ Κυρηναῖος ὀλίγῳ νεώτερος ὢν τοῦ Ἀναξαγόρου, ὧν καὶ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς ἀντερασταῖς ἐμνημόνευσεν, ὡς ἐπὶ τοῖς Μαθήμασιν δόξαν λαβόντων. ἘΦ' ΟἾΣ ΙΠΠΟΚΡΆΤΗΣ ὁ Χῖος ἐγένετο καὶ Γεωμετρίαν ἐπιφανεὶς, πρῶτος δὲ ὁ Ἱπποκράτης τὸν μηνίσκον τετραγωνισάμενος καὶ στοιχεῖα συνέγραψε. ΠΛΆΤΩΝ δὲ ἐπὶ τούτου γενόμενος μεγίστην ἐποίησεν ἐπίδοσιν, τά τε ἄλλα μαθήματα καὶ τὴν Γεωμετρίαν λαβεῖν, διὰ τὴν καὶ αὐτοῦ σπουδὴν ὡς σπουδῆς ἐστι, καὶ τὰ συγγράμματα τοῖς μαθηματικοῖς λόγοις κατατυπώσας, καὶ παντα χοῦ τὸ περὶ αὐτὰ θαυμασὸν φιλοσοφίας αὐτεχόμενον ἐπεγείρων. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ΛΕΟΔΆΜΑΣ ὁ Θάσιος ἦν, καὶ ΑΡΧΥΤΑΣ ὁ Ταραντῖνος, καὶ ΘΕΑΊΤΗΤΟΣ ὁ Ἀθηναῖος, παρ' ὧν ἐπυνθάνετο τὰ θεωρήματα, καὶ προῆλθεν εἰς ἐπιστημονικωτέραν σύστασιν. Λεωδάμαντος δὲ νεώτερος ὁ ΝΕΟΚΛΕΙΔΗΣ, καὶ ὁ τούτου μαθητὴς ΛΕΩΝ, οἱ πολλὰ προσεπόρισαν τοῖς περὶ αὐτὸν, ὥστε τὸν Λέοντα καὶ τὰ στοιχεῖα συνθεῖναι τότε πληθεῖ καὶ τῇ χρείᾳ τῶν δεικνυμένων ἐπιμελέστερον, καὶ διορισμὸν εὑρεῖν, πότε δυνατόν ἐστι τὸ ζητούμενον πρόβλημα, καὶ πότε ἀδύνατον. ΕὐΔΟΞΟΣ δὲ ὁ Κνίδιος, Λέοντος μὲν ὀλίγῳ νεώτερος, ἑταῖρος δὲ τοῦ περὶ Πλάτωνα γνωρίμου, πρῶτος τῶν καθόλου θεωρημάτων τὸ πλῆθος ηὔξησε, καὶ ταῖς τρισὶν ἀναλογίαις ἄλλας τρεῖς προσέθηκε, καὶ τὰ περὶ τὴν τομὴν, ἀρχὴν λαβόντα πρὸ μὲν Πλάτωνος εἰς πλῆθος προήγαγε, καὶ ταῖς ἀναλύσεσιν ἐπ' αὐτῶν χρησάμενος. ΑΜΥΚΛΑΣ δὲ ὁ Ἡρακλεώτης εἷς τῶν Πλάτωνος ἑταίρων, καὶ ΜΈΝΑΙΧΜΟΣ ἀκροατὴς ὢν Εὐδόξου καὶ Πλάτωνι δὲ συγγεγονὼς, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ΔΕΙΝΌΣΤΡΑΤΟΣ ἔτι τελεωτέραν ἐποίησαν τὴν ὅλην Γεωμετρίαν. ΘΕΥΔΙΟΣ δὲ ὁ Μάγνης ἔντε τοῖς μαθήμασιν ἔδοξεν εἶναι διαφέρων, καὶ τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν, καὶ δὴ τὰ στοιχεῖα καλῶς συνέταξε, καὶ πολλὰ τῶν ἐλικῶν καθολικώτερα ἐποίησεν. Καὶ μὴν καὶ ὁ Κυζικηνὸς ΑΘΗΝΑΙΟΣ κατὰ τοὺς αὐτοὺς γεγονὼς χρό-

Ccc

* al. ἀναλόγων

2011 Ministerio de Cultura

χρόνοις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μὲν μαθήμασι, μάλιστα δὲ γεωμετρίαν καταφανὴς ἐγένετο. Διῆγον δὲ ἔτι μετ' ἀλλήλων ἐν Ἀκαδημίᾳ, κοινὰς ποιούμενοι τὰς ζητήσεις. ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ δὲ ὁ Κολοφώνιος τὰ μὲν περὶ Εὔδοξον περιυπερημύα καὶ θεαιτητον περήγαγεν ἐπὶ πλέον, καὶ τῶν στοιχείων πολλὰ ἀνεῦρε, καὶ τῶν τόπων τινὰ συνέγραψεν. ΦΙΛΙΠΠΟΣ δὲ ὁ μεδμαῖος Πλάτωνος ὢν μαθητὴς καὶ περὶ ἐκείνου περιεργασθεὶς εἰς τὰ μαθήματα καὶ τὰς ζητήσεις ἐποιεῖτο καὶ τὰς Πλάτωνος ὑφηγήσεις, καὶ ταῦτα παρέβαλλεν ἑαυτῷ ὅσα ᾤετο τῇ Πλάτωνος φιλοσοφίᾳ συντελεῖν. Οἱ μὲν οὖν τὰς ἰσοπλευρικὰς (γεωμετρικὰς) ἀναγράψαντες (Εὔδημος ὁ Περιπατητικός) μέχρι τούτου προάγουσι τὸν ἱστορίαν τούτης τελειοῦντες. Οὐ πολὺ δὲ τούτων νεώτερός ἐστιν Εὐκλείδης &c.

Poſt Euclidem clariſſima illuxere Ariſtarchi Samii, Cononis, Apollonii Pergæi & Archimedis ingenia, Doſitheique, tum Eratoſthenis, Hipparchi, Gemini, Theodoſii Tripolitæ, & Heronis ac Sereni: Menelai item & Iſidori ac Hypſiclis, Philonis Byzantii, Tyanenſis ac Gadareni ſive Gaditani, Sporique Nicæni illius diſcipuli, præterea Amphinomi, Claudii Ptolemæi, Nicomedis, Dioclis, Demetrii Alexandrini, tum Pappi ac Theonis Alexandrinorum, Eutocii Aſcalonitæ, Procli, Marini, Pſelli, Iſaaci Argyri, Barlaami Monachi & Jo. Pediaſimi, de quibus partim jam dixi capite hujus libri quinto, partim infra ſuis locis ſum dicturus. Mentio & Cratetis qui Geometrica ſcripſit, apud Laertium IV 23. & Pulcher Geometra Tiberii Imp. temporibus clarus laudatur à Phlegonte de mirabil. c. 14.

CAPUT XV.

Catalogus Philoſophorum Stoicorum, digeſtus Ordine Alphabeti.

Achaicus Stoicus. Contra Ariſtotelis Categorias ſcripſit teſte Simplicio. Ejus Ethica. Laert. VI. 99. Theodorit. VIII. Θεραπευτ. pag. 120 Clemens Alex. IV. Strom. p. 496.

Agathocles. Lucian. in Icaromenippo. T. 2. p. 198.

Aga-

2011 Ministerio de Cultura

Alcinous Stoicus. Philoſtrat. lib. 1. de Sophiſt. p. 528.

Alcyoneus Antigoni Gonatæ, Macedonum Regis, filius à Perſeo Stoico inſtitutus. Laert. VII. 36.

Alexander Syriæ Rex, filius ſubditititius Antiochi Epiphanis χαίρων τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς λόγοις. Athen. V. p. 211.

M. Annæus Cornutus. Infra in Cornuto.

Annius Stoicus. Porphyr. vita Plotini.

Antibius Aſcalonita. Stephanus Byz. in Ἀσκάλων.

Antigonus Gonata Macedoniæ Rex Zenonem Citieum audivit coluitque, Cleanthem ter mille minis donavit, Laert. VII. 169. & Perſeum ſecum habuit. Vide ad Laert. IV. 47. VII. 6. 9. 13. 14. ſeq. 36. Antigoni ad Zenonem Epiſtola id. 7.

Antiochus Aſcalonita cognomento Cygnus. Stephanus Byz. in Ἀσκαλών, πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῆς κεχρηματίκασι, φιλόσοφοι μὲν Ἀντίοχος ὁ κύκνος, ὁ Σώζος, καὶ Ἀντίβιος καὶ Εὐβιος σῶικοὶ δὲ φανεῖς. *Soſi* nomine, cujus hoc loco mentio, civis ſui, librum inſcripſerat Antiochus, quem compoſuit contra Magiſtrum ſuum Philonem Academicum, teſte Cicerone IV. Academ. quæſt. c. 4. unde colligo hunc Antiochum Aſcalonitam eundem eſſe quem Athenis audivit Cicero & Mneſarchus Stoicus & de quo ſupra in Platonicis dixi. Meminit & Strabo XIV. p. 759. Diſputaverat autem ſingulari itidem libro hic Antiochus, *Stoicos cum Peripateticis re concinere, verbis diſcrepare*, quod impugnat Cicero 1. de natura Deor. c. 7, Ejus liber περὶ θεῶν. Plutarch. Lucullo p. 511. qui Aſcalonitam appellat in Bruto p. 984.

Antiochus Seleucienſis. Vide infra in *Julio Cano.*

Antipater Panætii Magiſter præter rem dicitur *Rhodius* fuiſſe à doctiſſimo Harduino ad Plinium. Quanquam Panætius Rhodius fuit, & Antipatri librum tertium περὶ Ῥόδου laudat Steph. in Ἀραδία.

Antipater Sidonius Laert. VII. 29. ubi verſus ejus in Zenonem afferuntur. Mentio Antipatri Poetæ apud Cic. de fato c. 3. Idem III. 50. de Oratore: *Quod ſi Antipater ille Sidonius, quem tu probe Catule meminiſti, ſolitus eſt verſus Hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore* &c. Varia Antipatri Sidonii Epigrammata leguntur in Anthologia. Falluntur viri erudtti qui Antipatrum hunc cum Tarſenſi vel Tyriis de quibus mox dicam confundunt.

Antipater Tarſenſis, Stoicus, laudatur à Strabone XIV. p. 674. Plutarcho in Lyſandri vita extrema p. 433. & de animi tranquill. p. 469. & in Gracchis p. 827. Cum Carneade congredi coram recuſans, ſcriptis

2011 Ministerio de Cultura

ptis contendere ausus est, unde dictus καλαμοβόας. Idem de garrulitate p. 514. confer Numenium apud Euseb. XIV. præparat. p. 738. Videtur respicere Cicero IV. Academic. Antipatrum Stoicum laudans, eumq; jungens cum Archidemo, quos duos opiniosissimos homines & principes dialecticorum ait in plurimis capitibus tam inter se quam à Chrysippo dissensisse. Utrumque inter magnos sectæ Stoicæ auctores referunt Seneca & Arrianus. *Diogenis Babylonii* discipulus fuit, homo acutissimus. Cic. 3. de Offic. c. 12. quo in loco de officiis contra Diogenem nonnulla tradidisse docet, ut c. 13. & 23. Præceptor *Panætii* Rhodii & Blossii Cumani de quibus infra. Allegatur ἐν τῷ περὶ τῆς κλεανθους καὶ χρυσίππου διαφορᾶς. Plutarch. de Stoicor. repugnant. p. 1034. ἐν τῷ περὶ θεῶν. id. p. 1051. *Libri duo de divinatione* Cic. lib. 1. de divin. c. 3. 20. 39. 54. lib. 2. c. 15. & 48. Ὀνειροκριτικά Artemidor. IV. 67. quartus liber περὶ δεισιδαιμονίας. Athen. VIII. p. 346. primo περὶ ὀργῆς. XV. p. 643. libri tres ὅλη κῆ Πλάτωνα μόνον καλὸν ἀγαθόν. Clemens V. Strom. p. 595. τὰ περὶ δυνατῶν & περὶ τοῦ κυριεύοντος. Arrian. II. 19. diss. Epictet. qui c 17. etiam memorat συναγωγὰς & συντάξεις Chrysippi Archedemi & Antipatri. Antipatri περὶ ζώων Schol. Apollonii, II. 5. Usus Antipatro etiam Plinius, ut apparet ex Indice libri VIII. ὑπομνήματα Antipatri. Schol. Aristoph. ad Aves v. 1403. Περὶ γάμου Stob. Serm. 65. & 68. Idem Antipater videtur allegari à Laertio VII. 54. 55. 68. 84. 92. & ἐν τοῖς περὶ λέξεων καὶ τῶν λεγομένων. id. 57. πρώτῳ περὶ ὅρων 60. δευτέρῳ περὶ οὐσίας. 150. περὶ ψυχῆς. 157. Vide & infra in Φιλοπάτωρ, & Meursium in Bibl. Græca, Jonsiumque ac Vossium. Fallitur Clemens 2. Strom. 416. quod Antipatrum Cleanthis γνώριμον vocat, nisi hoc generaliter sit accipiendum pro Stoico.

Antipater Tyrius, Panætio Junior, quem Athenis nuper mortuum tradit Cicero II. 24. de Offic. Laudatur ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ κόσμου Laert. VII. 139. 140. 142. 148. De officiis scripsisse ex eodem Ciceronis loco colligas.

Antipater alius itidem *Tyrius*, & Philosophus Stoicus, sed ut videtur antiquior, quem à Catone Uticensi adhuc viro juvene allectum in contubernium tradit Plutarchus in Catone minore p. 761. Videtur hunc laudare Strabo XVI. p. 757. Ἐκ Τύρου ἦν Ἀντίπατρος, ὃς μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος. De pluribus Antipatris vide si placet Vossium, Jonsiumque.

Apha-

2011 Ministerio de Cultura

Aphanes Ariſtonis Chii diſcipulus, vide Athenæum VII. p. 281. an Apollophanes?

Apollodorus Athenienſis Stoicos audivit, Panætium ac Diogenem, ut infra ſingulari capite de Apollodoris notavi.

Apollodorus Ephillus Laert. VII. 39. 41. 54. 64. 84. 140. Suid. in θέων. Ejus ἠθικὴ allegatur à Laertio VII. 102. 118. 121. 129. Φυσικὴ κατὰ τὰ ἀρχαίαν. id. 125. 135. Idem forte Ἀπολλᾶς contra quem ſcripſit Chryſippus. Incertum idem ne ſit qui Ciceroni *Apollodorus Syllus*.

Apollonides, quem moriturus ſecum habuit Cato Uticenſis. Plutarch. Catone minore p. 791. ubi in latina verſione male legitur Apollonii nomen.

Apollonius Calchedonenſis ſive *Calchidenſis* (utrumque enim dixiſſe veteres notatum Sirmondo p. 175. ad Sidonium) Bithynus, præceptor Veriſſimi Imp. & Marci Luciique Cæſarum. Vide Gatakerum ad M. Antonini lib. 1. ſect. 8. & Syncellum p. 351. Meurſium de Apolloniis p. 63. Jonſium p. 257.

Apollonius Nyſæus Νυσαεὺς Panætii diſcipulorum præſtantiſſimus. Strab. XIV. p. 650.

Apollonius Tyrius Ptolemæi Avletæ temporibus clarus de Zenone Citieo ſcripſit. Laert. VII. 1. 2. 6. 24. 28. & compoſuit πίνακα τῶν ἀπὸ ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων, Strab. XVI. p. 757. Omnino autem fallit conjectura doctiſſimi Jonſii, qui lib. II. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. c. 18. hujus Apollonii Hiſtoriam in Regia Pariſ. & Bodlejana Oxonienſi manu exaratam exſtare ſuſpicatur. Longe enim de altero Apollonio Tyrio Rege fabula Erotica neſcio quo auctore ſcripta exſtat, è Græco ut videtur verſa ante mille annos, quam pridem edidit latine Marcus Velſerus Auguſtæ Vindel. 1595. 4. atque inter Velſeri opera iterum vulgavit Chriſtophorus Arnoldus p. 681 - 704.

Apollonius cum Diodoto Stoico diu verſatus, P. Craſſi libertus, quem C. Cæſari commendat Cicero XIII. ad familiar. 16.

Apollophanes Antiochenus. Steph. in Ἀντιόχεια. Diſcipulus Ariſtonis Chii de quo librum ſcripſit. Athen. VII. p. 281, Allegatur hic Apollophanes à Tertull. c. 14. de anima, à Laertio VII. 92. ἐν τῇ Φυσικῇ id. 140. Eundem hunc eſſe cum Medico Apollophane qui in Antiochi Seleuci F. aula charus fuit, audacter affirmat Reineſius, p. 335. Var. lect. ambigit Jonſius quem vide p. 144. Fuit & Comicus Apollophanes & alter Epicus de quibus dixi lib 2, c. 22, Alius item Sophiſta de quo Suid. in Διονύσιος Ἀρεοπαγ. Ar-

2011 Ministerio de Cultura

Archedemus Athenienſis. Plutarch. de exſilio p. 605. Ὁ δ' Ἀθηναῖος Ἀρχέδημος εἰς τὴν Παρθῶν μεταξὺ ἐν Βαβυλῶνι τὴν Στωϊκὴν διαδοχὴν κατέλιπε. Menagius ad Laert. p. 282. pro Ἀθηναῖος apud Strabonem legit Θαρσηνὸς ſive Ταρσηνὸς vel Ζηνώνειος, ut idem ſit cum Tarſenſi de quo mox,

Archedamus Tarſenſis. Strab. XIV. p. 674. *Archedemus* Laert. VII. 40. 68. 84. 88. ejus liber περὶ Φωνῆς. id. 55. περὶ στοιχείων 134. 136. *Archidemus* Ciceroni & Senecæ. Confer Lipſium lib. 1. manuduct. diſſ. 12. & quæ ſupra in Antipatro Tarſenſi. Allegatur ab Arriano II. 17. & 19. diſſ. Epictet. & III. 2. Stobæo Ecclog. Phyſ. Syriano in XII Metaphyſ. p. 59. Demetrio de elocutione c. 34. Clemente Alex. &c.

Areus Alexandrinus Philoſophus Auguſto familiaris, de quo Jonſius p. 215. ſeq. ubi & de aliis cognominibus.

Ariſto Chius Zenonis Citiei diſcipulus. Laert. VII. 18. & 37. & Cic. IV. Acad. quæſt. Præceptor Miltiadis, Eratoſthenis, Aphanis, Apollophanis, Diphili, & Satyri tibicinis, quem ſermonibus ſuis ita cepit ut tibia in ignem abjecta ad Philoſophiam ſe conferret. Ælian. III. 23. Var. Perſeo qui Antigoni Regis gratia utebatur adulatum notat Athenæus VI. p. 251. & voluptati perquam deditum fuiſſe. VII. p. 281. ex libro Apollophanis cui titulum feceret Ἀρίστων. Scripta ejus memorat Laertius VII. 163. ex quibus ſolos ad Cleanthem Epiſtolarum libros IV. Ariſtonis Stoici eſſe, reliqua Ariſtoni Ceo Peripatetico tribuenda contendebant Soſicrates ac Panætius. De hoc aliisque Ariſtonibus videndi Meurſius in Bibl. Græca, Jonſius de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. & ad Menagium Laertius.

Ariſtocles Lampſacenus, qui ſcripſit libros quatuor ἐξηγήσεως in Chryſippum περὶ ἃ πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοούμεθα. Suid.

Ariſtocreon Chryſippi ſororis filius. Laert. VII. 185.

Arrianus Nicomedienſis, Epicteti diſcipulus, de quo infra lib. IV.

Aſclepiades Jonſ. p. 108.

Aſclepiodotus Poſidonii auditor, teſte Seneca, de quæſtionum naturalium cauſis ſcripſit. VI. 17.

Athenæus Stoicus cujus meminit Porphyrius in vita Plotini. Etiam Athenæi cujusdam Epigrammade Zenone Citieo affert Laertius VII. 30.

Athenodorus Solenſis Zenonis diſcipulus Laert. VII. 38. idem ut videtur qui contra aliorum Stoicorum ſententiam peccata negabat eſſe æqualia id. 121.

Athe-

2011 Ministerio de Cultura

Athenodorus Cordylio Tarſenſis qui Pergamo arceſſitus cum M. Catone Uticenſi vixit & apud eum mortuus eſt. Strabo XIV. p. 674. Plutarch. Catone Minore p. 763. Cuſtos Bibliothecæ Pergamenæ qui auſus fuit è libris Stoicorum exſcindere quæ ipſi ſecus ſcripſiſſent. Laert. VII. 34. Idem forte auctor operis contra Ariſtotelis categorias quod memorant Porphyrius, Simplicius & Stobæus & libri περὶ σπουδῆς καὶ παιδείας qui laudatur ab Athenæo, & περιπάτων quorum octavus liber allegatur à Laertio III. 3. V. 36. & IX. 42. pro quo male in Arſenii Monembaſiæ Archi-Ep. apophtegmatis Græce editis, ubi de Democrito agit, legitur περὶ πάντων pro περιπάτων.

Athenodorus Tarſenſis. [Glycæ, Cedreno, Conſtantino Manaſſæ &c. Alexandrinus) *Sandonis F.* dictus etiam à pago quodam *Cananites* præceptor Auguſti Cæſaris de quo Strabo loco laudato & Lucianus in Macrobiis T. 2. p. 473. ubi octoginta & duos annos vixiſſe teſtatur. Laudat & Zoſimus lib. 1. c. 6. teſtatus Auguſti mitius imperium fuiſſe ex quo Athenodori maxime conſiliis aures præbuiſſet. Idem cui Claudius adoleſcens in contubernium datus eſt, ut ex Auguſti literis refert Svetonius in Claudio c. 4. De patria ſua Tarſo ſcripſit teſte Steph. in Ἀγχιάλη. Alius ab his tribus (1) Athenodorus Philoſophus ſpectra deridens de quo Plin. VII. 27. Epiſt. (2) Athenodorus Rhodius Rhetor. Quintil. II. 17. (3) Athenodorus Medicus cujus primum τῶν ἐπιδημείων allegat Plutarchus VIII. 9. ſympoſ. (4) Athenodorus Sophiſta qui tempore Pollucis docuit Athenis, Chreſti atque Ariſtoclis auditor. Philoſtrat. p. 591. (5) Athenodorus Arati Poetæ pater. (6) Athenodorus frater Arati. Suid. in Ἄρατος.

Attalus ſub Tiberio Imp. clarus, cujus non infrequens apud Senecam mentio, qui eum audiſſe ſe teſtatur Epiſt. CVIII. Solum vertit, à Sejano circumſcriptus, ut legas in Senecæ patris ſvaſoria 2. Ejus libri de fulminibus allegantur à Seneca filio II. 48. Nat. quæſt. Hujus quoque Attali ſuſpicor eſſe libros παροιμιῶν memoratos Heſychio in κοσκίνῳ. Alius Attalus Philometor qui de agricultura & re medica ſcripſit, de quo Harduinus ad Plin. Alius denique Attalus Rhodius Arati interpres, quem notat paſſim Hipparchus, ut dixi ſupra p. 97.

Q. Lucius Balbus, quem loquentem inducit Cicero libris de Natura Deor.

Baſilides Syropolitanus quem M. Antoninus audiviſſe traditur.

Baſ-

2011 Ministerio de Cultura

Baſſus Stoicus Galeno memoratus, Coelio Aureliano eſt Tullius Baſſus de quo Jo. Rhodius ad Scribonium Largum p. 191.

Bloſſius Cumanus Antipatri Tarſenſis auditor Romæ & ab eo dedicatione ſcriptorum quorundam Philoſophicorum honoratus. Plutarch. in vita Gracchorum p. 825.

Boethus Stoicus. Philo de mundo incorruptibili p. 737. vide & Laert. VII. 142. & 54. è quo poſteriore loco colligas ante Chryſippum ſcripſiſſe. Liber de Natura allegatur id. 148. Liber XIII. de fato, id. 149.

Calietes Longini æqualis. Vide Euſebium X. 3. præparat.

Callippus Corinthius Zenonis Citiei diſcipulus. Laert. VII. 38.

Cato Uticenſis ſive minor, ab Antipatso Tyrio præceptis Ethicis ac Politicis imbutus. Plutarch. in ejus vita p. 761.

Chæremon Alexandrinus cui ſucceſſit Dionyſius Alexandrinus qui uſque ad Trajanum vixit teſte Suida Διονυσ. De eo vide Voſſ. II. 1. de Hiſt. Gr. & Valeſ. ad Euſebium p. 122. qui apud Senecam VII. 5. Nat. quæſt. pro Charimandro * jubent legere Chæremonẽ, cujus librum de cometis laudat Origenes I. contra Celſ. p. 45. Inſignis Chæremonis hujus locus de ſacerdotibus Ægyptiis exſtat apud Porphyrium IV. de abſtinendo ab animatis p. 360. ſeq. quem reſpicit Hieron. 2. contra Jovinian. Idem Chæremon ἱερογραμματεὺς Porphyrio laudatus apud Euſeb. V. 10. de præparat. At Martialis XI. 57. Chæremonem pro quovis paupere Stoico mortis contemtore ponere videtur. Alius Chæremon ni fallor qui Aſtronomiæ peritus videri cupiens cum Ælio Gallo Alexandria iter fecit, de quo Strabo XVII. p. 806.

Chærephon. Lucian. in Hermotimo T. 1. p. 515.

Chremonides à Zenone Citieo adamatus. Laert. VII. 17.

Chryſippus Apollonii F. Solenſis (ob viciniam dictus quibusdam Tarſenſis) ſucceſſit Athenis Cleanthi, à quo ** ut & à Zenone in multis tamen diſſenſit. Vide Laert. VII. 178. ſeq. Acumen ejus usque adeo admirationi fuit, ut non deeſſent qui dicerent Deos ipſos ſi dialectica uterentur, uſuros haud alia eſſe quam Chryſippea. Compoſuit volumina ſeptingenta & quinque, ſæpius de eadem re ſcri-

* Charimandri tamen apud Pappum quoque mentio lib. VII. p. 247.

** Antipatri librum περὶ τῆς Κλεάνθους καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς ſupra è Plutarcho memoravi.

2011 Ministerio de Cultura

ſcribens, & multa prolixaque teſtimonia aliorum ſcriptorum ſuis inſerens libris. id. 181. ſeq. Scripta Chryſippi ἐνδοξότατα quondam atque in plurimo honore fuiſſe idem Laertius tradit, n. 189. ex tanto numero tamen ne unum quidem ad nos pervenit, ſive hoc totum fortunæ fuit laboribus ejus haud faventi, ſive multitudo ipſa vægrandis, & in hac contorta non pauca & φορτικὰ, ſubtilesque ineptiæ lectores removerunt, quo nomine ſpernuntur vel impugnantur Chryſippea quandoque non à Galeno tantum & Sexto ac Cicerone, ſed ab Epicteto quoque & Seneca ac Plutarcho. Neq; dubito ſubſcribere H. Stephani judicio, qui non ita magnam jacturam putabat quod Chryſippi voluminibus dialecticis CCCXI. nobis hodie ſit carendum. Rhetoricam Chryſippi ita ſcriptam fuiſſe teſtatur Cicero, *ut ſi quis obmuteſcere cupierit, nihil aliud legere debeat.* lib. 4. de fin. In Phyſicis neſcio an aliquid vidit: in Ethicis apparet vel è Seneca, Chryſippum officia ita circumſepſiſſe ſubtiliſſimis diſputatiunculis, ut præſtet unas Ariani Epicteteas diſſertationes tuliſſe ætatem, quam ſi omnia Chryſippi ſcripta Moralia ad nos perveniſſent. Hiſtoricos & Grammaticos haud dubie multa docere potuiſſent Chryſippi ſi exſtarent volumina, quorum Catalogus in σωπάξεις digeſtorum apud Laertium, licet bene longus n. 189 - 202. mancus tamen eſt, ut præter viros doctos ad illum ſcriptorem notarunt Jo. Meurſius ad Chalcidium p. 31. & in Bibl. Græca & Tho. Stanleius in Hiſt. Philoſophica l. VIII. p. 486. & Jonſius lib. 2. cap. 8. à quibus plurima inſuper Chryſippi ſcripta Laertio præterita recenſentur. Obiit Chryſippus Olymp. CXLIII. ætatis 73. ut ex Apollodoro notavit Laertius VII. 184. Effigies Chryſippi antiquas tres exhibet Jac. Gronovius tomo tertio theſauri Antiqu. Græcarum litera S. Alios Chryſippos in veterum ſcriptis notarunt Jonſius, Meurſiusque locis laudatis, & Menagius ad Laertii VII, 186.

Catalogus eorum ad quos ſive adverſus quos Chryſippus Solenſis ſcripſit, quorum plerique Stoici fuiſſe videntur.

Agatho. Laert. VII. 194.
Alexander. 192. 196.
Aminias. 196.
Apollas. 193. 197.
Apollonides. 191.
Arceſilas. 198.

2011 Ministerio de Cultura

Aristagoras 190. 194.
Aristobulus 198.
Aristocles 199.
Aristocreon. 196. 197. 202.
Athenades 190. 195. 198.
Athenodorus 190.
Cleon. 202.
Clitus 191.
Dio 190. 192.
Diocles 200.
Diodorus 200. 202.
Dionysius 192. 200.
Dioscorides 190. 193. 198. 200. 202.
Epicrates 193. 198.
Gorgippides 190. 191. 198. 200.
Hedyllus (an Heryllus?) 196. 197.
Heraclides 198.
Laodamas 196. 199. 201.
Leptinas 201.
Meleager 196.
Menecrates 198.
Metrodorus. 189. 191. 198. 199.
Nicias 193.
Onetor. 197.
Panthoedes. 193.
Pasylus 191. 195. 197. 198.
Philarchus 191.
Philippus. 193.
Philo 191.
Philomathes. 194. 195. 199. 200.
Pollis. 198. 202.
Pythonax. 201.
Sosigenes 192.
Sphærus 198.
Stesagoras 192. 194. 197.
Thearus. 190.
Theosporus. 199.
Timocrates 194.
Timonax 201.
Timostratus 194.
Zeno 189. 195. 201.
Zenodotus 200.

Cinna Catulus, quem audivit M. Antoninus Imperator. Julius Capitolin. in Marci vita c. 3. & Antoninus ipse lib. 1. sect. 13.

Claudius Maximus, ab eodem M. Antonino frequentatus. Jul. Capitolin. loco laudato, & Marcus Antonin. lib. 1. sect. 17. (15.) & lib. 8. sect. 25. Huic ni fallor Claudio Maximo ad Proconsulatus Bithyniæ dignitatem evecto Apulejus in Apologia se purgat ab impacto Magiæ crimine, fretus ut ait doctrina ejus ac perfecta eruditione.

CLEANTHES Assius ex Asso Æolidis urbe: Zenonis Citiei, quem per undeviginti annos audiverat, in porticu Athenienſi successor, Magister Chrysippi Laert. VII. 37. & 168. seq. Ingenio * tardiore, sed pertinaci studio & animo constante solus est visus Magistri sui peram

* Vide Barthium ad Claudian. p. 101. seq.

2011 Ministerio de Cultura

peram ferre posse. Vitam finiit inedia, annos octoginta natus· id. 176. vel undecentum, ut Lucianus & Valerius Max. Indulsisse & ipsum argutioribus disputatiunculis apparet è Seneca, aliisque, unde *spinas Cleanthis & contorta Chrysippi* jungit S. Hieronymus 1. in Rufin. Hujus Cleanthis statuam insignem, magnificentiæ Senatus Romani documentum, in ipsa Asso vidisse se testatur Simplicius ad Epictet. p. 329. Scripta ejus veteribus memorata & viris doctis ad Laertium, Meursioque in Bibl. Græca maximam partem observata ecce tibi faciliori ordine :

Περὶ ἀγωγῆς Laert. VII. 175.
περὶ αἱρέσεως. id. 174.
περὶ τῶν λόγων. id. 175.
περὶ ἀρετῶν. id. 175.
Ὅτι ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. id. 175.
Πρὸς Ἀρίσταρχον. id. 175. Forte in hoc libro Criticam Aristarchi Grammatici in Homerum exercitam castigaverat Cleanthes.
Ἀρχαιολογία id. 174. Dubitat Menagius an diversa hæc fuerit à *μυθικοῖς* de quibus infra.
Περὶ ἀτόμων. id. 134.
περὶ Βασιλείας id. 175.
περὶ βελῆς. 175.
Περὶ Γιγάντων Laert. VII. 175. Idem opus suspicatur Meursius esse Cleanthis *θεομαχίαν* laudatam à Plutarcho de fluminibus
Περὶ Γοργίππου id. 175.
πρὸς Δημόκριτον id. 174.
περὶ Διαλεκτικῆς. id. 175.
Διατριβῶν β'. id. 175.
Περὶ τοῦ δικαίζειν id. 175.
περὶ δόξης id. 175.
περὶ ἐλευθερίας id. 175.
περὶ Πτισήμης id. 175.
περὶ ἔρωτος ib. 175.
Ἐρωτικὴ τέχνη id. 175.
Περὶ εὐβουλίας id. 175.
περὶ εὐφυΐας id. 175.
περὶ τοῦ ζήνωνος Φυσιολογίας (MS. Palatin. Menagio teste Φυσιολόγου) id. 174.
περὶ ἡδονῆς id. 87. & 175. librum secundum Clemens II. Strom. p. 417.

2011 Ministerio de Cultura

Libros contra voluptatem vocat Cicero 1. de natura Deor. De tabula Cleanthis qua ruborem incussurus Epicureis Voluptatem fecit throno insidentem & virtutes ipsi ministrantes Vide Cic. 2. de fin. Augustinum V. 20. de C. D. Gassendum de Philos. Epicuri p. 1685. seq.

Τῶν ἡρακλείτου ἐξηγήσεων δ'. id. 174.

πρὸς Ἥλλον id. 174.

Θεομαχία. Plutarch. de flum. Vide supra περὶ γιγάντων.

περὶ θεῶν Laert. VII. 175. Harpocrat. in λέσχαι. Respicit Cicero 2. & 3. de natura Deor. Macrob. lib. 1. Sat. c. 17. 18. Plutarchus de vitando ære alieno.

Ἰαμβεῖα. Simplic. in Epictet. p. 329. & Seneca Epist. 106. Plutarch. Clemens Alex. Galenus & Stobæus. Vide H. Stephani Poesin Philosoph. p. 51. seq. & 124.

περὶ ἰδίων Laert. VII. 175.

περὶ τῆς καθήκοντος id. 175.

περὶ καλῶν id. 175.

περὶ κατηγορημάτων id. 175. λεκτὰ illa vocasse testatur Clemens VIII. 784.

περὶ κυβεύοντος (Sophismatis genere) Arrian. II. 19. Epictet.

περὶ λόγου, γ'. Laert. VII. 175.

περὶ μαντικῆς. Cic. 1. de divinat.

περὶ μεταλήψεως Athen. XI. p. 467. 471.

Μυθικά. Athen. XIII. p. 752. Librum V. Porphyr. in limine vitæ Pythag. In hoc opere videtur commentitiarum fabularum reddere voluisse rationem, quod Zenonem, Cleanthem ac Chrysippum facere curatos tradit Cicero 3. de Nat. Deor. Respicit Cornutus lib. de Diis c. 31.

περὶ νόμων Laert. VII. 175.

περὶ ὁρμῆς, β'. id. 174.

περὶ ὁρῶν libri, quorum primum citat Plutarch. de flum.

περὶ τῆς ποιητῆς Laert. VII. 175. quod bene potest exponi de Homero. Nam quod è Clemente V. Strom. p. 554. Menagius objicit laudante Cleanthis ποιητικῶ, nihil huc facit, nihil enim isto loco aliud significat hoc vocabulũ quam poema, quia ex poemate quodam Cleanthis quatuor versiculi ibidem à Clemente afferuntur.

πολιτικός Laert. VII. 175.

περὶ πράξεων id. 175.

περὶ-

2011 Ministerio de Cultura

περὶ τρεπτικὸς id. 175.
περὶ τῶν τοῦ σοφῶν τοῦ φιλοσοφεῖν id. 175.
περὶ συμποσίου id. 175.
περὶ τέλους id. 175.
περὶ τέχνης id. 174. Cic. 4. de fin. *Scripsit artem Rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Stoicorum Principes de arte Oratoria scripsisse tradit etiam Quintilianus III. 1.
περὶ τρόπων Laert. VII. 175.
περὶ ὑμνῳδίας id. 175.
περὶ φθονερείας id. 175.
περὶ φιλίας id. 175.
φυσικὰ ὑπομνήματα Plutarch. de Stoicor. contradict. Forte respicit Stobæus Cleanthem sæpius laudans in Eclogis Phys. ut Plutarchus de placitis Philos. & Galenus Hist. Philos.
περὶ χάους id. 175.
περὶ χαλκοῦ nisi περὶ χρόνου legendum id. 174.
περὶ χρειῶν id. 175.
περὶ χρόνου id. 174.

Eximium Cleanthis Hymnum ad Jovem Carmine Hexametro quod incipit Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεί, primus è MSto Farnesiano Eclogarum Stobæi Græce juris publici fecit Fulvius Ursinus post fragmenta novem Fœminarum p. 272. Deinde cum aliis quibusdam Cleanthis fragmentis versu scriptis recudi curavit H. Stephanus in Poesi Philosophica p. 49. seq. & 124. inter quæ & versus Hexametri quatuor servati à Clemente Alex. V. Strom. p. 554. Eundem hymnum Cleanthis cum latina Jacobi Duporti viri doctissimi Metaphrasi poetica integrum Radulphus Cudvvorthus inseruit incomparabili operi Anglice edito cui titulus est Intellectuale Systema universi p. 432. seq. Neque forte erraverit qui dixerit S. Paulum Apostolum cum versiculum τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν commendavit Athenienssibus Actor. XVII. 28. addiditque ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, non respexisse ad solum popularem suum Aratum Cilicem sed etiam ad Cleanthem qui Athenis vixerat, & in cujus hymno jam laudato versu statim quarto diserte legitur: ἐκ τοῦ γὰρ γένος ἐσμέν. *omnes Tua namque propa-*

2011 Ministerio de Cultura

go *Nos ſumus.* Euthalius à Viro Clariſſimo Laur. Zaccagnio non ita pridem editus p. 420. notat dictum à Paulo allegatum eſſe Ἀρατὸς Ἀστρονόμος καὶ Ὁμήρος ποιητής. Sane Homero quoque audit Jupiter πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Fuit & Cleanthes quidam Samius Mathematicus, ſi credimus Palmerio Grentesmenilio in notis ad ſcriptores Græcos p. 457. Sed locus Plutarchi lib. de facie in orbe lunæ p. 923. ita legendus videtur: ὥςπερ Ἀρίσταρχον ἔφετο δεῖν Κλεάνθης τὸν Σάμιον ἀσεβείας προκαλεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας, *quo pacto Cleanthes Ariſtarchum Samium putavit violatæ religionis à Græcis debuiſſe poſtulari,* ὡς κινοῦντα τὸ ἑστίαν, *utpote qui Veſtam univerſi* (terram enim moveri docuit Ariſtarchus) *moviſſet loco.* In editis Plutarchi libris male legitur: ὥςπερ Ἀρίσταρχον ἔφετο δεῖν Κλεάνθη τὸν Σάμιον &c.

ANNÆUS CORNUTUS Philoſophus ſectæ Stoicæ, Præceptor Perſii & Annæi Lucani Poetarum, à Nerone in inſulam relegatus & prope occiſus eſt, ut refert Dio lib. LXII. p. 715. quod cum Nero plurimos jam libros verſibus ſcripſiſſet de rebus geſtis Romanorum, & adulatoribus ſvadentibus quadringentos eſſet compoſiturus, monitus eſt à Cornuto nimios fore, neque à quoquam legendos: cumque neſcio quis objiceret Chryſippum, quem ipſe laudibus è veheret & cujus ſectator eſſet Cornutus, etiam plura volumina ſcripſiſſe, tulit reſponſum illa utilia vitæ hominum, hæc vero, Imperatoris ſcilicet eſſe inutilia ac nullius pretii. Tragicus fuit & libros Philoſophiæ reliquit, teſte auctore vitæ Perſii, quam ad Svetonium auctorem plerique referunt. Suidas Leptitanum è Lepti Africæ fuiſſe refert & πολλὰ φιλόσοφά τε καὶ Ῥητορικὰ ſcripſiſſe teſtatur. Et Ῥητορικὰς Cornuti τέχνας & τοὺς πρὸς Ἀθηνόδωρον καὶ Ἀριστοτέλους γραφὰς allegant Porphyrius & Simplicus in Categor. Cæterum ex ſcriptis hujus Philoſophi nihil exſtat quam ΘΕΩΡΙΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΘΕΩΝ ΦΥΣΕΩΣ ſive *liber de natura Deorum* ſæpius editus ſub nomine *Phornuti* & ad Phyſicas ac Morales trahens allegorias quæ de Diis apud Græcos tradebantur, curioſiusque inquirens nominum illorum etymologias, exemplo Zenonis, Cleanthis, Chryſippi & aliorum è Stoa Philoſophorum. At enim Cornutum eſſe auctorem docent Theodoritus 2. Therapevt. p. 35. qui * Ἑλληνικὴν θεολογίαν à Cornuto Philoſopho ſcriptam tradit: Euſebius VI. 19. Hiſt. qui

* Non eſſe hanc inſcriptionem ab auctore, probe animadvertit Voſſius Arte Hiſtor. p. 36. & de Hiſt. Græcis p. 228.

2011 Ministerio de Cultura

qui Origenem è Cornuti ſcriptis allegoricum Theologiam Ethnicam interpretandi modum didiciſſe è Porphyrio ſcribit, & Auctor Etymologici Magni, qui in ζεὺς profert quædam è Cornuti Ἑλληνικῇ θεολογίᾳ quæ in hujus libri capite 1. leguntur, & paſſim Etymologiis in eodem libro obviis utitur : Denique hoc comprobant Codices quatuor Mſti à Galeo laudati, in quibus inſcribitur non Φορνύτου ſed Κορνύτου Ἐπιδρομὴ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν θεωρίας παιδιδομένων. Quæ ſententia placet etiam viris doctis Jo. Meurſio in Bibl. Græca & præf. ad Apollonium Dyſcolum, atq; Henr. Valeſio p. 122. ad Euſeb. Voſſio, Galeo, Barthio aliisque. Græce primus edidit Aldus cum Æſopi fabulis, Palæphato, Heracliti allegoriis Homericis, Hieroglyphicis Hori & proverbiorum è Tarræo ac Didymo collectione Venet. 1505. fol. atque libro ipſi quidem præmiſit nomen Φορνύτου, ſed in calce libri: τέλος τοῦ περὶ τῶν θεῶν φύσεως κορνύτου, & in titulo totius Voluminis: *Phornutus, ſeu ut alii Cornutus de natura Deorum.* In Mſto Codice Bibl. Auguſtanæ ** inſcribitur Πολυδεύκους Φορνύτου, & Geſnerus p. 567. Bibl. teſtatur ſe inter codices Bibl. Vaticanæ reperiſſe *Polidevcen Furnutum de fabulis Græcorum.* Filii quoque nomen cujus ſtudiis hunc librum auctor dicavit, in Codice quo Gyraldus eſt uſus & in Oxonienſi uno quem Galeus inſpexit, vocatur *Georgius*: ὁ Γεωργίου, ὦ παιδίον Γεώργιε. Sed & Pollucis illud prænomen & nomen Georgii ſubditititium mihi & meliorum codicum auctoritate rejiciendum videtur. Poſt Aldinam editionem Græcam, lucem vidit *latine* quidem *Jodoco Velareo* interprete Antvverp. 1528. 8. & cum Hygino, Palæphato, Fulgentii Mythol. & de voc. antiqv. Arato cum Germanici Metaphraſ. & Proclo de Sphæra Baſil. 1549. 1570. fol. *Græce & latine* cum verſione *Conradi Clauſeri* Tigurini, additus Palæphato cum verſione Phaſianini, & Juliani Aurelii Leſſignienſis libris III. de cognominibus Deorum Gentilium. ibid. 1543. 8. In hac editione paginis verſionibus ſingulis inſcribitur *Cornuti liber de Natura Deorum.* Denique cum Conradi Clauſeri verſione & notulis ſuis atque caſtigationibus eruditis hunc Cornuti libellum edidit vir egregius Tho. Galeus inter ſcriptores Hiſtoriæ Poeticæ, Cantabrig. 1671. 8. & Amſtelodami 1688. 8. qui in præfatione duplici

** Vide eius Bibl. Catalogum MSS. à Reiſero editum p. 80.

2011 Ministerio de Cultura

præf. ad edit. Cantabrig.. *Cornutus*, inquit, *ſpiſſius nobis negotium faceſſebat πολλοῖς ἕλκεσι βρύων. Suppetias venere hic tres Codd. Oxonienſes calamo exarati, quorum mihi copiam fecit eruditus & amiciſſimus Vir* Tho. *Hyde Bibliothecarius Bodlejanus. Ex iis nonnullas ipſe emendationes excerpſeram, alias (partem longe maximam) & capitis ultimi fragmentum hactenus deſideratum idem ſemper mihi colendus Edvardus Bernhardus ſuppeditavit.* Lilius Gyraldus *in ſyntagmatibus* (de Diis) *infinitos locos in hoc ſcriptore ex vet. codice ſanarat, eos quoque huc adduximus. Cœpi verſionem* Clauſeri *refingere, ſed abſtinui ſtatim. Probas, inquis? Ita quidem, ut exiſtimem eam una tantum litura opus habere.* Velarius *item ſe & Cornutum eadem opera traduxit. Aliam interpretationem concinnare non licuit per operas typographicas, quibus quotidianum penſum conſcribendis iſtis annotationibus ſoluturum me receperam.* Ante Velareum & Cornarium tranſtulit latine *Malarinus* neſcio quis, cujus verſionem ante ſexcentos vel ſeptingentos annos compoſitam vidiſſe ſe ſcripſit Barthius ad Statium T. 2. p. 401. Uſus hoc Cornuti libro etiam Porphyrius eſt in ſcripto de antro Nympharum & altero deperdito περὶ ἀγαλμάτων ut notatum Galeo, qui ad utramque editionem ſuam, Cantabrigienſem præſertim præfatus non pauca de Cornuto monuit, Hic capite XVII. cum fabulam Heſiodi de Chao ejusque generatione ἀλληγορικῶς explicaſſet, commentarium in illum Poetam promittere videtur his verbis: ἀλλὰ τ μὲν Ἡσιόδ πλειότερόν ποτ' αὐ ἡ ἐξήγησις γένοιτο, τὰ μέν τινα ὡς ὅμοια αὐ τῶν ἀρχαιοτάτων αὐτὸ παρειληφότ, τὰ δ' μυθικώτερα αὐτὸ προσθέντ, ᾧ τρόπῳ καὶ πολεῖσα τ παλαιᾶς θεολογίας διεφθάρη. *Sed Heſiodi quidem perfectior interpretatio alio loco dari poterit, qui nonnulla ut exiſtimo ab antiquiſſimis* (Theologis) *deſumſit, fabuloſiora vero addidit ipſe, qua ratione plurima capita antiquæ Theologiæ non mediocriter corrumpi contigit.* Ita vertendus ille locus nec Clauſero nec Velareo intellectus. Polydevcem vero ſive Pollucem, Phurnutum qui de Hercule agit c. 31. ſcripſiſſe etiam opuſculum de ærumnis Herculis, quod exſtet Venetiis in Bibliotheca SS Joannis & Pauli, jam pridem tradidit in Bibliotheca Geſnerus. Et ſane in codice etiam Oxonienſi præfigitur Cornuto libellus de laboribus Herculis, is ipſe qui ab Allatio * Græce & latine editus eſt: ſed is quemcunque potius habet auctorem quam Cornutum, Allatio etiam judice Joanni Pediaſimo rectius adſcribendus. Utrique codici præmittuntur verſus Politici qui

* Inter excetpta Rhetorum & Sophiſtarum, Romæ 1641. 8. p. 321.

2011 Ministerio de Cultura

qui incipiunt: Ἡ ἐν Νεμέᾳ λέοντα &c. Qui vero in nova Bibliotheca MSS. Labbei p. 106. traditur exstare Phornutus in Codice 29. Regis Christianissimi, cum Tho. Magistro de vocibus Atticis, is non alius est ab edito libro de Diis. Usi sunt Cornuti scriptis Philosophicis cæteris deperditis Origenes in Stromateon Opere, teste S. Hieron. Epistola ad Magnum, Jamblichus apud Stobæum, Syrianus, Proclus, Simplicius, Stobæus &c. Cornutum vero Historicum Romanum, de quo Suidas, alium à nostro putaverim, quamvis denique addit: ἔστι δὲ ὁ κορνοῦτος Λεπίτης φιλόσοφος ἦν, ἡ δὲ λεπὶς πόλις λιβύης &c. Casaubono quidem judice ad Satiram quintam Persii Cornuto Philosopho inscriptam, *multa de hoc falsa* * *& inepta Suidas, cui fidem habere caveant tirones.* Nescio an idem M. Cornutus, è cujus Satira latine scripta Fulgentius profert hæc verba: *Titivilles Flacce do tibi*, vel L. Annæus Cornutus quem Grammaticum vocat Gellius II. 6. *haud sane indoctum & ignobilem*, & lib. IX. c. 10. *hominem sane pleraque alia non indoctum nec imprudentem*, ubi *commentarios ejus in Virgilium* Italico cuidam inscriptos & Macrobio etiam Charisioq; & Servio laudatos, & *libros de figuris sententiarum*, allegat. Non male quidem hæc elogia quadrant cum eo quod Cornutum Philosophum ἐπὶ παιδείᾳ ἐυδοκιμῆσαι πότε Dio Cassius testatur, & notum est multos illa ætate utroque stylo Græco & latino scripsisse: Diversos tamen facit Barthius ad Claudian. p. 128. Sane diversus esse videtur Cnejus Cornutus cujus de Orthographia quædam refert Cassiodorus cap. 1. Diversus quoque auctor Veterum Scholiorum in Persium, si modo illa Cornuti alicujus sint. Diversus & Cornutus Medicus de quo Reines. Epist. ad Hofmann. p. 583. quanquam Cornuti quoque Philosophi scholas cum Persio frequentarunt Claudius Agaternus (Reinesius ibid. & p. 710. Inscription. legit Agathemer) Medicus Lacedæmonius & Petronius Aristocrates Magnesius. Diversus quoq; Cornutus Tertullus, Plin. IV. 17. & V. 15. Epist. Diversus denique Cornutus quem Pseudo Catonem vocat Cicero I. ad Atticum Epist. 9.

* Videtur falsum illud, quod à Nerone occisum tradit Cornutum Suidas, cum in exilium tantummodo missum narrent Dio & Eusebius, quanquam utrumque esse posse vernm notet Jonsius p. 247. Sed fallitur vir doctus cum ibidem scribit à Gellio II, 6. Cornutum sub Nerone occisum referri. Nusquam enim hoc refert Gellius.

2011 Ministerio de Cultura

Crates Mallotes Grammaticus Pergamenus ab Attalo Romam missus circa Olympiadem CLIII. Panætii præceptor fuit teste Strabone XIV. p. 676. quin & ipse Philosophus Stoicus à Suida appellatur. De eo videndi viri docti ad Sveton. de Grammaticis c. 2. & Meursius in Bibl. Attica. De ejus διορθώσει Homerica dixi lib. 2. c. 2. §. 20.

Crinis, Arrian. III. 2. Epictet. Laert. VII. 62. 68. 76. ἐν τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ. id. 71. Fuit & Crinis quidam sacerdos Apollinis, de quo vide scholia Græca ad Iliad. ά. v. 39. & Suid.

Crispinus. Jonsius. p. 208.

Crispus Passienus. Senec. præf. libri IV. Nat. quæst. & lib. 1. de benefic. c. 15. Vide de eo Lipsium ad Epigramma Senecæ VI.

Damascius Damascenus Suidæ Stoicus dicitur, etsi Platonicæ & aliarum quoque scholarum Philosophicarum dogmatis non leviter tinctus fuit. De illo & opere ejus quod exstat MS. περὶ ἀρχῶν dicendi locus erit infra libro V.

Damasippus, Jonsius. p. 208.

Dardanus & Mnesarchus principes Stoicorum Athenis tempore Antiochi Ascalonitæ ac Philonis Academici. Vide Ciceronis IV. Acad. quæst. c. 22.

Demetrius Diphili F. Bithynus, Panætii Stoici discipulus. Laert. V. 84. Ejus Epigramma in Myronis bovem. Antholog. IV. 7.

Demochares. Laert. VII. 14. in Zenone.

Ex *Arei Didymi* Epitome, & Aristoclis Peripatetici libro VII. de Philosophia Eusebius XV. præparat. c. 14. 15. 18. 19. 20. compendio refert dogmata Physica Stoicorum. Similiter Laertius VII. 48. seq. epitomen placitorum Stoicorum exhibet è *Dioclis* Magnesii Περιόδῳ Φιλοσόφων.

Dio Stoicus, Cic. III. de legib. c. 5.

Diodorus Cronus Dialecticus, Zenonis junioris Stoici patria Sidonii Magister. Laert. VII. 16. Suid. in Ζήνων Σιδ. Cæterum apud Ciceronem *Diodori Stoici* nomen hinc inde male irrepsit pro *Diodoto*, quo M. Tullius usus est familiariter eumque apud se habuit. XIII. 16. ad familiar. & in Bruto c. 90. ubi domi suæ nuper mortuum refert.

Diogenes è Ptolemaide. Laert. VII. 48.

Diogenes Seleuciensis trans Tigrim *Babylonius*, Adollodori Athenensis teste Scymno Chio sive Marciano Heracleota, præceptor. Cum Car-

2011 Ministerio de Cultura

Carneade ac Critolao legationem obiit Romam anno U. C. 598. de qua dictum ſupra in Academicis & Peripateticis. Vide & Plutarchum Catone Majore p. 349. & quæ viri docti ad Laert. VI. 81. Ejus περὶ φωνὴν τέχνη. id. VII. 55. ſeq. 57. ſeq. διαλεκτικὴ τέχνη. 71. Videtur hic Diogenes etiam allegari 84. quemadmodum & 39.

Dionyſius Theophanti F. Heracleotes, Zenonis Citiei auditor, ſed qui à Stoicis deinceps ad Cyrenaicos defecit, μεταθέμενος inde dictus. Athen. VII. p. 28. Vide Jonſium p. 250. & Laert. V. 92. VII. 23. 37. & 166. ſeq. ubi & ſcriptorum Catalogus. Alius *Dionyſius Stoicus* quem Athenis audivit Atticus, teſte Cic. 2. Tuſc. qv. Neſcio an diverſus Dionyſius Stoicus quem allegat Laert. VI. 43.

Diotimus Stoicus Epicuro invidiam facere conatus fictis ſub ejus nomine laſcivis Epiſtolis. Laert. X. 3. ſed accuſatus à Zenone Epicureo, capitis damnatus fuit, teſte Athenæo XIII. p. 611. qui *Theotimum* vocat, & libros contra Epicurum ſcripſiſſe teſtatur. Pro Theotimo Diotimi nomen reponere jubet Jonſius p. 196. Sed ita ab aliis quoque obſervo confundi Diodoros & Theodoros, Diodotos & Theodotos &c. Diotimis variis ab eodem Jonſio erudite collectis adde Diotimum γυμναſιὼ cujus mentio apud Theophraſtum de ſudoribus, & Diotimnm cujus Epigramm. in Anthologia. Fuit & Diotima vates, cujus mentio apud Platonem in Sympoſio, atque inde apud Max. Tyrium diſſ. VIII. Lucianum Evnucho, aliosque. Theotimi cujusdam mentio in Q. Catuli verſibus apud Gellium XIX. 9. alterius item, gravi oculorum incommodo laborantis, qui prohibentibus Medicis cum conveniret uxori, *Vale*, inquit *amicum lumen*, ut legas apud S. Ambroſium in IV. Lucæ.

Diphilus Demetrii Bithyni Pater, æqualis Panætii. Laert. V. 84.

Alius *Diphilus* cognomento Labyrinthus, Ariſtæneti Zenonis F. præceptor. Lucian. Convivio.

Epictetus Hierapolita Phryx, ſectæ Stoicæ decus, de quo dixi infra lib. IV.

Eratoſthenes Cyrenæus, Ariſtonis Chii diſcipulus. Athen. VII. p. 281. De hoc vide quæ capite proximo XVIII.

Etoemocles. Lucian. Convivio.

Eubius Aſcalonita, Stoicus celebris. Steph. Byz. in Ἀσκάλων.

Eucrates ὁ παὺυ, cujus meminit Lucianus in Hermotimo T. I. p. 512.

Eudemus, Laert. VII. 40. niſi legendum Eudromus.

2011 Ministerio de Cultura

Eudromus. Laert. VII. 39.

Euphrates Alexandrinus, quem in Syria docentem audivit Plinius junior. Dixi de eo ad proœmium Eunapii. Vide & Andreæ Schotti Observationes Humanas lib. V. c. 9.

Fabianus Papyrius naturæ rerum peritissimus, Plinio majori ac Senecæ, qui eum audivit, laudatus. Scripsit latine de animalibus & causarum naturalium libros, quos allegant etiam Charisius ac Diomedes.

C. *Favonius* (aliis *Fannius*) Plinii junioris amicus, qui itidem latine mediocri stylo scripsit exitus occisorum relegatorumque à Nerone, libris tribus. Vide Plinii lib. V. Epist. 5. & de *Fannia* infra in *Prisco*, de Fanniis sive Fanniorum gente Petrum Bælium in Lexico.

Hecato Rhodius Panætii discipulus libros *de Officiis* scripsit ad Q. Tuberonem. Cic. III. 15. de offic. Ejus secundum περὶ ἀγαθῶν. Laert. VII. 127. tertium 101. undevicesimum. id. 103. Primum περὶ ἀρετῶν 90. tertium 125. Secundum περὶ παθῶν. 110. tertium decimum περὶ ὑποθέσεων. 124. περὶ πελῶν. 87. Septimum περὶ τέλους. 102. χρείας VI. 4. 32. 95. VII. 172. Librum secundum VII. 26. Allegatur & passim à Seneca in libris de beneficiis.

Heliodorus L. Junii Silani apud Neronem delator. Schol. Juvenalis ad Sat. I. v. 33. & 35.

Helvidius Priscus Thraseæ gener. Infra in *Priscus*.

Heraclides Tarsensis, Antipatri civis sui discipulus, qui contra aliorum Stoicorum sententiam peccata negabat esse æqualia. Laert. VII. 121.

Herillus Carthaginiensis, Zenonis Citiei discipulus. Laert. VII. 121. Idem plura de eo 165. seq. titulos scriptorum quoque illius referens, quæ ὀλιγόστιχα μὲν, δυνάμεως δ' οὐ μεγάλης fuisse testatur. In his Magistrum suum Zenonem impugnare non dubitavit: sicuti sententiam Herilli qua summum boni in scientia & cognitione collocabat, variis in locis explodit Cicero. Contra Herillum scripsit Cleanthes teste Laertio VII. 174. forte & Chrysippus in duobus libris τῶν Ἡρίλλου ἀνθρώπων etsi ibid. 196. & 197. editum est Ἡδύλλου pro quo Menagius in MS. Codice Ἡδύλου nomen reperit. De Hedylo consulendus Meursius in Bibliotheca Attica & Is. Casaubonus ad Athenæum.

Hermagoras Amphipolitanus. infra in *Perseo*.

Herminus. Porphyr. in vita Plotini.

Her-

2011 Ministerio de Cultura

Hermotimus Menecratis F. quem colloquentem inducit Lucianus libro de sectis T. 1. p. 504. seq.

Hierocles Alexandrinus. Gell. IX. 5.

Jason Menecratis Nysæi F. & Posidonii è filia nepos ac successor, de quo Suidas in Ἰάσων ubi & ejus scripta recensentur, è quibus βίῳ Ἑλλάδι Stephano qüoque in Ἀλεξάνδρεια laudatus forte fuit junioris Jasonis Argivi. Vide Jonsium p. 218.

Isidorus Pergamenus Rhetor. Laert. VII. 34.

Julius Canus qui à Cajo Caligula interficiendus recepit se post mortem edocturum * amicos de conditione animæ post excessum ex hac vita, ut refert Seneca de animi tranquillitate c. 14. Neque vanum hoc fuisse promissum narrat Plutarchus apud Syncellum p. 330. Antiocho enim Seleucensi de nocte per somnium apparuisse Canum, eique exposuisse τὸ περὶ διαμονῆς τ ψυχῆς καὶ καθαρωτέρᾳ φωτὸς μ τὴν ἔξοδον.

Junius Rusticus occisus à Domitiano Imp. quod Thraseæ Pæti & Prisci Helvidii laudes edidisset. Vide quæ Viri docti ad Svetonii Domitian. c. 10. Hujus fŏte filius (ut Jonsio p. 231. visum) Junius Rusticus itidem Stoicus, Magister M. Antonini Imp. Confer Gatakerum ad libri 1. §. 7.

Leonidas Rhodius. Srrabo XIV. p. 655. Idem est Leonides si credimus Meursio lib. 2. de Rhodo p. 100. cujus meminit Hesychius in ἔκτορες, & cujus præcepta symmetriarum celebrat Vitruvius præfat. libri VII. quemque ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας laudat Tzetzes ad Lycophronem v. 754. Fuit & Leonides Byzantinus inter ἁλιευτικῶν scriptores memoratus ab Athenæo, & Leonides Tarantinus cujus Epigrammata bene multa in Anthologia exstant, ut omittam Leonidam fortissimum Regem Spartanorum.

M. Annæus Lucanus, scriptor Pharsaliæ.

Lysimahus Stoicus. Porphyr. vita Plotini.

Marcus Antoninus Imperator, de quo infra lib. IV.

Medius. Porphyr. vita Plotini.

* Plura hujuscemodi promissi exempla exposui in Exercitatione de recordatione animæ separatæ parte 1 sect. 3. quibus adde Jacobum Bonifadium, qui antequam ad supplicium duceretur, Jo. Baptistæ Grimaldo amico suo scripsit se non intermissurum esse signo aliquo de statu altcrius vitæ ipsum certiorem reddere, si citra terrorem hoc fieri posset. Vide Menagii AntiBailletum T. 2. p. 258. & Bælii Lexicon edit. 2. in Bonfadio.

2011 Ministerio de Cultura

Mneſarchus Panætii diſcipulus ab Antiocho Aſcalonita, de quo ſupra dixi, auditus. Auguſtin. III. 18. contra Academicos & Numenius apud Euſeb. XIV. præparat. p. 739. Inter Principes Stoicorum ſuæ ætatis habitum conſtat è Cicerone. Allegatur & à Stobæo Eclog.

Muſonius Rufus, Thuſcus, à Nerone exſulare juſſus, à Flavio Veſpaſiano revocatus, ac pulſis cæteris Philoſophis ſolus Romæ retentus. De hoc vide Jonſium lib. III. c. 7. Meminit hujus Muſonii forte etiam Origenes 3. contra Celſum p. 150. ubi Muſonium refert inter eos qui vitæ integritate adeo enituerunt, ut aliis exemplo eſſe poſſent. Niſi hæc malis accipere de Muſonio Cynico. Ἀπομνημονεύματα Muſonii Philoſophi ſcripſerat Aſinius Pollio Trallianus Suida teſte in πωλίων, qui hunc cum altero antiquiore Aſinio Pollione confundit. Præclarum alterutrius Muſonii dictum apud Gellium XVI. 1. ἀντὶ πράξεως καλοῦ μὴ πόνος, ὃ μὲν πόνον ὄιχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει. Ἀντὶ ποιήσεως αἰσχροῦ μὴ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ ὄιχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. Idem ante Muſonium dixerat Cato his verbis: *Cogitate cum animis veſtris, ſi quid vos per laborem recte feceritis, labor ille à vobis cito recedet, bene factum à vobis, dum vivitis, non abſcedet: Sed ſi qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos ſemper manebit.*

Muſonius junior, Plotini ætate, de quo Porphyr. in hujus vita.

Nauclerus Ponticus. Jonſ. p. 209.

Neſtor Tarſenſis Stoicus, memoratus Straboni XIV. p. 674.

Pammenes, Etoemoclis diſcipulus. Lucian. Convivio.

Panætius Rhodius ſenior, de quo videndus Suidas, qui etiam ex Aſclepiade Myrleano refert Polemonem Panætii Rhodii auditorem fuiſſe. Panætii Patris & filii meminit S. Ambroſius & utrumque περὶ καθήκοντος ſcripſiſſe teſtatur.

Panætius Rhodius, junior, Diogenis Babylonii & Antipatri Tarſenſis diſcipulus, doctor Mneſarchi, & Poſidonii, teſte Cic. lib. 1. de divinat. c. 3. Lælii quoque ſapientis & Scipionis (qui eum ſecum domi & in legatione Ægyptiaca ante Cenſuram ſecum habuit) Fannii Hecatonis & Apollonii Nyſæi, Polybiique: Stoicus quidem, ſed qui nec acerbitatem ſententiarum illius ſectæ (v. g. de ἀναλγησία & ἀπαθείᾳ, vide Gellium XII. 5.) nec diſſerendi ſpinas, probaret, ſem-

2011 Ministerio de Cultura

ſemperque haberet in ore Platonem, Ariſtotelem, Xenocratem, Theophraſtum, Dicæarchum, ut notat idem Cicero, extremo libri IV. de finibus. De hoc Panætio celeberrimo videndi Jonſius lib. II. 13. & Meurſius in Rhodo p. 101. ſeq. Scripta ejus hæc apud veteres memorantur:

περὶ αἱρέσεων De Philoſophorum ſectis, Laert. II. 87.

De civili ſtatu Cic. III. de leg.

De dolore patiendo ad Q. Tuberronem Epiſtola, Cic. IV. de fin. & IV. Tuſc. Quæſt.

Περὶ εὐθυμίας de animi tranquillitate Laert. IX. 20.

Περὶ τοῦ καθήκοντος, de officiis libri, quibus ſcriptis triginta annos ſupervixit, natus Olymp. CLII. Meminit plus ſimplici vice Cicero in libris ejusdem argumenti, qui Panætii ſe veſtigiis inſtitiſſe non diffitetur etiam XVI. 11. ad Atticum. S. Ambroſius lib. 1. de Offic. c. 7. & 10. Apoſtolius proœm. proverb. *ἢ δὴ καὶ ὁ σοφὸς Κικέρων ἐπελάβετο Παναιτίου, Ῥωμαῖος Ἕλληνος, συγγεγραφότος μὲν περὶ τοῦ καθήκοντος* &c. Librum ſecundum allegat Gellius XIII. 26.

περὶ Σωκράτους. Plutarch. Ariſtide, Athen. XIII. p. 556.

Panætii junioris *περὶ τῆς κατὰ Γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν λόγων* laudat Porphyrius ad Harmonica Ptolemæi p. 244.

Panætiaſtarum meminit Athenæus V. p. 186. variorum Philoſophorum *συνόδους* convivandi cauſa Athenis fieri ſolitos referens, *τὴν μὲν Διογένους* (à Diogene Babylonio) *τὴν δὲ Ἀντιπάτρου* (ab Antipatro Tarſenſi) *τὴν δὲ Παναιτίου*.

Pantænus è Stoico * Chriſtianus & præfectus Scholæ Catecheticæ Alexandrinæ, de quo Guil. Caveus in Hiſtoriæ literariæ parte utraque ad A. C 181. & in vitis Patrum Anglice editis T 1. Halloiſius Tomo 1. de ſcriptorum Orientalium vitis, Sam. Baſnage T. 2. Annal. ad A. C. 194. n. IX. & H. Dodvvellus ad fragmentum Philippi Sidetæ p. 501. ſeq. qui præter Euſebii & aliorum veterum teſtimonia Pantænum patria Athenienſem ſecta Pythagoreum & poſt Clementem Alexdrinum ſcholæ Alexandrinæ præfuiſſe parum veriſimiliter contendit.

Pericles Lydus Jonſ. p. 209.

Per-

* Syncellus p. 355. poſt commemoratum Clementem Alex. *Πάνταινος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέπρεπεν.*

2011 Ministerio de Cultura

Perſæus Citieus Zenonis ſervus Gell. II. 18. hinc liber in jam ſenis contubernio fuit Olymp. CXXX. Laert. VII. 6. & 13. ab eo miſſus ad Antigonum Gonatam qui eum Acrocorintho præfecit, unde ejecit Aratus Sicyonius. id. 6. 9. 36. Adde Lipſ. I. 12. manuduct. Antigonum cum Menedemi Philoſophi cauſa Eretrienſibus vellet Rempreſtituere auctor fuit ne faceret, unde Menedemi Vatinianum in illum odium. id. II. 143. Ejus ἠθικὴ σχολή. 28. Ex his Meurſius lib. 2. de Cypro p. 167. putat petita quæ Cicero 1. de Nat. Deorum è Perſæo refert. Alia ipſius ſcripta Laert. VII. 36. Πολιτείαν Λακώνων & διαλόγους συμποτικοὺς (quæ συμποτικὰ ὑπομνήματα Laertio VII. 1. vocantur,) allegat Athenæus. Diſcipulus Perſæi fuit *Hermagoras* Amphipolitanus, cujus dialogi apud Suidam memorantur: Μισοκύων, περὶ ἀτυχημάτων, ἔκχυτον (effuſum ex ovô) ἔστι δὲ ὠοσκοπία, & περὶ σοφιστείας πρὸς τὰς Ἀκαδημαϊκούς.

Perſius Poeta latinus, cujus ſex Satiræ exſtant, diſcipulus Cornuti de quo ſupra.

Phanias Poſidonii diſcipulus ſcripſit περὶ Ποσειδωνείων σχολῶν, quorum librum 1. allegat Laertius VII. 38.

Phariſæi, Stoicis vicini, notante Joſepho. Sed & S. Hieronymus, Chriſtianus Doctor, in XI. Eſaiæ, Stoicos cum noſtro dogmate in pleriſque concordare ſcripſit.

Philippus Pruſienſis, Plutarchi æqualis quem vide VII. 7. Sympol.

Philocrates Chryſippi ſororis filius. Laert. VII. 185.

Philonides Thebanus à Zenone Citieo ad Antigonum miſſus. Laert. VII. 9.

Phœbion. Porphyr. vita Plotini.

Philopator ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης. Nemeſ. c. 35. de Natura hominis, quo in loco licet duplici vice Philopatoris nomen diſerte occurrat, Menagius ad Laert. VII. 54. ſuſpicatur legendum eſſe Ἀντίπατρος.

Phœbion. Porphyr. in vita Plotini.

Plancus. Jonſ. p. 209.

Plato Rhodius, Panætii diſcipulus. Laert. III. 109.

Rubellius Plautus. de quo viri docti ad Tacitum. Alius *Plautius Lateranus* de quo vide eundem Tacitum XV. 60. & Arrian. lib. 1. diſſ. Epictet. c. 1.

Polemo Panætii diſcipulus, Panætii puta ſenioris. Vide Suid. in Πολέμων & Jonſium p. 178. ſeq.

Poly-

2011 Ministerio de Cultura

Polybius Megapolitanus, de quo infra capite ſingulari dicturus ſum, Panætii diſcipulus fuit, teſte Suida in Παναίτ.

Porphyrium defenſorem Stoicorum vocat Julius Firmicus de errore profan. relig. Sane ut aliarum ſectarum, ita Stoicæ quoque dogmatis egregie imbutus fuit.

Poſidonius Alexandrinus, Zenonis Citiei diſcipulus Laert. VII. 38. & Suid. Hujus nonnulla videntur, quæ mox inter Poſidonii Rhodii ſcripta referam, ut περὶ πελῶν, θεογρεπτικά, θεὶ κριτηρίου, & εἰσαγωγὴ θεὶ λέξεως.

Poſidonius Apameenſis Syrus (Strab. XIV. p. 655.) qui Rhodius etiam vocari ſolet, quia Rhodi vixit, ubi à Magno Pompejo eſt auditus (id. XI. 492.) & frequentatus à Cicerone. (Plutarch. in Cic. p. 862.) ibique Prytanis magiſtratum geſſit (Strab. VII. p. 316.) diſcipulus ac ſucceſſor Panætii. περὶ Ποσειδωνείων σχολῶν ſcripſerat Phanias, diſcipulus Poſidonii, ut paulo ante dixi. Romam venit Conſule M. Marcello h. e. Anno U. C. 702. teſte Suida in πόσειδ. De hoc Poſidonio præter Menagium, Jonſium, Voſſiumq; & Lipſium egit Begerus 1. theſauri Brandenb. p. 276. ſeq. & Meurſius lib. 2. de Rhodo c. 12. è quo notitiam ſcriptorum hujus vel ſuperioris Poſidonii in præſentem locum conferre liceat cum quibusdam acceſſionibus.

περὶ εἱμαρμένης Laert. VII. 149.

θεὸς ζωόνανα τὸ Σιδώνιον. Proclus 3. in Euclid.

Ἠθικὸς λόγος Liber primus. Laert. VII. 91.

Libri περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων. Macrob. 1. Saturnal. c. 23.

XIII περὶ θεῶν. Laert. VII. 138. 139. 149. *Liber quintus de Natura Deorum* Cic. lib. 1.

περὶ καθήκοντος liber primus. Laert. VII. 124 129.

περὶ κόσμου liber 1. Laert. VII. 142. Fuerunt qui librum de Mundo qui hodie inter Ariſtotelis ſcripta legitur, huic Poſidonio tribuerent, ut dixi ſupra lib. 3. c. 6. p. 129.

περὶ κριτηρίου. Laert. VII. 54.

Ἱστορίαι τῶν μετὰ Πολύβιον ἐν βιβλίοις ιβ'. in quo opere etiam de rebus Pompeji egerat. Vide omnino Voſſium lib. 1. de Hiſt. Græcis 1. cap. 24.

Εἰσαγωγὴ περὶ λέξεως. Laert. VII. 60. Putat Meurſius reſpici etiam ab Etymolog. M. in ὀψίς & Scholiis ad Iliad. X.

2011 Ministerio de Cultura

V. περὶ μαντικῆς Laert. VII. 149. *De prognosticorum causis* Cic. 2. de divin.

III. περὶ μετεώρων. Laert. VII. 125. liber XVII. id. 144. Respicit hoc opus Seneca Nat. quæst. Cleomedes &c.

Μετεωρολογικὴ στοιχείωσις. Laert. VII. 138. 152. Ejus compendium scripserat Geminus Rhodius teste Simplicio in 2. Phys.

Ἐξήγησις τῶν Πλάτωνος πραγμάτων. Sextus Empir. VII. contra Matth. p. 142.

περὶ παλμῶν Suid. in ὀιωνις. & ποσειδών. Nonnus Monachus collect. Hist. ad Nazianzen. c. 62.

πολιορκητικά. Laert. VII. 91. 129.

Τέχνη τακτική. Ælian. Tactic. c. 1.

περὶ τελῶν. Laert. VII. 87.

Φυσικὸς λόγος cujus librum secundum laudat Laert. VII. 134. 140. sextum 145. octavum 153. 154. duodecimum 149. decimum quintum id. 140.

περὶ ὠκεανοῦ. Strabo II. p. 98. licet Olbiopolitæ Posidonio Suidas tribuit.

De Sphæra artificiosa ad Archimedeæ exemplum à Posidonio composita Cicero 2. de Natura Deor. *Si in Scythiam aut Britanniam sphæram aliquis attulerit hanc, quam nuper familiaris noster effecit Posidonius, cujus singulæ conversiones idem efficiunt in Sole & in luna & in quinque stellis errantibus, quod efficitur in cælo singulis diebus & noctibus.* Cæterum fallitur Athenæus qui hunc Posidonium Scipionis Africani æqualem facit XIV. p. 657.

Fuit & *Posidonius Corinthius*, cujus ἁλιευτικὰ idem Athenæus 1. p. 13. memorat, & *Posidonius Olbiopolites* Sophista, cujus fuere declamationes, Argumenta in Demosthenem, Atticæ Historiæ libri IV. Libycorum libri XI. & de regione quæ Tyrica appellatur. Posidonium præterea Grammaticum Aristarchi ἀναγνώστου notavit Jonsius, & Posidonium cælatorem, Pompeji ætate celebrem, & Posidonium Medicum sub Valente Imp. qui dæmoniacos dari pernegabat. Vide Philostrog. VIII. 10. & Aetium tetrabiblo 2. lib. 2. c. 12.

Priscus Helvidius Thraseæ gener, τοῖς Στωϊκοῖς δόγμασιν ἐπιτραφείς, teste Xiphilino in Vespasiano. Hujus Prisci vitam & laudes quod scripsissent Junius Rusticus & Herennius Senecio, à Domitiano sunt occi-

2011 Ministerio de Cultura

occisi: Fannia Helvidii uxor, cujus rogatu hoc Senecio fecerat, in exsilium pulsa. Vide Jonsium p. 231.

Procli duo *Mallotæ* Cilices de quibus Suidas, testatus alterum scripsisse Ὑπόμνημα Διογένους (Seleuciensis) σοφισμάτων, καὶ πρὸς Φίλωνα. Alterius horum & simul Philonidis Stoici, de quo supra, meminit Proclus junior patria Lycius, in Timæum p. 166.

Protagoras Stoicus Laertio memoratus. Vide quæ dixi lib. 2. c. 23. §. 27.

Publius Hierapolita. Steph. in ἱεράπολις.

Publius Rutilius, Senecæ variis locis celebratus. & Cic. in Bruto c. 30.

Rhodius quidam de quo Laertius VII. 22.

Satyrus tibicen, Aristonis Chii sermonibus captus. Ælian. III. 33. Var.

Q. Mucius Scævola, à juris cognitione & eloquentia Ciceroni laudatus, qui primus omnium jus Civile apud Romanos in disciplinæ formam redegit, interfectus à Mario.

Cervidius Scævola itidem juris peritia celebris, qui M. Antonino à Consiliis fuit. Constat & alios bene multos ex veteribus Romanis JCtis Stoicæ potius quam alteri cuidam Sectæ addictos fuisse.

Semius. Jons. p. 209.

L. Annæus Seneca, qui plurimis scriptis Philosophiam Stoicam illustravit.

Herennius Senecio, supra in Prisco Helvidio.

Serapio Hierapolita. Steph. in ἱεράπολις.

Quintus Sextius, de quo Seneca Epist. 64. *Lectus est deinde liber Q. Sextii Patris, magni si quid mihi credis viri, & licet negent, Stoici.* Huic præstantissimus Galeus tribuendas esse contendit sententias aureolas quas pro Sexti Pythagorici sententiis habuit & pro Xysti Episcopi Romani venditavit in versione sua Rufinus. Vide Galei præfat. ad Opuscula Mythologica Physica & Ethica edit. Amstelodamensis.

Sextus Chæroneus Plutarchi Sororis filius, Marci Antonini præceptor, diversus à Sexto Empirico Stoicorum adversario, ut quos imprimis oppugnare se in libris suis innuit lib. 1. Pyrrhon. Hypotypos. c. 14. pag. 14.

Sextus Ælius JCtus.

Sextus Herius. Jons. p. 209.

Sextus Pompejus, Cicero Bruto. c. 47.

2011 Ministerio de Cultura

Sosus Ascalonita. Supra in Antiocho.

Sotion Alexandrinus (male Σιτίων apud Syncellum p. 318.) aquod quem sediſſe ſe puerum teſtatur Seneca. Alius Sotion antiquior qui de ſucceſſionibus Philoſophorum ſcripſit, Vide Lipſii manuduct. lib. 1. diſſ. 12. & Jonſium lib. 2. c. 10.

Sphærus Boryſthenites ſive Boſporanus, inter præcipuos Zenonis Citiei & Cleanthis auditores, Lacedæmone docuit atque inter alios Cleomenem inſtituit ad virtutem. Vide Plutarchum Cleomene p. 805. Laert. V. 37. & VII. 177. Chryſippi apud Cleanthem condiſcipulus. Athen. VIII. p. 245. Scripta ejus refert Laert. VII. 178. inter quæ, περὶ Ἡρακλείτου διατριβῶν (malim disjungere: περὶ ἡρακλείτου, & libros quinque διατριβῶν) περὶ Λακωνικῆς πολιτείας, περὶ Λυκόργου, περὶ Σωκράτους, περὶ μαντικῆς, περὶ ἐρετριακῶν Φιλοσόφων. Contra Sphærum hunc ſcripſit Chryſippus, id. 198. Cleanthes veroeundem miſit ad Ptolemæum Philopatora (qui regnavit ab Olymp. CXXXIX$\frac{2}{3}$. ad CXLIX$\frac{3}{4}$.) id. 185. Ejus librum de Rep. Lacedæmoniorum laudat & Athenæus, & reſpicit Plutarchus in Lycurgo. Hominem inprimis bene definientem antiquis Stoicis habitum hunc Sphærum teſtatur Cicero IV. Tuſc. quæſt.

Spurius Albinus. Cicero Bruto, c. 25.

Strabonem Amaſenum, Geographorum Principem, licet Peripatetica etiam dogmata edoctum, Stoicis tamen magis faviſſe eorumque placita ſecutum eſſe, evincit adverſus Xylandrum Is. Caſaubonus præf. ad Strabon. & in notis haud uno loco, tam Voſſius II. 6. de Hiſt. Græcis.

Themiſtocles cujus meminit Longinus p. 244. edit. Clariſſ. Tollii è Porphyrio in vita Plotini. Syncellus p. 380.

Alius *Themiſtocles* Stoicus antiquior, quem colloquentem inducit Plutarchus lib. 1. Sympoſ. quæſt. 9.

Theo Alexandrinus Arei de quo ſupra & Auguſti Imp. tempore clarus, quem Suidas ait ſcripſiſſe τῆ Ἀπολλοδώρου Φυσιολογικῆς εἰσαγωγῆς ὑπόμνημα & artis Rhetoricæ libros III

Theo Antiochenus qui ſcripſit Apologiam Socratis, eodem Suida teſte.

Theo Tithoræus, Boeotus Laert. IX. 82.

Theodorum Chium & *Mileſium* itemque *tertium* hujus nominis Stoicos memorat Laertius II. 103. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Theſmopolis. Lucian. de mercede conductis T. 1. p. 472. ſeq.

Thraſea Pætus, qui vitam Catonis Uticenſis ſcripſit, hinc mori juſſus à Nerone. Vide Jonſium p. 230. & Voſſium de Hiſt. latinis p. 135. Sub hujus Thraſeæ titulo librum in affectis habuit Juſtus Lipſius, quo diſquiſivit quatenus ſapienti viro * fas ſit vel jus ſibi ipſi mortem conſciſcere. Vide Centur. 2. Epiſt. Miſcell. 22. & Epiſtolam quam Vellejo ſuo præmiſit ad Theodorum Leevvium.

Thraſonides. Laert. VIII. 130. Suid. in ἔρως.

Timocles. Lucian. Jove Tragœdo. T. 2. p 143. Fuit & vetuſtior quidam Timocles Syraculanus cui Orphei ſcripta quædam tributa fuiſſe teſtatur Suid. in Ὀρφεύς. De Timocle Athenienſi dixi ſupra lib. 2. c. 22.

Trypho Stoicus & Platonicus. Porphyr. vita Plotini.

Q. Ælius Tubero Plutarch. Lucullo f. 518. Seneca Epiſt. 96 Cic. Bruto c. 31.

M. Terentium Varronem Romanorum doctiſſimum Stoicis accenſet Leonardus Cozzandus, quem videſis libro tertio de Magiſterio antiquorum Philoſophorum p. 231. ſeq. Prodiit liber Genevæ 1684. 12

Zeno Citieus quem Pœnulum vocat Cicero (Laert. VII. 3. & Suidas Φοινικίδιον) quod Citienſes è Phœnicia fuerint profecti. Xenocratis primum & Polemonis (Laert. VII. 2. & 25.) Stilponisque (id. 2. & 24.) Platonicorum diſcipulus fuit: (Euſeb. XIV. præparat. p. 729.) à quibus exiguam cur diſcederet cauſam habuiſſe docet Cicero IV. de finibus. Audivit deinde Cratetem Cynicum (Laert. VII. 3. 12. 24. 32.) & Heracliti ** libros legit, unde auſterus evaſit

* Ejusdem argumenti librum paulo ante obitum compoſuit Io Vergerius Abbas Sancyranus ſub inſcriptione *caſus Regii.* In hoc triginta & quatuor occaſiones notaverat in quarum aliqua homo conſtitutus poſſet recte ἐξάγειν ἑαυτόν. Johannis vero Donnei Decani Londinenſis βιαθάνατον, Anglice poſt auctoris fata & contra ſpirantis deſiderium (librum enim à ſe forte amiſſum volebat à recuperatore herede æternis tenebris mandari) in lucem editum & non ita pridem Londini recuſum quo propricidium quodcunque ſua natura turpe atque injuſtum eſſe negat, hunc inquam librum argumentis non inficiandis confutavit Jo. Adamus in libro cui titulus: Specimen diatribæ de Avtochiria ſive: An Eſſay concerning Selfmurther, wherein is endeavourd to prove that it is unlawful according to Natural principles. Lond, 1700. 8.

** Ita intelligenda Laertii verba, quæ Interpres male ita accepit, ac ſi Heraclitum, quo centum annis junior fuit, audiviſſet Zeno.

2011 Ministerio de Cultura

sit & Cynicus. Frequentavit etiam Diodorum Dialecticum cognomento Cronum quem audivit & alter Zeno junior Sidoni[9] (id. 25. & 16.) Hinc ipse novam condidit sectam, licet non tam rerum inventor, judice Cicerone 3. de fin. quam novorum verborum, & qui decori magis ac verecundiæ rationem haberet. Adscivit plures discipulos, qui ab ipso primum *Zenonii*, deinde à pœcile Stoa sive porticu in quo docebat, sunt appellati Stoici. (id. 5.) Magna gratia valuit apud Antigonum Gonatam Macedoniæ Regem de quo supra dixi. Hic rebus præfuit ab Ol. CXXV$\frac{1}{3}$. ad CXXXV$\frac{1}{2}$. & Zenoni diu supervixit. Docuit Zeno per annos LVIII. (Laert. VII. 28.) Vixit annos saltem octoginta (176.) nisi suppositicia sit *Epistola ejus ad Antigonum* quam dat Laertius VII. 8. At Persæus discipulus, duos tantum & septuaginta annos tribuit (id. 28.) alii longe pauciores, (Suid. in ἄνευν) alii duodecentum. (Laert. VII. 28.) Successorem reliquit *Cleanthem*: discipulos habuit *Persæum, Herillum, Aristonem, Athenodorum* aliosque. Vide Lipsium lib. 1. manuduct. c. 12. Scriptorum Catalogus è Laertio aliisque monumentis, * hic est:

Περὶ ἀνθρώπε φύσεως, Laert. VII. 4. 87.

Ἀπομνημονεύματα, id. 4.

Διατριβαί, id. VII. 34. Sextus Empir. X. contra Math. p. 469. & Pyrrhon. Hypotypos. III. 25.

Ἔλεγχοι Laert. VII. 4. Nescio an ex his petiti duo versiculi quos sub Zenonis nomine affert Joannes Stobæus serm. 14. de adulatione:

Ἔλεγχε σαυτὸν ὅστις εἶ, μὴ πρὸς χάριν.
Ἄκυε ἀφαιρεῖ ἢ κολάκων παῤῥησίαν.

περὶ τ ἑλληνικῆς παιδείας, Laert. VII. 4.

Ἐρωτικὴ τέχνη. id. 34.

Ὑπόμνημα εἰς τὴν Ἡσιόδε θεογονίαν. Cicero 1. nat. Deor. *Cum vero Hesiodi Theogoniam interpretatur* (Zeno) *tollit omnino usitatas præceptasque cognitiones Deorum, neque enim Jovem neque Junonem neque Vestam neque quenquam qui ita appellatur in Deorum habet numero: sed rebus inanimis atque mutis per quandam significationem hæc docet tributa nomina.*

Περὶ

* E recentioribus præter viros doctos ad Laert. contuli Meursium in Cypro lib. II. p. 168. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ ἕξ καθήκοντος Laert. VII. 4. 25. 108. 129. Sextus Empir. III. 25. Pyrrhon. Hypotyp.

Καθολικὰ id. 4. In MS. Regis Christianiss. conjunctim legitur teste Menagio Πυθαγορικὰ καθολικά.

Κεφάλαια Ἠθικά id. 4.

Περὶ λέξεων id. 4.

Περὶ λόγου. id. 39. 40.

Περὶ νόμου id. 4.

Περὶ ὅλου id. 4. & 136. 142. 143. 145. 153. Videtur respicere Sextus VIII. contra Math. p. 327.

Προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε Laert. VII. 4. Respicit Dio Chrysost. diss. 53. & Strabo lib. 1 p. 41. ubi Zenonem suum vocat, tanquam Stoicorum principem Stoicus.

Περὶ οὐσίας Laert. VII. 134.

Περὶ ὄψεως id. 4.

Περὶ ὁρμῆς ἡ. *de impetu* (desiderii) *libri VIII.* ita lego apud Laert. VII. 4. pro περὶ ὁρμῆς ἢ περὶ ἀνθρώπου Φύσεως. Apud Meursium in Cypro p. 168. male excusum περὶ ὀργῆς.

Περὶ παθῶν Laert. VII. 4. & 110.

Περὶ ποιητικῆς ἀκροάσεως id. 4.

Πολιτεία. id. 4. 32. seq. 121. 131. Athen. XIII. p. 561. Theodorit. Therapevt. III. p. 49. Platonis Remp. hoc in opere oppugnaverat Zeno, sed hoc fecerat iniquius, & alia parum verecunde in eo teste Cicerone scripserat, unde Laertius ait fuisse qui dicerent illud in cauda canis exaratum à Zenone. Vide Plutarch. de Stoicorum contradictionibus p. 1034 & Numenium apud Eusеb. præparat. pag. 732 seq.

Πυθαγορικά. Laert. VII. 4.

Περὶ σημείων id. 4.

Τεχνικαὶ λύσεις id. 4.

Περὶ ξ κζ Φύσιν βίβ. id. 4.

Laudatur præterea Zeno noster sæpius à Cicerone, Plutarcho, Clemente, Censorino, Sexto, Eusebio, Theodorito & aliis.

Zeno Sidonius Diodori Croni & Zenonis Citiei discipulus. Laert. VII. 16. & 38. Suid. in Ζήνων Σιδώνιος. Menag. ad Laert. p. 279.

Zeno Tarsensis. Laert. VII. 41. & 48.

Zeno Chrysippi discipulus & successor, cujus meminit Laertius VII. 35. testa-

2011 Ministerio de Cultura

teſtatus pauca ſcripſiſſe, ſed plures reliquiſſe diſcipulos. Vide & Euſebium XV. 13. præparat. p. 816. & c. 18 p. 820. ubi notat eum de conflagratione univerſi ſeorſim ſenſiſſe à reliquis Stoicis.

Zeno Diphili, cognomento Labyrinthi diſcipulus. Lucian. Convivio.

Zenodotus Diogenis Babylonii diſcipulus. Laert. VII. 29.

Zenothemis. Lucian. convivio.

Stoicis mulieribus *Porciæ*, *Arriæ* utrique, *Fanniæ & Theophilæ*, de quibus Menagius in Hiſtoria Philoſopharum, adde *Helviam*, Matrem Senecæ, quam filius inter alia in conſolatione ad eum ſcripta c. 16. teſtatur ſapientium præceptis fuiſſe eruditam.

CAPUT XVI.

De LYCOPHRONE Chalcidenſi.

Lycophronis ætas & fatum. 1. Ejus Caſſandra ſive Alexandra Tragœdia μονοπρόσωπος. 2. Interpretes Lycophronis perditi & editus Jo. Tzetzæ commentarius quem ſub fratris ſui Iſaaci nomine exire eſt paſſus. 3. Lycophronis editiones. 4. Editiones promiſſæ, & codices quidam Lycophronis MSti. 5. Scripta ejus Poetæ deperdita. 6. Lycophrones alii. 7. Index Scriptorum à Tzetza ad Lycophronem allegatorum, è ſecunda Clariſſ. Potteri editione. 8.

I.

LYCOPHRON ex Chacide (Euboeæ, quæ hodie Nigropontus) Soclis (a) F. à Lyco Rheginо hiſtorico adoptatus (b) à quo fortas-

(a) Tzetz. Chil. VIII. hiſt. 204. Hunc Soclem neſcio quo auctore Grammaticum appellat Guil. Canterus.

(b) Suid. in Λυκοφρ.

2011 Ministerio de Cultura

taſſis etiam nomen retulit. Grammaticus & Tragicus Poeta fuit, unus è *Plejade*, de qua dixi ſupra lib. 2. c. 19. clarus temporibus Ptolemæi Philadelphi, cui gratus fuiſſe dicitur compoſito in illum & Arſinoen anagrammate (*c*) ut *Ptolemæus* eſſet mutato literarum ordine, ἀπὸ μέλιτος, quaſi totus mellitus ac jucundiſſimus. *Arſinoe ἴον Ἥρας*, Viola ſive flos Junonis. Neque tamen inde mihi perſuaſerim, quod neſcio, quo in loco legiſſe ſe teſtatur Blancus Albienſis, nec improbat in Delphis Phœnicizantibus acutiſſimus Edmundus Dickinſon, Lycophronem literas Hebraicas percalluiſſe, & inde anagrammata conficiendi modum didiciſſe. Non enim video cur ſolis Hebræis in mentem venire potuerit, non etiam Græcis illa literarum *αἰαγροφή*, luſusque eviſceratis verba quærentium in verbis. Periiſſe fertur Lycophron ſagitta perculſus ab adverſario, cum de antiquorum poetarum principatu certaret, ut annotatum reperio ad hæc Ovidii in Ibin. v. 531.

Utque cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.

Apud Theodoritum VIII. Therapevt. p. 115. ubi Lycophronis monumentum memorat interpres latinus, græca habent λυκοφρόνην, & Sylburgius è Clemente Alex. jam obſervavit legendum eſſe λευκοφρόνην. Adde, ſi placet, quæ è Dionyſio Salvagnio Boeſſio p. 107. commentarii ad Ovidii Ibin notavit Clariſſ. Bælius in Lexico, ubi de Lycophrone noſtro agit.

II. Exſtat ſola ejus ΚΑΣΣΑΝΔΡΑ ſive ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ, Drama obſcurum (*d*) & *μονοπρόζωπον*, in quo unica perſona inducitur Caſſan-

(*c*) Tzetzes de genere Lycophronis: *εὐδοκίμει δὲ τότε Λυκόφρων ὁ τοσοῦτον διὰ τὴν ποίησιν, ὅσον διὰ τὸ λέγειν ἀναγραμματισμούς. ἦν ὅτι Πτολεμαίῳ ΑΠΟ ΜΕΛΙΤΟΣ λέγει μεταγραμματιζόμενον, Ἀρσινόῃ δὲ ΙΟΝ ΗΡΑΣ, καὶ ὅμοια τοιαῦτα.*

(*d*) Hinc *atrum* Lycophronem vocat Statius V. ſilvar. 3. 157 non *tenebroſum*, ut interpres latinus Tan. Fabri de poetis T. 10. theſauri Gronov. p 761. Haud abſurde idem Faber Vir ingenioſiſſimus & ante Fabrum Arnoldus Arlenius Peraxylus (præfat. ad Lycophronem) Poetam hunc propter tenebras hujus dramatis Cimmeria caligine obſcuriores ait reſpondere *ſtellæ* in Plejade *obſcuræ* ac *nebuloſæ*. Vide etiam ſis Novellas Reipublicæ literariæ A. 1705. ſub initium, ubi non ab re improbat auctor Clariſſimus inſtitutum Poetæ noſtri, tam prolixo carmine crucem figentis lectoribus & Grammaticis, tanquam fixurus eſſet ſe ipſum Cruci (ut in MSto quodam codice legiſſe ſe ait, vel potius ipſe lepide confinxit Tan. Faber) ſi à quoquam intelligi drama ſuum contingeret. Vignerius in libro de Zifris Gallice ſcripto p. 13. refert Lycophronis poema à quodam obſcuritatem indignante medium fuiſſe conſciſeum, *pour voir ce qu'il y avoit au dedans, puiſqu'on n'y pouvoit rien diſcerner par le dehors.* Colomeſ. Opuſc. p. 241, ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ſandra ſive Alexandra perpetuo carmine jambico vaticinans de clade Trojanorum & variis malis eam ſecuturis. Ac primo quidem ea recenſet, quæ ex Helenæ raptu ipſi, parentibus, fratribus, ſororibus, toti denique regiæ familiæ ſint eventura. Secundo quæ Græci propter Ajacis libidinem ſint perpeſſuri, idque partim in reditu, ut Ajax, Diomedes, Ulyſſes, Menelaus, alii multi: partim domum reverſi, ut Agamemnon & Idomeneus. Poſtremo Caſſandra repetitam altius cauſam exponit, de qua perpetuis inter ſe bellis Europa & Aſia longo tempore conflictatæ ſunt. In qua quidem explicatione ab Jonis usque & Europæ raptu per Argonautarum, Amazonum, Trojanorum hiſtoriam, Midæ quoque & Xerxis imperia ad monarchiam usque Alexandri Magni, qualemcunque hiſtoriæ ſeriem deducit. Quo facto, cogitans, nullam ſibi apud homines fidem vel auctoritatem fore, poſtquam falſos de ipſa rumore Apollo ſparſiſſet, tandem conquieſcit. Aliæ etiam hiſtoriæ fabulæque permultæ per varias digreſſiones inſeruntur, in his labores Herculis, Deucalioneum diluvium, Dioſcurorum & Apharidarum pugna, Æneæ peregrinatio & in Latium deducta colonia, aliarumque gentium migrationes aliquot & coloniæ. *Quamobrem affirmare auſim* (inquit Guil. Canterus) *quicunque hoc poema licet parvum* (verſuum tamen 1474.) *diligenter perlegerint* (adde, & intellectum perſpectumque habuerint) *eos & hiſtoriarum & poeticarum fabularum partem non exiguam probe perfecteque eſſe cognituros.* Qui poema hoc de levibus cauſis alteri neſcio cui Lycophroni olim adjudicaverunt, exploduntur à Tzetza ad v. 1226.

III. Clemens Alex. V. Strom p. 571. teſtatur Caſſandram Lycophronis uberem materiam præbuiſſe Grammaticis ingenii ſui exercendi, & ſane è veteribus in illud olim ſcripſerunt *Dection* laudatus Etymol. M. in Ἴπος, *Theon* teſte Stephano Byz. in Ἄινεια & Κύτινα & *Orus* quem ἐν ὑπομνήματι λυκόφρονος laudat Etymol. in Εἰλενία & videtur reſpicere in ἄμαντες, ἄτλας, βάτεια. Mirum eſt neq; hos neque alios Lycophronis interpretes nominetenus citari in commentario prolixo & erudito græco in hunc poetam, quem hodie habemus auctore Tzetza, licet aliquando allegat & reprehendit antiquiora ſcholia his verbis: εἰ τὰ ξ Λυκόφρονος περὶ ἡμῶν σχολιάσαντες ad v. 1446. vel οἱ σχολιαςαὶ σφάλλονται ad v. 1017. &c. Euſtathio etiam ad Homerum plus ſimplici vice laudantur Lycophronis ὑπομνηματιςαί & à Scholiaſte Pindari, Λυκόφρονος ὑποφάσεως. Vulgo quidem creditur *Iſaacium Tzetzen* (Joan-

2011 Ministerio de Cultura

annis Tzetzæ, qui circa A. C. 1170. Chiliades ſcripſit, fratrem) auctorem eſſe commentarii in Lycophronem editi, & ſane ei tribuitur à Joanne fratre his verbis prolegom. ad Heſiodum: καὶ τῷ ἐμῷ ᾗ ἀδελφῷ ἐκπεπόνηται λίαν κάλλιστα καὶ φιλοτιμότατα περὶ τούτου ἐν τῇ Λυκόφρονος ἐξηγήσει. adde Chil. VIII. hiſt. 204. v. 486. Sed Clariſſ. Potterus in editione altera Lycophronis A. 1702. edita in notis p. 111. oſtendit verum auctorem eſſe *Johannem Tzetzam*; ſed qui ſub Iſaaci nomine hoc opus vulgaverit & honori fratris ſui illud tribuerit. Primo, inquit, *ſi ſtylum & ingenium Scholiaſtæ noſtri conſideremus, ea cum ſcriptore Chiliadum hiſtoricarum in omnibus conveniunt. Uterque nimius eſt in ſui laudibus, uterque nomen ſuum toties inſerit, ut ejus amore quodam captus eſſe videatur. Denique tum in enarratione fabularum, tum in explicatione vocum magna inter eos conſenſio eſt. Confer Chil. I. hiſt. 14. cum ſcholiis ad v. 712. ſeq. Chil. IV. hiſt. 16. cum ſcholiis ad v. 139. Chil. XI. hiſt. 380. cum ſcholiis ad v. 310. &c.* Secundo *quamvis tanta inter fratres morum & opinionum conſenſio alia ex cauſa proficiſci poſſet, tamen Joh. Tzetzes ſe commentarium hunc ſcripſiſſe aperte fatetur Chil. IX. hiſt. 296. (lege 298.) quem locum à nemine hactenus obſervatum miror:*

Φαίλαινά τις ἰχθὺς ἐστι θαλάσσιος κητώδεις (leg. κητώδης) &c.

Ἐν ᾗ τοῖς εἰς Λυκόφρονα ἐμοὶ (ita, leg. pro ἐμὴ) ἐξηγηθείσῃ &c.

Quæ conferenda ſunt cum ſcholiis ad v. 83. *His* denique *addam Epiſtolam Johannis Tzetzæ XXI. in Cod. 1565. Biblioth. Reg. Pariſ. quam mecum pro ſingulari ſua humanitate communicavit vir doctiſſimus Ludolfus* * *Neocorus, quæque hanc rempæne extra dubitationem poſuit.*

Τῷ Πατριαρχικῷ Πρωτονοταρίῳ Κυρίῳ Βασιλείῳ τῷ Ἀρχιδιακόνῳ,
Ἐν τῇ εἰς τὸν Λυκόφρονα Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου Ὑπογραφῇ ἐυρόντι Ἰσαακίου τοῦ Τζέτζου.

Φειδίας ἐκεῖνος ὁ πλάστης Ἀγοραίῳ ποτὲ χαριζόμενος Φιλίας θεσμῷ γραφικῷ μὲν τῷ τέχνῃ ἀλλ' οὐκ ἐυχείρως γράφειν εἰδότι, αὐτὸς ἐν μαλακῷ πλαστικῇ ἀτεχνίαν ἀγαλματώσας τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι Διὸς καὶ Νεμέσεως ἄγαλμα, τούτῳ ἀνέθηκεν, ὑπογεγραφώς * τῷ ἀγάλ-

 μαπι

* Conf. Viri hujus Clariſſimi notas ad Suidam in Λυκόφρων.
** Confer Apoſtolium XVII. 12. proverb. & quos laudat Franciſcus Junius in Catalogo pictorum f. 8.

2011 Ministerio de Cultura

μαπι Ἀγοραικείτιν Πελείν, καὶ τὸ τ' τέχνης ἐνδεὲς δι' ἐπιγράμματος ἐκείνῳ χαρίζεται. Εἶτα Φειδίας μὲν ξενίας δεσμῶ ἀνδρὶ δυσπαλάμῳ ὥςτε τῷ τέχνῳ χαρίσασθαι ὥςτε τὰ μέγιστα κατώκνησεν, ἡμεῖς δ' ὥςτε τ' ἀδελφὸν, Φειδίᾳ φανέμεθα δεύτεροι, καὶ οὐκ ἐπ' αὐτῷ ταὐτὸ τούτῳ Φειδίᾳ ποιήσαμεν εὐπαλάμωντε ὕμνων τελοῦντι κῦ Πίνδαρον τέκτονι καὶ ἡμῖν σεργομένῳ ἀσύγκριτα, ἅπερ Φειδίᾳ ὁ Ἀγοράκριτος, καθ' ὅσον ἄρα καὶ ἀδελφότης πρὸς θέλγητρα ξενίας ἐφελκτικώτερον, οὕτω κἀγὼ καὶ Φειδίας ἐκεῖνος τὰς ἐπιγραφὰς ἐπεγράψαμεν. Ἀλλ' ὅτε Φειδίας ποτὲ ὅδε ὁ Τζέτζης νενόσηκε ῥᾳδιωλιξίαν ἢ λήθαργον, ὡς εἰς τοσοῦτον ἐλάσαι τ' μανιῶν ὡς καὶ δ' οἰκείᾳ λελῆσθαι ὀνόματος, καθά τινες ὑπετόπασαν. Conqueritur etiam alibi Joh. Tzetzes, Grammaticum nescio quem per plagium eadem in Lycophronem commentaria sibi vindicasse, & à discipulis suis furti manifestum deprehensum, Chil. VIII. hist. 204.

Λυκόφρων ὁ καὶ σύγχρονος ὑπάρχων Πτολεμαίῳ.
Πολλὰ μὲν συνεγράψατο δράματα, τραγῳδιάς.
Καὶ βίβλον ἣν ἐπέγραψεν, τὴν κλῆσιν, Ἀλεξάνδραν,
Εἰς ἣν ὁ Τζέτζης ἔγραψεν ἐξήγησιν, καὶ ἄλλας.
Ταύτην δ' τὴν ἐξήγησιν ἐσφετερίζετό τις.
Οὐχὶ τὴν βίβλον παρ' αὐτοῦ λέγων ἐξηγῆσθαι &c.

Satis aspere nonnunquam in ipsum Lycophronem invehitur iste commentator.

IV. *Editiones Lycophronis.*

Græce Venetiis apud *Aldum*, cum Pindaro, Callimacho, & Dionysii periegesi A. 1513. 8.

Paris. 1584. 4. apud *Morellum*. Hic eadem forma etiam Metaphrasin *Josephi Scaligeri* separatim excudit, qui carmine Jambico latino, dictione veteri tragica Lycophronem transtulerat.

Græce cum Tzetzæ commentariis primum lucem vidit curante *Arnoldo Arlenio Peraxylo*, qui in Epistola ad Benedictum Accoltum Cardinalem Ravennæ testatur se illa edere è Bibliotheca Collegii quod Bononiæ est S. Salvatoris & Lycophronem ipsum ad exemplar *M. Antonii Antimachi* emendasse. Basil. 1546. fol. adjunctis Tzetzæ Variis historiis sive Chiliadibus, de quibus infra libro V. Occurrunt etiam in hac editione castigationes Nic. Gerbelii ad Tzetzæ commentarios, & index, sed minus integer scriptorum in illis allegatorum.

Latine è Metaphrasi *Josephi Scaligeri* inter hujus poemata à Petro Scriverio junctim vulgata Lugd. Bat. è Raphelengii officina A. 1615. 12.

Ex

2011 Ministerio de Cultura

Ex prosa versione *Bernardi Bertrandi* Regiensis Galli, qui primus Lycophronem cum Tzetzæ commentariis sive versis sive contractis utcunque latine transtulit. Basil. 1558. 8.

Græce & latine sine Tzetzæ commentario cum versione *Guil. Canteri* Ultrajectini prosaria & notis, in quibus multa è Tzetzæ commentariis excerpta, nec raro Tzetzes ipse castigatus Basil. 1566. 4. & apud Commelin. 1596. 8. In utraq; hac editione legitur etiam Lycophronis Cassandra à *Josepho Scaligero* translata. Epitome quoque Cassandræ composita à Cantero versibus Anacreonticis, græce & latine.

Cum *Josephi Scaligeri* Metaphrasi centum locis emendatiore, & commentario *Joh. Meursii*. Lugd. Bat. 1597. 8. Fallitur Hallervordus, qui in Bibliotheca curiosa affirmat Tzetzæ commentarios Meursianæ editioni esse adjunctos.

Cum versione *Canteri*, in Corpore Poetarum. Genev. 1614. fol. T. 2. p. 138. seq.

In Catalogo quoque scriptorum à *Caspare Cunrado*, Silesio, Prosopographiæ Melicæ auctore editorum, reperio Lycophronem, sed illam editionem nondum vidi.

Græce & latine cum Tzetzæ commentariis & Canteri versione ac notis, Metaphrasique Scaligeri A. 1601. 4. apud Paulum Stephanum.

Duas luculentas Lycophronis editiones novissime debemus *Johanni Pottero* Viro doctissimo & Antiquitatum Græcarum * syntagmate, aliisque scriptis notissimo socio collegii Lincolniensis, Oxonii. A. 1697. & 1702. fol. è theatro Sheldoniano. In priore editione habentur (1) Poetæ textus ad binos codices MSS. Baroccianum & Seldenianum castigatus & majoribus typis nitide exscriptus cum versione G. Canteri. (2) Tzetzæ scholia singulis paginis subjecta, emendataque & suppleta è tribus codd. MSS. adjunctis Variis lect. (3) Metaphrasis Scaligeri ex editione Meursiana. (4) Index vocabulorum in Lycophrone omnium, concinnatus à *Richardo Wright* Londinensi. (5) index in Tzetzæ commentarios ab *Edvardo Dechair* è collegio Londinensi. (6) Index auctorum à Tzetza laudatorum, sed passim mancus. (7) in Lyco-

* Ex Anglico latine translatum legitur tomo XII. thesauri Antiq. Græcar. Gronoviani.

2011 Ministerio de Cultura

phronem annotationes integræ G. Canteri, Commentarius Joh. Meurſii, & nunquam antea editus Joh. Potteri, qui inter alia obſervat Lycophronem aſſiduum Æſchyli imitatorem fuiſſe. Alteram editionem Anni 1702. iisdem typis nec minus nitide excuſam auctor inſcripſit Joh. Georgio Grævio, à quo Baſileenſem editionem cum antiquis membranis collatam acceperat utendam, cujus beneficio Tzetzæ commentarios profitetur ſe dare ducentis ferme in locis auctiorem vel emendatiorem, quam in priore. Indicem quoque Auctorum à Tzetza allegatorum longe quam in altera Anni 1697. pleniorem & accuratiorem, & commentarium ſuum ipſius (Potteri) hinc inde locupletiorem exhibet.

V. Lycophronem illuſtrandum aliquando in ſe ſuſceperat etiam *P. Lambecius*, cui hanc in rem MS. Codicem Tzetzæ commentariorum obtulit Holſtenius in literis ad eum datis, quæ leguntur lib. VI. de Bibl. Vindobonenſi p. 242. Binos Mſtos codices Lycophronis cum ſcholiis memini me videre Witebergæ in Bibliotheca Academiæ publica, ex quibus alterum vetuſtiorem membranaceum commendant Acta Erud. A. 1695. p. 435. Neque omittendum, quod ex Boeſſii ante laudati notis ad Ovidii Ibin p. 77. obſervat Clariſſ. Bælius, * quod parens jam dicti Boeſſii commentarium in Lycophronem concinnaverit, ſed hactenus, quod ſciam, ineditum. Lycophronem cum notis marginalibus & interlinearibus græcis ſervat in tribus minimum codicibus Bibliotheca Auguſtiſſimi Imperatoris. Quibus adde codicem, quem cum gloſſis interlinearibus ſcholiisque Græcis Nicolii manuſcriptis evolviſſe ſe teſtatur auctor Telemachomaniæ p. 6. nimium forte tribuens Lycophroni, ut ex his ejus verbis apparet, quæ infra poſui. *Celui dont je me ſuis le plus ſervi, eſt le Poete Lycophron. Tout le monde ſcait que l'unique but qu'il s'eſt propoſé dans ſa Caſſandre eſt d'inſtruire les jeunes gens de l'Hiſtoire des Temps Heroiques depuis Hercule jusqu'à Alexandre le Grand, & de toute la Mythologie des Grees, & qu'en effet rien ne lui à échapé, & qu'il en a mieux parlé qu'aucun autre Auteur. Le commentaire d'Iſaac Tzetzes n'a pas peu contribué à me le faire entendre, auſſi bien que la Gloſſe interlineaire & les notes Grec-*

* Verba filii ſunt: *Fure ſiquidem Carolus Salvagnius, Boeſſii Toparchus, parens meus, vir non minus literis quam militari gloria nobilis, utpote qui Syriace, Hebraice, Arabice, Græce, Latine, Hiſpanice, Italice, Germanice Anglice, perinde ac Gallice peritus eſſet, in ſuis ad Lycophronem commentariis* &c. Meminit iterum p 107.

2011 Ministerio de Cultura

Grecques que feu Mr. Nicole *de Port Royal a écrites de ſa main ſur le texte Grec de cet obſcur & ſçavant Poete. C'eſt un tres excellent Manuſcrit. Mr. de Beſſat Maitre des comptes digne neveu du celebre Abbé de Bourzeis & l' Heritier de ſes vertus & de ſon amour pour les belles lettres m' a fait l' honneur de me le communiquer avec ſa generoſité ordinaire & toujours officieuſe.* Addit tamen: *Je ne me ſuis pourtant pas toujours attaché au ſentiment de Lycophron. J'ay preferé celui des autres auteurs, lorsqu' il m' a paru mieux fondé; & en cela j' ai imité Tzetzes, qui, quoique grand admirateur de ce Poete, n' a pas fait difficulté de le traiter en bien des endroits d yvrogne qui ne ſcait ce qu' il dit & ecrit, d' ignorant & d' impoſteur p. 119. 123. 136. 166. 168. 175. & 233. edit Baſil. en 1558.* Verſum è Lycophronis Alexandra à Ptolemæo Hephæſtionis lib. VI. apud Photium p. 251. allegari, qui hodie in editis deſideretur, monet Colomeſius p. 6. Opuſc. Sed eſt verſus 670 paulo aliter lectus, ut idem Vir doctus poſtea in notis ad Gyraldum p. 158. recte obſervavit.

VI. Fragmenta quædam è ſcriptis Lycophronis deperditis collegit & illuſtraxit Guil. Canterus lib. VI. novar. lectionum c. 17. Teſtatur Tzetzes eum ſcripſiſſe tragœdias LXIV. vel LXVI. (ξς enim pro μς rectius videtur legere codex Baroccianus) ex his Suidæ memorantur hæ viginti: Αἰόλ⟃, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφλεύωρ, Ἡρακλῆς, Ἰκέται, Ἱππόλυτ⟃, Καασανδρὶς, λάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλι⟃, ** Οἰδίπους ά, β', ὀρφανός, Πενθεὺς. Πελοπίδαι, σύμμαχοι, Τηλέγον⟃, χρύσιππ⟃. Locus elegans è Pelopidis Lycophronis ſervatus eſt à Stobæo ſerm. CXX. de laude Vitæ, quem è Grotii verſione adſcribam:

Mortem remotam poſcit ardenti prece
Quemcunque dura clade fortuna opprimit.
At cum ſupremus volvitur fluctus, redit
Vitæ cupido: non enim ſatias tenet.

Ἐν σατύροις ſive *dramate Satyrico* Lycophronis quo *Menedemum* Eretriacæ ſectæ principem & alios Philoſophos perſtrinxerat, (licet ἐγ-

** Suidas: διασκευὴ δ' ἐστὶν ἐκ τούτων ὁ Νάυπλι⟃. Portus Wolfium ſecutus vertit: *diaſceve ſive hiſtorica narratio eſt.* Gyraldus: *In his dubia Nauplius cenſetur.* Uterq; male. Vide Caſaubonum ad Athenæum III, 26. & eruditiſſ. Neocorum ad Suidam é quibus diſces διασκευὴν eſſe drama ſecundis curis perpolitum & in ſcena iterum repræſentatum.

2011 Ministerio de Cultura

ἐγκώμιον Μενεδήμε titulum fecit) nonnulla profert Laertius II. 140. Hesychius illustris in Menedemo & Athenæus lib. 2. p. 55. & lib. 10. p. 420. Chalcidensi quoque nostro idem Athenæus lib. XIII. p. 555. diserte tribuit *libros* περὶ κωμῳδίας, quorum *nonum* laudat lib. XI. p. 487. ejusdem operis mentionem faciens lib. 7. p. 278. In his libris videtur veteres Comicos illustrasse Lycophron, Aristophanem, Cratinum aliosque. Vide Scholiasten Aristoph. ad Vespas v. 91. 103. 662. &c.

VII. Fuerunt & alii Lycophrones veteribus memorati, (1) Lycophron Mastoris F. cujus ex Homero meminit Tzetzes VIII. Chiliad. hist. 204. (2) Rex Corinthi, Periandri F. de quo Herodotus III. 50. Laert. 1. 94. seq. Plutarch. Nicia. (3) Lycophron Sophista, è quo Aristoteles III. 6. Politicorum refert dictum, quod lex sit ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τ δικαίων. Idem, ni fallor, cujus meminit in aliis locis 1. Phys. 2. Metaphys. VIII. 2. & Sophist elench. 1. 14. (4) Lycophron, adversus quem duas Orationes scripsit Lycurgus Rhetor, ut dixi supra lib. 2. c. 26. Defendit Hyperides. (5) Lycophron Lycurgi Rhetoris Pater. Sextus Lycophron, ad quem scripsit Leonteus Epicureus, teste Plutarcho p. 1108. contra Colotem, nisi hic idem cum Chalcidensi, tempora enim conveniunt. Septimus est Tragicus noster. Sed & Λυκοφρονίδε cujusdam mentio apud Athenæum XV. p. 670. ubi nonnihil de amoribus caprarii cujusdam. Equidem G. Canterus à nostro distinguit etiam Lycophronem Grammaticum, qui Aristophanem & Cratinum est interpretatus. Sed non diversus ille est à Chalcidensi, ut jam ex Athenæo observavi.

Index Auctorum, qui à Tzetze ad Lycophronem laudantur, ex editione secunda Johannis Potteri, Viri Clariss.

Ἀθηναῖος φιλόσοφος ad versum 704, 1021.
Ἀχαμήσωρ Φαρσάλιος ἐν ὑπομνήματι 178.
Αἰσχί-

2011 Ministerio de Cultura

Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ad verſ. 417.
Αἰσχίνων ἐν ἑβδόμῃ Ἐφεσίδος 688.
Αἰσχύλος 87. 177. 406. 426. 519. 778. 855. 1247. 1286. 1345. ἐν Προμηθεῖ 106. 178. 630.
Ακέσανδρος 886.
Ακυσίλαος 177.
Αλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ 177
ποιητὴς ὁ Αἰτωλός 259.
Αλκαῖος 212
Ανδροκλῆς ἐν τῷ περὶ Κύπρου 447.
Ανδροτίων ὁ ἱστορικός 495. 1206.
Ανδρων ὁ Αλικαρνασσεὺς 894. 1283.
Αντικλείδης 464.
Αντίμαχος 245. ἐν Θηβαΐδι 589.
Αντίων (ἄλ. Αντίγονος) 387.
Απολλόδωρος ὁ ἱστορικὸς Αθηναῖος 177. 178. 355. 361. 481. 440. 890. 902. 921. 1075. 1327.
Απολλώνιος ὁ Ρόδιος, 156. 175. 417. 480. 883. 890. 1285. 1309 1327.
Αρατος 219. 1300. ἐν Φαινομένοις 396.
Αριστείδης ὁ ῥήτωρ 836. 1378. 1432.
Αριστοτέλης 255. 1401. ἐν Ιθακησίων πολιτείᾳ 799. ὁ τῶν Πέπλων συγγραφεὺς 488.
Αρίων [ἄλ. Ωρίων, ἢ Εὐφορίων] 911.
Αρτεμίδωρος 633.
Αρτέμων ὁ ἱστορικὸς περγαμηνὸς 177.
Αρχίλοχος 91. 771.
Ασκληπιάδης 315. 886.
Αὐτόθεος 630.

Βιγείδις [ἄλ. Βίγις, ἢ Βιβάγις] 1050.

Γραφαὶ ἅγιαι 183. 648. 939.

Δημήτριος ὁ τὰ Παμφυλικὰ γράψας 440.
Δημόκριτος 519. ὁ Σκήψιος 529.
Δημοσθένης 111
Δίκτυς 61.
Διόδωρος 119. 148. 355. 827. 938. 1375. ὁ Σικελὸς 717. 1017.
Διονύσιος 911. 912. ὁ Περιηγητὴς. 188. 695. 847. 925. 1206. 1288. ὁ Σκυμναῖος 1247.
Δίων 355. 603. 704. 938. 1200. 1312. 1375. ὁ Κοκκειανὸς 44. 516. 633. ὁ ἱστορικὸς ὁ τὰς Ρωμαίων πράξεις συντάξας 852. 912.
Δομνῖνος 177.
Δῶρις ὁ Σάμιος 103. 143. 183. 513. 847. 851. 1375. περὶ ἀγώνων 610. περὶ Αγαθοκλέους 772.

Ελλάνικος 224. 462. 469. 513. 827. περὶ Χίου κτίσεως 224. ὁ Λέσβιος 1332. ἐν πρώτῃ Αἰολικῶν 1374.
Εμπεδοκλῆς 711. περὶ φύσεως 507.
Επιγράμματα 417.
Επιμενίδης 406.
Επίχαρμος 17.
Ερατοσθένης 589. 1285. ἐν Ερμῇ 23.
Εὐμηλος ὁ Κορίνθιος ἱστορικὸς ποιητὴς 174. 480. 1024.
Εὐριπίδης 15. 143. 175. 178. 245. 315. 1021.

2011 Ministerio de Cultura

1021. 1174. 1184. 1200. 1236. 1374. 1465. ἐν Βάκχαις 209. Ἑκάβῃ 323. Ἱππολύτῳ 610. Ὀρέστῃ 510. 822. Παλαμήδῃ 384. Τρωάδι 170. 382. Φοινίσσαις 436.
Εὐφορίων 110. 208. 259. 374. 495. 654 440. 911. ἐν Ἱπποµέδοντι 451. Ἀπολλοδώρῳ 513.
Εὐφρόνιος 387.
Ἔφορος 148.

Ἡγήσανδρος ὁ Σαλαμίνιος 883.
Ἡλιόδωρος 208.
Ἡλιος 480.
Ἡρακλείτος 177.
Ἡρόδοτος 119. 522. 643. 820. 1291. ὁ ποντικὸς 662. 1332. 1414. 1424. 1432.
Ἡσίονος [ἄλ. Ἡσίοδος] ὁ ἰσοελικὸς 1021.
Ἡσίοδος 144. 344. 406. 440. 638. 794. 881. 933. 1124. 1175. 1200. 1353. 1396. ἐν τῇ Ἡρωϊκῇ χρεαλκίᾳ 176. 284. 393. Θεογονία 393. 651. 705.

Θάλης 145.
Θεαγένης ὁ ἰσοελικὸς ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης 176.
Θεόκριτος 558. 855.
Θεόπεμπος ὁ Χῖος 174.
Θεόπομπος 806. 1439.
Θησεὺς ἐν τρίτῃ Κοελνθίων 644.
Θουκυδίδης 791.

Ἱππώναξ 234. 424. 436. 579. 741. 690.

690. 855. 1162. 1165. 1170. ἐν πρώτῳ ἰάμβῳ κατὰ Βιτάλιν 219. ἐν τῷ κζ̄ Μιμνῇ ζωγράφου 424.
Ἰλιὰς ἡ μικρά, ζήτει τὸν Λέσχην.
Ἰσρὼς 1327. ἐν Συμμίκτοις 467.
Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεὺς 111. 355
Ἰώσηπος 704. 754. 836. 887.

Καλλίμαχος 45. 143. 152. 208. 350. 409. 494. 589. 607. 717. 738. 817. 771. 941. 1022. 1141. 1178. 1225. 1302. 1316. 1322. ἐν Ὕμνοις 275. περὶ Ὀρνέων 513. ἐν δευτέρῳ Αἰτίων 869
Καλλιθένης 519.
Κάσανδρος ὁ Σαλαμίνιος 177.
Κεφαλίων 177.
Κλέαρχος 648
Κόϊντος 61. 1048.
Κορνῆτος 177.
Κρατῶν 644
Λέσχης 344. 350. ἐν τῇ μικρᾷ Ἰλιάδι 783. 1232. 1263.
Λεωνίδης ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας 754.
Λήσης ὁ Λαμψάκου 29.
Λιβανίος 836.
Λυκόφρων 46. 50. 61. 143. 156. 177. 178. 184. 186. 234. 250. 270. 275. 276. 290. 323. 353. 399. 447. 488. 494. 497. 516. 540. 546. 570. 610. 615. 673. 704. 775. 786. 805. 817. 820. 822. 838. 843. 846. 847. 854. 855. 869. 874. 886. 902. 912. 914. 931. 932. 938. 980. 997. 999. 1034. 1047. 1048. 1056. 1075. 1108. 1133.

2011 Ministerio de Cultura

1133. 1162. 1175. 1186. 1206. 1226. 1253. 1263. 1278. 1283. 1285. 1286. 1291. 1298. 1299. 1301. 1302. 1312. 1322. 1329. 1332.
Λυκόφρων ὁ χόλια 980. 1017. 1226. 1446.
Λυσίας ὁ ῥήτωρ 1332.
Λυσίμαχος [ἄλ. Σύμμαχος] ἐν πρώτῳ Νόστων 874.

Μεθόδιος ὁ ἰατρός 1050.
Μελαμποδίας ποίησις 682. 683.
Μελάμπους 31.
Μένανδρος 90.
Μενελῆς 886.
Μενεκράτης ὁ Νικαίας 662
Μητρόδωρος 697.
Μίμνερμος 610.

Νίκανδρος 183. 675. 912. 1114. 1290. ἐν Θηριακοῖς 78. ἐν Αἰτωλικοῖς 799

Ξεναγόρας ἐν τῷ περὶ νήσων 447.
Ξενίων ἐν τῷ περὶ κρήτης 1214.
Ξενοφῶν 704.

Ὅμηρος 16. 17. 39. 51. 69. 86. 87. 95. 143. 243. 249. 250. 259. 270. 273. 275. 286. 314. 387. 395. 396. 399. 361. 421. 453. 454. 462. 464. 480. 486. 503. 511. 519. 529. 561. 567. 570. 586. 622. 645. 648. 664. 684. 695. 697. 699. 705. 738. 739. 740. 754. 757. 774. 778. 779. 786. 800. 801. 854. 897. 899. 925. 943. 1108. 1133. 1180. 1184. 1200. 1209. 1214. 1285. 1346. 1375. ἐν τῇ Βοιωτίᾳ 1011. Ιλ. δ'. 437. 1034. Ιλ. ζ'. 437. Ιλ. ή. 367. Ιλ. θ'. 290. Ιλ. λ'. 276. Ιλ. μ'. 290. Ὀδυσ. 384. 423. 433. 437. 659. 675. 818.
Ὀππιανὸς 396. 419. 421. 794. ἐν Κυνηγετικοῖς 654. 717.
Ὀρφεὺς 275. 410. 417. 738. 911. ὁ παλαιὸς 1048. ἐν Δωδεκαετηρίδι 83. 143. 523. Λιθικοῖς 219. 275. Θεογονίᾳ 399.

Παλαίφατος 177. ὁ Στωϊκὸς, ἄλ. ὁ ἰσορικὸς 1206.
Πίνδαρος 38. 88. 156. 175. 177. 178. 183. 206. 255. 281. 433. 662. 754. 822. 838. 871. 886. 890. 911. ἐν παιᾶσιν 446.
Πισίδης 1467.
Πλάτων ἐν τῇ πολιτείᾳ 699.
Πλούταρχος 494. 921 938. 1075. 1133. 1200. 1324. ὁ νεώτερος 653.
Πολύϊδος ὁ Διθυραμβικὸς ποιητὴς 879.
Προκόπιος ὁ καισαρεὺς 688. 836. 1200.
Πυθαίνετος ἐν πρώτῳ τῶν Αἰγινητικῶν 175.
Πύθανδρος 1439.

Ῥήγινος ὁ πολυμνήμων 177.

Σειληνὸς ὁ Χίος ἐν δευτέρῳ μυθικῶν ἱσο-

2011 Ministerio de Cultura

ἰσοελικῶν 786.
Σιμωνίδης 219. ὁ γλυκαλόγος 355.
Σοφοκλῆς 3.352.464. 911. ἐν Ποιμέσιν 529.
Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια γράψας 511. 570.
Στέφανος 31.
Στησίμβροτος 209
Στησίχορος 113.259.511.611.654.
Σύμμαχος [ἄλ. Λυσίμαχος] ἐν πρώτῳ Νόσων. 874.
Σώτας [ἄλ. Σώσας] ὁ Βυζάντιος 1349.
Σωτήριχος ἐν Καλυδωνιακοῖς 486
Σωτίων 704. ὁ φιλόσοφος 1021.
Σώφρων ἐν Μίμοις 77

Τζέτζης 156.177.719.727.796.798. 805.855.901.1309.
Τίμαιος 796.1050.1137. ὁ Σικελικὸς 615.732.1141.
Τρυφιόδωρος 143.183.344.911.
φάλαρις [ἄλ. φίλωσις] 373
φανόδημος ὁ ἰσοελικὸς 183.
φερεκύδης 145.175.355.570.662.
φιλέλης ὁ Κοελίνθιος 177.
φιλάλιος ὁ Κοελίνθιος 671.
φίλαρχος 175.
φιλοχύης 1084.
φιλοστέφανος 586.1276. ἐν τῷ περὶ Κύπρου 447.
φιλόστρατος 1200. ὁ φλαυΐος 323.
φιλτέας * ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν 633
φίλωσις [ἄλ. φάλαρις] 373.
φρυνίχος ὁ τραγικὸς ἐν Πλευρωνίαις 433.

Χάραξ 111.
Χάρων ὁ λαμψακηνὸς 486.
Χρήσμοι 478.488.494.662.811. 1378.1379.1385.1419. τῆς Πυθίας 482.1378.1432.

Ὡρίων [ἄλ. Ἀρίωνος ἢ Εὐφορίων] 911.

* Leg. Φιλήτας, ex Eustathio.

CAPUT XVII.

De THEOCRITO, Bione, Moscho, Simmia, Dosiada &c.

Theocriti ætas, dialectus, ingenium. Decem proprie bucolica carmina scripsit, unde dictus Βουκόλος. 1. Idyllia XXX. quæ hodie exstant, recensita cum variis observationibus. 2. Theocriti Syrinx, Epigrammata, & scri-

2011 Ministerio de Cultura

pta deperdita. 3. Alii Theocriti. 4. Editiones Græcæ ſine Scholiis. 5. Editiones cum Scholiis Græcis, ubi & perditi Scholiaſtæ recenſentur. 6. Editiones Græco-latinæ. 7. Metaphraſes Gallicæ, Anglicæ &c. & Varia eruditorum ſcripta quibus Theocrito lux affertur. 8. Index ſcriptorum in Græcis ad Theocritum ſcholiis allegatorum. 9. De Bione Smyrnæo ejusque Idylliis atque editionibus. 10. Alii Biones. 11. De Moſcho Syracuſio & ejus poematiis atque editionibus. 12. Alii Moſchi. 13. De Simmia Rhodio ejusque ovo, alis & ſecuri. 14. Holoboli Rhetoris inedita & alterius Grammatici edita Græca ſcholia. id. *De Doſiada Rhodio ejusque ara. 15. De ara altera incerti auctoris. 16. Alii Doſiadæ. 17. De duplici Inſcriptione Græca Herodis Attici ac Regillæ ejus conjugis. 18.*

I.

THEOCRITUS Praxagoræ (*a*) & Philines F. Syracuſanus an Cous, certe Syracuſis verſatus eſt, unde Siculus Poeta dicitur juliano Epiſt. 3. & *Siculæ telluris alumnus* Terentiano de metris. In Inſula Co vixiſſe notat auctor argumenti ad Idyllium VII. propter carminum Bulicorum vero ſuavitatem Theocritus appellatus fertur, cum antea, ut quidam volunt, *Moſchus* (*b*) vocaretur. Dictus eſt etiam ſecundum nonnullos à ſimo vultu, ſive à Simichide patre potius, *Simichides*. Floruit

(*a*) Epigramma ſub Theocriti nomine: Υἱὸς Πραξαγόραο περιπλειτῆς τε Φιλίνης εἶς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων. Suidas: Θεόκριτος Πραξαγόρᾳ καὶ Φιλίνης, οἱ δὲ Σιμίχᾳ, Συρακούσιος, οἱ δέ φασι κῶον.

(*b*) Auctor vitæ: περὶ δὲ τὴν τῶν βουκολικῶν ποίησιν εὐφυὴς γενόμενος πολλῆς δόξης ἐκ τούτων ἐπέτυχε, κατὰ γῆν τινας Μόσχος καλούμενος, θεόκριτος ἐπεκλήθη. Alii vero, ut Svidas, *Moſchum* Siculum Bucolicorum ſcriptorem à Theocrito diſerte diſtingvunt, confer quæ infra num. 12. in Moſcho.

(*c*) Idem auctor vitæ: Θεόκριτος, πατρὸς Σιμιχίδα (ita legendum etiam apud Suidam non Σιμίχα. Vide Scholiaſten ad Idyll. VII. 21,) ἔνιοι δὲ τὸ Σιμιχίδα ἐπώνυμον εἶναί φασιν, δοκεῖ γάρ σιμός τις τὴν πρόσοψιν εἶναι. Cæterum è ſcholiorum loco jam allegato patet totum hoc admodum eſſe incertum dubiumque, utrum ſe ibi an aliquem Simichidam Coum ex amicis ſuis innuat Theocritus. Neque ſimum fuiſſe perſvadet ſibi ſcholiorum auctor, neque Simichidam inde appellatum. οἱ δὲ λέγοντες Σιμιχίδαν λέγεσθαι τὸν Θεόκριτον διὰ τὸ εἶναι σιμὸν, κακῶς λέγουσι. Neque ſimum, ſed probe naſutum obſervare licet in imagine Theocriti, quam poſt

Fulv.

2011 Ministerio de Cultura

ruit ſub Ptolemæo Philadelpho (*d*) Ægypti Rege, quem Idyllio XIV. & XVII. celebrat, ut Berenicen & Arſinoen Idyllio XV. Auditor fuit Philippidæ (*e*) & Aſclepiadis Samii Poetæ Epigrammatum, æqualis ipſe Arati & Callimachi circa Olymp. CXXX. princeps Bucolici carminis, κατ' ἐξοχὴν veteribus dictus ὁ βυκόλος, in hoc genere ſcribendi *admirabilis*, Quintiliano X. 1. judice, & ex Longini etiam p. 184. ſententia πολλὼ ὀλίγων τ' ἔξω θεν, ἐπιτυχέστατος *felicissimus, exceptis paucis quibusdam alterius argumenti.* Decem enim tantum proprie ruſtica ſive Paſtoritia idyllia compoſuit, notante Servio in vita Virgilii, ad quem locum conferendus Heinſius c. 1. lect. Theocrit. Voſſius lib. 3. Inſtitut. Poet. p. 34. & Vavaſſor de ludrica dictione p. 103. ſeq. Pro numero decem horum Idylliorum (ſive novem primorum cum undecimo, ex mente Voſſii Heinſiique: ſive primorum undecim, ut undecimum cum ſexto conjungatur & pro uno habeatur ex ſententia parum credibili Vavaſſoris) Theocritus Syringen ſuam ſeu fiſtulam decem paribus verſuum, quaſi totidem calamis conſtantem dicavit Pani, ut ad poemation illud notavit Salmaſius. Uſus eſt Theocritus dialecto Dorica recentiori, & quandoque etiam (ut Idyllio duodecimo) Jõnica. πέχρηται δ' Ἰάδι διαλέκτῳ καὶ δωρίδι τῇ νέᾳ, δύο δ' εἰσὶ, παλαιὰ τραχεῖα τίς ἐστι καὶ ὑπερόγκος καὶ σὺν ἐυνόητος. Ἡ δὲ νέα ἡ καὶ θεόκριτος χρῆται, μαλθακωτέρᾳ πως δὲ καὶ ἐπιχαρμεῖ καὶ Σώφρονος. Οὐ μὴν ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος. Hæc de Theocrito, auctor incertus de genere Poetæ præfixus editioni Aldinæ Anni MCCCC XCV. nam in utraque Heinſiana editione verba illa deſiderantur. Solent etiam de Theocrito noſtro accipi illa Ovidii in Ibin v. 549.

Utve Syracuſio præſtricta fauce Poetæ,
Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.

Sed non magis hunc forte, quam Empedoclem Naſo intellexit, quem ab illo notari ſcripſit Valerius Andreas. Certe quovis pignore certaverim falſum eſſe, quod ad Ovidium Zarottus commentatus vel com-

Fulv. Urſinum in æs inciſam dat Jac. Gronovius vir Cl. T. 3. Antiqu. Græcar. c. Eſt tamen alius locus in Syringe, ubi Simichidam ſe Theocritus vocat. Vide Heinſium lect. Theocritic. c. 12. p. 337. Arriſit hoc nomen etiam Illuſtri Ez. Spanhemio, ut Theocritum illo notaret pag. 402. ad Callimachum.

(*d*) Munati & aliorum errores de ætate hujus Poetæ rephrehendit Caſaubonus c. ult. lectionum Theocriticarum.

(*e*) Ita auctor vitæ, pro quo Gyraldus & Fulvius Urſinus *Philetam* Coum nominant.

2011 Ministerio de Cultura

commentus est: *Cum Theocritus in Hieronis Tyranni filium invectus esset, ab eo ideo est capi jussus, ut eum ad supplicium trahi simularet, interrogatus, si deinceps à maledictis desisteret? Ille eo acrius etiam Regi ipsi maledicere cœpit; quare Rex indignatus non jam ad simulatum sed ad certum supplicium rapi jussit. Quidam laqueo strangulatum, quidam capite cæsum prodidere.* Non objiciam Zarotto, quod nemo veterum, qui exstant, hoc ante eum tradidit, sed contendo longe alium Theocriti genium ex scriptis ejus apparere, & longe felicius ipsum litasse Gratiis, quam ut tam stulta & iniqua morum asperitate ac maledicentia sibi ipse exitium contraheret, licet Idyllio XVI. ad Hieronem paulo attentius præfatur de mercede Poetis liberalius solvenda.

II. Exstant hodie Theocriti Εἰδύλλια (*f*) bucolica aliaque ποιμενικὰ, αἰπολικὰ &c. numero triginta, quorum tituli sunt:

1. Θύρσις sive ᾠδὴ *Cantio.* Carmine reddidit latino præter Eobanum Hessum *Dan Heinsius* & *Dav. Witfordus* p. 98. Anglico *Drydenius* Miscell. Poem. T. 2. p. 169.

2. Φαρμακεύτρια sive *Veneficæ.* Imitatus Virgilius Eclogæ VIII. Latino carmine reddidit *Whitfordus* p. 80. Anglico *Bowlesius.* Incantationes vero & veneficia Theocrito memorata illustrant Seldenus Syntagm. 1. De Diis Syris c. 2. Casaubonus *ad Apuleji* Apologiam p. 142. Barnesius ad Euripid. T. 1. p. 236. Vide & Ovidium 1. remed. amoris v. 250. seq. & quæ viri docti ad Theocritum, Virgiliumque, quos inde Magiæ ac veneficii non minus absurde argui notat Naudæus, (*g*) quam Homerum propter incantamenta Circes, Senecam ob Medeæ veneficia, Horatium ob incantiones Canidiæ, Lucanum propter carmina & fasci-

(*f*) Heinsius lect. Theocrit. c. 1. Εἴδη Grammatici ea opuscula inscripserunt, quæ à materia inscribi non poterant, quod multiplex esset & diversa. Statii libellos *Sylvarum*, si Græce scripti essent, εἴδη dixissent & εἰδύλλια, quanquam & latini hac voce usi sunt (ut Ausonius.) Ea autem nihil definit de toto, sed ad singula remittit. Diversi itaque argumenti εἰδύλλια Theocriti sive à Grammaticis & Criticis collecta sunt, sive à Poeta, aptissime Εἰδύλλια inscripta sunt & singula εἰδύλλιον πρῶτον, δεύτερον, atque ita deinceps. Et ita in Pindaricis: ubi ipsi libelli tamen non εἴδη hodie sed Olympia, Pythia; aut Olympionicæ, Pythionicæ inscribuntur: uniformis enim materia est, quanquam novus semper ὁ ὑποκείμενος & à superioribus distinctus. Singula itaque εἴδη dicuntur vel distinctionis ergo, quia diversus scripta sunt, vel numerorum, qui inter se variant.

(*g*) Naudæus Apologia pro Magis p. 349.

2011 Ministerio de Cultura

fascinationes Erichthonis (lib. 6. v. 508. seq.) Statium ob magica Tiresiæ ministeria, Lucianum & Apulejum propter cantamina sagarum Thessalarum, Heliodorum ob anum Acheronticæ necromantiæ artem professam, atque è recentioribus Poetis Coccajum propter artes vetitas Messalinæ, Ariostum propter Angelicæ Magicas præstigias, Tassum ob Armidæ maleficia, & scriptorem Astrææ denique ob veneficos Mandracæ incantatus.

3. Ἀμαρυλλὶς, sive Αἰπόλος *Caprarius.* Inscribitur & Κωμαστὴς quasi Comum bucolicum sive tripudium dicas. Vide Heinsii Lect. Theocrit. c. 7. p. 316. Latino carmine reddidit *Hugo Grotius & Witfordus* p. 110. Anglice *Drydenius.*

4. Νομεῖς ἁ. *Pastores* Battus & Corydon. Latino carmine reddidit Witfordus p. 114.

5. Ὁδοιπόροι Viatores.

6. Βυκολιασταί ἁ. Bucolico carmine certantes Damoetas & Daphnis, ad *Aratum* Poetam.

7. Λυκίδας ἢ Θαλύσια (sacra Cereris) ἢ ἐαρινὴ ὁδοιπορία *vernum iter.* Etymol. Magn. in διεκεχανώσατε. ὅτως Ἀμαραύντος ὑπομνηματίζωντο Εἰδύλλιον θεοκρίτε, ὅ ἡ Ἐπιγραφὴ λυκίδας ἢ θαλύσια.

8. Βυκολιασταὶ β'. *Bucolico carmine certantes* Daphnis & Menalcas. Versibus latinis reddidit *Dan. Heinsius* & *Witfordus* p. 134.

9. Νομεῖς ἢ βυκόλοι. *Pastores* sive *Bubulci* Daphnis & Menalcas. Versibus latinis reddidit *Dan. Heinsius & Dav. Witfordus* p. 96.

10. Ἐργατίναι ἢ θερισταί, *Operarii*, sive *messores.* Anglico carmine reddidit *Bowlesius* T. 2. Misc. Poem. p. 183.

11. Κύκλωψ, ad *Niciam* * Milesium Medicum Erasistrati συμφοι-

* Incertum an diversus à Nicia Mallote, quem in parallelis minoribus allegat Plutarchus p. 308. & cujus τὰ περὶ λίθων laudat lib. de fluviis, Euphrate p. 1161. & ex Plutarcho forte Stobæus Serm. 98. περὶ νόσε. Fuit & eodem tempore Nicias Regis Pyrrhi familiaris, sed perfidus, de quo Gellius III. 8. Medicum Regis fuisse tradit Plutarchus in Pyrrho 397. sed nomen reticet. Allegat Niciam Plinius quoque.
Alius & Nicias Medicus Nicopolita, sed longe junior, æqualis Plutarchi, qui eum inducit colloquentem VII. 1. sympos.
Alius Nicias dux Athenienſis, cujus vitam scripsit idem Plutarchus.
Nicias Megarensis, repertor artis fulloniæ. Plin. VII. 56. Hist.
Nicias Pictor, de quo Franciscus Junius in Catalogo pictorum.

Nicias

2011 Ministerio de Cultura

Φοινικίδι, qui ad Theocritum reſcripſerat poemation de iisdem Cycoplis adverſus Galateam amoribus, ſed quod pridem intercidit. Anglico reddidit carmine *Dukius* T. 1. Miſc. Poem. p. 250. Imitatur Marinus Poeta Italus ſvaviſſimus in Adonides Oda ſive Cantu XIII. ſectione 132. ſeq.

12. Ἄϊτης, quo nomine amicum ſodalem, Theſſali vocabant. Scriptum eſt hoc Idyllium dialecto Jonica. Verſibus latinis reddidit *Dan. Heinſius*, & Belgicis quoque p. 37. Poematum Belgicorum. Metaphraſis Anglico carmine legitur T. 2. Miſc. Poem. Anglic. T. 2. pag. 189.

13. Ὕλας, de Hyla Puero à Nymphis rapto & Herculis ſuper eo doloribus. Schol. Apollonii I. 47. Θεόκριτος ἐν τοῖς βουκολικοῖς, ἐν τῷ Ὕλα ἁρπαγὰ φησί. Verſibus latinis reddidit *Dan. Heinſius*.

14. Κυνίσκας ἔρως *Cyniſcæ perfidi amores* ſive Θυώνιχος, cui Aeſchines maritus illos queritur.

15. Συρακόσιαι ἢ Ἀδωνιάζουσαι *Syracuſiæ feſtum Adonidis* Alexandriæ *celebrantes*.

16. Χάριτες ἢ Ἱέρων ad Hieronem II. Siculorum tyrannum de Poetarum ingeniis præmio mactandis. Hanc Eclogam *Gallico* pridem carmine expreſſit *Claudius Turrinus* Divionenſis Toloſæ 1561. 4.

17. Ἐγκώμιον εἰς Πτολεμαῖον *Ptolemæi Philadelphi laus*. Male hoc Idyllion Chio Theocrito tribuit Tzetzes.

18. Ἑλένης Ὑπαλαμίος. Carmen *in nuptias Menelai & Helenæ*. Latino carmine reddidit *Hugo Grotius* & *David Witfordus* p. 92. Anglico *Drydenius* T. 2. Miſc. Poem. p. 100.

19. Κηριοκλέπτης. Amor favos mellis depeculans. Latinis verſibus reddidit Hugo Grotius in florilegio Stobæi p. 252. Belgicis *Dan. Heinſius* p. 42. Poematum Belgic. Anglicis *Drydenius* T. 2. Miſc. Poem. p. 194. Gallicis *Longapetræus* ad Anacreontem p. 207.

Nicias Smyrnæus, quem licet indignum, complexum ſe comitate ait Cicero l. 1. Epiſt. 2. ad Q. Fratrem.

Curtius Nicia Grammaticus, qui libros de Lucilio ſcripſit. Sveton. c. 14. de Grammaticis, Cic IX. 10. ad famil. & XII. 28. & 53. ad Atticum & VII. 3. ubi Coum vocat.

Nicias Nicænus cujus διαδοχὰς ſive ἱστορίαν φιλοσόφων allegat Athenæus. Confer Jonſium p. 340. Idem forte Nicias cujus Ἀρκαδικὰ ab eodem Athenæo laudantur XIII. p. 609. Denique Νικίου ſive Niciæ cujusdam, ejus forte, ad quem Theocritus ſcripſit, Epigrammata legunturin Anthologia.

2011 Ministerio de Cultura

20. Βυκολίσκος *Bubulcus* ab Eunica puella urbica contemtum ſe conquerens. Moſcho tribuit Heinſius. Carmine Anglico reddidit *Bowleſius* T. 2. Miſc. Poem. p. 204.

21. Ἁλιεῖς *Piſcatores*, ad *Diophantum*.

22. Διόσκυροι *Gemini* Pollux & Caſtor cum Amyco & Lynceo pugnantes, eorumque victores. Jonica dialecto, κοινῇ Ἰάδι.

23. Ἐρωτὴς ἢ δύστρωος, Amator ſive Amor *infelix*. In editione Aldina inſcribitur μισῶν Φιλέοντα, *Amantem exoſus*. Latino reddidit carmine Dan. Heinſius & Witfordus p. 118. Anglico *Drydenius* T. 2. Miſc. Poem. p. 107.

24. Ἡρακλίσκος *Herculiſcus* ſive *Hercules Puer*, Idyllium poſtrema parte mutilum.

25. Ἡρακλῆς λεοντοφόνος *Hercules Leonis interfector*, Idyllium initio mancum, quod in quibusdam codicibus inſcribitur Αὐγείου πλῆρος, *Augiæ ſors, ſive opes*. Jonica Dialecto.

26. Λῦσαι ἢ Βάκχαι *Bacchæ* Pentheum Regem diſcerpentes.

27. Ὀαριστὺς Δάφνιδος ἢ κόρης *Colloquium Daphnidis & Puellæ*. Moſcho tribuit Heinſius. Latino carmine reddidit idem *Heinſius*. Gallico inter Moſchi Idyllia *Longapetræus* p. 119. Anglico *Drydenius* part. 2. Miſc. Poem. p. 114.

28. Ἠλακάτη *Colus*, quam eburneam doni hoſpitalis loco obtulit Theocritus Theugenidi uxori Niciæ, ad quem ſcripſerat Idyllium XI.

29. Παιδικά *Amores*, cujus Idyllii genere carminis Dactylico Pentametro ſcripti partem poſtremam à verſu 26. primus vulgavit Is. Caſaubonus ad Laertii lib. I. p. 39.

30. Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν *in mortuum Adonin*, Carmine non ut reliqua Heroico ſed Anacreontico, quod verſibus Belgicis reddidit *Dan. Heinſius* pag. 40. Poem. Belg. Gallico Longapetræus pag. 26. ad Bionem.

III. Fertur etiam ſub Theocriti nomine Σύριγξ *Syrinx*, ſive carmen verſuum XXI. qui Syllabarum numero decreſcunt, inſtar fiſtulæ

\- - cui ſemper decreſcit. * arundinis ordo
Et calamus cera jungitur usque minor.

Pri-

Tibullus II. 5. Conſer Caſparem Battholinum III. 6. de tibiis veterum.

2011 Ministerio de Cultura

Primus versus, Σύριγξ ἔνομ' ἔχεις, ἄδει δέ σε μέτρα σοφίης tituli loco non à Theocrito sed ab alio videtur appositus, at reliqui decies bini decem cannas fistulæ referunt ex Salmasii sententia, quam retuli §. 1. In editione antiquissima Aldina inscribitur: ἤχημα Μοσῶν, ἢ θεοκρίτου Σύριγξ τῷ Πανί. Alii Simmiæ tribuunt. In hoc poemation exstat Græca expositio *Johannis Pediasmi* Τοῦ σοφωτάτου χαρτοφύλακος τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς καὶ πάσης Βουλγαρίας Κύρου Ἰωάννου τοῦ Πεδιασίμου ἐξήγησις εἰς τὴν τοῦ θεοκρίτου Σύριγγα. E recentioribus exposuit & notis illustravit *Vitus Winshemius*, quæ leguntur in editionibus Græco-latinis Joh. Crispini. Exstat & eruditissimus *Claudii Salmasii* commentarius Paris. 1619. 4. recusus in Museo Philologico & Historico secundo Viri Clariss. Thomæ Crenii, Lugd. Bat. 1700. 8. Confer etiam, si placet, quæ Fortunius Licetus collegit ad Theocriti Syringem. Utini 1655. 4. & ad Syringem Publii Optatiani Porphyrii, constantem quindecim versibus Heroicis latinis, literarum numero decrescentibus. Lucem vidit hæc altera Liceti commentatio Patavii 1635. 4.

Ex *Epigrammatis* Theocriti, quæ memorat Suidas, viginti duo hodie leguntur. Illorum undeviginti primus edidit in suo Theocrito *Zacharias Calliergus*. Reliqua tria ex Anthologia addiderunt *Joh. Crispinus & Dan. Heinsius*, qui latinis quoque versibus reddidit cum *Hugone Grotio*. Vertit & carmine *Adolphus Metkerkus*, cujus Metaphrasis prodiit Wurtzburgi cum Parergis Poeticis Johannis Posthii.

Perierunt Theocriti Idyllia quædam, ut Βερενίκη, è qua versus quinque servavit Athenæus VII. p. 284. Neque hodie supersunt quæ ad Theocritum relata à quibusdam Suidas auctor est, Προιτίδες, Ἐλπίδες, Ὕμνοι, * Ἡρωΐναι, Ἐπικήδεια μέλη, Ἐλεγεῖα & Ἰάμβοι.

IV. Fuerunt & alii Theocriti (1) Chius Sophista, quem noster ipse memorat in Epigrammate: ἄλλος ὁ χῖος, & cui Idyllium XVII. perperam adscripsit Tzetzes. Fuit æqualis Aristotelis, quem Epigrammate perstrinxit, quod refert Plutarchus p. 603. de exsilio, & aliud ex Ambryone ἐν τῷ περὶ θεοκρίτου Eusebius XV. 2. præparat. & Laert. Aequalis etiam fuit & æmulus Theopompi civis sui, qui eum perstringit apud Athenæum VI. p.

* Virgilius Eclog. 2. v. 36.

** Heinsius & Casaubonus *Berenicen* Theocriti fuisse conjiciunt partem Heroinarum. Hymnorum specimen idem Heinsius putat esse Idyllion XXII. quod superest in Castorem & Pollucem.

2011 Ministerio de Cultura

130. Audivit Metrodorum Isocratis discipulum. Scripsit Theocritus Chius Historiam Libyæ, & Epistolas, quas θαυμασίας Suidas vocat. Videtur hic idem Vossio esse qui *Antiquitatum Historiographus* vocatur à Fulgentio lib. 1. Mytholog. Meminit ejus Strabo XIV. p. 645. Dicacitate sua Alexandri M. & Antigoni inimicitias & tandem ab hoc mortem & exitium sibi contraxit. Vide Plutarchum de educatione puerorum p. 11. & lib. II. 1. Sympos. p. 633. Macrobium VII. 3. Aliud ejusdem Theocriti scomma refert Plutarchus p. 631. (2) Theocritus μειρύτις, cujus mentio apud eundem Plutarchum de Dæmonio Socratis p. 576. 577. (3) Theocritus sub Antonino Caracalla, cujus meminit Xiphilinus. Etiam Danielem, quem vocant Hebræi, Josephus Græco vocabulo Θεόκριτον appellat.

V. Theocriti editiones Græcæ sine Scholiis.

Prima editio Græca luculenta Idylliorum primorum XXIII. & trigesimi, quam Aldus Manutius vulgavit Venetiis 1495. fol. & inscripsit præceptori suo Baptistæ Guarino. In hac editione habentur etiam Moschi & Bionis quædam Theocriteis intermixta, tum Hesiodus, Theognis, Phocylides, Catonis disticha ex Græca Planude Metaphrasi & Variæ sententiæ Græcæ. Exemplo hujus editionis, quod apud me est, Dan. Heinsius manu sua adscripsit: *Ex hac Theocriti editione videntur quædam non vulgaria in reliquis recentioribus posse emendari.*

Lovan. 1520. 4.

Basileæ apud Cratandrum 1530 8. Venet. 1539. 8. Parisiis apud. Guil. Morellum 1561. 4. & inter Poetas Græcos principes H. Stephani Paris. 1566. fol.

VI. *Editiones Græcæ cum Scholiis Græcis.*

Romæ A. 1516. 8. sumtu Corneliii Benigni Viterbiensis & ex emendatione *Zachariæ Calliergi*, qui primus in hac editione dedit, quæ in Aldina desiderabantur, Idyllium XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. & XXIX. tum Syringem, & Epigrammata XIX. & Securim, alas atque aram, sed quæ non Theocriti sunt verum Simiæ. Idem Calliergus Argumenta sive ὑποθέσεις in XVIII. prima Idyllia è MSS. vulgavit, & græca scholia primus in eadem XVIII. è variis codicibus collegit & editioni suæ subjunxit, ut ipse in præfat. testatur. Καὶ πρὸς τούτοις, inquit, τὰ εἰς αὐτὰ εὑρισκόμενα σχόλια, ἄπινα ἐν πολλοῖς διεσπαρμένα εὑρόντες αὐτιγράφοις πόνῳ πολλῷ εἰς ἓν συνηγάγομεν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς ἕτο, ἐκεῖνο ἢ εἰς ἄλλο εἶχε σχόλιον. Adjunxit etiam *Joh. Pediasimi* commentarium Græcum ad Syringem, Gram-

2011 Ministerio de Cultura

Grammatici porro illi veteres, qui Theocritum interpretati sunt, fuere *Theo*, (sed cui soli scholia, quæ habemus, præter rem tribuit Fulvius Ursinus in limine Virgilii cum Græcis scriptoribus collati, licet Theonem in Theocritum scripsisse constitit ipsi ex Etymologico inedito in χειπευς) *Amarantus* Alexandrinus, cujus ὑπόμνημα in Theocritum laudat Etymologici Magni auctor in διεκεραυώσατε. Hisce addi potest *Amerias*, de quo è Scholiis in Theocritum ineditis mentionem facit Casaubonus c. 1. lect. Theocrit. tum qui in scholiis vulgatis laudantur *Asclepiades*, *Munatus*, *Neoptolemus*. & *Nicanor Cous*. Ex horum & aliorum plurium doctissimis scriptis collectus est jam olim commentarius in hunc Poetam, de quo Eustathius intelligit, cum τὰ εἰς τὸν Θεόκριτον laudat. *Utinam exstaret*, inquit idem Casaubonus, cap. 2. *illa prior collectio mera & integra, ea quidem lege, ut quæcunque recentiorum imperitia illi de suo appinxit, omnia delerentur. Nam quæ hodie circumferuntur, quid sunt aliud, quam* πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, πολλὰ δ' ἀνοργά. Ex scholiis ineditis in Theocritum profert quædam idem vir doctus c. 10. & 12. Veterem scholiasten αὐτόσχεδιον in Theocri ἄϊπτων laudat Salmasius ad Aram Dosiadæ p. 151. *Marianum* quendam Anastasii Imp. temporibus Metaphrasin Græcam Theocriti composuisse jambis 3159. testatur Suidas.

Basil. 1541. 8. & Venet. 1543. quam editionem laudat Meursius III. 17. Attic. lect.

Cum scholiis à Calliergo collectis in priora Idyllia 18. & in Syringem Commentario Joh. Pediasmi, & in reliqua *Guil. Xylandri* Græcis brevibus adnotationibus. Francof. 1588. 8.

Editio nitida Oxoniensis A. 1676. 8.

VII. *Editiones Græco-latinæ sine Scholiis Græcis.*

Præter selecta Idyllia quædam Theocriti à *Mich. Neandro* illustrata, tum nonnulla pereleganti Metaphrasi donata à *Dav. Whitfordo* Lond. 1659. 4. & quæ cum interpretatione & Scholiis *Georgii Sylvani* Pannonii Medici prodiere Lond. 1685. 12. vulgatus est Græce & latine Theocritus integer H. Stephano curante cum ejus castigat. A. 1579. forma minore.

Cum versione prosaria *Andreæ Divi*, quæ seorsim lucem vidit Basileæ in 8. 1545. Cum versione quam latino carmine fecit *Eobanus Hessus*. Haganoæ 1530. 8.

Prodiit illa Eobani Metaphrasis etiam separatim Basil. 1531. 8. apud Cratandrum. Memorat Erasmus lib. XXVII. Epist. V. Vide & Barthii Adversar. LVII. 16.

2011 Ministerio de Cultura

In Georgicis, Bucolicis, & Gnomicis *Johannis Crispini*, qui à Francisco Porto Cretensi adjutum se prædicat, versionemq; castigavit & annotationes adjunxit Genevæ 1584. 12. in qua edit. *Isaaci Hortiboni* sive *Casauboni* lectiones Theocriticæ. Recusa hæc editio A. 1600. A. 1619. 12. Edidit & Commelinus A. 1596. 8. cum emendationibus *Josephi Scaligeri* & Casauboni lectionibus, quæ exstant etiam in editione Paris. 1627. 8. Occurrit & Theocritus in corpore Poetarum Heroicorum ex recensione *Jacobi Lectii*. Genev. 1606. fol.

Editiones Græcolatinæ cum Schol. Græcis.

Theocriti, Moschi, Bionis & Simmiæ quæ exstant, cum latina versione, Scholiis Græcis separatim excusis, notisque & castigationibus *Josephi Scaligeri, Is. Casauboni* lectionibus Theocriticis & *Dan. Heinsii* emendationibus, atque ejusdem Heinsii, Grotiique Metaphrasi eleganti latina Poetica quorundam Idylliorum, & omnium Theocriti, quæ exstant, Epigrammatum. Ap. Commelin. 1603. 8. De hac editione ita Heinsius in literis ad Eliam Putschium datis 22. Martii A. 1604. *Hesiodum meum* A. 1601. cum præf. Abr. Sculteti, *tibi mitto, brevi Theocritum missurus, qui eadem forma (in quarto) cum animadversionibus nostris triplo auctioribus & Græcis glossis excuditur. Ita videlicet Germani vestri nobiscum, si Diis placet, egerunt, ut remedium statim à nova editione petendum sit. Nescio an editionem Heidelbergensem videris, exemplaria enim omnia his nundinis supprimenda Commelinus curavit. Nunquam vidisti facinus impudentius, nihil fœdius, aut in quo majoris negligentiæ specimen typographi dederunt.*

Editio altæra Heinsiana longe luculentior & locupletior, in qua Græco-latino contextui Græca scholia statim subjecta, & præter castigationes Scaligeri, lectionesque Casauboni Theocriticas, notæ Dan. Heinsii longe uberiores & ipsæ sub Theocriticarum lectionum titulo comparent, cum copioso ad Scholia Græca rerum verborumque Græco indice. Apud Commelin. 1604. 4. Heinsium Virum doctissimum, dum acumen perpetuo sectatur, inanem non raro ἀκρίβειαν ostentare notat Joh. Clericus T. 1. Artis Criticæ p. 102.

Denique Oxonienses nitidam Theocriti editionem dederunt latina versione & deinde Scholiis græcis per singulas paginas substratis, & ad calcem subjectis præter Scaligeri, Casauboni, Heinsiique notas variis Lectionibus & scriptorum rerumque & verborum in scholiis græcis laudatorum Indice A. 1699. 8. è theato Sheldoniano.

VIII. *Metaphrases vernaculæ & varia eruditorum scripta, quibus Theocritus illustratur.*

Galli-

2011 Ministerio de Cultura

Gallicis verſibus donare Theocritum & illuſtrare notis inſtituit *Longæpetræus* (Mr. de Longepierre) idem, cui Anacreontem, Moſchum & Bionem linguæ ſuæ eleganter redditum Galli debent. Pariſ. 1688. 12. Confer Joh. Clerici Bibl. Univerſalem T. 1. p. 509. ſeq. *Anglicam* quorundam Idylliorum Metaphraſin debemus illuſtri Poetæ *Drydenio*.

Inſignem præterea in illuſtrando Theocrito operam poſuit *Johannes Meurſius*, tum vix ſeptendecim annos natus, cujus ſpicilegium in hunc Poetam prodiit Lugduni Batavorum A. 1597. 8.

Nonnullis Theocriti locis lucem affert *Samuel Petitus* l. 1. Obſervationum. c. XI. Pluribus *Jac. Palmerius* Grentemeſnilius in exercitationibus ad Auctores Græcos p. 791. ſeq. *Joh. Brodæus* VII. 7. ſeq. Miſcellaneorum.

Neque prætereundum *Aemilii Porti* Lexicon Doricum ſive Theocriticum, vulgatum Hanoviæ 1603. 8.

Viri nobiliſſimi *Lucæ Langermanni* obſervationes, quem in Theocrito multum operæ poſuiſſe teſtatur Reineſius in Epiſtolis ad Daumium p. 148. nunquam lucem adſpexerunt.

Virgilium cum Theocrito conferunt Cæſar Scaliger in Critico ſive lib. V. Poetices c. 5. Fulvius Urſinus in Virgilio cum ſcriptoribus Græcis collato, ad illius Poetæ Eclogas. Renatus Rapinus diſſert. de carmine paſtorali, Franciſcus Vavaſſor libro de ludicra dictione p. 105. ſeq. & alii. Neque alia eſt fere eruditorum ſententia, quam Theocritum felicius Virgilio nativam paſtorum ſimplicitatem expreſſiſſe, atque adeo in hoc genere carminis citra controverſiam excelluiſſe, quod *βυκολιασμὸν* vocat Athenæus & à *Diomo* quodam paſtore Siculo primum repertum ſcribit XIV. p. 619. pro quo alii *Daphnin* alii *Panem* ipſum laudant, alii *Steſichorum* primum ajunt bucolicum carmen compoſuiſſe. Vide Voſſium III. 8. Inſtitut. Poetic. & quæ viri docti ad Ælian. X. 18. Var. In Bibl. Regis Galliæ cod. 1727. exſtat *Artemidori Grammatici* ſcriptum de inventione Bucolicorum, Græce manu exaratum teſte Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 110. Sed dubito, an alia contineat, quam quæ Theocrito Græce præmitti ſolent, & in editione Aldina ſubjiciuntur *περὶ ἐυρέσεως τ̃ βυκολικῶν*. Ante hæc enim in eadem editione legitur Epigramma Artemidori Grammatici (Tarſenſis, an alterius, incertum)

2011 Ministerio de Cultura

tum) qui Bucolicos * Poetas collectos & in unum conjunctos volumen (à se, an ab alio non dicit) testatur hoc disticho:

Βωκολικὴ Μοῖσα σποράδλω πόκα, νυῦ θ' ἅμα πᾶσαι
Ἐντὶ μιᾶς μαίδεας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

Huic disticho perperam sine ulla distinctione Aldus conjunxit tetrastichon Theocriti de se, quod incipit Ἄλλος ὁ χῖος, itaque Gyraldus hoc non observans existimavit se de patria Theocriti in Artemidori etiam Epigrammate legere, quod alibi in Theocriti tetrasticho legerat. Hoc itaque est illud Artemidori Epigramma, quod ubi exstet, nescire se fatetur Colomesius ad Gyraldum p. 150.

*IX. Catalogus ** Scriptorum in Scholiis Græcis ad Theocritum allegatorum, ex editione Oxoniensi A.* 1699. 8.

Αἰσχύλος p. 34. 69. 143.
Ἀλέξανδρος ὁ Μυνδιος 26. 83. 109. 121.
Ἄλκιμος 15.
Ἄλκμαν 81.
Ἀλκαῖος 117.
Ἀντίγονος 109.
Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος 111. 165. 170.
Ἀπολλόδωρος 13. 34. 144.
Ἄρατος 24. 61. 92.
Ἀρίσταρχος 143.
Ἀρίστιππος 2.
Ἀριστείδης 211.
Ἀριστοτέλης 8. 28. 32. 36. 51. 59. 78. 104. 109. 120. 121. 165. 188.
Ἀριστοφάνης 1. 12. 26. 31. 47. 72. 76. 87.
Ἀρίστοδημος ὁ θηβαῖος 115.
Αρχίλοχος 36. 66.
Ἀσκληπιάδης (Myrleanus Grammaticus) 3. 24. 40. 83. 84.
Δεινίας 170.
Δημήτριος 15. 81. 122. 144.
Διοκλῆς 117.

Διο-

* Dan. Heinsius existimat Theocriti Bucolica primum separatim fuisse à Grammaticis vulgata & à veteribus lecta, deinde cum aliis Theocriti Idylliis & scriptis conjuncta; Denique permixta fuisse aliis Poetis Bucolicis, neque omnia videri Theocritum auctorem habere, quæ sub ejus nomine hodie leguntur.

** Idyll. α'. p. 1. β'. p. 29. γ'. p. 48. δ'. p. 58. ε'. p. 70. ϛ'. p. 92. ζ'. p. 99. η'. p. 124. θ'. p. 135. ι'. p. 140. ια'. p. 150. ιβ'. p. 159. ιγ'. p. 164. ιδ'. p. 174. ιε'. p. 182. ιϛ'. p. 197. ιζ'. p. 206.

2011 Minisferio de Cultura

Διονυσιόδωρ 73. Δίφιλ 140.
Ελλάνικ 201. Ἐπαφρόδιτ 23.
Ἐπιμηθίδης 2. Ερμησιάναξ 131.
Ευριπίδης 30.47.93. 115.122.
Ευφορίων 165. Ζηνόδοτ 71.
Ηρόδοτ 106.165.171.204.
Ησίοδος 3.7.12.22.64.84.110.158. 201. Θεόπομπ 81.200.
Θεόφρας 13.23.36.64.73.82.83.
Θεοκυδίδης 203. Ἰάσων 211.
Καλλίμαχ 26.32.45.61.98.105. 109,127.150.167.171.
Καρύστ ὁ Περγαμηνὸς 167.
Κλέανδρ 73. Κλείταρχ 37.
Κρατεύας 36.
Κρατῖν 61.151.155.
Λύκι 112.
Μένανδρ 22.30.33.38.
Μνασέας 15.73. Μύνατ 41.120.
Νεοπτόλεμ 13.
Νίκανδρ 73.83.140.170.
Νικαίνωρ ὁ Κῶ 101.
Νυμφόδωρ 16.73.
Ὅμηρ 1.8.9.14.20.21.25.26.27. 32.37.43.44.50.51.52.55.60. 67.71.73.84.93.95.99.101.102. 104.105.106.107.110.114. 117.125.127.128.130.132.135. 137.141.152.160.165.186.190. 195.
Ὄνατ 170. an Μύνατ?
Ὀππιανύς 73.
Πίνδαρ 2.30.32.72.115.202.
Πλάτων 15.175. Πραξίλας 81.
Πυθαγόρας 175.
Πύῤῥ ἐνθραῦ ἢ Λέσβι μελῶν ποιητής 64. Σαπφώ 154.
Σιμωνίδης 15.162.195.159.200.
Σοφοκλῆς 69.111. Σωκράτης 165.
Σώπατρ ἐν τῷ περὶ ἄρκτων 23.
Σωσίβι 82. Σωσίθε 134.
Σώστρατος 96. Σώφρων 29.31.
Τιμοθένης 167. Τελεπόλεμ 122.
Φανίας 120. Φιλητᾶς 101.
Φιλόξεν 150. Φιλοστέφαν 72.
Φιλόστρατ 73. Χρύσιππ 71.

X. BION Smyrnæus Poeta alter Bucolicus celeberrimus, cujus mortem ſvaviſſimo carmine luxit Moſchus, ejus æqualis & ſuperſtes. Hinc de ætate quoque Bionis conſtat, Moſchus * enim Ariſtarchi diſcipulus, teſte Suida, fuit. At Ariſtarchus floruit temporibus Ptolemæi Philometoris circa Olymp. CL. teſtibus eodem Suida atque Euſebio. Ex Poematibus Bionis Doricè ſcriptis ſuperſunt hæc pauca, lectu ſane jucunda:

I. Ἐπιτάφι Ἀδώνιδ. *Carmen in Adonidis funere*, quod Theocrito in MSS. tribui teſtatur Fulvius Urſinus, ac inter Theocritea Aldus edi-

* Longapetræus Gallicus Bionis & Moſchi Metaphraſtes, utrumque putat Theocriti æqualem, argumentis uſus non plane invictis. Itaque malui in Suidæ teſtimonio acquieſcere.

2011 Ministerio de Cultura

ediderat, præter *Gambaram*, *Vulcanium*, *Withfordum* eleganti carmine latino reddidit *Ian. Faber* T. 1. Epiſtolar. p. 253. ſeq.

2. Fragmentum quod incipit Ἰξευτὰς ἔπι πώρῳ &c. Ex Stobæi ſerm. LXII. p. 267. cum Metaphraſi Grotii. Ubi & alterum fragmentum ſeptem verſuum ſub ejusdem Bionis nomine legitur, quod incipit: Ἄμερε Κυθερήια &c. & à Fulvio Urſino Heinſioque eſt prætermiſſum.

3. Aliud, Ἁ μεγάλα μοι Κύπρις &c. Ex Stobæi ſerm. LXI. pag. 245.

4. Aliud Ταὶ Μοῖσαι τὸν ἔρωτα &c. id. p. 241.

5. Ἐπιθαλάμιον Ἀχιλλέως καὶ Δηιδαμείας, *in Nuptiis Achillis & Deidamiæ Carmen*, quod è duobus MSS. primus edidit ſed poſtrema parte mutilum Fulvius Urſinus, poſt carmina novem fœminarum pag. 240. Confer notas p. 350 & Gambaræ Metaphraſin. p. 361. Exſtat & Græce in Theocrito Heinſii p. 205. edit. in 4.

6. Fragmentum Ἤι μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια &c. Ex Stobæi ſerm. LVI. p. 223. edit. Grotii, quo in loco & alium Bionis verſum ſervavit Stobæus:

Οὐκ οἶδ' ὃ δ' ἐπέοικεν ἃ μὴ μαθόμαν πονέεσθαι
Hæc, quæ non didici, nunc tandem diſcere ſerum eſt.

6. Aliud fragmentum, Ἰαρῷ ὦ Μύρσων &c. Ex eclogis Stobæi Phyſicis p. 147. edit Grotii. Idem fragmentum è codice Stobæi Farneſiano publicavit Fulvius Urſinus p. 239.

7. Aliud: Ἀμφασία τὸν φοῖβον ἔλεν &c. Ex iisdem eclogis p. p. 133. Ita autem legendum monuit Theodorus Canterus lib. 1. Var. lect. c. 20. non ut alii ediderunt: Ἀμφαχία ἢ βίων ἔλε, vel ut Urſinus p. 246. vulgavit τ βίον ἔλεν.

8. Aliud: Μοῖσις ἔρως καλέοι &c. ex iisdem Eclogis p. 149.

9. Aliud: Ὄλβιοι οἱ φιλέοντες &c. ex Stobæi ſerm. LXI. p. 247. edit. Grotii, ubi *incerto* tribuitur, ſed Bioni vindicavit Urſinus e MS. Codice.

10. Aliud., Ὅσπερ τὰς ἀρετὰς &c. ex Stobæo, eodem loco. Ab aliis Moſcho tribuitur, at Bioni adſcribit præter margines Stobæi Arſenius, Monembaſiæ Epiſcopus, in Apopthegmatis.

11. Aliud, Αὐταὶ ἐγὼ βασεῦμαι ἐμαὶ ὁδοὶ &c. Ex Stobæi ſerm. CIX. p. 463. edit. Grotii.

12.

2011 Ministerio de Cultura

12. Aliud, Οὐ καλὸν ὦ φίλε &c. Iremque illud ἐκ θαμινῆς ῥοθέμιγγος, ex Stobæi ſerm. XXIX. p. 131.

13. Aliud, Μὴ λίτης μ' ἀγέρασον &c. ex Stobæi ſerm. 41. pag. 163. qui ſerm. p. 269. etiam hunc Bionis verſum operi ſuo intexuit:

Μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ' ἀλκά.
Forma bonum muliebre, vigor robur que virile.

Hæc Bionis, ut Moſchi quoque λείψανα poſt *H. Stephanum* in luculenta editione Græcorum Poetarum principum Pariſ. 1566. fol. diligentius collegit *Fulvius Urſinus*, ediditque Græce cum notis ad calcem carminum novem illuſtrium fœminarum. Antvverp. 1568. 8. ſubjecta Metaphraſi ligata latina, qua Bionem ac Moſchum donavit *Laurentius Gambara* Brixianus. Ab eo tempore cum Theocrito edidit Græce & latine *H. Stephanus* A. 1579. forma minore: & addita verſione proſaria ſemel atque iterum *Joh. Criſpinus*, *Commelinus & Dan. Heinſius*. Exhibet etiam Bionem & Moſchum in Poetis minoribus *Radulphus Wintertonus* Cantabrig. 1652. 1661. 8. Exſtant præterea in Corpore Poetarum Græcorum Heroicorum Græco-latino *Jac. Lectii* Genev. 1606. fol. Latino carmine reddidiſſe H. Stephanum jam A. 1556. Pariſ. 8. lego in Hendreichii Pandectis Brandenburgicis, illam ἔκδοσιν ego non vidi. At *Bonaventuræ Vulcanii* clara eſt induſtria, qui cum Callimacho ſuo Bionem ac Moſchum dedit, & felici carmine latino notisque illuſtravit Anno 1584. 12. Antvverpiæ apud Plantinum. Valde quoq; me affecit *Dav. Whitfordus*, qui Muſæi carmen de Herone & Leandro, Bionis & Moſchi Idyllia, ſelecta Idyllia Theocriti, & locum ex Iliados M. v. 310. ſeq. nitide edi curavit, ornata elegantibus imaginibus in æs inciſis, ſed longe elegantiore poetica Metaphraſi illuſtrata Lond. 1659. 4. Denique Gallico carmine Bionem & Moſchum reddidit *Longapetræus* & cum notis edidit Pariſ. 1686. 12. Confer Acta Er. T. 1, ſupplemenſi p. 99.

XI. Fuere & alii Biones, de quibus viri docti ad Laertium IV. 58. Bioneos ſermones pro Satyricis dixit Horatius à Bione Boryſthenite, de quo, uti de Smyrnæo quoque noſtro, vide è recentioribus, ſi placet. præſtantiſſimum Bælium in Lexico. Bion Proconneſius fuit ille Theognidis æqualis, cujus meminit Plutarchus lib. de auditione. Bion Rhetor videtur allegari ab Agathia lib. 2. Bionem Solenſem reſpicit Plutarchus Theſeo, Hiſtoricum appellans. Forte Bionem Democri-

2011 Ministerio de Cultura

reum laudat Plinius cum utitur ejus (ibro περὶ δυνάμεων sive de virtutibus herbarum, indice libri XXVIII. Bion Rhodius in Simmiæ (de quo infra) πελέκει memoratur. De Bione Tragico dixi lib. 2. cap. 19.

XII. MOSCHUS Syracusanus, quem noñulli cum Theocrito confuderunt, ut supra * ex auctore vitæ Theocriti annotavi, ab eo haud dubie diversus fuit, cum Theocriti civis sui meminerit in Epitaphio Bionis v. 99. ἐν Συρακοσίοισι Θεόκριτος. Distinguit etiam Servius, notans, quod Virgilius voluerit Theocritum imitari Syracusanum *meliorem Moscho & cæteris, qui Bucolica scripserunt.* Longe etiam post vixit Moschus sub Ptolemæo Philometore, ut ex Suidæ ** testimonio constat, qui eum docet fuisse discipulum Aristarchi Grammatici, Grammaticum & ipsum. Idyllia ejus Theocriteis jam pridem intermixta fuerunt ab eo, qui Bucolicorum Poetarum corpus temporibus Artemidori Grammatici collegerat, sed separata studio virorum doctorum, H. Stephani maxime Fulviique Ursini, licet non plane certum est adhuc, illane omnia quæ sub Theocriti nomine hodie leguntur (ut Idyllium XX. & XXVIII.) illius an potius Moschi sint, & vicissim nihil ne ex his, quæ Moscho adscripserunt viri docti, ad Theocritum auctorem sit referendum. Quæ vero Moschi nomine hodie leguntur, hæc sunt venerem & amores spirantia:

1. Ἔρως δραπέτης *Amor fugitivus.* Vertit Carmine præter Gambaram, Vulcanium, Metkerkum, Whitfordum, Politianus T. 2. Opp. p. 341. Vide & Stobæi florileg. serm. LXII. p. 255. cum Metaphrasi Grotii.

2. Εὐρώπη, ad quod Idyllion referendus Casaubonus c. 22. lect. Theocritic. In duobus Codicibus MSS. diserte tribui Moscho, testatur Fulvius Ursinus p. 352. licet inter Theocritea olim editum, & inter Moschi Idyllia prætermissum nuper est à Gallico Metaphraste Longapetræo.

3. Ἐπτάφιος Βίωνος [βουκόλος ἐρωτικὸς] Carmen in funere Bionis, de quo jam dixi, Poetæ Bucolici.

4. Μεγάρα, *Megara* uxor Herculis.

5.

* Supra §. 1, nota b.

** Suidæ verba sunt: Μόσχος Συρακόσιος Γραμματικὸς, Ἀριστάρχου γνώριμος. Οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος ποιητὴς μετὰ Θεόκριτον τὸν τῶν βουκολικῶν δραμάτων ποιητήν. Ἔγραψε καὶ αὐτὸς βουκολικά.

2011 Ministerio de Cultura

5. Fragmentum, quod incipit: Τὰν ἄλα τὰν γλαυκὰν &c. ex Stobæi ſermone LVII. p. 229. edit. Grotii.

6. Aliud: Ἦρα παὶ Ἀχῶς τ᾽ γείτων &c. ex Stobæi ſermone LXI. p. 247.

7. Aliud. Ἀλφεὸς μ᾽ πίσαν &c. ex Stobæi ſermone LXII. pag. 265.

8. Epigramma Hexaſtichon *εἰς ἔρωτα ἀροτριῶντα in Amorem arantem*, ex Anthologiæ lib. IV. c. 12. p. 409.

Editiones & interpretes Moſchi vide, ſi lubet, paulo ante in Bione, neq; enim, illis quod addam, habeo, niſi quod *Adolphus Metkerckus* Brugenſis Metaphraſi latina poetica & notis Moſchum illuſtravit, ac cum Bione edidit Brugis 1565. 4.

XIII. Fuerunt & alii Moſchi (1) Antiquiſſimus Sidonius Phyſiologus & Hiſtoricus (licet hos diſtingvit doctiſſ. Seldenus) de quo dixi lib. 1. c. 28. §. 4. Molchus Epicuro antiquior, cui & Cleandro amicis ſuis Gaſtrologiam dicavit Archeſtratus opſodædalus teſte Athenæo. VII. p. 278. (3) Moſchus Citharoedus, de quo Suidas (4) Mochus ſive Moſchus Medicus, cujus mentio apud Galenum 1. de compoſit. Medicament. (5) Johannes Moſchus, qui vixit circa Annum Chriſti 630. ſcripſitque Vitas Patrum, ſive Pratum ſpirituale Græce libris X. (5) Demetrius Moſchus diu poſt clarus, cujus de Helena & Alexandro carmen græce editum eſt Pariiſiis cum latina verſione 4.

Prætereo recentem Seculi XVII. ſcriptorem Franciſcum Moſchum Nivellenſem; de quo Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica & in Athenis Belgicis Franciſcus Svveertius.

XIV. SIMMIAS à Parthenio c. 33. Eroticon, Hephæſtione, Athenæo, aliisque Rhodius recte appellatur. Suidas: Σιμμίας Ῥόδιος. Γραμματικὸς ἔγραψε γλάσσας βιβλία γ'. ποιήματα διάφορα βιβλία δ'. Quæ ſeqvuntur apud Suidam, ad Simonidem Amorginum vetuſtiſſimum Jambographum non ad Simmiam ſpectant, ut notarunt Jonſius p. 23. de ſcriptoribns Hiſt. Philoſ. & Voſſius de Poetis Græcis p. 59. Itaque emendandum quod idem Jonſius p. 15. ex loco mutilo vel confuſo Suidæ Simmiam patria Samium fuiſſe contendit, de Simonide enim accipienda ſunt verba: ὧν ἦ ἐξ ἀρχῆς Σάμιος. ἐν ᾗ τῷ ἀποικισμῷ ὃ Ἀμοργὸς* ἱπά-

* De Simonide hoc Amorgino & aliis hujus nominis dixi lib. 2. c. 15 ut de Amorgo Samiorum Colonia præter Holſtenium ad Steph. conſules Laur. Begeri ſpicilegium Antiquitatis p. 10. 11. & Harduinum in numis civitatum illuſtratis p. 39. At de Simmia Thebano & Syracuſano lib. 2. c. 23 §. 42.

2011 Ministerio de Cultura

ἐξέλη καὶ αὐτὸς ἡγεμὼν ἀπὸ Σαμίων, ἔκτισε δὲ Ἀμοργὸν εἰς γ΄ πόλεις Μινώαν, Αἰγιαλὸν, Ἀρκεσίμην, γέγονε δὲ μετ' ὐς * ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. Ἔγραψε κτίσιν πινας πρώτῳ ἰάμβῳ καὶ ἄλλα διάφορα, Ἀρχαιολογίαν τε τῶν Σαμίων. De ætate Simmiæ nihil magis constat, quam antiquiorem ipsum fuisse non modo Meleagro Gadareno, qui inter eos, è quibus Coronam Epigrammatum Græcorum circa Olymp. CLXX. collegit, Simmiæ meminit,

Σμυρναίῃτε κλάδες Νικαινέτῳ ἠδὲ Φαέννῳ
τέρμινθον, βρωτλῷ δ' ἀχράδα Σιμμιέῳ.

Sed & juniorem Simmia fuisse Philicum Corcyræum, Theocriti æqualem, Tragicumque ex iis, qui Ptolemæi Philadelphi ætate circa Olymp. CXX. sub Plejadis nomine clarebant, testatur Hephæstio in Enchiridio p. 31. ubi de Choriambico Hexametro agens cum dixisset Philicum ejus sibi inventionem tanquam auctori tribuere, ψεύδεται δὲ, inquit, περὶ μὲν αὐτῦ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος ἐχρήσατο ἐν πελέκει. Ex ejus poematis, quorum nonnulla allegat Hephæstio p. 26. 35. 43. & Athenæus XI. p. 491. à quo laudatur Simmiæ Τοργώ) pauci ad nos pervenerunt griphi sive difficiles lusus:

1. Ὠὸν *Ovum* sive Carmen, Ovi figura, memoratum eidem Hephæstioni p. 65. Ταύτης δὲ τῆς Ἰδέας ἐστὶ τὸ ὠὸν τῦ Σιμμίου καὶ ἄλλα παίγνια. Confer p. 168.

2. Πτέρυγες. *Alæ* sive carmen binas alas referens. Hasce Alas & bipennem Simmiæ allegat Hephæstio p. 31.

Illustravit præter Salmasium *Fortunius Licetus* Encyclopædia quam vocat, ad alas Divini amoris à Simmia compactas. Patav. 1640. 4.

3. Πέλεκυς *bipennis*, sive carmen figuræ securis ἀμφιτόμου (qualē passim memorant veteres, ut Apollonius I. Argonaut. v. 68.) In hoc poematio post primū versum legendus est ultimus, post secundū penultimus atq; ita deinceps. Similiter etiam in Ovo. Sed in Alis aliter se rem habere contendit Salmasius, contra auctoritatem Hephæstionis, ut existimo, & ut ipse Salmasius fatetur, utriusque Scholiastæ Græci, tum illius, cujus scholion breve editum est, tum inediti *Holoboli* Rhetoris. Erudita in hos gri-

** Hoc est annis post Trojam captam 406 adeoq; biennio ante primam Olympiadem. At Jonsius p. 23. habet 506. quasi legeretur apud Suidam φ΄ϛ, ut incidat ætas in Olymp. XXVI.

2011 Ministerio de Cultura

griphos Claudii *Salmaſii* commentaria prodierunt Pariſ. 1616. 4. atque iterum in Muſeo Philologico Hiſtorico ſecundo Viri Clariſſ. Thom. Crenii Lugd. Bat 1700. 8. Ante Salmaſium hos Simmiæ difficiles luſus illuſtraverat *Claudius Auberius* Triumvirianus, cujus verſio & commentarius legitur in editionibus Theocriti Criſpinianis: Verſio etiam in utraque Heinſiana. Ovum aggreſſus quoque emendare *Joſephus Scaliger*, ſed infeliciter, quia ordo legendi viro docto non ſuboluit. In bipenni Salmaſius ſuppoſitum non dubitat vetſum, quem editiones manubrii loco exhibent: Τ Βίων κλυτοῖς ἦσε Θεοῖς ὃς ἔυρε Ῥόδοι μεγαὼς πολύτροπα μῦν Θ μέτρα μολπᾶς. Simmiam enim de induſtria πελεκὸν ſive στελεὸν omiſiſſe, quoniam, quæ Diis dicabantur arma & inſtrumenta, moris erat prius mutilare, ne in uſus hominum cedere poſſent. Vide Heſych. in καταιγίσας.

XV. DOSIADAS quando vixerit, non conſtat: neque admodum refert multa notaſſe de viro, qui nihil aliud poſteris reliquit, quam unum vel alterum χεῖφον ſive poemation, miſera (ut vere Lucianus (a)) hoc eſt obſcuriſſima compoſitum dictione, veluti lectoribus, quoscunque nacturum ſe auſus eſt ſperare, crucem fixurus. Patria fuiſſe Rhodium colligunt viri docti ex his verbis Scholii Græci ad ovum Simmiæ: Βησαντίνε (b) Ῥοδίε ὡὸν ἡ Δωσιάδα ἢ Σιμμίε, ἀμφότεροι δὲ Ῥόδιοι. Supereſt hujus Doſiadæ Βωμὸς Luciano memoratus, ſive poemation aræ figuram, non cubicam, ſed quales vetuſtiores aras, Jonicas præſertim teſtatur fuiſſe Nicomachus Geraſenus (c) ἀνισόπλευρον referens, verſibus XXVII. quorum poſtremus eſt: Δωσιάδα Βωμὸς ὃν Μῦσαις ἔρεσσεν ἐν γᾷ. Incipit à verſu ὁλὸς ὅ με λιβρὸς ἰρῶν. Hanc aram è codice Palatino Anthologiæ deſcripſerat *Claudius Salmaſius* & cum *Jos. Scaligero* communicaverat, qui ei interpretationem ſuam & caſtigationes in Epiſtola transmiſit, quæ legitur inter Epiſtolas Scaligeri CCXLVIII. & in ejus Opuſculis poſthumis (d) Pariſ. 1610. 4. p. 469. Deinde Salmaſius ipſe cum verſio-

(a) Lucianus Lexiphane T. I. p. 839. Τὰ δὲ σὰ ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ ὁ Δωσιάδα Βωμὸς ἂν εἴη, καὶ ἡ τῦ ΛυκόφρονΘ Ἀλεξάνδρα, καὶ εἴτις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερΘ.

(b) Hujus, ni fallor, Biſantini Epigramma legitur lib. I. Anthologiæ c. 42. p. 91. Occurrit & ejus nomen in marginibus Stobæi Serm CXV.

(c) Nicomachus Geraſenus lib. 2. Arithmeticæ p. 55. ſeq. Boethius II. 25. Arithmet. Theo Smyrnæus p. 66. οἱ δὲ πάσας ἀνίσες τὰς πλευρὰς ἀνισάκις ἄνισοι ἀνισάκις, βωμίσκοι καλῦνται. Confer Pappum lib. VII. propoſit. 135.

(d) Hæc

2011 Ministerio de Cultura

sione sua & erudito commentario aram istam edidit, aliisque hujus generis poematiis adjunxit. Paris. 1619. 4. Hic sæpe discedit à Scaligeri sententia, & subinde provocat ad scholia græca sive glossas veteres, quas ex MS. codice optandum erat integras simul edidisse. Salmasii commentarius recusus est in Museo Philologico & Historico secundo Tho. Crenii. *Fortunius* vero *Licetus* in Encyclopædia ad Aram Mysticam Nonarii Terrigenæ Anonymi Vetustissimi. Patav. 1630. 4. postquam in medium attulisset & oppugnasset expositiones quas dixi Scaligeri & Salmasii, retulissetque *Bartholomæi Soveri*, *Felicis Osii*, *& Bartholomæi Vecchii* interpretationes, ipse negat hanc aram esse Dosiadæ, quod Lucianus tantum βωμὸν non βωμὸς ab eo scriptos memorat, difficilemque esse testatur: cum altera ara (de qua mox) sit difficilior, adeoque Dosiada dignior, & in Codice Palatino habuerit subscriptum versum, Δωσιάδα βωμὸς ὃν Μέσαις ἔστασεν ἐν γᾷ. Sed hunc versum Salmasius haut dubie auctoritate *Holoboli* Rhetoris (qui Scholiis Græcis utramque aram illustravit) vindicat priori aræ, cui etiam longe melius, quam posteriori convenit. Deinde Luciani locus non magis huic, quam alteri obstat aræ, cum utraque Griphum contineat satis difficilem. Neque illas facile conjecturas suas lectori probabit Licetus, qua vel Gaditanum aliquem vel Pythagoricum facit auctorem, Simmiamve. Nec denique interpretationem, præcipue qua versum 15. Εἰναὶς μ' ἔτευξε γηγενὴς exponit non de novem Musis, sed de nescio quo Nonario Terrigena Poeta, poematii Auctore p. 139. seq.

XVI. Præter hanc altera quoque Ara exstat & in Theocriti editionibus legitur, quæ incipit ἐιμάρζενός με σῆτας, versibus XVIII. Hanc in Romana Theocriti editione A. 1516. *8.* primus edidit *Zach. Calliergus* admodum corruptam, sine titulo. In editione Theocriti Veneta A. 1543. ex Officina Farrea, Meursius III. 17. Attic. lection. legit hæc verba sub initium Græci ad illud poemation scholiastæ, qui in aliis Poetæ editionibus desideratur: Ὁ διὰ τ μέτρων ἐστὶ βωμὸς Ωδιάδε τινὸς ἔυρημα. Unde ipse Δωσίαδε nomen recte restituit, sed minus firmiter inde colligit, hujus quoque Aræ Dosiadam esse auctorem, cum Græca verba ita exponi possint, ut Dosiades pro inventore hujus scribendi generis, non pro auctore ipsi⁹ aræ habeatur. Facile tamẽ ob vocabulũ ἐστὶ credo, Dosiadam Scriptori scholii pro auctore habitũ, de cætero æque ac nobis obscu-

(d) Hæc editio recusa Francof. 1664. 8. itaque fallitur Tho. Crenius in Museo Philologico & Historico T. 2, p. 184.

2011 Ministerio de Cultura

ſcurum fuiſſe, quoniam ait Δωσιάδᾳ πινός. Latina hujus aræ interpretatio, quæ in Criſpinianis & Heinſianis Theocriti editionibus legitur, eſt *Joh. Aurati*, emendationes *Guil. Canteri*, etſi neutra probantur Salmaſio. In omnia quoque alia abit *Hugo Grotius*, qui aram illam interpretatus eſt p. 67. ad Aratum. Viginti fere annis poſt prodiit *Claudii Salmaſii* expoſitio & commentarius Pariſiis A. 1619. 4. editus, & in ſecundo Muſeo Tho. Crenii nuper recuſus. Neque hæc ſatisfecit *Iſ. Voſſio* ad Melæ II. 7. p. 214. ubi aliam meliorem attulit interpretationem, & in Salmaſii expoſitione tum ad hanc arā, tum ad reliqua cum hac edita poematia, negat *eſſe quicquam quod alicujus ſit momenti, quod non hauſerit ex ſcholiis Holoboli Rhetoris, quem totum*, ut ait, *deſcripſit, nulla tamen ullibi facta ejus mentione. Geminum iſtorum ſcholiorum nactus ſum exemplar, alterum Sylburgii, alterum Commelini manu deſcriptum. Sed & tertium communicavit Lucas Langermannus, juvenis inprimis eruditus & de nobis optime meritus, depromptum ex eodem illo codice, quo uſus eſt Salmaſius, quo & Anthologia Græcorum Epigrammatum continebatur. Verum nihil hic ipſi profuit Holobolus, quoniam eum non intellexit.* Sane verum eſt Holoboli nominetenus Salmaſium haud meminiſſe. At paſſim laudat Græca ſcholia, ex iisque profeciſſe ſe fatetur, quin ipſa illorum verba non raro adſcribit. Exſtat & *Fortunii Liceti* Encyclopædia, ut vocat, ſive Commentarius in præſentem aram, quam Doſiadæ ſine controverſia tribuendam putat, licet Salmaſius nec Doſiadæ eſſe putet, nec Theocriti, nec Simmiæ. Prodiit Liceti libellus Pariſ. 1637. 4. quemadmodum commentarium in Aram Pythiam Latini Poetæ Publilii Optatiani Porphyrii publicavit Patavii 1633. 4. in quo varia exempla recentia ejusmodi altarium Poeticorum ſua & aliena congeſſit p. 41. ſeq. & p. 61. ſeq. utramque item Doſiadæ aram cum explicatione latina exhibuit.

XVII. Fuit & Doſiadas quidam è quo de Lesbiorum ſacrificiis nonnihil affert Clemens Alex. p. 20. protreptici, & ex eo Euſebius IV. 16. præparat. tum Doſiades (Δωσιάδας) cujus quartum Κρητικῶν laudat Athenæus IV. p. 143. & VI. p. 264. Idem opus reſpiciunt Doſiadem laudantes, ubi de Creta agunt, Plinius IV. 12. Hiſt. & Solinus c. 11. tum Diodorus Siculus lib. V. profeſſus ſe in rebus Cretenſium jam Epimenidi, jam Doſiadæ, jam Soſicrati ac Laoſthenidæ accedere. Forte non erraverim, ſi hunc exiſtimem eſſe illum ipſum Doſiadam Cretenſem, quem Epimenidis ex quorundam ſententia parentem memorat Laertius. Eundem tamen, vel Simmia antiquiorem auctorem aræ alterius vel utriusque fuiſſe, non temere affirmaverim.

2011 Ministerio de Cultura

XVIII. Paucis quoque hoc loco memoranda est duplex Inscriptio vetus græca, ab eodem Salmasio cum Dosiadæ & aliorum παιγνίοις illustrata, versione & doctissimo commentario, quem Crenius in Museo secundo, ut jam dixi, prelis nuper iterum subjecit. Prima illarum versibus XXIX. Hexametris constans continet Consecrationem templi in agro Herodis (non Regis, ut visum Casaubono, sed Attici Rhetoris) Triopio factam. Hanc in opere Inscriptionum primus Janus Gruterus ediderat, deinde Isaacus Casaubonus emendavit & versione ac notis illustratam dedit ad calcem commentarii de Satyrica Poesi Paris. 1609. 8. Tho. Crenius iterum cum Casauboni commentario de Satyrica poesi curavit recudi in Museo Philologico & Historico primo Lugd. Bat. 1699. 8. Post Casaubonum felicius expedivit Salmasius, qui alteram quoque inscriptionem addidit, exposuitque, descriptam Romæ & allatam inde à Jac. Sirmondo, qua versibus Hexametris LIX. continetur Dedicatio statuæ Regillæ (quæ Herodis Attici conjux fuit) factæ à nescio quo Marcello.

CAPUT XVIII.

De ARATO Solensi & ERATOSTHENE Cyrenæo.

De Arato ejusque vita & ætate. 1. Phænomena & Diosemia hujus Poetæ. 2. Interpretes deperditi. 3. Hipparchi & Achillis Tatii scripta quæ exstant, Aratum illustrantia: Leontius de Aratea Sphæra, & Scholia Græca edita atq; inedita in Aratum. 4. Ciceronis, Germanici & Avieni Metaphrases latinæ quæ exstant, & aliorum deperditæ. 5 Recentium Metaphrases poeticæ variis linguis. 6. Editiones Arati Græcæ Scholiis Græcis sive ornatæ sive destitutæ. 7. Maximi Planudis assumenta, & Criticorum audacia in Arato interpolando. ibid. Editiones Græco-latinæ, & Hugonis Grotii Syntagma Arateorum. 8. Scripta Arati deperdita. 9. Arati nomen prima longa & media brevi. Plures hoc nomine. 10. In-

2011 Ministerio de Cultura

Index ſcriptorum in Leontii Sphæra, Scholiis ad Aratum, Hipparcho, Eratoſthene & Scholiaſte Germanici allegatorum. 11. De Eratoſthene Cyrenæo. 12. Ejus Cataſteriſmi, & Commentarius inchoatus in Aratum, Eratoſtheni falſo tributus. 13. Scriptorum perditorum Eratoſthenis plenior notitia. 14.

ARATUS Athenodori & Letophilæ F Solenſis è Solis Ciliciæ civitate fuit, ut Callimachus, Strabo & alii teſtantur, vel ut Aſclepiadi Myrleano (*a*) viſum, Tarſenſis. Audivit Menecratem Epheſium Grammaticum & Philoſophos Timonem (confer Laertium IX. 113.) ac Menedemum (*b*) Dionyſium Heracleotem (c) Perſeumque Stoicum, eundem, cui Acro Corinthum ab Antigono Gonata commiſſam tradit Athenæus IV. p. 162. & quem cum Antigono fuiſſe conſtat è variis Laertii locis. Hunc in Macedoniam ab Antigono forte Athenis arceſſitum comitatus, Regi & ipſe (poemate fortaſſis oblato) in nuptiis (*d*) cum Phila Seleuci Nicatoris filia celebratis innotuit, & gratia ejus inita reliqvum vitæ tempus apud illum vixit. Regnare cœpit in Macedonia Antigonus Olymp. CXXV$\frac{2}{3}$. ante Chriſtum 278. & præfuit per annos XXXIV. (*e*) unde de Arati quoque ætate conſtat, quem profeſ-

(*a*) Rev. D. Joh. Andreas Schmidius diſſ. de Arato Jenæ 1685. has duas ſententias ita conciliat, ut Tarſenſis idem ſit, quod Cilix, Ciliciam enim Tarſum vocatam teſte Joſepho. Sed Aſclepiades Myleanus libro XI. de Grammaticis apud auctorem vitæ Arati à P. Victorio & Petavio editæ ſic Tarſenſem dixit Aratum, ut Solenſem negaret. Ταρσέα φησὶν αὐτὸν γεγονέναι ἀλλ' ὁ Σολέα. Et Joſephus lib. I. Antiqv. cap. 7. innuit antiquiſſimum hoc fuiſſe Ciliciæ nomen Θαρσὸς à Tharſo Japheti filio, quod Aſclepiadis ætate pridem exoleverat. Scholiaſtes Luciani T. I. p. 17. ad illud. p. 400. ὁ κατὰ Σολεάς] Σολεὺς μὲν γὰρ Ἄρατος ὢν Ἑλληνικῇ παιδείᾳ τοσοῦτον διήνεγκε, ὥσε τὰ Φαινόμενα Ἑλλάδι φωνῇ γράψας ἐθαυμάσθη.

(*b*) Suidas in Ἄρατος.

(*c*) Vita Arati, quam nonnulli tribuunt perperam Leontio Mechanico, græcis ſcholiis in Poetam præfixa, in qua mater Arati vocatur Ληνοδώρα (non Λητοφίλα, ut in altero vitæ ſcriptore) & pater ipſius ab aliquibus traditur dictus Mnaſeas.

(*d*) Ibid. Σχολάσας δὲ ὁ Ἄρατος Περσίῳ τῷ φιλοσόφῳ Ἀθήνησι καὶ συνελθὼν αὐτῷ εἰς Μακεδονίαν μεταπεμφθέντι ὑπ' Ἀντιγόνου καὶ παρελθὼν εἰς τὸν Ἀντιγόνου καὶ Φίλας (male Φλίας habent quædã edit. Φίλα vocabatur enim conjux Demetrii Poliorcetæ Diodor. Sic. XIX. T. 2. p. 701. & XX. p. 819.) γάμον καὶ ἐνδοκιμήσας τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διέτριψεν ἐκείσε.

(*e*) Vide Clariſſ. Dodvvelli diſſ. de Dicæarcho §. 19.

2011 Ministerio de Cultura

sione Medicum fuisse auctores vitæ referunt, Grammaticum ac Poetam scripta testantur. Sed & Mathematicum Aristhoterum ex quorundam sententia audivit, ut legas in vita græcis scholiis præmissa, quamvis Cicero lib. 1. de oratore, *constat*, inquit, *inter doctos, hominem ignarum Astrologiæ ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cœlo & stellis scripsisse.* Fratres habuit Myrin, cui superstes fuit & defuncto epicedium composuit, Calondam & Athenodorum qui primus Zoilo Homeromastigi scriptis se opposuit. Amores Arati perstringit Theocritus Idyllio VII. *(f)* Apud Antigonum Regem obiisse tradit Suidas, atque adeo in Macedonia: Cenotaphium itaque ei excitatum sit in patria, vel mortui cadaver in patriam fuerit delatum, si verum est, quod vita inedita apud II. Vossium p. 68. ad Melam, affirmat sepultum Solis: Sed & Mela lib. 1. c. 13. juxta Solos in parvo tumulo Arati poetæ suo adhuc tempore exstitisse narrat monumentum: *ideo*, inquit, *referendum, quia ignotum quam ob causam jacta in id saxa dissiliunt.* Hinc portentosum Arati sepulchrum dixit Politianus in Nutricia. Confer Leopardum II. 18. Arati effigiem in numis Solensium sive Pompejopolitanorum observare sibi visi sunt viri docti, ut vides ap. Gronovium T. 3. thesauri Antiqu. Græcar. tabula d. & in Begeri thesauro Brandenburg. p. 265. ubi Aratus cum lyra pentachordo ac Musa. Aratum præ cæteris magni fecit atq; imitari studuit Dionysius μεταφράζων, teste Laertio VII. 167.

II. Exstat è scriptis ejus Poema Heroicum celeberrimum ΦΑΙΝΌΜΕΝΑ, quibus post v. 722. ΔΙΟΣΗΜΕΊΑ sive *Prognostica* subjunguntur. Ita enim ad versum ἐκ δεφάας ὀλίγη μὲν &c. Scholiastes: ἔρχεται ἐπὶ ἄλλο βιβλίον, σφόδρα βιωφελὲς ὃ καλεῖται Διοσημεῖα. Meminit & Suidas singillatim & Schol. Aristoph. ad Pacem v. 1086. & Vitruvius IX. 7. Scripsit Phænomena Aratus suadente Antigono Rege, qui *Eudoxi* Cnidii librum, cui titulus erat ἔνοπτρον, *speculum*, Arato tradidit & prosam Eudoxi Orationem metro condere atque ita Eudoxum ἐνόπτρον reddere jussit. Sic ex Epistolis, quæ sub Arati nomine olim ferebantur, auctor vitæ à Victorio ac Petavio editæ. Sed Hipparchus lib. 1. ad Aratum, testatus duos fuisse Eudoxi libros, ejusdem fere argumenti, quorum prior ἔνοπτρον, alter φαινόμενα inscribebatur, addit, posteriorem potissime ab Arato expressum. Φέρεται δὲ εἰς Εὔδοξον β' βιβλία περὶ τῶν φαινομένων σύμφωνα κατὰ πάντα σχεδὸν ἀλλήλοις πλὴν ὀλίγων σφόδρα. Τὸ μὲν οὖν ἓν ἐν αὐτῶν ἐπιγράφεται ἔνοπτρον, τὸ δὲ ἕτερον φαινόμενα, πρὸς τὰ φαινόμενα δὲ πλὴν ποίησιν σωτέταχεν

(*f*) Confer Scholiasten Theocriti ad Idyll. 7. v. 98. 99. 101. &c. Meminit Arati Theocritus iterum Idyll. 6. vide Scholia ad v. 1.

2011 Ministerio de Cultura

παχεν. Utrumque tamen à Poeta conſultum ipſe docet lib. 2. ἐν πᾶσι χεδὸν τοῖς περὶ τὰς ἀνατολὰς τ̃ ἄστρων, συμφωνέντων ἀλλήλοις τ̃ δύο [εὐδόξε] συνταγμάτων, περὶ ὧν τ̃ δ̃ Περσέως διαφόρε τ̃ ἀναγραφῆς ἔσης, εὐλόγως ὁ Ἄρατος διαπορῶν ποία τις κατακολουθήσει ἀποφάσει, ἀμφήριστον φήσιν εἶναι καὶ διαμφισβήτησιμον. Sane ex propria obſervatione non ſcripſiſſe Aratum, præter Ciceronem teſtatur idem Hipparchus lib. 1. Τῇ Εὐδόξε συντάξει κατακολουθήσας τὰ φαινόμενα γέγραφεν, ἀλλ' ἐκ καταδίαν παρατηρήσας, ἢ μαθηματικῶν κείσιν ἐπαγγελλόμενος ἐν τοῖς ἐρανίοις περιφέρειαν περὶ διαμαρτανόντων τ̃ ἐν αὐτοῖς. Quod adeo verum eſſe notat per librum illum integrum, ut etiam clima * ipſum, ad quod phænomena accommodavit, ab Eudoxo Aratus petierit. Χωρὶς δ' τούτων καὶ τὸ κλίμα τ̃ κόσμε τῷ εὐδόξῳ ὑποτίθεται ὁ Ἄρατος. Καὶ γὰρ ὁ Εὔδοξος ἐν τῷ Ἐπιγραφομένῳ ἐνόπτρῳ τ̃ τροπικὸν τέμνεσθαί φησιν ἔτως, ὥστε λόγον ἔχειν τὰ Τμήματα πρὸς ἄλληλα τ̃ αὐτὸν οἷον ἔχει τὰ ε πρὸς τὰ γ'. Et lib. 2. iterum affirmat eum ὡσαυτὶ περιγράφειν τὰ ὑπὸ εὐδόξε ἑρημία. Salmaſium vero qui p. 822. ad Solin. non Eudoxum, ſed Phainum vel Metonem fuiſſe contendit, quem Aratus fuerit ſecutus, confutat Petavius VI. 9. Auctarii Operis de doctrina temporum. Heſiodi imitatorem jam olim agnovit Callimachus Arato ſuppar in Epigrammate, de quo dixi lib. 2. c. 8. §. 17. & hinc inde notat Grotius in notis. Ζῆλον Ὁμηρικὸν in Arato prædicat Suidas. Ποιητὴν γοῦν ἀδοξότερον τ̃ Ὁμήρε vocat Maximus Tyrius diſſ. 14. Et Ovidio judice lib. 1. Amor. eleg. 15. *cum Sole & Luna. ſemper Aratus erit.* Sed ne alia Arati elogia à Barthio lib. 1. Adverſar. c. 15. magnam partem collecta hic repetam, non exiguæ laudi Poetæ noſtro Aſtrico eſt, quod Hemiſtichion ejus τ̃ δ' καὶ γὼ ἐσμὲν, quod verſu quinto Phænomenon etiamnum exſtat, ſanctificare dignatus eſt Sanctus Paulus Apoſtolus Arati conterraneus Actor. XVII. 28. ex eo enim petitum illud eſſe obſervant poſt Clementem Alex. 1. Strom. p. 315. Hieronymus Epiſtola ad Magnum & in Galat. 4. Tit. 1. tum Chryſoſtomus, Oecumenius aliique: licet Euthalius à Zacagnio editus p. 420. ait eſſe Ἄρατε Ἀστρονόμε καὶ Ὁμήρε ποιητ̃, & in Cleanthis qui Athenis docuit (Athenienſes autem alloquitur Paulus, cum ait ὡς καί τινες τ̃ καθ' ὑμᾶς ποιητ̃ εἰρήκασι) inſigni ad Jovem hymno, quem è codice Farneſiano Eclogarum Phyſicarum

* Ex diverſis Aſtronomis diverſorum climatum obſervationes tranſtuliſſe Aratum ſuſpicatur Grotius in notis p. 10. At Petavius III. 5. auctarii ad opus de doctrina temp. contendit, Eudoxum varia parapegmata nec unius loci confeciſſe. Iſta forte miſcuit ac inter ſe confudit Aſtrologiæ non ſatis peritus Aratus. Vide &, ſi placet, quæ Voſſius p. 155, de ſcientiis Mathemat. Tatii Iſagogen. c. 35 Schol. Gr. ad v. 498.

2011 Ministerio de Cultura

Stobæi (in vulgatis enim Stobæi libris, etiam in excerptis à Grotio frustra illum quæres) vulgavit Fulvius Ursinus post carmina IX. fœminarum p. 272. & post Ursinum H. Stephanus p. 49. Poes. Philosoph. atque cum eleganti Jac. Duporti Metaphrasi Cudvvorthus p. 432. itidem versu quarto legitur ἐκ σὲ χὴ Ζεῦ ἐλήλυθα, & in Pythagoreorum aureis illud notum: θεῖον ζῆν ἐστὶ βροτοῖσι, pro quo eleganter Oppianus V. ἁλιευτ. 7. αὐτοπάτωρ μακάρεσσι ζῆν, ad quem locum consulendæ doctissimi Rittershusii notæ.

III. Quamvis vero Aratus judice Hipparcho ἀπλᾶς τε καὶ σωτόμος ἐστὶ ποιητὴς, ἔτι ὃ σαφὴς τοῖς ἐμπείρως παρακολουθηκόσι: tamen hæc ipsius Phænomena plurimi è veteribus olim illustraverant, quorum non pauci * nominantur ad calcem commentarii Isagogici, qui à Victorio p. 117 editus est sub titulo Ἐρατοσθένους, ἐν ἄλλῳ Ἱππάρχου, εἰς τὰ φαινόμενα, licet nec Eratosthenis nec Hipparchi esse constet. Notitiam illorum hoc loco subjiciam ordine literarum, testimonia quædam & nonnullos etiam scriptores illis adjuncturus.

Agesianax sive *Hegesianax*, cujus, ut Hermippi quoque Phænomenon mentio in hoc Ptolemæi Epigrammate apud auctorem vitæ, quam Victorius edidit.

Παίδ' Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἑρμιππος τὰ κατ' ἄθλα
Τείρεα, καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαινόμενα
Βίβλοις ἐγκατέθεντο, ἀποσκόπιοι δ' ἀφάμαρτον
Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγως σκῆπτρον Ἄρητος ἔχει.

Alexander Ætolus Arati æqualis.
Alexander Ephesius.
Antigonus Grammaticus.
Apollonius Geometra.
Apollonius Grammaticus.
Aristarchus Samius.
Aristarchus Grammaticus.

Aristo-

* Non omnes, qui eo loco nominantur οἱ περὶ τὸν Ποιητὴν συνταξάμενοι Scholiis vel commentariis perpetuis Arati poema illustrarunt, sed quidam ex illis tantum egerunt de poeta, ut Callimachus: alii ut Thales, Aristarchus Samius, Geminus Rhodius, Parmenides & Eratosthenes scriptis suis Astrologicis saltem argumento, quod persecutus est Aratus, lucem attulerunt,

2011 Ministerio de Cultura

Aristophanes Byzantius Phænomena scripsisse traditur in Arati vita, quam vulgavit Victorius.

Aristyllus major.

Aristyllus minor.

Attalus Rhodius Mathematicus, quem acuratissime sua ætate in Arato interpretando versatum notat Hipparchus, licet passim eum reprehendens. Recensuerat autem emendaveratque Attalus Arati poema & ἐξηγήσει illustraverat, ut patet ex his prooemii ejus verbis apud Hipparchum p. 101. διὸ δὴ τὸ, τε Ἀράτου βιβλίον ἐξαπεσταλμένον σοι διωρθωμένον ὑφ' ἡμῶν καὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ κ. τ. λ.

Boethus Philosophus in quarto ἐξηγήσεως Arati laudatur à Gemino c. 14.

Callimachus Cyrenæus Aratum laudavit in scriptis ad Praxiphanem, teste auctore vitæ Arati à Victorio editæ, ὡς πολυμαθὴς καὶ ἄριστον ποιητὴν.

Callistratus Tenedius.

Crates Grammaticus, allegatur à scholiaste Germanici.

Critolai quartum Φαινομένων laudat Plutarchus in parallelis.

Didymus Alexandrinus ὁ πόνηρος laboriosus.

Didymus Cnidius.

Diodotus, ita forte etiam in Scholiaste Germanici legendum prô Diodoro.

Eratosthenes, de quo infra, hoc ipso capite.

Evenæti duo.

Geminus Rhodius de quo supra c. V.

Hegesianax. Vide supra in Agesianacte.

Heliodorus Stoicus.

Hermippus Peripateticus.

Lasus Magnes Phænomena scripsit teste auctore vitæ Arati à Victorio editæ.

Mariani Metaphrasis Phænomenon Arati jambis græcis 1140. Imperante Anastasio composita, Suidæ memoratur.

Numenius Grammaticus.

Parmenides

Parmeniscus Grammaticus

Pyrrhus Magnes

Sminthes.

Sporum, Arati ὑπομνηματιστὴν laudat Leontius de Sphæra. & Arati Schol.

Tha-

2011 Ministerio de Cultura

Thales videtur inter commentatores Arati poni, quoniam ſcripſerat (licet diu ante Aratum) de Aſtrologia, qua ratione multos alios huc referri oportuit.

Timotheus.

Zeno.

Zenodotus Ætolus laudatur à Scholiaſte Germanici.

IV. Hodie exſtant (1) *Hipparchi* Bithyni, centum prope annis Arato junioris, in Phænomena Eudoxi, Arati, & Attali in Aratum commentaria libri tres ad *Æſchrionem*, quibus Aratum Eudoxi veſtigia legiſſe, pariterque cum illis Attalum ſæpius à vero aberraſſe oſtendit. Vide quæ de hoc Hipparcho dixi ſupra cap. V. (2) *Achillis Tatii* Alexandrini (de quo ibid.) Iſagoge in Aratum, in qua de univerſi originibus, elementis ac ſphæræ ratione erudite diſſerit. (3) Commentarius inchoatus in Aratum neſcio cujus auctoris, ſub falſo *Eratoſthenis* vel *Hipparchi* nomine. (4) Alter Anonymi commentarius inchoatus eruditior, præmiſſa *de genere & vita Arati diſſertatione*, qua præclara nonnulla continentur. Hæc quatuor ſcripta una cum Aſteriſmorum deſcriptione aliisque ſcriptis primus è Medico & Vaticano codice vulgavit *Petrus Victorius*, latinam quoque illorum verſionem daturum ſe pollicitus. Florent. 1567. fol. Latine primus vertit & excepta illa, quam dixi, Aſteriſmorum deſcriptione cum ſua translatione & diſſertationibus copioſis atq; eruditis edidit *Dionyſius Petavius* Jeſuita in Uranologio ſuo ſive auctario doctrinæ temporum, in quo & Theodori Gazæ librum de menſibus poſt A. C. 1470. compoſitum, aliosque ſcriptores, ſupra c. V. p. 96. recenſitos, adjunxit. Pariſ. 1630. fol. & Amſtelodami 1703. fol. (5) Scholia Græca in totum Arati poema, præfixa *Leontii* * Mechanici diſſertatione περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαίρας, & Arati vita, neſcio quo ſcriptore, à priore illa, quam à Victorio editam dixi, diverſa & breviore. Hæc Scho-

* Conſtat, Leontium ſcripſiſſe hanc in gratiam Theodori familiaris ſui cum quo non ita pridem Mechanicæ ſe arti operatum teſtatur. Πρώην ὦ καλὲ Θεόδωρε, ἐτυγχάνομεν ἐν τῷ μηχανικῷ ἐργαστηρίῳ ἐργαζόμενοι. Sive hic fuerit Theodorus Mechanicus ad quem Proclus ſcripſit librum de providentia & fato, ſive alter potius ut videtur Theodorus paulo junior, ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λόγῳ, cujus ope Romani ſub Juſtiniano Imp. uſi ſunt adverſus Choſroen in obſidione Daræ civitatis, ut refert Procopius lib. 2. de bello Perſico c. 13. p. 121. Narrat quoque Leontius ſphæram ſe hujuscemodi Arateam qualem deſiderabat Theodorus

2011 Ministerio de Cultura

Scholia in editionibus tribuuntur *Theoni* Alexandrino, de quo lib. V. dixi. Sed recte Grotius p. 24. ad Aratum: *Sciendum eſt, ſcholia Aratea non eſſe unius Theonis, ſed & aliorum: nam & ſæpe idem iteratur, quod Scholiaſtæ facere non ſolent, & contrariæ ſententiæ inferuntur.* Adde quod in MSS. codicibus longe aliter paſſim leguntur, ut obſervarunt viri docti, Salmaſius ad Solin. illuſtris Huetius ad Manilium p. 8. &c. Ineditum Arati Scholiaſten allegat idem Salmaſius p. 891. & Bochartus in Hierozoico T. 1. p. 189. Euſtathius quoque ad Homerum laudat Arati ὑπομνηματιςας & ἐξηγητάς.

V. Latino carmine pridem Arati phænomena convertit *Cicero*, admodum, ut lib. 2. de natura Deorum teſtatur adoleſcentulus: & *Germanicus Cæſar & Avienus*, atque Hieronymo in 1. ad Titum teſte *multi quos enumerare longum eſt.* Ciceronis fragmenta ſola, at Germanici, (quem Rutgerſius atque alii quidam perperam malunt Domitianum) Metaphraſis integra Phænomenon cum prognoſticorum initio & Avieni Aratus integer exſtat, de quibus vide, ſi placet, quæ in Bibliotheca latina annotavi, ubi etiam de latino, quem vocant Germanici Scholiaſte. His Julium *Cæſarem* adjungere facile erat, niſi videretur metuendum, ne illum pro Germanico Cæſare Firmici ac Suidæ inadvertentia poſuerit. *Ovidium* è Probo ad Georgica Virgilii addit Barthius X. 21. Adverſar. Etiam *Manilium* in Apoteleſmaticis ſuis Arati quædam ad verbum transtuliſſe obſervat Scaliger pag. 54. ad Manil. edit. Argentorat. Sed nec *Statii* Poetæ Pater hoc loco prætereundus, de quo Papiniusfilius in Epicedio V. 3. ſilv. v. 23.

\- - *notique modos extendis Arati.*

dorus, jam conſtruxiſſe Elpidio Scholaſtico ἀνδρὶ ἀξιολόγῳ ὁμῶ καὶ φιλομαθεῖ. Hic eſt ni fallor Elpidius Patricius qui deinde primo anno Mauricii miſſus eſt legatus ad Chaganum Avarum Regem teſte Cedreno & aliis. Unde de ætate Leontii noſtri conſtare arbitror, quem aliquot poſt Claudium Ptolemæum ſæculis ſcripſiſſe colligas etiam ex eo, quod ſphæras ſive globos cœleſtes teſtatur ſua ætate non tantum ab Arati deſcriptione in quam plurimis diſſidere, ſed & à Ptolemæo abire in quibusdam. Plures Leontii nomine gaudentes collegit Jac. Gothofredus in Proſopographia Codicis Theodoſ. & Joh. Jonſius Epiſtola de Spartis, in Syntagmate Græviano p. 222. quibus addendus Leontius Phoronei frater. ap. Petrum Bleſ. Epiſt. 79. Leontius Aglaionis F. de quo Plato 4. de Rep. Leontius ad quem Julianus Imp. Epiſt. 22. Leontius ſervus apnd Abdiam III. 21. Leontius Foroiulienſis Epiſcopus, de quo Vincentius Barralis p. 126. ſeq. Leontius Magneſianus laudatus Nic. Alemanno ad Hiſt. arcanam Procopii p. 7 De Leontii Cyprii locis communibus Theologicis vide ſis Colomeſii paralipomena de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

2011 Ministerio de Cultura

VI. E recentioribus fertur latina Metaphrasis *Nicolai Aleni* Essextiani Angli, inter ejus poemata Paris. 1651. 4. *Hugonis Grotii* qui fragmentis Ciceronis, quæ exstant servatis, reliqua de ~~suo~~ supplevit, in syntagmate Arateorum, de quo infra. Lugd. Bat. 1600. 4. *Eliæ* denique *Schedii* (ejusdem cujus de Diis Germanorum liber exstat) Gustrov. 1631. 8. *Gallico* carmine saltim fragmenta Ciceronis reddidit *Durerus* à Lescalo-perio subinde notis ad Ciceronem de natura Deor. p. 409. seq. reprehensus. Italice Aratum, ut audio, convertit *Bernardinus Baldus*. Sed jam deinceps Græcas ac Græcolatinas Arati editiones prosequamur.

VII. *Græce* prodiit

Inter Poetas Principes *H. Stephani*, Paris. 1566. fol. sine scholiis, sed emendate& typis luculentis.

Cum Leontio de Sphæra & Scholiis Græcis Theonis Alex. Basil. apud Walderum 1536. 4. in hac editione præter Procli Sphæram & Jac. Zieglerum de Sphæræ constructione habetur Planisphærium Ptolemæi è Rodolphi Brugensis versione, & Hemicyclum Berosi (ex Vitruvii IX. 9.) explicatum.

Cum Leontio de Sphæra & Scholiis Græcis Paris. 1559. 4. typis Regiis apud Guil. Morell.

Oxoniæ A. 1672. 8. cum scholiis Græcis emendatioribus & καταστερισμοῖς Eratosthenis ac Dionysii Hymnis curante *Joh. Fello*, Oxonienfi postea Episcopo. In hac perquam nitida & castigata editione ex altero codice MSto Bodlejano videas adscriptos post v. 470. hosce versiculos à Maximo Planude, ut suspicatur illustris editor, vel alio quopiam minus antiquo infertos, quo Aratum Ptolemæi magis placitis congruentem faceret.

Ἐν δέ οἱ ἐξ ποδὸς δίδυμων τὸ μέσον καθορᾶται
Ἐν δέ τοι ὑάδες ἃς αἰέχει λοφιῆς ἐπι ταὐρῳ
Γλωχὶν ωλητάδων ἡγ' ἐς βορέην σκοπιάζει.
Ἰχθύϊ δ' ἀυ κεφαλὴ βορεωτέρω ἐστὶν ὐπ' αὐτῷ
Ἀνδρομέδης κεφαλῶ ἣ καὶ ὀρνίθιον ἀθρήσεις
Ῥάμφῳ ὑπερκύκλοιο βορειοτέρης ὑπὶ χώρης
Μικρὰ βορειοτέρης, καὶ ἀπέσσυαν ἄμφω ἐς ἴσα.
Ἐς μέσον ἀμφοτέρων δ' ἵππου γόνυ μᾶλλον ἐκείνων
Ἀγχι τροχοῦ κέκλιται καὶ μικρὸν δεῖν' ἐν ἐκείνῳ.
Τοῦτ' ἐν γόνασι δεξιτερὸς διατέμνεται ὦμος.

Καὶ

2011 Ministerio de Cultura

Καὶ πολυωλεθροτάτῳ μυκτὴρ ὄφεως ὀφιόχῳ
Αὐγ᾽ τ᾽ Ἀρκτόρῳ ἀελδήκετ᾽ ἐς πόλον ἀςήρ.
Αὐταὰρ ἔπειτα λεοντέη ὀσφὺς, ἔπειτα ᾗ χαίτη.
Εἶτα δ᾽ ὄνων ὁ Βόρει᾽ ἐπόψια σήματα κύκλῳ,
Καρκίνον ἐς μῆκ᾽ ᾗ ὅλον τείχαλ᾽ διαμείβων
Δοιὰ μὲν ἐς νότον, ἠ ᾗ Βόρειον ἐς αὖτυχα λείπει.
Τῷ μὲν ὅσον τε μάλιςα δ᾽ ὀκτὼ μετρηθέντ᾽
Πέντε μὲν ἔνδια ςρέφεται καθυπέρτερα γαίης
Τὰ ςεῖα δ᾽ ἐν πεζάτῃ, ἥρε᾽ ᾗ αἱ ἔντροπαι εἰςί.
Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐν Βορέῳ ᾧ εἰ καρκίνον ἐςήρικται
Ἄλλ᾽ δ᾽ αὐτιόωντι νότων ὅτι αἰγοκερῆ᾽
Τέμνῃ, καὶ ςροφάλιγγα μέσην ὑδροχεύμῳ᾽ ὑγρῷ,
Οἷς ἅμα κήτε᾽ ἀραῖον νοτιώτατον αἴρει,
Καὶ πόδας ᾧ ζῳδίου νότιόντε ἰοῖο λαγωῷ.
Μεσάτιός τε κύων ἀπομείρεται ἔνθα καὶ ἔνθα
Εἶτα δ᾽ ἀκροςόλιόν τι καὶ ἰσίον ἀργό᾽ ἄκρον
Σχίζει καὶ κεφαλὴν πόδα᾽ Βορέῳ δ ἀπολείπει.
Αὐταὰρ ὕδροιο δίεισιν ἀειρομένης ἄκρον ἀρῆς,
Ἀνταρέως τ᾽ ἔχεται τ᾽ σκορπίῳ᾽ ἴσχει ἐν αὐτῷ
Ἀςέρα παμφανόωντα. καὶ ᾗ σὺ τοξότα φεύγεις
Ἀλλὰ καὶ ὑμετέρῳ κεφαλῷ διὰ μέσον ὁρίζει
Τὸν πύματον &c.

Similiter ex eodem codice poſt verſum 504.

Σῆμα δέ οἱ σωίδετμ᾽ ὃς ἰχθύας ἐς ἐνελάυνει
Ἐν ᾗ ᾧ᾽ μεγάλῃ μεχανήτε᾽ ἔπλετο κήτευς
Καὶ μέσον Ὠρίωνα᾽, ὅπῃ ζώνῃ μ᾽ μῆκ᾽
Ἐκτέταται, καὶ ὕδρῳ πρώτῃ καμπὴ κρυεροῖο.
Παρθενικὴς δ᾽ εἴδωλον ἔπειτα διάνδιχα τέμνει
Λοξὸν ἀπὸ πτέρυγ᾽ λαιῆς, ἄλλην δ᾽ πιπτέζαν.
Εἶτ᾽ ὄφεως μεγάλοιο, τ᾽ ἀμφοτέραις ὀφιόχ᾽
Δεξιὰ μὲν κατέχει καμπὴν πρώτην κ᾽ χερσὶν,
Οὐρὴν δ᾽ ἀκροτάτην κ᾽ δεξιὸν ἀνέρ᾽ ὦμον.
Ὑπὸ πολὺ πρὸς Βορέλῳ ἀπολείπεται, ἐς μέτρα δ᾽ ἴσσα
Ἀϊετὸς ἑκταπύδας, δ᾽ ἀκύπτερον ἐς νότον οἶμον
Δεξιτερὸν κύκλοιο πρὸ πέτεται. ὑδρυχό᾽ ᾗ

2011 Ministerio de Cultura

Αὐξ ἔχει κεφαλὴ ὀπιθύκλε. τ νεπόδων ὃ
Ὃς νοτιώτερός ἐστι, διχάζεται ἀλλ' ὀπὶ μῆκ@.
15. Τὰς μὲν παρβολάδεω ὀρθὰς ἀπετέλεται ἄξων.

Equidem vetus auctor vitæ Arati à Victorio editæ teſtatur olim illius poema varie depravaſſe non modo pictores, Grammaticos & Aſtronomos interpretationibus ſuis, ſed etiam nonnullos truncando, interpolando. Proœmium * totum usque ad verſum undevigeſimum alii plane omiſerunt & Arati eſſe inficiati ſunt. Alii tale ſcripſerunt exordium eſſe Poematis Aratei:

Ἀμφί μοι ἠελίοιο κλειτοῖο τε μήνης
Ἔσατε μοι Μῶσαι - - -

Alii in hanc ſententiam, veluti Anclidi cuipiam inſcriptum:

Ἀγκλείδη ξείνων ἱερὸν θάλ@, εἰ δ' ἄγε ζύ μοι
Οὐρανίην ψάυσειας ὀπὶ τρίβον - - -

Vel Antigono Regi:

Ἀντίγονε ξείνων ἱερὸν θάλ@ - - -

Vel denique ſic:

Ἐπ ταχα σὺν δεκάδεσι πολιομβρίων ἐνιαυτ.

Ex his tot tamque diverſis exordiis abunde conſtat, quantum in Arato præcipue ſibi permiſerit Criticorum audacia.

VIII. *Editiones Græco latinæ.*

Cum Ciceronis, Germanici & Avieni Metaphraſi, & Theonis ſcholiis græcis, addito Manilio, Firmico & Procli Sphæra. Venet. 1499. fol. apud *Aldum Manutium.*

Cum præfatione *Phil. Melanchthonis* Witeb. 1521. 8.

Cum verſione proſaria & notulis *Joh. Ceporini*, addita Procli ſphæra, Cleomede & Dionyſii periegeſi. Baſil. 1534. 1547. 1561. 8. apud H. Petri.

Cum Ciceronis Metaphraſi è Germanico & Avieno ſuppleta & notis *Joach. Perionii*, præfixa Leontii ſphæra & Arati vita Græce Pariſ. 1540.

2011 Ministerio de Cultura

1540. 4. & eodem anno Basileæ 8. ad calcem Nicomacheorum Aristotelis à Perionio latine translatorum & Platonis Timæi locis cum Ciceronis de universitate collatis, quod post H. Stephanum in Timæo pariter & Arato fecit etiam *H. Stephanus* in Lexico Ciceroniano A. 1557. 8.

Cum Metaphrasi Germanici & ad eum veteri commentario. Basil. 1549. & 1570. fol. ad calcem Hygini &c.

In Astronomicis veterum à *Joh. Commelino* editis A. 1589. 8. cum Leontii sphæra aliisque.

In corpore poetarum græcorum, curante *Jac. Lectio*. Genev. 1606. fol.

In *Hugonis Grotii* Syntagmate Arateorum, quod sedecim vix annos natus Josephi Scaligeri auspiciis edidit Lugd. Bat. 1600. 4. In hoc græca leguntur cum Metaphraseos Ciceronianæ fragmentis separatim subjunctis & ubi hæc deficiunt, Grotii ingenio suppletis, tum Germanici Metaphrasi itidem seorsim subnexa, cum imaginibus Astrorum ex veteri quidem depromptis codice, sed naturæ rerum ac veterum opinioni sæpe parum respondentibus. Hinc Grotii notæ sequuntur in Aratum, Ciceronem, atq; Germanicum. Deniq; sequitur Metaphrasis tertia Avieno auctore, cum Grotii brevibus notis ad singulas paginas adjunctis. Nam Daniel Lundius quidem fallitur, qui in compendio Bibliothecæ Græcæ affirmat, græca quoque scholia in Grotii editione legi. Fallitur etiam Heidenreichius, qui in Pandectis Brandenburgicis ait Aratum cum aliis scriptoribus latine redditum à Junio Paulo Crasso. Pro Arato enim Aretæum dicere debuit. Fuerunt Grotii Aratea in Bibliotheca Petri Francii collata cum vet. cod. à Nic. Heinsio, & à viro illo doctissimo animadversionibus locupletata.

IX. Scripserat & alia Aratus, quæ intercidere. Fuerunt autem hæc:

Ἀνατομὴ Suid. in Ἄρατος.

Εἰς Ἀντίγονον Suid.

Ἀνθρωπογονία Suid.

Ἀστρολογία καὶ ἀστροθεσία Suid. Vide infra in κανών. Aratum ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἀστρικῶν laudat Tzetzes ad Hesiodum 1. Ἔργ. p. 6, b.

Διόρθωσις Ὀδυσσείας. Vide quæ dixi supra lib. II. c. 2. §. 19.

Ἐλεγείων liber, ex quo de *Diotimo* poeta distichon proferunt Macrobius V. 20. & Stephanus Byz. in Γάργαρα, Anthologia Epigr. II. 40. p. 239.

2011 Ministerio de Cultura

Epicedium in Cleombrotum Suid.
Epicedium in fratrem Myrin. Auctor vitæ à Victorio editæ.
Epigrammata in Philen Antigoni Regis conjugem. Suid.
Ἐπιθυτικόν Suid.
Εἰς Θεόπροπον Suid. & Schol. Arati v. 259. ubi Θεόπρομον legitur. Sed ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον Πτηνδείῳ allegatur etiam in ſcholiis ad Odyſſ. Σ. 486.
Epiſtolæ, ſeu quas Atato ſuppoſitas à *Sabirio Pollone* (Sabidio forte vel Sabinio Pollione) contendebat Apollonides Nicænus. (Νικαέυς pro Κηφεὺς legendum ex Ammonio, ut obſervavit Clariſſ. Bentlejus.) Vita Arati à Victorio edita & Suid. Has Epiſtolas Meurſius male refert ad Aratum Sicyonium. Equidem è Suida conjicere poſſis Epiſtolas & carmine & proſa Aratum Solenſem ſcripſiſſe, vel ſub ejus nomine lectas olim fuiſſe. Verum haud accuratiſſimus auctor eſt Suidas.
Ἠθοποιίαι Suid. quod perperam nonnulli reddunt *de moribus*.
Ἰατρικαὶ δυνάμεις. Auctor Vitæ & Pollux, qui II. 4. tres Hexametros profert ex Arati ἰατρικοῖς.
Κανών. Achilles Tatius c. 15. & 16. Iſagoges in Aratum, ubi teſtatur auctorem hoc in libro ſingillatim egiſſe de quinque planetis. Forte non diverſus hic liber fuit ab eo, qui Suidæ eſt ἀστρολογία καὶ ἀστροθεσία.
Περὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου. Auctor Vitæ.
Ὁσολογία Auctor vitæ.
Παίγνια Suid.
Εἰς Παυσανίαν τὸν μακεδόνα. Suid.
Σκυθικός. Auctor Vitæ.
Σπονδοφόροι (ſcil. λόγοι vel ὕμνοι) Suid.
Σύνθεσις εἰς Φαρμάκων Θηριακῶν Πιτήδειαν. Suid. reſpicit Galenus lib. 2. de antidotis c. 7. T. 2. p. 445.
Ὕμνοι εἰς τὸν Παῖνα Suid, ſive ut auctor Vitæ ὕμνος.

Quid vero eſt, quod Strabo lib. X. p. 486. de Gyaro agens, δηλοῖ δ', inquit, τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κζ' λεπτὸν (Xylander: *in minutis*)

Ὦ Λητοῖ σὺ μύθεις μοὶ σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ
Δηλὴ ἠὲ Γύαρον παρελεύσεαι ἀντίχ' ὁμοίην.

X.

2011 Ministerio de Cultura

X. Theocrito, Ovidio & aliis poetisplerisque Græcis & latinis Arati nomen ita effertur, ut prima brevi, media Syllaba producatur, sed Callimachus in Epigrammate, primam produxit, ρ duplicando: ut in Ἄρρᾰβες, Πυρρἰωναῖον ὄρος & similibus; mediam corripuit Simonides apud Laertium IV. 45. si lectio sana fuerit, Sidonius & Auctor poematii latini, in quo legas hunc versum:

Aut Arati numeros, aut picta Manæthonis astra.

Alius autem ille & longe antiquior fuerit Aratus (ni locus ille corruptus est) cujus imaginem Simonides testatur Parios expressisse in suis numis. Alius quoque (2) fuit, cujus vitam Plutarchus consignavit Aratus Sicyonius * prætor Achæorum fortissimus & Polybio multis laudatus nostri Arati æqualis, auctor operis Historici, XXX. amplius libros complexi: de quo, ut (3) de Arato Cnidio Ægyptiacæ Historiæ scriptore Vossius in Hist. Græcis. Etiã Arati Sicyonii dialogos ad Zenonẽ ab Athenæo laudari legas in doctissimi Meursii Bibliotheca græca. Sed Persei Stoici convivales dialogos non Arati memorat Athen. lib. IV. p. 162. (4) Aratus Sicyonius, Sicyonii ducis, de quo jam dixi, Filius, & ipse prætor Achivorum, de quo Polybius lib. IV. (5) Aratus Tegeates Historiarum scriptor, quem ex Hygino observat Meursius, forte vero nomine vocabatur Aræthus Ἄραθος, ut est in scholiis ad Apollonium. Vide Munckeri notas ad Hyginum c. 1. Poetic. Astronom.

XI. Index scriptorum in quo *Hipp.* notat libros tres Hipparchi in Aratum. *Schol.* Scholia Græca ad versum Arati, *Er.* Eratosthenis catasterismorum caput, *Germ.* paginam in scholiaste latino Germanici, editionis Paris. apud Guil. Morellium, 1559. 4. *Leont.* libellum Leontii Mechanici περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαίρας. *Vit. 1.* Vitam Arati à P. Victorio & Petavio editam. *Vit. 2.* Vitam alteram & prolegomena Græca quæ Arato præmittuntur. Et denique *Pseud. Er.* libellum in Arati Phænomena sub falsis Hipparchi vel Eratosthenis nominibus editum. His denique adjunxi etiam

* Ejus Effigiem vide, si placet, in Jac. Gronovii thesauro Antiq. Græcar. T. 3 lit. g.

2011 Ministerio de Cultura

etiam ſcriptores ab *Hygino* allegatos ex editione Clariſſ. viri, Thomæ Munckeri.

Achæus. *Schol.* v. 172.
Ægyptii. *Schol.* v. 150. 152. 192. 359. 443. 544. 733. 752. 924. 946. Ægypti ſitus δελτωτὸν refert. v. 233.
Æſchrioni inſcripſit Hipparchus ſuos in Aratum libros.
Æſchylus. *Er.* c. 24. *Hygin.* p. 376. 384. 411. ἐν Γλαύκῳ ποντίῳ. Vit. 1. Prometheo ſoluto. *Hygin.* p. 371. ἐν Φορκύσι. *Er.* c. 22. *Hygin.* p. 376.
Agiaoſthenes. *Germ.* p. 127. ἐν τοῖς Ναξιακοῖς Er. c. 2. & 30. Hygin. pag. 358. 387. Male in *Germ.* p. 106. Agatoſthenes in Aſiaticis carminibus.
Alcman. *Vit.* 1.
Alexander Ætolus Arati æqualis. *Vit.* 2. cujus in Epiſtolis Aratus meminit. *Vit.* 1. Non alius forte Alexander qui laudatur ab *Hygino* pag. 395.
Amphianus tragœdiarum ſcriptor. *Germ.* p. 130.
Amphis Comicus. *Germ.* p. 106. *Hygin.* p. 356.
Anacreon. *Hygin.* p. 370.
Anaxagoræ ſententia de Cometis. *Schol.* v. 1091.
Anaximenis ſententia de iride. *Schol.* v. 940.
Antimachus. Vit. 1.
Antiſthenes. Germ. p. 236. ἐν τῷ Ἡρακλεῖ. *Er.* c. 40.
Apollinaris. *Schol.* v. 1051.
Apollonides Νικαεὺς (ita leg. pro Κηφεύς) Arati Epiſtolas & Euripidis (vide quæ ſupra lib. 2. c. 10. §. XXIII.) ſuppoſitas eſſe exiſtimabat. *Vit.* 1.
Apollonius (Poeta) *Schol.* v. 988. Apollonius qui Aratum commentario illuſtraſſe colligitur ex Vita 1.
Aratus *Er.* c. 2. 9. *Hygin.* p. 370. 389. 401. 431. 449. 461. 465. 466. πρὸς τὸ κλίμα τῶν Ἑλλησπόντου καὶ Λακεδαιμονίων δοκεῖ τὴν τῶν Φαινομένων πραγματείαν συντεθεῖναι, ἢ ἔστι πιθανὸν ἐκεῖσε διατρίβειν ἔνθα καὶ τὰς λόγους ἐποιήσεν. *Schol.* v. 498. πρὸς τὸ τῆς Ἑλλάδος κλίμα τὰ Φαινόμενα πραγματεύσατο. *Pſeud. Er.* c. 7. (Aliter *Hipp.* è quo vide quæ ſupra §. 2. p. 453.) Διοσημεῖα ἄλλο βιβλίον σφόδρα βιωφελές. *Schol.* v. 373. τὰς αἰτίας ἑκάστων ἀφανεῖς ὅσας παρίησι καὶ σχασμὸς ἀδήλους ὁ διεξέρχεται καθάπερ οἱ Φιλόσοφοι. Vit. 2. τὸ ἑαυτοῦ ποίημα καὶ ποιητικὸν πως θελή-

2011 Ministerio de Cultura

θελήσας εἶναι, ἀλλ' ἀχὶ μόνον φυσικόν, *Schol.* v. 28. ὅτι δὲ πρὸς τὸ ἀκριβὲς, ὡς φησι Σπόρος ὁ Ἰατρομνηματισής, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τοῖς ναυτιλομένοις πᾶσι ἅπτεσθαι, εἰκότως ἢ ὁλοσχερέστερον διὰ ταῦτα διαλαμβάνει. *Leont.* Οἱ μὲν εὐθεῖς [εὐήθεις] προσχρῶνται τῷ ποιήματι τὰ φαινόμενα, οἱ δὲ ἀκριβεῖς τὴν διάθεσιν καὶ κίνησιν τῶν σφαίρας. *Vit.* 2. Ὅμηρον μὲν ἐν τε καὶ ζωγράφων. *id.* his Aſtronomos, Grammaticos & Geometras addit *Vit.* 1. Alii in Aratum Scholiaſtæ *Schol.* v. 559. Heſiodi imitator Aratus. v. 45. Homeri quoque *Vit.* 2. ſed in argumento ipſo potiſſimum ſecutus eſt Eudoxum. (vide quæ ſupra pag. 453. ex *Hipp.* & *Vit.* 1. &c.) Aratus ἐν τῷ εἰς θεόφραστον ποιήματι. *Schol.* v. 259. Medicus fuit. *Vit.* 1. ubi & alia ejus ſcripta recenſentur, quæ ſupra ordine retuli.

Alius Aratus Cnidius, cujus fuerunt Ægyptiacarum Hiſtoriarum libri, *Vit.* 1.

Aratus Sicyonius cujus πολύβιβλος ἱστορία libris XXX. id.

Archibius ad Antiochum Syriæ Regem ſcripſit. *Germ.* p. 147.

Archilochus. *Schol.* v. 1003. *Vit.* 1.

Areithus (al. Arætus, Aritus vel Ariethus) Tegeates *Hygin.* pag. 358. 370.

Argolicorum ſcriptor. *Hygin.* p. 367.

Arion citharoedus. *Schol.* v. 316.

Ariſtarchus Grammaticus. *Schol.* v. 28. 254.

Ariſtomachus. *Hygin.* p, 407.

Ariſtophanes. *Schol.* v. 1047.

Ariſtophanis Byzantii Phænomena. *Vit.* 1.

Ariſtoteles. *Schol.* v. 880. 948. 1094. Philoſophus qui de animalium ratione diſſeruit. *Germ.* p. 131. ἐν τῇ περὶ ζώων πραγματείᾳ. *Er.* c. 34. ἐν τοῖς περὶ ζῴων. id. c. 41. libro de beſtiis. *Germ.* p. 136. Ejus ſententia de iride. Schol. v. 940. de Cometis. v. 1091.

Ariſtotherum Mathematicum dicitur audiſſe Aratus. Vit. 2.

Artemidorus. *Germ.* p. 128. ἐν ταῖς ἐλεγείαις, ταῖς περὶ ἔρωτος καὶ αὐτῷ πεποιημέναις βίβλοις. *Er.* c. 31.

Aſclepiades. *Schol.* v. 7. *Hygin.* p. 395. Myrleanus lib. XI. de Grammaticis. *Vit.* 1.

Aſtræus. *Vit.* 1. antiqvus Mathematicus. *Schol.* v. 97.

Aſtrologi *Schol* v. 88. antiqui. id. v. 364. 440. 637. 741. 754. 862. 1068. recentium quidam. 400. χειρογραφία in ſphæra, contraria eſt ἀφανο-

θε-

2011 Ministerio de Cultura

Ἑστία in cœlo. v. 248. 250. ὡς συνεχεῖν τὴν ἰσορίαν καὶ τὴν καταστερισμὸν 325. nominum astris impositorum quintuplex ratio. 27 Sphæræ sive globi cœlestes ætate Leontii à descriptione Claudii Ptolemæi nonnihil, & à Sphæra Arati plurimum dissidentes. *Leont.*

Athenodorus Arati pater. *Vit.* 1. & 2. Alius frater Arati *Vit.* 1. & 2. qui primus Zoilo Homeromastigi se opposuit. *Vit.* 2.

Attalus in Aratum. *Hipp.* vide supra §. 3. p. 455.

Auctor versuum quibus dicta septem sapientum comprehenduntur. *Hygin.* p. 278.

Cæsar. Germ. p. 143. 144. 145.

Callimachus. *Germ.* p. 131. *Schol.* v. 146. 298. 967. *Hygin.* p. 390. 400. 406. 408. Arati æqualis. *Vit.* 2. πολύϊστωρ αὐτῆς *Vit.* 1. qui Arati meminit in Epigrammatibus & iis quæ ad Praxiphanem scripsit. id.

Calondas Arati frater. *Vit.* 2. Caliondas *Vit.* 1.

Chaldæi. *Germ.* p. 144. *Schol.* v. 140. 242. 752.

Chares Grammaticus. *Schol.* v. 254.

Cicero *Hygin.* p. 467. in Phænomenis. id. p. 49.

Cleostratus Tenedius. *Hygin.* p. 379.

Conon Mathematicus. *Schol.* v. 146. Samius. *Hygin.* p. 400.

Crates (Grammaticus) *Schol.* v. 61. 254.

Crates poeta. *Er.* c. 25. *Germ.* p. 104. tragœdiarum scriptor. id p. 124.

Crates Comicus à Vesta incipiens profari carmina. *Germ.* p. 103.

Κρητικὸς μῦθος. *Schol.* v. 46. ὁ τὰ Κρητικὰ ἱστορῶν. infra in Epimenide.

Ctesias. *Er.* c. 38.

Cyrenæus qui Aratum Epigrammate decoravit, (Callimachus) *Vit.* 2. γηραιῷ ὄντι τῷ Κυρηναίῳ ἐπεβάλλετο, παρ' ὃ καὶ ἐπιγράμματος ἠξιώθη. Legitur illud in *Vit.* 1.

Democriti sententia de Cometis. *Schol.* v. 1091.

Diodorus. *Germ.* p. 104. *Schol.* v. 223. 254. Refertur & Diodotus quidam inter eos qui Aratum scriptis suis illustrarunt, ut dixi supra p. 455.

Diogenes Erythræus. *Hygin.* p. 405.

Dionysi stellæ Ὄνοι. *Schol.* v. 148. Oenopion Dionysi & Ariadnæ filius id. v. 637.

Dionysius Heracleotes Arati præceptor, *Vit.* 1. & 2.

Dores. *Schol.* v. 19. 254.

Elpidio Scholastico sphæram Arateam construxisse se testatur *Leont.*

Ennius. *Hygin.* p. 24.

Epime-

2011 Ministerio de Cultura

Epimenides. *Germ.* p.125. ὁτὰ κρητικὰ ἱερῶν. *Er.* c.27. *Germ.* p. 107. *Hygin.* p.248.367.
Eratosthenes *Germ.* p.116. *Schol.* v.225.402.469. *Hygin.* p.361.363.369. 371.382.386.392.400.403.415.417.424. ἐν τῷ πρώτῳ γεωγραφουμένων. *Vit.* 1.
Eubulus. *Hygin.* p.404.
Eudoxus Cnidius. *Schol.* v. 83.754.770. eum in plerisque secutus est Aratus, nec semper recte cepit. *Leont.* Vide & quæ ex *Hipp.* & *Vit.* 1. dixi supra p.453. ubi de duplici ejus scripto quorum alterum ἔνοπτρον, alterum phænomena.
Euhemerus. *Hygin.* p.377.379.417.
Eumelus Corinthius. *Hygin.* p.256.
Euphorion *Schol.* v.33.172. ejus versus quidam afferuntur ad v.519.
Euripides *Er.* c.13.15. *Germ.* p.117.118.119. *Schol.* v.970. *Vit.* 1. *Hygin.* p.20.24.374.375.376.394. ἐν Ἀλκμήσιδι. *Er.* c.29. Ἀνδρομέδᾳ *Er.* c.17. Hygin. p.376. ἐρεχθεῖ. *Schol.* v.172. Menalippa. *Hygin.* p.390. Φαέθοντι *Schol.* v.172. Φείξῳ *Er.* c.14.
E Fulgentii lib. 1. Mythologiæ. *Germ.* p.141. è lib.2. c. ult. id. p. 143. auctore non nominato.
Gentiles. *Germ.* p.142. Etiam in Græcis *Schol.* ad Aratum v.537. ἕλλωες ponuntur pro Ethnicis, unde & illorum collectorem perinde ut Scholiasten Germanici constat fuisse Christianum. Sed pro Græcis occurrit v.733.740.752. & alibi.
Hegesianactis Phænomena. *Vit.* 1. *Hygin.* p.370.381.404.
Hegesias. *Hygin.* p.415.
Hellenismus *Schol.* v.529.
Heraclides Ponticus *Hygin.* p.415. ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης. *Er.* c.29.
Hermes Δελτωτὸν signum inter sidera retulit. *Schol.* v.233. lyram Arcadicam v.596. sive χέλυν ἑπτάχορδον. v.268.269. leporem v.338.
Hermippus. *Schol.* v.316.436. Ejus Phænomena. *Vit.* 1. Hygin. p.366. 393.
Herodianus *Schol.* v.342.
Herodotus. *Germ.* p.104. *Schol.* v.26. Milesius. *Hygin.* p.360.
Hesiodus. *Er.* c. 1.19.32. *Germ.* p.106.112.120.128.133. *Schol.* v. 1.15.22. 27.33.97.102.152.172.205.298.322.408.559.1010. *Vit.* 1. *Hygin.* p.391.401.407. in Theogonia. *Er.* c. 9. Male *Hestodes* pro *Hesiodo* legitur *Germ.* p.145. Hesiodi imitator Aratus. *Schol.* v.45. & *Vit.* 1.2.

2011 Ministerio de Cultura

ἐν τῇ ἀφελεῖ βίβλῳ τὰ ὀνόματα διδάσκει ὑάδων. *Schol.* v. 254. Ὁ δ' ἡσίοδος Φυσικευόμενός φησιν, ἐννέα δ' νύκτας τε καὶ ἤματα χάλκεος ἄκμων &c. *Vit.* 2.

Hipparchus. *Er.* c. 24. *Schol.* v. 254. 269. Arato antiquior esse falso traditur in *Schol.* v. 83. 754. cum Aratum correxerit, ut agnoscit *Scholiastes* ad v. 240. & *Leont.* stellas numeravit mille & octoginta. *pseud. Er.* c. 6. Librum Apodicticum de coorientibus & cooccidentibus astris promittit *Hipparchus* lib. 2. τὰς ὑπ' αὐτοῦ μερικὰς ἀποδείξεις ἐν ἄλλοις συντετάξαμεν ἔτεσιν, ὡς τε ἐν παντὶ τόπῳ κατὰ τὸ ὁμοίως διήκειν ἀκολουθεῖν ταῖς διαφοραῖς τῶν συναναστολῶν καὶ συγκαταδύσεων.

Hippias. *Schol.* v. 172.

Hippocrates Pythagoricus. *Schol.* v. 1091. ejus sententia de Cometis. ibid.

Homerus. *Schol.* v. 1. 5. 14. 26. 27. 39. 45. 62. 91. 100. 132. 139. 155. 177. 192. 208. 250. 254. 286. 322. 327. 342 420. 443. 501. 526. 585. 641. 664. 733. 741. 909. 921. 949. 960. 1010. 1023. 1047. *Germ.* p. 103. 104. 110. *Vit.* 1. *Hygin.* p. 256. 366 397. 411. Iliad. B. id. p. 378. Odyss. p. 467. Vide & supra in Athenodoro.

Μεταχειρήσεις Ὁμηρικαί. *Schol.* v. 24.

Homeri imitator Aratus. *Vit.* 2.

Horologiorum & γνώμονος mentio *Schol.* v. 499.

Hyginus genealogiarum à se scriptarum librum 1. laudat p. 376.

Isidorus in Naturalibus sive in Physicis. *Germ.* p. 136.

Ister. *Hygin.* p. 409. 413.

Julianus. Vide infra in Theon.

Lacedæmoniorum & Ægyptiorum claves. *Schol.* v. 192.

Lasi Magnetis Phænomena. *Vit.* 1

Leo qui de rebus Ægyptiacis scripsit. *Hygin.* p. 304.

Mathematici & Grammatici de varietate lectionis disceptantes. *Schol.* v. 23.

Mathematicorum sententia solem duodevicesies majorem esse terra. v. 541.

Menander Arati æqualis *Vit.* 1.

Meton antiqvus Astronomus: ejus πίνακες ἐννεακαιδεκαετηρίδων *Schol.* v. 752.

Metrodori sententia de iride. *Schol.* v. 940.

Mnaseas *Hygin.* p. 395. libro 1. de Europa, *Germ.* p. 143.

Mnaseas Arati pater à quibusdam traditur. *Vit.* 2.

Mna-

2011 Ministerio de Cultura

Muſæus. *Er.* c.13. *Germ.* p.115.116, 123. *Hygin.* p.379. lyra ab Orpheo accepta. *Schol.* v. 269.
Myris Arati frater. *Vit.* 1. & 2.
Myrtilus. *Germ.* p. 116. *Schol.* v. 172.
Μυθολόγοι. *Schol.* v.156.161.254.259.
Nauplius urſam majorem primus obſervavit. *Schol.* v.27.
Nicander. *Schol.* v.254. 637. 916. 946. Theriaca ſcripſit, Arato duodecim Olympiadibus junior. *Vit.* 2. ſub quinto vixit Ptolemæo, Aſtrologus. *Vit.* 2.& 1. ubi & Alexipharmacon mentio.
Nigidius *Germ.* p. 109. 112. 116, 120. 121, 125. 127. 129. 141. 143.
Orpheus. *Vit.* 1.
Orphei lyra novem chordarum. *Germ.* p.123. *Schol.* v. 269.
Ovidius. *Hygin.* p.256.
Panyaſis. *Germ.* p.113. ἐν ἡρακλείᾳ *Er.* c. 11. *Germ.* p.107. *Hygin.* p.369.
Parmeniſcus. *Hygin.* p.360. 378.
Periander Rhodius. infra in Piſander.
Petellides Gnoſſius. *Hygin.* p. 366.
Perſeus Philoſophus Arati præceptor. *Vit.* 2.
Pherecydes *Schol.* v.172. *Er.* c. 3.19. *Germ.* p.107. 120.131. *Hygin.* p.361. 391.395. Athenæus ſive Athenienſis *Germ.* p.116.123.
Philarchus *Hygin.* p. 413.
Philemon. *Vit.* 1
Philetas Arati æqualis. *Vit.* 2.
Philippus Mathematicus. *Hipp.* lib. 1.
Philon Comicus. *Germ.* p.104. (an Philemon?)
Philoſophi. *Schol.* v.956. οἱ πρότεροι φιλόσοφοι, id. v.862.
Phyſici & Poetæ. *Schol.* v.19.21.
Phyſici & Mathematici, quorum princeps Plato. *Schol.* v.456.
Pindarus *Schol.* v.1.10.110.282. *Vit.* 1. *Hygin.* p. 408.411.
Piſander ſive Piſandrus *Hygin.* p.390. Rhodius. *Er.* c. 12. Male Periander Rhodius in *Germ.* p. 114.
Plato Phyſicorum Philoſophorum & Mathematicorum princeps. *Schol.* v.456. ἐν νόμοις. id. v.1.14.
Plutarchus *Schol.* v.819.828.1035.1044.1047.1051.1094.
Poetæ *Schol.* v. 956.
Polyzelus Rhodius. *Hygin.* p.381.
Poſidonius *Schol.* v. 880. Ejus ſententia de Cometis. id. v. 1091.
Ptolemæi Regis quatuor verſus. *Vit.* 1. Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐν ἰδιοφυέσιν.

2011 Ministerio de Cultura

Ptolemæus ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τ σωτάξεως. *Leont.* ἐν τετάρτῳ καὶ ὀγδόῳ. id. πᾶσαι γὰρ, ὡς οἶσθα, αἱ νῦν φερόμεναι σφαῖραι Πτολεμαίῳ μὲν ἔν τισιν, Ἀρέτῳ δ' μὴ τὸ πλεῖον δ' συμφωνοῦσι. id.

Pytheas Massiliensis *Hipp.* lib. 1.

Pythagorici. *Schol.* v. 806. eorum sententia de Cometis. id. v. 1091.

Romanorum mensi Januario respondet Ægytiorum Tybi, *Schol.* v. 286. 408. Martio Pharmenothi id. v. 462. Aprili Pharmuti. id. v. 246. Julio & Augusto Epiphi, id. v. 332. & 443. Septembri Thoth. v. 443. 513. Octobri Phaophi v. 443. & 462. Decembri χοιάχ. id. v. 300. & 314.

Sabirius (Sabinius vel Sabidius) Pollio, auctor Epistolarum Arato & Euripidi tributarum. *Vit.* 1.

Sibyllæ Oracula. *Germ.* p. 146.

A Solone Lindio dictæ Soli Ciliciæ quæ deinde Pompejopolis. *Vit.* 2. Sed Soli in Cypro dictæ à Solone Athenienſi, cujus consilio eam urbem condidit Cypranor Rex, *Vit.* 11. ubi quatuor versus è Solonis ad Cypranorem elegiis.

Sophocles *Vit.* 1. *Hygin.* p. 375. carminum vates *Germ.* p. 118. ἐν Ἀνδρομέδᾳ *Er.* c. 16. 36.

Sophron in mimo qui nuncius inscribitur. *Germ.* p. 103.

Sositheus. *Er.* c. 28. tragœdiarum scriptor, *Germ.* p. 127. *Hygin.* p. 402.

Sporus. *Schol.* v. 541. ejus de Cometis sententia, id. v. 1091. Σπόρῳ ὁ ὑπομνηματιστής. *Leont.*

Stoici. *Germ.* p. 104. *Schol.* v. 1

Syri piscibus abstinent in honorem Veneris. *Schol.* v. 239.

Thales. *Schol.* v. 172. ὁ σοφός, ursæ minoris observator. id. v. 27. 39. genus refert ad Phœnices. id. v. 39.

Theocritus. *Vit.* 1.

Theodori Mechanici in gratiam, de Sphæra Aratea constructa scripsit *Leontius.*

Theoni (Alexandrino de quo infra lib. V.) scholia Græca in Aratum tribuuntur, cujus etiam ut videtur in calce Epilogus ad Julianum quendam subjicitur, in quo negat se auctor aliorum Arati interpretum instar digressiones ineptas captasse, sed potius succincte adnotare voluisse quæ ad rem facerent, & ἐγκαίρους concinnasse τὰς ἐξηγήσεις, ita ut decet virum Mathematicum ac Philosophum. Cæterum

2011 Ministerio de Cultura

rum integra qualia habemus ſcholia in Aratum Græca, Theoni haud tribuenda eſſe, jam notavi ſupra §. IV. p. 457. Vide & quæ obſervo ſupra, in Gentiles.

Theophraſtus. *Schol.* v. 1047.
Timochares. *Schol.* v. 269.
Tragici. *Schol.* v. 455.
Tubero. *Germ.* p. 141. 147.
Virgilius. *Germ.* p. 141. 143.
Zenodotus Ætolus. *Germ.* p 104.
Zenodotus Mallotes. *Schol.* v. 33.
Zoilus. ſupra in Athenodoro.

XII. Arato præclarum ERATOSTHENIS Cyrenæi jungo ingenium, non quod æquales fuerint, ſed quia ſcriptorum ejus reliquias Arato junxit illuſtris Fellus. Natus eſt Eratoſthenes (a) Olympiade CXXVI. 1. (ante CHRISTUM 276.) Patre Aglao ut vocat Lucianus (b) licet Suidas addit Ambroſium ab aliis appellari, quod forte avi nomen fuit. Præceptores habuit è civibus ſuis (c) Lyſaniam Grammaticum, & Callimachum in omni genere literarum excellentem virum, præterea Ariſtonem Chium Philoſophum, de quo ſupra in Stoicis dixi. Ipſe ingenio & induſtria hoc eſt aſſecutus, ut Grammatici & Poetæ & Philoſophi ac Geometræ nomine à Luciano celebretur, Plinio (d) judice fuerit *in omnium quidem literarum ſubtilitate & in hac utique* (Geometria) *præter cæteros ſollers.* Hinc alii eum πένταθλον appellarunt, velut quendam in omni erudito pulvere quinquertionem, alii Platonem alterum, propter ſingularem qualis fuerat etiam in Platone Mathematicarum diſciplinarum cum reliqua Philoſophia & eruditione conjunctionem, denique dictus fuit βῆτα (e) *beta eruditorum*, quod ſi non primas anti-

(a) Suid. Ἐρατοσθ.
(b) Lucianus Macrob. extrem.
(c) Suid.
(d) Plin. lib. II. Hiſt. c. 108.
(e) Marcianus Heracleotes in Periplo p. 63. Καὶ μετ' ἐκεῖνον (Τιμοσθένην) ἐρχτοσθένης ὃν βῆτα ἐκάλεσαν οἱ τῶ μουσείω προσάντες. Idem teſtantur Heſych. illuſtris & Suidas, licet apud hunc Βήματα ſcribitur, quod doctiſſ. Woweranus c. 2. Polymathiæ parum veriſimiliter ita expoſuit: *tanquam in aſcenſu ac gradibus hæreret*, nec *ad ſummum pervenire contenderet.* Sed recte Suidam ex Marciano & Heſychio emendandum cenſent viri præclariſſimi Meurſius, Heraldus, Voſſius, Jonſius, Neocorus. Huni-

2011 Ministerio de Cultura

antiquiorib⁹ illis merito relinquendas, certe ſecundas in omni doctrina tulerit. Philologi vero nomen ſibi, Svetonio (*f*) teſte vindicavit primus. A Ptolemæo tertio, ſive Evergete qui Olymp. CXXXIX$\frac{2}{3}$. diſceſſit, arceſſitus, præfuit Alexandrinæ Bibliothecæ per integrum regni Philopatoris tempus, usque ad annum Ptolemæi Epiphanis decimum vel duodecimum. Inter diſcipulos, ejus Menandrum (diverſum à Comico celebri) Mnaſeam, Ariſtin aliosque, inſignis fuit Ariſtophanes Byzantius Ariſtarchi præceptor, de quibus in Grammaticis erit opportunus dicendi locus. Obiit Eratoſthenes ex inedia præ tædio ex hebetata oculorum acie concepto Olymp. CXLVI. 1. vel 3. anno ætatis LXXX. vel ut Lucianus LXXXII. ante CHRISTUM 196. vel 194.

XIII. E ſcriptis ejus exſtat libellus καταστερισμῶν, ſive deſcriptio aſtrorum ſingulorum, & hiſtoria eorundem fabularis. Apud Achil-

Humfredo autem Hody exquiſitæ & ipſi eruditionis Viro ægre aſſentior, qui lib. 1. de Bibliis Originalibus cap 8. p. 47. ideo Eratoſthenem dictum eſſe βῆτα ſuſpicatur, quod Zenodotus primus, Eratoſthenes ſecundus fuerit præfectus Bibliiothecæ Alexandrinæ: quam ejus ſententiam in libro contra Ariſteam pridem edito p. 163. poſt Marsham. p 3. Chron. Can. propoſitam amplexus eſt Jo. Nicolai de Moſe Alpha & CHRISTO A & Ω. dicto Lugd. Bat. 1703. 12. p. 38. Sed ne dicam aliam rationem ab Heſychio & Suida diſerte afferri, deinde parum certum eſſe an alius fuerit vel ante Zenodotum Epheſium vel inter hunc & Eratoſthenem Bibliothecæ illius præfectus, nusquam certe legimus Zenodotum dictum Alpha: neque Apollonium Gamma, neque Ariſtonymum delta, quos illi theſauro librario poſt Eratoſthenem præfuiſſe conſtat. Quanquam alioqui notum eſt, literarum nomina viris quibusdam ob varias cauſas indita eſſe, ut ex Ptolemæi Hephæſtionis lib. V. apud Photinm cod 190. Sozomeno III. 13. Palladio in Lauſiaca p. 90. ſeq jam pridem notarunt viri docti Reineſius lib. 1. Var. lect. c. 9, Biſciola T. 2. Hor. ſubſeciv. lib. 17. c. 20. Jonſius lib. 2. c. 17. Chevreus in Chevreanis T. 1. p. 201. ſeq &c. In Kœnigii Bibl. legas Cardanum libro XVI. de ſubtilitate, ut Archimedi primum ita Eratoſtheni ſecundum locum tribuere inter XII. viros ingenii laude præſtantiſſimos. Sed Eratoſthenis quod miror ne meminit quidem inter illos Cardanus. Cæterum duodecim viri quos à ſingulari ingenii & inveniendi ſubtilitate præ cæteris omnibus ibi effert T. 3. Opp. p. 607. hi ſunt & hoc ordine: 1. Archimedes, 2. Ariſtoteles, 3. Euclides, 4. Io. Scotus, Jo. Sviſſet (cujus ſcriptorum quorundam in cimeliis philoſophicis à ſe edendorum ſpem fecit illuſtris & his quæ jam refero ingeniis merito ſuo accenſendus Leibnutius) 6. Apollonius Pergæus, 7. Archytas Tarentinus 8. Mahometes Moſis F Arabs Algebræ inſtaurator, & 9. Alkindus Arabes. 10. Heber Hiſpanus. 11. Galenus & 12. Vitruvius.

(*f*) Sveton. c. 10. de Grammaticis.

2011 Ministerio de Cultura

Achillem Tatium male vocatur καταμερισμός, & apud Suidam κατασημειγμοί, ut jam notatum viris doctissimis. Respicit & hunc libellum scholiastes Arati Eratosthenem laudans, Hyginus in Poetico Astronomico, & qui totum fere latine pridem convertit Germanicus notior sub titulo scholiastæ Germanici. Græce primus ex unico Msto codice edidit notisque illustratum Arato cum nonnullis Eratosthenis fragmentis subjunxit & planisphærium ad veterum mentem ære eleganter descriptum addidit præstantissimum Oxoniæ lumen *Joh. Fellus* A. 1672. 8. Deinde cum latina viri doctissimi *Tho. Galei* interpretatione lucem vidit inter opuscula Physica & Ethica vulgata Amst. 1688. 8.

Edidit & Petrus Victorius Græce introductionem quandam in Aratum hoc titulo: Ἐρατοσθένους, ἐν ἄλλῳ Ἱππάρχου εἰς τὰ Ἀράτου Φαινόμενα. Eandem addita versione sua latina prælis iterum subjici curavit in Uranologio Dionys. Petavius Paris. 1630. fol. recuso Amst. 1703. fol. Sed recte Petavius observavit Pseudepigraphum hunc esse libellum & nec Hipparcho neq; Eratostheni posse tribui, cujus judicii ratio reddi facile potest. Nam Hipparchus ipse nominetenus in eo allegatur, & præterea mentio fit Julii mensis, quod nomen diu demum post mortuum Eratosthenem Romæ est auditum. Occurrit & vox barbara ἀλεκτοπόδιον quo Orionem appellarunt recentiores Græci.

XIV. Scriptorum quorundam perditorum Eratosthenis notitiam dedere Meursius ad Hesychium illustrem p. 147. seq. & ad Nicomachi Geraseni Harmonica p. 166. Vossius lib. 1. de Hist. Græcis cap. 17. Jonsius lib. 2. c. 7. de scriptoribus Hist Philos. Jo. Fellus Oxoniensis postea præsul in sua Catasterismorum editione, & denique præstantissimus Galeus præfatus ad editionem Amstelodamensem Opusculorum Mythologicorum Physicorum & Ethicorum. Sed ecce tibi nostram pleniorem paulo accuretioremque.

Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Harpocrat. in ἁρμοσαί. Clemens IV. Strom. pag. 496. Strabo 1. p. 15. Theodoritus VIII. Therapevt. p. 120.

De Regibus Ægyptiis. Vide infra in χρονολογία.

Περὶ ἀλυπίας. Suid. in Ἐρατοσθ. Athen.

Ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἀμαθουσίων. Hesych. in ῥοίκου. Idem in ἀφρόδιτος· ὁ δὲ τὰ περὶ Ἀμαθοῦντα γεγραφὼς παλαίσιον (Voss. ad Catull. p. 286. παλαιῖον) αὐδρα τὴν θεὸν ἐχηματίσθαι ἐν κύπρῳ λέγει.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ ἀνέμων Achilles Tatius c. 33. Isagoges. & Lexicon Astronomicum Græcum, teste illustri Fello.

Ἀντεμννύς. Athen. IX. p. 376. Schol. Nicandri in Theriac. p. 42.

Ἀριθμητική, è quo κόσκινον (de quo infra) videtur repetisse Nicomachus lib. 1. Arithmet. Respicit Theo Smyrnæus p. 129. &c. Jamblichus, Philoponus & Asclepius ad Nicomachi Arithmet. A Boethio laudari haud memini.

Ἀρίστων. Athen. VII. p. 281. ἐρατοσθένης γοῦν ὁ κυρηναῖος μαθητὴς γενόμενος Ἀρίστωνος τοῦ χίου ὅς φησιν εἰς τὸ ἀπὸ τῆς σοᾶς, ἐν τῷ Πτολεμαϊκῷ Ἀρίστωνι.

Ἁρμονικά. Nicomach. lib. 1. p. 24. Ptolem. II. 14. Harmonic. Proclus.

Ἄρσινόη. Athen. VII. p. 276. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Πτολεμαϊκῷ συγγράμματι Ἀρσινόη.

Ἀρχιτεκτονικόν. Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 29. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἀρχιτεκτονικῷ μέρη ταῦτά φησιν εἶναι. Idem ad lib. III. v. 10. τὴν δὲ κατασκευὴν τῶν ἀρότρων ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἀρχιτεκτονικῷ καταγράφει.

Ἀστρονομία. Suid. Ἐρατοσθ. Forte in hac scripserat tempus esse Solis motum, ut ex Eratosthene refert Plutarchus lib. 1. c. 21. de placitis.

Τὰ πρὸς Βάτωνα. Laert. VIII. 89. Interpres Ambrosius vertit: *in libris ad Hecatonem.* MS. Palatinus Menagio teste πρὸς πάτωνα, quod haud dubie corruptum pro Ἑκάτωνα, quæ vera fortassis lectio fuerit, sed alius intelligetur Hecaton quam Stoicus Panætii discipulus, Eratosthene junior. Batones quoque quatuor vel quinque in veterum scriptis observarunt viri docti, ut notatum est supra lib. 2. c. 22.

Γαλατικῶν liber II. Stephanus Byz. in σπάρτη. IV. in λανεῖς, VII. in βοὸς κεφαλαί. XXXIII. in ὕδρηλα. Quadraginta voluminibus plus minus hoc opus constitisse, nescio quo tradat auctore Meursius ad Hesych. illustrem p. 148. Neque vero librum XXXVII. laudat Stephanus, ut apud Meursium & Vossium legas, sed XXXIII.

Γεωγραφούμενα. Schol. Euripidis, Med. v. 2. Γεωγραφία. Schol. Apollonii ad lib. IV. v. 13. ὁ περὶ Γεωγραφίας λόγος. Strab. I. p. 16. Polybius apud eundem II. p. 104. Διπλασιάρχοντι καὶ ἐρατοσθένει τῷ τελευταίῳ πραγματευσαμένῳ περὶ τῆς Γεωγραφίας. Hujus se vestigiis insistere testatur Scymnus Chius v. 112.

Τῷ τὴν Γεωγραφίαν δὲ πεπραγματεῦσθαι
Γεγραφότι, τοῖς τε κλίμασι καὶ τοῖς χήμασι,
Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένῳ.

Re-

2011 Ministerio de Cultura

Reprehensa est Eratosthenis Geographia ab Hipparcho, Polemone, Serapione (de quo Cic. II.6. ad Attic.) & aliis, ut è Strabone patet, qui & ipse ea passim utitur, & frequentius illam castigat, quandoque etiam ut videtur præter meritum. Allegatur præterea à Cæsare VI. 24. de bello Gallico. Pluribus libris constitisse hoc opus apparet ex eodem Strabone lib. 1. pag. 62. ubi *primum* & *secundum* τῶν ὑπομνημάτων ejus Geographicorum commemorat. *Primum* etiam auctor vitæ Arati à Victorio editus. Librum *tertium* γεωγραφικῶν ἢ γεωγραφουμένων Schol. Apollonii ad lib. IV. v. 20.25. 26.75.

Γνωμονικά è Censorini loco tribuunt viri docti Eratostheni, de quo infra in μετρήσεις.

Γραμματικὰ συχνὰ sive commentarios multos Grammaticos edidisse Eratosthenem, testatur Suidas. Clemens duos libros commemorat 1. Strom. p. 309. cum notasset Apollodorum Cumanum primum Grammatici & Critici nomioe celebrem fuisse, ἔνιοι δέ, inquit Ἐρατοσθένη τὸ κυβιστητὸν φασίν, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν καὶ βιβλία δύο, γραμματικὰ ἐπιγράψας. Confer Sveton. c. 10. de Grammaticis.

Διάλογοι πολλοί. Suid. Ἐρατοσθ.

Τὰ πρὸς Ἑκάτωνα. Vide supra πρὸς Βάτωνα.

Ἐπιστολαί Athen. X. p. 418.

Ad Hegetorem Lacedæmonium. Macrob. V. 21. Athen. XI. p. 482. Ad Ptolemæum Epistola de duplicatione cubi servata ab Eutocio ad Archimedem de Sphæra ac Cylindro p. 20. seq. atque inde à præstantissimo Fello edita inter fragmenta Eratosthenis.

Ἡδυόσμη poematium omnino emendatum, διὰ πάντων ἀμώμητον, Longino judice p. 184. Allegatur à Plutarcho parallelis minoribus, Stephano Byz. in Ἄσυ.

Ἑρμῆς. Poema Heroicum Athen. V. p. 189. VII. p. 284. Steph. Byz. in ἀπία. Achilles Tatius ad Aratum c. 16. 28. 29. Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 36. II. 2. & III. 35. Tzetz. ad Lycophronem v. 23. Heraclitus Grammaticus in allegoriis Homericis p. 476. Scaliger ad Manil. lib. IV. p. 320. Fulv. Ursinus in Virgilio cum Græcis scriptoribus collato p. 99. seq.

Καταμεσισμός. Achilles Tatius Isagoge ad Arat. c. 24. sed legendum καταστερισμῶ, nam quæ de lacteo Circulo è lacte Junonis ibi profert Achilles, leguntur in Catasterilmis Eratosthenis qui exstant c. ult.

2011 Ministerio de Cultura

Κατασεγμοί. Suid. ſed & ibi legendum κατασεισμοί, ut eruditiſſimo Neocoro ad Suidam annotatum.

Κόσκινον *Cribrum Arithmeticum*, cujus rationes à Nicomacho ſervatæ ſunt lib. 1. Arithmet. p. 17. ſeq. Nec aliud quicquam eſt quam tabella numeros impares complectens, adſcriptis ad compoſitos numeros communibus diviſoribus, ut compoſiti à ſimplicibus diſtingvantur, & ſtatim conſtet de compoſitorum diviſore.

Περὶ ἀρχαίας Κωμῳδίας *libri* pluries laudati ab Harpocratione, qui *ſeptimum* allegat in μεταλλεῦς. ut *octavum* Laertius VII. 5. *nonum* Schol. ad Ariſtoph. ad aves v. 588. *tertium*. id. ad ranas v. 1057. Galenus Præf. ad Gloſſas Hippocratis: ὅτι γὰρ ἐποίουν οἱ παλαιοὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων, δέδειχται μὲν ἱκανῶς καὶ πρὸς ἐρατοσθένους ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας. E quo loco apparet Eratoſthenem non modo de Poetis antiquæ Comœdiæ eorumque dramatibus & didaſcaliis egiſſe, & quo quælibet tempore Comœdia fuerit edita, (confer Ciceronem VI. 1. ad Attic. & Schol. Ariſtoph. in argumento ad Pacem & Plutarch. an ſeni gerenda Reſp. p. 785.) ſed etiam res atque vocabula Comicorum expoſuiſſe, ut probe notat Jo. Wovveranus cap. 14. Polymathiæ.

Περὶ κωμῳδίας *librum* XI. allegat Athenæus XI. p. 501. ubi aliquid de loco Cratini, veteris Comœdiæ Poetæ, unde neſcio an calculum adjicere debeam ſententiæ elegantiſſimi & clariſſimi viri Tiberii Hemſterhuſii, qui in notis pereruditis ad Pollucis X. ſect. 60. ubi ſimiliter Eratoſthenes citatur ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, de utraque Comœdia veteri & nova atque adeo tertia media egiſſe Eratoſthenem ſuſpicatur.

περὶ κωνικῶν τομῶν ſcripſiſſe Eratoſthenem ajunt viri docti, laudato teſte Proclo ad Euclidem. Sed unicus eſt Procli locus quem reſpiciunt, & è quo tamen nihil tale merito poſſis colligere lib. 2. p. 31. Ἐπινοεῖσθαι δὲ ταύτας τὰς τομὰς τὰς μὲν ὑπὸ Μεναίχμου τὰς κωνικὰς ὁ δὲ ἐρατοσθένης ἰσογώνιον λέγει· Μηδὲ μεναίχμειος κωνοτομεῖν τριάδας. Hic verſus depromptus eſt ex Epiſtola ſive Elegia Eratoſthenis ad Ptolemæum Regem de cubi duplicatione, de qua paulo ante dixi. Idem Proclus p. 13. reprehendit Eratoſthenem quod analogiam ſive proportionem dixerit σφίγξιν τῶν μαθημάτων, commune vinculum Mathematicarum diſciplinarum. Sed nihil hoc ad Conicas ſectiones.

Κύβος

2011 Ministerio de Cultura

Κύβε διπλασιασμός. Victruv. IX. 3. organica meſolabi ratione ab Eratoſthene explicatus. Confer Pappum lib. III. p. 7. & 8. Epiſtolam ad Ptolemæum qua hoc Eratoſthenis inventum continetur, ſervavit Eutocius: & ex eo illuſtris Fellus edidit, ut dixi ſupra in Ὑπερολαί.

Μελέται. Strabo I. p. 15.

Περὶ μεσοτήτων Βιβλία β'. Pappus lib. VII. p. 241. 247.

Μετρήσεις. Miacrobius l. in ſomnium Scip. lib. 1. c. 20. *Et Eratoſthenes in libris dimenſionum ſic ait, menſura terræ ſepties & vicies multiplicata menſuram Solis efficit.* Ex hoc opere Eratoſthenis (qui inde *Orbis terrarum menſor* dicitus Cenſorino c. 15.) μέτρον τῆς περιφερείας deſcripſit Cleomedes lib. 1. c. 10. atque inde præſtantiſſimus Fellus: referunt præterea Vitruvius lib. 1. c. 6. Plinius lib. 2. Hiſt. c. 108. Marcianus Heracleota p. 61. idem Macrobius; Cenſorinus c. 13. Marcianus Capella lib. 6. p. 194. & Strabo II. p. 86. terræ ambitum eſſe ſtadiorum 252000. qui numerus reddendus etiam auctori introductionis vel commentarii in Aratum qui ſub fallo Eratoſthenis vel Hipparchi nomine editus eſt à Victorio. Supputationem Gnomonicam qua Eratoſthenes numerum illum collegiſſe dicitur, exponit Robertus Balforeus in commentario ad Cleomedem p. 219. 220. Rationem vero longitudinis terræ ad latitudinem ejus majorem dupla dixiſſe Eratoſthenem teſtatur Agathemer p. 2. Solem à terra abeſſe ſtadia 780000. Plutarch. II. 31. de placitis Philoſ. Cæterum Marcianus Heracleota in Epitome Artemidori Epheſii p. 64. cum *Timoſthenis* σχεδιασμῶν Πτολεμαίῳ commemoraſſet, addit ſe mirari quod Eratoſthenes totum libellum ne proœmio quidem excepto tranſcripſerit, paucis quibusdam adjectis. Scripſerat Timoſthenes etiã de inſulis libros X. quos in unum ipſe contraxit, & librum de Portubus, ſed hos ab Eratoſthene tranſcriptos Marcianus huud innuit. Willebrodus vero Snellius librum ſuum quo de terræ ambitu ejusque vera quantitate agit, Eratoſthenem Batavum inſcripſit. Lugd. Bat. 1617. 4.

Τῶ Νείλε πηγαί, in Geographico opere ut videtur ab Eratoſthene deſcriptæ, inter ejus fragmenta ab illuſtri Fello cum notis quibusdam exhibentur è Strabonis lib. XVII. p. 786. ſeq.

Ὀκταετηρίς. Geminus c. 6. Achilles Tatius Iſagoge in Aratum c. 19. ubi male

2011 Ministerio de Cultura

male legitur ὀκταναιδεκαετηρίς. Docet eodem loco Achilles dubitatum esse de hoc scripto, an Eratosthenem habuerit auctorem.

Ὀλυμπιονῖκαι. Laert. VIII. 51. *librum primum* hujus operis Athen. IV. pag 154.

Ὁμήρου διόρθωσις quoque ab Eratosthene composita est, si credimus viris doctis ad Strabonis & Athenæi testimonia provocantibus. Sed nullus in his exstat locus, è quo hoc certe colligi possit; quanquam obiter in Geographia sua & forte in Grammaticis commentariis quædam illius Poetæ illustraverat Eratosthenes. Neque Athenæus lib. 1. p. 24. Homericam ex Eratosthene adducit emendationem, ut legas in notis Clariss. Worthi ad Tatianum p. 107.

Περίπλους, infra περὶ πλάτους.

Πίναξ τῆς οἰκουμένης, tabula Geographica Straboni memorata.

Πλατωνικός. Theo Smyrnæus p. 2. & 127. Videtur autem hic liber scriptus fuisse, quantum è Theone licet conjicere, non ad reprehendendum, sed commendandum & explicandum Platonem: itaque non assentior iis qui apud Laertium VIII. 89. ubi Eratosthenes laudatur ἐν τοῖς πρὸς ἑκάτωνα, legunt πρὸς Πλάτωνα.

Περὶ πλούτου καὶ πενίας. Laert. IX. 66. & Plutarch. in Themistocle p. 125. ubi male doctiss. Vossius assentiente illustri Fello reponendum suspicabatur ἐν τῷ περὶ πλ.

Ποιήματα. Suid. & Lucianus qui Poetam vocare Eratosthenem, non tantum Grammaticum & Philosophum jubet in Macrobiis. Elegiam ejus de duplicatione cubi servavit Eutocius ad Archimedem de sphæra ac cylindro p. 22. atque inde inter Eratosthenis fragmenta edidit illustrit Fellus. Vide & quæ supra in ἑρμῆ & ἠεροφόνῃ. Versum Eratosthenis qua potu pulmonem tangi scripsit, legas apud Macrobium VII. 5. & Plutarch. Alios apud Athenæum I p. 24. Proclum in Politiam Platonis p. 391. nisi ibi per Cyrenæum Poetam intelligitur Callimachus.

Ποιμανικά. Proclus ad Hesiodi Ἔργ. p. 133 b.

Ἡ τοῦ Πυθαγορείου λεγομένου κανόνος κατατομή. Ptolemæus Harmon. lib. 2. c. 14.

Περὶ Σιβύλλης. *De Sibylla Samia, nomine* Φυτώ. Suid. in Σίβυλλαι, nisi obiter de Sibylla hac egerat Eratosthenes in sua Chronographia.

Σκευογραφικόν. Pollux præf. libri X. *Scenographica* legit præstantissimus Galeus præf. ad scriptores Mytholog. & idem scriptum cum Eratosthenis *Architectonicis* supra memoratis esse suspicatur. Sed totus

2011 Ministerio de Cultura

tus Pollucis liber decimus quo de vasis agit, demonstrat veram scripturam esse σκευογραφικόν.

περὶ τῶν μ' φιλοσοφίαν αἱρέσεων. Suid. Ἐρατοσθ.

Χρονολογιά. Syncell. p. 193. περὶ χρονογραφιῶν. Harpocrat. in ἔυλω. Accuratis Canonibus usum Eratosthenem in suis χρονογραφίαις contendit Dionysius Halic lib. 1. Antiqv. Rom. p. 60. ubi ex ejus sententia Romam conditam tradit Olymp. VII. 1, post Trojæ excidium CCCCXXXII. Sed & Censorinus c. 21. & Clemens. I. Strom. p. 336. notat ad primam Olympiadem ab Eratostheue numeratos annos CCCCVII. Rursus Clemens I. Strom. p. 327. Tatianus p. 166. & Syncellus p. 180. à Troja capta ad Homerum usque, annos centum ex Eratosthenis sententia computant. Regum Ægyptiorum successionem jussu Ptolemæi ex commentariis Ægyptiacis & sacerdotum Diospolitanorum traditione Græcis literis consignavit teste Syncello p. 91. ὧν τὴν γνῶσιν ὁ Ἐρατοσθένης λαβὼν Αἰγυπτιακοῖς ὑπομνήμασιν καὶ ὀνόμασιν κ' πρόσωξιν βασιλικὴν τῇ ἑλλάδι φωνῇ παρέφρασεν. Idem p. 147. ὧν τὰ ὀνόματα Ἐρατοσθένης λαβὼν ἐκ τῶν ἐν Διοσπόλει ἱερογραμματέων, παρέφρασεν ἐξ Αἰγυπτίας εἰς ἑλλάδα φωνὴν. Usi hoc opere Eratosthenis præter Apollodorum in Chron. Africanum, Eusebium & alios Chronologos antiquiores (nam Syncelli ætate jam videtur intercidisse) Cicero, Plinius in Hist, Plutarchus in vitis, Soranus in Hippocratis vita &c:

CAPUT XIX.

Callimachi ætas, genus & discipuli. 1. Scriptorum editorum perditorumque Catalogus cum variis observationibus. 2. Scholiastæ deperditi. 3. De scholiis græcis quæ exstant, & scriptorum, qui in illis allegantur elenchus. 4. Editiones Callimachi. 5. Callimachi plures. 6.

I.

CALLIMACHUS *Batti* & Mesatmæ F. *Callimachi* strategi (a) nepos Cy-

(a) Callimachus Epigrammate 21, quod est Batti Parentis Epitaphium: Ὅσις

2011 Ministerio de Cultura

Cyrenæus (*b*) Libys, Grammaticus doctiſſimus & Poeta inſiguis, qui ſe ipſe in Epitaphio Parentis ſui ait cecinisse *κρείσσονα βασκανίης*, *dulcius invidia*: diſcipulus fuit *Hermocratis* Grammatici laſii. Literas primum docuit in vico Alexandriæ Eleuſine, poſtea à Ptolemæo Philadelpho accitus in Muſeum (*c*) quod Philoſophis ac viris eruditis munificentia Regia Alexandriæ dicaverat, in honore habitus (*d*) tum ab ipſo Philadelpho, tum à ſucceſſore ejus Evergeta, cujus tempora attigiſſe eum Scholiaſtes ad Hymn. II. 26. & Suidas teſtantur. Regnare autem cœpit Evergetes non Ol. CXXVII. 2. ut apud eundem Suidam legitur, ſed ut accuratiores Chronologi tradunt Ol. CXXXIII$\frac{1}{2}$. ante CHRISTUM A. CCXLVII. Sunt, qui etiam præfectum Bibliothecæ Regiæ fuiſſe Callimachum affirmant, ut Raph. Volaterranus lib. 14. commentar. urbanorum & Morhofius *ὁ μακαρίτης* lib. 1. Polyhiſt. p. 43. Sed Suidas & alii veteres hoc non memorant, itaq; in ſerie præfectorum Bibliothecæ Alexandrinæ omiſſus Callimachus eſt à Jonſio lib. 1. Hiſt. Philoſopicæ c. 18. Jmaginem illius in æs inciſam exhibet Clariſſ. Gronovius T. 10. Antiqu. Græcarum poſt pag. 792. ex Joh. Orlando. *Lyden* delicias ſuas verſu celebraſſe notat Ovidius 2. Triſtium v. 368. Diſcipulus ejus laudari videas *Eratoſthenem* & *Philoſtephanum* Cyrenæos, *Ariſtophanem* Byzantium Grammaticum, & *Apollonium* Rhodium è diſcipulo inimicum, quem carmine, cui titulum fecit *Ibin*, diris devovit. *Iſtrum* quoque *καλλιμάχειον* laudat Athenæus lib. IX. & alibi, tum Hermippum *Καλλιμάχειον* lib. V. p. 213. De Iſtri *Ἀτθικοῖς* & *ἀτάκτοις* ſive Miſcellaneis vide Menag. ad Laert. II.

Ὅσσις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, καλλιμάχου με
Ἴθι, κυρηναίῳ παῖδά τε καὶ γενέτην.
Εἰδείης δ' ἄμφω κεν. ὁ μὲν ποτε πατρίδ' ὄπλων
Ἦρξεν, ὁ δ' ἧσσεν κρείσσονα βασκανίης.

(*b*) Strabo in Libyæ deſcriptione lib. XVII. p. 837. Λέγεται δὲ ἡ κυρήνη κτίσμα Βάττου (confer Schol. ad Hymn. II. 65.) προγονον δὲ τοῦτον ἑαυτοῦ φάσκει ὁ καλλίμαχος - - - ἔσι δὲ κυρήνη θηραίων κτίσμα λακωνικῆς νήσου, ἣν καὶ Καλλίσην ὠνόμαζον ὡς φησι καὶ Καλλίμαχος. Καλλίση τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕσερον ὄνομα θήρη Μήτης εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης. Cyrenenſem vocat & Gellius XVII. 21. quia vero Alexandriæ Ægypti urbe diutiſſime eſt verſatus, hinc ab Antigono Caryſtio c. 51. Hiſt. mirab. appellatur Καλλίμαχος ὁ ἐκ τῆς Αἰγύπτου.

(*c*) De hoc Muſeo ſcripſerat ipſe Callimachus, ut infra dicam in Catalogo ejus Operum

(*d*) Strabo ibid. p. 838. Κυρηναῖος δ' ἐσὶ καὶ καλλίμαχος καὶ ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν.

2011 Ministerio de Cultura

II. 59. Familiaris ſui *Heracliti* Halicarnaſſei mortem luget Callimachus apud Laertium. IX. 17. Uxorem habuit filiam *Euphratæ* Syracuſii (*e*), ſororem *Megatimam* quæ nupta *Staſenoro* peperit Callimachum juniorem itidem Cyrenæum, auctorem operis pridem deperditi *de inſulis*, quod verſibus Heroicis compoſuerat.

II. Philologiæ pariter omnis peritus, & Poeta doctiſſimus Scripta compoſuit, Suidæ ſi credimus, plura octingentis, licet apud Gyraldum legitur octoginta, apud Joh. Lomeierum (p. 307. c. 13. de Bibliothecis) 800000. Aliquorum Catalogum texuit idem Suidas, pleniorem *Gerhardus Voſſius* lib. 1. c. 15. de Hiſtor. græcis, *Joh. Meurſius* in notis ad Helladium p. 957 ſeq. & in Bibl. Græca p. 1283. ſeq. *Tho. Stanlejus* in apparatu ineditarum notarum ad Callimachum, & *Richardus Bentlejus* in fragmentis Callimachi, diligentiſſime à ſe collectis & erudite recenſitis, qui * Stanleji apparatum MS. utendum acceperat ab Edvardo Sherburno. Scripſerat tum proſa tum carmine Callimachus, ſed pleraque non adeo prolixa opuſcula, quia dicere ſolitus eſt μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ, *magnus liber magnum malum.*, ut narrat Athenæus initio lib. 3. Confer quæ de ejus βραχυσυλλαβίῃ ſtudio, ut vocat Epigr. IX, nota. ta illuſtri Spanhemio ſunt p. 118. ad Callimachum. Jam ecce tibi Catalogum Callimachi operum, quæ à viris doctis obſervata ſunt, cum nonnullis noſtris ſupplementis atque obſervationibus.

Περὶ ἀγώνων *de Ludis.* Suid. in Καλλίμ. Harpocratio in ἄκπα. Et forte ex hoc poemate ſunt petiti verſus, quos refert Plutarchus V. 3. ſympoſ.

Carmen de Acontio. vide infra Κυδίππη.

Ἄιτια, *de cauſis* variarum fabularum, rituum & antiquitatum, poema libris IV. conſtans, quod illuſtraverat *Epaphroditus* teſte Schol. Æſchyli ac Steph. Byz. Grammaticorum ingenia exercuiſſe obſervat Clemens Alexandrin⁹ 5. Strom. p. 271. licet hoc mirum videtur Wovverano

(e) Suid. in Καλλίμαχος.

* Pluribus verbis plagium Cl. Bentlejo hoc nomine impingit auctor libri *a ſhort accoune of Dr Bentleys humanity and juſtice* Lond. 1799. 8. p. 29. ſeq. Acerbiſſime etiam plagii in Meurſium commiſſi Bentlejum arguit Jac. Gronovius præf. ad Tomum X. theſauri Antiquitatum Græcarum. Sane cur nullam virorum doctiſſimorum, qui ante illum in hac arena verſati ſunt, mentionem nominetenus fecerit, ipſe optime dixerit. Tangere tamen eos videtur ad fragmentum CCCV. his verbis: *Unde quidam inter opera Callimachi Dædalum recenſuerunt, ſed perperam*, Neque vero mihi videtur alios expilaſſe, qui ipſe habebat meliora domi.

2011 Ministerio de Cultura

c. XI. Polymathiæ, ſane in illud commentatus fuerat præter Epaphroditum *Theon*, ut notat Etymol. M. in ἀσυρόν. Metaphraſin compoſuerat *Marianus* teſte Suida in Μαρ. Fragmenta his ex Ætiis collecta videre licet in editione Callimachi Græviana p. 305 - 312. Meminit & Joh. Malalas T. 1. Chronici lib. 7. p. 221. ſed male ſcriptum ibi ἐτησίοις, & in Chron. Alex. ſive Paſchali p. 111. αἰτησίοις, pro αἰτίοις, ut bene notavit Malalæ interpres Edmundus Chilmeadus. Similis error latere viris doctis viſus eſt apud Fulgentium de ſermone antiquo: *Jentaculum dicitur guſtatio. Callimachus inteſta: jentaculum proferre Jovi.* Non defuit, qui ſuſpicaretur, Fulgentium hoc repetiſſe ex aliquo, qui Callimachi Ætia latino carmine vertiſſet. Sed Jacobus Gronovius in Exercitationibus de Dodone p. 33. ſeq. hariolatus eſt ſub Callimacho apud Fulgentium latere Gallicanum aliquem Nonio citatum, vel quod ægre mihi perſuadeo Caſſium in Annalibus. Poſſis & legere *Callimorphum*, qui paucis interjectis ab eodem Fulgentio laudatur. Sed Callimachi Ætia à Fulgentio laudari * crediderunt viri docti, quia plures alios Græcos ſcriptores, latinis laudat verbis. Scripſerat olim Ἄιτια, Callimachi exemplo, etiam *Dionyſius Corinthius* poeta, Plutarcho in erotico & Suida in Διονυσ. teſte, tum *Butas*, Arnobio lib. 5. p. 168. laudatus: *ſicut ſuis ſcribit in cauſalibus Butas*, & Plutarcho in Romulo p. 31. Βύτας δέ τις αἰτίας μυθώδεις ἐν ἐλεγείοις ᾠδεῖ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀναγράφων. Denique *Plutarchus* ipſe, cujus αἴτια ῥωμαϊκὰ & ἑλληνικὰ etiamnum exſtant, αἴτια γυναικῶν & αἴτια βαρβαρικὰ Lampriæ memorata perierunt, & è latinis *Varro*, ad quem frequentiſſime provocant Plutarchus, Servius & alii. De Callimachi Ætiis, præter Janum Parrhaſium T. 1. Lampadis Gruterianæ p. 873. egerat Politianus in Centuria ſecunda Miſcellaneorum, ut teſtatur Petrus Crinitus in Epiſt. ad Alexandrum Sartium, quæ legitur inter Politianeas XII. 20. Sed illa ſecunda Centuria lucem nunquam vidit. Forte ex Callimachi Ætiis habuit Fulgentius, quæ profert III. 10 Mythol. *in aruſpicinis aliud eſt fibrarum particularumque inſpectio, aliud ſecundum Battiadem eventuum immutatio.*

Περὶ ἀνέμων. *De ventis.* Achilles Tat. Iſagoge in Aratum c. 33. & Suid. in Καλλίμαχος.

Ἄργους οἰκισμοὶ *De Argi incolis.* Suid.

Ἀρκαδία *Arcadia.* Suid.

Βάκχος. Vide mox Βεάγχος.

DE

* Idem Gronovius T. 7. Antiqu. Græcar. p. 295. legit: *Callimachus: in teſta jentaculum proferre Jovi.* Et putat eſſe verba Varronis è ſcripto cui titulum fecerat Callimachus.

2011 Ministerio de Cultura

DE COMA BERENICES, conjugis Ptolemæi Evergetæ, aſtris adſcripta à Cononе Samio Mathematico, carmen elegiacum, exſtat è latina Metaphraſi Catulli, num. LXVII. p. 253. ſeq. edit. Iſ. Voſſii, cujus & Mureti, Scaligerique notis jungenda fragmenta Callimachi à *Bentlejo* collecta p. 434. ſeq. & notæ Annæ Fabri p. 266. ſeq. tum Politianus c. 68. Miſc. Meminit & Geminus c. 2. Aſtron. καὶ ὁ ὕστερον καταστερισμὸς τοῦ καλλιμάχου Βερενίκης πλόκαμος.

Βράγχος. Hephæſtio Enchirid. p. 30. καὶ τῷ πενταμέτρῳ ᾧ καλλίμαχος ὅλον ποίημα τὸ Βράγχον σωέθηκε,

Δαίμονες ἐυυμνότατοι * φοῖβέτε καὶ ζεῦ, Διδύμων ϑυάρχαι.

Quæ poſtrema verba Callimacho laudato affert etiam Etymol. M. in Διδυμαῖος. Utut vero Βάγχον non βράγχον habent Hephæſtionis editiones, βράγχον tamen è tribus codicibus MSS. & Terentiani Mauri auctoritate recte repoſuit Clariſſ. Bentlejus. Lutatius ad 3. Thebaid. p. 104. *Branchi meminit Terentianus de metris:*

Hymnum Branchiadæ Phœbo cantaſſe Jovique
Paſtorem Branchum &c.

Pro *Branchiadæ* nova editio è vulgatis Terentiani codicibus, dubito, an bene, legit *Battiadem.*

Γαλάτεια *Galatea*, carmine Hexametro. Athen. lib. VIII. p. 284. & Euſtath. ad Iliad. ϖ. p. 1088.

Γλαῦκος *Glaucus.* Suid.

Δαίδαλος. Steph Byz. in ἄδηψος. Sed locus eſt corruptus, & falluntur, qui Comœdiæ vel Tragœdiæ hoc nomen eſſe exiſtimant. Confer Bentleji fragmentum CCCV. Veriſimillimum autem mihi videtur, locum illum ita eſſe legendum: Καλλίμαχος. Δαιδάλῳ εὐβοίῃ ἐλάχαινε μολὼ ἔργα σιδήρῳ.

Ἐθνικὴ ὀνομασία. *De nominibus genti alicui peculiaribus.* Athen. lib. VII. p. 329. & ex eo Euſtath. ad Odyſſ. ψ. p 799. Hujus operis partes fuiſſe videntur, quæ memorantur Suidæ: περὶ μετονομασίας ἰχθύων, & μηνῶν παρονομασία κζ' ἔθνος καὶ πόλεις.

* In editione Clariſſ. Bentleji bis male excuſum ἐνυμνότατοι contra leges choriambi. Sed hoc typographi vitium eſt haud dubie.

2011 Ministerio de Cultura

Ἑκάλη *Hecale*, Poema Heroicum de anu paupercula hujus nominis, quæ Theſeum hoſpitio excepit. Confer Illuſtris Spanhemii notas ad hymnum in Apollinem v. 106. ad quem locum Græcus Scholiaſtes: Ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸ μὴ δυνάσθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν καὶ ἐκάλλιον ποιῆσαι τὴν ἑκάλην. Dan. Heinſius ad Horatium p. 18. *Callimachus, ut notum eſt ex hymnis, male audiebat apud æmulos, quod ſola epigrammata, elegias & hymnos, nullum autem carmen ſcriberet perpetuum. Quorum judiciis commotus, Hecalen, ut notant interpretes, compoſuit, quod perfectum carmen fuit, licet non integram Theſei complecteretur hiſtoriam.* Vide & Politianum c. 24. Miſc. Meurſii Theſeum c. 10. Natalem Comitem III. 4. Mythologiæ, Suidam in κωλιὰς & κωμῆται. Fragmenta à Doctiſſimo Bentlejo collecta num. XL - LXVI. & CX. Hecalen Callimachi *Marianus*, qui ſub Imp. Anaſtaſio vixit, explicavit Metaphraſi Jambica, ut Suidas teſtatur in Μαριανός.

Ἐλεγεῖα, in quo genere poematis principem habitum eſſe Callimachum teſtatur Quintilianus X. 1. unde Elegi Ovidio dicuntur *Callimachi numeri*, & alibi *molle Callimachi iter*. Vide & Diomedem lib. 3. pag. 382. Fragmenta à Bentlejo collecta p. 322. ſeq. tum num. CXCII.

Ἐλπίδες, *Spes*. Suid.

I. ἘΠΙΓΡΆΜΜΑΤΑ *Epigrammata*, quorum enarrationem olim ſcripſerat *Archibius* Grammaticus, Apollonii dyſcoli F. teſte Suida. Hodie in editionibus Callimachi noviſſimis exſtant Epigrammata LXII. His adde, quod ex Anthologiæ VI. 15. Callimacho auctoritate codicis Platini vindicat Clariſſ. Grævius præf. ad Callimachum. Etiam hoc vidi Callimacho tributum à Joachimo Camerario Orat. de bello Turcico, quod ad Callinum referunt codices Stobæi teſte Geſnero; H. Stephanus tribuit Tyrtæo:

Οὐ γάρ πως θάνατόνγε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐστίν
Ἀνδρ' ἐὰν εἰ προγόνων ἢ γένος ἀθανάτων.
Πολλάκι δηιότητα φυγὼν καὶ οἰστὸν ἀκόντων
Ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτε &c.

Vide & fragmenta à Bentlejo collecta num. LXX - LXXIV. & CXLII. tum Natalem Comitem VII. 15. Mythol. & quæ viri docti

2011 Ministerio de Cultura

ctiad Martialem IV. 13. Attilius Fortunatianus de Priapeio metro: *Nam proprio commate Callimachus in Epigrammatibus usus est, & Bacchylides in carminibus & alii.* Laudat Callimachum Epigrammatum nomine Plinius IV. Epist. 3. Athenæus XV. p. 669. Ἔτο γὰρ ἐν παιδὶ τὰ Καλλιμάχε γινώσκων Ἐπιγράμματα &c. Inter Epigrammata vetera latina à P. Pithœo edita non longe ab initio libri primi occurrit hoc Callimachi, imagini inscriptum Jovis:

Quænam hæc forma? Dei. Cur versa est? fulgura lucis
Divinæ non fert debilis hæc acies.
Quid vero existit tanquam uno è corpore corpus?
Hic amor est. Si amor est, cur videt? At Jovis est.
Cur ita complicitis alis? nunquam evolat. At cur
In se convertit tela? sui ille amor est.
Cur ferro sine tela gerit? Quia vulneris expers
Ille est. At vester vulnerat & cruciat.

Ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν εἰς Σωσίβιον, *Carmen Elegiacum ob partam victoriam, ad* * *Sosibium*, Athen. lib. IV. p 144. Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Χαίρωνα περὶ βασιλείας, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα, Πολλοὶ δ' αὐτό φασιν εἶναι Σωσιβίου εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν.

Ἐπῶν, *Carminis Heroici liber* 1. allegatur in Stobæi serm. CXIV. de laude senectutis edit. Gesneri, sed nihil tale in Grotii edit. p. 476. & res ipsa docet, non esse ἔπη, quæ ibi adducuntur, sed ἐλεγεῖον.

Ἐτήσια *Anniversaria*, vide supra Αἰτια.

Θαυμάσια sive Θαυμάτων τ' εἰς ἅπασαν τὴν γῆν καὶ τόπους ὄντων συναγωγή. *Mirabilia sive miraculorum per totum orbem collectanea.* Suid. Confer Meursium ad Apollonii Histor. mirabil. cap. 144. Phlegontis mirabil. cap. 4. & fragmenta à Bentlejo collecta num. 75. Jonsium II. 12. de scriptoribus Hist. Philosoph. ubi & alios θαυμασίων scriptores collegit, quibus nonnullos adjungere me memini lib. 1. c. 22. §. 4. Partem hujus operis fuisse credibile est, quod Suidæ itidem inter scripta Callimachi memora-

* Intellige Sosibium, qui in aula Ptolemæorum summæ rei præfuit, de quo Polybius lib. XV. Fuit & Sosibius quidam Tragicus, de quo dixi lib 2. c. 19. tum Sosibius Laco, Grammaticus ἐπιλυτικὸς sive solvendis quæstionibus celebris, quem θαυμάσιον vocat Athenæus lib XI. & memorat Suidas. De Sosibio Tarentino vide Humfredi Hody librum de Aristea p. 101.

2011 Ministerio de Cultura

tur περὶ τῶν ἐν πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων, *de rebus in Peloponneso & Italia mirabilibus.*

Ἴαμβοι & χωλιάμβοι. *Iambi & Choliambi.* Vide fragmenta à Bentlejo collecta num. LXXVI - C. & CCXIX. tum ad LXXXV. confer Salmasium p. 494. de uluris, & ad LXXXVI. Samulem Petitum Misc. Obs. lib. 1. c. 2. p. 9. seq. XCIV. est, quod unde petiisset Scaliger ad Manilium, non comperisse se fatetur Menagius ad Laertium lib. 1. sect. 23. Addendus & hic locus Strabonis IX. p. 437. Καλλίμαχος μὲν οὖν φησὶν ἐν Ἰάμβοις, τὰς Ἀφροδίτας, ἢ Θεὸς γὰρ ἡμία, τὴν καστιήτην ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν.

Ἶβις sive invectiva & diræ in Apollonium Rhodium discipulum ingratum. Suidas in Καλλίμαχος. Cœlius Rhodiginus XIII. 1. *Caecilius Minutianus Apulejus ait Corvinum* (alii suspicanturHyginum) *ab Ovidio Ibin appellatum fuisse, ex avis* * *fœditate, cui ventrem rostro purgare insitum sit, & hoc ex Callimachi imitatione.* Hausit hæc Rhodiginus exveteri in Ibin Ovidii scholiaste quem Salvagnius Boessius non vidit. Confer fragmenta Callimachi à Bentlejo collecta pag. 345. seq. Non adeo prolixum ** fuisse Battiadæ Ibin docet Ovidius v. 449. Poema difficile & quod Grammaticis crucem figeret, testatur Clemens Alex. 5. Strom. p. 571.

Ἱστορικὰ ὑπομνήματα, *Commentarii Historici.* Harpocrat. in ἄκη, Schol. Apollonii I. 116. Eustath. ad Odyss. μ. & Athenæus III. p. 95. qui innuit hoc opus ab aliis tributum fuisse Zenodoto.

Ἰὼς ἄφιξις, *Jûs adventus.* Suid.

Περὶ μετονομασίας ἰχθύων, *de mutatis piscium nominibus.* Suid. vide supra in ἐθνικὴ ὀνομασία.

Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίαι. *Origines insularum & urbium, & nomina mutata.* Suid. Videntur ex hoc opere petita, quæ Callimachum laudans notat Plinius III. 21. & 26. Hist. & Lutatius ad IV. Thebaidos v. 46.

Κυδίππη *Carmen de Acontio & Cydippe,* cujus meminit Ovidius de remediis amoris v. 380. 381. expressisse videtur in Epistolis Heroidum 20. seq.

* Imaginem hujus avis habes in Museo Romano Angeli Caussæi viri præstantissimi.

** Prolixiorem fuisse in describendis, quæ sibi versu exponere proposuisset & luxuriosiorem, perinde ut parthenium & Euphorionem, notat Lucianus de scribenda historia T. 1. p. 637.

2011 Ministerio de Cultura

ſeq. Confer Ariſtænetum libri 1. Epiſtola 10. quem pleraque grandiora ex hoc Callimachi poemate tranſtuliſſe obſervat in notis doctiſſimus Joſias Mercerus. Conſulenda etiam fragmenta à Bentleio collecta num. CI - CII.

Κωμῳδίαι, *Comœdiæ.* Suidas.

Μέλη *Carmina Lyrica.* Suid.

Μιμῶν ϖεϱοιμοϱείαι καθ' ἔθνη καὶ πόλεις. Menſium nomina apnd ſingulas gentes & urbes. Suid. Forte hæc pars fuit operis Callimachei cui titulus erat ἐθνικὴ ὀνομασία.

Μουσεῖον *Muſeum*, ſive de Muſeo, quod Alexandriæ hominibus eruditis alendis primum inſtituerat munificentia Regis Ptolemæi Philadelphi. Suid. de Muſeo illo Alexandrino agunt viri doctiſſimi Joh. Frid. Gronovius & Lud. Neocorus, quorum diatribæ tomo octavo theſauri Antiquitatum Græcarum ſunt inſertæ, Jonſius III. 2. ubi & alios de Muſeo ſcriptores deperditos cõmemorat: Tillemontius in hiſtoria Imperatorum Gallice edita T. 2. p. 431. ſeq. Guil. Caveus parte 2. Hiſt. literariæ ſcriptorum Eccleſiaſticorum in Athenagora, & Rev. D. Adam Rechenbergius in exercitatione de hoc Muſeo edita Lipſiæ A. 1698.

Νόμιμα βαϱβαϱικὰ, *Inſtituta Barbarica.* Suid. in Φασηλῖτ ϑῦμα. Addendus itaque Callimachus aliis νόμιμων ſcriptoribus, de quibus agit Joh. Wovveranus c. 9. Polymathiæ.

Πεϱὶ Νυμφῶν σύγγϱαμμα, *Liber de Nymphis.* Stob. eclog. Phyſ.

In Homerum ſcripta Callimachi *commentaria*, è duobus Strabonis locis, ſuſpicatur vir doctiſſimus Joh. Meurſius. Sed vide quæ notavi ſupra lib. 2. cap. 5. De Homeri ætate quidem egit Callimachus teſte Tatiano, & de Margite Homeri teſte Harpocratione in Μαργίτης. Sed utrumq; hoc non dubito nos fuiſſe lecturos in ejus πίναξι ϖαντοδαπῶν συγγϱαμμάτων, ſi illud Callimachi opus ad nos perveniſſet.

Πεϱὶ ὀϱνέων, *de Avibus* Athen. Ælian. & alii. Vide fragmenta à Bentlejo collecta p. 349. 350.

Πίναξ * ϖαντοδαπῶν συγγϱαμμάτων ſive πίνακες τ' ἐν παίζῃ παιδεία διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγϱαψαν, ἐν βιβλίοις ϱκ'. *Index*, ſive *Elenchus ſcriptorum omnis generis, libris CXX.* Suid. in hoc præſtantiſſimo opere, &

* Alii fuere πίνακες, de quibus Polemonem, Hypſicratem & Antigonum laudat Laertius VII. 188. Pictorum nimirum veterum tabulæ ſingularibus ſcriptis collectæ ac recenſitæ.

2011 Ministerio de Cultura

& quod intercidisse imprimis dolendum est, Callimachus præter nomen, ætatem, patriam, genus & vitam uniuscujusque scriptoris, scripta, scriptorum titulum, argumentum, & initium, numerumq; versuum * retulit, & dubia ac suppositicia á genuinis auctorum fœtibus distinxit. Confer, quæ de hoc opere notavit Jonsius lib. II. cap. 5. Videtur autem digestum fuisse ita, ut unius argumenti scriptores conjungerentur, & una serie legerentur. Sic Tragicos & Comicos junctim rrcensuerat Callimachus in πίναξι καὶ ἀναγραφῇ τ κ' χρόνος καὶ ἀπ' ἀρχῆς γνωρίμων διδασκάλων, *in indice sive descriptione eorum, qui Tragœdias & Comœdias docuerunt, ab initiis* usque reperti utriusque dramatum generis, *secundum seriem temporum.* Hoc enim scriptum eidem Suidæ memoratum, non dubito partem fuisse majoris illius in CXX. lib. distributi. Confer, si juvat, quæ de aliis *didascaliarum* scriptoribus notavi supra lib. II. c. 19. in Aristotele. Similiter Rhetoras recensuerat Callimachus in πίναξι sive ἀναγραφῇ Ῥητορικῶν, cujus mentionem facit præter Athenæum Dionysius Halicarnassensis. Leges & legumlatores in πίναξι τ νόμων *indicibus legum*, quorum tertius laudatur eidem Athenæo lib. 13. p. 585. ubi prima verba legis cujusdam refert cum numero στίχων. Sed & πίναξ τ Δημοκρίτ γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, *Index vocum inusitatarum scriptorumque Democriti*, Suidæ memoratus, quin ejusdem operis pars fuerit, vix dubito. Adversus Callimachi πίνακας scripserat *Aristophanes* Byzantius Grammaticus, teste Athenæo lib. IX. pag. 408.

Battiadem *in Paredris*, sive poemate, quo de dæmonibus paredris egerat, laudat Fulgentius in continentia Virgiliana: *nec illa, quæ Dardanus in dynameris, aut Battiades in paredris, aut Campester in Catabolicis infernalibusque cecinerunt.*

Πισαῖα scriptis Callimachi accenset Meursius è Fulgentii expositione antiquorum verborum in *tucceta*. Sed ibi reperio laudari non Callimachum, sed Callimorphum in Pisæis: *ambrosio redolent tucceta sapore.*

Συναγωγὴ ποταμῶν, sive περὶ τῶν ἐν οἰκουμένῃ ποταμῶν. *De fluminibus orbis terrarum liber*, Strabo lib. IX. p. 397. & Suidas. Hujus operis partes

* Emendandus interpres Athenæi VI. p. 244.

2011 Ministerio de Cultura

tes erant, quæ eidem Suidæ referuntur περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν & περὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ ποταμῶν, *de fluviis Europæ & Asiæ.*

Callimachum ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνη allegat scriptor vitæ Arati. Ad illum, ni fallor, Praxiphanem, qui allegatur à Demetrio περὶ ἑρμηνείας §. 57.

Σατυρικὰ δεῖπνα Suid.

Σεμέλη id.

Τραγῳδίαι id.

ὕΜΝΟΙ *Hymni*, quorum exstant hi sex Elegiaco carmine scripti: *in Jovem*, allegatur à Suida in ἀγορανόμας, λέπελον &c. ex eodē petitum est v. 8. seq. quod refertur ab Athenagora, Clemente Alex. & aliis, à Clarissimoque Bentlejo memoriæ lapsu relatum inter fragmenta num. CCCXCI. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κὰὴ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο. Hunc hymnum duplici metaphrasi latina poetica, adstrictiore altera, altera liberiore donavit *H. Stephanus*. Vertit & latino carmine præter *Nicolaum Frischlinum* (qui omnes prosa & versu transtulit) Bonaventura Vulcanius. (2) *in Apollinem.* (3) *in Dianam*, latino carmine redditus à *Francisco Florido Sabino* Basil. 1540. fol. pag. 315. inter alia Sabini scripta, & in editione Callimachi Frischliniana Basil. 1589. 8. p. 340. (4) *in Delum.* (5) *in lavacrum Palladis*, quem hymnum è MS. Codice accentibus destituto edidit & pereleganti Metaphrasi donavit *Angelus Politianus* c. 80. Miscell. (6) *in Cererem.* Hic Hymnus, ut superior quoque Dorice scriptus est, & Argis compositus videtur à Callimacho, si audimus ingeniosissimam Annam T. Fabri filiam.

Metaphrasin græcam Hymnorum Callimachi, uti Hecales quoq; Αἰτίων & Epigrammatum composuerat teste Suida *Marianus*, versibus jambicis 6810.

Ὑπομνήματα ἰσθμικά. Supra in ἰσθμικά.

Χωλιάμβοι. Suid. in λθυσαμβ. & supra in Ἰάμβοι.

III. E veteribus Grammaticis nonnulli fuerunt, qui Callimachi scripta vel (1) commentariis illustrarent, ut *Astyages* quidam, cujus Ὑπόμνημα εἰς Καλλίμαχον Suidas memorat, *Archibius* item, qui in Epigrammata, & *Eratosthenes* atque *Theon*, qui in Αἴτια scripserant, ut ante dixi: vel (2) explicarent Metaphrasi, ut *Marianus*, cujus jam in hymnis feci mentionem: vel (3 quomodo interpungenda essent, docerent, ut *Nicanor* Alexandrinus, qui teste eodem Suida, librum composuerat

2011 Ministerio de Cultura

περὶ τῆς μῆς τ ὦ δὲ κὰ Καλλιμάχῳ. Etiam contra Πίνακας scripsisse *Aristophanem* Grammaticum, notavi ex Athenæo, cui adde, quod Callimacho detrahere non dubitavit *Severianus* Procli Philosophi discipulus, ut è Damascio in vita Isidori, Suidas retulit in Σεβηριανός. Τὸν δ' Καλλίμαχον ὡς χεῖρας λαβὼν, ὃ ἐστιν ὅτι ὁ κατέσκωπτε τ Λίβυν ποιητὴν, αἰνιώμενος δ' ἐπὶ μᾶλλον, ἤδη πολλαχῆ καὶ τῷ βιβλίῳ ἐφιστέρνυε. Hoc odium fortassis inde provenit, quod de Platone Callimachus secus sensit, eumque idoneum Poetarum esse judicem inficiatus est, quo nomine etiam in Callimachum invehitur Proclus 1. in Timæum p. 28.

IV. *Scholia brevia Græca*, quæ hodie è MS. codice in sex hymnos edita exstant, cui debeantur auctori incertum est. Scriptores in iis veteres allegantur nulli præter Hesiodum I. 95. III. 53. Homerum II. 6, 35. 50. III. 4. 12. 40. 90. 250. IV. 73. 122. 209. 286. V. 30. Theocritum III. 19. Diogenianum III. 190. Herodianum III. 235. Thucydidem IV. 11. Pindari & Bacchylidis de Delo IV. 28. Olenis Lycii hymnum IV. 155. & Platonẽ Phædone IV. 312. Syracusanæ dialecti mentio fit II. 15. Gesnerus in Bibliotheca admodum recentem notat esse scholiorum horumce sive auctorem sive collectorem, quod VI. 111. ἀλλαχοῦ ait ἰδιωτικῶς sive lingua vulgari appellari κάτθον. Scholia inedita interlinearia in Callimachum memorat Labbeus Bibl. nov. MS. p. 372. Anonymum vitæ Callimachi auctorem, quæ editionibus præfigi solet, perperam à Suida distingvit Menagius ad Laertii IX. 40.

V. *Editiones Callimachi.*

Græcæ cum scholiis Græcis.

1. Prima Hymnorum sex, literis capitalibus, Florentiæ in 4. edente Lascari.
2. Basileæ apud Hieron. Frobenium 1532. 4. adjuncta ad calcem veteri Gnomologia, de qua dixi supra lib. 2. c. II. §. 5.
3. Parisiis apud Vascosanum 1549. 4.
   Editionem Basil. 1556. Bœclero memoratam non vidi, nec quam Bolduanus Lipeniusque cum emendationibus *Lud. Carrionis* ajunt prodiisse ibid. 1557. Neque Parisiensem 1574. 4.

Græcæ sine Scholiis.

Aldina A. 1513. 8. cum Pindaro, Dionysio, Lycophrone.
H. Stephani inter Poetas Principes. Paris. 1566. fol. typis luculentis.

Græ-

2011 Ministerio de Cultura

Græco-latinæ sine Scholiis Græcis.

Hymni & Epigrammata cum versione *Nic. Frischlini* In corpore poetarum Græcorum Genev. 1606. fol. Jacobo Lectio curante p. 554. seq. Hymni, Epigrammata & fragmenta cum notis *Bonaventuræ Vulcanii*, Antvverp. & Lugd. Bat. 1584. 12. quæ editio cum notis MSS. Martini Sladi, P. Francii & aliorum fuit in Bibliotheca laudati Francii, & ab illo utenda data fuit Clarissimo Grævio. Ad Callimachum *Moschi Idyllia* quoque adjunxit in hac editione Vulcanius.

Cum notis *Annæ Tan. Fabri* filiæ, quæ novem Epigrammata ex Anthologia inedita (illustri Huetio, cui Callimachus iste dicatus est, communicante) prima vulgavit & interpretata est, fragmentaque post H. Stephanum, Vulcaniumque nova adjunxit. Paris. 1675. 4.

Græco latinæ cum scholiis Græcis, & notis doctorum Virorum.

Hymni & Epigrammata è recensione *H. Stephani*, cum ejusdem notis, & cum versione gemina, notisque *Nicodemi Frischlini* * Genev. 1577. 4. Adjunxit & H. Stephanus Callimachi fragmenta quædam à se collecta.

Hymni cum duplici interpretatione (prosa una, altera carmine) & annotationibus *Nicod. Frischlini* recognitis, scholiisque veteribus græcis separatim adnexis, tum Epigrammata Callimachi XXXIII. cum versione ligata, & fragmenta (quæ ab H. Stephano jam collecta dixi) Basil. 1589. 8. Vitam Callimachi quoque præfixit Frischlinus Græce & latine à se compositam, & *Archiæ* Epigrammata Græca ex Anthologia excerpta, & latina donata Metaphrasi, ne dicam de aliis Frischlini carminibus & Epigrammatis Græcis & latinis, hymnoque Græco in Christum proditum, quæ in hac editione Callimacho subjuncta leguntur.

Locupletissima & elegantissima omnium editio Callimachi est Ultrajectina A. 1697. 8. 2. Voluminibus, ex recensione *Theodori Græ-*

* Epistola dedicatoria Frischlini data est Tubingæ A. 1571. nulla vero Callimachi editio Frischliniana Tubingæ prodiit, licet hoc ex Actis Erud. 1695. p. 487. aliquis possit suspicari, sed Genevam ad H. Stephanum Tubinga suas lucubrationes misit Frischlinus. Falluntur quoque, qui editionem A. 1577. non Genevæ, sed Parisiis prodiisse affirmant.

2011 Ministerio de Cultura

vii, Joh. Georgii F. licet Theodorus ipſe manum ultimam operi non admovit, ſed in flore ætatis exſtinctus magno Patri abſolvendum reliquit. In hac editione primum occurrunt *Hymni VI.* nitide excuſi & eleganti icone in æs inciſa ſinguli ornati, cum verſione proſaica à Theodoro Græv io interpolata, ſubjectis per ſingulas paginas Scholiis Græcis, & notis virorum doctorum Franciſci * Robortelli, H. Stephani, Bonav. Vulcanii, Annæ Tan. Fabri filiæ Daceriæ, & quas Theodorus vel ipſe addidit vel ex Joh. Meurſii ineditis lectionibus Academicis in Callimachum petiit, vel à Jac. Gronovio. P. Francio, & aliis viris doctis accepit. Hymnos excipit *Poematium de Coma Berenices* latine è Catullo, tum *Epigrammata* Callimachi LXII. ex edita & inedita Anthologia & aliunde collecta, quorum ſeptem poſtrema ante lucem non viderant. Univerſa notis eruditis illuſtravit Bentlejus, & ab undequadrageſimo usque latine tranſtulit, additæ præterea notæ ſunt variorum, Annæ Fabri maxime & Vulcanii. Seqvuntur inde fragmenta Callimachi poſt Henrici Stephani induſtriam longe diligentius collecta à Vulcanio, Anna Fabri, Ez. Spanhemio & diligentiſſime à Richardo Bentlejo, cujus Spanhemii & Bentleji collectiones nunquam ante editæ fuerant. Addes, ſi placet hoc è Scholiis ineditis ad Dionyſium Thracem: Τῆς δ' καινίας ἓν λόγῳ ἐστὶ καὶ ἡ ἀκυρολογία, ὡς ὅδε καλλιμάχῳ περὶ τῶν ἀπολλωνιάτων νηπίων,

Μητέρας ἐξενέπασαν ἐκὰ φίσσαν ἢ τιθηνάς.

Τυναντίον δὲ, ἐβάρυναν ἀπολέσαντες τὰ ὑπ' αὐτῶν τρεφόμενα βρέφη. Habes præterea in Græviana Callimachi editione notas Friſchlini integras ſeparatim excuſas & p. 456. Henrici Stephani ſex Epigrammata judicio Ovidii ** Callimachum arte non ingenio valere exiſtimantis oppoſita. Hinc Bentleji in loca quædam hymnorum egregiæ animadverſiones, in quibus nonnulla, de quibus Stanleio etiam in mentem venerat. Quod vero in iisdem p. 495. ſeq. adverſus Caſaubonum c. 18. lect. Theocrit. & Salmaſium p. 242. ad aram Doſiadæ diſputat, Græcos nunquam αι & οι ſecuta conſonante corripuiſſe, refellitur argumentis non inficiandis à Joh. Jenſio lib. 2. c. 6.

* Robortelli annotationes in hymnos Callimachi & aliorum quorundam ſcriptorum loca prodiere Venet. 1543. 8. Nonnulla fragmenta Callimachi emendat & illuſtrat Caſaubonus c. 4. lectionum Theocritearum.

** De illo Ovidii judicio vide Heinſium prolegom. ad Heſiodum edit. in 4. ubi oſtendit Ovidium per ingenium intellexiſſe ὁρμὴν ſive impetum poeticum, quo ſæpe peccant Poetæ, & optimi ſunt, qui peccant ſæpiſſime.

2011 Ministerio de Cultura

6. lectionum Lucianearum p. 166. seq. Vide sis & Jac. Gronovium ad Manethonis Apotelesmatica p. 274. Post Bentleji animadversiones sequuntur notæ Pauli Voetii antecessoris Ultrajectini, quas e Bibliotheca filii, Illustris Viri, Pauli Voetii van Winsen, cui tota hæc editio à Grævio inscripta est, primus heic Paulus Bauldry edidit. Volumen claudunt dedicationes præfationesque Frischlini, Vulcanii & Annæ Fabri, tum indices locupletissimi, quorum familiam ducit index græcus omnium verborum, quæ in Callimachi hymnis, epigrammatis & fragmentis occurrunt. Volumen alterum impletur uberrimis & longe doctissimis Illustris Ez. Spanhemii ad sex Callimachi hymnos commentariis, *opere* ut elegantissimus Brouckhusius ad Propertium p. 314. vere scripsit, *admirandæ eruditionis, & quale hodie vix sperare ab ullo mortalium audeamus.*

VI. Fuerunt & alii Callimachi (1) Strategus nostri avus. Vide Epigramma 21. (2) Callimachus nostri sororis filius, quem *de Insulis* scripsisse carmine Epico, è Suida notavi. (3) Callimachus Atheniensis, dux fortissimus & cum Cynægiro Medici belli fulmen, cujus præter alios meminit Plutarchus in Catone p. 353. hic ipse enim est, licet diversum facit aliud agens doctissimus Jonsius p. 242. (4) Callimachus Amisenorum & postea Nisibis præfectus arte Mechanica clarus adversus Romanos in bello Mithridatico. Plutarch. Lucullo p. 503. & 514. (5) Callimachus statuarius, de quo videndus Franciscus Junius in Catalogo Artificum. Neque alium forte Callimachum intelligit Plinius VII. 47. in loco, quem inter Battiadæ fragmenta adscripsit præstantissimus Bentlejus num. CCCXCIX. (6) Callimachus Atheniensis, amicus Platonis, & curator ejus testamenti Laert. III. 42. & 43. (7) Callimachus χορoδιδάσκαλος, Aristoph. Ecclesiaz. v. 184. (8) Medicus Herophileus, quem vocabula Hippocratis exposuisse testatur Erotianus sive Herodianus in præfat. lexici, & quem *de coronis, quæ nocerent capiti*, græce scripsisse testatur Plinius XXI. 3. Hic videtur etiam respici à Galeno I. in VI. Epidem T. 5. edit Basil. p. 447. At apud Eusebium X. 11. præparat. Evangel. pro *Callimacho Colophonio* legendum est è Tatiano *Antimachus*, quod miror fugisse illustrem Spanhemium quem nihil fugit, p. 119. ad Callimachum, & G. Vossium in Poetis Græcis. Per *Romanum* vero *Callimachum* Propertius IV. 1. 46. intelligit seipsum, non alium nescio quem Romani Callimachi nomine poetam, ut existimavit Flavius Blondus.

2011 Ministerio de Cultura

Apud Quintilianum XI. 2. pro *Apollas Callimachus* (ut habet etiam illustris Obrechti editio) quidam legunt *Apollas & Callimachus*.

Fuit & annis abhinc ducentis amplius *Philippus* quidam *Callimachus Experiens* Florentinus, post varia scripta, Historici præcipue argumenti edita, A. 1490. defunctus, quem Philippum Callimachum à Callimacho Experiente diversum perperam facit Kœnigius in Bibliotheca.

CAPUT XX.

De MANETHONE Ægyptio, & aliis Astrologiæ Apotelesmaticæ Scriptoribus.

Manethonis nomen & ætas: Ægyptiaca & alia scripa deperdita. 1 - 7. Apotelesmatica ejusdem auctoris. 8. De aliis Astrologis Apotelesmaticis Græcis editis, singillatim de Paulo Alexandrino, & Hephæstionis Thebani, Vettiique Valentis fragmentts. 9. De Astrologis Græcis ineditis. 10. De Astrologis Græcis deperditis. 11. Catalogus scriptorum qui Astrologiam Apotelesmaticam oppugnarunt. 12.

NOmen MANETHONIS varie exaratum reperio, (*) Μανάθως, Μά-

* Vide Menag. ad Laert. p. 8. Cæterum Ægyptium nomen est haud dubie Manethon, ut operam ludat Harduinus, qui in Chronologia V.T. p. 32. repetit ex *Man* voce Germanica quæ *virum* sonat, & Hebraico אר *cum*, atque און *virtute*. Nec felicius ipsi res procedit, cum Ægyptiæ veteris linguæ ignarus, tamen p. 28. seq. negat in Ægyptiorum dynastiis apud Manethonem occurrere nomina Ægyptia, sed omnia esse ex Hebræis, pauca è Græcis petita fontibus. Sed exempla quæ mox affert ita sunt comparata, ut æque facile ex Mexicano aliquis idiomate illa possit deducere. Manethonis nomini affinia *Menuthis* Canobi uxor, apud Epiphan. & *Menuthis* vicus Ægypti de quo Stephanus Byz.

2011 Ministerio de Cultura

Μάνεθως, Μανεθῶς, Μανεθὼς, Μανεθὼ, Μανέθων, Μανεθὼν, Μανεθῶν, & Μανεθῶν denique, quod poſtremum præ cæteris ſcribendi modis probat Ed. Bernhardus vir infinitæ eruditionis in notis, utinam integris, ad Joſephum p. 21. Fuit hoc nomine olim in Ægypto vir omni genere ſapientiæ (a) excultus, patria Sebennytes (b) vel Diospolitanus, qui ſub Ptolemæo Philadelpho functus apud Mendeſios (c) vel Heliopolitas ſummi ſacerdotis & ſcribæ ſacri munere, varia Græce (d) ſcripſit & eidem Ptolemæo dicavit, Hiſtorica, Phyſica & de Apoteleſmatica Aſtrologia, de quibus ſingulis nonnihil dicam.

I. Αἰγυπτιακῶν *tres libros* compoſuiſſe conſtat è Georgio Syncello (e) qui ex Africano & Euſebii Chronicis diligenter tranſcripſit quæ Manethon ex *ſacris Hermetis columnis* (f) de antiquis Ægyptiorum Regibus tradiderat, perſequens γενεὰς CXIII. in Dynaſtiis XXXI. Secutus eſt Manethon χρονογραφεῖον aliquod Ægyptium, quod παλαιὸν vocatur à Syncello p. 51. & pertingebat usque ad Regem ultimum dynaſtiæ trigeſimæ Nectanebonem, cujus ab Ocho pulſi fuga incidit in Olymp. CVII. 3. paucis ante Perſas ab Alexandro victos annis. Trigeſimam primam Dy-

(a) Ælianus X. 16. de animal. ἀκήκοα δὲ καὶ Μανεθῶνα τὸν Αἰγύπτιον σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακότα ἄνδρα εἶναι &c.

(b) Suid. Μάνεθως ἐκ Διοσπολέως τῆς Αἰγύπτου, ἢ Σεβεννύτης. Sebennytam vocat & Syncellus p. 16. 18. ipſe de ſe Manetho ibid. p. 40. γένει Σεβεννύτης ὑπάρχων ἡλιοπολίτης, τῷ δεσπότῃ μοι Πτολεμαίῳ χαίρειν.

(c) Rurſus Suidas: Μάνεθως Μένδης ἱερεὺς (doctiſſimus Suidæ foſpitator Neocorus in MSto codice Pariſ. reperit ἀρχιερεύς) Αἰγύπτου. Apud Syncellum quoque p. 40. Manethon ipſe in Epiſtola ad Ptolemæum ſe appellat ἀρχιερέα καὶ γραμματέα τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν ἀδύτων. Syncello ibid. ἀρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εἰδωλείων.

(d) Joſephus 1. contra Apionem, ſive Manethonem potius (in illo enim confutando maxima libri pars occupatur) p. 1039. Μανεθῶν δ' ἦν τὸ γένος ἀνὴρ Αἰγύπτιος, τῆς ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι, γέγραφε γάρ Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν κ. τ. λ. Euſebius in exordio libri 2. præparat. πᾶσαν μὲν οὖν τὴν Αἰγυπτιακὴν ἱστορίαν εἰς πλάτος τῆς ἑλλήνων μετείληφε φωνῆς, ἰδίως τε τὰ περὶ τῆς κατ' αὐτὸς Θεολογίας Μανεθῶς ὁ Αἰγύπτιος ἔντε ἔγραψεν ἱερᾷ βίβλῳ καὶ ἐν ἑτέροις αὐτοῦ συγγράμμασιν.

(e) Primus tomus continebat XI. Dynaſtias Deorum Semideorumque, annis 2300. Reges CXCII. Secundus Dynaſtias XII. -- XIX. annis 1121. Reges XCII. Tertius Dynaſtias XX. - - XXXI. per annos 1050. Primum librum laudat Syncellus p. 60. ſecundum p. 59. 72. 73. tertium p. 78. 256. ubi ultimum hunc fuiſſe teſtatur. Vide & Scal. ad Græca Euſebii p. 411. b.

(f) Syncell. p. 40.

2011 Ministerio de Cultura

Dynaſtiam videtur Manethon addidiſſe, in qua tres Reges: Artaxerxes Ochus, Arſes Ochi F. & Darius Codomannus quem Alexander ſuperavit. Vide Syncellum p. 78. & 256 qui veteri illo Chronico deceptum Manethonem p. 51. & non pauca mentitum obſervat, ut Ægyptiæ gentis laudes & antiquitatem amplificaret. p. 15. 17. 37. Profeſſus & ipſe Manethō eſt ſe addidiſſe nonnulla ἐκ τ ἀδεσπότων μυθολογημάτων, uti ſunt quæ confutat Joſephus 1. contra Apion. p. 1052. ſeq. Plura hoc de opere ne addam, facit virorum doctiſſimorum Voſſii & Marshami induſtria, quorum ille lib. 1. de Hiſt. Gr. cap. 14. hic ſub initium præclari Canonis Chronici de eo agendum ſibi duxit. Fidem Manethonis merito elevant poſt Joſephum lib. 1. contra Apion. p. 1039. ſeq. Hermannus Conringius in Adverſariis Chronolog. de antiquis Aſiæ & Ægypti dynaſtiis c. 17. p. 190. ſeq. Ed. Stillingfleetus Orig. ſacr. lib. 1. c. 2. Iſ. Voſſius cap. 10. de ætate mundi, &. Melch. Leydeckerus lib. 3. de Rep. Hebræorum p. 115. ſeq. Ac certe nihil difficilius fuerit quam dynaſtias Manethonis expedire & cum reliqua veteri Hiſtoria conciliare, ut perſpicuum eſt ſi quis inter ſe conferat conatus præſtantiſſimorum veteri ævo Chronologorum Africani, Euſebii, & Syncelli: vel recentium Scaligeri Can. Iſagog. p. 128. ſeq. & 316. ſeq. Sam. Petiti c. 27 (lib. IV. c. 6.) Var. lect. Kircherum 1. Oedipi p. 68. ſeq. Petavii, Uſſerii, Marshamiq; qui in diverſis Ægypti regionibus plures dynaſtias ſimul eodem tempore rebus præfuiſſe contendit, & in antiquitate temporum reſtituta Pauli Pezronii. Fragmenta quædam Manethonis è Joſepho & Syncello deſcripſit illuſtravitque Scaliger in Græcis Euſebii & ad calcem operis immortalis de emendatione temporum.

II. Ἱερὰ βίβλος. *Liber Sacer*, quo de Theologia Ægyptiorum Manethon egerat. Meminit præter alia Manethonis συγγράμματα Euſebius in limine libri 2. præparat. cujus verba jam in notula adſcripſi. Reſpicit forte etiam Theodoritus, quo teſte lib. 2. Therapevt. p. 34. Μανεθὼς τὰ περὶ Ἶσιδος καὶ Ὀσίριδος καὶ Ἄπιδος καὶ Σαραπίδος καὶ τῶν ἄλλων Θεῶν τῶν Αἰγυπτίων ἐμυθολόγησε. Egerat de Diis ac Semideis gentis ſuæ etiam in Ægyptiacorum libris: ſed ibi magis Chronologi atq; Hiſtorici, at in ſacro ſermone Theologi partibus functi fuiſſe mihi videtur. Quanquam idem cum illis ſacrum hoc opus fuiſſe haud dubitavit G. Voſſius.

III. Βίβλος τ Σώθεως, ad Ptolemæum. Syncell. p. 40. Scaliger ad Græca Euſebii p. 408. Σῶθιν τὴν Ἰνάχου *vocabant Ægyptii: item* Σωθιακὴν περίοδον Ἰοῦς *ſive Iſidis peregrinationem, quæ etiam refertur à Prometheo apud*

2011 Ministerio de Cultura

apud Æschylum. (v. 822. seq.) *Videntur Ægyptii annorum suorum certissimam Epocham* ἀπὸ τ Σωθιακῆς φδιόδε *repetiviſſe, ut manifeste colligitur ex Clemente Alex.* (1. Strom. p 335.) *neque dubito* τὸν Σωθεως βίβλον & Μανεθῶ *ab eodem initio regum suorum dynastias deduxisse. Apud Vettium Valentem Antiochenum* Σηθ *ex libris Petosiris, non* Σῶθις *dicitur.* Ex his verbis colligas Scaligerum βίβλον Σώθεως haud diversum existimasse ab opere Historico de Ægyptiorum dynastiis. Sed mihi potius videtur in hoc libro Manetho egisse de anno Ægyptiorum Cynico, de quo dixi ad Chalcidium p. 218. ubi pro σολεχὺν legendum σῶθιν. Notum est sidus quod Græcis ἀστρο-κύων, idem Ægyptiis dictum Σῶθιν fuisse.

IV. Manetho ἐν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον laudatur ab Etymologici M. auctore in λεοντοκόμος & ab Eustathio ad Iliad. λ. p. 857. edit. Rom. ἐν τοῖς πρὸς Ἡρόδοτον. Magnus quoque Bochartus 1. Hieroz. p. 715. allegat Manethonem in notis ad Herodotum. Sed aut fallor aut Eustathius & Etymologici scriptor inciderunt in locum Manethonis Historiarum in quo Herodotum castigaverat. Certe Josephus 1. contra Apionem p. 1039. de Historia Manethonis loquens testatur Herodotum sæpius in illa ab ipso reprehensum ob res Ægyptiacas falso memoriæ proditas. Γέγραφε δ' Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἔκτε τ ἱερέων, ὡς φησιν αὐτὸς, μεταφερόντος, καὶ πολλὰ τ ΗΡΟΔΟΤΟΝ ἐλέγχει τ Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον.

V. Περὶ ἀρχαιότητος καὶ εὐσεβείας *de Antiquitate & pietate* sive de priscis & religiosis Ægyptiorum ritibus *liber*, è quo Porphyrius lib. 2. de abstinendo ab animatis §. 55. narrat immolandorum hominum consvetudinem Heliopoli sustuliſſe Regem Amasin. Porphyrii locus legitur & in Eusebii IV. 16. præparat. & respicitur à Theodorito VII. Therapevt. p. 109. licet Manethonem haud nominet. Confer Marshami Canonem Chron. p. 315. seq. Ex eodem Manethonis libro videtur narrare Plutarchus de Iside & Osiride p. 380. quod in urbe Ilethyæ (εἰληθύιας enim pro Ἰλιθύας legendum, notavit Vir doctissimus) homines vivos palam exusserint canicularibus diebus, cineribus etiam procul sparsis ac dissipatis, ne quidquam de lustramentis hisce Typhoniis supereſſet.

VI. Φυσικῶν ἔπιτομή. Laert. procem. sect. 10. Hæc forte sunt quæ Suidas memorat Φυσιολογικά, & è quibus Ælianus X. 16. de animal. videtur referre eos, qui suillum lac bibant, lepra ac vitiligine infici, etsi

2011 Ministerio de Cultura

librum ipſum Manethonis haud vidiſſe, ſuſpiceris ex eo, quod dicit ἀκριβῶ εἰπεῖν.

VII. Περὶ κατασκευῆς κυφίων de ratione præparandi ſacri ſuffiminis quod κῦφι Ægyptiis vocabatur, & memoratum eſt Plutarcho, Galeno, S. Hieronymo. Vide Kircherum T. 2. Oedidi part. 2. p. 539. Suidas quidem hoc ſcriptum Manethoni Mendeſio vindicat, quem à Sebennyte videtur diverſum facere, ſed hujuscemodi in rebus quam parum tribui ejus fidei poſſit, eruditos viros haud latet.

VIII, Manethoni præterea ἀποτελεσματικὰ δι' ἐπῶν tribuit Suidas, & alia quædam ut ait Ἀστρονομούμενα. Etiam Paulini Nolani (g) Epiſtolæ XXXVIII. ſubjicitur carmen ad Jovium, in quo ejusdem operis mentio:

Nunc tria miremur texentem fata Platonem,
Aut Arati numeros, aut picta Manæthonis aſtra.

Neque vero aliud hic ſunt *picta aſtra* quam carmine deſcripta, & verbis, ut ait Plautus Pœnulo, depicta, quemadmodum de Ennio apud Ciceronem 1. Tuſc. quæſt. c. 15. *Hic veſtrum pinxit maxima facta patrum.* Notum & illud Simonidis, quod variis locis refert Plutarchus (h) ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν, *Poeſin eſſe picturam loquentem, picturam vero, Poeſin quamdam tacitam ſilentemque.* Manethon ipſe poema ſuum cum Hermetis κηροχύτῳ γραφῇ conferens μάθημα λάλον vocat ſub initium libri V. quod è verſione mea adſcribam:

E libris, Ptolemæe, ſacris, ſacrisque columnis
Arcanis, ſapiens quas bis in reperit Hermes
Signavit vires proprias cœleſtibus aſtris. Con-

(g) Barthius lib: 1. adverſar. c. 15. *Auctor carminis ad Colleam vel Jovium, quod non optime Paulino abſcribi, alibi demonſtramus.* Idem XXXII. 22. tribuere videtur Claudiano Mamerto: *Paulinus ſive Mamertus ad Colleam* Confer LIV. 3. Paulino audacter tribuit Cerda in Adverſariis ſacris c. 149. p. 364. Cerdam enim malui vocare quam Lacerdam, quoniam ipſe c. 185 p. 497. Nicolaum Abramum ſuæ Societatis virum non dubitat eo nomine reprehendere. *Nicolaus*, inquit, *Abramus, cujus ego nomen melius teneo quam ille meum, qui me citans Lacerdam nominat: ego enim Joannes Ludovicus de la Cerda nominor, itaque Cerdam debuiſſet dicere, non Lacerdam. Sed ignoſco homini ignoranti noſtrum idioma* &c.

(h) Plutarch. de audiendis poematibus p. 12. edit Grotii. (in cujus viri maximi verſione male eſt deſcriptum: *Picturam eſſe loquens Poema, Poema vero tacitam picturam*) de dignoſcendo adulatore p. 58. & IX ult. Sympoſ.

2011 Ministerio de Cultura

Consilii adjutor fuit illi Asclepius, inde
Ceris mandavit formas, divinaque imago
Florilegæ impressa est dono pulcherrima Musæ.
Ast ego si illuni cœlestia sidera nocte
Sæpe revisendo, picturam sisto loquentem,
Nec quisquam potis est partem hujus cernere laudis
Quam solus, quem plurimum amo, magnus Petosiris,
Non levis iste labor, Ptolemæe, videbitur ulli.

Jacobus Gronovius Vir. Clariss. in postremo versu edidit, ὃ βαιὸς πάμα-γ᾽ ὄτ᾽, unde totum hunc locum non videtur cepisse, certe, ut multa, obscurissime reddidisse. Sed legendum esse ὀ βαιὸς, ut in mea versione interpretatus sum, nec ipse, credo negabit, si conferet exordium libri primi, ubi inter alia hæc leguntur:

De nocte insomnis multo de luce labori
Indulsi, ut Tibi quos mea fecit Musa libellos
Mitterem, & è studiis ferres hæc commoda nostris.

Supersunt Manethonis ἀποτελεσματικῶν, sive de viribus & effectis Astrorum libri sex, scripti ad Ptolemæum Regem, quem Philadelphum esse, adeoque & Manethonem eundem qui Ægyptiaca & alia jam à me commemorata scripsit, nulla ut opinor ratione idonea negari poterit. Illud vero de Philadelpho apertissime etiam confirmatur lib. V. 208. ubi Ἀρσινόης ὑμνωδοὶ diserte memorantur, quod & erudito editori observatum. Cæterum tulere ætatem Apotelesmatica Manethonis in unico quantum sciam codice Mediceo sexcentorum circiter annorum, è quo varia virorum doctorum Lucæ Holstenii & Lucæ Langermanni apographa, atq; Jacobi quoque Gronovii editio profluxit. Versiculos quosdam ex illo opere tum adhuc inedito produxerat Alexander Morus in notis haud protrita eruditione refertis ad novum fœdus in Jacobi I. 1. Alios Abrahamus Hinckelmañus, decus hujus urbis immortale, in detectione fundamenti Bohemiani edita Hamburgi 1693. 4. p. 114. cujus verba è Germanico hic translata adscribam: *De Astrologia apotelesmatica nullum forte in orbe terrarum fupereſt monumentum antiquius ſex libris Manethonis ſacerdotis Ægyptii, qui verſibus elegantibus Græcis concinnati in hac urbe* (Hamburgo)

2011 Ministerio de Cultura

go) *exstant. Semel quidem occurrit in Bibliotheca Joannea inter Codices Holstenianos, alterum exemplum est apud virum quendam nobilissimum, in cujus apographi ora sive margine etiam emendationes non paucæ eruditæ occurrunt. Inscriptum est hoc opus Regi Ægypti Ptolemæo, Philadelpho haud dubie, qui artem illam magni faciebat, ut patet ex ipso statim limine poematis.* χαίροις ὦ Πτολεμαῖε *&c. Testatur quoque Manetho Hermetis se doctrinam afferre lib. V.* Ἐξ ἀδύτων ἱερῶν βίβλων *&c. Unde etiam patet sententiam Kircheri qui duos fuisse Manethones contendit T. 1. Oedipi Syntagm. I. cap. 9. merum commentum esse. Adde Stillingfleeti Origenes sacras p. 51. 53.* Hæc verba cum legissem, adii virum, non minus doctrina ac pietate insignem quam humanitate incredibili, atque ut mihi Manethonis inspiciendi copiam faceret, ab eo petii, neque hanc tantum ab eo, sed & describendi haud difficulter impetravi. Hinc de edendo scriptore cogitans, latine ita reddere institui, ut versum versu exprimerem : tum acerba morte (*i*) interim extincto viro præstantissimo, editionem ipsam sum aggressus, versione Græcis ex adverso posita, & libro primo ut in MSto Codice reperi in Aphorismos LXX. distincto, & adscriptis in margine græcis argumentis, quæ compendio exarata etiam in Apographo, atq; adeo difficiliora lectu erant, sed ad intelligendum Poetam non parum conferre mihi visa sunt. Hujus editionis meæ primis forte foliis conspectis calcar sibi addere passus est clarissimus Jacobus Gronovius ad maturandam suam Apotelesmaticorum Manethonis editionem, quam omissis illis quæ dixi argumentis dedit Græce, Lugd. Bat. 1698. 4. latina sua versione prosaria ad calcem separatim subjuncta, additis nonnullis notulis sive castigationib⁹. Cum vero & mihi alia essent quæ agerem, & argumenti vanitas sisteret utcunque impetum animi, miraque esset typorum Græcorum apud nostros lentitudo ac difficultas, facile me prævertit nec invitum. Existimo etiam laborem illum quem rei literariæ bono haud levem insumsit, aliud longe mereri, quam ut propter illa quæ in ejus editione vel interpretatione, vel notis etiam obelo digna animadverti (*) fortassis possint, vel à me vel ab alio quocunque exagitetur, cum homines simus, & scriptorem antiqvum

(*i*) Hæmorrhagia correptus obiit Hinckelmannus ὁ μακαρίτης non multo major quadragenario, 3. Id. Febr. Anni 1695. Vide Rev. Viri amici ac popularis mei honoratiss. Henrici Pippingi sacrum decadum septenarium sive Memorias LXX. Theologorum p. 599.

* Animadversa in versione loca quædam non inficianda sunt ab illustris doctrinæ Viro Jacobo Perizonio, in responsione ad nuperam notitiam de variis Æliani aliorumque auctorum locis, Lugd. Bat. 1703. 8. pag. 38. seq.

2011 Ministerio de Cultura

qvum Gtæcum eumque Poetam & Aſtrologum antea ineditum in lucem proferre omnibus abſolutum numeris, res difficillima ſit, neque ulli hactenus quod ſciam contigerit mortalium. Optent tamen multi mecũ, ut vir doctus ſecum habitans viciſſim faſtuoſo aliorum contemtu, & acerbis indigniſſimisque ſarcaſmis ac reprehenſionibus quibus viros quoslibet ſpirantes ac defunctos, etiam præclariſſimos, nulla vel leviſſima data occaſione ſugillat, (cujus rei exemplum vel in præfatione ad Manethonem adverſus Gerh. Joh. Voſſium & Alex. Morum dicta præbere poſſunt) non adeo conſpurcaret ſcripta & merita ſua in literas, certe præclara, ſed futura opido majora, ſi quam diligenter humaniores tractat literas tam ſedulo quoque caveret humanitati bellum indicere.

In notis ad Manethonem p. 267. Vir doctus protulit verſus Hexametros Græci Poetæ de ſeptem Planetis, *neſcio*, inquit, *an editos, certe dignos qui legantur.* Hos ipſos in Stobæi Eclogis Phyſicis pridem vulgatos lector reperiet, & ab Hugone Grotio p. 135. excerpt. latinis verſibus eleganter redditos. Septimus verſiculus quoq; ſub Theonis nomine exſtat in extremo libri primi Anthologiæ Gr. Epigrammatum. Spicilegium Emendationum & notarum in Manethonem, & argumenta Græca in librum primum, publici juris facere animus mihi eſt, cum otium nactus fuero ad Maximi poema, de quo infra, περὶ Καταρχῶν, & meam Manethonis verſionem, Manilii exemplo, carmine latino compoſitam in lucem proferendam.

Fuerunt nonnulli qui dubitarent an Apoteleſmaticon libri ad Manethonem referenda eſſent, vel qui plane contenderent illos nomen tam antiqui auctoris mentiri. Hiſce neſcio an accenſere debeam doctiſſimum Carolum Cangium de Fraxinis, qui in indice auctorum quibus ad condendum gloſſarium mediæ Græcitatis uſus eſt, memorat Manethonis ἀποτελεσματικῶ ἀποτελέσματα τ' ἀναβιβαζόντων ex Cod. Colbertino num. 2079. Nam ex Gloſſario ipſo in voce λωπηάριοι, πεαπόδιον & alibi apparet Manethonis poema à Cangio minime fuiſſe inſpectum, ſed tantum tenuia quædam lemmata ex Manethonis Aphoriſmis à Gramatico quodam collecta, qualia exſtare dixi in ora codicis Medicei. In poemate autem ipſo quid demum indignum ſit ſcriptore Ptolemæis æquali, quid antiquiſſimo Aſtrologo ac Poeta, nihil hactenus fuit ab iis qui genuinum illud eſſe dubitant, in medium allatum. E contrario vehementer pro antiquitate ejus pugnant carminis ſimplicitas caſtaque

2011 Ministerio de Cultura

Homeri imitatio, tum ſcribendi genus aphoriſticum, quod antiquis Aſtrologis probatum fuiſſe teſtatur Ptolemæus Mathematicus lib. 3. Tetrabibli cap. 2. ubi illud miſſum facere ſe ait, quod varium ſit & multiplex, ac prope infinitum. Porro dum circulos cœleſtes & aſtra quæ ab ipſis ſecantur Manethon deſcribit, facile oſtendit ſe longiſſime à noſtra ætate, cum iſta in literas mitteret, abfuiſſe. Alia enim ſidera hodie à circulis illis ſecari conſtat, propter præceſſiones æquinoctiorum, quæ tanto temporis intervallo diverſum ſphæræ ſitum effecerunt. Quibus ſi addas totius operis contextum, in quo nihil occurrit quod non ætati Ptolemæi, qui ex Arſinoe conjuge agnoſcitur Philadelphus, ac plus ſimplici vice nominetenus compellatur, nihil quod veterum Ægyptiotum aſtrologorum ſententiis non conveniat; repetitiones etiam antiquiſſimis potius ſcriptoribus genuinis quam favris impoſtoribus familiares: nihil profecto habebis quo fidem codicis antiquiſſimi, quo diſertum Suidæ ac Poetæ latini veteris qui picta Manæthonis aſtra celebrat teſtimonium jure poſſis in dubium vocare. Auctor ipſe ſub extremum libri ſexti thema ſuum natalitium, ſive ut Victruvio dicitur naſcentiam teſtatur fuiſſe ſole in ♊ Jove in ♊ Saturno in ♒ & Marte in ♋ Quod ſi accuratas Ephemerides non minus quam Chronologiã omnibus numeris abſolutam haberemus, non difficile foret annum quo natum ſe indicat ex hiſce indiciis Aſtrologicis inveſtigare. Jam non magis hoc fieri poteſt in tanta Chronologorum varietate Aſtrologorumue parum ſæpe ſolidis calculi hypotheſibus, quam inepte argumentaremur, ſi ex hoc ipſo genuinum vellemus Manethonem evincere.

Petoſirin delicias ſuas ſive πολυφίλτατον ἄνδρα vocat Manethon lib. V. 10. è quo loco non magis probare licet æquales fuiſſe, quam Iſocratem vixiſſe temporibus Dionyſii Halicarnaſſei, quia hic illum ἑταῖρον * ſuum appellat, vel Dicæarchum aut Theophraſtum fuiſſe æquales Ciceronis aut Attici, quia ab his amici ac familiares vocantur, vel deniq; Zachariam Prophetam vixiſſe ætate Moyſis, quoniam Philoni Judæo Zacharias dicitur εἷς τῶν Μωϋσεως ἑταίρων. Sed quæ Petoſiris oratione proſaria tradiderat, hæc Manetho verſibus Græcis reddidit Hexametris, & obſervationibus propriis auxit, ut paret è prologis libri I. & V. Longe antiquiorem vero fuiſſe Petoſirin, & multo tempore Manethonem anteceſſiſſe, conſtat ex Ariſtophane, qui Petoſirin memorat apud Athenæum

* Vide ſupra lib 2. c. 26. p 848.

2011 Ministerio de Cultura

næum III. p. 114. Idem Petosiris notatur vel laudatur à Claudio Ptolemæo in tetrabiblo sub nomine Ἐκ παλαιῶν vel Ἐκ ἀρχαίων, ut observavit Salmasius de annis climacter. p. 353. & Marshamus in canone Chron. p. 477. qui de Petosiride ejusque æquali Rege Ægypti Necepso antiquissimis Astrologiæ judiciariæ scriptoribus multa erudite collegit.

Magnum decus Daniæ Thomas Bartholinus libro de Medicis Poetis p. 99. *Inter alia Mathematica*, inquit, *Manethonis fragmentum* περὶ νόσων *Græcis versiculis exstat in Bibliotheca Medicea Florentiæ literis quadratis, quod descriptum à fratre Erasmo Bartholino vidi hoc principium habere:*

Νῦν δ' ἄγε μοι κέρη λιβηθελιὰς * ἔννεπε μέσσα
Ὅσα φέρει νόσοις ἀλγήματα διὰ σελήνη.

Verum norit lector hos versus non esse operis initium, nec esse Manethonis, sed esse petitos è medio poemate Maximi περὶ καταρχῶν quod ante Manethonem in Codice Mediceo legitur; deinde versum alterum scribendum esse sic:

Ὅσα φέρει νέοισιν ἀκήματα διὰ σελήνη,
Ὅσα τε λυγρὰ πέλονται ἐν εἰδώλοις θεόσης
Δώδεκα &c.

IX. Ut supra capite V. & XVIII. Astronomos Græcos veteres plerosque persecutus sum, ita juvat hoc loco Manethonialios Astrologiæ judiciariæ scriptores subjicere, atque editos quidem cumprimis. Ab *Hesiodo* in ἔργοις καὶ ἡμέραις, & *Arato* in διοσημείοις constat traditam partem Astrologiæ judiciariæ simpliciorem, & cui soli natura rerum suffragari videtur, qua ex astris de tempestate conjecturam capimus. De utroque & de tributis *Hermeti* iatromathematicis cæterisq; hujus commatis scriptis dixi suo loco, quemadmodum & infra lib. IV. agam de præcipuo opere hujus disciplinæ, tetrabiblo *Claudii Ptolemæi*, & qui in illud scripsere *Porphyrio*, *Proclo*, *Anonymo* sive *Demophilo*, aliisque. Præter hos dicendus in præsenti mihi est PAULUS *Alexandrinus*, cujus posterior editio εἰσαγωγῆς εἰς τὸν ἀποτελεσματικὸν sive *introductionis in doctrinam de viribus & effectis astrorum*, ex Bibliotheca illustris Henrici Ranzovii Sereniss. Danorum Regis per Holsatiam & Dithmarsiam tũ legati, vulgata est Græce

* MS. Πιμπλῄσιάς.

2011 Ministerio de Cultura

ce cum verſione *Andreæ Schatonis*, qui MStum codicem innumeris mendis depravatum fuiſſe queritur. Witebergæ 1586. 4. Inſcripſit hæc rudimenta Paulus filio ſuo *Cronammoni*, qui in priore Patris ἐκδόσει quædam minus recte ſe habere notaverat. Παύυ καλῶς ὦ Φίλε παῖ Κρονάμμων, ἐψευδογραφηκότας ἡμᾶς αὑευρὼν ἐν τῇ περὶ ταύτης ἐκδόσει τ εἰσαγωγικῶν, περιτρέψω ἑτέραν σωτάξιν λειπομένων ἐν ὀδενὶ τῶν εἰς τὴν αὐτὴν πόρθεζιν σωτεινόντων θεωρημάτων. Μετὰ καὶ ζ καταναγκάσαι καὶ τὰς κζ ΠΤΟΛΕΜΑΪΟΝ ἀναφορὰς ἁπλογιζομένους πρὸς τοῖς τέλεσιν ἐκθέσθαι, ὡς ταύτας εὐχρηστοτέρας κατειληφότων ἡμῶν αὐζ τε ΠΤΟΛΕΜΑΪΟΥ ἐν τῷ περὶ χρόνων ζωῆς δ' αὐτῶν τὴν πραγματείαν ποιουμένου, καὶ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ ἀθρανελευομένου ἐν τῷ περὶ ἀφέτου καὶ οἰκοδεσπότου καὶ ἀναιρέτου ταύταις κεχρῆσθαι. Προσεπιτύτοις καὶ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ζ ΛΑΟΔΙΚΕΩΣ ἐν τοῖς ἰδίοις πέντε βιβλίοις διαβάλλοντα τὰς ΑΙΓΥΠΤΙΟΥΣ, ὡς πολλὴ ἀπάτη αὐτοῖς γεγένηται ἐν ταῖς τῶν ζωδίων ἀναφοραῖς. Liber planus & facilis, ac locis quibusdã exceptis elementa incertiſſimæ artis perſpicue tradens. Per σοφοὺς τῶν Αἰγυπτίων videtur intelligere Ptolemæum, cujus Canonem alibi nominetenus in teſtimonium citat: τῷ ἀκριβεστάτων ὁ πρόχειρος κανὼν Κλαυδίου Πτολεμαίου θεσπίσει. Tempus quo ſcripſit ſatis accurate definire videtur diem XX. Mechir anno Diocletianeo 94. hoc eſt CHRISTI Anno CCCLXXVIII. Verum Auctor Chriſtianus *ſcholiorum Græcorum* quæ cum Pauli libro edita ſunt, eumque jam illuſtrant jam reprehendunt, teſtatur ſe ſcripſiſſe Anno Diocletiani 867. qui reſpondet CHRISTI anno MCLI. Græcorum 6659. Meminit inter alia Paulus etiam libelli ſub *Hermetis Trismegiſti* nomine jactati, cui titulus ἡ παιδαρέτου, & ex ea refert doctrinam de ſeptem κλήροις ſive ſortibus planetarum, de quibus dixi lib. I. c. 7. p. 50. Rurſus ex eodem Hermete profertur locus de climacteribus: παρέθετο δὲ ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς ἐν τῇ περὶ κλιμακτήρων πραγματείᾳ, λέγων ὅτως. Οἱ πάντοτε οἱ ἀποφερόμενοι ταῖς ἀνθρωπίναις γενέσεσι κλιμακτῆρες νόσων θανάσιμοι γίνονται, ἀλλ' ὅτε μὲν πένθους, ὅτε δὲ δικῶν, ἕτεροι δὲ μακρῶν ἢ χρονίων ἀποδημιῶν δοτῆρες γίνονται. Καὶ οἱ μὲν διὰ τῶν θανασίμων ἀποτελούμενοι κλιμακτῆρες νόσων καὶ κινδύνων καὶ πένθους παραίτιοι χρηματίζουσιν, οἱ δὲ διὰ τῶν τ αἱρέσεως, ζημιῶν καὶ τῶν ἔτοις θανασίμων. Claudit librum Paulus allata genitura mundi, ſive deſcriptione ſitus planetarum cum primum cœperunt orbem terrarum lumine ſuo colluſtrare, tunc ſcilicet ſolem ait fuiſſe in leonis parte * 19, lunam in Cancri 15. Saturnum in Capricorni 15. Jovem in ſagittarii 15. Martem in Scorpii * 14. Venerem in libræ parte * 3. Mercurium in * 7. Vir-

* Firmicus lib. 3. (al. lib. 2.) c. 1. Math. ubique legit 15. referens & ipſe Thema ſive figu-

2011 Ministerio de Cultura

Virginis Oriente in cancro circa horoſcopum parte 15. hora noctis undecima aſſumta. ἄυτη, inquit, ἐστὶν ἡ τ ϑνητ κὰι πτηνεὶς κόσμ γένεσις. Ἐν τοῖς τοῖς ζωδίοις πρῶτον οἱ τεθειμένοι ἀστέρες ἐξεφάνησαν, αἰώνιον ἔχοντες πνεῦμα ἐν ἀφθάρτῳ μένει κείμενοι, ὅϑεν κ οἰκητήρια αὐτῶν αὐτὰ τὰ ζῶα κατωνόμασαν. Liber hic Pauli vel fragmenta ejus in aliquot codicib[9] exſtant manu exarata in theſauro librario Imperatoris, de quibus vide ſi placet librum ſeptimum Lambecii de Bibl. Vindob. inter alia memorantis codicem cum hac inſcriptione: Παύλ Ἀλεξανδρέως εἰς τὸν Ἀποτελεσματικὸν ἐν συνόψει, κὰι μάϊσορ τ Ἀπομάσαρ. Unde ſuſpicor *Apomaſari* illi (eidem cujus Onirocritica cum Artemidoro edidit Rigaltius) tribuenda eſſe Græca quæ paulo ant memorabã in Paulum ſcholia; Niſi ſint forte *Stephani* Athenienſis. Vide Sylburgii Catalog. MS. Græcor. Bibl. Palatinæ p. 93. Cæterum miror à Lambecio, Neſſelio & Labbeo ſcriptorem libri ipſius vocari quandoque non Paulum uti ſcholia illa k. 4. b. & tituli MSS. plurium Codicum diſerte appellant, ſed *Julium* vel *Julianum* Alexandrinum. Pauli nomen confirmat etiam Suidas: Παῦλ φιλόσοφ, εἰσαγωγὴ ἀστρολογίας ἢ ἀποτελεσματικά, ita enim malim legere quam κὰι ἀποτελεζματικά. Exſtat & in Bibl. Cæſarea *Heliodori* cujusdam commentarius in Pauli hujus doctrinam Aſtrologicam, diviſus in capita quinquaginta tria. Ἡλιοδώρ εἰς τὴν Παύλ δυδασκαλίαν. Κεφάλαιον ά. περὶ ποιότητ τ χημάτων, κὰι εἰς τί συμβάλλονται.

Joachimus Camerarius cui omne genus literarum plurimum debet, diſciplinam quoque Aſtrologicam * variis ſcriptis illuſtravit, atque inter alia Græce atque latine Norimbergæ A. 1532. 4. edidit *Aſtrologica*, quibus continentur (1) Incerti ſcriptoris Διάγνωσις τ ἡλιακῆς σφαίρας τ ἰβ εἰδώλων, ὅπως ἐν ἑκάστῳ μηνὶ ἀκεμβῶς χρὴ διαιτᾶσθαι. *Ratio orbitæ ſolis per duodecim ſimulacra cæli, quem-ue victum uſurpare ſingulis menſibus conveniat.* De hoc brevi ſcripto ita amicus noſter Dietricus Doblerus: *Sæculo poſt Chriſtum nono vel decimo apparet hoc conſcriptum, ſi veri ſunt quatuor poſteriorium menſium dies ingreſſui Solis in ſigna ſingula aſſignati: octo autem priorum menſium dies corrupti videntur eſſe ſæculo forſan decimo quinto ab inepta librarii manu reducentis iſtos numeros ad dies quibus ſuo tempore Solẽ ſigna introi-*

re

figuram genituræ mundi è libro Æſculapii qui *Myrigeneſis* (lege *Mærogeneſis*) inſcribebatur, teſtatusque ſequi ſe Æſculapium Anubiumque *quibus potentiſſimum Mercurii numen iſtius ſcientiæ ſecreta commiſit.* Confer Salmaſ. p. 534. de annis Climactericis.

* Vide Voſſium de ſcientiis Math. c. 65. p. 376. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

re videbat in Calendariis suis annotatum, præcessiones autem æquinoctiorum ignorantis, tanto tamen candore pollentis, ut dum nihil periculi ex correctione sua metuendum esset, intrepidus mutaret quæ mutanda ipsi videbantur: cum autem ad Plejades mense Novembri ante Solis ortum occidere incipientes perveniisset, manum de tabula corriperet, nec amplius quicquam corrigeret. p. 1. - 3.

2. Ἐκ τῶν ἡφαιστίωνος τοῦ θηβαίου ἀποτελεσματικῶν καὶ ἑτέρων παλαιῶν περὶ τῶ ιβ μοιρῶν ὀνομασίας καὶ δυνάμεως. *Excerpta ex* HEPHÆSTIONIS *Thebani judiciis, eque aliis veteribus scriptoribus* de duodecim cœlisignorum appellationibus, affectionibus & effectis, quæque regiones terrarum singulis subsint signis, secundum varias sententias Ægyptiorum eosque secuti Dorothei, tum præterea Hipparchi ac Ptolemæi. Decanorum quoq; trinorum in singulis ζωδίοις sive signis Ægyptia afferuntur nomina, de quibus vide Salmasium p. 610. seq. libri de annis Climacterilis, qui & multis aliis hujus scripti locis affert lucem, & nominum illorum interpretationes daturum se receperat in sua de lingua Ægyptiaca commentario, cujus egregium specimen dedit p. 566. & 614. Idem Hephæstionis Apotelesmatica in plures libros divisa videtur evolvisse nam p. 52. locum de Ægyptiorum Jatromathematicis græce profert ex Hephæstionis Thebæi præfatione libri primi. Et sane Labbeus p. 120. Bibl. novæ MSS. memorat Hephæstionem Theban. περὶ καταρχῶν libris tribus, in Bibliotheca Petri Stozzæ. Quando vixerit iste Hephæstio, non comperi, nisi quod Salmasius p. 533. ad Constantini M. ætatem referre non dubitat. De aliis hujus nominis infra in Grammaticis sum dicturus.

3. Ὅσα οἱ πλανώμενοι ἀστέρες ἐν ἑκάστῳ τῶν ζωδίων σημαίνουσιν. *Decreta sive significationes quinque errantium stellarum per signa Zodiaci. p. 21 - 36.*

4. *Vestii Valentis Antiocheni ex primo libro floridorum* fragmentū de natura septem planetarum & ratione effectionum, latine tantum è versione * haud credo ipsius Camerarii p. 48 - 53. In aliis codicibus rectius VETTIUS vocatur hic VALENS, non Vestius, & celeberrimum antiquissimumque apud veteres Vettiorum nomen, nam antequam Nu-

* Videtur sane Camerarius Græca simul fuisse editurus si ipse vertisset, & non ab alio latine translata hæc fragmenta accepisset. Caspar vero Barthius hæc male latini veteris scriptoris & latine primum scripta, non è græco versa esse existimavit, V. 4. VIII. 19. & XI. 3. Adversar. quo nomine merito incurrit censuram Reinesii p. 558. Var. lect. Sed hic Vir doctus non magis verisimiliter latina illa tribuit Firmico p. 692. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Numa Romulo succederet, Vettius quidam interrex fuit, quem cum Tatio è Sabinis venisse suspicatur Fulvius Ursinus in familiis Rom. p. 1305. T. VII. Græv. De aliis Vettiis sive Vectiis operæ pretium sit consulere Glandorpium in Onomastico, Reinesium Epist. LXIX. ad Rupertum p. 631. seq. & Laur. Begeri spicilegium Antiquitatis p. 89. Sed & plures fuere *Vettii Valentes*, (1) Medicus Apuleji Celsi discipulus, laudatus Scribonio, Cœlio Aureliano, Galeno, Marcello Empirico: ob adulterium vero cum Messalina interfectus à Claudio Imp. Vide quæ Viri docti ad Plin. XXIX. 1. & ad Tacitum XI. 30. seq. Huic doctissimus Tiraquellus c. 31. de nobilitate sect. 64. perperam tribuit Anthologias quibus περὶ κλιμακτήρων ἑβδομαδικῆς καὶ ἐννεαδικῆς ἀγωγῆς egerit è disciplina Petosiridis & Necepso Regis Is ipse enim est Astrologus, longe junior, de quo in præsenti quærimus. (2) Medici filius prætor, augur aliisque magnis dignitatibus functus sub Nerone, ut ex Inscriptione veteri apud Gruterum p. CX. 2. docet Reinesius III. 14. Var. lect. (3) Astrologus quem dicitur de fatis urbis CPolitanæ consuluisse * Constantinus Imp. Ita enim Zonaras T. 3. p. 7. Τότε ὥς τινες ἱστορήκασι, τὸν Ἀστρονόμον καλέσας Οὐάλεντα, τὸν τότε ὄντα τῶν τέχνων ταύτων ἐμπειρότατον τὸν ἀπελιβέστερον ἐκέλευσεν ὑπὸ τῷ γενεθλίῳ τῆς πόλεως συνθέσθαι θεμάτιον &c. Similia habent Cedrenus & Glycas, & hunc ipsum Valentem esse illum Vettium, è cujus floridis fragmenta Camerarius edidit, non absurde videtur sentire Barthius, cui magnum Salmasium ὁμόψηφον observo, qui & ipse scriptorem illum ad Constantini tempora retulit p. 533. de annis Climactericis. Sed Antiquiorem atque adeo diversum facit ὁ πάνυ Seldenus, ita enim ille syntagm. 1. de Diis Syris p. 87. *Svadet hoc & vetustissimi sed nondum editi Astrologi auctoritas, qui sub Claudii Ptolemæi tempora aut circiter ni fallor scripsit. Adriani enim anni primi ** meminit, mensibus utitur Ægyptiacis, nec Ptolemæi sed sæpiuscule Petosiridis & Necepsonis, quem τὸν βασιλέα nonnunquam κατ' ἐξο-*

* Etiam de veteris Romæ fato consultus quidam *Vettius*, Varronis æqualis, qui auguratus est populum Romanum ad mille & ducentos annos perventurum, teste Censorino c. 17. Confer Sirmondum ad Sidon. p. 222. Nescio an ab illo Vettio & veteri Roma ad Valentem de nova Roma consultum aliquis ansam cudendæ fabulæ petierit. Equidem de Astrologo per Constantinum tunc temporis consulto res haud facillima est creditu, & melioribus scriptoribus alto silentio præterita, præcipue vero parum verisimilis ubi agitur de superstitione Astrologiæ divinatricis, quam universam detestabantur Chtistiani, futilissima & absurdissima omnium, quæ est themata civitatum excitare, & è situ astrorum tempore urbis condi vel instaurari aut amplificari cœptæ fortunam illius divinare.

** Locum dedit idem Seldenus III. 20. de jure Nat. & gent.

2011 Ministerio de Cultura

χλὼ vocat, (librum ejus XIII. allegans) *Abrami item, Critodemi, Timæi, Hermippi, Orionis auctorum mentionem facit, & à Ptolemaica Astrologia satis discordat. Is autem est Vettius Valens Antiochenus - . Codex ille Valentis quo utor est MS. & Christophori Longolii sumptibus olim exaratus - - Se autem magno labore & dispendio, magnisque itineribus Mathesin comparasse affirmat Vettius.* Ἡμεῖς δ', inquit, πολλὰ μὲν χώρας διοδεύσαντες καὶ τὴν Αἴγυπτον διελθόντες, διδασκάλοις φιλαργύροις ἐντυχόντες, τοὺς μὲν τ' χρημάτων δόσεις ἐποιησάμεθα διὰ τὸ ἐν τῷ ἔργον ἐπιθυμίαν. Ante Seldenum Josephus Scaliger Epist. CXIV. ad Casaubonum: *Vettius Valens Astrologus, de quo quæris, scribebat tempore eodem quo Claudius Ptolemæus, sub Hadriano & Antonino, ut ejus Epochæ testantur. Citat aliquot veteres ejusdem studii homines, tam mihi ignotos quam ipse est, neque enim ullus veterum, qui hodie exstant, ejus meminit. Alius Valens fuit tempore Constantini, à quo consultus de urbis novæ Romæ Byzantinæ fato. Sed noster Vettius, ut vides, longe antiquior est. Habet multa quidem utilia, sed non pauca circulatricis divinationis nugatoria.* Scaligeri & Seldeni vestigiis audacter insistit Reinesius, quanquã Epochas illas & annum primum Adriani potuit Valens memorare ex antiquiore scriptore, quoniam non de suo scripsit omnia, sed composuit ἀνθολογίας sive *floridorum Astrologicorum* libros è variis scriptoribus & propria observatione collectos. Quid quod H. Dodvvellus in diss. de tabulis Cœli, quæ exstat ad calcem Tomi 1, spicilegii Patrum concinnati à Clarissimo Grabio pag. 341. notavit Vettium hunc Valentem habere observationes Æræ Diocletianeæ anno CLX. (CHRISTI CCCCXLIV.) recentiores: ut adeo Constantini quoq; ævo longe junior sit iste Vettius. Verum de tota hac re melius judicium ferre licebit, si quando opus ipsum satis spissum & in octo divisum *libros* viderit lucem, quod manu exaratum in variis Bibliothecis exstat Angliæ, Galliæ, Italiæ, & Germaniæ nostræ quoque. Editionem ejus promisit jam pridem illustris Huetius, notis ad Origenem p. 54. Loca ex eo Græce producunt, præter eundem Huetium, Scaliger ad Euseb. & in Canonbus Isagog. deque temporum emendatione, Salmasius de annis Climacter. Galeus ad Jamblichum, Seldenus prolegom. de Diis Syris c. 3. p. 33. & syntagm. 1. c. 1. p. 88. seq. Libro III. de jure Nat. & gentium c. 20. & Commentar. ad marmora Oxoniensia p. 28. seq. atque 42. edit. Prideausii, ubi occurrit adjurandi formula, qua libro quarto fratrem aliosque discipulos suos obstringit Valens, ne artis suæ sacra atque arcana cum quoquam indigno

aut

2011 Ministerio de Cultura

aut profano cõmunicent, mutilentve ſcripta ipſius, aut interpolent, vel nominis & gloriæ auctoris non habeant rationem. Eam formulam, quia ſingularis eſt, & auctorem ipſum ſpectat, eumque à Chriſti ſacris alienum fuiſſe docet, hoc loco integram ſubjeci: Ὁρκίζω σε, ἀδελφέ μου πιωτατε, καὶ τὰς μυσαγωγάς μου ταύτῃ τῇ σωταίξει, ἄρανδ μὴ ἀσήμαντον κύτῳ, καὶ κύκλον δυοκαιδεκάζωδον, ἥλιόν τε καὶ σελλώλω καὶ τὰς ἑπτὰ πλανήτας ἀστέρας, δι' ὧν ὁ πᾶς βίος ηνιοχεῖται, αὐτλώτε τὴν πρόνοιαν καὶ ιεραναγκλω, ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα σωτηρῆσαι, καὶ μὴ μεταδῦναι τοῖς ἀπαιδεύτοις, εἰμὴ τοῖς ἀξίοις καὶ δυναμένοις διαφυλάσσειν καὶ ἀμοιβαδαι δικαίως, αὐτώτε ἐμοὶ ΟΥΑΛΕΝΤΙ τῷ εισηγησαμένῳ ἀείμνησον καὶ ἀγαθλῶ φήμλω ἀπονέμειν, καὶ μάλισα ἐπιγνόντας τὸ ἄφθονον καὶ τὸ τ' ἀληθείας μέρος ὡς ὑπὸ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐπιλελυμένον αὐτὸς ἐφάτισα, μηδ' παρέντας τὸ ἐμὸν ὄνομα ἑτέρους ἐπεισφέρειν ταύτῃ τῇ σωταίξει, μηδ' λωβεῖσαι τινὰ τ' προγεγραμμένων ἢ μελλόντων λέγεσθαι πρὸς τὸ ἀθετῆσαι τὸς ἐντυγχάνοντας, καὶ μὴ ψόγον ἐπενέγκαι. Καὶ ταῦτα μὲν διαφυλάσσειν οἱ προειρημένοι θεοὶ πάντες ἐυμενεῖς ἔσονται καὶ βίου ἐυπαθὴς, καὶ καταθύμιος λογισμῶν σωτέλεια. Ἐπορκεῖσι δὲ τὰ ἐναντία. μήτε γῆ βατή, μήτε θάλαττα πλωτή, μήτε τέκνων σπορά, τυφλός τε νοῦς, καὶ πεπαιδευμένου ὑπάρχων ἀχήμονα βίον καὶ ἀνεπίτευκτον ἀγαθῶν ἐπάγοι. Ἐαὶ δέ τις καὶ μὴ θάνατον ἐπὶ κακῶντε καὶ καλῶν ἀμοιβὴ, κἀκεῖ τῶν ὁμοίων μεταλάβοιεν. Confer rurius Seldenum lib. II. de Synedriis Hebræor. c. XI. ſect. 4. ubi confert formulam ſimilem Julii Firmici, additque hanc è libro ſeptimo Valentis, quam c. 3. prolegom. de Diis Syris quoque vulgaverat: Τὰς τὰς προαγγελίας ἡμῶν πειθομένους ὁρκίζω ἡλίου μὲν ἱερὸν κύκλον, καὶ σελήνης ἀνομάλους δρόμους, τῶν τε λοιπῶν ἀστέρων δυνάμεις, καὶ κύκλον δυοκαίδεκα ζωδίων, ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα ἔχειν, καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ἢ ἀμυήτοις μὴ μεταδιδόναι, τιμλώτε καὶ μνήμλω τῷ εἰσηγησαμένῳ ἀπονεμεῖν. Ἐυορκοῦντι μὲν εὖ εἴη, καὶ καταθύμιοι οἱ προκείμενοι θεοί. Ἐπορκοῦσι δὲ τὰ ἐναντία.

5. Claudunt Camerarii collectionem Ἰατρομαθηματικὰ *Hermeti Trismegiſto* tributa, de quibus jam dixi lib. 1. c. IX. ubi & de *Gateni* libro ejusdem argumenti, & de Curanidibus & aliis Hermeticis Aſtrologicis ſcriptis. Occurrunt & Aſtrologica quædam in *Geoponicis*. De his agam libro VI. Verum jam deinceps ineditos quosdam Aſtrologos recenſebo.

X. *Aſtrologi Græci inediti.*

Achmetis Aſtrologica MSS. laudantur à Meurſio in gloſſar. Scripſit intro-

2011 Ministerio de Cultura

ductionem in Aſtrologiam Perſicam, quæ fuit in Bibl. Palatina.

Anonymi varii. Vide elenchum auctorum gloſſario Græcobarbaro Cangii ſubjectum p. 34. Neſſelium Catalogo Bibl. Cæſareæ parte 1. p. 343. Teſtatur & Lambecius VII. p. 261. in eadem Bibliotheca Cæſarea exſtare Anonymi MS. Syntagma Aſtrologicum in capita 200. diviſum & 332. paginas in folio implens, cui præter varias diverſorum anonymorum auctorum inſtitutiones & obſervationes Aſtrologicas, inſertæ ſunt *Georgii Chryſococcæ* tabulæ Aſtronomicæ Geographicæ & Aſtrologicæ: *Sethi Patriarchæ* Aſtronomia ab Angelo, ſcilicet, ipſi tradita: *Petoſiridis* organum Aſtrologicum ad Nechepſum Regem Ægypti, *Ammonii*, filii Hermeæ, *Jo. Camateri*, & Jo. Philoponi libri III. de uſu Aſtrolabii: Claudii Ptolemæi, Theophili, Dorothei Sidonii, Petoſiridis Ægyptii, Antigoni Nicæni, Jo. Camateri, Valentis Antiocheni, Hephæſtionis Thebani, Stephani Alex. *Porphyrii*, *Apollinarii*, & *Critodemi* Apoteleſmatica. Idem Lambecius p. 235. refert aliud Anonymi ſyntagma Aſtrologicum diviſum in capita 137. inſertis quibusdam fragmentis Hephæſtionis Thebani, *Juliani Laodicenſis*, & Hermetis Trismegiſti. Sic Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 278. in Bibl. Regis Galliæ Cōd. 559. narrat exſtare Aſtrologica varia ex Rhetòrio, *Deucalione* &c. capitibus 66. Item Aſtrologica è *Leone Philoſopho*, *Theodoſio*, Valente, *Demetrio*, Dorotheo, Maximo, Hephæſtione, *Zoroaſtre*, Manethone, Paulo Alex. Theophilo, *Critodemo*, Zeucho ſive *Teucro* & Juliano. Omitto quæ p. 121. referuntur Prognoſtica ſereni aeris ex diverſis auctoribus collecta, Arato, Africano, Apulejo, Anatolio, Ariſtotele, Berytio, Varrone, Demogeronte, Didymo, Diophane, Florentino, Neſtore, Orpheo, Paxamo, Plutarcho, Ptolemæo, Pamphilo, Platone, Sotione, Theophraſto, Vindanionio, Zoroaſtre aliisque, qui omnes allegantur in Geoponicis græcis noviſſime perquam emendate editis & illuſtratis à Clariſſimo Needhamo.

Ammonii Hermeæ F. jam memini in Anonymis.

Antigoni Nicæni ἀποτελεσματικὰ MSta in Bibl. Cæſarea. Vide Neſſelii Catalogum IV. p. 63.

Antiochi Apoteleſmatica ſive theſauri apoteleſmatum. Labbe Bibl. nov. MSS.

2011 Ministerio de Cultura

MSS. p. 385. Neſſel. IV. pag. 63. & 103. 104. Vide & infra in *Rhetorius.*

Anubionis, ſive ut Firmicus vocat *Anubii* Poetæ vetuſtiſſimi elegiam de horoſcopo laudat Salmaſius de annis Climactericis p. 87. 602. &c. & profert ad Solin. p. 655. edit. Pariſ.

Apollinaris Aporeleſmatica. Lambec. VII. p. 261. Laudatur hic Apollinaris à Paulo Alexandrino.

Apollonii Mathematici Apoteleſmata. Cod. Reg. Pariſ. 1843. Περὶ μαντείας ἀστέρων libros IV. ſcripſiſſe Apollonium Tyanenſem teſtatur Philoſtratus III. 13. Sed puto in illo codice potius contineri quædam Aſtrologica Apollonii Laodicenſis, quem libris quinque hoc de argumento ſcriptis Ægyptios Aſtrologos variorum errorum poſtulaſſe teſtatur Paulus Alexandrinus. Apollonium quoque Myndium peritiſſimum inſpiciendorum natalium laudat Seneca VII. 3. & 17. Nat. quæſt.

Aſtrampſychi Aſtrologia Perſica Cod. Colbert. 2202. Ἀστραμψύχου λαξευτήριον. Πτολεμαίῳ Ἀστραμψύχου ἱερεὺς καὶ βίβλων ὑπισφεαγιστὴς ἰδίῳ δεσπότῃ χαίρειν. Sequitur ejusdem θεωρία τῶν ἀστέρων. Deinde ἀρχὴ σὺν Θεῷ. Πυθαγορικὸν λαξευτήριον ἤτοι ψαμμωλίου (al. ῥαβδωλίου) ὕτω καλουμένου περίοδος. Vide Cangii gloſſar. in ῥάμμωλιον, & λαξευτήριον. Hoc opus verſibus Politicis expoſuit *Arſenius* Monachus qui MSti occurrunt in Bibl. Cæſarea. id. in πολιτικοί. Vide & de hoc Arſenio Lambecium VII. p. 260. ubi Geomantiam Zanatæ Philoſophi Perſæ vocat, quam Cangius addendis ad gloſſar p. 212. ψαμμομαντείαν.

Critodemi ἀποτελέσματα ὠφελίων. Cod. Colbert. 2069. Lambec. VII. pag. 261. 284. Allegatur Critodemus à Julio Firmico & Vettio Valente. Allegatur & *Orion.* Num itaque Vocabulum ὠφελίων à præcedente ἀποτελέσματα in Codicis Colbertini epigraphe ſeparandum?

Dorotheus Sidonius de quo Scaliger ad Manil. p. 23. *Apoteleſmata unus veterum quod ſciam verſibus ſcripſit Dorotheus Sidonius, quem legerunt Arabes, Omar, Meſſaala, auctor Alcabitii, ita ut ante quingentos annos eum auctorem exſtitiſſe* (i. e. adhuc ſuperfuiſſe, Firmico enim laudatus longe eſt antiquior) *non dubitemus.* Præter Dorotheum Apoteleſmatica ſcripſerat non ſolum Manetho de quo ſupra, ſed & Heliconius de quo Suidas. Cæterum Dorothei verſus complures Hexametros Græce producit Salmaſius de annis climactericis præf. &

2011 Ministerio de Cultura

& p. 289. & 291. seq. & ad Solinum variis locis. Basileæ quoque A. 1571. fol. prodiere Albohazen Haly Abenragel Arabis de judiciis astrorum libri VIII. latine per Antonium Stupam Rhætum, quibus accessit compendium XII. domorum cœlestium ex Messaala, Aomare, Alkindo, Zaele, Abencit, *Dorotheo*, Jergi, Aristotele & Ptolemæo collectum per Petrum Lichtenstein.

Gennadio Patriarchæ CPol. tribuitur expositio Ramplii non modo in Codice Regio de quo Cangius, sed & in Palatino. Vide Sylburgi Catalogum MSS. p. 94.

Heliodori commentarius in Pauli Alexandrini doctrinam Astrologicam, divisus in capita LIII. Lambec. VII. p. 256.

Hephæstionis Thebani Apotelesmaticon libri III. De hoc scriptore dixi paulo ante inter editos.

Heraclidis apotelesmata. Labbe Bibl. nov. MSS. p. 385. Heraclidis cujusdam qui ἀστρολογούμενα scripsit, mentio apud Laertium. V. ult.

Hermippus. Vide infra in Maximo. Allegatur & Hermippus quidam à Vettio Valente, sed is ni fallor Hermippus Peripateticus intelligitut, quem inter Arati interpretes quoque laudari video.

Astronomia *Hippocratis*. Labbe p. 213.

Japharis Astrologi liber imbrium. id. p. 120.

Joannis Antiochensis de conjurationibus. id. p. 385.

Isaaci Monachi πραγματεία νέων κανονίων, συσσύντων κ' τὴν ἀρχὴν ἔ σως' (6876. qui respondet anno Christi 1368.) ἀπὸ τ ἔ κόσμου γενέσεως ἔτους. id. p. 120.

Joannis Camateri præfecti Canicleo sive atramentario Imperatoris Poema Jambicum ad Emanuelem Comnenum Imp. περὶ ζωδιακοῦ κύκλου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν ἀέρι. Cod. Reg. Paris. 2732. Exstat & in Bibl. Bodlejana. Vide Selden. de titulis honorum part. 1. cap. V. §. 6.

Jo. Laurentius Philadelphiensis Lydus, incertum an Christianus, qui sub Anastasio, Justino & Justiniano Imp. vixit teste Theophylacto Simocatta VII. 16. p. 186. & Photio Cod. CLXXX. Scripserat ad Gabrielem præfectum utbis CPoleos (in quem Leontii Scholastici Epigramma legitur in limine libri quarti Anthologiæ) libros tres, unum de mensibus, alterum περὶ διοσημειῶν καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν, tertium historici ac civilis argumenti, περὶ πολιτικῶν ἀρχῶν, è quo locum Græce producit Lambecius ad Codinum

pag.

2011 Ministerio de Cultura

p. 208. De prioribus duobus præter Photium meminit Suidas, & librum quidem *de menſibus*, Rutgerſius p. 289. Var. lect. & Meurſius ad Leonis Tactica p. 447. ſuſpicantur eum ipſum eſſe, quem è Palatino codice Meurſius deſcripſit, & Rutgerſi⁹ p. 247-260. Græce edidit ſub titulo ἐφήμερ☉ βροντοσκοπία * τοπικὴ πρὸς τὸν σελήνιον τὸν Ῥωμαῖον ΦΙΓΟΥΛΟΝ (*Nigidium Figulum* puta, Aſtrologica ſcientia inter Romanos præſtantiſſimum, cujus fragmenta ibi Rutgerſius collegit, illisque hunc è latino Nigidii Græce translatum libellum præmiſit) ἐκ τῶν ΤΑΓΗΤΟΣ καθ' ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν. Sed eſt potius pars διοσημειῶν, ut patet ex primis verbis: εἰ δὴ πάσης τῆς διοσημείας &c. Alias ejusdem libri partes in Codice 2432. Bibl. Regiæ Pariſ. exſtare notavit eruditiſſimus Neocorus ad Suidam, *de ſortibus, de terræ motibus, Diarium* ſive *Ephemeridem* indicantem per totum annum ortus & occaſus ſignorum è libris *Claudii Thuſci* ad verbū Græce verſa &c. Joannes Scheferus Vir Cl. Lydi librum περὶ διοσημειῶν exiſtimavit ejusdem fuiſſe argumenti cum Obſequentis libro de prodigiis; ſed ex Arato & aliis conſtat διοσημεῖα ſive διοσημείας eſſe prognoſtica de tempeſtatibus tum è ventis, tonitribus & cæteris hujuscemodi. Videtur etiam ad hunc librum reſpexiſſe Leo Imp. in extremo tacticorum, verbis à Jo. Cheko interprete lectis, ſed quæ in Græco Meurſii codice deſiderantur: *Qui Ptolemæum diligenter cognoſcunt & Chaldaicas quasdã obſervationes, Arati Phænomena, Joannes Lydi diurnam menſtruamque obſervationem.* Hiſce obſervationibus ſive prædictionibus non magnam fidem tribuit Photius: ἀλλ' ἡ μὲν περὶ διοσημείων ὅσον γε κατ' ἐμὲ κείσιν καὶ πεῖραν ἔχει ἢ ἐπ' ὀλίγον διενεώσχε μύθων. *Liber de menſibus* longe alius eſt, & varia de Diis eorumque ſimulacris ac cultu adſpergit, quæ inde deſcripſere Codinus ac Suidas. Græco MSto ex Bibl Regia Pariſ. uſus eſt Lambecius, qui loca ex illo libro Græce producit ad Codinum p. 152. 153. 154. 155. & 172. Photius: ἡ δὲ περὶ μιλιῶν πραγματεία εὐκαὶ πολὺ τὸ ἄχρηστον ἔχει, ἀλλ' ἂν πρὸς τὸ τῆς ἀρχαιότητος μάθημα εἰσπίχαείτε καὶ λίαν χρειώδες.

Julianus Laodicenſis. Vide ſupra in *Anonymis*.

Leo Philoſophus, ibid.

Ttt In-

* Eadem forte Brontologia, memorata Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 121. ſed in Catalogo MSS. Bibl. Palatinæ p. 94. legas: *Photii Romani Brontoſcopia, Jo Laur. Lydo Philadelphienſi interprete, cum ejusdem Laurentii præfatione, itemque Figuli tonitruum & fulgurum interpretatio ex Tagete Hetruſco.* Poſteriorem tantum Rutgerſius edidit.

2011 Ministerio de Cultura

Inter ſcripta *Maximi* qui Julianum Imp. inſtituit, Suidas refert librum περὶ καταρχῶν. Hoc Poema eſt Aſtrologicū de electionibus ſive initiis Aſtrologice deligendis, & exſtat adhuc in Codice Mediceo, in quo Manethonis Apoteleſmatica continentur: exſtat autem initio mutilum, pluribus ut videtur capitibus prioribus amiſſis. Incipit:

Εἰ ὅ νεμεήπαο μέσην κὴ μοῖραν ὁδεύοι
Per medium Phœbe ſignum progreſſa Leonis.

Superſunt capita περὶ ξενιτείας, περὶ γάμου, περὶ νόσων, περὶ τομῆς καὶ χειρουργίας, περὶ ὁραπετῶν, περὶ παιδῶν διδασκαλίας, περὶ γεωργίας, περὶ τῶν ἐν δεσμοῖς, & περὶ κλοπῆς. In quibus è lunæ curſu per ſigna Zodiaci vel vario reſpectu ad alias ſtellas errantes, dijudicatur quodnam ſit auſpicatiſſimum tempus ſuſpiciendi itineris, vel nuptiarum contrahendarū, vel qui futurus ſit eventus morbi, vel quando ſectio venæ aut alia chirurgica operatio optime inſtitui queat, quando auſpicato conducantur ſervi, pueri optime inſtituantur, ager colatur: quando ſit ſperanda è vinculis & captivitate liberatio, vel reſtitutio rei furtivæ. Sunt verſus Hexametri plures ſexcentis, quos ex apographo Codicis Medicei deſcriptos habeo, nec publicæ luci invidebo, una cum altero Aſtrologico Opuſculo Platonici ſed Chriſtiani ſcriptoris Græca proſa compoſito, & in duos diviſo libros, ſub titulo *Hermippi*, qui in dialogo colloquens inducitur. Incipit: Ἀλλ' ὅ τοιοῦτον τι τὸ Πρωτέως ἦν παρ' Ὁμήρῳ φάσμα εἰς πολυειδεῖς μορφὰς ἐξαλλάττον, ὁποῖόν ἐκ τῶν λόγων ὦ Ἑρμιππε ἡμῖν ἀναφαίνῃ. Continet hic Dialogus quandam Aſtrologicæ ſcientiæ commendationem atque Apologiam, tum explicationem quoque & Synopſin. Neq; vero auctor eſt ex iis, qui putant ab aſtris effici ſingula, ſed tantū innuiac προσημαίνειν. Itaque de ſtella, quæ CHRISTI Nativitatem indicabat, ita diſſerit lib. 1. Καὶ μὴν ὁ ἐπὶ τῷ ξ θεῷ λόγῳ γνώσεως αἰσθὴς τοῖς μάγοις ἡγήσω (καὶ μὴ μεμφέσθω τις τοιούτοις παραδείγμασι χρωμένοις, ἀλλ' εἴ τις σωφρὼν, φιλοκερδαινέτω τοῖς λεγομένοις, βέβηλοι ἢ θύραζε ἐπίστασθε) ἐκεῖνο τοίνυν ὐχ ὅτι γε ἐφάνη καὶ τὸν μάγους σωφελήσατο, τῷ γνῶσιν ἀπετέλεσεν, ἀλλὰ τἀναντίον τελεσθέν ἐσήμανεν, οἷον εἴ τις κῆρυξ καὶ προαγγελεὺς ξ τοσοῦδε καλῶ γεγονώς. Diſſerit etiam deinde de Eclipſi quæ tempore Paſſionis CHRISTI apparuit, atque utrum neceſſarium fuerit ut CHRISTUS crucifigeretur à Judæis, quoniam hoc Prophetæ prædixerant. Hoc vero negat ille, ἀλλ' ἐγω

2011 Ministerio de Cultura

ἐγὼ φαίλω ἂν, inquit, ὡς οἵτινές τ' ἰῶ καὶ τὸ πάθος μὴ γεγονέναι, καὶ τὰς ωεφῆτας ἂν ἦν ἦσον εἶναι ωεφήτας, εἰ σωφρονεῖν ὅλως ὁ τῶ Ἰουδαίων ωληθὺς ἠβέλετο, ὅπερ γε κἀκεῖνοι δι' αὐτὸ τοῦτο ϗδον προειρήκασιν, ὅπως δὴ τοιαῦτα τολμῆσαι δεινὰ οἱ Ἰουδαῖοι ἀπόχωνται.

Petosiridis Philosophi Ὄργανον Ἀστρονομικὸν sive ψῆφος σελλωιακὴ de ratione prædicendi eventus morborum, cum Epistola ad Regem Nechepso. Lambec. VI. p. 94. & 105. VII. p. 118. Sylburg. Catalog. MSS. Bibl. Palatinæ p. 62. Labbe p. 213. Confer quæ de Petosiride notata Salmasio ad Solinum & de annis Climacter. ac Marshamo in Canone Chronico.

Porphyrii Apotelesmatica. Lambec. VII. p. 261. Nescio an diversa ab Isagoge in tetrabiblum Ptolemæi quæ sub Porphyrii nomine A. 1551. Basileæ fol. prodiit, & Vossio p. 358. de scientiis Math. videtur epitome è libris tribus εἰσαγωγῆς ἀστρονομουμένων quos memorat Suidas. Videntur tamen ἀστρονομούμενα rectius accipi de opere Astronomico, quam Astrologico sive Apotelesmatico.

Pythagoræ Mathematici ad Heliadem Epistola de dubiis rerum humanorum eventibus coguoscendis. Sylburg. Catalog. MSS. Bibl. Palatinæ p. 92. Supra in Astrampsychus.

Rabulium sive *Ramplium*. Vide supra in *Astrampsychus*. Apud Labbeum p. 121. male scribitur: *Namplii* Synthesis Persica.

Rhetorius de XII. signis Zodiaci, ex Antiochi thesauris Apotelesmatum. Lambec. VII. p. 257. Labbeus p. 121.

Serapionis Alexandrini Opusculum Astrologicum. Lambec. VII. pag. 256.

Sethi Patriarchæ Astrologia ab Angelo ipsi communicata. Lambec. VII. p. 261. Simile commentum p. 254. seq. refert Noæ Partriarchæ methodum Geomanticam, ab Angelo ipsi revelatam.

Stephani Alexandrini Apotelesmatica. Labbe Bibl. nov. MSS. p. 120. Ejusdem Stephani & Apomasaris de Planetarum conjunctione, Sylburg. p. 93. Catalog. MSS. Bibliothecæ quondam Palatinæ.

Theophili ad Deucalionem filium prognostica ex Astrologia, id. adde Lambec. VII. p. 256.

Theophili Alexandrini introductio ad Apolesmaticen laudatur à Cangio glossar. in πρωτοστάσιον, & alibi.

Vettii sive *Vettii Valentis* Ἀνθολογιῶν sive floridorum Astrologicorum libri VIII. De hoc scriptore supra inter editos dixi.

2011 Ministerio de Cultura

Themation *Eleutherii Zebelini* ad diverſos vitæ caſus cognoſcendos, Sylburg. p. 93.

Jo. Zonaræ ant Apologeticus adverſus ſcriptum quoddam Manuelis Comneni Imp. ad Monachum, cui objiciebatur nimia circa Aſtrologiam cura.

XI. Aſtrologi quidam deperditi, vel quorum ſcripta nulla exſtant.

Abrahami libri Aſtrologici à Vettio Valente & Julio Firmico laudantur. Neque dubium eſt Abrahamum Patriarchum auctorem gentis Judaicæ intelligi, qui à Beroſo apud Jolephum lib. 1. Antiqv. cap. 10. Σικαιος ανηρ, μεγας, και τα γενεθλια εμπειρος appellatur. De tributa illi Aſtrologica ſcientia collegi varia teſtimonia in Codice Pſeudepigrapho Veteris Teſtamenti. Videntur itaque Vettius & Firmicus habuiſſe libros ſub Abrahami nomine, velut è Chaldaico translatos Gcæce.

Achinapolus. Vitruv. IX. 7. *Antipater itemque Achinapolus, qui non è naſcentia ſed ex conceptione genethlialogiæ rationes explicatas reliquit.*

Æſculapii Mœrogeneſin allegat Firmicus, è qua genituram mundi proferre ſe ait lib. III. c. 1.

Antipater. Supra in Achinapolo.

Aſcletario. Sveton. Domitian. c. 15.

Barbillius Aſtrologus quo uſus Veſpaſianus, licet ipſe edicto Mathematicos urbe pepuliſſet. Dio Caſſius in excerptis à Valeſio editis pag. 702. Barbilleorum ſive agonis à Veſpaſiano in Barbilii gratiam Epheſiis conceſſi mentio in marmore Arundeliano p. 71.

Beroſus inter primos videtur Græca lingua de hoc argumento ſcripſiſſe, cujus divinas prædictiones memorat Plinius VII. 37. Hiſt. ſtatuam illi ideo inaurata lingva ab Athenienſibus publice in Gymnaſio poſitam referens. Chaldæorum Genethlialogiæ primum aperuiſſe diſciplinam in inſula & Civitate Coo, auctor Vitruvius IX. 7. Idem IX. 4. *Beroſus qui à Chaldæorum civitate ſive natione* (Babylonium fuiſſe conſtat) *progreſſus in Aſiam, & diſciplinam patefecit* &c. Chaldaicum prædicendi genus à pluribus repudiatum ut ab Eudoxo, Archelao, Caſſandro & Scylace Caryandenſi, teſtatur Cicero l. de Divinat. Cæterum inventorem ſideralis hujus diſciplinæ Chaldaicæ creditum *Belum*, auctor Plinius VI. 26. Hiſt. & Solinus c. ult, Alii ad *Zoroaſtrem* hoc retulere. *Epi-*

2011 Ministerio de Cultura

Epigenes laudatus Plinio VII. 46. Hiſt.

L. Tarruntius Firmanus Ciceronis familiaris Græce Aſtrologica ſcripſerat teſte Plinio indice ſcriptor. libri 18. & Romæ urbis ac Romuli thema genethliacum condiderat, ut narrant Cicero 2. de divinat & Plutarch. in Romulo. Confer P. Bælii Lexicon edit. 2.

Heliconius Aſtrologus, quem Suidas teſtatur ſcripſiſſe ἀποτελεσματικὰ & περὶ διοσημείων.

Nechepſo Rex Ægypti, ad quem Petoſiris ſcripſit, circa annum aræ Atticæ 800. hoc eſt circa Olympiadum initium floruiſſe creditus: laudatur & ipſe inter ſcriptores hujus argumenti à Plinio, * Firmico & aliis, ac tertium decimum ejus librum allegat & de ſorte fortunæ inde quædam repetit Vettius Valens, librum quadrageſimum Galenus IX. 2. de facultat. ſimplicium medicament. & ex eo Aetius. Hic Nechepſo ac Petoſiris antiquiſſimi duo ſcriptores Aſtrologiæ Ægyptiacæ, quæ à Chaldaicæ rationibus in quam plurimis diſſidebat.

Orion allegatur ab eodem Valente.

Orpheus, Vettio Valenti ac Firmico laudatus. De ſcriptis tum aliis tum Aſtrologici argumenti quæ ad Orpheum referuntur dixi ſupra lib. I. c. XIX.

Pancharius allegatus in Anonymi ſyntagmate Aſtrologico MS. Græco apud Lambec. VII. p. 273.

Petoſiris ἐν τοῖς ὅροις citatur à Vettio Valente. Suidas eum ait ſcripſiſſe καθολικὴν ἔλλυσιν καὶ Αἰγύπτιοι τὰς περὶ θεῶν διεπάξαντο ἀπολογίας. Tum ἐκ τῶν ἱερῶν βίβλων ἀστρολογούμενα, & denique περὶ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις μυστηρίων. Dixi de hoc jam ſupra cum de Manethone agerem, qui eum ſequi ſe profitetur, & cum Aſtrologos ineditos recenſerem. In præſenti addam quod Petoſiris interdum pro quovis Aſtrologo ponitur, ut apud Juvenalem VI. 580. *Aptior hora cibo niſi quam dederit Petoſiris.* Et in Græco Epigrammate lib. 2. cap. 6. in quendam qui ſibi ex aſtris mortem prædixerat, & ne falleret divinationis fides, ſe ipſum ſuſpendit: αἰχμωθεὶς πετόσιριν ἀπήγξατο καὶ μετρῳ θνήσκει &c.

Ptolemæus Othonis in Hiſpania comes, de quo apud Tacitum lib. I. Hiſt. c. 22. Diverſus à Claudio Ptolemæo.

Seleucus. Tacit. II. Hiſt. c. 78. Sveton. Othone c. 4.

Teucri Babylonii ſcripta allegantur à Porphyrio in Ptolemæum. Pſellus:

* Confer Marshamum in Canone Chronico.

2011 Ministerio de Cultura

ἀπὸ ἧς τῶν Τέυκρος ἡ Βαβυλωνίς βιβλίων πολλάκις αὖ ἔυρον θαυμασιώτατα &c. Vide Salmaſ. ad Solin. p. 654. (491. edit. Traject.) & præf. de annis climacter, ubi obſervavit hunc Teucrum ab Arabibus vocari *Tenkelum*.

Theogenes Mathematicus. Sveton. Auguſto c. 94.

Thraſyllus Mathematicus de quo ſupra c. 3. in Platonicis. Eo Tiberius uſus eſt, teſte Tacito VI. 20. ſeq. Annal. Dione lib. 55. p. 555. ſeq. Svetonio c. 98. Aug. & Tib. c. 14. 62. Caj. c. 19. Cæterum Tiberio ſupervixit, neque ab eo interfectus eſt, ut præter rem, à verſione Dionis lib. 57. p. 612. deceptus, tradit doctiſſimus Jonſius p. 224. Confer Dionem lib. 58. p. 638. Hujus Thraſylli filius Imperium prædixit Neroni. Tacit. VI. annal. c. 22.

Tribonianus Sidetes qui ſub Juſtiniano Imp. floruit, ſcripſerat ut refert Suidas præter carmen epicum in Canonem Ptolemæi, συμφωνίαν ἐκ κοσμικὴν καὶ ἁρμονικὴν διαθέματος & εἰς τὰς τῶν πλανωμένων οἴκους ἢ διὸ ἑκάστῳ οἶκος ὁ δεῖνα.

XII. Catalogus ſelectus Scriptorum qui Aſtrologiam Apoteleſmaticam oppugnarunt.

Cum mihi ſemper viſum fuerit ſtudium ex aſtris de vita ac fortuna hominum pronunciandi non modo lubricum & incertum, licet aliquando forte, ut omnes circulatoriæ artes vera enuntiet; ſed noxium quoque, utpote quod ſpe vel metu nos implet præpoſtero, multisq; modis turbat * etiamſi non perſuaſos, tamen trepidos aut ſuſpenſos propter humani ingenii imbecillitatem: itaque non ab re me facturum putavi, ſi hoc loco præcipuos ſcriptores Veteres ac recentes, qui eam argumentis variis, armisque omnis generis oppugnarunt, paucis referrem.

E veteribus Chriſtianis quidem innumeros Aſtrologiam refutaſſe conſtat, ſed ſuffecerit allegaſſe ſcriptorem recognitionum Clementis

* Sextus Empiricus V. p. 110. verisſime Aſtrologos notat ποικίλως μὲν ἐπηρέαζοντας τῷ βίῳ, μεγάλην δ' ἡμῖν ἐπιτεκταίνοντας δεισιδαιμονίαν, μηδὲν δὲ ἐπιτρέποντας κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐνεργεῖν. *Vitæ humanæ multis modis afferentes injuriam, & in nobis magnam excitantes ſuperſtitionem, neque quicquam permittentes agere ex recta ratione.*

2011 Ministerio de Cultura

tis IX. 19. cui loco gemina ex Bardesane refert Eusebius VI. 10. præparat. Origenem in Genesin p. 11. seq. Diodorum Tarsensem apud Photium Cod. CCXXIII. Cyrillum Hierosolymitanum pag. 30. & 57. edit. præclaræ Millesianæ: Cyrillum Alexandrinum V. contra Julianum p. 357. seq. Chrysostomum variis locis, Cæsarii quæstiones 47. seq. Methodium in Convivio virginum p. 117. seq. edit. Combesii. Augustinum de Doctrina Christiana II. 21. seq. & de Civitate Dei lib. V. cap. 5. Johannem denique Sarisberiensem lib. 2. Policratici cap. 19.

Inter τὰς ἔξω præcipue consulendi Favorinus apud Gellium XIV. 1. Sextus Empiricus libro adversus Mathematicos quinto, qui totus Astrologis est oppositus, Plotinus Ennead. 2. lib. 3. Ennead. 3. lib. 1. c. 5. & lib. 2. ac 3. Operæ pretium quoque est videre quam infirmæ sint rationes Astrologorum principis Claudii Ptolemæi, lib. 1. Tetrabibli c. 3. conantis evincere utile esse, futuri nosse temporis exitum, quem tam sapienter caliginosa nocte premit Deus.

Omitto leges, Senatus consulta & Imperatorum edicta adversus Mathematicos sive Genethliacos, atrocia quidem satis, sed plerumq; irrita, suffragante Astrologis hominum cõmuni vitio & imbecillitate, atq; Imperatoribus ipsis clam probantibus, quos publice ejiciebant. De illis agunt Lipsius ad Taciti II. 32. Annal. Vertranius ad ejusd. lib. 1. Hist. c. 22. & Jac. Gothofredus ad Cod. Theodos. T. 3. p. 125. His adde, quod Alexandriæ, ut refert Suidas in βλάπα, Astrologi jubebantur pendere βλαπενόμιον quasi *tributum* quoddam *stultorum*, διὰ τὸ τὰς μωρὰς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς, *quod stulti ad eos accederent.*

E recentioribus adversus Astrologiam Apotelesmaticam disputant (præter eos quos laudant Jo. Picus libro 1. adversus Astrologos p. 283. & Gerh. Joh. Vossius lib. de scientiis Mathematicis cap. XXXVIII.) Jo. Calvinus in disp. contra Astrologiam judiciariam, Pithoeus * Professor Sedanensis in libro Gallico cui titulus *traité curieux de l' Astrologie judiciaire, ou preservatif contre l' Astromantie des Genethliaques*, Derodon in libello qui inscribitur *discours contre l' Astrologie Judiciaire*, Petrus Gassendus T. 2. de Philosophia Epicuri p. 472 - 509. Sixtus ab Hemminga Frisius in Astrologia, ratione & experientia refutata Antvverp. 1583. 8. Alexander de Angelis in Genethliacos conjectores

* Ancillon Misc. Critic. T. 2. p. 74.

2011 Ministerio de Cultura

res, Salmaſius libro de annis Climactericis, qui præterea in alio libro, ſed qui nunquam lucem vidit, de ortu ac progreſſu Aſtrologiæ, pluribus hoc feciſſe ſeſcribit. Gerh. Joh. Voſſius lib. II. de Idololatria c. XLVII. & XLVIII, Henricus Morus Opp. Theolog. p. 298. ſeq. Julius Cæſar Bulengerus lib. 1. de divinatione cap. 6. ſeq. & libro ſecundo integro: Georgius Paſchius in inventis novantiquis p. 592. ſeq. Petrus Bælius variis locis Lexici ſui, præcipue ubi de Ruggerio diſſerit, & in cogitationib⁹ de Cometis paſſim, nec minus in earum continuatione p. 178. ſeq. Antonius Vandalen de divinationibus Idololatricis p. 420. ſeq.

CAPUT XXI.

De Apollonio Rhodio ejusque ætate. 1. Libri IV. Argonauticon qui exſtant. 2. Alii ſcriptores de hoc argumento, deperditi. 3. Scholiaſtæ & interpretes Apollonii qui interciderunt. 4. De ſcholiis Græcis editis ibid. Scripta Apollonii deperdita. 5. Editiones Argonauticon. 6. Alii Apollonii. 7. Index ſcriptorum in Scholiis ad Apollonium allegatorum. 8.

I.

APOLLONIUS Sillei vel Illei F. Alexandrinus (a) fuit, ſive ut Athenæo placet, Naucratites (b) Ægyptius, ab aliis plerisque quia jus civitatis apud Rhodios accepit, ibique Rhetoricam per aliquod tempus cum laude profeſſus eſt, dicitur *Rhodius*. Callimachi diſcipulus fuit, ſed poſtea inviſiſſimus, adeo ut illum ſub *Ibidis* nomine devoveret diris, quemadmodū ſupra in Callimacho dixi. Qua demum tantopere ratione offen-

(a) Strabo lib. 14. p. 655. Suid. in Ἀπολλωνίῳ, auctor græcus vitæ Apollonii: τὸ μὲν γένος ἦν Ἀλεξανδρεὺς, υἱὸς δὲ Σιλλέως, ὡς δέ τινες Ἰλλέως, φυλῆς Πτολεμαΐδος. De hac tribu Ptolemaide vide ſi placet, Joh. Brodæum ad Anthologiam pag. 284.

(b) Athenæus lib. 7, p. 283. ex quo ut multa alia hoc petiit Aelianus XV. 23. de Animal. Ἀπωλλώνιος ὁ Ῥόδιος ἢ Ναυκρατίτης ἐν Ναυκράτεως κτίσει. &c Confer Jonſium de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. lib. 1. c. 2. p. 15. ſeq. & Voſſium lib. 1, c. 16, de Hiſt. gr.

2011 Ministerio de Cultura

offenderit Callimachum, incertum eſt, ſive quod ipſius ſibi libros Apollonius arrogaverit, ut in Callimachi vita tradit vir doctus, ſive quod ejus ſcripta contempſerit famæque ejus detraxerit. Apollonium quoque perſtringi putat Iſ. Voſſius (*c*) à Callimacho hymn. in Apollinem v. 105.

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνι ἐπ' ἠματι λάθριος εἶπεν,
Οὐκ ἀγαμαι τ' ἀοιδὸν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει.

Eratoſtheni ſucceſſit Apollonius, Rhodo Alexandriam reverſus, in præfectura Bibliothecæ ſub Ptolemæo Evergete I., ut Apollonio Ariſtonymus, teſte Suida. (*d*) Tzetzes ad Lycophronem ait eum fuiſſe è Plejade Poetarum, certe in Tragicorum Plajade non fuit, & ab aliis illum referentibus recte omittitur. Callimacho in vita quantumvis inviſus, tamen poſt mortem tumulo ejus illatus fuit, ſi auctori græco vitæ Apollonii credimus: quod ſi ille ſenſiſſet, non minus fortaſſis moleſte tuliſſet, quam Patruvius (*e*) per ſomnium indignatus ſe ſepultum eſſe

(*c*) p. 342. ad Catull.

(*d*) Confer ſucceſſionem præfectorum Bibl. Alexandrinæ apud Jonſium p. 101.

(*e*) Notum Patruvii ſomnium, quod incipit: *je jongeois cette nuit* &c. quod animi gratia ita reddidi verſibus Germanicis:

Mich träumte dieſe Nacht/
Ich wäre in Gedancken
nach euſſerſten erkrancken/
ins Todten-Haus gebracht.
Man hatte mich begraben/
da ich nicht weit von mir
ein eben ſolch Logier
merckt einen Bettler haben.
Das war mir gar nicht recht/
der Nachbahr/ dem im Leben
ich keine Ehr kont geben/
war tod mir auch zu ſchlecht.
Drumb fing ich an zu ſprechen;
Und dieſen Schimpf/ als der
ich tod auch etwas wär/
mit dieſem Wort zu rächen.
Nichts-würdiger Coquin,
darfſtu du dich unterwinden
hier bey mir einzufinden?
Nichtswürdiger Coquin.
Geh/ packe dich/ verweſe
wo anders/ weit von hier;
traufſtu dich/ daß bey dir
man meine Grabſchrifft leſe?
Wie nun hoffärt'ger Staub?
Antwortet mir die Leiche/
Meinſtu/ in Plutons Reiche
ſey auch ein Herrſchaffts-Raub?
O nein/ da ſind die Hände
der Reichen leer gemacht/
all' Ehr/ Gewalt und Pracht
hat in dem Tod ein Ende.
Was frag ich mehr nach dir?
Hierſtiſt all's gleich/ und werde
ich da ſo wohl zur Erde
als du wirſt Staub bey mir.

2011 Ministerio de Cultura

esse prope mendicum. Verum in morte non modo disparitas omnis cessat, sed discordia quoque, vel invitis stolidis mortalibus.

II. Exstant libri IV. Ἀργοναυτικῶν sive *de Argonautarum expeditione*, scripti carmine Heroico, tanta cura, ut Longinus Poetam ἄπλωτον (*f*) appellet sive nusquam lapsum vitiique nullius reum. Cum enim admodum juvenis specimen hujus operis in patria prælegisset & pro laude risum & contemtum tulisset, Rhodum concessit, ibique illud expolivit tam diligenti studio, ut à dentibus Criticorum minus jam sibi metuens lucem videre posset non cum venia tantum, sed cum laude quoque. Quintilianus X. 1. *non contemnendum opus vocat*, compositum *æquali quadam mediocritate.*

III. Argonautica præter Apollonium apud Græcos scripsere *Cleon* Curiensis, è quo multa nostrum transtulisse affirmat Asclepiades Myrleanus Apollonii discipulus apud Scholiasten ad lib. 1. v. 156.

Dionysius Milesius, sive ut Suidæ, Mitylenæus, auctori Scholiorum itidem laudatus.

Epimenides, de quo dixi lib. 1. c. 6.

Herodorus cujus Ἀργοναύται sive Ἀργοναυτικὰ plus simplici vice in scholiis ad Apollonium allegantur.

Orpheus, cui tributa Argonautica etiamnum exstant, ut dixi lib. 1. cap. 18.

Pi-

(*f*) Longinus περὶ ὕψους XXXIII. 6. ἐπεί τοι γε καὶ ἄπτωτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητής, ἆρ' ἂν Ὅμηρος ἂν μᾶλλον ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι; Casaubonus Epist. p. 565. *De Apollonio Rhodio Critici pronunciarunt eum ἀδιάπτωτον εἶναι, cum denotare vellent plus studii & curæ in eo fuisse, quam ingenii; igitur magis vitiis carere, quam ut magnam laudem sit adeptus.* Confer Cunæi præfat. ad librum 3. de Rep. Hebr. Dan. Heinsius in diss. de Nonni Dionysiacis p. 183. *Apollonius Rhodius magis de verbis & structura ut Grammaticus, quam de ipsa periodo & œconomia sollicitus diversorum actiones sed unius itineris neque multum diversi temporis descripsit. Quem profecto & subjectum & inscriptio & exempla aliorum in eodem subjecto defendunt* Inæqualitatem aliquam dictionis in Apollonio observasse sibi est visus Tan. Faber libro de poetis: Geographicæ rei imperitiam Casaubonus ad Dionem Chrysostom. p. 102 & Vossius lib. 1. Inst. Poet. c. 3. §. 6, Languescere nimium & varietate jucunda destitui, conqueritur acerbus Poetarum censor Renatus Rapinus in Observ. de Poesi §. 15.

2011 Ministerio de Cultura

Piſander, quem in Theogonia Heroica Argonautarum expoſitionem deſcripſiſſe refert Zoſimus lib. 5. Hiſtor. c. 29. Ne dicam de *Argonauticis* à Mich. Neandro Lipſ. 1588. 8. editis, quæ incipiunt *ὦπι᾽ Ἰησονίης νηὸς σόλος ἔλλαβεν ἀρχὼ*, cujus poematii pro antiquo ſcriptore à nonnullis habiti, ut cæterorum eidem annexorum auctor eſt *Laurentius Rhodomannus*.

IV. Commentariis illuſtraverat Argonautica Apollonii *Charon* quidam (diverſus à Charonte Lampſaceno priſco illo Hiſtorico ut recte Voſſio (g) obſervatum) qui αὐτὸς ὁ Ἀπολλωνίδης γράφει ἐν τῷ περὶ ἱερειῶν ὁ Ἀπολλωνίδης laudatur à Scholiaſte ad lib. II. 1055. *Hypatiam* præterea ὑπόμνημα Ἀπολλωνίδης ſive commentarium in Apollonium ſcripſiſſe notat Suidas. *Irenæum* ἐν πρώτῳ Ἀπολλωνίδης allegat Schol. ad lib. I. v. 1299. *Ariſtophanem* quoque Grammaticum in recenſendo Apollonio occupatum fuiſſe ſuſpicor è ſcholiis ad IV. 972. *Marianus* quidam ſub Anaſtaſio Imp. clarus Metaphraſin græcam Argonauticorum Apollonii compoſuit teſte Suida jambis 5608. Præcipue *Lucillus Tarrhæus* (è Tarrha Cretæ civitate) *Sophocleus* (Σοφοκλεῖος aliis, ſed in Stephani Byz. codicibus Σοφοκλῆς) & *Theon* (Alexandrinus ille, ut exiſtimo, de quo dicturus ſum libro V.) eruditis Apollonium commentariis illuſtrarunt, è quibus excerpta ſunt, quæ habemus, præclara in Poetam noſtrum *ſcholia Græca*, ut præter titulum ſcholiis ipſis præfixum teſtatur Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes v. 397. ubi laudans ea quæ in ſcholiis ad Apollonium IV. 264 leguntur, ἔστι δὲ τοῦτο καὶ οἱ περὶ τὸν Λύκιλλον τὸν Ταρραῖον καὶ Σοφόκλειον καὶ Θέωνα ἐρμηνεύοντες τάδε φασίν. Confer Holſtenium ad Stephanum p. 262. Colomeſium ad Gyraldum p. 154. Meurſium ad Heſychium illuſtr. p. 197. & H. Dodvvelli diſſ. de ſcriptis & ætate Marciani Heracleotæ §. 10. T. 1. Geographor. græcorum Joh. Hudſoni Viri Cl. p. 156.

Latino carmine Argonautica Apollonii tranſtulit olim totidem libris *P. Terentius Varro Atacinus* * quem his verbis celebrat Ovidius IV. ex Ponto 16. 21.

Velivolique maris vates, cui credere poſſis
Carmina cæruleos compoſuiſſe Deos.

Et 2. Triſtium 439.

(g) Voſſ. hiſt. gr. p. 102 & 442.
* Vide Voſſium lib. 1. Hiſt. lat. cap. 16.

2011 Ministerio de Cultura

Is quoque Phaſiacas Argo qui duxit in undas

Tum Propertius II. 25. & 85.

Hæc quoque perfecto ludebat Iaſone Varro.

Apollonium qũoque effingendum ſibi, ſed paulo liberius propoſuit is, cujus poema inſigne latinum Argonauticon, quamvis mutilum hodie habemus, *Valerius Flaccus*: ſed ita eum effinxit, ut ſæpe ſuperaverit, quemadmodum uno alteroque ſpecimine oſtenſum à Petro Burmanno Viro Cl. præf. ad Flaccum. Loca Apollonii à *Virgilio* expreſſa vide apud Jul. Scaligerum libro V. poetices cap. 6.

V. Alia etiam ſcripſit Apollonius noſter, quæ poſt Meurſium * Voſſiumque paucis recenſebo, cum nihil ex illis amplius exſtet.

Περὶ Ἀρχιλόχου Athen. X. p. 451.

Ἐπιγράμματα. Antonin. Liberal. c. 23. Metamoroh.

Καινωτὸς πρῶτος καὶ δεύτερος. Steph. Byz. in Κόελινθος & χώρα.

Κτίσεις *Origines urbium*; cujus partes, Ἀλεξανδρείας κτίσις. Schol. Nicandri Theriac. Κᾶνυς ſive Κάνυος κτίσις. Parthen. Erotic. cap. 1. & 11. Κνίδης κτίσις Steph. in ψυκτήριον. Ναυκράτεως κτίσις Athen. VII. p. 283. Ælian. XV. 23. de animal. Etiam Ποντικὰ quorum librum 1. laudat Schol. Apollonii II. verſ. 159. Apollonio tribuere malit eruditiſſimus Galeus quam Apollodoro.

Apollonii dictum αὐάγνωσις τροφὴ λέξεως *lectio alimentum orationis* refertur à Theone p. 5. progymnaſm.

VI. *Apollonii Rhodii Editiones Græcæ cum ſcholiis græcis.*

1. Prima literis quadratis ſive capitalibus, ſcholiis in margine per ſingulas paginas adjectis, Florentiæ 1496. 4. (non in folio, ut habet Hallervordus.) Hanc elegantiſſimam nec ubique obviam editionem utendam mihi dedit amicus & collega honoratiſſimus Joh. Fridericus Wincklerus, literarum Orientalium in Gymnaſio noſtro Profeſſor dignitſſimus. 2. Ve-

* Meurſius in notis ad Apollonium Dyſcolum, & in Bibl. græca; Voſſius de Hiſt. gr.

2011 Ministerio de Cultura

2. Venetiis apud Aldum A. 1521. 8. ſcholiis non in qualibet pagina Poetæ appoſitis, verum ſeorſim ſubnexis. Teſtatur Aldus ſe ad hancce editionem concinnandam non pauca manuſcripta exemplaria contuliſſe.

3. Francofurti apud Petrum Brubachium A. 1546. 8. ſcholiis ad calcem libri conjectis & ſeparatim excuſis. Hujus editionis non admodum nitidæ exemplum poſſideo, quod olim fuit Philippi Melanchthonis, qui in fronte hæc ei verba manu ſua inſcripſit: *Deo juvante cras hora ſeptima inchoabo interpretationem carminis Argonautici, quod magna cum laude ab Apollonio ſcriptum eſt. Oro autem filium Dei, ut, ſicut in arca Noæ vexit ſuos Argonautas, ita nunc quoque rogo, ut hanc ſuam navim vehat, in qua & nos ſumus remiges & ὑπηρέται inter magna pericula, in quibus ſua nos ſervet clementia.* Franciſcum quoque Portum interpretantem Apollonii Argonautica Genevæ auſcultavit Sibrandus Lubbertus, ut refert Sixtinus Amama in oratione Lubberti funebri.

4. Genevæ A. 1574. *H. Stephanus* emendatam nitidam & diligenti interpunctione accuratam editionem Apollonii dedit, ſcholiis græcis in margine cujusque paginæ appoſitis, & caſtigationibus ſuis (trium non amplius paginarum) rejectis ad calcem. Inſcripta eſt hæc editio Gerardo Falckenburgio, & in præfatione quoque nonnullis Poetæ & ſcholiorum locis lucem affundit. In P. Francii Bibliotheca fuit hæc editio referta multis notis deſcriptis è codice *Odoarti Biſeti.*

Editiones græcæ ſine ſcholiis.

Paril. 1541. 8.

Inter Poetas Principes H. Stephani typis luculentis & quam hactenus factum erat emendatius Pariſ. 1566. fol.

Editiones latinæ.

Apollonii libri IV. latina proſa primum donati à *Johanne Hartungo* Baſileæ 1550. 8. apud Joh. Oporinum. In epiſtola ad Joh. Venatorium teſtatur ſibi in hoc ſcriptore vertendo *fuiſſe ſæpe arrodendos ungues, ſæpius ſcabendum caput, dum, quæ hinc inde corrupta erant, reſtitueret, obſcurioraque utcunque explanando erueret.* Præmiſit eriam emendationes & caſtigationes, quæ in editione græca Aldina & Francofurtenſi perperam legi non dubitat. Verſionem ipſam autem, ſæpe in illa Græcas voces, quæ com-

2011 Ministerio de Cultura

commode latine verti poterant, retinendo obſcuravit. Sic. v. g. Ἥλιος ſemper fere *Eelius* reddit, pro ſole. Confer Rutgerſii Varias Lect. VI. 6.

Editiones græcolatinæ ſine ſcholiis.

In corpore Poetarum græcorum, curante Jacobo Lectio, cum verſione Joh. Hartungi. Genev. 1606. fol.

Editiones Græcolatinæ cum ſcholiis & notis Virorum Doctorum.

1. Baſileæ 1572. 8. Apollonii Argonautica excuſa ſunt græce, ac ſeparatim ſcholia, dehinc poema integrum Heroico carmine non infelici, licet à ſententia Apollonii quandoque (ut obſervat etiam Hoeltzlinus p. 40. prolegom.) aberrante redditum à *Valentino Rotmaro* Salisburgenſi, cum ejusdem decuria annotationum, quarum primo capite ritus varii ex Apollonio & ejus Scholiaſte exponuntur, (2) proverbia & ſententiæ (3) Mythica & geographica varia (4) auctores, qui in ſcholiis allegantur, nec exſtant: (elenchum pleniorem eorum & accuratiorem habebis infra) (5) deſcriptiones chronographicæ, crepuſculi v. g. auroræ, veſperæ &c. (6) quæ Virgilius & Ovidius ex Apollonio tranſtulerunt: (7) fabulæ, variaque ἄπιξα & ἀδιώαπα in Apollonio occurrentia. (8) feſta & ſacrificia, (9) Epitheta Jovis, Apollinis & Neptuni, & (10) varia miſcellanea.

2. Cum verſione proſaria latina *Jeremiæ Hoeltzlini* per ſingulas paginas una cum ſcholiis græcis adjuncta, & ejusdem Hoeltzlini ad calcem libri ſubjecto commentario, & *Lucæ Holſtenii* ſummi Viri notis eruditis in perpauca Apollonii loca. Lugd. Bat. 1641. 8. De Holtzlini commentario non usquequaque præclare ſentit & nimium illi in captandis Hebraiſmis ſtudium vitio vertit Aegidius Menagius T. 1. Anti-Bailleti p. 390. Cum multis emendationibus Martini Sladi hæc fuit editio in Bibliotheca P. Francii Poetæ & Oratoris egregii.

VII. Apollonii nomen multis jam pridem commune fuit, quorum plerosque recenſuere Jo. Meurſius in ſyntagmate de Apolloniis, quo editionem hiſtoriæ commentitiæ Apollonii Alexandrini ornavit Lugd. Bat. 1620. 4. & in Bibliotheca Græca p. 1234. ſeq. Poſt Meurſium Voſſius, Jonſiusque & in pandectis Hendreichius. Horum ob-

2011 Ministerio de Cultura

observatis cum addere me nonnulla posse videam, volo & ipse Catalogum Apolloniorum hoc loco subjicere.

Apollonii Abderitani mentio apud Hippocratem 3. de morbis Epidem. T. 1. pag. 739.

Apollonius *Acharnensis* qui scripsit de festis. Harpocrat. & Schol. Aristoph.

Apollonius *Adramyttenus* allegatur in antiquis editionibus Strabonis lib. XI. sed Casaubonus pro Apollonio recte reponit Apollodorum.

Apollonium *Ægyptium* citat Theophilus Antiochenus III. ad Avtolycum p. 127. 136. 139. ubi ex eo refert quosdam computasse tum annos ab origine orbis terrarum 15003075. sive 15000375. ut habes pag. 136. Athenæus V. p. 191. Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἦ τὸ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶ συμποσίων γήνος, καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλώνιος ὁ περὶ τούτων γεγραφώς. Porro plures fuere Apollonii Ægyptii. Vide infra Alexandrinus & Memphites.

Apollonius *Alabandensis* Car, cognomento μαλακὸς sive *mollis*, qui postea Rhodum se contulit, teste rursus Strabone XIV. p. 655.

Apollonius *Alabandensis* alter, cognomento *Molon*, Rhetor eximius quem Rhodi audiverunt Cæsar & Cicero. Vide Ciceronem 1. de Oratore c. 17. & in Bruto c. 91. Plutarchum in Cæsare p. 708. & in Cicerone p. 862. Svetonium in Cæsare c. 4. Meminit ejusdem Cicero alibi, ut lib. 1. de invent c. ult. lib. 2. ad Atticum Epist. 1. & lib. 1. de Oratore c 28. ubi merito probat, quod hic Apollonius cum mercede doceret tamen non passus est eos quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere; verum eos dimisit, & ad quamcunque artem putaret esse aptos, ad eam potius impulit fuitque hortatus. Laudat & Strabo loco laudato ac Quintilianus III. 1. XII. 6. Ex Josepho autem lib. 2. contra Apionem p. 1065. 1077. 1079. & 1080. apparet hunc Apollonium quædam scripsisse adversus sacra Judæorum. Etiam in Homerum scripsisse nonnulla, colligas è Porphyrii quæstionibus Homericis p. 10. Λύει δὲ τὴν ἀπορίαν αὐτὸς ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ ὁ Μάλων παίζησι. Ex Rhetorico quodam illius scripto definitionem figuræ promit Phœbammon lib. 1. p. 98. Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Πτολλὼ Μόλων ὠνόμαστο· σχῆμά ἐστι μεταβολὴ εἰς ἡδονὴν ἐξάγουσα τὴν ἀκοήν. Cæterum

2011 Ministerio de Cultura

rum hic est, qui ut refert Plutarchus, cum Ciceronem in eloquentia triumphare videret, *Ie nempe, Cicero, & laudo*, inquit, *& admiror: sed Græcorum fortunæ me miseret, cum videam eruditionem & eloquentiam, quæ sola bonorum nobis relicta erant, per te Romam accessisse.* Idem porro est Apollonius Molo, & qui à Plutarcho ac Porphyrio vocatur Apollonius Molonis. Sic Athenodorus Tarsensis Sandonis F. Plutarcho dicitur Ἀθηνόδωρος ὁ Σαίδων. Confer Vales. ad Ammian. XIV. 8. Similiter Herodes Atticus passim audit qui Attici erat filius, & Apion Plistonices Gellio, Clementi, aliis; qui Suidæ Ἀπίων ὁ πλειστονίκης. Immerito igitur reprehenditur Plutarchus tum ab aliis tum à Jo. Rualdo animadvers. XXVIII. pag. 116. seq. Vide & Meursii lib. de Rhodo p. 101. Allatium ad Epistolas Socraticorum p. 215. seq.

Apollonius *Alexandrinus* Peripateticus. Plutarch. περὶ Φιλαδελφ. Fuit & Alexandrinus patria, Apollonius Argonauticon scriptor de quo ante dixi, & Apollonius alter Grammaticus cognomine δύσκολος de quo infra lib. IV.

Apollonius *Antiochi* Grypi Syriæ Regis *Parasitus*. Athen. VI. pag. 246.

Apollonius *Antiochenus*, pater & filius, Medici *Herophilei* atque *Empirici*. Meminit uttiusq; auctor Isagoges quæ legitur inter scripta Galeni. T. 4. p. 372. Incertum utrius sit περὶ μύρων liber laudatus Athenæo XV. p. 688. vel περὶ εὐποριστῶν φαρμάκων quem plus simplici vice allegat Galenus. Vide infra in Apollonio Pergameno. Et idem forte patria Antiochenus, sed quod apud Pergamenos Reges versaretur, Pergamenus vocatus est. Ἀπολλώνιος ὁ πρεσβύτερος Zenoni Herophilio repugnans laudatur ab Erotiano in ἀμφιβάλλουσαι. Forte haud aliùs, qui Galeno aliquando dicitur ὁ βυβλᾶς.

Apollonius *Aphrodisiensis* ἀρχιερεὺς καὶ ἱστορικός. γέγραφε καινὰ, περὶ Τελλήνων, περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ. Suid. Καινὰ pluribus constabunt libris, ut ex Etymologici auctore patet, & Stephano qui XVIII. librum allegat in χωλὸν τεῖχος. Voss. de Hist. Gr. p. 505. Apud eundem Stephanum Byz. ubi allegantur Apollodorus περὶ Ἀλεξανδρείας, περὶ γῆς, & ἐν Καινοῖς, Apollonii Aphrodisiensis nomen reponendum esse contendit Tho. Galeus in diss. de scriptoribus Mythologicis p. 18.

Apollonius *Archebuli* sive *Archebii* F. Grammaticus, Apionis Plistonicæ præ-

2011 Ministerio de Cultura

præceptor. Suid. in Ἀπίων. Scripſit περὶ λέξεων ἰατρικῶν ordine Alphabetico, ut conſtat ex eodem Suida in Ἀπολλ. & Heſychio præf. Lexici.

Apollonius Ἀρχισεβάτῳ, cujus trochiſcum ſive paſtillum refert Galenus T. 2. p. 388. edit. Græcæ Baſil.

Apollonius *Aſcalonites*, Hiſtoricus. Steph. Byz. in Ἀσκαλῶν.

Apollonius *Aſtrologus*. Vide infra in *Laodicenſis* & *Myndius*. Etiam Apollonius Tyanenſis libros quatuor περὶ μαντείας ἀστέρων ſcripſerat teſte Philoſtrato III. 13.

Apollonius *Athenienſis*, *ſculptor*, Neſtoris F. quem è Gruteri inſcript. pag. XLII. 2. obſervavit Franciſcus Junius in Catalogo Artificum. Confer Jonſium p. 251. & Sponii Miſc. p. 122.

Apollonius *Athenienſis*, ſub Severo Imp. clarus Sophiſta, de quo Philoſtratus 2. de Sophiſt. p. 597. qui p. 598. è declamationibus ejus laudat Calliam, qua Athenienſibus voluit diſſvadere ne corpora ſepelienda cremarent. Vixit annos LXXV.

Apollonius *Attalenſis* (ὁ Ἀτταλεύς) cujus librum 2. Onirocriticon laudat Artemidorus I. 34. & III. 28. p. 33. & 175.

Apollonius Βυβλᾶς ſive βιβλιακός (quaſi helluo quidam librorum. Confer Reineſ. Var. lect. p. 412.) Medicus Empiricus, qui de σημασίαις apud Hippocratem ſcripſerat adverſus Zenonem Herophileum teſte Galeno T. 5. edit. Baſil. p. 413. 414.

Apollonius *cælator*, Spon. p. 123. Miſc. ubi & memoratur Apollonius, Archelai ſculptoris pater.

Apollonius *Calchedonenſis* ſive *Calchidenſis*, Præceptor M. Aurelii Antonini. De hoc ſupra c. XV. in Stoicis dixi.

Apollonius *Cappadox*. Infra in *Tyanenſis*.

Apollonius *Car*. ſupra in *Alabandenſis*. & mox in *Cronus*. ὁ τὰ καρικὰ γράψας, in *Aphrodiſienſis*.

Apollonius *Chæridis* F. Schol. Ariſtoph. ad Veſpas v. 1190.

Apollonii duo *Chriſtiani* ſcriptores antiqui, ſæculo II. poſt CHRISTUM natum clari, quorum unus contra Montaniſtas ſcripſit, alter volumine pro fide ſua edito Martyrium ſub Commodo Imp. fortiter ſubiit Romæ. Vide quæ viri docti ad Euſeb. V. 18. & 21. Hiſt. atque Hieron. c. 42. Catalogi. De Apollonio *Collatio* latino ſcriptore ſæculi XVI. dixi in Bibliotheca latina. De Guil. Apollonio Theo-

2011 Ministerio de Cultura

logo Reformatæ Ecclesiæ, & aliis recentioribus hujus nominis dicere de industria omitto.

Apollonius *Chronicorum* scriptor Steph. in χαλκηδόνιον. Sed videtur legendum Apollodorus, ut visum præstantissimo Galeo.

Apollonius *Citieus* Medicus. Strab. XIV. p. 683. Scripserat libros XVIII. pro Bacchio Tanagræo adversus Heraclidis Tarentini libros tres de vocibus Hippocratis, teste Erotiano sive Herodiano in præf. Eidem in ἀμφιβάλλουσαι laudantur quatuor Apollonii Medici, πρεσβύτερος de quo supra in *Antiochenus*, Apollonius μεμφίτης ἐν τῷ περὶ ἀρθρων, Apollonius ὁ Θήρ, & Apollonius Citiensis ἐν τῷ περὶ ἀρθρων. Apollonios duos qui chirurgiam inventis suis locupletarunt laudat Celsus libro VII. præf. Memphiten intelligens ni fallor & Citiensem qui ambo de Articulis scripsere. Apollonium Citiensem libro 2. de Epilepticis laudat Cœlius Aurelian. lib. 1. c. 4. chronicar. passionum. Idem lib. 3. c. 4. *Alii phlebotomiam recusarunt in lienicis, ut Apollonius Citiensis, alii probaverunt.*

Claudii Apollonii Theriaca refertur à Galeno 2. de antidotis T. 2. p. 450.

Apollonius *P. Crassi libertus.* Dixi supra in Stoicis cap. XV.

Apollonius *Cronus*, patria Jassius, Car, à quo discipulus ejus Diodorus dialecticus Croni nomen tulit, teste Strabone XIV. p. 658. Confer Laertium II. 111.

Apollonium *Cyclada* memorat Wowveranus c. 17. polymathiæ n. 20. sed legendum Apollonius βυβλᾶς, de quo supra.

Apollonius *Dyscolus* patria Alexandrinus sub. M. Antonino clarus Grammaticus, pater Herodiani itidem Grammatici, de quibus utrisque dicendi locus infra libro IV.

Apollonius Poeta ὁ εἰδογράφος, Schol. Pindari ad Πυθιονικ. εἶδος β'. p. 181.

Apollonius *Empiricus*. Supra in *Antiochen.*

Flavius Apollonius Procurator Augusti. Vet. inscript. apud Sponium p. 52. Miscell.

Apollonius Pergæus, *Geometra* de quo infra cap. XXII.

Apollonius *Glaucus*, Medicus. Ejus *libros de interioribus* sive περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν allegat Cœlius Aurel. IV. 8. tardar. Passionum.

Apollonius *Grammaticus* quem in καταλόγῳ νεῶν allegat Scholiastes ad Iliad. θ. 284. non est diversus ab Apollonio Rhodio, cujus Catalogus navium & Heroum ex lib. 1. Argonauticon respicitur, ut ex Schol. Pindari ad Nem. Od. V. notavit præstantissimus Galeus.

Fuit

2011 Ministerio de Cultura

Fuit & Apollonius celebris Grammaticus cognomento Dyscolus de quo infra lib. IV.

Apollonius *Herophileus*. Vide in Apollonius *Antiochenus* & *Mus*.

Apollonius & Dexippus *Hippocratis* discipuli, quos ab Erasistrato male reprehensos, cum nullos ipsorum libros ostendere posset, notatum Galeno T. 5 p. 83. edit. Basil.

Apollonius *Laodicensis* quem libros quinque de Astrologia Apotelesmatica edidisse, & Ægyptios de variis accusasse erroribus testatur Paulus Alex. in præf. Isagoges. Hujus forte Apollonii Apotelesmata leguntur MSta in Codice Reg. Paris. 1843.

Apollonius *Logisticus* Vossio p. 149 memoratur, sed Laertio I. 25. & VIII. 12. est Apollodorus. Idem de Apollonio *Lemnio* Heidenreichii observabis è Varrone, Plinio & aliis.

Apollonius *Mechanicus* Agesistrati præceptor. Athenæus Mechanicus p. 3. de machinis bell.

Apollonius *Medicus* tempore Antoninorum sive Apuleji, qui ejus meminit lib. IX. sub init. Incertum quisnam notetur è variis Apollioniis Medicis, quos memoravi in *Antiochensis*, *Citiensis*, *Memphites*, *Mus*, θήρ. *Pergamenus*, *Pitaneus* &c.

Apollonius *Memphites* allegatur à Cœlio Aureliano IV. 8. tardar. passionum, Schol. Nicandri ad Theriaca & Erotiano in ἀμφιβάλλουσαι ubi ejus scriptum περὶ ἄρθρων commemorat. Meminit & Nicolaus Myrepsus, epithema ejus auriculare referens.

Apollonius Mollis. Supra in Alabandensis.

Apollonius *Molo* sive *Molonis* Rhetor. Supra ibid. Inter Ægyptiacarum scriptores laudat Cosmas Indicoplevstes lib. XI. p. 341.

Apollonius qui Μύρωσιν. Plin. indice libri XXVIII. Supra in Antiochen.

Apollonius *Mus* Herophileus Cels. præf. libri V, qui eundem videtur etiam respicere præf. libri 1.

Apollonius * *Myndius*, peritissimus inspiciendorũ natalium. Seneca VII. 3. & 17. Nat. quæst. Nescio an alius quem Grammaticum vocat Stephanus in Μύνδος.

Apollonius *Naucratites* Sophista, Adriani & Chresti auditor, de quo Philostratus lib. 2. de Sophist. p. 596, 608.

* Huic Apollonio pridem in mentem venit Cometas esse propria sidera quæ altiora mundi secant, & tum demum apparent, cum in imum sui cursus venerint. Quæ sententia hodie probatur Mathematicis eruditissimis.

2011 Ministerio de Cultura

Apollonius *Neſtoris* F. Vide ſupra in *Athenienſis*.
Apollonius *Nyſæus*. Vide ſupra c. XV. in Stoicis.
Apollonins Organicus. Galen. T. 2. p. 391.
Apollonius ὄφις. Erotian. in proœmio. Neſcio idemne ſit Apollonius ὁ θὴρ, eidem laudatus Erotiano in ἀμφιβάλλεσαι.
Apollonius *Panormitanus*. Cic. in Verrem. V. 7. ſeq.
Apollonius *Parianus*, quem ἐν τῷ περὶ παρωνύμου laudat Steph. in Πάρος.
Apollonius *Pergæus*, *Geometra* de quo egi infra cap. XXII.
Apollonius *Pergamenus* Medicus Plinio lib. 8. &c. Oribaſio lib. 1. Evporiſton. c. 9. laudatus & VII. 19. collect. Videtur is ipſe Apollonius qui περὶ τῶν εὐπορίστων φαρμάκων teſte Galeno ſcripſit. Ejus *de virtutibus herbarum* refert rurſus Oribaſius. Evporiſt. præf. Idem liber Apollonii περὶ βοτανῶν allegatur & à Scholiaſte Nicandri ad Theriaca. Atque ideo fortaſſis inter rei ruſticæ ſcriptores à Varrone & Columella reponitur.
Apollonius *Pitanæus* Medicus. Plin. XXIX. 6. ſed *Myronides* XXVIII. 1.
Apollonius *Platonicus*, Syrus. Spartian. Hadriano c. 2.
Apollonius *Prienenſis*, Archelai ſculptoris Pater. Spon. p. 123. Miſc.
Apollonius *Rhetor*. Supra in Alabandenſis. Alius ut exiſtimo de quo Seneca Controverſ. XIX. *Apollonius Græcus & Buteo fatuam quæſtionem moverunt primam* &c.
Apollonius *Rhodius ſtatuarius*. Plin. XXXVI. 5.
Apollonius *Senior*. Supra in *Antiochenus*.
Apollonii *Smyrnæi* Epigramma lib IV. Antholog.
Apollonius *Solenſis*, præceptor Demetrii Aſpendii. Laert. V. 83.
Apollonius Athenienſis *Sotadis* F. de patris ſui Poematis ſcripſerat teſte Athenæo XIV. p. 621. De Sotade dixi lib. II. c. 22.
Apollonii *Stoici* fuere multi, Nyſæus, Tyrii, &c. de quibus ſupra c. XV.
Apollonius ὁ ἀπὸ Στράτωνος, cujus de pulſibus laudatur à Galeno IV. de differentia pulſuum. Hunc Tiraquellus c. 31. de Nobilitate, *Stratonis filium* appellat. Sed malim Stratonium, è Stratonis Peripatetici ſchola.
Apollonius *Syrus* Platonicus. Spartian. Hadriano c. 2.
Apollonius *Tarſenſis* Medicus, ſæpe laudatus Galeno libris de medicam. ſecundum genera & ſecundum locos.
Apollonius ὁ Θὴρ ſive *Bestia* Medicus. Erotian. in ἀμφιβάλλεσαι. Vide ſupra Apollonius Ὄφις.

Apol-

2011 Ministerio de Cultura

Apollonius *Theſpienſis*, Medicus nullus eſt. Vide Galen. T. 2. p. 266.
Apollonius *Tyanenſis* ſub Nerone clarus, de quo infra lib. IV.
Apollonius *Tyanenſis junior* ſub Hadriano Imp. de quo Suid.
Apollonio duo *Tyrii*, de quibus dixi ſupra c. XV. in Stoicis.

VIII. *Index ſcriptorum * in ſcholiis Græcis ad Apollonium allegatorum.*

Acarion. ad lib. II. verſ. 168. ſed Reineſius ad Daum. Epiſt. LXXXV. p. 215. legit Euphorion.
Aceſander ἐν πρώτῳ IV. 1561. ἐν πρώτῳ κυρλιάης. IV. 1750.
Aceſtas ἐν τοῖς περὶ κυρλιάης. II. 500.
Acuſilaus II. 1125. IV. 57. 828. 992.
ἐν τῇ γ'. IV. 992.
ἐν τῷ περὶ γλεαλογιῶν IV. 1147.
Ὁ τὸ Αἰγίμιον ποιήσας III. 587. ἐν δευτέρῳ Φησίν. IV. 814. Heſiodo vel Cercopi hoc tributum poema dixi ſupra lib. 2. c. 8. §. 17. Vide & Caſaubonum ad Athenæum XII. 15.
Æneſidemus ἐν Ταινιάκοῖς I. 1300.
Aeſchylus I. 473. 636. IV. 269. 1348.
ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ IV. 284.
ἐν Ὑψιπύλῃ I. 773.
ἐν ψυχαγωγοῖς III. 846.
Agatho ἐν τῷ τὸ πόντος περίπλῳ II. 1017.
Agathocles ἐν τοῖς Θωμυνήμασι IV. 761.
ἐν ἑβδόμῳ ibid.
Agroetas lib. I. λιβυκῶν II. 500.
lib. III. λιβυκῶν IV. 1396.
lib XIII. Σκυθικῶν II. 1252.
Alcæus I. 957. IV 992.
Alcman IV. 972.

* Indicem hujuscemodi ſed valde imperfectum editioni ſuæ ſubjunxerat ſuisque in Apollonium locis communibus inſeruerat Valentinus Rotmarus. Alium perquam accuratum ad paginas adornatum editionis præclaræ Stephanicæ miſit ad me Oxonia Vir doctiſſimus Jo. Hudſonus. Tertium non minus diligenter ad ſectiones Græcas ſcholiorum concinnatum; quibus ſunt diſtinctæ editiones Baſileenſis & Frankofurtenſis pnrbachiana accepi Lipſia ab amico, confectum neſcio quo auctore. Quartum maxime communis ut ſpero uſus, hoc loco edendum putavi ad ſingulos librorum Apollonii verſiculos comparatum à Clariſſimo Viro Jo. Chriſtophoro Wolfio Wernigerodenſi, collatumque cum indice Oxonienſi & Lipſienſi. Habui & quintum ad manus, quem ſimiliter ad verſiculos uniuscujusque libri digeſſerat Chriſtianus Henricus Poſtellus ὁ μαχαιρίτης. Intelligo præterea illuſtri Cupero indicem ejusmodi ante triginta circiter annos compoſitum, cum variis obſervationibus & caſtigationibus, quibus per magis ardua ſummi Viri negotia adhuc carere coguntur ſtudioſi.

2011 Ministerio de Cultura

Alexander IV. 1515. ὁ περὶ Καρίας γράψας I. 925.
in I. Καρικῶν ὑπομνημάτων I. 551.
lib. I. Κρητικῶν IV. 1492.
Amerias II. 192. IV. 972.
ἐν γλώσσαις II. 384. 1284.
Anacharsis I. 1276.
Anacreon I. 789. II. 127. III. 106. 120.
Anaxagoras I. 498. IV. 269. 814.
Androetas Tenedius ἐν τῷ περίπλῳ τῆς Προποντίδος II. 159.
Andron II. 713. Tejus II. 948.
ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν συγγνωμῶν I. 45.
ἐν τῷ περίπλῳ II. 354.
Andron (diversus à Tejo) ἐν τῷ περὶ πόντου II. 948.
Anticlides ἐν Δηλιακοῖς I. 1207.
lib. II. Δηλιακῶν I. 1289.
Antimachus I. 211. 1008. II. 178. 296. bis. IV. 156. ἐν τῇ λυδῇ. I. 1289. II. 297. III. 409. IV. 259. 1153.
Antimenides ἐν πρώτῳ I. 741.
Antipater ἐν τῷ περὶ ζώων II. 87.
Antisthenes II. 570.
Apion. I. 292.
Apollodorus I. 292. 599. 1063. 1116. III. 281. IV. 280.
ἐν τῷ περὶ θεῶν III. 539.
ἐν γ' περὶ θεῶν I. 1123.
ἐν νεῶν καταλόγῳ III. 1089.
ἐν τῷ ά τῶν πινακῶν II. 159. Apollonium hic pro Apollodoro malit præstantissimus Galeus, ut supra dixi.
Apollonides II. 966.
ἐν τῷ περίπλῳ τῆς Εὐρώπης. IV. 983. 1174.
Κατηγορῆσι τινὲς τῆς Ἀπολλωνίδος &c. II. 257. αὐτὸς ὁ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ἡρώων I. 1317. respicitur hoc ipsum poema, in quo Heroes Argonautæ recensentur.
Apollonius I. 1116. Liber I. τῶν ὑπομνημάτων I. 430. ἐν ταῖς λέξεσι I. 1089. Videtur Apollonius intelligi Alexandrinus, Herodiani pater, Grammaticus.
Aræthus II. 500.
Aratus II. 500. 1100. III. 996.
Arati ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. I. 1.
Archemachus ἐν ταῖς μετωνυμίαις IV. 262. lege μετονομασίαις.
Archilochus I. 824. 1207.
Aristarchus I. 299. οἱ Ἀριστάρχειοι I. 769. III. 37.
Aristippus Philosophus II. 77.
ἐν Ἀρκαδικοῖς III. 1085.
Aristo Chius IV. 209.
ἐν ταῖς θέσεσι IV. 204.
Aristocritus I. 186.
Aristodemus lib. I. Θηβαϊκῶν Ἐπιγραμμάτων II. 906.
Aristomenes. I. 164.
Aristophanes Comicus (εἰρήνῃ) I. 917. IV. 280.
Aristophanes Grammaticus IV. 972.
Aristoteles I. 188. 1050. II. 28. 328. 948.
περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένῳ. (ut

2011 Ministerio de Cultura

(ut videtur in Εὐβοέων πολιτείᾳ) I. 558.
ἐν Κερκυραίων πολιτείᾳ IV. 983.
ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ I. 1177.
ἐν Σαμοθρᾴκης πολιτείᾳ I. 917.
ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ IV. 264.
ἐν πελεταῖς IV. 972.
Ariſtotelis alterius, qui Coloniam Cyrenem deduxit, mentio IV. 1750. 1764.
Armenidas (niſi ſit Antimenides, ut vult Voſſius) ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς I. 551.
Artemidorus IV. 259. Epheſius II. 948. 967. IV. 259.
ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τ γεωγραφουμένων III. 558.
Aſclepiades I. 23. 156. II. 178. Myrleanus I. 623. II. 724.
lib. X. Βιθυνιακῶν II. 791.
ἐν τραγῳδουμένοις II. 328.
ἐν β'. τραγῳδουμένων II. 564.
Athenion I. 917.
Atrometus III. 1178.

Bacchylides. I. 1165. II. 467. IV. 972.

Callias lib X. τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα III. 37. ſed paulo ante ibi pro Callia legendum Καλλίμαχος ἢ τὴν ἱερὰν Φυσὶν αἰανεῖσθαι φάσκει ἀλλὰ τὴν λιπάρεαν. Reſpicit enim hymnum in Dianam v. 47. ubi vide illuſtris Spanheimii comment.
Callimachus I. 117. 187. 509. 670. 760. 957. 995. 1008. 1019. 1162. 1207. 1213. 1243. 1309. 1323. 1353. II. 4. 395. 706. 868. 906. III. 133. 1149. 1225. 1326. IV. 284. bis. 303. 426. 972. 983. 1322. 1561. 1614.
lib. I. Αἰτίων. **
περὶ κόμης Βερενίκης **
ἐν ἑκάλῃ I. 1116.
ἐν τοῖς περὶ τῶν κατ' Ἀσίας ποταμῶν. I. 1165.
Callimachus in Ὑπομνήμασιν I. 1116.
Calliſthenes I. 211. II. 938. ἐν τῷ περίπλῳ II. 674. Libro peripli primo. I. 1037.
Calliſtratus II. 780.
lib. II. Καθ' Ἡρακλείαν I. 1125.
Chamæleon I. 139. ἐν ε περὶ Ἰλιάδος II. 906.
Charis (lege Charax) lib. I. χρόνων IV. 1470.
Charon Lampſacenus II. 2. & 479.
Charon (junior) ἐν τῷ περὶ Ἱερειῶν τ Ἀπολλωνίᾳ II. 1055.
Χείρων ὁ μάντις memoratur I. 23.
Choerilus I. 211.
Cinæthon ἐν Ἡρακλείᾳ I. 1357.
Cleon Curienſis I. 77. 623.
lib. I Ἀργοναυτικῶν I. 587.
Clinias II. 1087.
Clitarchus ἐν ταῖς περὶ Ἀλεξάνδρου ἱστορίαις II. 906.
Gnoſſius Κνωσσός (forſan innuitur κνώσι Aeneſidemus) lib. I. γεωγραφικῶν τ Ἀσίας IV. 262.
Κωμικὴ λέξις ἡ σύμμικτ ſeu Comi-

2011 Ministerio de Cultura

micum dictionarium ſecundum ordinem Alphabeticum non diſpoſitum IV. 972. 1614.
Conon ἐν τῇ Ηρακλείᾳ I. 1165.
lib. III. περὶ τ νησιάδ@ I. 1165.
Corinna III. 1177.
Coſmas lib. I. Αιγυπτιακῶν IV. 262.
Crates II. 1089.
Cteſias ἀ πολιόδων II. 1017. β'. II. 401.

Daimachus I. 558.
Deilochus I. 139. 961. 966. 976. 987. 1007. 1037. 1061. 1063. 1065.
lib. I. περὶ κυζίκ@ II. 98.
Demagetus I. 224.
Demaratus I. 45. 1289.
Demetrius Cnidius I. 1165.
Demetrius Scepſius I. 230. 238. 1123. 1165. III. 134. ἐν τῷ Τρωϊκῷ διακόζμῳ I. 1165.
Democritus Phyſicus IV. 269. ἐν τῷ περὶ ἀςρονομίας II. 1100.
Demoſthenes II. 259. ἐν τοῖς λιμέσιν II. 297. legendum Τιμοσθένης. Strabo IX. p. 421. ἐμελλοποίησε μὲν ὃν Τιμοσθένης ὁ ναύαρχ@ τ δευτέρ@ πολεμαίδ, ὁ καὶ τὰς λιμένας σωπάξας ἐν δέκα βιβλίοις.
Derichidas. Vide Dievchidas.
Dicæarchus ἐν πρώτῳ καὶ δευτέρῳ IV. 272.
Didymus I. 972. 1139. IV. 1058.
Dieuchidas I. 118. ἐν τοῖς μεγαρικοῖς I. 517.
Dinias lib. I. Αργολικῶν II. 791.
Diogenes Apolloniates IV. 269.
Dionyſius I. 54. II. 906. III. 530. ἐν β'. I. 256. II. 967.
Dionyſius Albianus II. 660.
Dionyſius Athenienſis ἐν ταῖς * κυήσεσι II. 279.

Dio-

* Optima lectio *in conceptibus* (animalium) quam allatus inde locus, πρόκας eervos eſſe docens nonnihil confirmat. Dici autem vix poteſt quantam hæcce vel ſpreta vel inobſervata lectio prurigenem excitaverit eruditis emendandi Etymologici M. autorem, qui in Προικόννησ@ Sophocleum Scholiaſten ad verbum exſcripſerat unica tamen laborante literula: nam pro ἐν ταῖς κυήσεσι exaravit ἐν ταῖς κτήσεσι, vice cujus Sylburgio conjiciendi facultas ſuppeditavit ἐν ταῖς κτίσεσι, quam incongruentem emendationem an quis hactenus improbarit neſcio. Imo Caſaubonus Animadverſ. in Athen. lib. X. c. 14. ita ſuum aſſenſum ei accommodavit, ut expuncta etiam Athenarum patria citato Dionyſio Chalcidem attribuendam putaverit, in quam opinionem pertraxit Phil. Jac. Mauſſacum Not. ad Harpocrat. in Ηφαιςία & Voſſium lib III. de Hiſt. Gr. Nic. v. Loenſis in Miſcell. Epiphyll. p. 354. citatus Daumio Epiſt. ad Reineſium XX, & ille quem innui Reineſius Var. lect. lib. 2. c. 8. duos Dionyſios, utut ætate, ſcriptis & patria differant pro uno eodemque agnoſcunt. Dicas profecto ob ignoratam hanc Dionyſii præſentis allegationem debere ludibrium Adraſteæ adunum omnes. *Hæc auctor Indicis Lipſia. ad me transmiſſi.*

2011 Ministerio de Cultura

Dionyſius Chalcidenſis I. 558. 1024.
lib. I. κτίσεων IV. 264.
Dionyſius Mileſius I. 3. 1161. III. 242. IV. 223. 228.
ἐν τοῖς Αργοναύταις II. 207. 1147.
ἐν τῶν Αργοναυτικῶν III. 200. IV. 119. ἐν β'. IV. 1153.
Dionyſius Mytilenæus I. 1289. IV. 177.
Dionyſodorus I. 917.
Dionyſophanes I. 826.
Diophanes lib. I. τ̃ ποντικῶν ἱστοριῶν III. 241.
Dioſcorides I. 741.
Duris I. 211. 498. II. 1253.
lib. XV. μακεδονικῶν IV. 264.

Empedocles I. 498.
Ephorus I. 976. 1276. II. 168. 1031. IV. 269.
lib. I. I. 1168.
lib. IV. II. 360.
lib. V. I. 1289. II. 847.
lib. IX. I. 1037. II. 967.
Epicharmus II. 98.
Epimenides II. 1125. III. 241. IV. 57.
Eratoſthenes I. 482. 565. 972. II. 42. 401. 1251. IV. 280.
ἐν τῷ ἀρχιτεκτονικῷ I. 567. III. 232.
ἐν γεωγραφία IV. 131.
lib. III. γεωγραφικῶν ἢ γεωγραφουμένων IV. 259. 284. 310. 1215.
ἐν τῷ ἑρμῇ I. 972. III. 801.

Erycius II. 127.
Evanthes ἐν τοῖς μυθικοῖς I. 1063. 1065.
Eudoxus ἐν τῇ περιόδῳ IV. 264.
lib. IV. τ̃ περιόδε I. 922.
Eumelus I. 146. II. 948. III. 1371.
ἐν Κορινθιακοῖς I. 148.
ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ I. 1165.
Eumolpus I. 696.
Euphorion I. 40. 179. 1063. 1119. II. 352. 354. 359. IV. 54.
ἐν Απολλοδώρῳ (Vide Reineſ. ad Daum. Epiſt. 85. p. 215.) I. 1063.
Eupolis IV. 144.
ἐν Βάπταις I. 1139.
Euripides I. 498. 1077. 1079. 1266. 1281. II. 253. 910. III. 1621. IV. 71. & 269. II. 12. 13. 43. III. 4. IV. 9. 23. (ubi pro Ειλειθυίης δε legendum : Νειλε μοὶ ἥδε ex Helenæ initio)
ἐν Βάκχαις I. 636.
Πειρίθῳ IV. 144.
ἐν Φοινίσσαις IV. 808.
ἐν φρίξῳ II. 384.

Garamas IV. 1492. nomen, ut videtur, corruptum.
Gigantomachiæ auctor I. 555.
Gloſſographi I. 402. II. 436.

Hecatæus Mileſius I. 256. II. 677. 948. 1002. IV. 259. 266. 284.
lib. I. ἱστοριῶν I. 551.
περὶ τ̃ ὑπερβορέων II. 677.
Hegeſagoras ἐν τοῖς μεγαρικοῖς, **
Hegeſiſtratus Epheſius II. 401.

2011 Ministerio de Cultura

Hellanicus I. 40. 131. 146. 608. 769. 916. bis. 1129. 1207. II. 178. 401. 713. 1055. 1057. 1147. III. 265. 335. 1084. 1185. bis.
ἐν τῷ περὶ Ἀρκαδίας I. 162.
lib. I. τῶν Δευκαλιωνίας III. 1085.
ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν IV. 322.
lib. I. Τρωϊκῶν I. 916.
lib. I. Φορωνίδος III. 1178.
Heracleon III. 2.
ἐν τῇ π' τῆς Ἰλιάδος I. 769.
Hermippus IV. 269.
Hermogenes ἐν τῷ περὶ Φρυγίας II. 724.
Herodianus I. 232. II. 401. 1274.
ἐν τῇ καθόλου II. 401.

lib. II.	τῆς καθόλου	I. 1297.
lib. III.		I. 783. 1047.
		II. 17.
		110.
lib. V.		II. 793.
lib. VI.		II. 1057.
		IV. 322.
lib. VIII.		I. 54.
lib. X.		IV. 1309.
lib. XX.		I. 1289.

Herodorus I. 23. 31. 45. 127. 139. 211. 747. 1024. 1289. II. 354. 534. 686. 754. 850. 856. 897. 1125. 1147. 1214. 1252. IV. 86. 87.
ἐν τοῖς Ἀργοναύταις sive Ἀργοναυτικοῖς II. 903. III. 594. IV. 259. I. 71. 773. 943.
ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλείας II. 817.
Herodotus II. 677. III. 1084. IV. 269. 277. ἐν β'. I. 1024.
Hesiodus I. 45. 156. 456. 482. 498. 730. 747. 824. 859. 1165. II. 178. 187. 276. 296. 297. 440. 1253. III. 265 2. 202. 242. 311. bis. 1034. IV. 54. 57. 259. 266. 284. 892. 1396.
ἐν ταῖς καλουμέναις μεγάλαις ἠοίαις I. 118. 1125. Lib. 4. 57. 828.
ἐν ἀναλόγων Lib. 3. 1085.
ἐν τῷ γ' καταλόγῳ Lib. 2. 181.
ἐν τῷ Κήυκος γάμῳ Lib. 1. 1289.
Hippias Delius ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις Lib. 3. 1178.
Hipponax Lib. 2. 127. Lib. 4. 322.
Hippys. Lib. 4. 261.
Ὁ ἰσοελικός. Lib. 4. 1174.
Homerus Lib. 1. 5. 11. 40. bis. 57. 68. 69. 87. 149. 152. 156. 164. 176. 179. 184. 204. 224. 262. 264. 272. 275. ter. 296. bis. 303. 304. 305. 322. 408. 413. 431. 436. 441. 468 482. 498. 517. bis. 537. 558. 587. 608. 631. 650. 665. 723. 735. 760. ter. 783. 794. 831. 834. 859. 862. 893. 904. 910. 919. 922. 923. 932. 933. 949. 955. 1016. 1026. 1035. 1049. 1062. 1079. 1081. 1089. 1115. 1123. bis. 1141. 1146. 1166. 1180. 1207. 1300. 1309. 1310. 1350. 1354. Lib. 2. 42. 106. 115. 123. 128. 257. 261. 263. 276 285. 359. 398. 547. 633. 779. 943. bis. 944 1055. 1089. 1203. 1286. Lib. 3. 52. 53. 120.

2011 Ministerio de Cultura

120.146.233.257.281.291.453. 761. 774. 806. 875.898.906. 1006.1017. bis. 1241. 1388.
Lib.4. 14. 111. 175.565.761. 828.974.992.1093.1329.1404. 1558.1614.1636.1659.
ἐν τῇ Βοιωτίᾳ Lib. 1. 884.
ἐν Καταλόγῳ Lib. 1. 977.
ἐν Ὀδυσσείᾳ Lib. 2. 440. 875.

Ibycus Lib. 1. 146.287. Lib. II. 780. Lib. 3. 26. 106. Lib. 4. 814. 1348.
ἐν ἀ. Lib. 4. 57. 814.
ἐν τῇ εἰς Γοργίαν ᾠδῇ Lib. 3. 158.
Idomeneus lib. 1. Τρωϊκῶν Lib. 1. 916.
Jon ἐν Διθυράμβῳ Lib. 1. 1165.
Irenæus Lib. 2. 127.904.1017.
ἐν ἀ Ἀπολλωνίδι Lib. 1. 1299.
Isocrates Lib. 1. 40.485.981.
Ister sive Istrus Lib. 2. 207.

Leander Lib. 2. 708. bis.
Learchus **
Leo lib. 1. Τ πρὸς τὸν μητέρα Lib. 4. 262.
ἐν περίπλῳ Lib. 2. 297.
Οἱ γεγραφότες περὶ κύπρου καὶ λιβύης Lib. 4. 1552.
Lucianus Lib. 2. 329.
Lycophron. Lib. 2. 285.
Lysimachus Alexandrinus
ἐν ἀ τῶν Θηβαϊκῶν Lib. 3. 1177.
β΄ τῶν Νόστων Lib. 1. 558.
Lysippus Epirotas ἐν τῷ Πτολεμαϊκῷ μύθῳ ἀστεῖον καταλόγῳ Lib. 4. 1093.

Menander Lib. 1. 721.1125. lib. 2. 121. Lib. 3. 294.
Metrodorus lib. 1. περὶ ἱστορίας Lib. 4. 834.
lib. 1. τῶν περὶ Τιμαίου Lib. 4. 133.
Mnaseas Lib. 1. 131.917. Lib. 2. 500.677.1055. Lib. 4. 264.
ἀ περὶ Ἀσίας Lib. 1. 1129.
Mnesimachus Phaselites Lib. 2. 479.
ἐν διακόσμοις Lib. 4. 1412.
ἐν τῇ Εὐρώπῃ Lib. 2. 1017.
ἐν ἀ περὶ Σκυθῶν. Lib. 2. 1017.
Moeris Lib. 2. 789.
Musæus Lib. 3. 467. 1034. 1377.
ἐν τοῖς εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένοις Lib. 3. 1.
ἐν γ΄ τῶν εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένων Lib. 4. 156.
ἐν τῷ περὶ Ἰαθμίων Lib. 3. 1239.
ἐν γ΄ τῆς Τιτανογραφίας Lib. 3. 1178.
Myclus Neapolitanus Lib. 4. 1405.
Myrleanus. Vide Asclepius.
Myrtilus ἐν ἀ Λεσβιακῶν Lib. 1. 615.

Naucratites. Vide Staphylus.
Ναυπακτικὰ πεποιηκώς. Vide Neoptolemus.
Nearchus Lib. 1. 308.
Neoptolemus, ὁ τὰ ναυπακτικὰ ποιήσας

2011 Ministerio de Cultura

ἤσεις Lib. 2. 299. Lib. 3. 242. 513. Lib. 4. 59. 86. 87.
Nicagoras Lib. 4. 269.
Nicander Colophonius Lib. 1. 29. Lib. 2. 130.
ἐν β' Αἰτολικῶν Lib. 4. 57. ἐν γ'. lib. 1. 419.
ἐν β' ἑτεροιωμένων Lib. 1. 1236.
ἐν β' Ευρώπης Lib. 4. 57.
ἐν α τῆ Οἰταϊκῶν Lib. 1. 1304.
Nicanor Cyrenæus (ἐν μετονομασίαις) Lib. 4. 262.
Nicocrates Lib. 1. 831. bis.
Nymphis Heracleotes Lib. 2. 168. 674. 780. 789. 856.
ἐν τῷ περὶ Ηρακλείας Lib. 2. 652. 817.
ἐν α περὶ Ηρακλείας lib. 2. 731. 754.
ἐν ς' περὶ Ηρακλείας Lib. 4. 247.
Nymphodorus Lib. 2. 1031. Lib. 3. 202. Lib. 4. 1470.
ἐν πατρίσι Lib. 2. 1012.

Onasus ἐν β' Ἀμαζονίδων Lib. 1. 1207. τῶν Ἀμαζονικῶν. 1236.
Oraculum Lib. 2. 366.
Orpheus Lib. 1. 23. 495. 557. 1134. Lib. 2. 262. 686. 931. Lib. 3. ...
Ὀρφικά. Lib. 2. 948. Lib. 3. 1. bis. 467.

Palamedes Lib. 1. 704. Lib. 3. 106. Lib. 4. 1563.
Panyasis ἐν λυδίᾳ. Lib. 4. 1147.
Pausanias Lib. 4. 1187.
Perigenes ἐν τῷ περὶ τῆς χαλκιδικῆς (nisi scribendum ducas χαλδαϊκῆς) τῶν μαθημάτων. Lib. 3. 1377.
Phanodicus ἐν τοῖς Δηλιακοῖς Lib. 1. 419.
lib. 1. Δηλιακῶν Lib. 1. 211.
Pherecydes (Athenienſis) Lib. 1. 4. 45. bis. 139. 152. 211. 230. 411. 645. 735. 752. 760. 831. 1129. bis. 1289. Lib. 2. 178. 373. 500 992. 1055. 1235. Lib. 3. 62. 230. 467. 1085. Lib. 4. 57.
Lib. 1. 4. 1091.
lib. 2. 1. 146. 1213. Lib. 2. 992. 1252. Lib. 4. 1715.
lib. 3. 1. 1212.
lib. 4. 3. 1185.
lib. 5. 3. 1178.
lib. 6. 1. 23. Lib. 2. 181. 271. 299. 1153. lib. 3. 411.
lib. 7. 4 156. 223. 228.
lib. 8. 1. 188.
lib. 9. 1. 102.
ἐν ἱ. ἱστορίᾳ lib. 1. 741. lib. 4. 1396.
lib. 12. 4. 1091.
ἐν τῇ Θεογονίᾳ Lib. 2. 1214.
Philammon. Lib. 1. 23.
Philetas lib. 1. 1298. Lib. 2. 279.
ἐν ἀπάπταις γλώσσαις Lib. 4. 989.
ἐν τηλέφῳ Lib. 4. 1141.
Philo Lib. 3. 118.
Philochorus ἐν τῷ περὶ θυσιῶν Lib. 1. 517.
Philoſtephanus lib. 1. 985. 1024.

Lib.

2011 Ministerio de Cultura

Lib. 2. 706. 943. bis. L. 3. 1242.
ἐν τοῖς Ὡρομνήμασιν Lib. 2. 124.
Ὁ τὴν Φορωνίδα σωθείς. Lib. 1. 1129.
Ὁτὰς Φρυγίας λόγας γράψας. Lib. 1. 558.
Phylarchus. Lib. 2. 400. ἐν ζ'. Lib. 4. 1561.
Physiologi Lib. 2. 360.
Pindarus Lib. 1. 57. 411. 752. 1087. 1289. Lib. 2. 479. Lib. 3. 1243. Lib. 4. 1552. 1567. 1750.
ἐκ Παιάνων Lib. 1. 1086.
ἐν Πιθυονίκαις Lib. 2. 500. Lib. 4. 259. 1750.
ἐν Πιθυονίκαις ἐν τῇ εἰς Αρκεσίλαον ᾠδῇ lib. 4. 1552.
Pisander Lib. 1. 152. 471. 1196. Lib. 2. 98. 1189. Lib. 4. 57. 1396.
Pisistratus Liparæus Lib. 4. 786.
Polemon ἐν κτίσει Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν Lib. 4. 324.
Polygnostus ἐν τοῖς περὶ κοζίκα. Lib. 1. 995.
Posidippus Epigrammatographus Lib. 1. 1289.
Posidonius Lib. 2. 106. 677.
Promachidas. lege cum Vossio Promathidas.
Promathidas (Heracleotes, Athenæo etiam laudatus) libris περὶ Ἡρακλείας Lib. 1. 1125. Lib. 2. 817. 847. 913. 931.
Proxenus Lib. 1. 97.
Pythænetus ἐν ἀ περὶ Αἰγίνης lib. 4. 1712.
Pythagoras Lib. 1. 645.
Pytheas ἐν γῆς περιόδῳ Lib. 4. 761.
Pythius (Apollo in oraculo) Lib. 2. 366.

Rhianus Lib. 3. 1. & 1089.

Sappho Lib. 1. 727. 1123. Lib. 3. 26. Lib. 4. 57.
Σχολιογράφοι Lib. 3. 375.
Scylax Caryandensis Lib. 1. 1177. Lib. 4. 1215.
Scymnus Lib. 4. 254. ἐν ταῖς περὶ Ασίας Lib. 4. 272.
ἐν ις' περὶ Ευρώπης Lib. 4. 264.
Soleucus ἐν συμμίκτοις Lib. 2. 1055.
Semus Lib. 1. 1304.
Silenus ἐν γλώσσαις Lib. 1. 1299.
Simonides Lib. 1. 211. 583. Lib. 3. 814. Lib. 4. 177. 814. Genealogus Lib. 2. 868.
ἐν τῇ ναυμαχίᾳ Lib. 1. 211.
ἐν συμμίκτοις Lib. 1. 763.
Socrates Lib. 4. 972.
ἐν τῷ περὶς Ειδόθεον Lib. 1. 1207.
Apud Suidam in χιάζειν est Ἰσοκράτης ἐν τοῖς περὶς εἰδοθέαν.
ἐν ταῖς Ἀπικλήσεσι Lib. 1. 966.
Sophocles Lib. 1. 1079. 1125. Lib. 2. 178. Lib. 3. 242. 281. 1371. Lib. 4. 269.
ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ Lib. 1. 1337.
ἐν Αχιλλέως ἐρασταῖς Lib. 4. 816.

2011 Ministerio de Cultura

ἐν Ινάχῳ Lib. 1. 580.
ἐν Ιξίονι Lib. 4. 14.
ἐν Κολχίσι Lib. 3. 1039. 1370. Lib. 4. 228.
ἐν Κωφοῖς σατύροις Lib. 1. 972. 1125.
ἐν Λημνίαις Lib. 773.
ἐν Ναυπάκτῳ Lib. 4. 1695. sed leg. Ναυσθλίῳ, ut ad Suidam in καταυλὰς è Photii Lexico observavit doctiss. Neocorus.
ἐν Πολυξένῃ Lib. 2. 1123.
ἐν Ῥιζοτόμοις Lib. 3. 1213.
ἐν Σκύθαις Lib. 4. 223. 284.
ἐν Τάλῳ Lib. 4. 1647.
ἐν Φινεῖ Lib. 2. 178.
Sosiphanes ἐν Μελεάγρῳ Lib. 3. 553.
Sostratus lib. 4. περὶ ζώων Lib. 1. 1265.
Staphylus Naucratita Lib. 1. 580.
ἐν ά τῶν περὶ Θεσσαλίας Lib. 4. 816.
Stesichorus Lib. 1. 230. Lib. 3. 106. Lib. 4. 972. 1310.
ἐν τῇ Γυρωνίδι Lib. 1. 211.
ἐν τῇ Σκύλλῃ Lib. 4. 828.
Stesimbrotus Lib. 1. 1125. 1304.
Strabo ἐν γεωγραφικοῖς Lib. 2. 944.
Suidas περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένῳ. Lib. 1. 558.
ἐν Θεσσαλικοῖς Lib. 1. 555.
ἐν ά Θεσσαλικῶν Lib. 2. 1235. ἐν β' Lib. 2. 1017. ἐν γ' τῶν περὶ Θεσσαλίαν. Lib. 4. 816.
Tarrhæus Lib. 1. 187. 1040. 1083. 1165.
Thales Lib. 1. 498. Milesius lib. 4. 269.
Theochrestus Lib. 1. Λιβυκῶν Lib. 4. 1750.
Theocritus lib. 1. 152. 1079. 1289. Lib. 2. 8. Lib. 4. 57.
ἐν τοῖς Βουκολικοῖς ἐν τῷ Ὕλα Παγγαφομένῳ Lib. 1. 1236.
Theodorus ἐν εἰκοσῳ ἐνάτῳ. Lib. 4. 264. Confer Schol. Aristoph.
Theolytus Lib. 1. 623.
Theophanes Lib. 1. 1125. Lib. 2. 1252.
Theophrastus Lib. 2. 1252. Lib. 4. 200.
ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι Lib. 4. 834.
ἐν τῇ πρὸς Φανίαν Πτολῃ Lib. 1. 972.
ἐν τῷ περὶ Φυτῶν Lib. 1. 872.
Theopompus ἐν ά 308. Lib. 4. 1187.
ἐν γ'. Lib. 4. 272.
ἐν κά Lib. 4. 308.
ἐν κε Lib. 4. 672.
ἐν ἐποποιοῖς Lib. 4. 57.
Timæus Lib. 2. 400. Lib. 4. 786. 965. 983. 1153. 1216. 1217.
Timagetus Lib. 2. 1033. Lib. 4. 284.
ἐν λιμέσιν Lib. 4. 324. τῷ περὶ λιμένων. Lib. 4. 306.
ἐν ά περὶ λιμένων Lib. 4. 259.
Timonax ἐν ά τῶν Σικελικῶν Lib. 4. 1217.

Tarr-

lib.

2011 Ministerio de Cultura

ἐν ἀ περὶ Σκυθῶν Lib. 4. 328.
ἐν β΄ Σκυθικῶν Lib. 3. 1235.
Timosthenes lib. 2. 519. 526. 533. Lib. 4. 1712. Confer supra in Demosthene.
ἐν τῷ ἐξηγητικῷ Lib. 3. 846.
Tryphon Lib. 1. 907.
Xanthus Lib. 2. 724.
Xenagoras Lib. 1. 633. IV. 264.
ἐν ἀ χρόνων Lib. 4. 262.
Zeno. Lib. 1. 498.
Zenodotus Lib. 1. 1081.
ἐν γλώσσαις Lib. 2. 1007.
Zenothemis Lib. 2. 967.

CAPUT XXII.

DE ARCHIMEDE Syracusano, APOLLONIO Pergæo & EUTOCIO Ascalonita.

Archimedis genus & ætas. 1. Ejus liber de sphæra ac cylindro. 2. De circuli dimensione. 3. De centris gravium planorum. 4. De Conoidibus & sphæroidibus. 5. De lineis spiralibus. 6. De quadratura parabolæ. 7. Psammites. 8. De iis quæ in aquis vehuntur. 9. Assumtorum, sive lemmatum liber 10. De speculis ustoriis. 11. Scripta inedita 12 Et deperdita. 13. Dialectus quo usus est, & scriptores in Archimedem deperditi. 14. Varia & admiranda Archimedis inventa 15. Archimedis scriptorum editiones. 16. De APOLLONIO PERGÆO. *17. Ejus Conicorum libri. 18. Editiones. 19. Scripta deperdita. 20. De Eutocio Ascalonita & ejus scriptis. 21.*

I.

ARCHIMEDES Syracusanus, (a) non humilis homunculus à pulvere

(a) Solinus c. 6. ubi de Syracusis: *Hinc domo Archimedes, qui juxta siderum disciplinam machinarius commentator fuit*, hoc est, si recte verba intelligo, & Astronomiæ callentissimus, siderumque, ut de eodem Livius XXIV. 34. spectator unicus fuit, & in Mechanicis plurima feliciſſime commentus est.

2011 Ministerio de Cultura

vere & radio (*b*) excitandus, ſed genere nobili fuit, Regis Hieronis cognatus (*c*) & amicus, atque ingenio gloriam, quam Reges innumeri, conſecutus majorem. Nam in omni genere Geometricæ, ſideralis ac machinalis diſciplinæ, incredibili induſtria (*d*) ac ſubtilitate multa admiranda & ante ipſum inaudita reperit. In Ægypto (*e*) edoctus ibidem inventis cochleis ad aquas exhauriendas aggeribusque conditis ſempiternam poſt ſe reliquit memoriam beneficii ſingularis ac divini. Cumque Syracuſa caput Siciliæ à Romanis graviſſima obſidione vexaretur, ſolus per tres annos (f) ſollertibus inventis ſuis patriam defendit. Denique, poſtquam Dianæ feſto (*g*) opera transfugæ potiti ſunt urbe Romani, ab irrumpente milite & circulos ejus formasque deſcriptas parum curante obtruncatus eſt (*h*) Anno U. C 542. Olymp. CXLII. ante CHRISTUM natum 212. quinq; amplius annis major ſeptuagenario. (*i*) Conſul Marcellus victor qui hoc factum dolebat (*k*) &

(*b*) Cicero V. Tuſc. Quæſt. c. 23. ubi Archimedis conditionem præfert vitæ Dionyſii Siciliæ tyranni: *ex eodem urbe humilem homunculum à pulvere & radio excitabo, qui multis annis poſt fuit, Archimedem,*

(*c*) Plutarchus in Marcello p. 305, Καὶ μέντοι καὶ Ἀρχιμήδης Ἱέρωνι τῷ βασιλεῖ συγγενὴς ὢν καὶ φίλος &c.

(*d*) Plutarch. pag. 307. quo in loco cibi ſæpe ac potus oblitum refert. Idem alibi in libro, quod ſvaviter vivi non poſſit ſecundum Epicurum pag. 1094. & libro, quod ſeni gerenda ſit Reſp. pag. 786. narrat à ſervis non raro abreptum veſtibusque exutum & unctum, ſtrigili in uncto corpore lineas duxiſſe, quod notavit etiam Stobæus ſerm. 29. περὶ Φιλοπονίας P. 206. Cicero V. de finibus p. 137. Quem ardorem ſtudii cenſetis fuiſſe in Archimede, qui dum in pulvere quædam deſcribit attentus, ne Patriam quidem captam ſenſerit. Subtiliſſimus exquiſitor dicitur Caſſiodoro. VII. variar. Epiſt. V.

(*e*) Diodorus Sic. lib. V. p. 217. Abulpharajus p. 41. *E claris etiam Mathematicis fuit Archimedes, qui Græcus fuit, at ſcientiam ab Ægyptiis hauſit. Dicitur aggeribus vinxiſſe terras plerarumque Ægypti villarum & fundamenta poſuiſſe pontium quibus a pago in pagum tranſitur cum excreverit Nilus.*

(*f*) Livus XXV. 31. Itaque Florum II. 6. 33. merito riprehendit Salmaſius.

(*g*) Plutarchus Marcello p. 308. Polyænus VIII. 11. & 12. Syncellus p. 285. Tzetz. 2. Chil. v. 134.

(*h*) Livius XXV. 31 Plutarchus Marcello p. 308, ſeq. Valerius Max. VIII. 7. Silius Italicus XIV. 677. ſeq. Tzetzes Chil. II. v. 135. ſeq. Militi irrumpenti dictum ab Archimede: τὰν κεφαλὰν, καὶ μὴ τὰν γραμμάν, ut ex veterum aliquo tradit Georgius Valla lib. 1. de rebus expetendis & fugiendis c. 6.

(*i*) Tzetzes Chil. II. V. 105.

(*k*) Cicero lib. IV. in Verrem c. 58. Julius Firmicus V. Matheſ. p. 77.

2011 Ministerio de Cultura

& diſerto edicto prohibuerat, (*l*) *inter triumphales laureas lugubri mœrore illum exſtinctum deflevit*, & corpus cognatis ſuperſtitibus honeſte ſepeliendum tradidit (*m*) ipſosque honore eſt proſeqvutus. (*n*) Tumulo Archimedis, quod vivus ab amicis rogaverat (*o*) impoſita eſt figura ſphæræ in cylindro, cum epigrammate, de ratione, quam cylinder ſolidus continens haberet, ad Sphæram in ea contentam. Hæc à Cicerone (*p*) cum Quæſtorem Siciliæ ageret, multis poſt Archimedis mortem annis reperta eſt ante portam Syracuſæ Agrigentinam, exeſis fere penitus epigrammatis verbis, neglecta vulgo & non multum è dumis eminente columella. Atque etiamnum ſphæræ figuram ac cylindri obſervare licet, in Archimedis haud dubie memoriam, exſtare in numis quibusdam priſcis Syracuſanorum apud Parutam. (*q*) Thema ejus Genethliacum neſcio qua fide exponit Julius Firmicus libro V. Matheſ. pag. 77. Effigiem exhibet Jacobus Gronovius Vir Cl. tomo tertio theſauri Antiquitatum Græcarum, charta, quæ literam m inſcriptam habet.

II. Scripta Archimedis hæc ad nos pervenerunt:

ΠΕΡΙ᾽ ΤΗ͂Σ ΣΦΑΙ᾽ΡΑΣ * ΚΑΙ᾽ ΚΥΛΙ᾽ΝΔΡΟΥ, *de Sphæris & Cylindro libri II.* ad *Doſitheum*. In hos libros exſtat commentarius Græce ſcriptus ab *Eutocio Aſcalonita*, de quo infra §. ult. dixi. MS. codicem horum librorum, qui Georgii Vallæ fuit, laudat Guil. Philander ad Vitruvium IX. 3. in quo præter linguæ Doricæ proprietatem & omiſſionem ſpirituum atque accentuum teſtatur occurriſſe ſubinde ſyllabarum & dictionum notas, quæ ne à Græcis quidem ipſis hoc tempore ſatis agnoſcantur.

(*l*) Valerius Max. VIII. 7. extern. 7. Plinius Hiſt. natural. VII. 37.
(*m*) Livius XXV. 31.
(*n*) Plutarchus Marcello. p. 309.
(*o*) Plutarchus p. 307. Πολλῶν δὲ καὶ καλῶν ἑυρετὴς γεγονὼς λέγεται τῶν φίλων δεηθῆναι καὶ τῶν συγγενῶν, ὅπως αὐτῷ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐπισήσωσιν τῷ τάφῳ τὸν περιλαμβάνοντα τὴν σφαῖραν ἐντὸς Κύλινδρον, ἐπιγράψαντες τὸν λόγον τῆς ὑπεροχῆς ᾗ περιέχοντος σφαῖρα πρὸς τὸ περιεχόμενον.
(*p*) Cicero V. Tuſculanar. quæſt. c. 23.
(*q*) Vide illuſtr. Spanhemium ad Orat I. Juliani p. 201.
* Meminit hujus operis etiam Abulpharajus p. 42. Scriptum eſt poſt librum de lineis ſpiralibus, Landat Archimedes Eudoxi θεωρήματε περὶ τὰ σφαιρὰ, & Cononem jam defunctum.

2011 Ministerio de Cultura

Editi etiam ſunt cum Synopſi Mathematica Marii Merſenni & Græce cum libro de circuli dimenſione Pariſ. 1561. Loca quædam Eutocii emendavit Marcus Meibomius dialogo de proportionibus. Hafniæ 1655. fol. 1.

III. ΚΥΚΛΟΥ ΜΕΤΡΗΣΙΣ, *de circuli dimenſione liber*, quem in duobus Geometricorum elementorum libris Lugd. Bat. 1594. fol. præter rem reprehendit vir ſumus *Joſephus Scaliger*, vindicavit *Adrianus Romanus* eqves auratus in Apologia pro Archimede & exercitationibus Cyclicis contra Scaligerum, Orontium Finæum & Raymarum Urſinum, in decem dialogos diſtributa, Wurceburgi 1597. fol. Hic Archimedis liber lucem vidit etiam Pariſ. 1561. & cum præfat. Chriſtoph. Meureri Lipſ. 1602. ſed Græcis *Eutocii* commentariis illuſtratus cum verſione ac notis *Joh. Walliſii* prodiit Oxon. 1676. 8. & in tertio tomo Operum viri hujus præſtantiſſimi, ibid. 1699. fol. Confer Cyclometrica Willebrodi Snellii, & quæ de quadratura Circuli ſcripſere contra Scaligerum Jac. Chriſtmannus & Franciſcus Vieta, contra Tho. Gephyrandrum Caſp. Schottus Magiæ univerſal. p. 756. Contra Gregorium de S. Vincentio Marcus Meibomius lib. de proportionibus p. 100. & 197. ſeq. Aliis, quos de ſubtili hoc argumento laudat Voſſius p. 136. de ſcientiis Mathematicis, & Georgius Paſchius lib. de inventis nov-antiquis p. 514. ſeq. edit. ſecundæ, addes ex eodem Voſſio p. 94. Hippocratem Chium p. 182. 333. Guilelmum Griſauntum p. 228. 333. Franciſcum Leodicenſem p. 335. Joh. Buteonem p. 435. ſeq. Joh. Campanum, ac præter hos Tho. Hobbeſium, Antonium Pimentam, (a) G. G. Leibnutzium (b) Detlevum Cluverum (c) & Ben Ithem ſcriptorem Arabem antiqvum, quem à Petro de la Valle latinum factum teſtatur Leo Allatius in apibus Urbanis p. 226. Quod Geometrice demonſtrari non poſſit circuli quadratura, diſputatur in Ephemeridibus Pariſienſibus Anni 1697. p. 199. edit. Amſt. Memorat hunc Archimedis librum Proclus quoque 4. in primum Euclidis p. 110.

IV. ΕΠΙΠΕΔΩΝ ΙΣΟΡΡΟΠΙΚΩΝ ἢ ΚΕΝΤΡΑ ΒΑΡΩΝ ΕΠΙΠΕΔΩΝ *de planis æquiponderantibus, ſive, de centris graviumplanorum libri II.* Hos quoque libros Græco commentario illuſtravit *Eutocius.* Κεντροβαρικὰ

(a) Giornale de letterati in Parma A. 1687. p. 56. ſeq.
(b) Acta Erudit. 1682. p. 41. ſeq.
(c) Acta Erud. 1686. p. 366.

2011 Ministerio de Cultura

εἰκὰ vocat Tzetzes Chil. XIII, v. 974. & Simplicius in 2. de Cœlo comment. 63. prodiere Pisauri A. 1588. fol. Gallice vertit Petrus Forcadel Paris. 1565. 4. Confer de hoc argumento Pappum libro VIII. p. 450. Meminit ejusdem operis Archimedei Proclus 3. ad primum Euclidis pag. 51.

V. ΠΕΡΙ᾽ ἀμβλυγωνίων ΚΩΝΟΕΙΔΕ᾽ΩΝ ΚΑΙ᾽ ἀχημάτων ΣΦΑΙΡΟΕΙΔΕ᾽ΩΝ *De figuris Conoidibus obtusis & de Sphæroidibus libri II.* ad *Dositheum.* In editione Franciſci Maurolyci Nobilis Siculi Panorm. 1685. Nam in prioribus editionibus ex Archimedis ſententia recte ut unus liber occurrit. Memorat Archimedes ſub init. ſe in alio libro ad eundem Doſitheū egiſſe περὶ ὀρθογωνίᾳ κωνοειδέων. Confer Joh. Kepleri Vas Auſtriacum.

VI. ΠΕΡΙ᾽ ἙΛΙΚΩΝ *de lineis ſpiralibus* liber ad eundem Doſitheum, in quo theoremata ſuper illo argumento à *Conone* Archimedis amico & celebri Geometra ante plures annos defuncto inexplicata relicta exponit. Confer Iſmaelis Bullialdi librū de hoc argumento cū exercitationibus ejus Geometricis editum Pariſ. 1657. 4. Ad hunc librum reſpicit Archimedes ſub initium librorum de ſphæra & cylindro, quos poſtea edidiſſe ex hoc ipſo conſtat.

VII. ΤΕΤΡΑΓΩΝΙΣΜΟΣ ΠΑΡΑΒΟΛΗΣ *Liber de quadratura parabolæ*, ad eundem Doſitheum miſſus, Conone, quem hic iterum laudat, jam defuncto.

VIII. ΨΑΜΜΙ᾽ΤΗΣ *De numero arenæ liber* ad Regem *Gelonem*, quo probat non eſſe infinitum, ſed efferri & colligi poſſe ſi vel maxime orbis terrarum totus arena conſtet. Hujus libri quatuor exſtant verſiones. Una *Jacobi Cremonenſis* ab Hervagio edita, altera *Fred. Commandini* qui longe melius vertit, & notas etiam addidit, ſed mendoſo codice uſus Venet. 1558. fol. tertia *Dav. Rivalti*, qui Commandini verſionem ac notas vel non vidit, vel neglexit, multa pejus poſuit: quarta denique accuratiſſima *Joh. Walliſii*, qui alio charactere ſubinde verba quædam ſenſui illuſtrando addidit & caſtigationes ad contextum græcum ſubjecit. Oxon. 1676. 8. & tomo tertio operum Walliſii ibid. 1699. fol. Illuſtravit hunc librum etiam *Chriſtophorus Clavius* Bambergenſis Jeſuita rei Mathemathicæ peritiſſimus commenrario in Sphæram Johannis de Sacroboſco p. 237. ſeq. & *Paſchaſius Hammelius* Pariſ. 1557. 8. Conſule etiam, ſi placet, *Marium Merſennum* ad ſex prima Geneſeos capita pag. 51. ſeq.

IX. ΠΕΡΙ᾽ ΤΩΝ ᾽ΟΧΟΥΜΕ᾽ΝΩΝ *De iis, quæ aquis innatant libri*

2011 Ministerio de Cultura

II. qui in Basileensi editione desiderantur, sed in Rivaltina Græce ac latine exstant, & latine ex versione *Fred. Commandini* cum ejus comentarils prodierant Bononiæ A. 1565. 4. & Pisauri 1572. 4. cum Aristarcho de magnitudinibus & distantiis Solis & Lunæ. Meminit hujus libri Archimedis Strabo lib. 1. p. 54. & Pappus Alex. in procœmio libri octavi Mathematicarum collectionum. Respicit etiam Vitruvius VIII. 6. A doctissimo Meursio in Bibl. græca hoc opus & alia quædam præter rem, ut existimo, tribuuntnr Archimedi Tralliano.

X. ASSUMTORUM sive LEMMATUM liber latine tantum cum tribus libris Apollonii Pergæi editus ab *Abrahamo Ecchellensi*, qui hunc librum & Apollonii Conicorum V, VI. VII. ex Arabico vertit, adjutus à *Joh. Alphonso Borello*, qui Arabice ignarus tam callebat Mathematicas disciplinas, quam harum imperitus Ecchellensis bene callebat Arabice. Prodiit Ecchellensis translatio cum Borelli notis Florentiæ 1661. fol. Alteram editionem hujus libri Arabico-latinam debemus viro doctissimo *Johanni Gravio* Anglo. Lond. 1659. fol. Confer Acta Eruditorum A. 1700. p. 518. & Tho. Smithum in Joh. Gravii vita p. 28.

XI. ΠΕΡΙ ΚΑΤΟΠΤΡΩΝ ΚΑΥΣΤΙΚΩΝ, DE SPECULIS COMBURENTIBUS parabolicis, *κατόπτρων τὰς ἐξάψεις* vocat Tzetz. Chiliad. II. v. 153. & XIII. v. 974. Hunc putant librum notari ab Apulejo in Apologia p. 20. *Alia præterea ejusdem modi plurima*, (de ratione specularum planorum, tumidorum & globosorum cavorumque) *quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus, vir in omni quidem Geometria multum ante allios admirabili subtilitate, sed haud sciam, an propter hæc vel maxime memorandus, quod inspexerat speculum sæpe ac diligenter.* Exstat sub. Archimedis nomine liber de speculis ustoriis ex Arabico translatus latine ab *Antonio Gogava*. Occurrit hic liber etiam in Archimede Maurolyci, sed inter externa, & *Ptolemæo* Mathematico tribuitur. Archimedi suppositus videtur etiam ex sententia Gabrielis Naudæi Syntagm. de studio militari p. 658. quia mentio in illo fit Apollonii Pergæi, qui Archimede* junior fuerit. Dioclis librum *περὶ πυρίων* laudat Eutocius in lib. 2. de sphæra ac cylindro p. 30. & 15. De Anthemii Tralliani libro *περὶ παραδόξων μηχαναμάτων*, qui cum versione licet imperfecta Claudii Ancantheri Mathematici MS. exstat in Bibl. Vindobonensi, & in quo itidem de speculis ustoriis egit; vide, si placet, Lambecium VIII. commentar. pag. 191. seq.

XII.

* Longis temporibus posteriorem Apollonium scribit Naudæus, sed supparem Archimedi fuisse patebit ex iis quæ dicam infra §. 17.

2011 Ministerio de Cultura

XII. Scripta inedita Archimedis:

De fractioni Circuli, Arabice per Thebit. Labbe Bibl. nov. MSS. pag. 251.

Perspectiva, Arabice. Labbeus p. 259.

Archimedis elementa Mathematica Hebraice MSta exstare in Bibl. Vaticana testatur Bartoloccius T. 1. Bibl. Rabbinicæ p. 484.

Opera Geometrica Archimedis in Compendium redacta per Albettam. Labbe Bibl. nov. MSS. p. 256.

XIII. Scripta Archimedis deperdita:

Ἀρχαὶ ad Zeuxippum. Meminit ipse in Psammite p. 120. & 123. seq. edit. Basil. Confer Wallisium p. 148. ad Pappi fragmentum & ad Archimedem p. 166.

- - Τὰ ὄπτικὰ καὶ ἕτερα βιβλία
Ἐξ ὧν Ἥρων, Ἀνθέμιος καὶ πᾶς μηχανογράφος
Τὰ ὑδρικά * τε ἔγραψαν καὶ τὰ πνευματικά τε
Βαρυσκελικά τε σύμπαντα καὶ θαλασσοδομέτρας.

Johann. Tzetzes Chil. XIII. hist. 457. Idem Chil. 2. Hist. 35.

Βαρυσκελὸν πνευματικὸν τὰς * ὑδροσκοπικάς τε
Κἀκ ἕτερα ἓξ γέροντος τῶν βίβλων Ἀρχιμήδους.

Ἐφόδιον in quod scripsit Theodosius Tripolites, teste Suida, in Θεοδόσ.

Περὶ ζυγῶν. Pappus. lib. VIII. collect. problemat. 6. propos. 10. pag. 461.

Μηχανικὰ sua memorat ipse Archimedes de quadratura parabolæ propos. 6. δέδεικται ἔν τοῖς μηχανικοῖς. Nisi intellexit libros de pla-

* Apud doctiss. Vossium p. 288. de scientiis Mathematicis hoc verbum redditur *quæ clepsydris docet horas metiri*. Sed videntur respici potias quæ Archimedes docuit de superficie & pondere, quæ in libris ὀχουμένων.

2011 Ministerio de Cultura

planis æquiponderantibus. Confer Voſſium de ſcientiis Mathemat. p. 288. quo in loco contradicit ſibi ipſe Vir doctiſſimus. Vitruvius præfat. libri VII. *Non minus de machinationibus* (ſcripſerunt) *Diades, Archytas, Archimedes, Cteſibius, Nymphodorus, Philo Byzantius, Diphilus, Charidas, Polyidus, Phyrus* (an Sporus?) *Ageſiſtratus.* Porro viderit Suidas, qui Mechanica tribuit Archimedi Tralliano Philoſopho ſive Grammatico qui in Homerum commentarium ediderat. At locus Plutarchi in Marcello p. 307 non negat Archimedem Syracuſanum aliquid ſcripſiſſe Mechanici argumenti, quo principia illius artis & fundamenta univerſe tradiderit: ſed tantum negat eum ſcripto expoſuiſſe rationem admirandarum illarum machinarum, quæ ipſe divino ſuo ingenio eſt commentus, quoniam illa veluti parerga quædam duntaxat habuiſſet ludentis Geometriæ, ut ait idem Plutarchus p. 305.

περὶ σφαιροποιΐας, quem ſolum librum Mechanicum ab Archimede compoſitum affirmavit Carpus apud Pappum proœmio libri VIII.

Librum de ſeptangulo in circulo memorat Abulpharajus p. 42. ubi addit rem parum profecto credibilem, Romanos è libris ejus, quindecim geſtamina combuſſiſſe.

Conica, quorum meminit Archimedes ipſe libro de quadratura parabolæ & lib. 1. de conoidibus & Sphæroidibus. Et Heraclides apud Eutocium exiſtimavit *Apollonium* Pergæum Conica ſua ex Archimedis opere, quod ineditum accepit deſcripſiſſe: Confer Voſſium p. 434. de ſcientiis Mathematicis. Macrobius II. 3. in ſomnium Scip. *Et Archimedes* quidem ſtadiorum numerum deprehendiſſe ſe credidit, quibus à "terræ ſuperficie luna diſtaret, & à luna Mercurius, à Mercurio Venus, "Sol à Venere, Mars à Sole, à Marte Jupiter, Saturnus à Jove. Sed & à "Sarurni orbe usq; ad ipſum ſtelliferum cœlum omne ſpatium ſe ratio-"ne emenſum putavit. Confer eundem lib. 1. c. 19.

XIV. *Heraclidem* * (Lembum forte, Confer Jonſium pag. 171.) *in Archimedis vita* laudat Eutocius proœmio in lib. de circuli dimenſione & commentario in Apollonium.

Archimedis ſcripta quædam ante Eutocium illuſtraverant *Dionyſodorus* Eutocio memoratus, & cujus jam è Suida memini *Theodoſius Tripolites.*

Dia-

* Meminit commentariorum per Heraclidem ad Doſitheum à ſe miſſorum Archimedes in limine libri de lineis ſpiralibus.

2011 Ministerio de Cultura

Dialecto usus est Archimedes Dorica, utpote Syracusanus, quod videre est etiamnum in *ψαμμίτῃ* & plerisque aliis ejus scriptis: quodvero in libro de circuli dimensione & in libris de sphæra ac cylindro exigua dorismi vestigia supersunt, id librariis potius, qui hos libros frequentius descripserunt, tribuerim, quam Eutocio vel ejus præceptori Isidoro Milesio Mechanico, quibus hoc adscribit Vir incomparabilis Joh. Wallisius. Sane Eutocius ipse in lib. 2. de sphæra ac cylindro p. 30. edit. Basil. summo se studio vetera Archimedis exemplaria indagasse testatus, disertis verbis queritur se vix ea potuisse consequi, quæ *ἐν μέρει τὴν Ἀρχιμήδει φίλιν δωρίδα γλῶσσαν ἀπέζωζον*, *quæ vel ex parte doricam dialectum conservassent qua Archimedes delectatur.* Porro in constructionibus ac demonstrationibus suis Archimedes brevis est ac succinctus, qui passim supplenda quædam ac subintelligenda relinquit lectori; non enim tradit elementa, ut Euclides, qui perspicue & particulatim omnia designat, sed tradita adeoque jam intellecta præsumit ac supponit, ut eidem Wallisio observatum.

XV. Juvat hic etiam recensere Archimedis inventa, machinas, variaque opera admiranda, quibus non minorem ingenii & scientiæ laudem, quam scriptis compositis promeruit, & propter illa à Cardano lib. XVI. de subtilitate pag. 802. inter viros duodecim, quos ex omni memoria ingeniosissimos selegit, primo loco ponitur. Fuerunt autem hæc:

MACHINÆ BELLICÆ, tollenones, catapultæ, aliæque quibus Patriam Syracusas unus triennium sollertissime defendit adversus Marcelli & Appii Ducum Romanorum impetus, & propter quas dictus est *πολυμήχανος*, *ἑκατόγχειρ* & Geometricus Briareus, describuntur à Polybio in excerptis libri VIII. p. 718. seq. Livio XXIV. 34. Plutarcho in vita Marcelli p. 306. seq. Athenæo V. p. 208. Confer Silium Italicum XIV. 342. seq. Suidam in *σκορπίδια*, Zonaram, &c. Oribasium libro de Machinamentis c. 6. 24. &c. Tzetzen Chil. 2. hist. 35. Proclum 2. in primum Euclidis p. 12. E recentioribus Magium II. 10. Misc. Scheferum de militia navali II. 5. & Ez. Spanhemium ad Orat. 1. Juliani pag. 201. Rivaltum ad Archimedem p. 544. seq.

Tormenta, qualibus hodie utimur, ab Archimede reperta esse præter rem scripsere Franciscus Petrarcha & Robertus Valturius, confutati ab Hieron. Magio lib. 1. cap. 1. Miscellan.

SPECULA USTORIA, quibus Romanorum conflagrarunt naves.

2011 Ministerio de Cultura

naves. Ea fabulis adſcribunt Magius, Keplerus, Naudæus, Carteſius, Jo. Dan. Major & alii. Equidem Polybius, Livius & Plutarchus nullam ſpeculorum mentionem faciunt. Diodori Siculi hiſtoria & Dionyſii Halic. circa tempora Archimedis eſt manca. Lucianus affirmat ſane Archimedem τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαι τῇ τέχνῃ, in Hippia T. 2. p. 742. Sed ſpeculis uſtoriis hoc feciſſe, non addit. Neque apud Galenum lib. 3. de temperamentis T. 1. edit. Baſil. p. 81. neceſſe eſt vocabulum πυρίων de ſpeculis (ut facit Rivaltus pag. 546.) interpretari: ἕτω δήπως (nihil autem de ſpeculis, ſed de alia materia flammam facile concipiente præceſſerat) ὅπερ καὶ τ' Αρχιμήδει φασὶ διὰ τῶν πυρίων ἐμπρῆσαι τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις. At Joh. Tzetzes Chil. 2. v. 119. diſerte meminit de ſpeculo hexagono, & reflexis in hoc per alia ſpecula radiis:

Ἐξάγωνόν τι κάτοπτρον ἐτέκτηνεν ὁ γέρων
Ἀπὸ ᾗ διαςήματος συμμέτρως κατόπτρως
Μικρὰ τοιαῦτα κάτοπτρα θεὶς τετραωλᾶ γωνίαις
Κινήμαςι λεπίσι τε καί τισι γυγγλυμίοις
Μέσον ἐκεῖνο τέθεικεν ἀκτίνων τῶν Ἡλίου
Μεσημβρινῆς καὶ θερινῆς καὶ χειμερινωτάτης·
Ἀνακλωμένων ᾗ λοιπὸν εἰς ἕν τῶν ἀκτίνων
Ἔξαψις ἤρθη φοβερὰ πυρώδης ταῖς ὁλκάσι
Καὶ ταύτας ἐξετέφρωσεν ἐκ μήκους τοξοβόλου.

Zonaras T. 1. p. 424. Dionem laudans auctorem: Euſtathius ad Iliad. ε. p. 388. κατοπτρικῷ τινα δεινοίαν μηχανήματι Ἀρχιμήδης μὲν ὁ σοφώτατος πολεμικὰς ἐνεπύρισε νῆας ὡς οἷά τις κεραυνοβόλος. Sic & Scholiaſtes Luciani T. 2. p. 36. Confer quæ infra libro quinto dixi in Proclo, quem ſimilibus ſpeculis uſum ferunt ad claſſem Gothorum accendendam.

SPHÆRA VITREA, qua miro artificio, lunæ, ſolis & quinq; errantium motus illigavit, teſte Cicerone 2. De natura Deor. p. 379. edit. Leſcaloperii, & 1. Tuſc. quæſt. p. 193. edit. Camerarii. Meminit & Claudianus eleganti epigrammate p. 257. edit. Heinſii, & Sextus Empiricus VIII. adverſus Mathematicos p. 329. Lactantius II. 5. Firmicus lib. V. pag. 77. & Marcianus Capella lib. 6. pag. 191. Ovidius VI. faſtor. v. 277.

Arte

2011 Ministerio de Cultura

Arte Syracusia suspensus in aêre clauso
Stat polus, immensi parva figura globi.

ORGANUM MUSICUM HYDRAULICUM. Tertull. de anima c. 14 *Spectaportentissimam Archimedis munificentiam* (qui hoc munus obtulisse videtur Hieroni) *organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, & una moles erunt omnia. Sic & spiritus, qui illic de tormento aquæ anhelat, non ideo separabitur in partes, quia per partes administratur, substantia quidem solidus, opera vero divisus.* Plinius Organi Hydraulici inventionem tribuit Ctesibio VII. 36. Hist. Figuram ejus ex Vitruvii X. 13. & Heronis mente exhibet Is. Vossius libro de viribus rhythmi p. 99. seq. Confer Optatiani Porphyrii Panegyricum cap. 24. & 25. in editione Velseri. *Nos*, inquit Pignorius p. 177. libro de servis, *hujus generis organum Romæ vidimus in Quirinali in hortis Pontificum, audivimusque non sine comitum admiratione, cum musicos modos variaret, nemine plectra manu tangente.*

TRISPASTUS sive *Polyspastus*, & alia instrumenta magnis oneribus tollendis apta. Tzetzes Chil. II. hist. 35. & Chil. III. v. 60. seq. Oribasius * libro de machinamentis c. 4. & 26. quod est *de trispasto Apellidis sive Archimedis.* Pappus Mathemat. collect. lib. VIII. problemate 6. propositi. 10. p. 460. seq. ubi quadragesimum hoc inventum Mechanicum Archimedis vocat, *datum pondus data potentia movere.*

Huc spectat *Helice*, qua ingentem Hieronis navem in mare protrudit. Vide Athenæum V. p. 217. Proclum 2. in primum Euclidis p. 18. Plutarchum Marcello p. 306. ubi & dictum Archimedis ad Hieronem: *da mihi, ubi consistam, extra terram, & movebo terram.* πᾶ βῶ καὶ χαρίσιόνι τὰν γᾶν κινήσω πᾶσαν. Tzetz. II. Chil. v. 130. Confer, si placet, quæ de machinis variis ab Archimede excogitatis disputat Rev D. *Joh. Andreas Schmidius* in exercitatione de Archimede (Jenæ 1688. 4.) pag. 24. seq. Facit huc itidem Jacobus Bessonus Gallus in theatro instrumentorum & machinarum, & Rivaltus ad Archimedem p. 540. Meminit Helicis Archimedeæ etiam Eustathius ad Iliad. μ'. p. 866.

COCHLEA ad exhauriendas aquas. Diodorus Siculus lib. V.

* Verba Oribasii Græce è MSto Codice Regis Galliæ producit Rivaltus ad Archimed. pag. 541. seq.

2011 Ministerio de Cultura

pag. 217. Athenæus V. p. 208. Ratio cochleæ ejusmodi exponitur à Victruvio X. 11. ne de recentioribus dicam Guido Ubaldo, Josepho Ceredo, aliis. Vide & Rivaltum ad Archimedem p. 537.

NAVIS IMMENSA Hieronis Regis, viginti ordinibus remorum structa, in qua præter complura spatiosissima conclavia, gymnasiũ, ambulationes. hortus, Bibliotheca, balnea &c. Athenæus V. p. 206. seq. è *Moschione* qui de illa navi singularem librum scripserat, περὶ τῆς ὑπὸ Ἱέρωνος τοῦ Συρακοσίου κατασκευασθείσης νεὼς ἧς ὁ Ἀρχιμήδης ἦν ὁ Γεωμέτρης ἐπόπτης. Idem Athenæus p. 208. memorat Archimedis machinam λιθοβόλον quæ saxum τριπάλαντον sive 300. librarum jaceret ac telum duodecim cubitorum vibraret.

DE LUCERNIS ex Archimedis officina, ipsis sibi nutrientibus incendium, vide si placet, quæ è Lactantio Joh. à Chockier in face Historiarum part. 1. c. 20.

Non satis intelligo, quod apud Plutarchum lib. de non svaviter vivendo secundum Epicurum p. 1093. legitur Ἀρχιμήδει ἀνευρόντι τὴν γωνίαν τοῦ διάμετρον τοῦ ἡλίου τηλικοῦτο τοῦ μεγίστου κύκλου μέρος ὅσον ἡλίκον ἡ γωνία τῶν παράλληλων ὁρθῶν.

INVENTUM, quo in corona * Votiva Hieronis Regis Archimedes deprehendit furtum admissum ab artifice, qui argentum in auri vicem admiscuerat, describitur à Victruvio IX. 3. & Q. Rhemnio Palæmone sive quisquis auctor poematis latini de mensuris ac ponderibus c. ult. Meminit & Plutarchus libro, quod non svaviter possit vivi secundum Epicurum pag. 1094. & Proclus 2. in primum Euclidis p. 18. sed loco corrupto. Ita autem puto legenda Procli verba: Τὸ αὐτὸ καὶ γέρωνα (male Περίονα excusum) φασὶν εἰπεῖν λοῖπα τοῦ στεφάνου μὴ λυθέντος ὃν κατεσκεύασεν τῷ ὁλκῷ ἐπάξιον εὑρεῖν τοῦ συγκεφθεισῶν ὑλῶν.

LOCULUS ARCHIMEDIUS, de quo Atilius Fortunatianus in Arte Metrica p. 2684. Vett. Grammaticorum editorum ab Elia Putschio: *Nam si loculus ille Archimedius quatuordecim eboreas lamellas, quarum anguli varii sunt, in quadratam formam inclusas habens, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam, modo ficam, alias columnam, alias navem figurat, & innumerabiles efficit species, solebatque nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam plurimum prodesse: quanto majorem potest nobis afferre voluptatem, quantoque* (ita leg.) *pleniorem utilitatem &c.* Confer Ausonii præf. ad

* Vide Rivaltum ad Archimedem p. 534. seq.

2011 Ministerio de Cultura

ad centonem nuptialem p. 505. seq. edit. Tollii & Ennodium Epigrammate 133. de ostomatio eburneo.

XVI. *Editiones Archimedis.*

Archimedis scripta *Græce* Roma ab amico transmissa accepit Bilibaldus Pirckheymerus: & Joh. Regiomontanus Romæ nactus est *latine* versa in gratiam Nicolai V. Pontificis à *Jacobo Cremonensi*. Prodierunt Græce seperatim, latinis in calcem voluminis rejectis, & *Eutocii* commentariis itidem seorsim excusis, atque ita, ut Græca à latinis sejuncta exhibeantur. Basileæ 1544. fol. cum præfatione Thomæ Gechauf cognomento Venatorii. Hanc editionem Rivaltiana, de qua mox dicam, potiorem habet Joh. Wallisius. *Quanquam enim*, inquit, *Rivaltus illam in levioribus quibusdam emendavit, ubi tamen erat nodus vindice dignus, nihil est molitus. Quæque mutavit, id fecisse videtur non auctoritate codicis alicujus fide dignioris, sed ex conjectura sua, eaque non in omnibus, ne quid gravius dicam, satis felici. Hervagius autem cum videatur etiam ea loca, quæ manifesto erant depravata, ita edidisse, ut in MSto codice reperta fuerant, nobis integrum reliquit per veri, quæ supersunt, vestigia nostras etiam conjecturas interponere absque* ϑρασυϑώματος *præjudicio.* Meminit tamen Rivaltus Codicis, quo usum se profitetur MSti, & ex Rivalto ipse in notis ad Psammitem Wallisius.

Archimedis scripta *latine* à *Johanne Auruspa* Siculo translata memorat Gesnerus.

Archimedis pleraque, versione & commentariis illustrata à *Federico Commandino* Venet. 1588. fol. & libri de his quæ vehuntur in aqua. Bonon. 1565. 4.

Archimedis opera cum commentariis *Nicolai Tartalea* sive *Tartaglia* Venet. 1565. 4.

Archimedis Opera omnia *græce & latine* novis demonstrationibus, versione commentariisque illustrata per *Davidem Rivaltum à Fluvantia* Cenomanum, Ludovici XIII. consiliarum Paris. 1615. fol. præfixa vita Archimedis à Rivalto scripta, & adjunctis *Eutocii* commentariis. Latine exstat etiam Archimedes in Synopsi Mathematica Marii Mersenni Paris. 1644. 4.

Rivalti editio recusa ex nova recensione Claudii Richardi Professoris Regii in Academia Madritensi Paris. 1646. fol.

Archimedis opera illustrata à *Francisco Maurolyco* nobili Siculo

2011 Ministerio de Cultura

& Abbate Meſſanenſi, poſt mortem ejus excuſa ſunt Meſſanæ 1672. fol. cura Joh. Alphonſi Borelli: & cum editionis illius nondum ad umbilicum perductæ exempla pleraque naufragio periiſſent, recuſa Panormi A. 1685. fol. apud Cyllenium Heſperium. In hac editione Arenarius Archimedis & περὶ ὀχουμένων latine exhibentur integri è verſione Commandini, reliqua vero ſcripta è traditione Maurolyci, qui omiſit, addidit, interpolavit pleraque * pro libitu, prout ipſe argumenta ab Archimede tractata, quam optime ac pleniſſime clariſſimeque explicari poſſe exiſtimaret. Denique ſubjiciuntur externa, aliunde ſcilicet adſcita & adjuncta: Archimedis liber περὶ ἰσοπεριμέτρων, ſive de figuris æqualis ambitus, auctore Theone Alexandrino, tum liber de ſpeculis uſtoriis, quem Claudio Ptolemæo non Archimedi ab aliis tribui dixi, nec non è variis ſcriptoribus collecta notitia de Archimedis corona, cochlea, helice, triſpaſto, de inventis adverſus Marcelli & Appii machinas, de machinis aere & aqua moventibus, de confectione ſphæræ materialis &c.

Germanice Archimedis ſcripta tranſtulit & illuſtravit Mathematicus & Phyſicus doctiſſimus *Joh. Chriſtophorus Sturmius* Altdorfinæ Academiæ nuper ** decus. Norimbergæ apud Paulum Furſtium 1670. fol.

Opera Archimedis, Apollonii Pergæi Conica & *Sphærica Theodoſii Tripolitæ* illuſtrata & ſuccincte demonſtrata per *Iſaacum Barrov.* Lond. 1675. 4. & inter Opera, fol. Exſtat & *Marini Ghetaldi* Archimedes promotus.

Andreæ Tuqueti elementa Geometrica & ſelecta ex Archimede theoremata Cantabrigiæ 1703. 8. ex recenſione Gvil. Whiſtoni.

XVII. Archimedi merito jungimus APOLLONIUM, à patria Perga Pamphilæ civitate dictum *Pergæum*, quem Euclidis diſcipulis longo tempore operam dedidiſſe Alexandrinæ ſcribit Pappus lib. 7. p. 251. & ſub Ptolemæo Evergete (primo * ut apparet) vixiſſe notat Heraclides in Archimedis vita laudatus ab Eutocio. Ipſe quidem Pergami verſatum ſe eſſe & Alexandriæ teſtatur libro primo Epiſtola ad Eudemum Pergamenum. Ἀπολλώνιος Εὐδήμῳ χαίρειν. Εἰ τῷ σώματι εὖ διάγεις &c. *Si & corpore vales, & aliæ res ex animi tui ſententia ſe habent, bene eſt: nos quidem ſatis belle habemus. Quo tempore tecum Pergami fui, animadver-*

* Vide Acta Erudit. A. 1687. p. 544. ſeq.
** Diem obiit ſupremum A. 1703 26. Dec.
*** Rebus præfuit ab Olymp. CXXXIII$\frac{1}{2}$. ad CXXXIX$\frac{2}{3}$.

2011 Ministerio de Cultura

adverti te cupidum esse intelligendi conica quæ à nobis scripta sunt. Itaque misi ad te primum librum emendatum, reliquos deinceps missurus, cum animo ero tranquilliori: non enim arbitror te oblitum quod à me accepisti, quid scilicet causæ fuerit, cur ego hæc scribere aggressus sim rogatus à Naucrate Geometra, *quo tempore Alexandriam veniens apud nos fuit, & cur nos cum de illis octo libris egissemus, majorem statim in his diligentiam non adhibuimus. Nam cum ipse Naucrates quam primum esset navigaturus, nos ea non emendavimus, sed quæcunque sese nobis obtulerunt conscripsimus, utpote qui ea postremo essemus percursuri: quamobrem nunc tempus nacti, ut quæque emendamus, ita edimus. Et quoniam accidit nonnullos alios ex iis qui nobiscum fuerant habuisse primum & secundum librum antequam emendaretur, noli mirari si in quædam incidas quæ aliter se habent.* Excellentem in Mathematicis habitum affecutus jure à Pappo celebratur, & *magni Geometræ* nomine venit, teste Gemino in sexto de Mathematicis præceptionibus libro, apud Eutocium.

XVIII. *Octo* scripsisse *libros Conicorum* (Κωνικὰ στοιχεῖα primos IV. libros respiciens vocat Eutocius ad Archimedis 2. de sphæra ac Cylindro p. 40.) sive *de sectionibus* * *Conicis*, in gratiam *Naucratis* Geometræ, ex verbis Epistolæ Apollonii ad *Eudemum* jam adductis patet. Argumenta singulorum in eadem Epistola hunc in modum prosequitur. *Ex octo libris quatuor primi hujus disciplinæ continent elementa: quorum* primus *quidem complectitur generationes trium coni sectionum & earum quæ oppositæ dicuntur; itemque principalia ipsarum accidentia, à nobis uberius & universalius quam ab aliis qui ea de re scripserunt* (Euclide potissimum & Aristeo, Archimede, Cononeque Samio & Nicotele Cyrenæo, vide Pappi lib. VII. p. 250. 251. & Apollonii Epistolam libro IV. præfixam) *elaborata.* Secundus *liber tractat ea quæ attinent ad Diametros & ad axes sectionum, & ad illas lineas quæ cum sectione non conveniunt; tum de aliis differit quæ & generalem & necessariam utilitatem ad determinationes afferunt: quas autem vocem diametros & quos axes, ex hoc libro cognosces.* Tertius *liber continet multa & admirabilia theoremata, quæ utilia erunt ad solidorum locorum compositiones, & ad determinationes; quorum complura & pulcherrima & nova sunt. Hæc nos perpendentes, animadvertimus non positam esse ab* Euclide *rationem componendi loci ad tres & quatuor lineas, verum ipsius tantummodo particulam quandam, atque hanc non satis feliciter: non enim fieri poterat, ut ea compositio recte perficeretur absque iis quæ à nobis inventa sunt.*

* In Jo. Sauberti Ἔκφρασις Oratione 2. de Bibliotheca Norimbergensi hos Apollonii libros de sectionibus videas male referri inter libros medicos sive Anatomicos.

2011 Ministerio de Cultura

Quartus *liber tradit quot modis conorum sectiones inter sese & circuli circumferentiæ occurrere possint, & multa alia ad pleniorem doctrinam, quorum nihil ab iis qui ante nos fuerunt memoriæ proditum est: coni sectio, & circuli circumferentia & oppositæ sectiones ad quot puncta oppositis sectionibus occurrant. Reliqui autem quatuor libri ad abundantiorem scientiam pertinent.* Quintus *enim de minimis & maximis magna ex parte agit.* Sextus *de æqualibus, & similibus coni sectionibus.* Septimus *continet theoremata quæ determinandi vim habent.* Octavus *problemata Conica determinata. At vero in omnibus his editis, licet unicuiq; qui in ea legendo inciderit, ex animi sui sententia judicare. Vale.* Ex his libris recensitis à se & emendatis primores tres ad eundem Eudemum ** misit (Alexandria, ut videtur:) quartum, & reliquos forte quatuor *Attalo* inscripsit: Ἀπολλώνιος Ἀττάλῳ χαίρειν. Πρότερον μὲν ἐξέθηκα γράψας πρὸς Εὔδημον τὰ Περγαμηνὸν τὰ συνταγμάτων ἡμῶν Κωνικῶν ἐν οἷς βιβλίοις τὰ πρῶτα τρία &c. *Prius quidem ex octo libris quos de Conicis composuimus, tres primos edidi ad* Eudemum Pargamenum *scriptos. Eo autem mortuo cum reliquos ad te mittere decreverimus, quod meorum scriptorum lectionem ambitiose desideras, in præsentia quartum librum mittimus. In eo hæc continentur: ad quod puncta plurima conorum sectiones inter se & circuli circumferentiæ occurrere possint, nisi totæ totus congruat; præterea coni sectio & circuli circumferentia & oppositæ sectiones oppositis sectionibus ad quot puncta plurima occurrant: ad hæc alia non pauca his similia. Ex his quot primo loco dictum est,* Conon Samius ad Thrasydeum scribens *explicavit, non recte in demonstrationibus versatus: Itaque* Nicoteles Cyrenæus *eum leniter reprehendit. De secundo* Nicoteles in libro contra Cononem *mentionem sic fecit, tanquam quod demonstrari facile posset. Sed tamen nos neque ab ipso neque ab alio quopiam demonstratum invenimus. Tertium vero* &c.

XIX. *Græce* nullus adhuc Apollonii hujus liber lucem vidit, etsi *quatuor primores* una cum *Eutocii* commentario MSti exstant in Regia Paris. aliisq; Bibliothecis, etiam privatis quibusdam, ut Tho. Galei & Gudiana, cujus manu exarati codices etiamnum emtorem dignum desiderant. Latine è Græco translati prodierunt libri IV. priores, interpre-

te

* Secundum misit per filium suum, Apollonium & ipsum cognominatum, ut ex Epistola libro præfixa constat. *Apollonio filio meo dedi, ut ad te perferret secundum librorum Conicorum quæ à nobis conscripta sunt. Tu eum diligenter percurres, & communicabis cum iis quibus eo tibi digni videbuntur:* Philonidæ *etiam* Geometræ, *quorum tibi Ephesi amicitiam conciliavi, si quando in isthæc Pergami loca venerit, legendum dabis.*

** Confer Gesneri Bibliothecam P. 252. 253.

2011 Ministerio de Cultura

te *Jo. Baptista Memmio* Patricio Veneto Rom. 1537. quem pueriles errores commisisse, Mathematicæ præsertim ignoratione deceptum, notat *Franciscus Maurolycus* * præfat. ad Cosmographiam editam Venetiis 1543. 4. qui & ipse emendatiorem translationem promisit, sed haud edidit, quod sciam. *Federicus* deinde *Commandinus* Urbinas & Apollonii libros IV. de integro vertit, & *Pappi* Alexandrini lemmata è libro collectionum ejus octavo depromta *Eutocii*que commentarium itidem à se translatum & proprias notas addidit. Bononiæ 1564. fol. quæ editio curante Nicolao Buti recusa est Pistorii Hetruriæ, è nova typographia Stephani Gatti A. 1696. fol. Præterea *Claudius Richardus* Jesuita, Commandini secutus versionem, eosdem quatuor libros edidit cum commentariis suis eximiis, quos A. 1642. Madriti auditoribus suis prælegerat. Antvverp. 1655. fol Idem testatur se anno 1643. auditoribus suis tradidisse alios proprios quatuor Conicorum libros, in quibus argumenta librorum Apollonii V. VI. VII. & VIII. ex ingenio supplevit, vel quæ in eis ille demonstraverat divinavit. Exstant præterea in Marii Mersenni synopsi (Paris. 1644. 4.) pag. 276 - 312. libri Apollonii priores quatuor contracti latine, cum *SERENI* * *Antisnensis* (Apollonio quem allegat junioris) *libris duobus* * *de sectione Cylindri*, ad *Cyrum* amicum, p. 313 - 328. itidem latine, *Commandino* qui eos Apollonio subjunxerat interprete. Nam Græce quidem necdum quod sciam ** editi sunt isti Sereni libelli, quos Bibliotheca Regis Christianissimi servat manu exaratos, & ante Commandinum Maurolycus in præfat. Cosmographiæ editurum se receperat.

Libri quatuor posteriores Conicorum Apollonii nusquam adhuc reperti sunt Græce, verum *quintus, sextus & septimus*, Arabice versi ab Abalphato filio Mahmudi Asphahanensi ad Regem Abicaligiarem qui ab Anno Hegiræ 372. rebus præfuit, ex MSto Florentino inciderunt in manus *Abrahami Ecchellensis*, qui adjutus à *Jo. Alphonso Borello* Mathematicis exculto disciplinis, eosdē latine transtulit, & cum Borelli notis edidit Florentiæ A. 1661. fol. addito Archimedis libro assumptorum de quo supra dixi. Testatur hic Abalphatus primos quatuor libros pridem à suis lectos ex versione Arabica (illa fortassis, concinnata sub regno

* Vide Voss. de scientiis Math. p. 59. 60.

** Errorem enim librarii esse existimo, quod in Catalogo Bodlejano memoratur editio Sereni Græcolatina Bononiensis.

2011 Ministerio de Cultura

gno * Almamuni, qui Caliphatum iniit ab anno Hegiræ 203.) ſed hoſce tres à ſe primum fuiſſe translatos. Aliam Arabicam verſionem eorundem trium librorum (niſi quod ſeptimi libri propoſitiones poſtremæ ab editore ſunt omiſſæ) auctore Abedilmelico Shirazita ex Oriente ſecum attulit *Chriſtianus Ravius*, & latine redditam vulgavit Kiloniæ A. 1669. 8. aliis quibusdam Arabicis Apollonii interpretibus in præfatione commemoratis, & breviter etiam notatis iis quibus Arabica verſio priorum quatuor librorum differt à Commandini ſive Richardi editione. Attulit & Jacobus Golius ex Oriente Codicem Arabicum librorum V. VI. & VII. in quo ſextus hanc præfixam habet Epiſtolam: *Mitto ad te*, Attale, *ſextum Conicorum, in quo propoſitum nobis eſt agere de ſectionibus æqualibus & inæqualibus, ſimilibus atq; diſſimilibus, eorumque diviſione. Plura autem de hiſce diximus quam ii qui ante nos Geometræ fuerunt, docuimusq;* &c. Ad calcem ejusdem Codicis Goliani notatum fuit, quod *octavus* Apollonii liber non translatus fuit ab Arabibus, quod illorum exemplaria etiam illo libro caruerunt: *quanquam teſtatur doctiſſimus ſcriptor Aben Nedin* (Golii verba agnoſcis apud Merſennum p. 275.) *qui Philoſophorum Arabum operumque ab illis editorum circa quadringenteſimum à Mahammade annum elenchum deſcripſit, partem illius octavi libri verſam fuiſſe, aſſeritque omnes Apollonii libros ſua exſtare lingua, eosque plures quam Pappus enumeret.* Suſpicatur quidem Claudius Mydorgius libros illos Arabice editos, eſſe cujusdam Arabis ſub Apollonio latentis, non ipſius Apollonii: ſed argumentum quo utitur, tantum probat interpretem, quod in aliis etiam ſcriptis Arabes feciſſe conſtat, libertate uſum eſſe quædam interpolandi. De octavi libri figuris quibusdam repertis meminit Bartholomæus Herbelotus Bibl. Oriental. p. 119. *Depuis le tems de Khalife Almamon jusqv' en l' an 1000. & plus de l' Hegire ce huitieme livre n' a point été trouvé, & on croit qv'il eſt caché dans qvelques Bibliotheqves des Grecs ou il eſt conſervé pretieuſement à cauſe de ſa rareté. Aben Mouſſa dit qv'outre les ſept livres d' Apollonius on a trouvé encore quatre figures du huitieme. &c.* Ahmed ben Mouſſa *Al-Hamaſſi, natif de la ville d' Ems ou Emeſſe en a traduit les quatre premiers, &*

Tha-

* Hinc videtur falli Gregorius Abulpharajus qui in Hiſt. Dynaſt. p. 41. non quatuor ſolos, ſed ſeptem libros Apollonii, tempore Almamuni translatos ſcribit. Certe fallitur in iis quæ ſubjungit: *Hic autem liber una cum altero ab eodem compoſito in cauſa fuit, quod compoſuerit Euclides librum ſuum longo poſt tempore.* Conſtat enim Euclidem Apollonio fuiſſe antiquiorem.

2011 Ministerio de Cultura

Thabeth Ben Corrah à traduit les trois autres; céſt ainſi qv' en parle l' Auteur du livre intitulé: Navader al akhbar, les narrations courieuſes. *Haſſan ben Mouſſa Ben Schaker a revu & corrigé cette traduction.* Gemina leguntur pag. 978.

E recentioribus plurimi poſt Apollonium * de ratione Conicarum ſectionum ſcripſere, ut jam laudatus Mydorgius, cujus elementa Apollonianis ſimpliciora facilioraque Sereno in ſynopſi ſua ſubjecit Merſennus. Gregorius item à Sancto Vincentio, Jeſuita, in Geometriæ tomis ſub titulo Quadraturæ Circuli editis, tum noviſſime Jacobus Milnes in ſectionum Conicarum elementis: Iſaacus qũoque Barrovv, & in Apollonio redivivo Willebrodus Snellius, Marinus Ghetaldus & Alexander Anderſonus: Franciſcus Vieta in Apollonio Gallo, Benjamin Bramerus in Apollonio Catto, Vincentius Viviani libro de maximis & minimis ſive Geometrica divinatione in quintum Conicorum Apollonii, Bartholomæus denique Intieri Florentinus in Apollonio ac Sereno promoto, qui liber ante biennium præla evaſit Neapoli A 1704. 4.

XX. Scripta Apollonii cætera, deperdita pleraque, quæ laudari obſervavi à Pappo & aliis, hæc ſunt:

Διορισμένης τομῆς *libro duo de determinata ſectione.* Pappus lib. VII. p. 243. 263. 281. 305.

Ἐν τῷ περὶ τῆς κοχλίου γραμμῆς Apollonium laudat Proclus 2. ad Euclid. pag. 29.

Λόγου ἀποτομῆς *libri duo de ſectione rationis* ſive *proportionis.* Pappus lib 7. p. 241. 242. 262. ſeq. Hi libri Arabice exſtant Oxoniæ inter libros Seldenianos, & latine redditi ſunt à præſtantiſſimo *Hallejo*, brevi ut ſpero edendi.

Νεύσεων *libri duo de inclinatione*, ſive de inclinatis corporibus, Pappus lib. 7. p. 241. 249. 301. 313. 328.

Περὶ τῆς συγκρίσεως τῶν δωδεκαέδρου καὶ τοῦ εἰκοσαέδρου τῶν εἰς τὴν αὐτὴν σφαῖραν ἐγγραφομένων. Binas hujus libri ἐκδόσεις memorat Hypſicles præf. ad lib. 14. Euclidis. Locum Hypſiclis integrum deſcripſi ſupra c. XIV. §. 4.

Τόπων ἐπιπέδων *libri duo de locis planis*, Pappus lib. VII. p. 241. 247. & 438.

* Apollonium Pergæum cum Rhodio confundi & ſcripta utriusque perturbatiſſime referri videas in Bibliotheca reali Philoſophica p. 83.

2011 Ministerio de Cultura

Horum argumenta ac rationem divinare & ex ingenio reſtituere conatus eſt *Paulus Fermat*, Senator Toloſanus.

χωρίς διοπομῆς *libri duo de ſpatii ſectione* Pappus lib. VII. pag. 241. 242. 263.

Ὀκυπόβου, quo in libro videtur egiſſe de numeris quantumvis magnis inter ſe multiplicandis. Eutocius ad Archimed. de dimenſione Circuli. Confer Walliſium ad fragmentum Pappi propoſit. 18.

Periit & *Hypatiæ* quæ Iſidori Philoſophi uxor fuit, commentarius in Conica Apollonii, à Suida memoratus.

Inter ſingulares viros Apollonius noſter haud immerito refertur à Vitruvio libro & capite primo: *Hi autem inveniuntur raro, ut aliquando fuerunt Ariſtarchus Samius, Philolaus & Archytas Tarentini, Apollonius Pergæus* (ita etiam MS. Arundel. nam male quædam editt. *Pergamenus*) *Eratoſthenes Cyrenæus, Archimedes & Scopinas* (an *Scopas?*) *ab Syracuſis, qui multas res organicas & gnomonicas, numero naturalibusque rationibus inventas atque explicatas poſteris reliquerunt.* Arabibus Apollonius dicitur, perinde ut Euclides quoque, *Alnagiar*, quod fabrum lignarium denotat, ſed ab illis uſurpari videtur pro Geometra. Nam & à Græcis magnum Geometram dictum Apollonium, jam ſupra ex Eutocio notare me memini.

XXI. Operæ pretium eſt tribus hoc loco verbis agere etiam de EUTOCIO Aſcalonita, qui *Iſidori* * Mechanici diſcipulus fuit, & commentaria ſua in libros Archimedis de ſphæra ac cylindro dicavit *Ammonio*, quem κεφάλαιον φιλόσοφον vocat: Procli diſcipulum, ni fallor, compellans, quæ ſi vera eſt conjectura, jam de Eutocii ætate conſtat. Floruit enim Ammonius Hermiæ F. ſub extremum quinti à Chriſto nato ſæculi. Meminit etiam Eutocius Theonis ** Alexandrini, qui trecen-

* In fine commentar: Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους, ἐκδόσεως παραγνωσθείσης τῷ Μιλησίῳ Μηχανικῷ Ἰσιδώρῳ, ἡμῶν διδασκάλῳ.

Εὐτοκίου πινυτοῦ γλυκεροῦ πόνου· ὃν ποτ' ἐκεῖνος
Γράψεν τοῖς φθονεροῖς πολλάκι μεμψάμενος.

** Eutocius in propoſit. 4. libri 2. de ſphæra ac Cylindro p. 28. ὡς ἔξιν εὑρεῖν ἐντυγχάνοντας Παππῴ τε καὶ Θέωνι καὶ Ἀρκαδίῳ ἐν πολλοῖς συντάγμασι οὐκ ἀποδεικτικῶς ἀλλ' ἐπαγωγῇ τὸ λεγόμενον παρισῶσιν. Idem ad lib. de circuli dimenſione p. 49. ὅπως δὲ δεῖ σύνεγγυς τὴν δύναμιν πλευρὰν τὸν δοθέντα ἀριθμὸν εὑρεῖν, εἰρηται μὲν Ἥρωνι ἐν τοῖς μετρικοῖς, εἰρηται δὲ Παππῳ καὶ Θέωνι καὶ ἑτέροις πλεί-

ωσιν

2011 Ministerio de Cultura

centis amplius post Christum annis fuit, & Pappi eadem cum Theone ætate sub Theodosio M. clari Alexandriæ Philosophi. Monumenta Eutocii edita hæc sunt:

1. *Commentaria ad libros II. Archimedis de sphæra ac cylindro*, scripta, ut jam dixi, ad *Ammonium*.
2. *Commentaria ad librum* ejusdem *Archimedis de circuli dimensione*,
3. *Commentaria ad libros II. ἰσορροπικῶν*, quæ *Petro* cuidam inscripsit.
4. *Commentaria in quatuor priores libros Conicorum Apollonii Pergæi*, ad *Anthemium* * quæ non ut priora illa Græce, verum latine tantum prodierunt ex versione *Fred. Commandini*, Bononiæ 1566. fol. & Pistorii 1696. fol. Græce exstant MSta in Bibl. Regis Galliæ teste Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 117. Ad calcem præfationis ait Eutocius se posteriores etiam quatuor libros Apollonii similiter illustraturum, quod num fecerit, haud constat. Certe videtur recensuisse.

ωσιν ἐξηγημένοις τὴν μεγάλην σύνταξιν Κλαυδίκ Πτολεμαίκ. Meminit etiam Pappi p. 16. ad lib. 2. de sphæra ac Cylindro, ubi duas medias proportionales invenire docet ex mente *Platonis*, *Heronis*, (ἐν μηχανικαῖς εἰσαγωγαῖς καὶ ἐν τοῖς βελοποιητικοῖς) *Philonis* Byzantii, *Apollonii* (Pergæi) *Dioclis* (ἐν τῷ περὶ πυρίων) *Pappi*, (ἐν μηχανικαῖς εἰσαγωγαῖς) *Spori* (Nicæni, quem iterum allegat proœmio in lib. de circuli dimensione p 49. & in fine p. 55. mentionem faciens Ἀριστοτελικῶν ejus κηρίων sive Mellificii Aristotelici) *Menæchmi*, *Archytæ* (ex Eudemo Rhodio Peripatetico, cujus Geometricam Historiam laudat p. 49.) *Eratosthenis* ad Regem Ptolemæum, subjectis ejus Philosophi versibus de Cubi duplicatione) & *Nicomedis* è libro περὶ τῶν κογχοειδῶν γραμμῶν non etiam *Philoponi*, nisi hunc quoque in codice suo legit Georgius Valla, ut suspicetur aliquis è Philandro ad Vitruvii IX. 3. Sed in editis Eutocii commentariis Philoponum qui sæculo sexto floruit, laudatum non inveni.

Allegantur præterea Eutocio Apollonius Pergæus in elementis Conicis p. 40.
Ἐν τῷ ὠκυτοκίῳ p. 55.
Antipho & Hippocrates Chius quadraturam Circuli inquirentes p. 49.
Hero ἐν τῷ ὑπομνήματι τῷ εἰς τὴν Ἀριθμητικὴν εἰσαγωγὴν (Nicomachi Gerasseni) p. 28.
Magni Logistica p. 55.
Nicomachus ἐν πρώτῳ μουσικῆς p. 28.
Philo Gadarenus p. 55.
Laudat & p. 1. illud Socraticum è Platone, ὡς ἔγ θεῷ συλλαμβάνοντι πάνυ εἰκὸς καὶ ἐπὶ τέλει ἡμᾶς τῆς σπουδῆς ἐλθεῖν, quod & ipsum divina annuente benignitate me consecuturum confido.

* Hic ipse videtur esse Anthemius Trallianus, Mechanicus, cujus meminit Tzetzes Chil. XIII. hist 457. & cujus librum περὶ παραδόξων μηχανημάτων adhuc superesse MS. notavi supra §. XI.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXIII.

Veterum Mathematicorum ſcripta, quæ repetiri potuerunt, digerenda

VOLUMINIBUS XIV.

Quorum Catalogum ab *Edvvardo Bernhardo* * pridem compoſitum Thomas Smithus Vir Clariſſ. ſubjecit ejus Vitæ ad calcem Epiſtolarum Huntingtonianarum editæ Lond. 1704. 8.

VOL. I.

EUCLIDES

I.

ELementorum libri quindecim juxta editionem Græcam Baſileæ 1533. collatam cum MSS. Gr. Bodl. Arch. B. 25. & Bodl. S. 4. 9.

Una cum verſione Latina Fr. Commandini. Piſauri 1572. & Piſavri 1619. aliquot in locis emendata.

Principia, quorum in conſtruct. & demonſtrationibus uſus eſt, in margine adnotata.

Schemata æri inciſa.

Demonſtrationes Symbolis breviſſime expreſſæ ex editis D. Barrovii, & ſcriptis D. D. Oughtredi & Ravvlinſoni.

Scholia vetera.

Græcorum, ex codd. MSS. & editione Commandini.

Arabum, ex MSS. Arab. in Arch. Bodl. recenſente Thebeto Cor-

* Obiit Edvardus Bernhardus Viris maximis & ætatis noſtræ ornamentis merito annumerandus Oxoniæ A. 1697. 12. Januar. Anno ætatis 59.

2011 Ministerio de Cultura

Corraide, & in bibl. C. V. D. Pocockii, & in bibl. Coll. D. Joan. Bapt. Oxon.

Item juxta traditionem Chogia Naſireddini Perſæ, Romæ 1594. Exſtat autem & Perſice inter MSS. bibl. Coll. D. Joan. Bapt. Oxon.

Item ex verſione Latina, quam ex Arabico fecit Adelardus, manuſcripta in Muſeo Bodl. Ambulac. 178. & Arch. Digb. 174. & Coll. Trin. Oxon. 24. & MS. Bal. 239. & Cant. Pen. 61. & 69. & Caii 1. & Seld. Arch.

Per Campanam. Par. 1516. & Baſ. 1546. & MSS. Bodl. A. 3. 8. Med. & Y. 1. 2. Th.

Syriaca ex MSS. Syr. in Arch. bibl. publ. Cantabr.

Annotationes Viri illuſtris, D. Savilii, & aliorum, ex MSS.

Excerpta (neceſſaria quidem) ex ſcriptis recentiorum jam vulgatis Fluſſ. Candallæ, Peletarii, Zamberti, Tartaleæ, Clavii, Billingleii noſtratis 1496. Camilli, Taurelli, Welperi, Camerarii 1577. Cattaldi, Schulerii, Bettini, Jo. Benedicti, Dibuadii, Puteani, Scheubelii, Lanſii, Tacqueti, Barrovii, Herigonii, Cottignez, Fabri, Arnoldi, Oughtredi, Walliſii, Sturmii, Cardani, Richardi, Daſypodii, Bovilli, præcipue vero Fr. Commandini.

Procli commentarius in Elementorum lib. I. Græce quidem ex edit. Baſileenſi ad fidem codd. in Arch. Pembr. 161. emendata. Idem ille liber, quo in verſione ſua concinnanda olim uſus eſt Barroccius, Latine vero ex verſione Baroccii (ſed correcta) cum notis.

Jamblichus περὶ κοινῆς μαθηματικῆς Gr. Lat. ſtudio D. Tennulii è MSS.

Problematum Euclideanorum Analyſis per Fr. Schotenium ex ſchedis illius Geometræ.

De ſuperficierum diviſionibus opus egregium, Mohammede Babylonio vel Authore vel Interprete. Latine cum notis Fr. Commandini juxta edit. Piſaur.

Thabeti liber conſimilis argumenti, Arabice & latine, ex codd. Arab Seldeni cum notis.

Excerpta ex Martiani Capellæ libro ſexto collata cum MSS. antiquiſſimis in Arch. Seld. & in Coll. Ben. Cantabr. 181. & Digb. 221. Merton. 70. & Ben. 185. & Laud. L. 71.

Ex Boethio H. I. 10.

2011 Ministerio de Cultura

Isaacus Argyrus de figurarum transmutatione Gr. Lat. è codd. MSS. Pembr. 70. 393. & Pemb. 111. 73. & Seld.

Isaacus Monachus in sex priores lib. Element. Argentorat.

Anonymus de mensurandis solidis MSS. Digb. 104. 154. & in bibl. Saviliana. Vide & K. 44. & K. 17. in Arch. Laud, item K. 61. Laud.

Mich. Pselli Geometria, hoc est, Geodæsia ἀπὸ στίχων Gr. MS. Pembr. 76, 412.

D. Savilii Prælectiones secundum edit. Londinensem 4.

Præfatio de Euclide ejusque operibus, quantum post Proclum ac Savilium licet.

Nicephori Blemmidæ fragmentum de Geometria & de stellis MS. Gr. Pembr. 106. & in Pf. 8. ibidem.

Nicephori Gregoræ quæstiones philosophicæ & mathematicæ: inter alia, de mensura arcæ Noe ex Origene, Gr. MS. Pembr. 48.

Idea Trigonometriæ folio unico.

Hic forte vel ad Heronem, & de Geometria practica ex MS bibl. Savil. & Digb. & Seld. & D. Gronovii V. Celeberrimi, atque ex Clavio, Herigono, Stevino, Tacqueto, Pitisco, &c. sed quam brevissime.

Index.

II. Euclidis data Gr. Lat. ex edit. D. Hardy, 4. Paris. 1625. collata cum edit. Lat. Basil. 1546. & cum MSS. Græcis in Arch. Pembr. 161. & cum MSS. Arab. in Arch. Seld.

Una cum præfatione Marini Gr, Lat. & scholiis veterum atq; etiam recentiorum manuscriptis.

Thabeti Data Arab. & Lat. é codd. Seld, & ex cod. Bodl. Con. Apoll.

Jordani Data Arithmetica ex MS. Bodl. in ambul.

III. Euclidis introductio Musica, & sectio Canonis. Gr. Lat. juxta edit. Meibomii 4. & Penæ Par. 1557. 4. collata cum MS. Ben. 183. & MS. Gr. Pembr. 41. cum noris Meibomii & aliorum.

IV. Euclidis (uti vulgo creditur) Optica & Catoptrica Gr. Lat. uti pridem edidit Pena Par. 1557. 4. collata cum Lat. Basil. 1546. & Italica edit. Dantis Flor. 1573. & cum MS. Gr. in Arch. Pembr. & in Bibl. D. Joan. Oxon. & cum MS. Arab. Seld. & cum MSS. Lat. in Ambul. Bodl. 178.

Una

2011 Ministerio de Cultura

Una cum notis D. Savilii & aliorum, & epistola Kepleri, & Penæ præfatione.

V. Euclidis Phænomena Gr. Lat. ex edit. Argent. 1572. 8. & cum Scholiis antiquis, & notis Maurolyci, Romæ 1592. 4. collata cum MSS. Gr. Coll. D. Joan. Oxon. & Coll. Reg. Cantabr. & in Arch. Pembr. 161. & Bibl. Vossianæ, & cum MS. Arab. Seld. & cum MSS. Lat. in Ambul. Bodl. cum notis.

VI. Euclidis fragmentum de Levi & Ponderoso Lat. ex edit. Basil. 1546. collatum cum MS. in Coll. D. Joan. Oxon. & in ambul. Bodl.

VOL. II.

Apollonius Pergæus, magnus Geometra.

I.

APollonii Pergæi Conicorum libri VII. Quatuor quidem priores Gr. Lat. ex versione Fr. Commandini, Bonon. 1566. collata cum versionibus Memmii & Maurolyci. Græce è Cod. MSS. Bibl. Savilianæ & Bibl. Leidensis & cod. Regis Christianissimi 103. Labb. p. 271.

Adnexis commentario Eutocii Lat. ex versione Commandini, & Græce ex cod. in Arch. Pembr. 169. atque notis D. Savilii, & aliorum.

Tres autem sequiores libri, scil. 5. 6. 7. (nam octavus jam olim periit) Arab. & Lat. ex translatione Arabica Beni Musa, qui editionem Eutocianam expressit, & nova versione Latina una cum notis Abdolmelic Arabis, qui Apollonii Con. libros septem in compendium redegit, ex cod. MS. Bodl. tum etiam notis Borelli, Mathematici egregii, & aliorum, cum schematis & notis ex schedis D. Golii, Viri summi. Hæc cum Lemmatis Pappi.

Translatio Arabica Beni Musa ex cod. Bibl. Leidensis (qui etiam MS. optimæ notæ in Catalogo librorum MSS. D. Golii Ἑυαναείτε apographum est) transcripta fuit. Golianus Codex etiam quatuor priores Conic. libros exhibet: sicut & iste in Bibl. Florentina, quem latine vertit A. Echellensis, non adeo feliciter.

II. Se-

2011 Ministerio de Cultura

II. Serenus de Sectione Cylindri Gr. Lat. Græce quidem ex MSS. Regis Chriſtianiſſimi, & Lat. ex verſione Commandini 1560. Bonon. cum notis ipſius, & Savilii, & aliorum.

III. Apollonii Pergæi περὶ λόγου ἀποτομῆς libri duo nunquam antehac in Occidente viſi. Arab. & Lat. ex MS. Seld. cum notis. Diſquirendum, an liber de ſectionibus in Bibl. Florentina, cujus mentio fit in biblioth. Labbeana, ſit idem illud opus.

IV. Thabet, Abu Hamed, Abu Sahl, Abu Mohammed, & aliorum clariſſimorum Geometrarum, Aggreſſiones de Anguli rectilinei triſectione. Arab. & Lat. cum notis Forſteri, Borelli, & aliorum. Textum dant MSS. Seld. & Gravii.

V. Thabeti Lemmata Arab. & Lat. una cum tractatu ejusdem de rationum compoſitione, etiam Arab. & Lat. ex cod. MSS. Seld. & Bodl.

Adde Maurolyci V. librum Conicorum.

Accedat, quod neceſſarium eſt, ex Schotenio, Viviano, Barrovio: Torricellio, Cavallerio, Gregorio a S. Vincentio, Mydorgio, Wernero Norimb. Baroccio, Walliſio, Anderſono, Vieta, Herigono, Ghetaldo, Riccio, Scaligero.

VOL. III.

Archimedes Syracuſanus.

Archimedis Opera : viz.

I.

CIrculi dimenſio Græce ex edit. Baſil. 1543. & ex MS. 43. Reg. Chriſtianiſſ. Labb. p. 271. Latine vero ex verſione Commandini Ven. 1558. cum notis Arabum ex MS. Seld. Arabicis & Lat. MSS. in ambul. Bodl. & in Arch. Seld. & in Coll. Caii Cant. 1. atque annotationibus Commandini, Savilii, Walliſii, & aliorum; ex Snellio, Pellio, Greg. a S. Vincenrio, Lalovera, Gregorio Scoto, Hugenio, & M. de Angelis, aliisque, quod juvat : ſc. Regiomontano, Cuſano, Peletario, Bovillo, Chriſtmanno, A. Romano, à Ceulen, Buteone, B. Porta, Caſtaldo, Alcalmo.

Euto-

2011 Ministerio de Cultura

Eutocius in lib. de circuli dimensione Gr. ex edit. Bas. & MSS. Gall. Latine vero per Commandinum.

II. De lineis spiralibus Gr. ex edit. Bas. & MSS. Reg Gall. Lat. per Command. cum notis ipsius, & Savilii, & aliorum. Confer ea, quæ D. Wallisius, Bullialdus, & alii hac de re scripserunt.

III. Quadratum paraboles Gr. ex edit. Bas. & MSS. & Lat. per Command. cum commentario ipsius, & opusculo L. Valerii ejusdem argumenti.

IV. De conoidibus & sphæroidibus Gr. ex edit. Bas. & MSS. & Lat. per Command. cum comment. ejus.

V. De arenæ numero Gr. ex edit. Bas. & MSS. Reg. Gall. Latine per Command. una cum ipsius annotatis.

VI. De Sphæra & cylindro libri 2. Gr. ex edit. Bas. & MSS. Gall. Lat. ex eadem editione Basil. (emendata tamen) cum notis D. Savilii, & Scholiis Arabum ex MSS. Arab. Seld. & Lat. in ambul. Bodl. & Arch. Seld. & Hebraice versi ex edit. Costæ Ben Luca MS. Laud. B. 108.

Hanc Matheſin ornarunt Torricellius, Tacquetus, Wallisius noster, alii.

Commentarius Eutocii in libros de Sphæra & Cylindro Gr. ex edit. Basil. & MSS. Reg. Christianiss. & latine ex edit. Basil. (sed correcta) Huc refer, quæ ad duarum mediarum proportionalium ἔφεσιν pertinent, ex Carteſio, Hugenio, Slusio, Gregorio utroque, Wernero Norimb. Gruenbergio, Molthero.

VII. De æquiponderantibus libri duo Gr. Lat. ex edit. Bas. & MSS. Reg. Gall.

Eutocius in libros de æquipond. Gr. Lat. ex edit. Bas. collata cum MSS. Regis Christianiss. cum commentario Guidubaldi.

Heic de centro gravitatis ex Commandino, L. Valerio, de la Faille, Guldino, Torricellio, Villalpando, & præcipue D. Wallisio.

VIII. De iis, quæ vehuntur in aquis, sive περὶ τῶν ὀχουμένων Gr. ex MSS. Reg. Gall. Latine vero per Commandinum, cum notis ejusdem, & Baldi, & D. Savilii.

Heic Hydrostratica.

IX. Archimedes, vel potius Zenodorus, de isoperimetris, Lat. ex MS. in ambul. Bodl.

X. Archimedis exoterica ex Rivalto, cum auctario.

2011 Ministerio de Cultura

Adjicere heic licet Marini Ghetaldi Archimedem promotum.

Propositiones ipsæ Archimedeæ collatæ cum Græcis Rivalti.

Excerpta nonnulla ex commentariis Rivalti, atque ex editione Italica Nic. Tartaleæ.

Archimedem promittit D. Montonus Gallus. Dedit nuper Borellus librum, cui tit. Archimedes, ita & Fabrius. Legito inde quicquid noviter adinventum.

VOL. IV.

Pappus Alexandrinus & Hero.

I.

COllectio Mathematica, Græce ex binis MSS. bibl. Savilianæ, edita aliquantum auctior. Habet & Gr. MS. D. Lescuyer. Lat. ex versione Commandini, aliquot in locis emendata, una cum notis ipsius atque aliorum: & ad l. 7. Apollonii nonnulla à Snellio, Ghetaldo, Vieta, & Schotenio restituta.

II. Heronis Alexandrini Pneumatica: ex codd. in Arch. Pembr. 169. 148. & Laud. C. 66. Lat. ex versione & cum notis Commandini.

Avtomata ex MSS. Gr. D. Vossii & Pembr. 169. 195.

Belopoeeica, Ctesibii potius, Gr. Lat. ex edit. Baldi 1616. 4. cum notis ejusdem ac aliorum, v. Pembr. MS. 187. 13.

De machinis bellicis MS. Gr. D. Vossii, & Lat. ex versione Barocii, & è MSS. Gr. Pembr. 169. 137.

Barulcus Arab. & Lat. è cod. MS. Leidensi, vel è schedis D. Golii, V. clarissimi, qui opus istud magni Mechanici prelo aptissimum reliquit.

Alia αὐτόθεν ejusdem Authoris penes celeberr. V. D. Is. Vossium.

Aristotelis mechanica ex edit. & cum notis Monantholii, Baldi, Blancani.

Pachymerii Mechanica Lat. per Bechtum, Bas. 1560.

Adjunge J. Frontinum de Aquæductibus ex editt. præcipue ve-

ro

2011 Ministerio de Cultura

ro D. Auzotii, si exstet: imo & Gromaticos ex edit. Turnebi ac Rigaltii.

Huc refer Procli Diadochi, si istius Geometræ sit, opulculum de motu Gr. Lat. ex edit. Par. 1542. & MS. Pembr. 161. 184. & Pembr. 76.404. & Anonymi problema de motu. Digb. 93.

E scriptis Recentiorum mechanicis, seu de motu, excerpta, uti (post Jordanem & Baconem) Baldi, Varronis, Galilei, Gassendi, Borelli, Fabrii, Herigoni, & maxime D. Wallisii, qui cæteris omnibus in difficillima ista Mathesi palmam præripuit: etiam Guidubaldi, Monantholii, Stevini, Schotti, B. Portæ.

Anonymi Tactica, opus absolutissimum: ubi & de Thessalomachia, strategematis, ac acie ordinanda &c. Gr. MS. Pembr. 131. 262.

Pediasimi Synopsis Geodætica ex MSS. Pembr. 169.41. 161. & 70.396. & 76.412 & excerpta 111.74.

Heronis Junioris Geodæsia Gr. Lat. per Barocc. & ex MSS. Pembr. & Arch. Bodl. & bibl. Vossiana.

Heronis ejusdem de terminis Geometricis Gr. Lat. per Dasypodium Argent. 1570.

Habet D. Vossius in sua lectissima bibliotheca, Græce scripta Apollodori Poliorcetica, Asclepiodori Philosophi Tactica, Urbicii Tactica, Nicephorum περὶ στρατηγημάτων & alia istius Gregoræ, Philonem Byzantium de machinis bellicis, & oppugnandis defendendisque urbibus, Arriani & aliorum Tactica, Demetrii Cubicularii Naumachica, Constantini Porphyrogennetæ Piratica, & Anonymum de strategematis bellicis, & alium de ordinandis aciebus.

Vegetius Laud. 42. J. MS.

Mechanici cujusdam, qui sub Alexandro M. floruisse dicitur, Tactica: Arab. & Lat. è codice bonæ notæ in Coll. D. Joan. Oxon.

Hic de ponderibus & mensuris, quod idoneum, ex Gravio, Agricola, Brervvodo, Villalpando, Capello, Mersenno, Jordano, Gassendo, Gronovio.

VOL. V.

ATHENÆUS.

2011 Ministerio de Cultura

MAchinamenta Bellica lib. V. at quintus inscribitur Philonis Athenæi, fol. 57. una cum Ctesibio, (Βελοποιηκά) Bitone de instrumentis bellicis, & cestis Africani, fol. 106. capitibus 169. & fol. 22. excerptis ex Apollodoro, Gr. Lat. ex MSS. in Arch. Pembr. 187. & optimo codice in Coll. Magdal. Oxon.

Anonymus de obsidione toleranda MSS. Pembr. 187. 137. & Voss.

Anonymi Strategemata Veterum selecta. Pembr. 187. 156. & Voss. & Præcepta militaria ibid. fol. 172. & Voss.

Accedant Tactica Æneæ, Æliani, Leonis, & aliorum.

Adde Vitruvium, artis Architectonicæ Authorem unicum, qui ad nos usque pervenire potuit, juxta edit. D. Laet, collat. cum MS. in Coll. D. Joan. Oxon. cum notis adnexis ex D. Barbaro, Barroccio, Cataneo, Villalpando, Frearto, aliisque, quæ juvent: (neque enim adeo ampla est ars isthæc, ac multi existimant) tum de militari Architectura tam veterum quam recentiorum. Consule hac in re præstantissimum Vossium, tum Maurolois, Tacquetum, Goldmannum.

Geoponica MS. Pembr. 54.

Excerpta ex Plinio, Columella, & Macrobio, quæ videbuntur.

Galeacius de S. Sophia T. D. 110. MS. Laud.

Anonymus de eadem Ecclesia C. 46. Laud.

Pictura arcæ Noæ Laud. K. 86. & templi Solomonis ad indicem Lyræ inter MSS. Laudinos.

VOL. VI.

Diophantus Alexandrinus.

ARithmeticorum libri sex, & de numeris multangulis liber unus, Gr. Lat. cum commentario C. Bacheti. Paris. 1621. collati cum MSS. bibl. Savilianæ. Conferatur etiam cum editione Xylandri. Quære, an tredecim libri istius Mathematici exstent Græce in Bibl. Vaticana: multi enim id afferunt.

Theo de Mathematicis ad Platonis lectionem requisitis Gr. Lat. per Bullialdum. Paris. 1644. cum notis ejusdem & alio-

2011 Ministerio de Cultura

aliorum. Græca conferantur cum MSS. in Arch. Pembr. & in Bibl. Coll. D. Joan. Oxon. & in Arch. Laud. C. 66.

Nicomachi Geraſeni Arithmetica, cum notis Camerarii.

Nicomachi Arithmetica θεολογούμενα.

Jamblichus in Nicomachi Arithmetica.

Aſclepius in Nicomachi Arithmetica, Gr. Lat. ex codd. MSS. in Arch. Pembr. 4° 4. ſive 113. & in Arch. Seld.

De Arithmetica Tractatus imperfectus in Arch. Seld. bis.

Boethii Arithmetica ex MSS. Baliolenſis Collegii 258. & Trin. Oxon. 24. & Pembr. 61. & 65. & 211. & Ben. 209. & Petr. 29. collatis cum edit. Rufi & Clichtovei.

Barlaami Monachi Logiſtica, Gr. Lat. ex edit. D. Chambers, collata cum MSS. Bibl. Savil. & Seld.

Maximi Planudis Arithmetica ſecundum Indos Gr. Lat. ex cod. MS. in ambul. Bodl. & Laud. 68. & Ali Koshgius. Vide MS. Perſ.

Thabeti tractatus de veritate propoſitionum Algebricarum ex demonſtrationibus Geometricis adſtruenda, cum aliis tractatibus egregiis, quæ Gebricam artem ſpectant. Arab. & Lat. è cod. MS. Bodl. Carpe ex Sexto Empirico Gr. Lat. quod decet.

Quæ ex Leonardi Piſani Algebra.

Quæ de Pellii noſtratis prælectionibus in Diophantum.

Figuræ, quibus mercatores Turcici utuntur. MS. Arab. Laud. B. 38.

De fractionibus tr. duo MS. Lat. Laud. E. 107.

R. Abrahami Caji Arithmetica, Hebr. & Lat. per Schreckenfuſium. 1546.

Alchindus de ſex quantitatibus.

Carpe quod lubet ex noſtratibus, Bredon, Suiſſet, Wallingford, Bradvvardin. Peccam.

Adde ex Beda & Martiano, quæ huc ſpectant, juxta fidem MSS. codd. Optimi enim ſervantur utriusque ſcriptoris in bibl. Britannicis; tum ex Caſſiodoro & Iſidoro.

Conſulantur recentes Algebriſtæ, Tartalea, Cardanus, Clavius, Stifelius, Stevinus, Herigonus, Vieta, Oughtredus, Harriotus, Carteſius, Walliſius, Fermatius, Paſchalius, Anderſonus, Bovillus, Buteo, Cataldus, Lud. à Ceulen, Fr. Schotenius Faulhabers, Kinckhuyſen, Waſſanaer, Glareanus, Xylander, Jordanus, Malapertius, Mengolus,

2011 Ministerio de Cultura

Maurolycus, Nonius, Ramus, Scheubelius, Salignacus, Snellius, Taisner, Pellius, Billius, Reinoldinus, Cavallerius, Bombellus, L. Burgensis.

Vol. VII.

Μικρὸς Ἀστρονόμος, *sive Parva Syntaxis Alexandrinorum.*

COntinebantur in illo Codice, (quem Arabes Tractatus intermedios vocant, sc. inter Στοιχειωτὴν & Magnum Constructorem) præter ipsius Euclidis Data, Optica, Catoptrica, & Phænomena.

I. 1. Theodosii Sphæricorum libri tres Gr. Lat. secundum edit. Penæ, & illam Ven. collatam cum MSS. Græc. in Arch. Pembr. & in bibliotheca Saviliana, & cum Arab. cod. Seld. & Lat. in Ambul. Bodl. cum selectis notis ex Clavio, integrisque Savilii.

2. De habitationibus Gr. Lat. coll. cum MSS. Gr. Pembr. 166. 254. & MSS. Arab. Gr. & Lat. cum notis Auriæ.

3. De diebus ac noctibus. Gr. Lat. ex MSS. Gr. Pembr. 166. 262. cum scholiis, & Arab. & Lat. cum notis Jos. Auriæ & Dasypodii.

II. 1. Autolycus de Sphæra mota, Gr. Lat. ex MSS. Gr. Pembr. 166. 166. & Arab. & Lat. cum Scholiis, & cum notis Auriæ.

2. De ortu & occasu, Gr. Lat. ex MSS. Gr. Pembr. 166. 184. cum scholiis, & cum notis Auriæ.

III. Menelai (qui corrupte ab Arabibus Legendo ن pro ل Mileus vocatur) Sphærica. Arab. & Lat. collata cum MSS. Arab. Seld. & Lat. in Ambul. Bodl. Adjectis notis atque etiam Sphæricis Maurolyci.

IV. Aristarchus de magnitudine Luminarium, Gr. Lat. per Command. cum notis ipsius & Savilii, & explicationibus Pappi: ad fidem MSS. Arab. Seld. & Gr. Arch. Bodl.

V. Hypsiclis Anaphoricus, Gr. Lat. juxta edit. E. Bartholini, cum notis ejusdem atque aliorum: collatus cum MSS. Gr. Arch. Bodl. & cum Arab. Codd. Seld.

Huc accedat Beni Musa de figuris planis & Sphæricis.

VOL.

2011 Ministerio de Cultura

VOL. VIII. & IX.

Claudius Ptolemæus. Quantus Scriptor!

I.

PTolemæi Μεγάλη Σύνταξις sive Almageſtum, Græce ex edit. Baſil. 1538. & MS. optimo in Arch Seld.

Latine ex verſione nova, quæ in bibl. Saviliana ſervatur collata cum Trapezuntina, recognita per Gauricum 1528. & 1541. & 1551. per Schreckenf. & cum verſionibus Lat. ex Arabico in Coll. Nov. 281. & in Coll. Magd. 136. & in Bibl. Bodl. & edit. vulgatis.

Illuſtratum Scholiis Arabum ex MSS. Arab. D. Pocockii & in Bibl. Regia; & uberrimis commentariis Arab. In bibl. Bodl. & Perſice in Coll. D. Joan. Oxon. MS. & Arab. MS. in Bibl. publica Cantabr. inter MSS. Erpenianos, literis Hebraicis ſcriptum.

Commentarii Theonis & Cabaſilæ, Gr. ex edit. Baſ. & MSS.

Notæ Gaurici, Schreckenfuſii, & aliorum ſelectæ, integræ D. Savilii.

Jo: Raſel translatio ex Græco Almageſti cum commentariis, & epilogo ad Nicolaum P. Rom. contra Jacob. Cremonenſem. MS. Lat. B. 170. Laud.

II. Al-Suphius de Stellis fixis Arab. & Lat. cum figuris geminis, è cod. MSS. D. Pocockii, D. Thevenoti, & forte & ex muſeo D. Golii, V. præclariſſimi, cum notis.

III. Liber egregius de erroribus in canone fixarum, Arab. & Lat. è cod. MSS. in Bibl. Bodl. Con. Apoll. & bibl. D. Golii.

IV. R. Abrahæ Aben-Ezræ Aſtronomia MS. Lat. Digb. & κόλλ@ inter MSS. Seld. Opus excellens: & forte MS. Pembr. 67.

V. Naſireddini Inſtitutiones Aſtronomicæ, cum commentario luculento Arabico Huſain Ebn. Mohammed, Niſaburienſis, qui Noddam vocatur, Arab. & Lat. ex MS. Coll. Joan. Oxon.

VI. Cleomedis Meteora, Gr. Lat. per Balforeum, & ex editione Vallæ & Baſ. 1547. collata cum MSS. opt. in Arch. Pembr. fo. 9. 75. & 50. 15. & 4°. 56. 57. & cum MSS. Savilianis: cum notis ſelectis Balforei, & aliorum, & Scholiis Gr. (forte Pediaſimi) doctis quidem ex MSS. Savil. & Pembr. 169. 75. & 161. & 70. 296. & 111.

VII.

2011 Ministerio de Cultura

VII. Pſelli compendium quatuor artium, Arithmeticæ, Muſicæ, Geometriæ & Aſtronomiæ, Gr. Lat. per Xylandrum, & per Murenum, Lipſ. 1590. & ex MS. Pembr. 94.

Item Michaelis Pſelli παντοδαπὴ διδασκαλία. Ro. 18. 256. ubi de ſtellis à capite 120. & fol. 294. b.

Ejusdem ſolutiones quæſtionum Phyſicarum fol. 665.

Item iſtarum ſcientiarum Syſtema Pachymeris ex MS. Arch. Pembr.

Item Caſſiodorus de iisdem ex edit. Garetii. & MSS.

De Paſchate egregia, & excerpta ex Panario Epiphanii de eodem.

VIII. Albategnius (Albatani) Lat. ex edit. Venet. 1552. & MSS. Lat. Digb. & Savil.

IX. Alfragani Aſtronomia Arab. Lat. ex editione ac illuſtratione D. Golii, collatis etiam MSS. Lat. Digb. & Savil. & Laud. E. 107.

X. Nic. Copernici Epiſtola αἰτήσεως de tempore annuo, ex bibl. Savil

XI. Campanus è MSS. Digb. & Bodl. & MS. Coll. Novi 293. & Ben. 93.

XII. Ric. Wallingfordi libri 4. egregii de ſinubus ac proportionibus, cum ſcholiis D. Lenys Lat. è cod. MS. Digb. 178.

XIII. Sim. Bredon ſuper demonſtrationes aliquas Almageſti. Opus perdoctum, ex MS. eodem Digb.

Argyri Aſtronomica quædam Gr. Lat. è MSS. Gr. Seld.

Ali, filii Aben Ragel, Aſtronomia Lat. Venet. 1485. per Ægid. de Tebaldis.

Petri Alliacenſis opera Aſtronomica. Lat. è MS. Orial. 14.

Aſtronomica MSS. Ben. 193. & 194. & Coll. Nov. 295. & Coll. Joan. Oxon.

Manilius ex edit. Scaligeri ac Bullialdi coll. cum MS. CCC. 2.

Svvinshed de motu cœli. Cant. Arch. 127.

R. D. D. Sethi Wardi Aſtronomia Geometrica: opus eximium. Idem de Cometis.

Introductin ad Aſtronomiam ex Gaſſendo, Tacqueto, Ricciolo, Keplero, Scheinero, Hevelio, Bullialdo, Borello, Longomontano, Herigono, Peurbachio, Stevino, Galileo, Schickardo, Hortenſio, Oſvvaldo, Baroccio, Maurolyco, Guidubaldo, Maimonide in Mishne Tora,

2011 Ministerio de Cultura

Tora, Bettino, Langreno, Comite Pagano, Caſſino, Blancano, Blanchino, B. Porta, Linnemanno, Heckero, Abrahamo Zacuth, Cavallerio, Malapertio, Urſitio, Clavio, Santbech, Dante, Diaz, M. Scoto, Chriſtmanno, G. Wendelino, Ariſtarcho Merſenni, Philolao Bullialdi, Ang. Riccio, Wernero Norimb. G. Bonato, Bovillo, Gaurico, Schonero, Rheinoldo. Nonio, Rhetico, Moeſtlino, Tychone, Junctino, obſervationibus Haſſiacis, Metio, Lansbergio.

Heic, vel in ſequente Vol. de Cometis & eclipſibus, tam ex ſcriptis Vett. quam recentiorum, Daſypodii, Cyſati, Gemmæ, Kepleri, Hevelii, Lobkovvitz, Petiti, Auzotii, Piſonis, Snellii.

Accedant:

Quædam de Vietæ Harmonico cœleſti, cujus mentio in Aſtronomia Philol. Item de Salini problem. Aſtronom. in Coll. Jeſuit. Genuæ.

Nic. Copernici Revolutiones, Juxta edit. Mulleri & Rhetici: & Joannis Regiomontani Epitome Almageſti: & Gebri Arabis l. 9. in Almageſtum, cum notis D. Savilii. Noremb. 1533. ex Bibl. Savil.

Excerpta ex Inſtitutionibus Aſtronomicis Arab. MSS. in Coll. D. Joan. B. & Almageſto, i. e. Aſtronomia Averrois. MS. Arab. D. Pocock.

Thii Mathematici Obſervationes 7. Gr. Lat. ex Aſtronomia Philolaica & MS in Ambul. Bodl.

Excerpta ex Plutarcho de placitis Philoſophorum. MS. Pembr. 131. 404.

Jo. de Dandis opus planetarium, Appiani illo ingenioſius MS. Laud. 155.

Item alius de eodem argumento, fol. 345. & fol. 406. de acceſſu ſolis: & fol. 118. Ἐυμέθοδ@ Παράδρομὴ θεωρημάτων παντοδαπῶν, ubi de problemate illo Anthemii Mechanici, πῶς δεῖ ἐν τῷ δόθεντι τόπῳ κατασκευάσαι ἀκτῖνα θερμαίνειν ἡλιακὴν ἀμεταπίπτωτον ἐν παύσῃ ὥρᾳ τῆς ἡμέρας.

VOL. X.

Claudius Ptolemæus.

2011 Ministerio de Cultura

I.

CAnones πρόχειροι Gr. Lat. Hæc jam primum prodeunt ex MSS. Gr. Savilianis binis & Pembr. & Bodl. in Ambul. & Coll. Novi 252, una cum duplici commentario Theonis Gr. ex iisdem MSS.

II. Heraclii Imperatoris luculentissimus commentarius in canones πρόχειρος Gr. Lat. ex codd. MSS. bibl. Savil. & Bodl. in Ambul. cum tabb. nonnullis.

III. Claudii Ptolemæi Hypothesis & Canon Regum, & Proclus de Sphæra, ex edit. D. Bainbrigii, coll. cum MSS. Savil. & Pembr. item Leontius de Sphæropoeia, Gr. Lat. ex edit. Santandreana: item Procli hypotyposes Astronomicæ Gr. Lat. edit. Allatii, & è MSS.

IV. Claudii Ptolemæi Anathema in templo Serapidis, & περὶ κεντρείδος ex edit. D. Bullialdi & MS. Bodl. in Ambul. cum notis Bullialdi & aliorum.

V. Tabulæ Persicæ, Gr. Lat. diversarum editionum: è codd. Gr. Pembr. tribus, viz. 63 58. & 100. & Seld.

VI. Tabulæ Persicæ Nasiroddini. Pers. Lat. ex bibl. Goliana.

VII. Tabulæ Persicæ Ologbegi, Viri Principis, ex MSS. Coll. D. Joan. Oxon. & D. Pocockii, & Bibl. Savil. & Arabice in Coll. D. Joan. Oxon.

VIII. Excerpta ex Tabulis MSS. Arabicis, 1. Ebn. Schatir Damasceni in Arch. Seld. 2. Omadoddini, metrice, in Coll. D. Joan. Ox. 3. Cyriaci Presbyteri. Arab. Laud. B. 80. 4. Mugisal. sive συλλογὴ Persica MS. Laud. A. 130 Astronomica. Habet, inter alia, præcipue de fixis stellis, de tempore, ventis, æstu maris, montibus & fluviis, Mechanicis, Astrolabio, Telesmatis, & Poetice. 5. Encyclopædia Fratrum germanorum, sive Echvvanol Sepha MS. Arab. A. 159. & apud D. Pocock, ubi inter alia, de Quadrivio, quod vocat Boethius, atque præcipue Geographica & Musica. 6. Astronomorum aliquot Persarum collectio: sunt autem, Yahya Ebn Mohammed excerpta ex Abu Abdalla Maredinense, Gelatoddin Mansur, Hosein Ebn Hosein, Chovvaresmius Alkobræus, Fessol Hatem super Mohammed Giagermæum, liber egregius. Tum Ali Sergiandius, percelebris Astronomus, de Sphæra, de epochis, de urbibus: Ali denique Koshgius, Author optimus, de Logistica secundum Indos, & Astronomia: servatur in eodem

2011 Ministerio de Cultura

dem Vol. & Naſſiroddin Tuſenſis, tr. de Aſtrolabio. Perſice omnia.

Tabulæ Aſtronomicæ Abul Abbas Achmed Ebnól Banna Arab. MS. B. 115. Laud.

Tabulæ Ebn Atar ſecundum doctrinam Ebn Shatir Damaſceni MS. Arab. A. 50. Laud.

Mohammed Abu Omar Ebn Kaſem Andeluſani, i. e. Toletani, Aſtronomia, charactere Afric. in bibl. D. Joan. B. Oxon. Ibidem eodem argumento ac charactere libellus Abu Iſaac Ibrahim Ebn Mezerkal cum tabb. aliquot. Tum Mohammed Ebn Mohammed Alſuphius de ſciatericis.

De compoſitione Tabularum tractatus, qui vocatur, צפירהא לבן אלזרכאלה i.e. Plinthus Arzachelidis, lib. elegans ac utilis, Hebraice MS. Laud. 108. Tum tract. Jacobi Ben Macir Hararenſis de Aſtrolabio, cum cõmentario, Hebraice, ibidẽ: MS. Lat. E. 107. Laud. viz. Calendariũ Richardi Monke, Capellani de Anglia anno 1434. Joannes de Sicilia ſuper canones Arzachelis. Tabula mediorum motuum per Magiſtrum Rede: Almanach ad meridianum Oxon. Canon fixarum, cum figuris conſtellationum, & Tabulæ Toletanæ certe egregiæ. Demonſtrationes Canonum Tabb. Liber doctus. Theorica Planetarum. Calendarium Groſſi Capitis. Humenuz Ægyptiorum. Philoſophi & Magiſtri filiæ Ptolemæi. Almanach, ſeu tabb. ab Arzachele mutatæ in annos Alexandrinos, & a Magiſtro Joanne Papienſe in annos Chriſti. Ars quadrantis, & cylindri compoſitio.

De Sphæra Digb. 93. Kenubi Aſtronomus. Digb. 95.

Theorica Si. Bredou, Digb. 93. liber egregius.

Theorica Planetarum, Digb. 93.

Tabb. W. Rede Oxon. Digb. 57. 25: Ibi fol. 41. Tabb. aliæ Oxonienſes abſolutiſſimæ cum eclipſibus ab A. 1376. ad A. 1390. Ibi de uſu inſtrumenti, dicti *Albion*, inventi quod puto, per Ric. Wallingford. Ibi fol. 131. de æquatione dierum tract. perpulcher. Ibi rationes æquationum Planetarum, & quantitas annua per Thabet & R. Monke, & capitula Almageſti fol. 146.

De ſignis Zodiaci & de Planetis, Gr. Pembr. 76. 143.

IX. Arzachelis tabulæ ex MSS. Lat, Mert, 73. & Arch. Bodl. 122. & bibl. Savil.

2011 Ministerio de Cultura

Item tabb. Prophatii Judæi, ex MSS. Mert. & Arch. Digb. & bibl. Savil.

Canon fixarum per W. Wyrcestre 1440. Laud. B. 23. Ibidem.

G. Evesham de motu octavæ Sphæræ. Oxon 1316.

X. Alphonsi tabb. ex editt. & MSS. Laud. B. 23. & E. 107. cum notis.

XI. Observationes & tabb. MSS. P. Dacii Ben. 330. Eshendem Orial. 65. Lemonicenses. Publ. Cantabr. 223. Si-Bredon. 24. Alb. Batecomb. cum aliis. Magd. Oxon. 14. Killingvvorth. 168. Lumly. Caerleon. 188. Lumley. R. Wallingford, Read Oxonienſis.

De Calendario MS. Arab. 4°. in legato Scaligeri & Chronico Samaritan. Arab. ibid.

Quære an Gnomonica hic interseri possint, tam secundum veteres, Latinos sc. & Arabas, quam recentiores, puta Clavium, Herigonum, Magnanum, Commandinum, Ougthredum, & è MSS. Ravvlinsoni, Hoggii, & Forsteri.

XII. D. Harroxii Observationes cum notis D. Wallisii, & D. Rooke, quod reperiri potest cunque.

XIII. Excerpta quam brevissima ex tabb. Rudolph. Philolaic. Lodoiticis, Mediceis, Danicis, Prutenicis, Bergens. Frisicis, Lansbergianis, illis Riccioli, Wingi, Streti, recentiorumque aliis, & ex observat. Tychonis, sive à Curtio, sive à Bartholino vulgatis.

XIV. Collectanea ex Vett. marmoribus, Historicis, Chronicis, Tabb. Paschalibus computisque MSS. de re Chronologica, atque perparce ex Petavio, Scaligero, Simsono, Calvisio, Strauchio, aliisque recent. viz. D. Marshamo, Seldeno, Usserio, Senescballo, Petito, Clavio, Vieta, Emmio, Allatio, Lydiato, Cardano, G. Mercatore, Christmanno, R. Ori per Christman. Maurolyco, Gassendo, Baronio, Saliano, P. Alliacensi, A Ecchelensi in Byzant. Histor. una cum Censorino ex edit. Lugd. Bat. & MS. & Beda ex MSS. Joan.

VOL. XI.

Claudius Ptolemæus.

I.

2011 Ministerio de Cultura

I.

Περὶ φάσεων ἀπλανῶν καὶ παρημμασιῶν, Gr. Lat. multo emendatius, quam Petavius olim dedit, è codd. MSS. Savil. & in Ambul. Bodl. cum notis Petavii & aliorum.

Anonymus de ortu & occasu fixarum Gr. MSS. Pembr. 94.

II. Claudius Ptolemæus de Analemmate, Lat. cum notis Fred. Commandini, Mathematici præstantissimi, & amplissimi V. D. Savilii ac aliorum: collat. cum MS. in Bibl. Bodl. in Ambul.

III. Geminus de apparentiis & isagoge, &c. ex edit. 1590. & illa Petavii, viri summi, & MSS. bibl. Savil. & Pembr. 187. 206. & 165. 9.

Festus Avienus etiam ex MS. item Germanicus, & Cicero, & Hyginus.

Adde hic Hipparchum & Tatium, ex editt. Victorii ac Petavii, & MSS. bibl. Savil.

IV. Arati Gr. Lat. juxta edit. H. Grotii, incomparabilis V. collata cum MSS. Pembr. 4°. 419. 113. cum Scholiis αἰενδότοις καὶ παλοῖς & 8°. 133. & extra numerum, c. 78. & compendiosa metaphrasis Arati & docta Pembr. 131. 429.

V. Heraclius Imperator, Philoponus. Nicetas, aliique Græcorum de Astrolabio Gr. Lat. ex codd. MSS. Pembr. & Savil. & Coll. Nov. & Bodl. in Ambul. una cum Scholiis Arabicis ex MS. Arab. Con. Apoll. & ex MSS. Lat. in Arch. Seld. & ex Hermanni Astrolabio MS. Seld. & MS. Bodl. in Ambul. & Digb.

Philoponus, ut puto, elegans enim est, & meminit Ammonii discipuli sui, & Imperatoris, puto Heraclii, instigantis, de Astrolabio Gr. MS. Pembr. 166. 197.

Alius de eodem, ibidem: & Anonymus de Quadrante, forte ex Latino, (meminit enim Paris. & Montis Pessulani) Gr. MS. Pembr. 187. 201. & Pemb. 165.

Item Scholia Anonymi, imo & Macarii Hieromonachi, adjuvante illum fratre suo, Nicephoro Gregora, ibid. Item, nonnemo de Astrolabio, hortatu Manelli Cardinalis ad Papam Romanum, uti videtur: ibid.

VI. Jordanus de Planisphærio ex edit. Command. & per Valder. 1536. & MSS. in Bibl. Bodl. in Ambul. & Caji I.

2011 Ministerio de Cultura

De prognosticationibus & observationibus aëris mutat. ex Rob.Lincoln. & Alkindio tam edit. quam MS. & Columella, & Plinio, & Macrobio (Prognosticon. Gr.MS. Pembr. 131.262, & Pembr.194.88. & ibi de ortu & occasu fixarum optime.

Qu. de Bessarionis Card. Canone fixarum aut edito aut scripto in bibl. Ven. D. Marci.

Alkindius de pluviis per Planetas.

Hygini Astronomicon ex edit. Bas. & MSS.

R. Abr. Cai de Sphæra, Hebr. & Lat. per Schreckenf.

Commentarii in Sphæram & computum Jo. Sacroboſci. MS. D. Joan. Ox.

VII. Ptolemæus, vel Veterum alius, de speculis Lat. ex edit. & ex MSS. una cum commenttrio MS. in bibl. Saviliana.

Heliodori Optica, Gr. Lat. juxta edit. E. Bartholini, cum scholiis ejusdem: & ex MSS. Coll. D. Joan. B. & Arch. Pembr.

Robertus Lincoln. de Refractionibus. E. 107. Laud.

Anthemii Mechanici, (cujus opus templum S. Sophiæ) fragmentum μηχανημάτων διαδόξων Gr. Lat. ex MSS. Coll. D. Joan. Oxon.

Alhazeni Optica Lat. ex edit. & MS. Cantabr. Petr. 23.

Vitellionis Optica.

Adde Pecchami Cantuar. & Baconis Perspectiva ex editt. & MSS. in bibl. Savil. & Petr. 28. & Linc. 16. & Bodl.

Quære Dioptrica W. Snellii nondum edita.

Hæc cum notis & excerptis necessariis ex recentioribus Opticis, Stevino, Herigono, Keplero, Cartesio, Fabrio, Gregorio, Barrovio, (seu, quod iste meruit, Varrone nostro) Hugenio, Porta, Guidubaldo, Ghetaldo, Hobbio, Gualtero Wernero nostrate, Dasypodio, Risnero, Maurolyco, Vossio, Nonio, Antonio de Dominis, Greinbergio, Cataldo.

Tum de arte Perspectiva, quæ nunc vocatur, sive Scenographica. ex Nicerone, Du Bos, Herigono, Stevino, Alberto Durero.

VOL. XII.

Claudius Ptolemæus.

I.

2011 Ministerio de Cultura

I.

CL. Ptolemæi Tetrabiblos & Carpus Græce ex editt. & MSS. Coll. Nov. 299. & C.C.C. 50. & Laud. C. 100. & Pembr. 169. 328. Latine ex editt. & MSS. Cant. Publ. 224. & 152. & Coll. Nov. 75. & C. C. C. 49.

Excerpta ex Tetrab. Pembr. 131.441 Gr. MS.

Commentarii Procli, Theonis, Porphyrii.

Pauli Alexandrini Introductio in Apoteleſmaticam ad filium ſuum Cronamonem. Gr. MS. Pembr. 94. 76. Liber bonus de arte minime bona.

II. Mercurius Triſmegiſtus de decanis. Gr. Lat. ex edit. & MS. Gr. Coll. Nov. 299

III. Vetrii Valentis Anthologia Aſtrol. è cod. MS. Seld.

IV. Excerpta ex Vettii Aſtrol. Gr. Lat. è cod. MS. in Ambul. Bodl. & in MS. Seld. & Barocc. 49. 68. & in MS. Savil. Gr. ubi Heraclii Comment. in Canonas χειρὸς.

V. Firmici Aſtronom. Linc. Coll. 94. & Pembr. 64. MSS. collat. cum editis.

Petoſiridis Prognoſtica ex MSS Pemb. 166. 162. & 169. 376.

VI. Aſtrologia Ghaminæi Arab. Charactere Mauritanico. MS. Legat. Scaligeri.

Albumaſar, (ſeu Abu Maaſher) de nativitatibus. Arab. & Gr. MS. Pembr. 94. 68. MS. Laud. A. 137. Latine nullibi non reperitur.

Naſiroddin Tuſenſis de Geomantia. Perſice MS. Laud. 154.

Alchebitius cum comment. Joannis de Saxonia ex editt. & MS. Digb. 93. ubi tractat de Annis. Ibi etiam Albumaſar de partibus.

Procli Uranodromus. Gr. MS. Pembr. 166. 162. & 169. 376.

Duodecim τόποι Maſála. Gr. MS. Pembr. 94. 100. Ibidem Tabulæ, & alia non omittenda.

VOL. XIII.

Claudius Ptolemæus.

I.

2011 Ministerio de Cultura

I.

CLaudii Ptolemæi Geographia, Græce ex edit. Basil. per Frobenium, & Paris. cum epistola Erasmi 1546. & Gr. Lat. per Bertium: & ex MSS. Græcis binis optime notæ in Arch. Seld.

Latine vero ex edit. Argent. per Ubelum 1513. & 1520. Lugd. per Villanovanum 1541. Basil. per Munsterum 1542. & 1552. Coloniæ ex versione Noviomagi 1540. Romæ 1590. cum tabb. partim æneis, partim ligneis: & ex MS. Lat. in Coll. Magd. per Nonium Pacinum. Liber pulcher. edit. Italice per Gastaldum Ven. 1584.

II. Eledrisii Geographia (cujus compendium plane est illa, quæ Nubiensis vocatur) Arab. & Lat. cum tabb. MSS. D. Pocockii & bibl. Bodl.

III. Abulfedæ Geographia Arab. & Lat. ex binis codd. opt. D. Pocockii, & uno bibl. publ. Cantabr. & quod speramus, ex edit. D. Thevenoti V. Cl.

IV. Calcoshendius, scriptor accuratissimus, de Ægypto. Arab. & Lat. è MS. Seld.

V. Mappa regni Sinici, à Chinensi quodam depicta, ex Arch Seld.

Geographia Ibn Isaac MS. Arab. charactere Afric. Laud. A. 139. Liber eximii pretii.

Anonymus περὶ γῆσεως κόσμου. MS. Gr. Pembr. 131. 427.

R. Bacon de situ orbis. Cant. Ben. 192.

G. Melherayæ Mappa Mundi. Ben. 255.

Hygini Descriptio Mundi. Petr. 5.

W. de Worcester de longitud. & latitud. locorum in Anglia, Ben. 379.

Directorium Terræ Sanctæ. MS. Coll. Magd. Odorici Itinerarium. Ben. 4. & 72. & Luml. 247. Rubrocki Itinerarium. Ben. 61. & Luml. 247. Necham, Ben. 262.

Adnectantur Scylax. Gr. Lat. ex edit. Is. Vossii, cum notis ejusdem.

Marcianus.

Dicæarchus Gr. Lat. edit. Hoeschelii & H. Stephani.

Nicephori Blemmydæ Geographia Synoptica ex edit. & MS.

Laud

2011 Ministerio de Cultura

Laud. C. 69. Item Nicephori Gregoræ Scholia in lib. 1. Geographiæ Ptolemæi, ibidem.

Solinus ex edit. Salmaſii ἐκ πάνυ. Coll. cum MS. bibl. publ. Cantabr 195. & Petr. 94. & G. C. 35. & Coll. Magd. Oxon. & Laud. c. 118.

Mela ex edit. If. Voſſii, incomparabilis Viri, collat. cum MS. Coll. Nov. 285.

Æthicus.

Tabulæ Peutingerianæ.

Antonini Itinerarium, cum notis Suritæ, & ad fidem MS. Ben. 273. cum commentario Talboti.

Stephanus de Urbibus Gr. Lat. juxta edit. Leidenſem.

Strabo ex edit. Caſauboni, vel ſaltem variantes lectiones è cod. Gr. MS. bibl. publ. Cantabr. 7. & Lat. MS. Linc. Coll. 94 & bibl. publ. Cantabr. 91. forte. & Pembr. 169. 178.

Dionyſii περιήγησις Gr. Lat. ex edit. Stephani cum ſcholiis Euſtathii, & edit. D. Hilli, & ex MSS. Gr. Bodl. 4°. M. 46. & Pembr. Arch. extra numerum C. & Bibl. publ. Cantabr. 7. & Laud. C. 31.

Introductio ad Geographiam & artem Nauticam ex Herigono, Ricciolo, Fournier, Wright, Borroughs, Merula, Ortelio, Atlantibus D. Bleau, Keplero, Maurolyco, Balthaſare Conrado, L. Holſtenio, Voſſio, Baroccio.

VOL. XIV.

Claudius Ptolemæus.

I.

CLaudii Ptolemæi Harmonica. Gr. Lat. ex codd. MSS. Gr. in Coll. D. Joan. Oxon. optimæ notæ, & in Arch. Bodl. & in Ambul. Bodl. & in bibl. Savil. & Pembr. 124. cum ſcholiis, & Coll. Nov. 299. & Coll. Magd. Oxon.

II. Commentarius Porphyrii Gr. è cod. MS. Coll. Magd. ſervatur fragmentum ejus in Coll. D. Joan. Oxon. atque liber ipſe in bibl.

2011 Ministerio de Cultura

Regis Galliæ & in bibl. D. Voſſii, & in libr. I. & II. in Arch. Pembr 41. 148.

III. Bryennius in Ptolemæi Harmonica Gr. ex MS. Coll. Magd. Habet & Meibomius & bibl Regis Galliæ.

Quære, an Cleomedis, Dioclis, Pediaſimi reperiantur in Vatic. aut Gallic. aut Bibliotheca D. Voſſii: & an Cleomedis Harmonica ſit inter opera Georgii Vallæ.

Pachymeris Harmonica è MS. D. Voſſii, Græce.

Lampadarius de Muſica Recentiorum Græcorum. Gr. Lat. ex MS. Seld.

Avicennæ Muſica Arab. & Lat. è codd. D. Pocockii & D. Gravii.

Muſica Perſice ex MS. cod. Coll. D. Joan. B. Oxon. partem bene magnam ex Ptolemæo traducta.

Boethii Muſica ex editt. & MSS. Coll. Magd. Oxon. 131. & Coll. Bal. 257. & Trin. Ox. 24. & Pembr. 61. & MSS. Seld. & Laud.

Antiqui ſcriptores Muſici, ex edit. Meibomii cum notis ejusdem, collat. cum editt. & cum MSS. viz. præter Euclidem.

Ariſtoxenus. MSS. Gr. Bodl. Arch. A. 113. & Arch. Seld. & Bodl. Th. 17. 22. & Pembr. 41. 21.

Nicomachus MSS. Gr. Pembr. 41. 122.

Alypius MSS. Gr. 4°. Pembr. Arch. 41. 71. & Arch. Bodl. 113. & Coll. Joan. B. Oxon.

Gaudentius MSS. Gr. Coll. D. Joan. Oxon. & Pembr. 41. 101.

Bacchius MSS. Gr.

Ariſtides MSS. Gr. Arch. Bodl. 112. & in Muſeo Ambulacri, & in Bibl. Savil.

Excerpta ex Martiano, & Macrobio, præſertim MSS. & Caſſiodoro, & Cenſorino, & Dionyſio Halicarnaſſenſi, & Vitruvio.

Plutarchus de Muſica ex editt. & MSS. Gr. Lat. cum notis.

Groſtead in Muſicam & Arithmeticam Boethii. E. 107. Laud.

Muſicæ compendium MS. Lat. bibl. D. Joan. Oxon, item Annotationes egregiæ in illud.

Item Guido Coll. cum MSS. Coll. D. Joan. Oxon. cum commentario perdocto: & iterum in eadem bibl.

De Theone ad Platonem. Vid. Vol. VI.

Habet

2011 Ministerio de Cultura

Habet & insignissimus Vir D. Is. Vossius, quæ ad rem Musicam spectant, alia.

Adnectantur tractatus D. Chilmeadi V. Cl. de Musica vetere, penes D. Bysh Equitem.

Consulendus est Beda noſtras, & conferendus cum MSS. Coll. Joan. Ox. binis.

Illustrarunt hanc doctrinam, omnium svavissimam, Galileus uterque, Keplerus, Cartesius, Mersennus, illustrissimus D. Brunkerus, Wallisius, Cottignez, Kircherus, Jac. Faber Stapul. Zarlinus, Gaffurius, Gesualdus.

Hæc satis superque.

CAPUT XXIV.

De ATHENÆO Mechanico, Apollodoro Architecto, & aliis hujus argumenti scriptoribus.

Athenæi Mechanici liber de machinis bellicis. 1 Apollodori poliorcetica. 2. Philonis Byzantii Mechanicorum reliquiæ. 3. Liber Philonis de septem spectaculis. 4. Bitonis de machinis bellicis. 5. De Herone ac Ctesibio variisq; Heronibus. 6. De Julii Africani Cestis. 7. Anonymus de toleranda obsidione 8. Francisci Junii Catalogus Artificum Mechanicorum, statuariorum, pictorum aliorumq;. 9. Catalogus eorum qui de re pictoria & statuaria scripserunt. 10.

I.

ATHENÆUS incertæ patriæ scriptor, & longe diversus ab Athenæo Byzantio, quem instaurandis urbibus muniendisque præfecit

2011 Ministerio de Cultura

Gallienus Imp. teſte Trebellio Pollione c 13. quingentisq; & ſexaginta annis antiquior, περὶ μηχανημάτων, *de machinis bellicis librum* ſcripſit ad *M. Marcellum* qui Syracuſas cepit Olymp. CXLII. In hoc non aliorum tantum ſed ſua etiam inventa memorat & formis adjunctis illuſtrat: ἃ δ' μόνον, inquit pag. 9. δεῖ τὰ καλῶς εὑρεθέντα ὑφ' ἑτέρων εἰδέναι, ἀλλ' ἐπείπερ ἐστὶν εὐκινησία περὶ τὴν ψυχήν, καὶ αὐτόν τι εὑρίσκειν δεῖ.

Memorat vero pag. 2. *Daimachi* * Poliorcetica, qui cum Alexandro M. fuit, tum *Pyrrhi* Macedonis πολιορκητικὰ ὄργανα, p. 2. 9. & ſcripta *Ageſiſtrati* Mechanici (à Vitruvio etiam præf. libri VII. & ab Herone juniore in proœmio libri de bellicis machinis, ubi Athenæi hujus meminit, laudati) quem in βελικοῖς excelluiſſe teſtatur p. 2. Hujus præceptorem Apollonium laudat p. 3. tum Tyrium naupegum Pephaſmenum & Geram Carthaginienſem, qui arietis ac teſtudinis uſum docuerunt. Præterea p. 4. Polyidum Theſſalum, cujus diſcipuli cum Alexandro militarunt, & Diadem ὁ μηχανικῷ συγγράμματι. Hegetorem porro Byzantium p. 5. & Epimachum Athenienſem, qui Demetrio Poliorcetæ Rhodum oppugnanti, Helepolin conſtruxit p. 7. Calliſtratum qui περὶ τ μηχανικῶν ſcripſit, tum p. 8. Cteſibium Aſcrenum qui in urbe Alexandria Mechanicus fuit. In extremo libri p. 11. ait ſe etiam deſcripturum alio libro, quomodo machinis à ſe expoſitis occurri debeat. ὅσα δὲ δεῖ πρὸς τὰ εἰρημένα ἀντιμηχανήσασθαι, ἐάν τινα ἀναλεξώμεθα καὶ τ ἀρχαιοτέρων, πειρασόμεθά σοι καὶ ἐκεῖνα γράψαι. Prætereo mentionem Homeri, Stratonis, Heſtii, Archytæ, Ariſtotelis, Calani Indi, cujus dictum celebrat: Iſocratis Epiſtolæ de pace ad Philippū, Calliſthenis ἱστοριογράφου, tum Delphici moniti quod jubet χρόνου φείδεσθαι, item alterius ſententiæ ὅτι τὰ καιρῷ μέτρα εἰδέναι, ὅπερ φιλοσοφίας ἐστί. Hunc librum è quatuor MSS. Regis Galliæ è quibus is qui numerum 2174. inſcriptum habet antiquiſſimus eſt & ante 700. amplius annus ſcriptus, Græce recenſuit *Thevenotus*, latine vertit *Henr. Valeſius* an *Joh. Baptiſta Cotelerius*. Exſtat primo loco inter Veteres Mathematicos perquam nitide ac luculenter cum latina verſione & figuris in æs inciſis editus Pariſiis è typographia Regia A. 1693. fol. In horologium aquarium hujus Athenæi Epigramma Antiphili (ſi-

* Daimachi πολιορκητικὰ ὑπομνήματα laudat Steph. in Λακεδαίμων, & è Stephano Euſtathius ad Iliad 2 p 222. Numerus λε apud Stephanum non numerum librorum ſed machinarum quas Daimachus deſcripſerat notare videtur. In bibliothecis adhuc ſupereſſe hoc opus MS. teſtatur Voſſius de ſcientiis Math. c. 48. §. 23. p. 295.

2011 Ministerio de Cultura

(sine nomine auctoris licet) exstat in Anthologia IV. ult. emendatum à Salmasio ad Solinum p. 637. edit. Paris.

II. APOLLODORUS Architectus, cujus præter Ælium Spartianum in Hadriano c. 19. & Dionem Cassium lib. 69. p. 789. seq. meminit Hero junior in præf. ad librum de machinis bellicis, & Tzetzes Chil. 2. v. 81. 91. Scripsit ad Hadrianum Imp. πολιορκητικὰ sive de machinis obsidionalibus, nullos vetustiores scriptores laudans, sed quales ipse parandas machinas bellicas existimaret Imperatori per Epistolam * hoc requirenti exponens, additis formis sive διαγράμμασι. Exstat in jam laudata Veterum Mathematicorum collectione Thevenotiana p. 13. - 48. Hunc Apollodorum deinde ab Hadriano interfectum narrat Dio, quod paulo impudentius quondam præsente Trajano ipsum nondum Imperatorem de operibus ab Apollodoro factis haud satis perite differentem repulisset his verbis: *abi & cucurbitas pinge, nam tu hæc quidem certe ignoras.* Fuit tum temporis & alius Architectus qvo Hadrianum usum fuisse traditur à Spartiano, *Detrianus* nomine, pro quo Dextrianum vel Demetrianum legunt viri docti.

III. PHILO Byzantius circa annum urbis Romæ DCI. clarus laudatur à Vitruvio præf. libri 7. inter eos qui de machinationibus scripserunt. Tzetzes vero Chil. 2. v. 152. notat eum meminisse Archimedis: etiam meminit Ctesibii, Archimedis ætate clari, ut mox dicam.

Exstat in eadem illustris Thevenoti collectione Parisiensi hujus Philonis Mechanicorum *liber quartus* p. 49 - 78. ad Aristonem scriptus, & βελοποιικὰ sive ὀργανοποιικὰ tractans, cum tertius λιθοβολικά docuisset, alius μοχλικά, ut constat è p. 59. 61. Primus liber inter alia duplicationem cubi tradiderat, ut ipse testatur p. 51. seq. Unus è sequentibus, πνευματικὰ p. 77. & alius περὶ βιβλιοθηκῶν τῶν κρυφαίως ἀποτελουμένων p. 102. alius παρασκευαστικὰ de bellorum apparatu p. 103. Pag. 50. laudat Polycleti statuarii dictum, τὸ εὖ παρὰ μικρὸν διὰ πολλῶν ἀριθμῶν γίνεσθαι. ibidem sui temporis Mechanicos, Alexandrinos præcipue Regum φιλοδόξων & φιλοτέχνων favore suffultos hanc artem usu & experientia maxime perfeciisse testatur. Cum Alexandrinis artificibus diu se versatum & in insula Rhodo plures architectos familiares habuisse ait p. 51. Rho-

* In exordio libri: ἀνέγνων σε Δέσποτα τὴν περὶ τῶν μηχανημάτων ἐπιστολήν, καὶ μακάριον ἐγενόμην ὅτι με κοινωνῆσαι ταύτης σε τῆς φροντίδος ἄξιον ἔκρινας.

2011 Ministerio de Cultura

di se versatum testatur quoq; p. 80. & 84. Chalcentonum sive Chalcotonum à Mechanico Ctesibio Alexandriæ repertũ memorat p. 56. 67. 72. Aerotonum sive sclopetum, aëris vi jaciens tela ab eodem Ctesibio inventum & πνευματικὰ ejus θεωρήματα p. 77. seq. quo loco se Ctesibii æqualem fuisse innuit. Κελτικῶν & Ἱσπάνων μαχαιρῶν mentio p. 71. Catapultam polybolon à Dionysio Alexandrino Rhodiis constructam refert pag. 73.

Liber quintus p. 79 - 104. ad eundem Aristonem, agit de modo constructendi turres, murosq; ac fossas, & valla horreaque & præparanda alia ad obsidionem utrinque necessaria, p. 83. memorat turres quinquangulares ac serratas à Polyido Mechanico repertas. p. 86. seq. de ciborum ac frumentorum generibus in obsidionis tempus servandis differit, & p. 88. Epimenidios trochiscos laudat de quibus dixi lib. 1. c. 6. §. 5. Figuræ quas p. 86. p. 63. & alibi auctor addidisse se significat, desiderantur. Ægyptiorum strategema quo scalis scorteis muros urbium quas obsiderent conscendebant exponit pag. 102. Miror quod p. 103. contra jus gentium svadet frumenta & aquas veneno letifero corrumpere.

IV. Referri solet ad hunc ipsum Philonem libellus elegans περὶ τ ἑπτὰ θεαμάτων *de VII. orbis spectaculis*, quem è Bibl. Franciſci Barberini sed postrema parte capitis de templo Dianæ Ephesiæ & integro capite ultimo de Mausoleo mancum primus in lucem edidit & versione sua notisque illustravit *Leo Allatius* Rom. 1640. 8. Recusus deinde est Lugduni 1661. curante Dionysio Salvagnio Boessio, & nuper insertus tomo VIII. thesauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani. Memini Colomesium ad Gyraldum p. 493. suspicari, quod Guilelmus Choul ea quæ in libro Gallico de Veterum Romanorum religione p. 211. ex antiquo Græco auctore MS. refert de Colosso Rhodio, ex præsenti Philonis libello petierit. Sed alia sunt quæ de Colosso à Philone traduntur, qui mihi vix ac ne vix quidem videtur ille Mechanicus cujus Belopœeca paulo ante retuli, sed potius aliquis è Rhetorum numero non contemnendæ ætatis.

Fuit & Philo quidam Geometra Tyanensis cujus meminit Pappus lib. IV. propositi. 30. & longe antiquior Philo Athenienſis architectus, qui armamentarium mille navium capax in Munychia exstruxit celebratum Straboni IX. p. 395. aliisque: & de eodem armamentario atque de ædium sacrarum symmetriis scripsit teste Vitruvio præf. libri septi-

2011 Ministerio de Cultura

ſeptimi. Confer Franciſcum Junium in Catalogo artificum, & egregii Hemſterhuyſii notas ad hæc Pollucis X. cap. 51. ἐν γὰρ τῇ ξ νεὼ ποιήσει ἣν Φίλων ὁ θεόδωρος (al. Ἀπολλόδωρος) συνέθηκε, γέγραπται. De Philone Byzantio ſe ait Allatius plura dixiſſe in diatriba de Philonibus, ſed ea lucem non vidit.

V. BITO, qua patria incertum, ad Attalum Regem de conſtructione bellicorum inſtrumentorum ex diverſis antiquioribus Mechanicis ſcripſit, teſte Herone Juniore præfat. ad librum de machinis bellicis. Laudat Heſychius in σαμβάκη. & forte Ælianus Tactic.

Exſtant ejus κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν, *conſtructiones bellicarum machinarum & catapultarum*, p. 105 - 120. in collectione Thevenotiana. Dicatus liber Attalo Regi : nam initio libri pro verbis ὦ πάλαι vel πάλλα Βασιλεῦ legendum cum Lambecio ὦ Ἄτταλε Βασιλεῦ atque ita in codice ſuo reperit Tho Galeus, ut teſtatur in diſſ. de ſcriptis Mythologicis p. 45. Utrum vero Attalum I. innuat qui Pergami regnavit ab Olymp. CXXXIV. 4. ad CXLV$\frac{3}{4}$. an unum è poſterioribus duobus Attalis ab Olymp. CLV$\frac{2}{3}$. & Olymp. CLX . habenas regni gerentibus alloquatur, haud liquido conſtat, etſi primum illum libenter intellexerim. Non procul ab initio libri Biton deſcribit machinam petrariam Rhodi fabricatam à Charone Magneſio, aliam pag. 107. Theſſalonicæ conſtructam ab Iſidoro Abydeno, & p. 108. Helepolin quam Alexandro M. compoſuit Poſidonius Macedo: tum p. 110. Sambucam Damii Colophonii, & p. 111. καταφέρτων à Zopyro Tarentino Mileti confectam, p. 113. alium ab eodem elaboratum Cumis in Italia.

Opticorum ſuorum meminit Biton in extremo paginæ 108. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο μεθοδικὴ θεωρία, ὡς δεδήλωται ἐν τοῖς ὀπτικοῖς.

VII. HERO Alexandrinus, Cteſibii (a) Aſcreni qui Ptolemæi

(a) De hoc *Cteſibio* Mechanico ejusque repertis meminere Vitruvius præf. libri 7. & IX. 9. X. 12 Plinius VII. 37. Athenæus IV. p 174. & XI. p 497. Athenæus alter de machinis bellicis p. 8. Philo in belopoeicis p. 56. 67. 72.

Scripta quoque hujus Cteſibii olim fuere. Vitruvius lib. 1. c. 1. *Hem qui Cteſibii & Archimedis libros & cæterorum, qui ejusdem generis præcepta conſcripſerunt leget, cum iis ſentire non poterit niſi his rebus à Philoſophis fuerit inſtitutus.* Idem præfat libri VII. *Non minus de machinationibus* (ſcripſerunt) *uti Diades Archytas, Archimedes, Cteſibius, Nymphodorus, Philo Byzantius* &c. Athenæus IV. p. 174. Τρύφων δ' ἐν τρίτῳ περὶ ὀνομασιῶν συγγράψας φησὶ περὶ τῆς ὑδραύλεως Κτησίβιον

2011 Ministerio de Cultura

mæi (*b*) Philadelphi & Evergetæ I. temporibus Alexandriæ floruit, discipulus (*c*) & Mechanicus insignis, in Philosophia vero, ut Bernardino Baldo in Heronis vita observatum, Epicurum maxime probans, scripsit quæ exstant:

Χειροβαλλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρία, *de constructione & mensura manubalistæ* fragmentum. Græce primus edidit Bernardinus Baldus, & sine versione subjecit Belopoeicis de quibus mox. Græce deinde ac latine cum figuris in æs incisis ediderunt Parisienses, nescio quo interprete, inter Mechanicos, luculentis ut dixi typis editos p. 115 - 120.

Barulcus sive *de oneribus trahendis* libri III. Arabice à Jac. Golio ex oriente allati sunt, nondum editi in lucem.

Βελοποϊικὰ, sive ut alii Βελοποιηκὰ sive ut rectius Eutocius ad Archimedis 2. de sphæra ac cylindro vocat, βελοποιητικὰ, *de telis conficiendis jacu-*

σίβιον τὸν Μηχανικόν. Athenæus alter p. 8. de machinis bellicis: Κτησίβιος δὲ ὁ Ἀσκληνὸς (MS. aliud Ἀκρηνὸς, Casaubonus IV. 23. ad Athenæum Ἀσκρηνὸς Meursius in Bibl. Græca Ἀσκραῖος) ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μηχανικὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν. Hero junior de machinis bellicis c. 23. *Quemadmodum Ascraus Ctesibius Heronis Alexandrini Magister in suis commentariis declaravit per hujusmodi machinam.* Apud Cassiodorum VII. 5. Variar. Epist. suspicor Ctesibii nomen reponendum esse pro Metrobio. *Archimedes quoque subtilissimus exquisitor cum Metrobio tibi semper assistant.* Ctesibium allegans Turnebus l. 4. seq. Adversar. Heronem intelligit, codicem Belopoeicorum manu exaratum nactus, quæ Ctesibio malunt tribuere viri quidam docti.

(*b*) Ex Hedyli Epigrammate apud Athenæum XI. p. 497. Salmasius pag. 638. ad Solin. & Franciscus Junius in catalogo artificum p. 57. colligunt Ctesibium μηχανοποιὸν vixisse tempore Ptolemæi Philadelphi. Philadelphus obiit Ol. CXXXIII. 3. ante CHRISTUM 248. Miror Athenæum IV. p. 174. scribere quod Ctesibius Hydraulidis inventor fuerit sub Ptolemæo Evergete secundo (qui cœpit regnare Ol. CLVIII. 2.) & Aspendum incoluerit. Atqui meminit Ctesibii Athenæus Mechanicus, qui scripsit circa Olymp. CXLII. Pro Aspendo Alexandriam legit Casaubonus.

(*c*) Magistrum Heronis Ctesibium vocat Hero junior loco paulo ante adducto. Num pater quoque fuerit, ut Francisco Junio visum p. 57. & 96. catalogi artificum, dubito. Fuere & alii Ctesibii, ut (1) Historicus ille qui centenario major in peripato obiit, ut notant ex Apollodori chronicis Phlegon & Lucianus in longævis. Allegatur Ctesibii liber περὶ Φιλοσοφίας à Plutarcho in Demosthene ex Hermippo Smyrnæo, unde sub Ptolemæo Philadelpho vixisse colligit Vossius in Hist. Græcis. (2) Ctesibius Chalcidensis Cynicus Menedemi familiaris, de quo Athenæus I. p. 15. IV. p. 162. ex quo discimus eum vixisse sub Rege Macedoniæ Antigono.

2011 Ministerio de Cultura

jaculandisque liber. Græce & latine cum verſione & notis *Bernardi Baldi*, qui vitam quoque Heronis adjunxit. Auguſtæ Vindel. 1616. 4. & inter Mechanicos typis Regiis excuſos Pariſ. 1693. fol. p. 115 - 144. notis Baldi ad calcem Voluminis rejectis.

Πνευματικά, *Spiritalia* cum *Frid. Commandini* verſione & notis quæ prodierant Urbini 1575. 4. & Amſtelod. 1680. 4. figurisque in æs inciſis. Græce & latine exhibentur & inter Mechanicos Pariſiis excuſos p. 145-235. additis *Jo. Baptiſti Aleotti* quatuor theorematibus ſpiritalibus ex Italico latine converſis. Edita etiam ſunt Heronis Spiritalia ex Italica Aleotti verſione, Bononiæ 1547. Ferrariæ 1589. 4.

Περὶ αὐτοματοποιητικῶν, *de avtomatorum fabrica* libri II. Italice editi Venet. 1589. 1601. & 1661. 4. interprete *Bernardino Baldo*, cum ejus animadverſionibus, & præmiſſa diſſ. de artis Mechanicæ orgine ac progreſſu. Græce & latine cum verſione *D. Couturii* prodiere una cum reliquis Mechanicis Pariſ. 1593. fol. pag. 243 - 274.

In Bibliotheca Vindobonenſi, teſte Lambecio, occurrunt MSta Heronis *Dioptrica* ſive liber περὶ διόπτρας, triginta fere foliis in quarto conſtans, cujus initium: τῆ διοπτρικῆς πραγματείας πολλὰς καὶ αἰαγκαίας παρεχομένης χρείας.

Perdita hujus Heronis ſcripta ſunt:

Τὰ περὶ ὑδροσκοπείων libris IV. quos laudat Proclus in hypotypoſi Aſtronom. p. 42.

Μηχανικὴ εἰσαγωγή. Eutocius ad Archimed. 2. de ſphæra ac cylindro.

Μηχανικῶν libri, quorum tertium laudat Pappus lib VIII p. 488. Heronem in Mechanicis & Catapulticis allegat idem lib. 1. p. 7.

Περὶ μετρικῶν. Eutocius ad lib. de circuli dimenſione.

Περὶ ὑδρείων de horologiis per aquam conſtructis. Pappus præf. libri VIII.

Περὶ ζυγίων diverſum opus ab avtomatis Heronis putat fuiſſe Bernardinus Baldus. Memorat Pappus præf. libri VIII.

Περὶ τροχιωδῶν *de rotulis*. Pappus lib. VIII. p. 561.

Laudatur Hero ſubinde à Proclo ad Euclidem, Nazianzeno Orat. 10. ubi cum Euclide & Ptolemæo conjungit, Heliodoro in Opticis, &c.

Fuit & HERO ſecundus Mathematicus, ante medium ſæculi à Chriſto nato quinti clarus, Procli Philoſophi Magiſter, teſte Marino in Procli vita c. 9. ἔτι δὲ μαθήμασιν ἥρωνι ἐπέτρεψεν ἑαυτὸν ἀνδρὶ θεοσεβεῖ, καὶ πλεί-

2011 Ministerio de Cultura

πλείαν θεωρουμένων ἐφικνεῖται τῆς παιδευσίν ὁδῶν. Confer Lambecium VII. p. 404. & Clariſſ. Neocori notas ad Suidam in Ὀλυμπιόδωρος. Hujus ut opinor Heronis ὑπόμνημα εἰς τὴν ἀριθμητικὴν εἰσαγωγὴν (Nicomachi) laudat Eutocius ad Archimed. p. 28. edit. Baſil.

HERONEM tertium ſub Heraclio vixiſſe contendunt viri docti. Sane Chriſtianus fuit & ſub Imperatoribus ſcripſit, teſtatur quoq; in Geodæſia quam Barocius edidit, à Claudii Ptolemæi temporibus qui ſcripſit ſub Antonino Pio ad ſuam usque ætatem ſtellas fixas proceſſiſſe ſeptem graduum ſpatium, quod in 400. annis fieri obſervat Albategnius. Vide Joſephum Blancanum in Chronologia Mathematicorum & ex eo Voſſium c. 48. de ſcientiis Mathemat. §. 20. p. 294. & Gabr. Naudæum de ſtudio militari pag. 520 Ejus hæc ſcripta feruntur:

De Machinis bellicis liber (in cujus cap 23. antiqui Heronis Mechanici mentio) latine tantum lucem hactenus vidit è verſione & cum ſcholiis *Franciſci Barocii.* Venet. 1572. 4.

Geodæſia quam itidem latine vertit & ſcholiis illuſtravit libroque de machinis ſubjecit Barocius. Græce nondum edita eſt.

Liber de obſidione repellenda & toleranda ὅπως χρὴ τὸν πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιπάσσειν, καὶ οἷοις ἐπιτηδεύμασι τὰς ἀποκρούσεις. Sine nomine auctoris Græce tantum editus Pariſ. 1639. fol. cum reliquis Mechanicis ſcriptoribus, p. 317 - 364. Heroni tribuitur in codice Vindobonenſi, teſte Lambecio, & multa ex Polybio, Arriano & Joſepho ad verbum deſcripta exhibet.

Παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν θεωρημάτων περὶ τοῦ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν &c. Sub Heronis nomine MStæ in Bibl. Vindobonenſi exſtant Lambecio teſte, quæ Julio Africano à Rigaltio in notis ad Onoſandrum & in gloſſario Tactico tribuuntur, in Barberina & aliis Bibl. ſine nomine auctoris leguntur, teſte Naudæo.

De vocabulis Geometricis ac Stereometricis Ἐκ τῶν Ἡρωνος περὶ τῶν τῆς Γεωμετρίας καὶ στερεωμετρίας ὀνομάτων, Græce, & ſeparatim latine cum primo Elementorum Euclidis libro edidit *Conradus Daſypodius.* Argentorati 1571. 8.

Excerpta de menſuris ex Heronis *Geometria* Græce ac latine cum verſione *Bernardi de Montfaucon* vulgarunt Benedictini Tomo primo Analectorum Græcorum, Pariſ. 1688. 4. integram ex codice Regio edere ob prolixitatem veriti.

Εἰσαγωγὴ τῶν γεωμετρουμένων, nondum quod ſciam edita, quæ inci-

2011 Ministerio de Cultura

incipit: *καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος*, manu exarata apud me exstat. Respondet huic libello introductio Heronis in Geodæsiam (à Geodæsia quam Barocius edidit utique diversa) quam in bibliotheca Augustissimi Imperatoris bis MStam, semel quidem aliquantum abbreviatam & interpolatam occurrere testatur Lambecius.

Fuere & alii Herones veteribus memorati, quos persequtus erat singulari diatriba de Heronibus Leo Allatius, sed quæ lucem nunquam vidit. Mihi præter jam dictos hi observati sunt:

Hero Alexandrinus Cynicus quem laudat Nazianzenus Orat. 23. licet Hieron. de script. Ecclesiast. nomen Heronis falso adscriptum & Maximi Cynici laudes illa oratione contineri observavit.

Hero Athenienſis Orator, cujus *τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας κεκερμάτων ὀνομάτων* libros III. *ἐπιτομὴν τῆς ἡρακλείδου ἱστορίων* & alia scripta Suidas memorat.

Hero Alexandrinus Monachus, de quo Palladius Lausiaca p. 81. & 125. edit. Meursii.

Hero Thebanus. Cassian. II. 5. collat. Niceph. X. 29.

His addes denique Heronem qnem viginti libros de re rustica scripsisse, totidem fere verbis & ex iisdem auctoribus ex quibus Geoponica collecta sunt, testatur Gyraldus lib. de re navali T. 2. Opp. p. 650. Meminit hujus Heronis etiam Guil. Philander ad Vitruvium II. 4.

VII. Præter jam dicta Athenæi, Apollodori, Philonis, & Bitonis scripta, sive ex illis excerpta de machinis bellique atque obsidionum apparatu, & Heronis de manubalista, tum Heronis Belopoeica, Spiritalia & Avtomata, quæ Græce & latine cum versione latina Valesii, Cotelerii, Coturii, Juliani Puchardi, Commandini &c. & figuris in æs incisis ediderunt Parisienses: Eadem Thevenoti collectio p. 275-316. sed Græce tantum exhibet Opusculum in capita LXXVII. distinctum sub titulo: JULII AFRICANI *κεστοί*, (*a*) sed neutiquam est opus illud

(*a*) Κεστὸς Veneris acupicta Zona, de qua Eustath. ad Iliad ξ. 214. Idem ad Iliad. γ'. pag. 323. *κεστὸν* interpretatur *κεντητὸν καὶ ποικίλον*. Itaque Julius Africanus libros suos quibus de variis argumentis ex variis scriptoribus plurima collegerat, inscripsit *κεστὰς*, quasi *στρωματεῖς* atque *Varias & amœnas lectiones* dixeris. Utitur ipse hoc vocabulo p. 297. b. *τί δὲ θαῦμα εἰ καὶ ἔστο παρὰ χαρίτων ἔλαβεν ἡ ἥρα καὶ*

2011 Ministerio de Cultura

Africani integrum, quod ſub Ceſtorum titulo Alexandro Mammææ ab Africano dicatum conſtabat libris * IX. ut tradit Syncellus p 359. licet Photius Cod. 34. libros XIV. vel Suidas in Ἀφρικανός plane libros XXIV numerent. In hoc opere cujus Euſebius quoque VI. 31. Hiſt. Eccleſ. & Nicephorus IV. 21. meminerunt, Africanus ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμευτικῶν admirandas δυνάμεις complexus fuerat, ut teſtatur Syncellus, & apparet è fragmentis quæ ex Africano in Geoponicis occurrunt, & quæ in Mich. Pſelli libro inedito θαυμασίων ἀκεσμάτων ἰατρικῶν καὶ Φυσικῶν obvia, publici juris fecit Lambecius lib. VII. commentar. p. 222-224. Suidas: εἰσὶ δὲ οἱονεὶ Φυσικὰ ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπῳδῶν καὶ ἁπτῶν τινων χαρακτήρων ἰάσεις τε καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν.

At enim hæc quæ ſub nomine κεστῶν Africani Pariſiis prodiere, atque de re militari potiſſimum rebusque variis & inventis ad eam felicius gerendam repertis, atque partem ex Medicorum, Chemicorum, Magorum, Phyſicorum & Geometrarum officina petitis differunt, inſtruuntque duces & milites, & cap. XXV. ſeq. p. 298. ſeq. quædam adſpergunt rem ruſticam ſpectantia, qualia etiam in Geoponicis leguntur: Hæc inquam non ſunt ipſum Africani opus, ſed excerpta ex Africani Ceſtis & aliis ſcriptoribus, ſive antiquioribus, ut Ænea Tactico è quo integra capita deſcripta pridem notavit Cauſaubonus: ſive etiam quibusdam longe junioribus, ut tum alia (b) ad oram paginæ à me notata loca videntur innuere, tum Beliſarii (c) mentio aperte docet. Cor-

καὶ γὰρ παρὰ τῆς Ἀφροδίτης τὰς κεστὰς ἐδανείσατο. Dicti etiam ſunt *ceſti* lora quibus pugiles ſolebant manus & brachia innectere quo fortius ferire poſſent, ut videre eſt in antiqua imagine apud Guil. Choulium libro de balneis & exercitationibus veterum p 18 Confer quæ viri docti ad Virgil. V. Æneid. v. 69. & Rigaltium ad Onoſandrum p. 24 ſeq.

* Male XIX. excuſum in Tillemontii Mem. Eccleſ. T. 3. parte 2. nota 1. ad Vitam Africani edit. Bruxell.

(b) Καὶ Ῥωμαίων δὲ αὐτοκράτορες παλαιοί p 291. capite δ. ἐχρήσατο τῇ πείρᾳ ταύτῃ καὶ Σύρμος ὁ Σκύθης, καὶ Βαρδησάνης ὁ Πάρθος, τάχα δέπας καὶ πλείονες. εἶδον καὶ αὐτὸς Ἐναγκάρας Βασιλέως [καὶ] Μάννα παιδὸς αὐτᾶ πολλάκις πειράσαντος ἐμᾶ ὑφηγησαμένα &c. p. 300. capite κθ'

(c) Τᾶτο δὲ ἐποίει καὶ Βελησάριος ἐπεὶ γὰρ ἀντισχεῖν διὰ τὸ πλῆθος &c. p. 309. b. capite ξς'. ποιᾶσι μὲν καὶ οἱ σήμερον Ῥωμαῖοίτε καὶ Ἄραβες. p. 310. capite ξή. Videtur Chriſtianus ſcripſiſſe quod legitur p. 311. b. capite ὁ de transfugarum non repudiando Matrimonio, εἰ μὴ τιμῶσιν τὰ παρ' ἡμῖν θρησκευόμενα, ſi à *religione noſtra non ſint alieni*. Clauſula libri innuitur p. 300. ληγέτω δὲ καὶ τόδε τὸ σύγγραμμα εἴς τι ἀρχαῖον καὶ φιλομαθὲς διήγημα. Capite κθ'. ſive 29.

2011 Ministerio de Cultura

Corruptiſſima autem in MStis Codicibus reperta ſunt hæc excerpta, prioribus maxime capitibus, quamobrem nulla etiam latina verſio addi potuit, licet eruditiſſimus Jo. Boivinus in ſuis caſtigationibus ad calcem voluminis adjectis, innumera loca feliciter reſtituerit atque illuſtraverit. Quoniam vero inter vulgaria quædam atque inepta in hoc opuſculo leguntur alia etiam digna notatu & vix ac ne vix quidem alibi obvia, optandum eſt ut in meliores & emendatiores codices incidant viri docti, quibus ad interpretationem hujus opuſculi excitentur. Exſtant ſane in Codicibus etiam Bodlejanis, è quibus deſcriptum memini me videre Lipſiæ apud Clariſſ. amicum noſtrum Godfridum Olearium ſed ni fallor deerant prima capita XXIX. Non dubito alia exemplaria in Italiæ poſſe inveniri Bibliothecis, in quibus pridem ea evolvit Politianus c. 15. Miſc. Habet & Leidenſis Bibl. inter libros Il. Voſſii; quemadmodum bina occurrunt præterea Vindobonæ in theſauro librario Potentiſſimi Imperatoris. Supereſt ut referantur à me nomina ſcriptorum ſane paucorum quos in iſthoc opuſculo memorari reperi:

Euclidis στοιχεῖα. p. 295. b. Οἱ δ' ἐγκυκλίᾳ μετρίως ἐπήβολοι παιδείας τὴν Εὐκλείδε στοιχείων δ' πποδὼ ὡς εἰκὸς ἐφήψαντο.

Homerus p. 292. b. Ἰαμβεῖον ἀρχαῖον, ὡς λυζιτελέστερος πᾶζι δ' ἀσφαλὴς ἠγεμών. pag. 278. Verſus ipſe exſtat apud Svetonium Auguſto c. 25. Ἀσφαλὴς γὰρ ἐς' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Neptuniani Phyſica p. 301. b. Φιλοσοφῶν δὲ τὸ δ' παρόντ@ συγγράμματ@ ἔκθεζιν, ἀνέγνων ἐν τοῖς Νεπτυνιανοῦ Φυζικοῖς &c.

Οἱ Κωντίλιοι. p. 301. b. Quintilii fratres qui ſub Commodo Imp. clari ſcripſerunt de re Ruſtica.

Eundem fuiſſe Sextum (*) Julium Africanum, qui Chronographiæ libros V. ab Orbe condito ad A. C. 221. ſcripſit, & Julium Africanum Ceſtorum ſcriptorem, credemus potius Euſebio, Photio, Syncello, & Suidæ hoc affirmantibus, quibus Petavius, Voſſius, Labbeus, Lambecius, Wetſtenius, Tillemontius aſſentiuntur; quam Joſ. Scaligeri & H. Valeſii virorum licet maximorum conjecturis contra nitemur. Cæterum

* Sextum vocat Svidas in Ἀφρικ. & Σωσάννα Neque aſſentiendnm viris doctis H. Valeſio ad Euſeb. p. 127. & Labbeo 1. de Script. Eccleſ. p. 659. qui *Ceſtum* dictum volunt à Ceſtorum opere.

2011 Ministerio de Cultura

terum quod Chronographiæ & κεςῶν libros pro uno eodemque opere habuit Petavius XII. 42. de doctrina temp. hoc merito retractavit ipse VIII. 2. auctarii diff.

Alia de Africano ejusque scriptis apud accuratissimum Tillemontium T. 3. Mem. Eccles. & præstantissimum Caveum in parte utraque Hist. literariæ Lector evolvet, quibus ambobus in mentem venit suspicari, quod Cestos forte scripserit Africanus nondum Christi sacris initiatus: licet in altera parte Caveus malit subscribere eorum sententiæ qui cestos ad alium referunt Africanum. Sed de tota re melius judicare liceret si opus ipsum exstaret, quod paucis forte fragmentis exceptis, ut jam notavi, intercidit. Nam & Boivinius prima vix 44. capita Africano audet tribuere, cum 45. usque ad 59. fere ad verbum sint descripta ex Æneæ Tacticis, & sexagesimum cum reliquis propter vocabula barbara & styli diversitatem, alium & recentiorē auctorem referant: è quibus illa περὶ φυλάκων p. 315. Heronis forte junioris esse idem eruditissimus Boivinius conjicit. Cæterum Christianos etiam περιτώδη sectatos, ac superstitionibus satis crassis quandoque deditos fuisse, ne ab hæreticis priscis Gnosticis, Priscilliamistis &c. vel ex nostra ætate ducam argumentum, vetera convincunt exempla, & Geoponicon scriptor (haud dubie Christianus) & Tryphonis Martyris exorcismus infectorum hortis vineisque noxiorum apud Lambecium VII. p. 247. & plura ejusmodi non adeo inobvia futura si quis diligentius inquisierit: inque his frequentata quædam superstitiosa ita publicè, ut Conciliorū decretis prohibenda fuerint, de quibus Brunus Oratorii JESU Presbyter parte tertia libri Gallice A. 1702. 12. editi quem inscripsit: *Histoire Critique des pratiques superstitieuses qui ont seduit les peuples & embarassé les Savans.* Ex eodem Geoponicon scriptore recte colligas Africanum Christianum fuisse cum Cestos scriberet, in quibus commendavit efficax adversus vini corruptionem remedium, si dolio inscribantur θεῖα hæc verba (Psalm. XXXIV. 8.) *Gustate & videte, quoniam suavis Dominus*, vel si pomum his verbis inscriptum projiciatur in vinum. XIV. 5. Ἀφελκάνθ· Ἀμήχανον τραπῆναι τ οἶνον ἐὰν ἐπιγράψῃς ἐν τῷ ἀγγείῳ ἢ ἐν τοῖς πίθοις ταῦτα τὰ θεῖα ῥήματα. Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Καλῶς ἂ ποιήσεις καὶ εἰς μῆλον ἅτω γράφων, ἐμβάλλων τὸ μῆλον εἰς τ οἶνον. Plura hujuscemodi farinæ ex Geoponicis infra libro VI. refero, ubi de Hippiatricis quoque dicturus sum, quorum collectio & ipsa ex Africani Cestis quædam habet annotata, uti alius liber MS. Constantini Porphyro-Gennetæ jussu ut videtur

2011 Ministerio de Cultura

detur collectus, de quo Boivinius in castigationibus ad Africanum pag. 360.

VIII. Claudit collectionem Thevenotianam tractatus Casaubono pridem ad Polybium & Æneam lectus, atque à Parisiensibus itidem Græce tantum editus de obsidione toleranda & repellenda, nescio cujus scriptoris, sed ut videtur Christiani, sub titulo: ὅπως χρὴ τὸν πολιορκεμένης πόλεως στρατηγὸν φεύγειν τὴν πολιορκίαν αὐτιπάσεσθαι, καὶ οἷοις ὑπομηχανήμασι τούτων ἀποκρέεσθαι. p. 316 - 330. & p. 361 - 364.

E Polybio, Arriano & Flavio Josepho pleraque ad verbum descripsisse, jam ab editoribus annotatum est. Archimedis εὐμήχανον σοφίαν laudat p. 319. 326 seq. Non valde antiqvum esse patet quod p. 323. Josephum accenset τοῖς παλαιοῖς. Et Heroni tertio tribui in codice Vindobonensi jam supra dixi. p. 495.

IX. Alios scriptores rei militaris infra cap. XXX. breviter persecutus, hoc loco Mechanicos recensere institueram, nisi eum laborem jam præcepisset erudita accurataque Francisci Junii filii industria, cujus Catalogus locupletissimus Architectorum, Mechanicorum, Pictorum aliorumque artificum secundum seriem literarum digestus subjicitur editioni posthumæ librorum ejus III. de pictura Veterum Roterod. 1694. fol. His pauca quædam nomina è veterum scriptis, plura ex antiquis marmoribus observavi posse accedere. In præsenti vero unum tantummodo locum supplementi loco ad scribam ex Africani cestis, de Bardesane * quodam Partho, qui tam probe calluit pictoriam & simul artem jaculandi, ut ictibus telorum potuerit imaginem ejus quem vellet describere, quod Africanus festive vocat ζωγραφῆσαι βέλεσιν sive τοξεύειν γραφὰς, vel denique γράφειν τοξεύμασι. Verba ejus hæc sunt p. 301. Ἦν δ' ἄρα σοφὸς τοξότης Βαρδησάνης εἴπερ τις ἕτερος, οἶδα δ' ἄνθρωπον τοξεύσαντα οἷα ζωγράφον, ὁ δ' τρόπος τοιόσδε. Ἄνδρα κατάντικρυ ποτὲ ἔστησε νεανίαν

* Alius & antiquior fuit Bardesanes Babylonius quem sub Alexandro Severo vixisse (adeoque Africani fuisse æqualem) male affirmat Vossius p. 483. de Hist. Græc. Nam licet Porphyrius IV. περὶ ἀποχῆς illum scripsisse ait ætate πατέρων, illud tamen latius accipiendum est, & Antonini tempora respicit, ut testatur Porphyrius ipse fragmento de styge, ubi refert narrationem illam de aqua probationis Tantalia Brachmanum, tradidisse τὸν ἐπὶ τῆς βασιλείας τὸν ἐξ Ἐμησῶν εἰς τὴν Συρίαν ἀφιγμένον Βαρδησάνην τῷ ἐκ Μεσοποταμίας εἰς λόγους ἀφιγμένῳ. Ex hoc loco colligitur quoque eundem esse Bardesanem qui de Indorum Philosophis scripsit teste Porphyrio & Hieron. 2 contra Jovinian. & qui dialogum de fato ad Antoninum Imp. edidit, de quo infra lib. IV.

2011 Ministerio de Cultura

ανίαν καλὸν καὶ ἔυρωστον, ὃν καὶ γραφεὺς αὖ ἐξέκαμε μιμήμῳ, πεςιβάλετο τὴν ἀσπίδα ὁ νεανίσκος, ἔτο δὲ πεποίηκεν ὁ Βαρδησάνης, ἐνδεικνύμῳ τὴν τέχνην ἡμῖν θεαταῖς. Ὁ δὲ οἷα ζωγράφος ἀγαθὸς τὸν κατέχοντα μετέθηκεν ἐπὶ τὴν ἀσπίδα, πρώτην μὲν δὴ τὴν κεφαλὴν ἔγραφεν ὀρθοῖς βέλεσι κύκλον κεφαλῆς μιμήμῳ. Εἶτα τ' ὀφθαλμῶν τὰς βολὰς, χείλεων ἁρμονίας, ῥυθμὸν γνωίων, καὶ ὁ λοιπὸς ἄνθρωπος ἠκολούθη τῇ τάξει τ' σώματος. Ὁ δὲ ἐσεμνύνετο τοξικῇ γραφικὴν συλλαβών, καὶ γράφων τοξεύματα καὶ τοξένων γραφάς. Ἐθαυμάζομεν δὲ ὁρῶντες ὡς πολεμικὸν ἐπιτήδευμα τὸ τόξευμα ἦν, ἀλλ' ἦν τι καὶ τερπνὸν, καὶ κινδύνων ἡδονή. Ὁ δὲ καταθέμενος τὴν ἀσπίδα εἶδεν αὐτὸν ἐπὶ τ' οἰκείου σώματος γεγραμμένον, καὶ ἔχαιρεν γνώμῃ στρατιωτικὸν ζωγράφημα.

X. Concludam hoc caput indice ſcriptorum de re ſtatuaria ac pictoria, petitum ex eodem Franciſco Junio lib. 1. de pictura Veterum cap. 3.

Adæus Mytilenæus περὶ ἀγαλματοποιῶν *de ſtatuariis*. Athen. Deipnoſoph. XIII. p. 606.

Alcetas libro II. περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων *de iis quæ Delphis conſecrata* id. XIII. p. 591.

Alexis Poeta fecit drama inſcriptum γραφή, *pictura*. Videtur autem fabulæ iſtius argumentum ab argumento ſcriptorum, qui hic recenſentur, non plane abhorruiſſe; ſiquidem conjecturam facere licet ex eo loco quem adduxit Athenæus XIII. p. 605. ſeq. Idipſum quoque ſentire licet de Pherecratis γραφεῦσι *Pictoribus*, apud eundem Athenæum IX. p. 395. quemadmodum etiam de Diphili ζωγράφῳ *pictore* apud eundem VI. p. 230. VII. p. 291. De Alexandridis denique ζωγράφοις apud Pollucem Onomaſt. lib. X. c. 14. Plurima adhæc è Pomponii (Comici latini) *Pictoribus* loca paſſim adducit Nonius Marcellus.

Anaximenes ſcripſit de picturis antiquis, teſte Fulgentio Planciade lib. III. Mytholog. in Actæone.

Antigonus Statuarius condidit volumina de ſua arte. Plin. XXXIV. 8. Idem XXXV. 10. alterius ut videtur Antigoni meminit qui de pictura ſcripſit. Antigoni opus περὶ πινάκων *de Tabulis* memoratur Laertio in Chryſippo VII. 188.

Apelles de arte ſua ad Perſeum diſcipulum ſcripſit, ut eſt apud Plinium lib. XXXV. ſub finem capitis 10.

Ariſtodemus Carius operam ſingulorum qui pingendi artem altius evexerunt,

2011 Ministerio de Cultura

xerunt, litteris prodidit, ac ſimul recenſuit quot Reges Urbesque bene erga eam fuerint affecti. Teſtis Flav. Philoſtratus in proœmio iconum, qui Ariſtodemum artis pictoriæ cauſa per quadriennium domi ſuæ aluiſſe ſe teſtatur, ipſe clarus circa A. CHRISTI CCXX. ut infra libro IV. dicetur.

Artemon περὶ ζωγράφων *de pictoribus*. Harpocratio in Πολύγνωτος.

Calliſtratus in Imaginibus, quæ typis deſcriptæ exſtant inter ſcripta Philoſtrati, de quibus infra ſuo loco.

Callixenus ſcripſit ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφὴν, *pictorum & ſtatuariorum deſcriptionem*. Atque ex hoc Callixeni ſcripto refert Photius coacervatum fuiſſe librum excerptorum variorum Sopatri.

Chriſtodorus Coptita ſcripſit ἔκφρασιν τῶν ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἀγαλμάτων deſcriptionem ſtatuarum in Gymnaſio Zeuxippo. Vide Suidam in Ζεύξιππος & χριστόδωρος. Hæc deſcriptio ſupereſt hodie, ac legitur libro V. Anthologiæ Epigrammatum Græcorum.

Democritus Philoſophus ſcripſit περὶ ζωγραφίης. Laertius IX. 48. in Democrito.

Democritus Epheſius ſcripſit de templo Dianæ Epheſiæ. Laertius IX. 49. Librum primum illius operis laudat Athenæus XII. p. 525.

Duris Δῦρις περὶ ζωγραφίας *de pictura*. Laert. in Thalete I. 38.

Euphorion Εὐφορίων ἐν ποτηροξυλύπτῃ *in poculorum ſculptore*, citatur à Scholiaſte Theocriti ad verſ. 1. Eidyllii ſecundi.

Euphranor Iſthmius pictor volumina compoſuit de ſymmetria & coloribus. Plin. XXXV 11.

Hegeſander, ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, *Hegeſander Delphus in commentario quem perſcripſit de ſtatuis & imaginibus*. Athen. V. 210.

Hippias Eleus Sophiſta diſputavit de Pictura & ſtatuaria, teſte Philoſtrato lib. 1. de vitis Sophiſtarum.

Hypſicrates περὶ πινάκων *de Tabulis*, memoratur Laertio in Chryſippo VII. 188. Vide & infra in Xenocrate.

Jamblichus περὶ ἀγαλμάτων, *de imaginibus* (earumque cultu) quod opus ejus confutare aggreſſus eſt Jo. Philoponus. De utroque vide Photium.

Juba (filius) Rex Mauritaniæ, ſtudiorum claritate memorabilior etiam quam regno, ut eſt apud Plinium V. 1. Hiſt. ſcripſit περὶ ζω-

2011 Ministerio de Cultura

γράφων *de pictoribus*, atqueoperis ejus librum VIII. citat Harpocration in παράλιοι. Scripsit etiam περὶ Γεωφικῆς *de pictoria*, eodem Harpocratione teste in πολύγνωτος. Photius quoque in Sopatri variis excerptis citat Jubæ librum secundum περὶ γραφικῆς, de *pictoria*.

Malchus Byzantinus Sophista scripsit τὸν ἐμπρησμὸν τ δημοσίας βιβλιοθήκης καὶ τ ἀγαλμάτων τ Αὐγουστέως, *Conflagrationem publicæ Bibliothecæ & statuarum Augustalis*. Suid.

Margeus. Ausonius Mosella:

Forsan & insignes hominumque operumque labores
Hic habuit decimo celebrata volumine Margei
Hebdomas - - -

ad quæ verba vide Eliam Vinetum.

Melanthius Pictor περὶ ζωγραφικῆς *de pictoria*. Laert. IV. 18. in Polemone.

Menæchmus statuarius scripsit de sua arte. Plin. XXXIV. 8.

Menæchmus Sicyonius περὶ τεχνιτῶν *de artificibus*. Athen. II. pag. 65. XIV. pag. 635.

Menetor περὶ ἀναθημάτων *de donis sacris*. Athen. XIII. p. 594.

Menodotus Μενόδοτος ὁ Σάμιος περὶ τ ΗΖ τὸ ἱερὸν τ Σαμίας Ἥρας, *de iis quæ visuntur in Junonis Samiæ templo*. Athen. XIV. p. 655. Quanquam Menodotum hunc nonnulla etiam de Pictoribus scripsisse ex Laertii II. 108. discimus, ubi de variis Theodoris agit.

Pamphilus scripsit περὶ γραφικῆς καὶ ζωγράφων ἐνδόξων, *de pictoria & pictoribus illustribus*. Suid.

Pasiteles quinque volumina scripsit nobilium in toto orbe operum. Plin. XXXVI. 5.

Philostrati utriusque imagines exstant, de quibus infra lib. IV.

Polemon περὶ πινάκων, *de Tabulis*. Laert in Chrysippo VII. 188. περὶ τ ἐν Σικυῶνι πινάκων *de Tabulis Sicyoniis* Athen. XIII. p. 567. περὶ ζωγράφων πρὸς Ἀντίγονον, de pictoribus ad Antigonum. Athen. XI. p. 474. Harpocration in Λαμπάς. Πολέμων ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τ ἀναθημάτων τ ἐν τῇ Ἀκροπόλει. *Polemon qui orbem descripsit, quatuor libros composuit de Donariis in Athenarum arce*, ut testatur Strabo IX. Geograph. p. 396. Videturque idem esse ac ille quem sæpe nominat

2011 Ministerio de Cultura

minat Clemens Alex. in protreptico, & Laertius lib. 2. in Theodoro Atheo. Polemon περὶ τῶ ἐν Καρχηδόνι πέπλων. Athen. XII. pag. 529.

Porphyrius περὶ ἀγαλμάτων, de Imaginibus. Affert ex eo quædem Stobæus cap. XXV. Eclogarum Physicarum. Cæterum is non tam de Arte, quam de cultu simulacrorum scripsisse putandus est, ut Jamblichus quoque, de quo supra.

Protogenes pictor reliquit περὶ γραφικῆς καὶ σχημάτων βιβλία β'. de pictoria & figuris libros duos. Suid.

Sopatri liber XII. variorum Excerptorum continebat plurima Pictorum ac Statuariorum historiam spectantia. Vide quæ paulo ante de Callixeno, & Juba Rege dicta sunt.

Theophanes περὶ γραφικῆς de pictoria. Laert. II. 104. in Theodoro Atheo.

Xenocrates statuarius de sua arte composuit volumina. Plin. XXXIV. 8. & rursus XXXV. 10. Testatur idem quod Antigonus & Xenocrates de pictura scripsere. Quanquam ibi forte Hypsicrates legendum ex Laertio, qui lib. VII. 188. in Chrysippo tres περὶ πινάκων *de Tabulis* scriptores conjungens, Polemonem, Hypsicratem & Antigonum nominat.

CAPUT XXV.

De Monumento Adulitano PTOLEMÆI Evergetæ, & de COSMA Indicopleuste.

Monumentum Aduliticum sive Adulitanum. 1. Cosmographia Christiana lecta pridem à Photio sine nomine auctoris, quod doctissimo editori haud observatum. 2. Ejus auctor num Cosmas. 3. Index scriptorum in illa laudatorum. 4. Scripta Cosmæ deperdita. 5.

2011 Ministerio de Cultura

I.

EXimium monumentum PTOLEMÆI Evergetæ I. in *Adule* Æthiopum civitate maritima ſuo adhuc tempore ſuperſtes obſervavit atque Coſmographiæ ſuæ Chriſtianæ inſeruit ſcriptor quidam Græcus ſub Juſtino Imp. clarus, qui mercaturæ cauſa illa ſe loca adiiſſe teſtatur. Reperit vero *δίφρον* ſive ſellam è candido marmore ad urbis ingreſſum à Rege conſecratam Marti, & in poſteriori parte imagines Herculis atq; Mercurii habentem inſculptas, tum undique inſcriptam literis græcis, & ingentes expeditiones à Ptolemæo feliciter ſuſceptas ampliſſimasque victorias ſatis glorioſe celebrantem. Hoc monumentum primus edidit cum latina ſua verſione Leo Allatius Romæ 1631. 4. ſed edidit vitioſe admodum, ut notat Iſ. Voſſius ad Melam p. 263. Integrius è codice Topographiæ mundi Chriſtianæ Florentino deſcripſit vir illuſtris doctrinæ Emericus Bigotius, à quo acceptum Thevenotus una cum Gallica verſione inſeruit Tomo primo operis præclariſſ. quod in tria diſtinctum volumina prodiit Pariſiis 1666. fol. ſub titulo: *Relations de divers voyages curieux qui n'ont point eſté publiées.* Ex hac editione deſcriptum Græce exhibet Daniel Caſpar à Lohenſtein Poetarum Germanorum ſublimiſſimus in notis ad Cleopatram ſuam p. 180. ſed vitio typographi perquam inemendate. Quoniam vero breve admodum eſt, & ſingulare, quidni & hoc loco à me exhibetur cum latina verſione * Monachi Benedictinni, ingenio, ſollerti peregrinatione, & præclaris in literas meritis celebratiſſimi Bernhardi de Montfaucon, qui ſuperiore anno Pariſiis Topographiam Chriſtianam integram è Codicibus Florentino & Vaticano edidit.

II. Monumentum Aduliticum
PTOLEMÆI EVERGETÆ I.

Βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖος, υἱὸς Βασιλέως Πτολεμαίου, καὶ Βασιλίσσης Ἀρσι-

Rex magnus Ptolemæus, filius Regis Ptolemæi & Reginæ Arſinoës

* Coſmas Indicopleuſtes lib. 2. p. 140. ἐν τῇ Ἀδούλῃ τῇ καλουμένῃ τῶν Αἰθιόπων πόλει παραλίῳ. Confer de hoc opido Clariſſ. Cellarii Africam antiquam p. 96.

**, T. 2, Collectionis novæ Patrum, Pariſ. 1706. fol.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀρσινόης, Θεῶν ἀδελφῶν τῶν Βασιλέων Πτολεμαίου, καὶ Βασιλίσσης Βερενίκης, Θεῶν Σωτήρων ἀπόγονος. Τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς, Ἡρακλέους, τοῦ Διός. τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς, Διονύσου τοῦ Διὸς. Παραλαβὼν δὲ παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν Βασιλείαν Αἰγύπτου· καὶ Λιβύης· καὶ Συρίας· καὶ Φοινίκης· καὶ Κύπρου· καὶ Λυκίας, καὶ Καρείας καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων· ἐξεστράτευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν, μετὰ δυνάμεων πεζικῶν, καὶ ἱππικῶν καὶ ναυτικοῦ στόλου· καὶ ἐλεφάντων Τρωγλοδυτικῶν, καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὁ, τε πατὴρ καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐκ τῶν χωρῶν τούτων ἐθήρευσαν, καὶ καταγαγόντες εἰς Αἴγυπτον κατεσκεύασαν πρὸς τὴν (a) πολεμικὴν χρείαν. Κυριεύσας δὲ τε ἐντὸς Εὐφράτου χώρας πάσης τε Κιλικίας· καὶ Παμφυλίας, καὶ Ἰωνίας, καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου καὶ Θρᾴκης καὶ τῶν δυνάμεων τῶν ἐν ταῖς χώραις πάντων ταις πασῶν· καὶ Ἐλεφάντων Ἰνδικῶν. Καὶ τοὺς Μονάρχους τοὺς ἐν τοῖς τόποις πάντας ὑποτελεῖς καταστήσας, διέβη τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ Βαβυλωνίαν· καὶ Σουσιάνην· καὶ Περσίδα καὶ Μηδείαν· καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν, ἕως Βακτριανῆς, ὑπ' αὐτὸν (b) ποιησάμενος· καὶ ἀναζητήσας, ὅσα ὑπὸ τῶν Περσῶν ἱερὰ ἐξ Αἰγύπτου ἐξήχθη, καὶ ἀνακομίσας, μετὰ τῆς ἄλλης

noës, Deorum fratrum, Regis Ptolemæi & Reginæ Berenices, Deorum ſoſpitatorum nepos, ex patre quidem Hercule Jovis filio, oriundus: accepto à patre regno Ægypti, Libyæ, Syriæ, Phœnices, Cypri, Lyciæ, Cariæ & Cycladum Inſularum, bellum geſſit in Aſia, cum magna peditum equitumque multitudine, & cum nautica claſſe atque Elephantis Troglodyticis & Æthiopicis quos Pater ejus & ipſe primi in his locis venatu ceperunt, & abductos in Ægyptum bellico uſui aſſvefeceruntt. Cum autem regiones citra Euphratem omnes ditioni ſuæ ſubdidiſſet, nec non Ciliciam, Pamphyliam, Joniam, Helleſpontum, Thraciam, viresq; omnes iſtis in regionibus ſitas atq; elephantos Indicos, omnesque locorum iſtorum Monarchas vectigales ſibi feciſſet, Euphratem fluvium trajecit, ac cum Meſopotamiam, Babyloniam, Suſianam, Perſidem, Mediam, ac reliquas omnes usque ad Bactrianam regiones ſubegiſſet, & perquiſitis ſacris rebus, quas olim Perſæ ex Ægypto exportaverant, eas cum reliqua ga-

(a) Sic recte Montfauconus è Vaticano. Bigotius è Florentino minus bene Πτολεμαϊκήν.

(b) Vatican. ὑφ' ἑαυτῷ. Infra in hoc ipſo monumento: ἀπὸ δὲ δύσεως μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας καὶ Σάσα τόπων ὑπ' ἐμαυτὸν ἐποίησα.

(c) Bigot. *& faiſant des canaux ou il étoit neceſſaire pour rendre à ſes troupes le paſſage plus aiſé.*

2011 Ministerio de Cultura

ἄλλης χάζης, τιὼ ἀπὸ τῶν τόπων εἰς Αἴγυπτον, δυνάμεις ἀπέστειλε, διὰ (c) τῶν ὀρυχθέντων ποταμῶν.

Μετ' ἀ ἀνδρειώσας, τὰ μὲν ἔγγιστα ξ Βασιλείᾳ μᾳ ἔθνη εἰρωνεύεσθαι κελεύσας, ἐπολέμησα κ) ὑπέταξα μάχαις τὰ ὑπογεγραμμένα ἔθνη. Γάζη ἔθνη (d) ἐπολέμησα· ἔπειτα Ἀγάμη (e) καὶ Σιγύῳ, καὶ νικήσας τιὼ ἡμίσειαν τῶν παρ' αὐτοῖς πάντων, καὶ αὐτῶν ἐμερισάμην. * Ἄνα, (f) καὶ Τιαμῶ, (g) τὰς λεγομένας Τζιαμῶ, καὶ τὰς Γαμβυλά, καὶ τὰ ἐγγὺς αὐτῶν (h) κ) Ξιγγαβιωέ· καὶ Ἀγγαβέ· καὶ Τιαμά (i) καὶ Ἀθαγαῦς καὶ Καλαὰ καὶ Σεμηνὲ (l) ἔθνη τὰ πέραν ξ Νείλᾳ ἐν δυσβάτοις καὶ χιονώδεσιν ὄρεσιν οἰκοῦντας, ἐν οἷς διὰ παντὸς νιφετοί, καὶ κρύη, καὶ χιόνες βαθύτατοι (m) ὡς μέχρι γονάτων καταδύειν ἄνδρα· τὸν ποταμὸν διαβάς, ὑπέταξα. Ἔπειτα Λαζινὲ· καὶ Ζαά κ) Γαβαλά (n) οἰκοῦντας παρ' ὄρεσι θερμῶν ὑδάτων βλύζουσι, καὶ καταῤῥύτοις, Ἀταλμὼ καὶ Βεγὰ, καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς ἔθνη πάντα. Ταγγαίτας (o) τὰς

za variis ex locis coacta retulisset in Ægyptum, per canales fluviorum manufactos copias misit.

Postea strenue agens, jussu pacatis gentibus regno meo finitimis, gentes mox enumerandas devici, ac bello mihi subjeci. Gazam gentem debellavi, dehinc Agamen & Sigven, quibus devictis, eorum quæ possidebant omnium dimidium accepimus. Ava, Tiamo, qui vocantur etiam Tziamo Gambela & gentes ipsis vicinas Zingabene, Angabe, Tiama, Athagaos, Calaa, & Semena gentem trans Nilum in aviis & nivosis montibus sedes habentem, ubi semper pruinæ, glacies, & nives profundissimæ, ita ut ad genua usque vestigium imprimatur, trajecto flumine, subjeci. Deinde vero Lazine, Zaa & Gabala, qui habitant in montibus calidas aquas emittentibus ac præruptis, Atelmo & Bega, & cum iis gentes istius tractus omnes

(d) Hodie Habessini regnum suum Gheeza vocant, notante Montfaucono.
(e) Hodie Agamia, præfectura regni Tigræ.
* Minus bene Montfauconus edidit ἐμερίσαμεν.
(f) Hodie Afa, in eodem regno.
(g) Vatican. Τίαμα. Hodie Tzama, prope Agamiam in Tigræ regno.
(h) Λέγει ἔθνη τὰ πέραν Νείλᾳ Cosmas.
(i) Vatican. Τιάμαα. Respicitur fortassis (notante Montfaucono) præfectura altera Tzama in regno Bagamedra.
(k) Forte alterutra earum quæ hodie Agao. Thevenotus edidit Ἀθαγαώς, minus bene.
(l) Hodie Samen vel Semen regio in Habessinia.
(m) MS. Vatican βαθεῖαι.
(n) Cosmas testatur eadem nomina gentibus illis adhuc sua ætate hæsisse. Cæterum Bigotius male ἰαβαλὰ pro Γαβαλά.

(o) τὰς

2011 Ministerio de Cultura

τὰς μέχρι τῶν τ' Αἰγύπτου ὁρίων οἰκοῦντας, ὑποτάξας, πεζεύεσθαι ἐποίησα τὴν ὁδὸν, ἀπὸ τῶν τ' ἐμῆς Βασιλείας τόπων μέχρις Αἰγύπτου· ἔπειτα Ἀννίνε καὶ Μετίνε (p) ἐν ἀποκρήμνοις οἰκοῦντα ὄρεσι. Σεσέα (q) ἔθνος, ἐπολέμησα· ὃς καὶ μέγιστον καὶ δυσβατώτατον ὄρος ἀνελθόντας, περιφρουρήσας κατήγαγον. Καὶ ἐξελεξάμην ἐμαυτῷ τοὺς πενέστας αὐτῶν, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ παρθένους, καὶ πᾶσαν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς κτῆσιν. Ραυσῶν (r) ἔθνη μεσόγεια Λιβανωτοφόρων Βαρβάρων· οἰκοῦντα ἐντὸς πεδίων μεγίστων ἀνύδρων· καὶ Σωλατὲ ἔθνος ὑποτέταξα· Οἷς καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς θαλάσσης φυλάσσειν ἐκέλευσα· Ταῦτα δὴ πάντα τὰ ἔθνη, ὄρεσιν ἰσχυροῖς περιφρουρούμενα, αὐτὸς ἐγὼ ἐν ταῖς μάχαις παρὼν, νικήσας καὶ ὑποτάξας, ἐχαρισάμην αὐτοῖς πάσας τὰς χώρας ἐπὶ φόροις, ἄλλα δὲ πλεῖστα ἔθνη ἑκόντα ὑποτάγη μοι ἐπὶ φόροις. Καὶ πέραν δὴ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης οἰκοῦντας Ἀραβίτας, καὶ κινναιδοκολπήτας (s) στρα-

mnes: Tangaitas, qui usque ad terminos Ægypti pertingunt cum subegissem, pedestrem viam paravi à regni mei locis usque ad Ægyptum. Deinde vero gentes Annine & Metine in præruptis montibus habitantes. Sesææ populo bellum intuli, quos, cum in maximum & asperrimum montem adscendissent, posita circum custodia, illinc deduxi, mihique adlegi juvenes eorum, uxores item, pueros & virgines, una cum universis eorum facultatibus. Rausorum gentem mediterraneam Barbarorum thuriferæ regionis, maximas & inaquosas planities incolentem, nationemque Solate subjeci: quos jussi maris oras præsidiis tutare. Has porro gentes omnes asperrimis montibus septas, cum ipse præsens editis certaminibus subegissem, concessi agros suos vectigales retinere. Imo etiam plurimæ gentes sponte sese mihi vectigales obtulerunt. Sed etiam misso exercitu nautico & pedestri trans mare Rubrum, Arabitas & Cinædocol-

(o) Montfauconius in MS. Florentino testatur legi Ταγγαΐτας, in Vaticano Ταγγαϊτῶν. Sed If. Vossius p. 293. ad Melam legit Παγχαΐτας, quem si placet vide.

(p) Bigot. Ἄνινε καὶ Μέτινε, & mox οἰκοῦντας pro οἰκοῦντα scil. ἔθνη.

(q) Hanc & mox memoratas gentes Cosmas notat incoluisse Barbariam, regionem maritimam non procul Homeritarum patria ultra fretum Arabici sinus quæ thurifera vocabatur Vide p. 131. 139. 143. 267. Metropolis ejus Ῥάπτα quæ occurrit apud Claudium Ptolemæum, Montfaucono eadem videtur cum Ῥαυσὼ statim memoranda

(r) MS. Vatican. Ῥαυσῶ.

(s) Gentes in Homerite sive Arabia felici notari observat Cosmas. Mentio Cinædocolpitarum in Arabia ad oram maris rubri etiam apud Claudium Ptolemæum.

2011 Ministerio de Cultura

στράτευμα ναυτικὸν καὶ πεζικὸν διαπεμψάμενος, καὶ ὑποτάξας αὐτῶν τοὺς Βασιλέας, φόρους τῆς γῆς τελεῖν ἐκέλευσα, καὶ ὁδεύεσθαι μετ' εἰρήνης, καὶ πλέεσθαι. Ἀπὸ τε λευκῆς κόμης (t) ἕως τῆς Σαβέων χώρας (u) ἐπολέμησα. Πάντα δ' ταῦτα ἔθνη πρῶτος καὶ μόνος Βασιλέων, τῶν πρὸ ἐμοῦ, (x) ὑπέταξα. Διὸ ὧ ἔχω τὸ μέγιστον Θεὸν μου Ἄρηι εὐχαριστίαν (y) ὅς με καὶ ἐγκύνησε· Διὸ ἃ πάντα τὰ ὁμορροῦντα τῇ ἐμῇ, ἀπὸ μὲν ἀνατολῆς, μέχρι τῆς Λιβανωτοφόρου, ἀπὸ δὲ δύσεως, μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας καὶ Σάσου τόπων, (z) ὑφ' ἐμαυτὸν ἐποίησα· ἀφικόμενος αὐτὸς ἐγὼ ἐλθὼν καὶ νικήσας, ἀπὸ δὲ διαπεμπόμενος. Καὶ ἐν εἰρήνῃ καταστήσας πάντα τὸν ὑπ' ἐμοὶ κόσμον, (a) κατῆλθον εἰς τὸν Ἀδούλιν, τῷ Διΐ, καὶ τῷ Ἄρει, καὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσιάσων, ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων. (b) Ἀθροίσας δέ μου τὰ στρατεύματα, καὶ ὑφ' ἓν ποιήσας, ἐπὶ τούτῳ τῷ τόπῳ καθίσας, τόνδε τὸν δίφρον (c) ᾧ ἔδρᾳ ἥλιε

colpitas ſubegi, eorumque Reges tributa pendere, pacata itinera & maria ſervare juſſi. Gentes item à Vico albo usque ad Sabæorum regionem debellavi. Cæterum haſce omnes nationes primus & ſolus poſt deceſſores meos Reges ſubjeci, quare maximo Deo meo *Marti* qui me genuit gratias habeo, cujus ope gentes ditioni meæ finitimas ab Oriente quidem usque ad thuriferam regionem, ab Occidente vero usque ad Æthiopiam & ad Saſi loca mihi ſubditas feci; cum ipſe profectus, tum miſſis legatis victoriam referens; Ac ubi totam ditionis meæ terram pacatam conſtitui, Adulem deſcendi ſacrificatum Jovi, Marti & Neptuno pro navigantibus; accitis & in unum collectis hoc loco univerſis exercitibus meis, hancque ſellam Marti dica-

vi,

(t) In partibus Blemmyum vicum nomine Levcogen reſpici, notat idem Coſmas.
(u) Malim hæc verba reddere ſic: *Primus & ſolus Regum qui adhuc fuerunt.*
(x) Mira phraſis: ἔχω εὐχαριστίαν θεόν, neque ſatis apparet quo ſpectet illud διὸ ἣν.
(y) Sabæorum regio, in Homerite ſive Arabia felici. Coſmas: Σαβέων χώρα πάλαι εἰς τὴν Ὁμηρίτην ἐστίν.
(z) Saſi regio, extrema Æthiopum. Idem Coſmas: αὕτη ἡ Σάσου χώρα ὑσάτη ἐστὶν τῶν Αἰθιόπων, ἔνθα καὶ πολὺ χρυσίον ἐστὶ, τὸ λεγόμενον Ταγχάρας. Ἐπέκεινα δὲ ταύτης ὁ Ὠκεανὸς παράκειται, ὥσπερ καὶ τῶν Βαρβαρεωτῶν τῶν καὶ τὸν λίβανον ἐμπορευομένων.
(a) Regnum ſuum Ptolemæus propter amplitudinem vocat κόσμον, ut Romanum Imperium paſſim dicitur OrbisRomanus, ſacris quoque Scriptoribus οἰκουμένη.
(b) Neptuno quidem pro navigantibus Jovi pro pedeſtribus & equeſtribus, Marti pro univerſa expeditione, ſacra videntur eſſe facta.
(c) Nota morem dedicandi ſellam Diis. Affine iis eſt quod obſervat Chimentellus commentario de honore biſellii c. XIV. Imperatoribus inter Deos relatis poſitas ac con-

2011 Ministerio de Cultura

ηλῳ τῷ Ἄρει ἐποίησα. Ἔτει τῆς ἐμῆς βασιλείας (d) εἰκοσῷ ἑβδόμῳ.

vi, anni regni mei vigesimo septimo.

III. Opus ipsum in quo monumentum hoc exstat, inscribitur *χριστιανικὴ τοπογραφία παντὸς κόσμου* (a) *Descriptio mundi universi, è mente Christianorum*, & distributum est in *libros duodecim*, etsi non simul ab auctore vulgatos, quia initio non tot libros mente conceperat. Duodecimus in Vaticano MS. desideratur, in Mediceo codice mutilus extrema parte est repertus. atq; ita à Montfaucono cum reliquis XI. integris editus. Argumentum operis succincte persequitur Photius, cujus locum doctissimo editori haud observatum adscribam. Ita vero ille Codice XXXVI.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, ᾧ ἡ ἐπιγραφὴ Χριστιανῶν βίβλος, ἑρμηνεία εἰς τὴν ὀκτάτευχον. (b) Παμφίλῳ (c) δέ τινι θεοσεβοῦντι τὸ βιβλίον· ἐπὶ τῆς τοῦ Ἰουστίνου (d) τῶν Ῥωμαίων βασιλέως ἡμέ-

Lectum opus est, cujus titulus *Christianorum liber*, tractatus octo voluminum, Pamphilo cuidam dicatus ab auctore qui Justini Imp. Romani temporibus floruit.

consecratas sellas, velut præsentibus & auctoritatem atque Judicum munus exercentibus. Etiam ante hanc sellam Ptolemæi, solitos sua ætate reos capitali supplicio affici notat Cosmas p. 144.

(d) Ex primis hujus monumenti verbis certum est intelligi Ptolemæum Evergetem primum, Philadelphi filium. Sed huic non 27. sed tantum 25. annos tribuit Claudius Ptolemæus in Canone: Eusebius 26. Syncellus 24. Itaque suspicantur viri docti Evergetem in hoc monumento computum annorum regiminis repetere à tempore quo à patre particeps Imperii adscitus fuit.

(a) Lib. I. sub init. & p. 114. seq. lib. 2. p. 125. 126. lib 7. p. 275.

(b) Nullo modo huic operi convenit titulus *expositionis in Octateuchum*, sive in primos octo sacræ Scripturæ libros. Itaque hæc verba innuunt potius Expositionem sive tractatum libris octo constantem, sive in octavo libro desinentem. Nam quamvis mox ab ipso photio duodecim numerantur libri, tamen postremi quatuor interjecto demum tempore scripti & prioribus additi sunt, & à Photio referuntur separatim.

(c) Pamphilo Hierosolymitano. Vide lib. 1. p. 114. lib. 2. p. 124. & lib. 8. p. 305. Hunc Θεοφιλέσατον πατέρα vocat lib. 2. pag. 185. lib. 6. p. 266. ὦ τιμία κεφαλὴ ad eundem lib. 5. p. 260.

(d) Lib. 2. p. 141. παρόντι ἦν μοι ἐν τοῖς τόποις πρὸ τεττάρων τῶν ἐνιαυτῶν εἴκοσι πέντε πλέον ἢ ἔλαττον, ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, ὁ τηνικαῦτα

2011 Ministerio de Cultura

ἡμέρας ἐναπομάζων, Ἀπάρχεται μὲν ὧν ὑπέρ τινων ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, γραφικαῖς ὡς ἔοικε μαρτυρίαις ἀγωνίζεσθαι. Ἔστι δὲ ταπεινὸς τὴν φράσιν (e) καὶ συντάξεως οὐδὲ τὸ κοινῆς μετέχων· ἀλλὰ καί τινα καὶ τὴν ἱστορίαν ἀπίθανα συντίθησι, (f) διὸ καὶ μυθικώτερον μᾶλλον ἢ ἀληθέστερον ἡγεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, δίκαιον. Ὑπὲρ ὧν δὲ δόγματα ἐνίστασθαι, ἔστι ταῦτα· Ὅτι ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔστι σφαιρικὸς, οὐδὲ ἡ γῆ, ἀλλ' ὁμοίως ἐπὶ καμάρᾳ, (g) ἢ οὐ πάνυ

Initio statim Ecclesiastica quædam dogmata, S. Scripturæ ut ipsi quidem videtur testimoniis propugnat. Dictione utitur humili, & plus quam vulgari compositione. Sed & incredibilia quædam narrat ut fabulosis potius quam fide dignis accensere scriptoribus hominem fas sit. Pro quibus vero maxime propugnationem suscipit dogmata, hæc sunt: Cœlum non esse orbiculari figura, nec terram adeo,

τὰ Βασιλεὺς τῶν Ἀξωμιτῶν μέλλων ἐξιέναι εἰς πόλεμον πρὸς τοὺς Ὁμηρίτας τοὺς πέραν &c. Expeditio illa Elesbani Æthiopum Regis facta est A. C. 522. (confer Pagium T 2. Critic. Baron. p. 517.) Justini Imp. quinto: Ergo auctor ista scripsit Alexandriæ (vide lib. 2. p 114. lib. 6. p. 264.) A. C. 547. Justiniani 21.

(e) Ipse lib. 1. p. 114. libenter fatetur πεζῶς πως καὶ ἀνωμάλως argumentum suum διεξιέναι· καὶ γὰρ, inquit, ἐννοιῶν ὀρθῶν, οὐ φράσεων δεῖται ὁ χρισιανός Nimirum à Pamphilo qui Hierosolymis Alexandriam accesserat, etiam atque etiam ad hoc excitatus permisit se ad scribendum impelli, cum alioqui mercaturam fecisset & à literarum elegantiorum studio fuisset alienus, prætereaq; per morbos exhaustus etiam corporis viribus. Ἐνοχλῶν ἡμῖν περὶ τούτου οὐ διέλιπες, ἀσθενῶν ἡμῶν τυγχανόντων τῷ σώματι, ταῖς τε ὄψεσι καὶ τῇ ξηρότητι τῆς γαστρὸς πιεζομένων, καὶ συνεχῶς λοιπὸν ἐκ τούτου ἀσθενείαις συχναῖς περιπιπτόντων, ἄλλως δὲ καὶ τῆς ἔξωθεν ἐγκυκλίου παιδείας λειπομένων, καὶ ῥητορικῆς τέχνης ἀμοιρούντων καὶ ξομυλίᾳ λόγων ἢ κόμπου χαρακτῆρσι συνθεῖναι λόγον οὐκ εἰδότων, καὶ ταῖς τοῦ βίου πολυπραγμοσύναις ἀσχολουμένων. lib. 2. p. 124. itaque p. 125. ait se scribere ἄνευ κεκομψευμένου καὶ τεχνικοῦ λόγου ἐν ἰδιωτικοῖς τε καὶ ἀπλάστοις ῥήμασι. Et pag 132. Ἐμπορίας γὰρ χάριν ἐπλευσα τοὺς τρεῖς πόλους τούτους, τόν τε κατὰ τὴν Ῥωμανίαν (in ditione Romanorum) καὶ τὸν Ἀράβιον, καὶ τὸν περσικόν, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν οἰκούντων δὲ ἢ καὶ πλεόντων τοὺς τόπους, ἀκριβῶς μεμαθηκώς. Adde lib. 3. pag. 178. seq.

(f) Videtur respicere ea quæ libro XI. tradit de variis animantibus, arboribusque, quæ tamen si quis legat nostro tempore, quo historia naturalis tot hominum sollertium longissimis itineribus non leviter locupletata est, facilius iis habebit fidem. Certe præclara mihi videtur & neutiquam contemnenda quæ scriptor ille observavit. Totum vero illum librum XI pridem è Codice Mediceo à Bigotio descriptum cum Gallica ejus versione vulgaverat Thevenotus tomo primo collectionis itinerum Paris. 1666. fol.

(g)

2011 Ministerio de Cultura

ρομήκης, (*b*) καὶ κεκόλληται (*i*) τὰ πέρατα τῦ οὐρανῦ πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ ὅτι πάντες οἱ ἀστέρες κινῦνται ἀγγέλων (*k*) αὐτοῖς τῇ κινήσει διακονύντων, καὶ ἕτερά τινα τοιαῦτα. Ποιεῖται καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει (*l*) μνήμην καὶ τῦ Γενέσεως καὶ τῆς Ἐξόδυ, διατρίβει ἢ τῇ διηγήσει καὶ τῇ θεωρίᾳ ὡς ἅπαν τῆς σκηνῆς, (*m*) ἅπτεται ἢ καὶ τῦς Προφήτας, κἀκεῖθεν τῦς Ἀποστόλυς. Λέγει ἢ ὅτι τὸ μέγεθος ἔχει ὁ ἥλιος δύο κλιμάτων, (*n*) καὶ ὅτι οἱ Ἄγγελοι οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, (*o*) ἀλλὰ μόνον ὑπὲρ (*p*) τὸ στερέωμα καὶ μεθ' ἡμῶν. Καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς ἀνελθὼν ἀπὸ τῆς γῆς, εἰς τὸ μεταξὺ τῦ οὐρανῦ καὶ τῦ στερεώματος (*q*) εἰσῆλθε. Καὶ ὅτι τῦτό ἐστι τὸ μόνον ἡ βασιλεία τῦ οὐρανῶν. (*r*) Λέγει ἢ καὶ ἄλλα τινὰ ἀλλόκοτα. (*s*) Προζ-

adeo, ſed illud fornicis inſtar terræ incumbere, hanc longiorem eſſe quam latiorem, & extrema cœli ultimis terræ jungi: Aſtra ſingula moveri miniſterio Angelorum, & id genus alia. Digreſſus in mentionem Geneſeos & Exodi, cumprimis inſiſtit enarrationi & contemplationi tabernaculi. Hinc Prophetas percurrit, ac deinde Apoſtolos. Solis magnitudinem duobus climatibus metitur terræ, & Angelos non in cœlo verſari, ſed tantum infra firmamentum & nobiſcum degere contendit. CHRISTUM vero aſcendentem è terris ingreſſum eſſe locum medium inter cœlum ac firmamentum, idque ſolum eſſe regnum cœ-

(*g*) Quod nempe ſcriptum eſſet Eſ. XL. 22. ὁ σήσας ὡς ἡμιφάριον τὸν οὐρανόν. Confer Euſebium ad illum locum p. 511. & laudata ab auctore Topographiæ Severiani atque Chryſoſtomi verba.

(*h*) Inſtar menſæ in ſacro tabernaculo. Vide lib. 2. p. 138. Ἐπιμήκη ipſe vocat p. 129.

(*i*) Lib. 2. p. 129. τὸν οὐρανὸν κατ' ἄκρα τοῖς ἄκροις τῆς γῆς συνέδησε.

(*k*) Lib. 2. p. 150. 155. lib. 3. p. 161. lib. 4. p. 189. lib. 7. pag. 287. lib. 9. pag. 310. & 312. ſeq.

(*l*) Libro quinto.

(*m*) Quia Apoſtolus tabernaculum vocat ἅγιον κοσμικόν Hebr. IX. 2. Vide lib. 1. p. 115. lib. 2. p. 134. ſeq. lib. 3. p. 163. 173. ſeq. lib. 5. p. 179. 200. ſeq. lib. 7. pag. 297. lib. 9. p. 309. 311.

(*n*) Lib. 6. p. 265. 267.

(*o*) Sententia auctoris perſpicue patet è figura quam in æs inciſam adjunxi. Angelos autem in ſupremo cœlo eſſe negat lib. 2. p. 157. lib. 7. p. 286. ſeq. 289. lib. IX. pag. 313.

(*p*) Non ſuper ſtereoma ſive firmamentum, ſed intra atque ſubter illud. Nam ex mente auctoris nihil ſupra firmamentum præter aquas ſupra cœleſtes & regnum cœlorum.

(*q*) Ac primus quidem. Vide lib. 7. p. 277. lib. IX. p. 314.

(*r*) Lib. 3. p. 183.

(*s*) Ut de monte Conico, columnis cœli, terra ultra Oceanum inacceſſa &c.

2011 Ministerio de Cultura

φωνεῖ ἢ τὰς μὲν ἓξ αὐτῷ λόγους Παμφίλῳ τινὶ, (t) τὸν ἢ λοιπῶν ἓξ, (οἱ γὰρ πάντες αὐτῷ δώδεκά εἰσι,) τὸν μὲν ἕβδομον Ἀναστασίῳ, (u) ἐν ᾧ ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ οὐρανοί. (x) Τὸν ὄγδοον ἢ, ὃς ἐστιν εἰς τὴν ᾠδὴν Ἐζεκίου (y) καὶ εἰς τὸν ἀναποδισμὸν τοῦ ἡλίου, Πέτρῳ (z) προσφωνεῖ, ἐν ᾧ, ὅτι καὶ ὑπεμνηματίσατο τὰ ἁσματα τῶν ἀσμάτων (a) λέγει. Οἱ ἢ λοιποὶ τέσσαρες ὑπὸ προόζω-που αὐτῷ συνεπάγησαν.

lorum. Affert & alia absona: ac libros quidem sex Pamphilo alicui consecravit; è sex reliquis autem, (universi enim duodecim sunt) septimum Anastasio, in quo cœlos dissolvendos negat, & octavum dicavit Petro, in quo Canticum Ezechiæ & regressionem solis interpretatur, testatus se etiam Canticum Canticorum commentario explicuisse. Reliqui quatuor libri ad neminem sunt ab auctore diserte directi.

Patet ex hoc loco Photium in Codice suo nullum auctoris nomen adscriptum reperisse. Vocatur tamen à viris eruditis *Cosmas Indoplevstes*. Sed vereor ut proprium hoc ejus nomen sit. Nam ut Indoplevstes quidem dictus est à suscepta in longe dissita loca navigatione, ita Cosmas appellatus videtur quod scripsisset topographiam κόσμου sive mundi. Similiter Joannes Abbas Sinaita dictus est Climacus, quod scripsisset librum cui titulus κλίμαξ, ut omittam alia hujus generis exempla jam nota eruditis, & partem collecta ab Adriano Bailleto in libro Gallico quo scriptores sub falso vel nullo nomine latentes recensuit, pag. 322. Video etiam de auctore addubitare Is. Vossium p. 275. ad Melam: *Quam antiquum sit vocabulum, liquet ex auctore Topographiæ Christianæ, sive is sit Cosmas Indoplevstes sive alius.* Et pag. 276. *Cum hoc convenit Cosmas Indoplevstes, sive quicunque alius* τοπογραφίας χριστιανικῆς *est auctor.* Cosmam ne-

(t) Supra dixerat Photius, Pamphilo totum opus esse dicatum. Nunc lectione ulterius progressus recte monet ei inscriptos esse ab auctore libros solummodo sex primores.

(u) Lib. 7. p. 274. ὦ φιλοπονικώτατε ἀνδρῶν Ἀναστάσιε. Eundem φιλόχριστον vocat pag. 275.

(x) Lib. 7. p. 275 seq.

(y) Esaiæ LVIII.

(z) Lib. 8. p. 300. 307. & 308. ubi φιλόχριστον appellat.

(a) Illud in Canticum Canticorum ὑπόμνημα ait dedicasse se Theophilo amico. lib. VIII. p. 300.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura



Systema Universi ex mente veterum qvorundam Christianorum

2011 Ministerio de Cultura

neſcio an noſtrum libro primo Αἰγυπτιακῶν laudant ſcholia græca in Apollonium IV. v. 262. Topographiæ quidem auctor in Ægypto diu verſatus eſt atque Alexandriæ ſcripſit, ut teſtatur II. pag. 114. VI. p. 264. Mercaturam exercuiſſe non uno ſe loco prodit, II. p. 132. III. 178. XI. p. 336. Eundem Monachum vocat inſcriptio libri : Κοσμᾶ Αἰγυπτίου μοναχοῦ χριστιανικὴ τοπογραφία. Opificium exercuiſſe Monachos olim, ſatis conſtat vel ex Epiphanio LXXX. 3. ſeq. & Palladii Lauſiaca p. 92. 142. 143. &c. ne afferam quæ in hanc rem collegerunt Alteſerra in Aſceticis, Thomaſinus de diſciplina Eccleſiaſtica & Vindingius ad Euſtratii delineationem Eccleſiæ Græcæ p. 21. ſeq. Sed rationes commerciorum & frequentia itinerum cum Monachi inſtitutis minus congruere videntur. Igitur commerci s auctor forte cum valedixiſſet, Monachi vitam eſt amplexus. Libro quinto Topographiæ plura occurrunt quæ iisdem prope verbis memini me legere in Chronico Paſchali quod vulgo appellant Alexandrinum. Forte uterque ſcriptor ex communibus hauſit fontibus. Præcipue vero jucunda eſt hujus Topographiæ lectio, quod ex ea Veterum Chriſtianorum ſententia de orbe terrarum haud ſphærico ſed plano non modo explicata ſit perſpicue, ſed etiam propugnata variis argumentis, atque ita propoſita, ut quomodo ſecundum hanc hypotheſin eclipſes, ortusque & occaſus ſiderum animo ſuo conceperint atque intellexerint boni illi homines, perſpiciatur. Rem totam neſcio an apud quenquam alium veterum obviam, ex auctoris, & Magiſtri ejus Patricii Mathematici mente, figura ære deſcripta adumbratam lectoris oculis præſenti loco, cum Topograpia ipſa in paucorum adhuc manibus verſetur, offerre volui.

IV. Index ſcriptorum & aliorum quorundam in Topographia Chriſtiana memoratorum.

Amphilochius familiaris S. Baſilii, in Jambis ad Seleucum. Lib. VII. pag. 292.

Anaſtaſius Mechanicus. VI. p. 264. Idem ut videtur cui librum ſeptimum inſcripſit, Φιλοπονικώτατε ἀνδρῶν. VII. pag. 274. Φιλόχε- 275.

Apion Grammaticus, Ægyptiacarum rerum ſcriptor. XII. p. 341.

Apollinaris hæreticus. V, p. 242.

2011 Ministerio de Cultura

Apollonius Molo, quem inter ſcriptores rerum Ægyptiacarum (è Joſepho, ut videtur) refert. XII. p 341.
Archimedes Geometra & Arithmeticus incomparabilis. III. pag. 182.
Ejus περιαγωνισμὸς κύκλου. ibid.
Ariſtoteles. I. p. 121. III. p. 177. 179. Contra eundem, quod cœlum non conſtat è quinta quadam eſſentia. I. p. 117. ſeq. Ejus ſententia de duplici qualitate ſingulorum elementorum exploſa. pag. 123.
Arius hæreticus. V. p. 242.
Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus. VII. p. 292. Ex ejus Epiſtolis feſtalibus ſecunda, quinta, ſexta, vigeſima ſecunda, vigeſima quarta, duo & undetrigeſima, quadrageſima, quadrageſima ſecunda, tertia & quinta. X. p. 316 - - 319.
Οἱ ἔξωθεν Ἀθηναῖοι. V. p. 197.
Babyloniorum opinio, cœlum eſſe ſphæram. VIII. p. 305.
Baſilius Amphilochii amicus. VII. p. 292.
Beroſi χαλδαϊκὰ γράμματα. XII. p. 340.
Brachmanes. II. p. 137.
Cadmus è Tyro litteras in Græciam intulit. V. p. 206. XII. p. 343.
Chæremon Ægyptiarum rerum ſcriptor. XII. p. 341.
Chaldæi ἐκ τῆς γῆς τῆς Ἀβραὰμ barbaricam ſphæram Ægyptiis tradidere. III. pag. 159.
Chriſtianus ſcriptor qui cœlum ſphæricum profeſſus, illud diſſolvendum eſſe adverſus Ethnicos docuit, impugnatur VII. pag. 274. 299.
Dius & Menander qui Tyriorum antiquitates in Græcam linguam transtulerunt. XII. p. 342.
Ephorus, è cujus Hiſtoriæ libro quarto profertur inſigne fragmentum II. p. 148. Hoc Græce ex Mediceo Coſmographiæ codice excerptum ediderat Jac. Gronovius Vir Clariſſ. in calce appendicis ad Geographica antiqua. Lugduni Barav. 1699. 4.
Epiphanius de menſuris ac ponderibus. X. p. 326.
Epiſtolæ Catholicæ Jacobi, Petri, Joannis, Judæ non omnes ab omnibus Eccleſiis recipiuntur. VII. p. 292..
Οἱ ἔξω, οἱ ἔξωθεν, οἱ ἐκτός III. p. 175. IV. p. 190. IX. p. 310. &c.
Euclides Arithmeticus & Geometra. III. p. 182.

Eu-

2011 Ministerio de Cultura

Eudoxus Cnidius, Pythagoras ac Plato in Ægypto Aſtrologiam didicerunt. III. p. 159.
Euſebius Pamphili. III. pag. 174. Ejus Hiſtoria Eccleſiaſtica. VII. pag. 292.
Eutyches hæreticus. V. p. 242.
Græci, Ἑλληνικὴ πλάνη. VI. p. 260. 272. &c.
Gregorii Nazianzeni ſermo de Paſchate. X. p. 319.
Epiſtolæ ad Hebræos auctor Paulus Apoſtolus. V. p. 254. 255.
Hebræi in diſerto plurimis lapidibus memoriam profectionis ſuæ literis Hebraicis inſculpſere, quos vidiſſe ſe teſtatur auctor V. p. 205.
Homerus nunquam νόμος * vocabulo uſus. XII. p. 343.
Hyperidis Oratio contra Patroclem. V p. 197.
Joannes rogatus à fidelibus Evangelium ſcripſit velut in ſupplementum reliquorum quæ probavit Evangeliorum. V. p. 248.
Joannis Chryſoſtomi ſermo de Eleemoſyna. X. pag. 327. Commentarius in Epiſt. ad Epheſios, ibid. ad Hebræos, p. 328.
Joſephus. III. p. 174.
Irenæus VII. p. 292.
Judæi ἡλεμμένον ſive Meſſiam exſpectantes. VI. p. 271.
Lycurgus legislator. XII. p. 342.
Lyſimachus Ægyptiarum rerum ſcriptor. XII. p. 341.
Manetho de rebus Ægyptiis. XII. p. 341.
Manichæi. V. p. 242. 262. VI. p. 271. 272. 273.
Μαρκιωνισταὶ. V. p. 242.
Menander Hiſtoricus. Supra in *Dius*.
Menander Comicus. V. p. 198.
Μοντανοὶ Montaniſtæ. V. p. 262.
Moyſes primus ſcriptor à Deo litteras edoctus. III. p. 174.
Origenes VII. p. 298. 299.
Pamphilus Hieroſolymitanus cui primos ſex libros inſcripſit auctor I. p. 114. II. p. 124. VIII. p. 305. ὠπιμία κεφαλή. VI. p. 260. πάτερ θεοφιλέστατε. p. 266.
Patricius, Mathematicus è Chaldæa profectus in Ægyptum, à quo edoctus auctor quæ de mundo tradit. VIII. p. 306. Idem forte quem θεα-

* Hanc obſervationem, ut alia, è Joſepho mutuatus eſt noſter. Vide lib. 1. contra Apion. p. 1071. Occurrit quidem νόμος vocabulum hymno in Apollinem v. 20. non tamen de lege civili ſive morum ſed ᾠδῆς.

2011 Ministerio de Cultura

Θειότατον διδάσκαλον vocat II. p. 132. V. p. 192. Byzantii defunctus II. p. 125.
Petrus cui inſcripſit librum VIII. p. 300. 307. *Φιλόχεις* & p. 308.
Philonis Carpathii commentarius in Canticum Canticorum. X. pag. 329. in Hexaemeron p. 330.
Plato III. pag. 277. 179. Ejus Timæus. XII. pag. 341. Vide & ſupra in Eudoxo.
Procli commentarius in Timæum Platonis XII. p. 341.
Ptolemæus *ὁ τὴν Αἰθιοπίαν πολεμήσας* VI. pag. 268. Ptolemæus nempe Evergetes primus, cujus monumentum Aduliticum refert II. pag. 141. ſeq.
(Claudius) Ptolemæus. III. pag. 177. Aſtronomus incomparabilis. pag. 182.
Pythagoras. III. p. 179. Vide & ſupra in Eudoxo.
Pytheas Maſſilienſis. II. p. 149.
Pro Salomone ** legendum Solon. XII. p. 342.
Samaritani. V. p. 262. VI. p. 271. 272.
Severiani Gabalorum Epiſcopi liber primus, ſecundus, tertius[1], quartus & ſextus in Hexaemeron. X. pag. 320. liber contra Judæos. VII. pag. 292.
Socrates. III. p. 179.
Solon. Vide paulo ante in Salomon.
Sopater mercator cum quo auctor verſatus. XI. p. 338.
Stephanus Mathematicus, presbyter Antiochenus. VI. p. 264.
Syri. VII. p. 292.
Οἱ Τερατολόγοι. V. p. 205. 213.
Teucer Locrorum legislator. XII. p. 342.
Theodoſius Alexandrinus ſchismaticus CPoli degens, tunc cum auctor ſcriberet, adhuc ſuperſtes. Ejus in quadrageſimum aſſumtionis. X. p. 331. alia *ἐξήγησις*. ibid. In dictum, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat calix iſte*, ibid.
Theophili Alexandrini Epiſtola prima feſtalis. X. p. 320.
Thomas Edeſſenus Patricii diſcipulus, Archi-Epiſcopus & Catholicus Perſidis. II. p. 125.
Timæus Philoſophus (apud Platonem) XII. p. 340.

Timo-

[1] Similem errorem obſervabis apud Theophilum Antiochenum lib. 3. ad Avtolycum pag. 120. edit. Pariſ.

2011 Ministerio de Cultura

Timotheus ὁ νέος, Theodosii Alex. decessor. X. p. 332. seq.
Tryphon Phalereus quem consuluit Philadelphus de libris sacris Hebræorum in Græcam linguam transferendis. XII. p. 344. Tryphonem pro Demetrio appellat auctor, ex memoriæ ut videtur lapsu.
Xenophanes. II. p. 149.

V. Scripserat & alia hic auctor Cosmographiæ, quorum ipse facit mentionem. Sunt autem hæc:

1. Descriptio terræ ad Constantinum. *πρὸς τὸν φιλόχριστον Κωνσταντῖνον βιβλίον, ἐν ᾧπερ γέγραπται πλατυτέρως πᾶσαι ἡ γῆ, ἥτε πέραν τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ αὔτη καὶ πᾶσαι αἱ χῶραι ἔτι τε καὶ νότια μέρη τὰ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως τοῦ νοτιαίου Ὠκεανοῦ, λέγω δὴ ὁ Νεῖλος ποταμὸς καὶ αἱ παραχείμωοι χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τὰ Αἰγύπτου πάσης καὶ Αἰθιοπίας, ἔτι τε καὶ Ἀραβίου πόλπος καὶ αἱ παραχείμωαι χῶραι καὶ ἔθνη ἕως πάλιν τοῦ αὐτοῦ Ὠκεανοῦ, ὁμοίως καὶ ἡ μέση γῆ ὅτε ποταμοῦ καὶ τοῦ πόλπου καὶ αἱ χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐν αὐτῇ.* lib. 1. p. 113. Hujus operis vel lacrymis deploranda jactura videtur clarissimo Montfaucono.

2. Adumbratio sive imago universi & motus siderum facta ad imitationem sphæræ armillaris Græcorum, atq; de illa imagine liber ad Homologum Diaconum. *Ὁ σκάφος τοῦ παντὸς καὶ τῶν ἀστρώων κινήσεως ὁ παρ' ἡμῖν γλυφὴ κατὰ μίμησιν τῆς ἐργανικῆς τῆς ἔξωθεν σφαίρας, καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν λόγος πρὸς τὸν Θεοφιλέστατον διάκονον Ὁμόλογον ἀποσταλείς.* lib. 1. p. 114. Idem forte opusculum respicit VII. p. 274. ubi ait se *ἑτέρῳ συγγράμματι* docuisse quod cœlum non sit sphæra, nec circulariter moveatur.

3. Commentarius sive *ὑπόμνημα* in Canticum Canticorum, ad Theophilum amicum suum. VII. p. 300.

CAPUT XXVI.

DE NICANDRO COLOPHONIO.

2011 Ministerio de Cultura

De Nicandro & illius ætate. 1. Ejus Theriaca, & in hæc scholia Græca quæ exstant, tum Scholiastæ varii deperditi. 2. Alexipharmaca & duplicia scholia edita, Eutecniique inedita Paraphrasis. Epigramma Nicandri in Othryadem. 3. Scripta deperdita Nicandri. 4. Variæ editiones & interpretationes. 5. Nicandri plures. 6. Index scriptorum in scholiis Græcis allegatorum. 7. De Andromacho & aliis Theriacon scriptoribus deperditis. 8. Poeta Vetus de herbarum sacrarum viribus, Græce & latine, cum versione & notis nunc primum editis D. Jo. Rentorfii Hamburgensis. 9.

I.

NICANDER Damnæi F. ut ipse auctor est, (Xenophanis, ut Suidas habet) Grammaticus, Medicus & poeta inclytus fuit, patria passim à veteribus dicitur Colophonius, etiam in veteri Epigrammate lib. 1. Anthologiæ c. 39. in Medicos p. 85. quo Colophon (Joniæ civitas) celebratur eo potissimum nomine, quod duo insignia lumina protulit, Homerum & Nicandrum. Equidem scriptor Græcus vitæ Nicandri testatur Dieonysium Phaselitem (libro de Poesi Antimachi, cujus imitator & ζηλωτὴς Nicander fuit) tradidisse, quod Aetolus genere fuerit. At idem Dionysius libro de Poetis retulit, Nicandrum à majoribus suis hereditate accepisse sacerdotium Apollinis Clarii, qui lucum & fanum habuit non procul Colophone. Opidum quoque fuisse Clarum (quod video eruditissimum Cellarium addubitare T. 2. notitiæ orbis antiqui p. 77.) docere videtur Nicander in extremo Theriacon ita de se loquens:

Τὸν ἔθρεψε Κλάρος νιφόεσσα πολίχνη.

Cæterum in Ætolia quoque versatum, vitæ auctor ait patuisse ex ejus de Ætolia commentariis, quibus non modo res Ætolorum, sed quoque situm regionis, plantasque, quas illa profert, diligentissime descripserat. Floruit temporibus Attali Pergami Regis, qui sceptrum tenuit ab Olymp. CLV$\frac{2}{3}$. ad CLX$\frac{3}{4}$. Huic librum inscripsit (unum ex iis, qui perierunt) alloqvutusque Regem est his versibus:

Τευθρανίδης, ὃς κλῆρον ἀεὶ πατρώϊον ἔχεις
Κέκλυθι· Μὴ δ' ἄμμιγα πάντ' ἔσατο ὕμνον ἐρύξης

Ἄπαλ'

2011 Ministerio de Cultura

Ἄπαλ' ἐπεὶ σέο ῥίζαν ἐπέκλυον Ἡρακλῆϊ
Εἰζέτι Λυσιακῆσιν περίφρονα, ἣν Πελοπηὶς
Ἱπποδάμεια φύτευζεν ὅτ' ἄπιδα ἤρατο πημὼ.

Facile ex hac temporum differentia ſcriptor græcus * Vitæ Arati ſub Ptolemæo Lago ac Philadelpho clari Poetæ refellit fabulam, quam nonnulli pridem temere tradiderunt, quaſi æquales ambo vixiſſent Aratus & Nicander apud Antigonum Macedoniæ Regem; & hic Arato, qui Medicus fuerit, præcepiſſet, ut Phænomena cœleſtia ſcriberet, Nicandro contra Aſtrologo & rei medicæ imperito injunxiſſet ſcribenda Theriaca & Alexipharmaca. Tam parum credibilis eſt hæc fabula, totaque commentitia, ut ne Gyraldo quidem velim aſſentiri, qui ex ea Nicandrum quendam à Poeta noſtro diverſum Arati æqualem Aſtrologum colligit. Neque ſcriptori græco vitæ Theocriti per Aldum edito credo æquales fuiſſe ſub Ptolemæo Philadelpho Aratum, Callimachum, Nicandrum. Hoc ſaltem eſt certiſſimum, diu poſteriorem Arato Nicandrum noſtrum fuiſſe; & in Georgicis quidem, ut docet Cicero, non autem in ceteris ſuis monumentis res à ſcientia ſua & ſtudio alienas literis tradidiſſe. Effigies Nicandri, qui Medicis à Plinio plus ſimplici vice accenſetur, inter Medicos occurrit altera manu tenens librum, altera ſerpenti adrepenti medicamen obvertens, in vetuſtiſſimo codice MS. Dioſcoridis Bibliothecæ Auguſtiſſimi Imperatoris ex quo dedit illam Lambecius T. 2. comment. p. 596. & è Lambecio Neſſelius parte 3. p. 7. & Gronovius theſauro Antiquitatum Græcar. T. 3. lit. hh.

II. Ex ſcriptis Nicandri duo tantum hæc poemata Heroica ſuperſunt, quanquam poemata negat eſſe Plutarchus ** quia licet verſibus ſcripta ſunt, nihil tamen fingunt more Poetarum. Unum eſt ΘΗΡΙΑΚΑ' *** ſive *de beſtiis venenatis & adverſus illas remediis* ad Hermeſianactem amicum ſuum. Hoc ſine ratione Nicandro abjudicare auſus fuit

* In Uranologio Petavii p. 149. edit. Amſt.

** Plutarch. de audiendis Poetis pag. 16. οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθον οὐδὲ ἀψευδῆ ποίησιν. Τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔστι καὶ Παρμενίδου καὶ θηριακὰ Νικάνδρου καὶ γνωμολογίαι θεόγνιδος λόγοι εἰσὶ, κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς ὥσπερ ὀχήματον ἀγωνῇ τὸ μέτρον ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν.

*** Galenus IV. in 6. Epidem. T. 5. p. 525. edit. Baſil. καλεῖται δὲ ἀλεξιφάρμακα μὲν ὅσα τοῖς δηλητηρίοις ἀντίσαται. Θηριακὰ δὲ, ὅσα τὰς τῶν θηρίων ἰάσαται δήξεις.

2011 Ministerio de Cultura

Scholiaſtes ineditus Dionyſii Thracis in loco quem deſcripſi ſupra lib. 2. c. 8. §. 11. Tribuunt enim Theriaca Nicandro præter veterum codicum fidem ſcriptores antiqui ſine controverſia, Strabo lib. XVII. p. 641. Galenus de theriaca ad Piſonem T. 2. p. 461. (ubi verſum 150. cū ſeq. adducit) Athenæus, Plutarchus, Apulejus in Apologia, Artemidorus II. 13. Epiphanius, aliique quamplurimi. Metaphraſin Θηριακῶν Nicandri jambis græcis 1370. ſcripſerat *Marianus* quidam ſub Anaſtaſio Imp. teſte Suida. Hodie *græca ſcholia* in iſtud Nicandri carmen exſtant incerto auctore, antiqua tamen & docta, quæ forte legit auctor Etymologici Magni in ἀτίζων cum ait: ἔτως ἔυρον ἐν ὑπομνήματι Νικάνδρε ἐν θηριακοῖς. Multi autem Nicandrum olim & hoc potiſſimum poema interpretati ſunt Grammatici; Stephanus enim Byz. in χορώπη cum verba è Nicandri Theriacis v. 613. protuliſſet, ſubjungit: οἱ δ' ὑπομνηματίζαντες αὐτὸν Θέωνα καὶ Πλούταρχον καὶ Δημήτριον ὁ Φαληρεύς φασι &c. Plutarchum intelligit Chæroneum, inter cujus ſcripta Lamprias memorat εἰς τὰ Νικάνδρε ἀνεξήγητα Suidas memorat in παμφ. *Diphilum* Laodicenſem ἐν τοῖς περὶ τ Νικάνδρε θηριακῶν allegat Schol. Theocriti Idyll. 10. Athenæus VII. pag. 314. *Iſaacium Tzetzen* Nicandri interpretem Ambroſius Calepinus in dictionario, ubi agit, de locuſtis; quod Geſnero mirum merito viſum. Eutecnii (alii Eutechnium vel Euthenium male ſcribunt) Sophiſtæ Paraphraſis inedita Theriacorum & Alexipharmacorum Nicandri latet in Bibliotheca Imperatoris, teſte Lambecio lib. 2. commentar. p. 566. 594. Latet etiam in Bibliothecis Galliæ, ut notat Labbeus in Bibl. nov. MS. p. 123. 386. At icones inſectorum venenatorum, quæ deſcribit Nicander ex codice Bibl. Cæſareæ cum interpretatione exhibuit Lambecius lib. VI. pag. 294. ſeq. & poſt Lambecium Neſſelius Catalogo MSS. Bibl. Cæſareæ parte III. poſt paginam octavam.

III.

2011 Ministerio de Cultura

III. Alterum Poema Heroicum Nicandri, quod habemus, inscribitur ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ, *de remediis adversus venena* (non ictu vel morsu bestiæ inflicta; de illis enim Theriaca agunt, sed per cibum vel potum hausta) ad Protagoram Cyzicenum. In hæc præter Eutecnii paraphrasin ineditam, de qua jam dixi, *duplicia scholia Græca* exstant sæpius vulgata, breviora altera, altera prolixiora, incertis auctoribus: quanquã Michael Nicander ubi scriptores in Gnomologia Stobæana allegatos recensetp. 11. laudat *Athenæum* scholiorum græcorum in Alexipharmaca Nicandri auctorem.

Epigramma in Othryadem sub Nicandri nomine (incertum an nostri) occurrit in Anthologia lib. III. c. 5. p. 299. Legitur & alius versiculus Nicandri in eadem Anthologia lib. 1. p. 125. sed quem petitum ex Theriacis (v. 767.) jam observavit Joh. Brodæus.

IV. Scripta Nicandri deperdita.

Αἰτωλικὰ. Etymol. M. in ἀζέλλωα. Tzetza ad Lycophronem: scriptor græcus vitæ Nicandri, tum Nicandri & Apollonii Scholiastes, qui tertium librum allegat. Tertium etiam librum Athenæus VII. p. 296. Primum ibidem & XI. p. 477. & Harpocratio in ἦσπον. & Macrobius V. 20.

Ex Nicandri Βοιωτιακῷ binos versus Hexametros profert Athenæus VII. pag. 329.

Γεωργικά. Suid. Laudat & Eustathius & Schol. Aristoph. & sæpe Athenæus. Cicero autem 1. de Oratore: *de rebus rusticis*, inquit, *Nicander homo ab agro remotissimus poetica quadam facultate, non rustica, scripsit præclare.*

Γλῶσσαι Eustath. Scholiastes Aristoph. Athenæus VII. p. 288. Νίκανδρος ὁ ἐποποιὸς ἐν τρίτῳ γλωσσῶν.

Ἑτεροιωμένων (ita legendum non ἑταιροιωμένων viderunt viri docti Rutgersius II. 18. Var. Lect. Jonsius p. 183. Harduinus ad Plin. T. 1. p. 122. Vossius IV. 14. de Hist. Gr.) libri quinque. Suid. Primum Stephanus Byz. in ἀσπαλάθεια. Quartum allegat Antoninus Liberalis c. 12. & Athenæus VII. p. 305. Respicit hoc opus Antoninus Liberalis c. 35. & Tzetzes ad Lycophronem. Laudat & Schol. Apollonii ad lib. 1. v. 47. Athenæus III. p. 82.

Εὐρωπείας sive περὶ Εὐρώπης librum 2. allegat Schol. Apollonii IV. 7. Confer Rutgersium II. 18. Var. Lect. Vossium p. 474. de hist. Græcis, Librum quintum laudat Stephanus in ἄθως.

2011 Ministerio de Cultura

Ἡμίαμβοι. Schol Nicandri.

Θηβαϊκῶν librum tertium laudat Schol. Nicandri. Respicit Plutarchus de Herodoti malignitate.

Θηρακικὰ Nicandrum scripsisse suspicatur Jonsius ex loco Schol. Apollonii lib. 1. v. 29. sed non est necesse, cum Thraciæ urbis Zonæ in alio meminisse opere Nicander potuerit.

Ἰάσεων συναγωγή. Suid. Nescio unde hauserit doctissimus Bartholinus quod p. 100. de Medicis Poetis affirmat hoc Nicandri opus scriptum fuisse versibus senariis.

Κολοφωνιακῶν librum III. Athenæus VII. p. 296. XIII. p. 569. Librum sextum Harpocratio in παύδημος.

Μελισσουργικά Athenæus II. p. 68.

Νύμφιοι. Schol. Nicandri.

Οἰταϊκῶν librum 1. Schol. Apollonii 1. 50. librum II. Athenæus VII. p. 282. & IX. p. 411.

Nicandrum ἐν Ὀφιακῷ laudat Schol. Nicandri. Suidas in παμφίλος ait Grammaticum hunc scripsisse εἰς τὸ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, καὶ τὰ καλάμινα ὀπικά. Quo in loco Ὀφιονικὰ legit Lambec. II. de Bibl. Vindob. p. 541. suspicatus Nicandrum fuisse auctorem illorum ὀφιονικῶν, quæ sub commentitii *Conchlacis* nomine edita memorat & explodit Galenus lib. VI. de simplic. Medicament. T. 2. p. 68. seq.

Nicander ἐν ἕκτῳ περιπετειῶν. Athen. XIII. p. 906. Jonsius p. 153. legit περὶ πετεινῶν.

Περὶ ποιητῶν. Parthenius Erotic. c. 4. περὶ τ' ἐν κολοφῶνι ποιητῶν Schol. Nicandri. In hoc libro Nicander Homerum Colophoniis asseruit, ut ex vita Homeri & illa, quam Plutarcho tribuunt, & illa, quam Allatius edidit, observat Jonsius.

Προγνωστικῶν Hippocratis Metaphrasis Carmine Heroico. Suid.

Σικελία Schol. Nicandri. Librum decimum Steph. in ζάγκλη.

Τάκινθος. Schol. Nicandri.

Τύπος. Schol. Nicandri.

Περὶ χρησηρίων ψάντων libri III. Suid. Male Lonicerus, libros quinque.

V. Nicandri editiones Græcæ.

Prodierunt Theriaca & Alexipharmaca Venetiis primum ex Aldi officina A. 1499. fol. una cum scholiis græcis margini statim adscriptis. Ad calcem Dioscoridis. De-

2011 Ministerio de Cultura

Deinde recuſa ſunt ab eodem Aldo ibidem, cum græcis ſcholiis & ἐξηγήσει σαθμῶν, μέτρων, σημείων ϗ χαρακτήρων A. 1523. 4. & à Joh. Sotere. & Coloniæ A. 1530. 4.

Denique ſine ſcholiis, ſed perquam nitide & emendate inter Poetas Principes H. Stephani Pariſ. 1566. fol.

Latinæ & græcolatinæ.

Latina proſa & Nicandrum & ſcholiorum ſelecta tranſtulit *Johannes Lonicerus*, cujus verſio vidit lucem Coloniæ 1531. 4.

Carmine latino Alexipharmaca pariter & Theriaca non infeliciter (etſi paulo licentius quandoque) reddidit *Euricius Cordus* Medicus Marpurgenſis ac Poeta, inter cujus Poemata ab Henrico Meibomio collecta legitur. Helmſtad. 1614. 8. Prodierat antea ſeparatim Francof. 1532. 8.

Johannes quoque *Gorræus* Medicus Pariſienſis Metaphraſi Poetica eleganti donavit Nicandrum, cum qua editus eſt græce & latine Pariſ. 1557. 4. apud Morellum, additis etiam græcis ſcholiis antiquis & Gorræi notis. Alexipharmaca cum ejusdem Gorræi verſione & notis prodierant A. 1549. 8. Exſtat præterea Nicander Græce & latine cum Loniceri verſione in corpore Poetarum græcorum, quod à Jacobo Lectio editum eſt Genevæ 1606. fol.

Ottonem Brunsfelſium in Jatrii ſui Medicaminum libr. IV. veluti Epitomen retuliſſe totius Nicandri, notavit Geſnerus in Bibl.

Gallica.

Verſibus Gallicis Nicandrum complexus eſt *Jacobus Grevinus*, * quem nec latino utut nitido interprete Gorræo, nec græcis ipſis cedere elegantia ſcripſit Thuanus ad A. 1570. Prodiit Grevini interpretatio una cum duobus ejus libris de venenis & antidotis Antvverpiæ apud Chriſtoph. Plantinum. A. 1567. 4.

VI. *Alii Nicandri.*

Nicander Alexandrinus, cujus περὶ τῶν Ἀλεξιπέλως μαθητῶν laudat Suid. in Ἀρχείων.

Ni-

* Vide ſis de hoc Grevino & ejus ſcriptis Verderii Bibl. Gallicam p. 604, ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Nicander Apolloniatarum præfectus, in Numo apud Laur. Begerum T. 1. thesauri Brandenburg. p. 610.

Nicander Chalcedonius, quem ἐν τετάρτῳ τῶν Προσίου (Bithyniæ Regis) συμποσιάτων allegat Athenæus XI. p. 496.

Nicander Euthydami F. quem colloquentem inducit Plutarchus lib. de sollertia animalium & in symposiacis. Eidem librum περὶ ἀκοῆς inscripsit.

Nicander ineptus Sophista, cujus mentio apud Philostratum in Damiani vita p. 601.

Nicander Thyatirenus, cujus Glossis Atticis sæpius utitur Athenæus & Harpocratio, qui librum XVIII. Ἀττικῆς διαλέκτου laudat in ξηραλοιφῶν & librum περὶ τῶν δήμων, (de populis Atticæ) in Θυργωνίδαι & Τιτακίδαι.

Nicander Pater Zenonis apud Goltzium in numo. Jonsius pag. 117.

Ambrosius denique Nicander Toletanus, qui circa A. C. 817. S. Cyriaci Episcopi Anconitani Martyrium versibus latinis scripsisse, & Catalepses sive argumenta in Silii Italici libros composuisse traditur.

VII. Index Scriptorum in Scholiis græcis ad Nicandrum laudatorum, concinnatus à me ad editionem Aldinam 1523. 4.

Pag. 27. incipiunt Scholia in Theriaca.
Pag. 63. b. Scholia priora breviora in Alexipharmaca.
Pag. 66. Scholia posteriora prolixiora.

Acusilaus 27. b.
Ægyptii 35.
Æoles 44. b.
Æschylus 71.
ἐν Βασσαρίσι 38.
Ætoli 38. 50. 67. b.
Agathocles ἐν τῷ περὶ διαίτης 50.
Aglaias 64. b.
Alcibius Alcibii herbæ repertor 46. b. 47. 51. b.
Alexander ἐν τῷ περὶ θηριακῶν 62. b.
Amyntas 58.
Anacreon ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῆς 49.
Andreas Medicus 58. b. 65. b. 86. 88. b. ἐν τῷ Παγκαφομιάῳ νάρθηκι 52. b.
Antigonus 36. 41. b. 48. a. b. 55. 56. b. 59. b.
Antimachus 38. b. 44. b.
ejus imitator Nicander 27.
Apollodorus 56. b. 87. 88. ἐν τῷ περὶ θηείων 54. 60.

Amyn-

Apol-

2011 Ministerio de Cultura

Apollodorus 56. b. 87. 88. ἐν τῷ περὶ θηρίων 54. b. 60. ἐν τοῖς Ὁμήρου 80. b. ἐν τῷ περὶ Βοτανῶν 47. b.
Apollonius 38. b.
Apollonius Memphites 28. b.
Apollonius Rhodius ἐν τῇ τοῦ Ἀλεξανδρείας κτίζει 27. b.
Aratus 32. b. 42. b.
Archæus (forte leg. Achæus) ἐν τοῖς περὶ Ἀρχαιαναξιδίου καὶ τὸν πρὸς Ἐρυθραῖον πόλεμον 49. b.
εἰ ἀρχοῖαι 28. b.
οἱ νεώτεροι 50. b. 69. b.
Archelaus ἐν τοῖς διφυέσι. 58. b.
Archilochus 34. 35. b. 39. 49. b.
Aristarchus 55. b.
Aristevas 52. b. forte leg. Cratevas.
Aristides 41.
Aristophanes ἐν τῇ γήρᾳ 38. b.
Aristoteles 29. b. 45. b. 54. 58. 64. b. 65. 78. 80. b. διαλεγόμενος περὶ ἡρύγγου 51. ἐν τῷ περὶ ζώων 64. b. 78. b. ἐννεακαιδεκάτῳ περὶ ζώων 67.
Asclepius sive Æsculapius Coronidis F. Medicus 52. b.
Attici 28. b. 32. 44. b. 51. 60. b. 65. 82.

Ὁ Βασιλεὺς ἐν τῷ θηριακῷ 54. regem Mithridatem potius intellexerim, quam scriptorem cujus nomen proprium Βασιλεὺς, ut video in mentem venisse Meursio in Bibl. Gr.

Βῶλος vide Ῥῶλος.

Callimachus 29. 40. b. 46. 63. b. 64. a. b. 65. 66. b. 69. b. 70. 73. 82. a. b. 88. b. ἐν τῇ Ἑκάβῃ ἢ Ἑκαλῇ 62.
Chiron Chironii inventor 45. b.
Chrysippus ἐν τῷ περὶ λαχαίων 59. b.
Cleanthus 43. b.
Conilus herbæ κονίλης inventor. 50.
Corinnus 28.
Cratevas 46. 51. 60. ἐν ῥιζοτομικῷ 52. b. Supra in Aristevas.

Demetrius 34. 50. 56. b. χλωρὸς 41. b. 46. b. 48. b.
Demophon ἐτυμολογῶν 64. b. 80.
Diocles 50. ἐν τῷ ῥιζοτομικῷ 51.
Diogenianus 36. b.
Δίων ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως 49. b.
Dionysius Periegetes 34. b.
Dionysius ἐν τοῖς ῥιζοτομικοῖς 46. Poeta 49.
Dionysius Phaselites de Antimachi Poesi. *Vit. Nicandri.*
Dioscorides 28. b.
Empedocles 44.
Epacter inventor herbæ 50. b. adversum Theriac. 694.
Epænetus ἐν τῷ περὶ λαχαίων 48. b.
Erasistratus ἐν τῷ περὶ θανασίμων 64. 69.
Eratosthenes 44. b. ἐν ἐριννύι 42.

2011 Ministerio de Cultura

Euphorion 28. b. 29. 34. b. 38. 42. b. 60. 70. b.
Euripides Oreste 42. b.

Glossographi 64. b. 77.

Hephæstio 50.
Heraclitus 64. b. 73.
Hermesianactis Περσικὰ καὶ τὰ λεγόμενα εἰς τὴν ἐρωμένην 27.
Hermesianax junior Nicandri æqualis 27.
Hermonax ἐν κηπικαῖς λέξεσι 45. b.
Λαιμῶσσει σὺ χεῖλος ὡς ἠρώδυ. 44. b.
Herodotus ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ ἄλλοις 49. b.
Heliodus 28. 44. 50. 51. b. 65. 70. 82. b. ἐν τοῖς πεπλεγμένοις 27. b.
Hippocrates 64. 67. b. 69. b.
Hipponax 44. b. 83. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Λυδίας ἰάμβων 50. b.
Homerus 27. 28. b. 33. b. 34. b. 35. b. 39. 40. 42. b. 44. a. b. 48. b. 49. b. 50. b. 55. 57. 61. 63 b. 64. b. 65. 66. 69. 70. a. b. 71. 73. b. 74. b. 77. 80. b. 86.
ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις ὕμνοις 71. Homeri imitator Nicander 33. b.
Jambe jambici inventrix carminis 64. 71.
Jolaus 52. b. ἐν τῷ περὶ πελοποννησιακῶν πόλεων 46.
Jones 75. b.

Lycon 48.
Lycophron 44. 68.
Lysimachus 65. Ἱπωνακτίειος 80.

Menander 74. b.
Menecrates 64. b. 72. b.
Metrodorus ἐν τῷ περὶ σωφροσύνης 49. b.
Μίκτων ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῶν 49. b.
Nicander. 35. 40. b. 44. 56. b.
περὶ τῶν ἐν κολοφῶνι ποιητῶν 27.
ἐν τρίτῳ θηβαϊκῶν 35. b.
περὶ τινων εἰς Αἰτωλίαν ἐρχομένων διηγήματος 36. Ἐν ἡμιάμβοις 41. b. ἐν τῷ ὀπιζαφορμένῳ ὕμνῳ. ibid.
ἐν ὀφιακῷ ib.
ἐν Σικελίᾳ ib.
ἐν νυμφίοις ib.
ἐν ὀπιζαφορμένῳ ὑακίνθῳ 48. b.
Nescio quid sibi velit p. 70. περσείης ἔειπε τὸ ἀρχαῖον ἀπὸ Θεοδοσιακῆς Νικάνδρου μεταγεγραμμένον.
Nicandri exegetæ. 29.
Νικάνδρου ἐν ταῖς δυναμέσι. 48.
Numenius 37. ex eo expressit quædam Nicander 36. b.
ἐν τῷ θηριακῷ 50. b.
Oppianus 31. b. 48. b.
Ὀρφέως δρύες. 44.
Parmenio ἐν τοῖς ἰάμβοις 58.
Πέτρις ἐν ὀφιακοῖς 47. b. ἐν ὀφιακῷ 50.
Pharicus Cretensis, inventor herbæ cujusdam 80. b. ubi male excusum φαρμακὸς pro φαεινὸς.

Ly-

Phi-

2011 Ministerio de Cultura

Philetas 27.
Phocylides 65. 82. b.
Plutarchus 31. b.
Praxagoras 65. b. 78. 80. b. 87. b.
Promenus Cretenſis inventor pomi cujusdam 84.
Protagoras Cyzicenus, cui Nicander Alexipharmaca inſcripſit 66.
οἱ τὰ ῥιζοτομικὰ γράψαντες 69. Vide ſupra in Anacreon, Cratevas, Diocles, Dionyſius, Micton.
Ῥῶλ. ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν. 56. lege Βῶλ.
Sophocles 64. ἐν ἀἰχμαλώτοις 28. b. ἐν κωφοῖς (Σατύροις) 40. b.
Sophron 46. 60. ἐν μίμοις 34. b.
Soſtratus 55. ἐν τῷ περὶ Φύσεως ζώων 47. b. ἐν τῷ περὶ ἑλκτῶν ἢ δακετῶν 55. b. & 56. ubi male Σώκρατος.
Theo ἐν ὑπομνήμασι (in Nicandrum) 36. b.
Theocritus 31. b. 48. 50.
Theophraſtus 28. b. 39. b. 42. b. 45. b. 47. b. 51. 60. 61. 64. 65. b. 88. b. περὶ Φυτῶν 49. b. 51. ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῶν Φυτικῶν. 70.
Tyrannion 28. b.
Zenodotus Theophilus. 28.

VIII. Nicandro non abſurde ſubjiciam alios de Theriacis ſcriptores, ANDROMACHUM præcipue Cretenſem, inſignem Medicum & Neronis Archiatrum, ad quem *de Theriaca*, ſive ut ipſe appellavit *αἰπόλῳ χαλκῇ Carmen* non inelegans *elegiacum* ſcripſit, cujus primos verſus dat Tzetzes Chiliad. XII. v. 30. ſeq. ſed integrum exhibet Galenus libro de Theriaca ad Piſonem, & lib. 1. de antidotis T. 2. pag. 428. ſeq. edit. Baſil. Latinis verſibus reddiderunt *Julius Martianus Rota & Joh. Guinterius Andernacus*. Eodem libro ad Piſonem confert Galenus c. 12. ſeq. Theriacam deſcriptam à Xenocrate, Damocrate, Demetrio & Magno p. 464. ſeq. Et libro de Theriaca ad Pamphilianum, Critonis de Theriaca ſcriptum memorat p. 472 & Menecratis p. 471. Idem libro 1. de antidotis cum retuliſſet Mithridatis, Attalique regum in exploranda antidotorum vi ſtudium ſingulare, teſtatur de Theriaca commentatos præterea Heraclidam Tarentinum, Cratevam, Diſcoridem, Nigrum, Jollam & Rufum Epheſium p. 424. Exponit etiam, quæ de Theriaca ſcripſerat Andromachus filius in libro proſa compoſito cui διδασκαλίαν τῶν ἐντὸς * φαρμάκων titulum fecerat, pag. 430. tum *ſuos ipſe verſus undecim Hexa-*

* Scripſerat etiam Andromachus filius δυνάμεις πρὸς τὰ ἐντὸς libris tribus. Memi nit

2011 Ministerio de Cultura

Hexametros de Hedrychoi magmatis compositione p. 431. Galenus adscribit, & p. 437. seq. Damocratis ** *versus Jambicos* plusculos *de Theriaca* ex ejus *Carmine de antidotis*, hinc *aliam descriptionem* nescio quo auctore, *Carmine Hexametro* p. 438. seq. Denique quæ Crito de theriaca scripserat tertio τῶν Φαρμακιτίδων βίβλων. Libro secundo de Antidotis Galenus refert Mithiridaticæ confectionem ex præscripto Andromachi filii, tum Antipatri & Cleophanti, variaque alia antidota Orbani Indi, Apirodæ, Nicostrati, Ælii Caji p. 441. (Galli leg. ex p. 447. seq.) & Zopyri, *** quæ idem Andromachus descripserat. Hinc Mithridaticam & alia *quamplurima antidota versibus Jambicis à Damocrate tradita* p. 441 - 444. & 453. 454. Similiter quæ Asclepiades Bithynus in quinto τῶν ἐντὸς παθῶν, quam "Αζωνα (Mnasonis, p. 449. Νάζωνος) inscripsit, & quæ propinavit Apollonius Mus. Hinc. p. 443. improbat scripta de Venenis, Orphei Theologi, Hori Mendesii junioris, Heliodori Mendesii & Arati, versibus quibusdam Heliodori Hexametris productis ἐκ τῶν πρὸς Νικόμαχον ἀπολυτικῶν. Seqvuntur deinde Antidota varii generis variorum p. 446. Claudii Tusci, Apellæ, Zopyri, Mithridatis Eupatoris p. 447. Ælii Galli: p. 448. Archibii, Antipatri, Ælii Galli, Euclidis Palatiani, Zenonis Laodiceni & Minuciuni, Nicostrati & Xenocratis: p. 449. Nili Antipatri (ὡς Νεῖλος Ἀντιπάτρῳ) Asclepiadis Bithyni, Antonii, Coi Cratippi (ἀνδρὸς καὶ ἀπτομένου καὶ κωνοτρόφου) Heræ Cappadocis, Belchionii qui à Cæsare antidotum suum accepisse se ajebat & Xenonis Laodiceni: p. 450. Claudii Apollonii, Menippi, Menelai, Baphulli, & Abascanti, qui Lugduni Medicinam fecit: p. 451. Zoili & Epaphroditi Carthaginensis, Arabæ Thebani, Charitonis ὀχλαγωγοῦ, Simmiæ Medi, quem & ipsum infra ὀχλαγωγὸν appellat, Andreæ Apollodori (ὃν καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐν τῷ πρὸς Ἀσκλάμαντα ἀναγράφει:) p. 452. Dorothei Elei, Apollodori ac Sostrati Eudemi (cujus versus Hexametros de Theriaca *** Antiochi Philometoris Galenus adscribit) Heraclidis Tarentini, qui Galenus de compositione Medicamentorum per genera. Fuit & Grammaticus hoc nomine, de quo infra in Grammaticis.

* Hic Damocrates sive ut Plinius XXIV 8. vocat Democrates, sanavit filiam M. Seryilii Gemini, qui Consul fuit Anno urbis conditæ 756. tertio post CHRISTUM natum, unde de ætate Democratis constat. Laudat præterea Galenus ejus φιλίατρον, κλινικὸν & Πυθικὸν, ut observavit Meursius in Bibl. græca. Porro valde probantur Galeno compositiones Medicæ versibus scriptæ, quod in illis facilius appareat, si quid in verbis numerisve sit ab exscriptoribus peccatum.

** Mi-

2011 Ministerio de Cultura

Tarentini, Hybriſtæ Acutiroſtri (ὑβρεισὲ ὀξυρυγχίτε) & Apollonii Memphitæ: p. 452. Heræ Cappadocis, cujus jam ſupra meminerat, & p. 456. Nicoſtrati atque Amaranti Grammatici. Obiter addam, quod apud Plinium XXIX. 1. ubi Theriaces meminit, locus ita mihi legendus videtur: *Theriace vocatur excogitata compoſitio luxuriæ. Fit ex rebus ſexcentis, cum tot remedia dederit natura, quæ ſingula ſufficerent.* Pro *ſexcentis* male puto in libris editis eſſe *externis*.

IX. Claudam hoc caput ſubjuncto Poeta antiquo *de viribus Herbarum Deo alicui conſecratarum*, quem iisdem quibus Nicandrum typis Græce pridem ſine nomine edidit Aldus, ac Dioſcoridi ſubjecit, Venetiis A. 1518. 4. Hunc integrum præſenti loco recudendum dare non dubitavi, quia lectu non indignus & brevis, virorum etiam præſtantiſſimorum ita fugit induſtriam, ut pro inedito haberent, laudarentq; ; Lucas Holſtenius notis ad Stephanum Byz. p. 270. Iſ. Voſſius ad Barnabæ Epiſtolam p. 23. & Tho. Bartholinus de Medicis Poetis p. 103. In codice MSto quem memorat Labbeus pag. 125. Bibliothecæ novæ MStorum ſubjicitur Joannis, Damaſceni cujusdam Medici, libro de Pharmacis ad purgandum idoneis. Sed quicunque demum ſit auctor, Ethnicum ſe & bene antiqvum prodit, neque ingrata poterit ejus eſſe editio iterata cupido antiquitatis lectori, cum adjunctam ei viderit haud vulgatam antea verſionem notasq; doctiſſimi viri D. JO. RENTORFII, Hamburgenſis, qui ut bono publico non invideat quæ in Plutarchum & alios egregios ſcriptores habet animadverſa præclare, mecum optabunt, quicunque ex hoc ungue eruditionem ejus induſtriamque metientur.

** Plinius lib. XX. c. 24. tum alter, qui Valerianus vulgo vocatur lib. III. de re medica c. 57. & lib. IV. c 38. narrant deſcriptionem hujus Theriacæ verſibus dedicatam fuiſſe apud Inſulam Coum in limine ædis Æſculapii.

2011 Ministerio de Cultura

POETA VETUS

De effectis plantarum, Deorum aulici sacrarum.

I. Χαμαίμηλον. II. Ῥάμνος Ὄρεος.

III. Ἀρτεμισία μονόκλωνος. IV. Πενταδάκτυλος.

V. ὁ Ὕπις, (ἢ Ἰσιτρεών,) ὁ ὀρθός. VI. Δίκταμνον μικρόν.

VII. Ἐλελίσφακος. VIII. Βραθυς κυπάρισσος, χαμαικυπάρισσος.

IX. Κενταύριον μέγα. X. Βάφθαλμον.

XI. Παιονία. XII. Πόλιον.

XIII. Μῶλυ. (Ἐναλία δρῦς. Χρυσάνθεμον. Ἐρύζιμον.)

I. ΧΑΜΑΊΜΗΛΟΝ.

1. Τὸς πυρέσσοντας τὸ χαμαίμηλον θεραπεύει
Σὺν ῥοδίνῳ λεῖον τετριμμένον, ὠφέλιμον δὲ
Τοῖς μετριάζουσιν τὸ φυτὸν, φύεται δ' ἐπὶ θαλασσίοις
Τὸ βραχὺ καὶ καλλιγον, ὃ βασάζουσιν ἰητροί.

5. Ἀρ-

(a) Febres arcere chamæmelum, præter Dioscor. & Galenus T. 2. Oper. edit. Basil. Græc, p. 33. docet: qui tamen non omnes, sed eas nimirum febres chamæmeli perunctione sanari putat, quæ citra inflammationem visceris alicujus infestant, ac præsertim quæ ex humoribus bilioſis aut cutis densitate proveniunt, Aëtius, Tetrab. 1. Serm. 1. de anthemide, & Macer. C. 14.

(b) Chamæmelum dicitur διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῇ ὀσμῇ, Dioscor. III. 154. p. 235. quoniam odorem mali habeat, uti Plin. N. H. XXII. 21. interpretatur. Dicitur & ἄνθεμις. Anthemis, inquit Plin. magnis laudibus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemon, quo-

2011 Ministerio de Cultura

NOMINA PLANTARUM

Quarum vires Poeta perſequitur,

I. Chamæmelum. *II. Rhamnus Hori.*
III. Artemiſia Monoclonos. *IV. Pentadactylus.*
V. Verbena ſupina & recta. *VI. Dictamnum minus.*
VII. Eleliſphacus. *VIII. Sabina Cupreſſus ſive Chamæciparissus.*
IX. Centaurium majus. *X. Buphthalmus.*
XI. Pæonia. *XII. Polium.*
XIII. Moly. (Quercus marina. Chryſanthemum. Eryſimum. Quæ tria capita, cum aliis forte pluribus, deſiderantur.)

I. CHAMÆMELUM.

1. FEbricitantes (*a*) chamæmelum (*b*) curat cum roſaceo (*c*) minutiſſime tritum: emolumento eſt adverſa valetudine (*d*) laborantibus: ſtirps hæc naſcitur in arenoſis locis (*e*) brevis (*f*) & pulcerrima: quam verſant Medici ſ. in

quoniam vere floreat. Nonnulli melanthemon (MS. melanthion) vocant. Addit Dioſcor. οἱ δὲ χρυσοκόμην pro quo Oribas. L. XI. Collect. χρυσοκαλλίαν habet) οἱ δὲ καλλίαν καλοῦσι. Alii chryſocomen, ob aurei celoris capitulum, alii calliam quia flos pulcer eſt, unde noſter poeta κάλλιϛον recte adiecit, vocant. Plinium chamæmeli, parietariæ & matricariæ hiſtoriam confundere, contendit Jo. Bod. à Stapel ad Theophraſt H. P. VII. p. 833. & p. 686. Non uni eidemque generi omnia hæc nomina convenire, ex ipſo Plinio conſtat: juxta varia ergo genera (quæ tria flore diſtantia ipſe, ut & Macer, enumerat, Bauhinus decem exhibet) varia & diverſa chamæmelum obtinere nomina dicendum

2011 Ministerio de Cultura

5. Ἀρχομένῳ θέρεος, μέγας ἥλιος ἡνίχ' ὀδεύῃ
Ἑβδομον ἱππεύσας τετράζυγον αὐτυγὲ πώλων.

II. ῬΆΜΝΟΣ.

Ῥάμνον ἔχει Πανάκεια ἐν οἴκοισιν παναείσῃ,
Φυομένῳ Φεραγμοῖσιν ἀκανθαν εὐπετάλειαν.
Ὧρος δ' ἐστὶ φυτοῦ, τόδε σύμπορόν ἐστι βροτοῖσι·
Βασσάζειν τότε ῥάμνον ὅταν φθίνουσα σελήνη
Δέκηται πάντεσσι βροτοῖς κ' μακρὸν Ὄλυμπον
Κρημναμένη· δυώδεκα δ' ἀποσρέψαι κακότητες
Φαρμακίδων τε κακῶν καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων.
Πρώτη δ' μακάρων γ' ἐχρήσατο τῇ δε φυτείᾳ

15. Παλ-

dum eſt. Nunc in omnibus officinis interpolato Græco nomine camomilla dicitur, ſic & Itali. Galli (camomille) & Angli (camomile) nuncupant. German. Camillen/ Camillen Blumen.

(c) Senſus eſt, perunctione chamæmeli roſaceo mixti ſanari febricitantes. Oribaſ. Syn. l. 23. ex ſudorem provocantibus eſt chamæm. ſiccum, tritum, oleo perfuſum, cute valenter perfricata. Ex Nechepſone Ægyptio Aetius hæc accurate tradit, quem, nulla tamen ejus mentione facta, plene deſcripſit Caſtor Durantes Herbar. p. 85. edit. Rom. cujus verba Italico idiomate hæc ſunt: *I fiori raccolti ſenza le foglie poſti nel mortaio, & incorporati con L' olio di camomilla & fattone trociſci, & diſſolvendoſi poi con l' olio medeſimo, & ungendoſene chi patiſce qual ſi voglia ſpetie di febre, li guariſce, ſe ſubito che i febricitanti ſono unti, ſi mettono in letto caldo à ſudare ben coperti.* Obſervandum (1) Veteres non ſolum ſicco calore aut balneo, (V. Celſum. II, 17. p. 93. edit. Clariſſ. Almelov.) ſed & unctione elicuiſſe ſudorem, (2) Ægyptiorum ſapientes, quos ſecuti ſunt Græcorum ut & Latinorum principes medici, in ea fuiſſe ſententia, ſudationes ad febres abigendas eſſe valde proficuas. (3) Chamæmelum, ex eorundem mente, oleo mixtum, perunctione, quamvis & in potu febricitantibus fuerit exhibitum, utiliter adhiberi per ſudores febrem ut tollantur.

(d) Μετριάζω, ſignificat apud bonos auctores, (1) modum adhibeo, ne quid ſit nimium, curo. (2) remiſſe ago minus acriter, minori alacritate rem perago. Herodian. VIII. 3. p. 339. μετριάζουσιν ἐν τῷ προθύμῳ τῆς μάχης (3) Modeſte ago, aut loquor, modeſte de me ſentio. μετριάζομεν apud Thucyd. I. p. 43. edit. Oxon. Scholiaſt. exponit ταπεινοί ἐσμεν. Suidas μετριάζει interpretatur ταπεινοφρονεῖ, modeſte de ſe ſentit. (4) Moderationem adhibeo, modice fruor. (5) quæ accidunt æquo animo fero. Sed hæ ſignificationes apud noſtrum poetam locum ubi conſiſtant reperire non poterunt. Saracen. μετριάζουσι interpretatur, mediо-

2011 Ministerio de Cultura

Ineunte æſtate, magnus ſol quando regens habenas incedit,
ſeptimo agitans quadrijugo orbe equos.

II. RHAMNUS.

Rhamnum (*g*) medicina omnigena habet domibus longe optimum,
naſcentem ſepibus (*h*) ſpinam foliis decoram.
Eſt autem Hori (ſolis) planta: mortalibus quæ prodeſt
Si eam portent, qvum lunam decreſcentem
vident omnes homines in magno olympo.
Suſpenſa, (*i*) efficax eſt avertendi (*k*) malignitates
veneficorum (*l*) malorum & faſcina (*m*) hominum.
Prima omnium deorum hac uſa eſt planta

Pal-

mediocriter affectis: ut ſit idem cum illo Galen. μαλάττει τὰ μετρίως σκληρὰ, modice dura emollit, quod & Oribaſius aſſerit. Sed & hæc dura & nullo exemplo facta eſt verſio. Rectius ergo vertitur, ægris, infirmis aut infirmitate laborantibus. Hanc interpretationem probat, Phrynicho teſte, Menander, qui μετριάζειν pro ἀσθενεῖν uſus eſt: poſtulat ſenſus, firmant veteres & recentiores auctores: quod ex Plin. & Dioſcor. abunde conſtat, ac Durantes in Herbar. non obſcure hoc diſticho indicat:

Corporis humani morbis hæc denique cunctis
Eſt prope præſidium magnum mortalibus ægris.

(*e*) Dioſcor. φύεται ἐν τόποις τραχέσι καὶ παρὰ τὰς ὁδούς. Plin. in macro ſolo, aut juxta ſemitas. Sequitur: τὸ Βραχὺ brevis, ita & Macer: (qui in multis noſtro poetæ conſentit)

Hæc multum redolens eſt & brevis herba.

(*f*) Dioſcor. Συλλέγεται δὲ ἔαρ. Plin. colligitur vere & in coronamenta. (ad depellendum ſcil. capitis dolorem, ut ex Galeno conſtat) reponitur. Eodem tempore & medici folia tuſa in paſtillos digerunt: item florem & radicem. Quæ Plinii verba vocem βασάζουσιν pulcre illuſtrant.

(*g*) Rhamni duo genera commemorat Theophraſt. H. P. III. 17. ῥαμνός τε γὰρ ἡ μέν ἐστι μέλαινα, ἡ δὲ, λευκή. Καὶ ὁ καρπὸς διάφορος, ἀμφοτέρων δὲ ἄμφω. *Rhamnorum duo ſunt genera, unum nigrum, alterum candidum, fructus quidem eſt diverſus, ambo vero ſpinas gerunt.* Plinius N. H. XXIV. 14. *inter genera ruborum,*

ill-

2011 Ministerio de Cultura

Παλλὰς Ἀθηναίη κέρη Διὸς αἰγιόχοιο
Πάλλαντα κτείνασα μάχαις κρατερῇφι βίηφι
Τὴμῶ ὅτ' ἀθανάτοιτε θεοὶ θνητοίγε Γίγαντες
Σύμβαλον εἰς ἕλδα κρατερὼ κάρτι σοι ἐόντες.
Παυδαρκὴς δ' ἄρ' ἔπειτα θεὸς Νέμεσις πολύμορφῶ
Καὶ νηὸς ἑκάθηρε θεῶν καὶ ἀγάλματα ῥάμνῳ.
Θρέμματα γὰν νῆας τε καλὸν φυτόν ἐστι φορῆσαι
Πρός τε πόνου κεφαλῆς, καὶ δαίμονας, ἠδ' Ἅπτομπάς.
Πάντα γὰρ ἤδ' ἰήσατο βροτόφθορα φάρμακα λυγρά.

Schol. Τὼ ῥάμνον ἄρη ἐν λειψοσελλώνῳ καὶ βασάζῃ, ὠφελεῖ πρὸς φάρμακα, καὶ πρὸς ἀνθρώπους φάυλους. Ἁρμόζει δὲ φορεῖν αὐτὼ θρέμματα, καὶ πλοίοις πρεπόθεσθαι. Ὠφελεῖ δὲ καὶ πρὸς πόνον κεφαλῆς, καὶ δαίμονας καὶ Ἅπτομπάς.

III. Ἀρτεμισία μονόκλωνος.

Ἀρτέμιδῶ βοτάνλωτε σωώνυμον αἶρ' Ἅπιφώσκειν
Ἡελίῳ μέλλοντῶ Ἅπὶ χθόνα φέγγῶ ἐρυθρόν,
Ἥν πνα τοξίτιν ἄνδρες ἐφήμισαν ἢ βοτρύϊτλω.

Πάσι-

inquit, *rhamnos appellatur à Græcis, candidior & fruticosior. Is floret, ramos spargens rectis aculeis, non ut ceteri, aduncis: foliis majoribus. Alterum genus est silvestre, nigrius, & quadantenus rubens. Fert veluti folliculos.* Hoc loco de albo non nigro hic est sermo; nam spinæ albæ fausti ominis & arcentes noxias creditæ: spinæ nigræ infaustarum numero semper habitæ: hinc ex spina alba in nuptiis fieri solitæ faces. V. Festum V. Patrimi, & ibi CL. Dacerii not. p. 328. Rhamnum esse spinam albam, quam Itali spinam sanctam vocant, (forsan quod amuletum esse contra veneficia credatur) varia probant: eadem enim de spina alba Latini, quæ de rhamno tradidere Græci. Sunt tamen quibus magis placet esse oxyacantham. Hagdorn. V. Stapel. ad Theophrast. not.

(h) Dioscor. l. 119. p. 61. περὶ Φραγμοὺς Φυόμενῶ. Rhamnus frutex est circa sepes nascens. Sic & Oribas. Coll. Med. XII.

(i) Suspensa, in foribus nempe. Schol. Nicand. f. 60. πρὸ τῶν θυρῶν ἐν τοῖς ἐναγίσμασι κρημνῶσιν αὐτὴν. Diogen. Laert. IV. 55. p. 260. edit. Amst. καὶ ῥάμνον ὑπὲρ θύρην ἔθηκεν.

(k) Malas noxias averruncare rhamnum vulgo creditum, unde eum Nicand. ἀλεξιάρην, schol. ἀλεξίκακον vocavit.

(l) Φάρμακον, medicamentum, est vox media, vel, ut Pollux IV. 25. loquitur, ambigua.

Ejus

2011 Ministerio de Cultura

Pallas Minerva (*n*) filia Jovis Ægiochi, (à capra nutriti)
Pallantem (*o*) occidens pugnis ac magna vi:
tum quando (*p*) immortales dii mortalesque gigantes
acerrimam inter ſe exercuerunt contentionem (*q*) fortiſſimi venientes.
Omnia videns Dea Nemeſis multiformis,
Et templa luſtravit Deorum & ſigna rhamno.
Convenit ergo ut quæ aluntur & naves hanc portent plantam.
Facit & ad dolorem capitis, dæmonas ac pompas.
Omnia enim ſanat noxia medicamenta hominibus quæ ſunt pernicioſa.

III. ARTEMISIA MONOCLONOS.

Dianæ herbam (*r*) ab ea cognominatam tolle, quando oriens
Sol rubrum jubar mittit in terram.
Quam quidam toxitin recte nuncupant aut botryn, (*s*)

Ejus verba ſunt: τὸ δὲ Φαρμάξαι, ἀμφίβολον, ὥσπερ ὁ Φαρμακεὺς ἢ ἡ Φαρμακὶς ἐπὶ τῶν βλαπτόντων μᾶλλον ἀκούεται. Hac ambiguitate non obſervata, ſæpe à vero aberrarunt interpretes. S. Anaſtaſia Martyr Φαρμακολυτρία dicitur Nicephoro XIV. 10. à medica manu, omne maleficium & omnem languorem morbumque dei Gratia, qua ipſa polluit, depellente, ut Græci exponunt dum ita canunt:

Ἀναςαςία Φάρμακον πιςοῖς μέγα
Πᾶν φάρμακον λύσασα, καὶ κεκαυμένη:

Anaſtaſia magnum fidelibus medicamentum, venenum omne ſolvens, etſi exuſta fueris. At Jo. Langus hoc medicamentum ſalutare in lethale vertit, dum Nicephori verba: καὶ τὰ λείψανα τῆς ἁγίας Ἀναςασίας τῆς Φαρμακολευτρίας ἀπὸ Συρμίου ἠνέχθη, latine interpretatur: Reliquiæ S. Anaſtaſiæ incantatricis ex Sirmio allata. Ex qua male meditata verſ. Anaſtaſiam olim fuiſſe veneficam male tradit Cardin. Baronius ad Martyrol d. 25. Dec. V. Franc. Combefiſium, in Auctar. Bibl. Græc. ad Nicetæ Paphlagonis Orat. paneg. p. 511.

(*m*) Φῦλ ἀνθρώπων. (ſic enim ſcrib.) denotat homines! φῦλα γυναικῶν ſunt mulieres, Ἰνδῶν φῦλα, Apollon. II. V. 908. Indi, Ἀθανάτων φῦλα, Heſiod. Op. V. 199. ſunt immortales, dii, ut recte Cl. Grævius Lect. Heſiod. c. 5. p. 28. obſervat.

(*n*) Minervam κούρην τ' Αἰγιόχοιο Διὸς Heſiod. Θεογ. V. 13. & paſſim vocat, ipſiq; alias V. 25, 52. aſſociat, κούρᾳ Διὸς αἰγιόχοιο, filiæ Jovis Ægiochi. (*o*)

2011 Ministerio de Cultura

Παυσιθέλιν δ' ἕτεροι καλέιτων στεργηθρον ἔχθζαν.
Οἱ δ' ἕτεροι λυσίκωτον, φιλοπάννυχον ἀγροιῶται
Ἀθανάτοις καλέουσι φυτὸν μέγα δῶρον ἔχοντες.
Λύει γὲ κόπον, ἀνδρὸς ὁδοιπόρου, ἢν χάρεσι
Τῷ μονόκλωνον ἔχῃ, θῆι δ' ἂν θοσὶν, ἑρπετὰ πάντα
φεύγει, ἢν τις ἔχῃ ἐν ὁδῷ, καὶ φάσματα δεινά.
Αἷμα δ' ἐπισκιρρωθὲν ἐπιὴν ἀρθροισιν ἐλάσῃ
Κλῶνας ἐλαὶν μίξον ῥοδίνῳ, ζήσας δ' ἐνὶ χύτρῃ
Σύγχεε τ' κάμνοντα ὅλον, μέλλοντα ὑπνώτειν
Εὐθὺς ἀπαλλάξεις ἀλγήματος ἐκ μεγάλοιο.
Ὑστερικαῖς τε γυναιξὶν ἄγαν σωτήριόν ἐστι.
Στραγγουρῆντα τε πάυει, ὀπιωθοτόνοιότε ῥῆγμα.
Πάντα δ' ἀεὶ νοσερὰ πάθη σέλδοα διώκειν.

Schol. Ἀρτεμισίαν Βοτάνην εἴτις ἔχει ἐν ὁδῷ, λύει τ' κάματον, καὶ ἐν ποσὶν εἰλημμένη θηρία διώκει καὶ δαίμονας. Αἷμα δ' ἐπὰν θεῖ τὰ ἄρθρα σκιρρωθῇ, κλωνία λαβὼν μίξον μετὰ ῥοδίνου, καὶ ποιήσας ζέσαι εἰς χύτραν σύγχεε τὸν πνεῦντα ὅλον, ὡς ὑπάγει κοιμᾶσθαι. Καὶ ὑστερικαῖς γυναιξὶ πάνυ βοηθεῖ. Στραγγουρείαν πάυει, καὶ ὀπισθοτόνου ῥῆγμα.

IV.

(o) Πάλλας est nomen gigantis quem Minerva occidit, unde & cognomen Palladis accepisse tradunt Grammatici. Apollod. L. I. c. 6. pag 18. de Minerva sic scribit: Πάλλαντα δὲ τὴν δορὰν ἐκτεμοῦσα, ταύτη καὶ τὴν μάχην τὸ ἴδιον ἐπέσκεπτε σῶμα: Pallanti autem pelle detracta in pugna, suum sibi corpus contexit.

(p) Ἀθάνατοι dii, θνητοὶ homines, Hesiod. & Homer. (V Il. E. V. 340. 343.) passim. Non autem Jupiter solus, sed & alii dii ἀθάνατοι fuerunt dicti. Plut. de superst. ἄνοσοι & ἀγήραοι, morborum & senii expertes.

(q) κάρτιστοι (vel κράτιστοι) leg. ita hanc vocem exhibent Cl. Holstenius ad Stephan. p. 270. & Is. Vossius in Barnab. Epist. p. 315.

(r) Artemisiam ab Artemide cognominatam etiam Plinius XXV 7. memorat, quoniam privatim medeatur feminarum malis. Quod autem ibi legitur, ab Artemisia Mausoli uxore hanc herbam adoptatam, quæ antea parthenis vocabatur: error est Plinii, artemisiam Mausoli cum Lygdamidis filia confundentis. Ante enim Artemisiæ Mausoli tempora nomen id obtinuisse ex Hippocrate qui eam artemisiam (Sect. III. p. 47. & V p. 173.) nuncupat, satis constat Ab Artemisia autem Lygdamidis filia, quæ Persico vixit bello, nomen hanc herbam usurpasse à veritate non videtur alienum. V. CL. Allatium Not. ad Phil. Byz. de 7 orbis mirac. insert. T. VIII. Thesauri Græc. antiq. C. 2682. ubi & poetam nostrum, quem auctorem carminum de herbis vocat, & quidem tres priores de artemisia ex

eo

2011 Ministerio de Cultura

alii vero pasitheam Gratiarum amoris incentivum habentem:
Alii Lysicopin (*t*) aut philopannichon, quomodo rustici eam vocant:
Immortalem vero plantam appellant magnum donum qui possident.

30. Solvit enim (*u*) lassitudinem viatoris, si in manibus monoclonon (*x*) teneat: circum pedes omnia noxia reptilia fugat, si quæ fuerint in via, ut & horridos visus.
Sanguinem artubus induratum agitabis,
ramulos si sumpseris, rosaceoque miscueris, ac in (*y*) olla fervefeceris,

35. Eoque ægri totum corpus unxeris, quando it dormitum; & statim magno dolore eum liberabis.
Mulieribus utero laborantibus valde salutare est.
Stillicidio urinæ (*z*) laborantes ac opisthotono (*a*) levat.
Omnes tandem morbos dolores afferentes inhibet ac sistit.

IV.

eo versus, citat Ab Artemide hoc nomen derivat & Macer, C. 1. ut & Vegetius, Hippiatr. III. 39. qui radicem artemisiæ Dianinam vocat. Apulejus tandem C. 12. tres artemisias à Diana inventas & ejus nomine nuncupatas tradit.

(*s*) Dioscor. III. 129. Ambrosia, quam alii botryn, alii botryn artemisiam appellant. V. & Ruellium, de Nat. stirpium, III. 61. p. 557. seq. botrys, inquit ille, Parisiensibus matronis melius quam officinis aut herbariis noscitur.

(*t*) Apul. c. 10. leucopis, item, toxotis.

(*u*) Idem eadem tradit. Consentit plinius, XXVI. 16. sic scribens: artemisiam & elelisphacum alligata qui habet viator, negatur lassitudinem sentire. Hinc German. dicitur Beyfuß / Belg. Byvoet / quod sit præsens pedum adiumentum & in via contra lassitudinem præsidium.

(*x*) Monoclonos, ut ex Dioscor. III 127. p. 226. & Plinio constat, appellatur herbula gracili furculo, simplici caule donata valde pusilla, attamen referta floribus.

(*y*) Aldus edidit Δήσας-κύθρη leg. ζήσας-χύθρη.

(*z*) Στραγγουρία unde στραγγουριάω, est urinæ stillicidium, Catoni, lotium subtillum dicitur. Ὅταν τις ὀλίγον ἀποκρίνῃ οὖρον συνεχῶς στραγγουρία τὸ πάγον καλεῖται, scribit Galen. at δυσουρία est, qvum ægre redditur.

(*a*) Ὀπισθότονος dicitur, cum cervix reflexa est in posteriorem partem. Ita Scribon. Largus, Comp. 255. p. 132. edit Rhodii. De hoc affectu V. Aretæum, de causis & signis auctor. morb. I. 6. ubi tres convulsionis species recensét. Oribas. Synops. VIII. 16. Celsum IV. 3. p. 193. de cervicis morbis, cujus verba sunt: Neque tamen

2011 Ministerio de Cultura

IV. ΠΕΝΤΑΔΑΚΤΥΛΟΣ.

Αὐτίκα δ' Ἑρμείαο τελδάκτυλον αἶρε χλοανθὲς,
Πανταετὲς διόπυν ἑρμαίαν ωᾶζιν ἀρώγει.
Τὴν καὶ ὀνειροδότιον, ἐπεὶ κῆ θέσφατα ωαύτα
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ὀνείρατα καλὰ ωεφαίνει.
Πάντα γὰρ ἀθλήταιο πόνου φορέων ωερὶ σῶμα,
Ὀφθαλμῶν δέτε ωᾶσαν ἀμ' ἐξοίτειας ἀνίλλω.
Χοιράδας, ἀντιάδας, ϛαφυλλὶν, ὅσα δὴ ὑωὸ γλῶσαν,
Ἄρθρα τε καὶ νεύρων ὀδυνὰς, καὶ ἕρκος ὀδόντων.
Ψώραν τ' ἐξανέζαιο βροτοφθόρον ἐκ κακότητος,
Καὶ λοχίων ἔμμηνα καταζηθέντα γυναικῶν
Εἰν ὕδατι χλιαρῷ ωεϱιζευζομένη παλάμαισι.
Πρός τε φόβους, καὶ βασκοζυίας, καὶ δαίμονας ἐχθρὸν
Ἔστιν ἄκος πανάεισον, ὅθεν καὶ λάμβανε ποίλῳ
Μηνὸς αὐξομένης φαεσιμβρότου ἠελίου τε
Ἀντέλλειν μέλλοντος ὑπὲκ χθόνα φέγγος ἐρυθρόν.

Schol. Ταύτην εἴτις φορεῖ ωερὶ τὸ σῶμα, ἄπονος μένει. Καὶ ὀφθαλμοὺς ὠφελεῖ, χοιράδας, ἀντιάδας, ϛαφυλλὴν, καὶ τὰ ὑωὸ τὴν γλῶσαν, ἄρθρα τε καὶ νεύρων ὀδυνὰς καὶ ὀδόντας, ψώραν ἐκ λιμοκτονίας, λοχίων ἔμμηνα καταζηθέντα. Ἐν ὕδατι ἢ χλιαρῷ ωεϱισκυζομένη εἰς τὰς χεῖρας, ωρὸς φόβους καὶ βασκοσυίας καὶ δαίμονάς ἐστι ωάνυ καλή. Διὸ λάμβανε τὴν βοτάνην, ὅτε ἂυξει ἡ σελήνη, καὶ ἡλίου ἀνατέλλοντος.

V.

men alius importunior acutiorque morbus eſt, quam is, qui quodam rigore nervorum, modo caput ſcapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam & immobilem cervicem intendit. Primum Græci ὀπισθότονον, ſequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέτανον appellant.

(6) Pentadactylus alias Pentaphyllon, quinquefolium, & quinquefolia, dicitur. German. Fünffingerkraut, quod optime Græc. nomen pentadact. exprimit. Vocatur & tridactylus ſeu trifolium, à numero foliorum, nam & quina & terna ſingulis petiolis folia gerit: pentaphyllum quod fraga gignit. Plin. XXV. 9. Quinquefolium nulli ignotum eſt, cum etiam fraga gignendo commendetur. - nomen à numero foliorum habet. Stapelius ad Theophraſt. p. 1113. Plinium reprehendit quod quinquefolium fraga ferens aſſeruerit, cum id terna non quina ſingulis petiolis gerat folia. Matthiolus in Dioſcor. p. 651. idem pluribus inculcaverat.

pro

2011 Ministerio de Cultura

IV. PENTADACTYLUS. (b)

Illico (*c*) Mercurii tridactylum tolle (*d*) florens virenti ætate.
Pentapetes (*e*) procurante Mercurio omnibus auxilio eſt.
Vocatur etiam oneirodotium, (ſomnia injiciens) quoniam juxta vatum effata, mortalibus hominibus jucunda oſtendit ſomnia.
Omnem dolorem ſuperabis corpori alligatum ferens.
Oculorum vero omnem (*f*) expelles dolorem:
ſtrumas, (*g*) tonſillarum (*h*) affectiones, uvam jacentem, (*i*) & quæ ſub lingua ſunt:
articulorum & nervorum dolores atque dentes (*k*) (dolentes curat.)
Scabiem etiam ſanabis homines ob malignitatem corrumpentem,
Et puerperarum purgamenta ſuppreſſa,
In aqua tepida cum proluta fuerit manibus.
Terroribus, faſcinationibus & malis geniis inimicum eſt.
Medicamentum plane optimum, inde & accipe herbam creſcente luna, ſole, hominibus qui lucem adminiſtrat, oriente ac rubrum jubar mittente in terram.

V.

Pro Plinio ſtat Braſavolus aſſerens, in Veronenſi agro naſci fragariam quinis foliis quæ fraga gignit. Harduinus ad Plin. L. c. qui quinquefolium fragiferum à Cluſio depictum à ſe in horto regio viſum affirmat.

(*c*) Mercurii herbam Ἑρμῆ βοτάνην etiam Aëtius vocat. In Noth. Dioſcor. p. 465. ἑρμοδάκτυλον dicitur.

(*d*) Χλοανθὲς, virens, florens viribus. χλοάειν, ſignif. juxta Nicandri interpretem, καλῶς ἀύξεσθαι καὶ βλαστάνειν, quod & homini & herbis recte convenit. Inde puelli puellæque virenti florentes ætatula Apul. dicuntur. Si ad tridactylum placet referre, vertendum tridactylum tolle virentem, viridem.

(*e*) Πενταπετὲς leg. pro πανταετὲς. Hanc correctionem fitmant Plin. Apul. & interpolatores Dioſcor. Sic autem dicitur à foliorum numero in quo ſe expandit & extendit, πετάζειν enim ſignificat extendere. Certum igitur eſt, quinquefolium à Græcis pentapetes ſive pentadactylon vocari. An vero cum Plinio (quem aperte ſequitur Marcell.) herbam fraga ferentem, an vero pentaphyllum eſui quidem acommodatum, at nullum producentem fructum, intellexerint, non adeo certum. (*f*)

2011 Ministerio de Cultura

V. ΠΕΡΙΣΤΕΡΕΩΝ. * Aldus edidit περισεραὶ.

Πρὸς τὰ Κυθηρείδος ἔργα θεᾶς κυδρῆς Ἀφροδίτης.
Τρυγόνιον τόδε πάντες Ὀπιχθόνιοι καλέσσιν.
Ἄλλοι δ' ἀῤῥένα, οἱ δὲ περισερεῶνα τ' ὀρθόν.
Ὕπλιον δ' αὖ ἕτεροι χθαμαλιὸν γαῖαν φιλεργόν.
Δοιοὶ δ' πεφύασιν ὁμοιότατοι πετάλοισιν.
Ὀρθὸς μὲν τείνει εὐρυὶ φύσιν εἰς Ἀφροδίτην,
Ὕπλος δ' εὐωλένιος. Δυνάμις δ' αὐτοῖσι μεγίστη.
Εὖ δ' ὁπόταν ἐθέλῃς πόνον ὀφθαλμῶν ἀκέσασθαι,
Ἀμματίσας περὶ σῶμα περισερεῶνα τὸν ὀρθὸν
Ἠελίου κόσμον τὸν ἀτέρμονα κυκλώσαντος,

(f) Hæc jactantia juxta S. Hieronymum imperitiam medici sapit. *Imperiti medici*, ait ille Epist. 61. *ad omnes oculorum dolores uno utuntur collyrio.* Et proœm. in Epist. ad Ephes. T. IX. p. 203. *Quomodo B. Joannes in Apocalypsi sua ad septem scribens, Ecclesias, in unaquaque earum specialia vel vitia reprehendit vel virtutes probat: ita & S. Apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis; nec ad instar imperiti medici uno collyrio omnium oculos vult curare.*

(g) Chæras id est struma, dicitur glandula indurata, in cervice, alis & inguibus enascens. V. Æginet. VI. 35. Actuarium, de modo medendi, ll. 12. qui χοιράδας vult dictas, quod scrophæ eo malo infestari soleant, vel quod prolificæ videantur, ab unico quippe tumore etiam plures quandoque enascuntur ut & Celsus V, 28. p. 323.

(h) Ἀντιάδες, tonsillæ glandulæ, die Mandeln. Nomen est partis, pro ejus morbo & inflammatione. Ruffus Ephes. de appellat. partium corp. humani, l. 8 Παρίσθμια, ἀντιάδες & μῆλα dicuntur carnosæ quædam glanduloſæque partes utrinque à lateribus faucium positæ. Vid. & L. II. 4. ubi docet ἀντιάδας nominatas, quoniam ore aperto ἀλλήλαις ἐναντίαι, sibi invicem oppositæ, præsertim qvum inflammatæ sunt, appareant.

(i) Uvæ nomine accipienda est quædam in gurgulione, quæ & columella dicitur, Græc. κιών & γαργαρεών, (das Zäpflein) affectio, qvum scil. uvæ acino simile summum gurgulionis apparet, uti docet Actius Tetrab. II. Serm. 4. V. & Ruffum Ephes. l. 8. qui σταφυλὴν affectum columellæ recte nominari monet. Sunt tamen qui uvam cum columella confundunt, & Archigenem promiscue accepisse docet Galenus.

(k) Ἕρκος ὀδόντων septum dentium, i. e. dentes. Sic. Homer. Il. Ξ. V. 83. ubi Schol. περιφραστικῶς τοὺς ὀδόντας. dentes autem pro dolore dentium sumi, frequens est. Ad dentium dolorem prodesse, colluere os frequenter radice herbæ quinquefoliæ incoctæ in vino, testatur Scribon. Largus, comp. 53. p. 40.

(l) Ver-

2011 Ministerio de Cultura

V. VERBENA (l) SUPINA ET RECTA.

55. Ad res almæ deæ Cytheréæ (*m*) Veneris (facit)
trygonium, (*n*) sic omnes terrestres vocant.
Alii marem nuncupant, quam alii verbenam rectam,
supinam (*o*) vero, quam alii humilem, super terram operis amantem.
Duo hæc genera foliis nascuntur simillima.
60. Recta quidam solvit potenter corpora in venerem,
Supina sopit: virtus utrique maxima inest.
Si tibi animus est oculorum morbis bene mederi,
ad corpus annectens verbenacam rectam,
sole mundum infinitum cingente,

(*l*) Verbena, Verbenaca, columbaris, latinis dicitut herba quæ peristereon, aristereon, hiera botane Græcis. German. **Eisenkraut / Taubenkraut.** Ἀριστερεῶναν dictam esse verbenacam, ex Pausania monet Eustath. Od χ. sic & in MSS. Codd. apud Plin. XXV. 10. & XXVII. 4. aristereon (in edit. est peristereon, & peristereos, ut primo loco legitur in edit. Venet. 1496.) haberi testatur Commentator Plinii Harduinus, p. 504. & 505. Apul c. 3. peristereona (h. e. columbinam) hyption etiam aristereon vocat: & C. 65. Græci, inquit, peristereon orthion, alii trigonion, aiii hieran botanen: Itali (i. e. Latini) cristam gallinaceam, alii columbinam, alii ferrariam vorarunt. Sunt autem eæ (supina & recta) columbis esca admodum jucunda & familiaris, unde & hoc nomen (περιστερὰ Græc. columba) habent, & columbinæ (περιστεραὶ ut h. l.) dicuntur. Peristereos, inquit Plinius, columbis admodum familiaris, unde & nomen.

(*m*) Venus dicitur Cytheris, Cytherea quoniam προσέκυρσε Κυθήροις, Hesiod. Theog. V. 192. appulit Cytheris. Ea autem urbs & mons est in Creta, de hac voce vid. Etymol. M. C. 543. V. κυθέρεια. Veneris herbam etiam agnoscit Aëtius, Tetrab. I. Serm. I.

(*n*) Τρυγώνιον, trygonium, quod sit turturibus (τρυγὼν turtur) pabulo. Ald. τριγώνιον, forsan auctor τρυγόνιον scripsit, apud Apul. trigonium.

(*o*) Supinam feminam vocant, quod semper humi procumbat.

(*p*) Peristereon, scribit Aetius l. c. capitis dolorem egregie tollit, coronæ modo imposita, trita quoque cum aceto & rosaceo illita, & cocta cum oleo, indeque rigato capite, omnem veterem capitis dolorem sanat. Coronam verbenacæ capiti impositam, dolorem tollere, tradunt etiam Apul, C. 3. § 6. & Macer, c. 57.

(*r*)

2011 Ministerio de Cultura

Πάυσεις ὀφθαλμοῖο δυσαυγέας ἀμβλωπῆρας.
Ἐκ κεφαλῆς πόνον ἐν ταύτῃ ὦδαχρῆμα μεισᾶται,
Καὶ κόπον ἐξελάσει πάντη περιφθεῖσα μετ' ὄξους.
Χοιράδας, αὐτιάδας τε πάσας πάυει ὦδαχρῆμα.
Ἐν δ' ὅ δέ τοι χαῦρον χαλίτων * * *
Τεύχειν δ' εἰς Φιλίαν δυνάμεις * *
* * ποίζει δ' ὁπόταν τις αὐτὴν * *
Τῆς βοτάνης, κάμνοντον ἐναντίον ἵσασο μεδέων,
Κ' εὐθὺς ἀπαλλάξεις τὸν δαίμονα μηκέτ' ἐπελθεῖν.

Schol. Ὁ θείσερεὼν ὁ μὲν ὀρθὸς τείνει τὸ αἰδεῖον· ὁ δὲ ὕπτιος ξηραντικός ἐστι. Ὠφελεῖ δὲ ὁ ὀρθὸς θειαφθεὶς πρὸς πόνους ὀφθαλμῶν. Ποιεῖ πρὸς ἀμβλυωπίαν καὶ κεφαλῆς πόνον καὶ κάματον. Πάυει περιφθεῖζα μετ' ὄξους χοιράδας, αὐτιάδας ὦδαχρῆμα πάυει. Ὅτε δέ τις φελκιᾶ, ἀπὸ ταύτης κλωνία λαβὼν, κατέναντι ῥῆθι ἓξ φελκιῶντον μόνον, καὶ εὐθὺς θεραπέυεται.

VI. ΠΕΡΙ ΔΙΚΤΑΜΝΟΥ ΜΙΚΡΟΥ.

Δίκταμνον βοτάνην αἴρειν ἀπὸ βάλλεο κῆρε
Φροντίδι * ἀθανάτῃ λιὼ αὐτοὶ θέζωισαν ἡμῖν
Ὡς εἰδὼς δυνάμιν βοτανῶν καὶ χρήσιμα ἔργα.
Δικτάμνος γὰρ ὅταν ἄνον δέμας ἐν παλάμαιζι
Τείψας ἀλφιτοειδὲς ἐνιζάξεις διόνυσον,
Κυρήτων μακάρων ὑποφαζπίζοντα πεπόντως.

* Forte ἀθάνατοι.

(q) Veteres buglossam vino admiscuisse, & verbenarum adiantorumque diluto solum rigasse, convivis hilaritatem aliquam ut pararent, testatur Plutarch. Sympos I, 1. p. 1091. T. 2. edit Stephan. in 8. cujus hæc sunt verba: Οἱ μὲν οὖν τὰ βουγλωσσα καὶ λαμιγνύντες εἰς τὸν οἶνον, καὶ τοῖς ἀποβρέγμασι τῶν περισερεώνων καὶ ἀδιάντων τὰ ἐδάφη ῥαίνοντες, ὡς τούτων τινὰ τοῖς ἐσιωμένοις ἀθυμίαν καὶ φιλοφροσύνην ἐνδιδόντων Macer quoque idem affirmat. Κόπον igitur h. l. potest verti molestiam, nam κόπος præter lassitudinem, laborem & molestiam significat.

(r) Hæc vana & superstiosa sunt, & refutatione plane indigna. Hinc Plinius XXV. 9. *magos circa hanc insanire*, recte scribit. *hac perunctos impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi*, & alia ex magorum disciplina desumpta, ineptias aniles redolentia. Macer eadem commemorans rejicit & improbat, sic scribens:

Et

2011 Ministerio de Cultura

efficies ut acies oculorum non ſit amplius hebes & tenebroſa.
Capitis dolor (*p*) hujus virtute ſtatim minuitur.
Abigit omnem laſſitudinem (*q*) herba hæc aceto trita.
Strumas, omnes tonſillarum affectus ſubito tollit.
Si ambis gratiam * * *
Ac vis captare amicitiam (*r*) hæc vires præſtat.
Quando quis febre laborat, (*s*) herbæ hujus ſume
ramulos, ac ex adverſo ægroti ſta ſolus,
ſtatimque avertes dirum illud malum, ne ultra veniat.

VI. DICTAMNUM MINUS.

Dictamnum (*u*) herbam tollere ſit tibi curæ, puer,
Phrontidi (*x*) immortali (ſacram) quam oracula nobis exhibent,
ut ſcientem vim & utilitatem herbarum.
Dictamnum enim ſiccum ſi manibus
conterens inſtar farinæ inſtillaveris Bacchum (vinum)
Curetes beatos decenter protegentem:

Et quod quisque cupit hac impetrare perunctum,
Sic & amicitias captari poſſe potentum,
& pelli febres & plurima talia fingunt:
Quæ quamvis natura potens concedere poſſit,
vana tamen nobis, & anilia jure videntur.

(s) Locus hic mutilus eſt ut legenti Græca patet. Supplendum puto, ταύτης κλωνία λαβών, ut integrum ſenſum, ſi non veram lectionem habeas.

(u) Dictamnum, dicitur & dictamus ut & dictamum. Græcis δίκταμνον, neutro & femin. genere, & δίκταμον, à monte Cretæ Dicta ſeu Dictæo: eſt enim ἴδιον τῆς Κρήτης φυτὸν, ut Theophraſt. ſcribit, hinc πόα κρητικὴ Dioſcor. III. 37. vocatur, & Plin. XXV. 8. non eſſe alibi quam in Creta affirmat. Idem una cum Dioſcor. negat florem ferre. Ad Virgil. Æn. XII V. 413, & alii florum meminerunt. Theophraſt. H. P. IX. 16. diſerte ſcribit, foliis tantum, non ramulis aut fructu medicos uti: unde colligitur & florem habere, ſiquidem & fructum gerit. V. Salmaſ. de homonym. Hyl. Jatr. C. 38. p. 42. qui more ſuo, quod dici poteſt, affert, & confidenter exponit. (x)

2011 Ministerio de Cultura

Καὶ νεβροσολίζῃς ἕξεις σὲι σῶμα σεσοάψας
Νῖκ@ ἀμίμητον πρὸς κνώδαλα σαίντα τὰ γαίης
Ἰητροὶ δ' ἅμα πάντες ὅσοις σωτήριόν ἐστι
Βασάζοντες ἔχουσιν ἐν ἀγγεῖα πρὸς τὰ μαδᾶα
Ἕλκη, καὶ μυσαρὰς ᾗ νομὰς σληροῖ σεσκαθαῖρον.
Κἂν σκόλοπες θεραυθῶζιν ὑπ' ἴχνεζιν ἢ σερὶ σῶμα
Παίντα τόπον κατάσλαστε, καὶ αὐτόματ@ σεφανεῖται,
Καὶ σωλῶς πόν@ ἐν ταύτῃ σᾷ χρῆμα μεῖται.
Ξηρὴ κοπομὴν καταστλάστεται ἄλφιτον ὥστε
Καὶ κεντοῖς κρυφίμοισιν ἀναγκαίοις τε τόποισι,
Φλεγμαίνοντα πάθη καταστλάζμασι τοῖς δ' ἀκέσαιο.
Εἴαελ δ' αἶρε πόλῳ καὶ κάυματι καὶ Φθινοπώρῳ.

Schol. Αὐτλῶ τλὺ δίκταμνον ξηρᾶνας τρίψον ἐν ταῖς χερσί σε, καὶ ὡς ἄλφιτον ποιήσας, καὶ βαλὼν σελαγμὸν ὄινε δίγε σ σώματ@· σρὸς πάντα δ' τὰ ἑρπετὰ ἁρμόζει. Πρὸς ἕλκη ᾗ καὶ τὰς σαπρὰς νομὰς σληροῖ σεσκαθαίρει. Κἂν σκολοπισθῇ τις σεσκατάσλαστε, καὶ εὐθέως ὠφελεῖ. Πρὸς σπλῶα ᾗ καὶ τὰ ἐν κρυφίοις τόποις φλεγμαίνοντα, κατάσλαστε ὡς ἄλφιτον ποιήσας. Αἴρε ᾗ τλὺ βοτάνην ἐν ἔαελ, καὶ ἐν τοῖς κάυμασι, καὶ ἐν τῷ Φθινοπώρῳ.

VII. ΠΕΡΙ' ΕΛΕΛΙΣΦΑΚΟΥ.

Ῥῆσιον τόδε σάντες ὑπὶ χθόνα ναιετάοντες
Ἄνθρωσοι κλήζυσ' ἐλελίσφακον, οἱ δέ τε θεῖον.
Λύει δ' ψυχμὸν κακοτέρμονα βῆχά τε νειρῶ.

95.

(*) Φρόντις, Φρόντιδ@ est nomen proprium Homero, apud quem Iliad. P. V. 40. Φρόντιδι δίῃ, legitur; ubi Schol. ὄνομα κύριον τῆς Πάνθυ γυναικὸς ἡ Φρόντις. Appellative h. l. si placet sumere, vertendum; cura, vel solicitudine immortali, quam vates nobis prædicant, cum scias vim herbarum &c. vel, utpote sciens &c.

(y) Τὰ κνώδαλα tam bestias terrestres quam marinas, item reptilium genus & τὰ μικρὰ ζῶα, ut & insecta noxia, denotat. Nicand Ther. V. 759 Φράζεο δ' Ἀγύρτοιο τάτε τρέφει ὀυλοὸς ὄφις κνώδαλα, Φαλαίνῃ ἐναλίγκια. ubi schol intelligit insectum volucre, simile τῷ κρανοκολάπτῃ observat.

(z) Dictamnum Creticum in ferulis & arundinibus asservatum, scribit Theophrast. ne odorem suum exspiraret, & sic vires amitteret.

(a) Νομαὶ sunt ulcera serpentia quæ carnem depascunt.

(b) Est phrasis in Medicorum libris frequens, Cels. V. 11. p. 247, carnem alunt & ulcus implent,

2011 Ministerio de Cultura

80. Et pelle hinnuli indutus fueris, habebis ad corpus annexum
medicamentum inimitabile contra omnia (*y*) noxia insecta.
Medici vero simul omnes qui medicamento hoc salutariter utuntur,
hanc ferunt in vase (*z*) ad humida
ulcera ac putres nomas, (*a*) quas implet (*b*) purgans.
85. Surculi si vestigiis aut corpori sint impacti,
locum affectum obline, & sponte proveniet quidquid erit infixum.
Et lienis morbus hujus virtute confestim minuitur,
arida contusa quando instar farinæ oblinitur.
Præterea in occultis obscænisque locis,
90. inflammationes superposito hoc medicamento sanabis.
Vere vero lege hanc herbam, æstate & autumno.

VII. DE ELELISPHACO.

Resion omnes in terra habitantes
homines vocant eleliſphacum: (*c*) alii vero theion. (*d*)
Solvit enim frigidos affectus (*e*) graviter affligentes tussimque vehementem.

plent. C. 24. p 277. ἔγχρισα proponit ad ulcera purganda & implenda. V. & C. 26. p. 298. seq Dioscor. l. 1. ξηραὶ δὲ πληροῦσιν ἕλκη καὶ ἀναπαθαίρουσι. Plin. XXVII. 8. explet vel implet sinus ulcerum Apul. C. 62. Herba dictamnus impositа, ulcera & putres nomas, & purgare & explere dicitur. Scribon. Larg. Comp 66. p. 45 expurgat enim & explet. scil. ulcus.

(*c*) Eleliſphacus est salvia. German. Salbey/ Salvey. Gall. La Sauge. At non solum salvia hoc nomine Græcis nota, sed & tussilago, βήχιον, ἐλελίσφακος dicta. Ἐλαφόβοσκον, herbam, quam herbarii gratiam Dei vocant, à quibusdam dictam esse ἐλελίσφακον sunt qui docent. Dioscor. lll. 40 p. 189. Salvia, quam Græci eleliſphacon, alii elaphoboscon, alii denique sphagnon nominant. Ut ergo ipse eleliſphacum etiam elaphoscum vocatum dicit, sic alios vice versa elaphoboscum vocasse eleliſphacum constat. Hinc magna herbarum confusio vix unquam tollenda exorta est. Nempe ὁμωνύμων & συνωνύμων multitudo difficillimam fecit herbariam scientiam, ac innumeros in eam ut & medicam artem induxit errores. Similitudo nominis eleliſphaci

2011 Ministerio de Cultura

Πάντα δ' ὅσ' ἀνθρώποις πέφυκεν ἕλκη κακοποιά,
Μίγνυμένου ῥοδίνοιο λίπει κηρῷ τε βεραχῆϊ
Ἰᾶται σπολιωός τε πόνον λειεντερίλωτε.
Πινόμενον μετὰ οἴνου λευκοῦ ἰσορρεπὲς ἄχθος
Τὰς δ' αἱμοπῦικὰς προποτιζόμενον θεραπεύει
Πρός τε γυναικείους κόλπους καὶ πάντα λοχείης
Μαλυσσεῖσα πυελὶ σμαλερῶν ἔμμηνα καθαίρει.
Αἱ μυσαραὶ δ' γυναῖκες ὅσαι κακὰ μηχανάωνται
Πεσσοποιησάμεναί τε κακῶς ἐγκύμονι ῥήσει
Καρπὸν καλλιγένεθλον ὑπ' ἔμβρυα ἐκβάλλουσιν.

Schol. Ἐλελίσφακον λύει ψυχμὸν, βῆχα· πρὸς πάντα δὲ τὰ κακὰ ἕλκη συὶ ῥοδίνῳ καὶ κηρῷ ληφθὲν ὠφελεῖ, σπολιωὸς πόνον καὶ δυσεντερίαν θεραπεύει πινόμενον μετὰ οἴνου λευκοῦ ἐξ ἴσου τὰς αἱμοπῦικὰς προποτιζόμενον θεραπεύει, καὶ πρὸς πάντα τοιαῦτα λόχεια γυναικός. Κάκιστα δὲ γυναῖκες πεσσὸν ἐξ αὐτοῦ ποιήσασαι προσιθέασι καὶ ἐκβάλλουσι τὰ ἔμβρυα.

VIII. ΒΡΑΘΥ ΚΤΠΑΡΙΣΟΣ.

Ἥτε χαμαικυπάρισσον ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν
Ἄνθρωποι κλήζουσιν ἐπεὶ μέγα καὶ θεναρόντε
Ἔστιν ἄκορ βεράγχοις, καὶ ὕδατος, αὐτιάδωντε.
Τοῦτο θεὸς δ' ἔδωκε βροτοῖς σωτήριον εἶναι.

lisphaci non unum peperit errorem, & herbas inter se dissimiles confudit. Apul. c. 101. *Græci*, inquit, *elelisphacon, alii bechion, alii phacon, alii sphagnon appellavere: Latini salviam, alii tussilaginem, alii corsalvium.* Plinium vocabulorum cognatione deceptum credidisse magno errore elelisphacum lentis speciem esse, monet Matthiolus in Dioscor. p. 478. & qui eum secuti sunt Stapel. ad Theophr. & Salmas. qui quavis fere occasione arrepta Plinium vellicare & exagitare solet, Exercit Plin. edit. Ultraj. p. 234. Quia φακὸς lens una littera solum à σφακὸς salvia differt, Plinium salviam cum lente confudisse volunt,

(d) Θεῖον, divinum, herbam sacram, quomodo ab Agrippa salviam fuisse vocatam Aetius refert, interpretari licet. Pro θεῖον facile quis suspicaretur σφακὸν esse legendum: bene quidem, si MS. quo destituimur, præiret, sed nunc nihil mutandum puto.

(c)

2011 Ministerio de Cultura

95. Omnia vero mala ulcera in hominibus quæ oriuntur,
cum roſaceo pingui (*f*) oleo mixtus ac paulula cera (ſanat.)
Curat lienis morbum & lævitatem inteſtinorum,
potus cum vino albo, æqualem moleſtiam.
Sanguinem rejicientibus ſane potus medetur.

100. Ad muliebres locos (benefacit) & omnia puerperarum
ſuffitus (*g*) rapido igne ſi ex eo arido fiat, purgamenta (*h*) educit.
Deteſtabiles (*i*) vero mulieres quotquot ſcelera machinantur,
peſſum facientes peſſime prægnante fluxu
fructum pulcre formatum aut fœtum ejiciunt.

VIII. SABINA (k) CUPRESSUS.

105. Expone nunc herbam Saturni (*l*) verſuti patris,
quam chamæcypariſſum in terra Zeam largiente
homines vocant: quia magnum & validum eſt
remedium raucitati, aurium & tonſillarum affectibus.
Nam hanc herbam deus dedit hominibus ut ſit ſaluti,

110.

(*e*) Ψυγμὸς, ut frigus, aliquando ſumitur pro catarrho & affectu capitis à vitioſis humoribus dependente. V. Keuchen. ad Seren. p. 122. & ſic h. l. videtur ſumi, ut hæc ſit ſententia: ſalviam ſolvere catarrhum & omnes frigidos affectus. præſtat, inquit Matthiol. l. c. mirum in modum ad omnes capitis affectus frigidos ac pituitoſos, valet ad pituitoſas defluxiones, & ad pectoris vitia. Durantes Herb. p. 409. idem affirmat: Vale la ſalvia mirabilmente à tutti difetti frigidi & flemmatici del capo. Vox κακοτέρμονα quæ ſequitur, ſi non corrupta, eſt tamen mihi ſuſpecta, debet verti, diutinum, veterem Forſan leg. κακοπράγμονα, male agentem, doloribus & moleſtiis ægrum afficientem, ut in verſ. expreſſimus. De tuſſi quod additur, ſalviam tuſſientibus valde prodeſſe, (inde βήχιον forſan dicta) veterum & recentiorum confirmat experientia. D. Temple admirabilem ejus vim in tuſſi depellenda his verbis, ut in ipſius Oper. poſthum. p. 161. legitur, prædicat: *La Sauge eſt admirable pour les toux qui procedent du poumon: J'en ai gueri de tres dangereuſes, en faiſant prendre tous les matins, pendant l'eſpace d'un mois, un verre d'eau de fontaine, dans laquelle on avoit fait bouillir une poignée de ſauge.*

(*f*) Λίπα Suid. per apocop. pro λιπαρὸν vult dictum. Heſiod. Εργ. V. 522, λίπ' ἐλαίῳ χρισαμένη, pingvi oleo uncta.

(*g*) Μαλερὸς ignis eſt epitheton apud Homer. Il. I. V. 242. μαλερῷ πυρὸς, annihilante igne,

2011 Ministerio de Cultura

ΙΙΟ. Καὶ δίδοται πρὸς ὕδρωπα καὶ ἰχιάδας θεραπεύειν.
Τὴν βοτάνην ταύτην πολυώνυμον ἔυρετο Νεῖλος
Αἰγύπτου γαίης ποσκαθήμενον ἡϋ ναυάβου,
Ἐξ ἀρετῆς ἕνα πρῶτον ἐφημερίων θεραπεύσας.

Schol. Κυπάειον βοτάνη ὠφελεῖ πρὸς βεάγχους, καὶ ὠτία, καὶ ἀντιάδας, καὶ ὕδρωπα, καὶ ἰχιάδας θεραπεύει.

IX. ΠΕΡΙ ΚΕΝΤΑΥΡΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ.

Τὴν δέγε τὴν ἱερὴν μάλ' ἀδελφεαδὲς ὧδ' ἐνέπουσι
Κενταύρου Κρονίδαο φερώνυμον ἔυρεμα ῥίζαν
Χείρων Φηναρὸν ἐν Παρνασσῷ εἰνοσιφύλλῳ
Πηλίῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφιάσατο θειρῇ.
Ἣ νιβαθύρου Ἀχελῶου ἐγείνατο καὶ Φάτο πᾶσιν
Ἐθέμεν παιᾶνα Ἀσκληπιὸν ἡπιόδωρον.

igne, ubi ſchol. μαραντικῆς, φθαρτικῆς. Apollon. III. V. 291. μιλερῷ πυρὶ. & ſic h. l. pro πυρὶ σμιλερῶν leg.

(h) Senſus eſt, purgat mulierem, ſi qua ex partu ſubſtiterunt, ut Scrib. Largus, Comp. 89. p. 55. loquitur.

(i) Quod de nefando artificio in expellendis fœtibus h. l. traditur, potius ad ſequens cap. ubi de Sabina agit, referendum videtur. Et forſan librariorum non auctoris vitio, ſalviæ male annexum, quod ſabinæ rectius fuerat inſertum. Neque hoc mirum, præſertim in hoc fragmento, ubi ſæpius litterarum & vocabulorm permutatio, ſententiarum mutilatio & vocum integrarum omiſſio occurrit, ut legenti Græca abunde patet. De Sabina certum eſt vulgoque conſtat, eam partus perimere, idque veteres uno ore affirmant. Galen. (quem Aëtius Tetr. I. S. I. Oribaſ. Virt. ſimpl. L. 2. & alii ſeqvuntur) ſimpl. VI. T. 2. p. 78. de Sabina, καὶ τὰ ζῶντα τῶν ἐμβρύων διαφθείρει, τὰ νεκρὰ δ' ἐκβάλλει. viventes fœtus perimit, ac mortuos ejicit. De ſalvia nemo, quod ſciam, id aſſerit. E contrario gravidis eam prodeſſe ſunt qui docent. Commode, inquit Matthiol. in Dioſcor. ab utero gerentibus devoratur ſalvia, quæ abortiri ex levi cauſa ſolent. Conceptum enim continet, & vivificat Abominandum vero illud crimen deteſtati ſunt prudentiores ethnici, ut ex libris illorum manifeſtum eſt. In Juramento Hippocratis ſanctum eſt ne prægnanti medicamentum, quo conceptum excutitur, aut detur, aut demonſtretur à qnoquam medico. V. Scribon. Largum, Epiſt. dedic. p. 3. - De Chriſtianis, qui, præeunte & docente magiſtro, nemini nocent, ma-

2011 Ministerio de Cultura

110. daturque ad hydropem & iſchiadicos (*m*) affectus ſanandum.
Hanc herbam multa nomina qui habet (*n*) invenit Neptunus,
Ægyptiæ terræ præſidens aut Canopo,
cujus (*o*) virtute quendam virum (*p*) primarium ſanitati reſtituit.

IX. CENTAURIUM MAJUS. (q)

Sacram hanc valde manifeſtam (*r*) ediſſeram,
115. Centauri Saturni filii inventum, à quo & congruenter nomen deductum habet, radicem:
Chironis validi quam in Parnaſſo frondoſas arbores habente
Pelio nivoſo (*s*) inveniens, intenta cervice animadvertit;
quam Achelous profunde fluens genuit, & omnibus edixit,
comediſſe (hanc herbam) Pæanem (*t*) Aſclepium Epidaurium.

malo non reſiſtunt, omnibus benefacere ſtudent, Tertull. Exhort. caſtit. 12. *Puto nobis non magis licere naſcentem necare quam natum.*

(*k*) Βράθυς, ſabina. Cerm. Seven-Sieben-Baum / Mägde-Baum / Jungfer-Roſmarin. Gall. Sabine & Savinier. Ital. Savina, Duorum eſt generum, unum foliis cupreſſi ſimile, alterum myricæ ſeu tamaricis folio. Vid. Dioſcor. I 104. p. 55. Oribaſ. Med. Collect XI. Aetium, Tetr. I. S. 1. De Sabina Apul. C. 85. ſic ſcribit; Græci eam nerion (forte ab inventore hoc nomen adepta) dicunt, alii brathy, aiii barython: Itali herbam ſabinam atque ſavinam, alii ſabinam cupreſſum. Cupreſſo ſimilis, H. J. Herbæ nomen ei videtur inditum, quod reſpectu procerarum arborum, cupreſſi, cedri, humilis admodum ſit, ac herba videatur. V. & Bod. à Stapel ad Theophraſt. p 373. ſeq.

(*l*) Κρόνος ἀγκυλομήτης dicitur Heſiod. Theog. V. 168. & Homer. Iliad. B. V. 205. Δ. V. 59. ubi Schol. brevia: Ἀγκύλα καὶ σκολιὰ βουλευόμενος. ἢ ὁ περὶ τῶν δυσαρέτων καὶ σκολιῶν εὐχερῶς δυνάμενος βουλεύσασθαι συνετός.

(*m*) Iſchiadicum affectum nonnulli lumborum dolorem interpretantur; lumborum dolores, Scrib. Larg. Comp. 79 dixit. Feſtus: *Lumbago vitium, & debilitas lumborum.* Gloſſ. lumbago, ἰσχίων νοσήματα, lumborum morbi, ſic enim ibi legend. non ἴσχυος ἄμματα recte monet CL. Dacerius ad Feſt. p. 308. Hippocrat. & ἰσχιάδα dicit & ἰσχιάδας, ſic & Dioſcor. paſſim.

(*n*) Varia & multa Neptuni nomina recenſet Gyraldus Hiſt. deorum, Syntagm. V. Tom. I. Oper c. 158 ſeq. edit. Cenſii.

(*o*) Ἐξ ἀρετῆς poteſt & ad Neptunum referri hoc ſenſu, eum ob virtutem Ægypto præſediſſe

2011 Ministerio de Cultura

Κινλήσκει παναίκειαν ἐπεὶ παύθ' ὅσα βροτοῖς
Φλεγμαίνοντα πάθη πάυει καὶ πρήγματα πολλῶν.
Ἐστε λναῖς τε γυναιξὶ λίλιω ζωτήριόν ἐστι,
Στραγγυρῶντα τε πάυει ἐν αἵματι * καὶ λιθιῶντας. * Ald. ἐν ἤματι
Ἣν κέλομαί σε λαβεῖν Φαεσιμβρότου ἠελίοιο
Ἀντέλλειν μέλλοντ' ἐπὶ χθόνα φέγγ' ἐρυθρὸν
Ὧρη ἐν εἰαρινῇ, ὅτε οἱ πολλῆσται ἅπαντα.
Παύτα γὰρ ἰήζαιτο πάθη πολυφάρμακον (ἔρν.)

X. ΒΟΥΦΘΑΛΜΟΣ.

Βούφθαλμον δ' αἶρειν ἐπιβάλλεο * *
Μίνης αὐξομένης Φαεσιμβρότου, ἀγλαὲ κοῦρε.
Πρός τε Φόβους καὶ βασκοσύνας καὶ δαίμονας ἐχθρούς
Βασκοσύνας τε * * καὶ φάρμακα λυγρά

Τάυ-

dissе, Magis tamen placet ut virtutem sabinæ respiciat, alias sententia esset hiulca.

(p) Ἐφημέριοι ut & ἐφήμεροι sunt homines, qui & ἡμέριοι, à brevitate vitæ sic appellati, quod crastinum sibi polliceri non possint Ἄνδρες ἐφημέριοι, homines mortales, in Inscript. veteri. V. CL. Octav. Falconerium, Not. ad Inscript. Athleticas, T. VIII Græc. antiquit. insert. C. 2352.

(q) Centaurium majus, Centauria major. German **Groß-tausendgülden-Kraut**, dicitur & chironium, ab inventore Chirone Centauro, qui has herbas duas, centauriam Maj. & minorem, invenisse & eas Asclepio dedisse fertur, ut auctor Apul. C. 35. V. Schol. Nicandr. f 45. 2 qui centauriam & χειρωνείαν & παναίκειαν fuisse vocatam docet. Itali juxta Apul. C. 34. fel terræ vocant. **Erdgall**. Sed centaurium minus est non majus, quod ita dicitur propter summam amaritudinem, ut notat Plin. XXV. 6. in minori enim tantum, non in majori, amaritudo deprehenditur, ut Matthiol. in Dioscor. p. 445. observat.

(r) Μαλ' ἀριφραδὲς. Vox Homero usitata, V. Iliad. ψ V. 326. & Od. ψ. V. 73. ubi σῆμα ἀριφραδὲς signum permanifestum interpretatur.

(s) Leg. Ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ. sic Nicand. Ther. V. 527. ὄρει νιφόεντι ἐοικώς, Homer. Sic Cretæ montes Ida & Dicte albi & nivosi (Homer. Od. T. V. 338. Κρήτης ὄρεα νιφόεντα) appellati â nive, quæ nunquam juga eorum deserit.

(t) Pæan h. l. est Æsulapius Eundem esse cum Pæone docet Nicandr. Schol. Artemidorus: Παιήων γὰρ ὁ ἀσκληπιὸς λέγεται. V. quæ erudite de Æsculap ut & Chirone affert ad Antholog. I p. 86. Joan. Brodæus. In vet. Inscript. (extat T. VIII. Thes.

2011 Ministerio de Cultura

Vocat panaceam quod omnes in hominibus quæ oriuntur
inflammationes levet ut & vulnera. (*u*)
Mulieribus utero laborantibus valde ſalutare eſt.
Stillicidio urinam cum ſanguine reddentem adjuvat atque calculoſos.
Quam jubeo ut colligas circa ſolis, qui hominibus lucet,
exortum, rubrum fulgorem fundentis ſuper omnem terram:
Tempore verno, cum omnia implentur.
Omnes enim morbos ſanat multis remediis prædita hæc herba.

X. BUPHTHALMUS.

Buphthalmum (*x*) tollere cura * *
creſcente luna, hominibus lucem quæ præſtat, ſplendide puer.
Ad terrores, faſcinationes & inimicos (*y*) dæmones
faſcinationes (*z*) * * & noxia medicamenta.

Theſ. Græc. antiqv. C 2349.) Παιὰν Ἀσκληπιὲ, Pæan Æſculapie legitur. Alias Pæan eſt Apollo, ut notum. Hunc verſum porro diſtinctione facta & ſic ut alium ſenſum admittat, interpretari licet: comedere, i. e. ut comedant vel comederent hanc herbam. Pæan Æſculapius Epidaurius.

(*u*) Κρόσματα πληγῶν crepitus plagarum, qs. plagas ſonantis, ut eſt apud Auſonium, quas validæ & violentæ manus cum impetu infligunt Forte paulo concinnius videatur ſi pro κρόσματα leg. τράυματα, vulnera plagarum, i. e. vulnera & plagas. Plutarch. ἐ γενομένε τράυματ@, ἀλλὰ πληγῆς μόνον, ex caſu è loco ſublimi. Vides diſtinctionem vulneris à plaga. Vel ſi σίγματα pro κρόσμ. reponas, nam & hæc vocula à vero non abludit, ſignif. enim vulnera, plagas, & notas à plagis relictas. Quidquid ſit de vera hujus vocis lectione, ſenſus eſt, centaur. m. vulnera curare, quod veteres concorditer ut & recentiores firmant. Apul. C. 34. efficaciam ejus ad plagas glutinandas valde prædicat. Dioſcor. III. 8. p. 175 ideo eam vulnerariam (ἔϛι δὲ ἡ τραυματικὴ) vocat, ſiquidem recens tuſa, ut ille addit, aut, ſi arida fuerit, ante macerata, deindeque tuſa, vulnera colligat & conglutinat.

(*x*) Buphthalmus. Ital. Buſtalmo, occhio di bove. German. Rinds-Auge / gelbe S. Johannes-Blumen.

(*y*) Concinnius videtur ſi leg. ἐχθρὸν inimicum, ut ſupra in pentadact. ſcribitur.

(*z*) Βασκοσ. vox. h. l. ſuſpecta utpote ſine cauſa repetita: in medio verſus vox χαλεπῶν aut φοβερῶν videtur excidiſſe.

(*a*)

2011 Ministerio de Cultura

Τάυτιλλι τιλὶ βοτάνιλι * * *
Χρυσωπὸν σίλβει παρυφέυκυκλον ἀνθεμὶς ἀβρή.
Τῆς βοτάνης τιλλ'ρίζαν ὅταν ἀλγῇ τις ὀδόντα,
Λαμβανέτω, μύλλῃ δ' μασησάμενον, ἄχρι ἂν ἔλκος ἰήσῃ
Εὐθὺς ἀποπυσάτω, καὶ ἐλεύσεται ἔκθορε ῥεῦμα.
Γασέρα δ' εἴτις ἔχει σεγνιὴ καὶ ἀνέγειτον ἔζαν,
Μωλυθεῖσα καθαίρει ἀνεγκλήτως καὶ ἀλύπως.

Schol. Τάυτιλλι τιλὶ βοτάνιλι σελλούης αὐξανούσης λαμβάνειν δεῖ, Ποιεῖ δὲ πρὸς φόβους καὶ δαίμονας καὶ βασκοσυνίας, καὶ φάρμακα, καπὶ τάυτα ἀποσφέφυσα. Καὶ ὀδόντα εἴτίς ποτε τιλὶ ῥίζαν μασησάμενον εὐθὺς ἀποπύζῃ, τὸ ῥεῦμα σέλλυσα ὠφελεῖ. Λύει δὲ καὶ γασέρα.

XI. ΠΑΙΟΝΙΑ.

Παιήονι βοτανέων βασιλῆίδα δίζεο κοῦρε
Σεληναίης ἀντέλλοντος ὅτε σκυλακόδρομος ὥρη,
Νυκτιφαὴς τ' ἄστροισι θεὰ πλήθυσα σελήνη
Δέρκηται τότε δ' ἠελίῳ μέλλυσα συνάπτειν
Παντιθέλει λιὼ πάντες ἐδωρήσαντο ἄνακτες.
Λητοῖ δὴ παιᾶνι θεῷ κλυτὸν ὄλυμπον
Δῶκε δὲ παιονίῃ καλέσας κατ' ἀπείρονα γαῖαν
Παιδὶ ἑῷ πανάκειαν ἔχειν ἀκεσίμβροτον ἄνθος,
Ἣν ποτὲ πεντόβορον κλῄζυσι, ῥέπις πολίωται.
Κύμβαλά τε Φρυγίης μητρὸς μακάρων * βασιλίασης * Ald. βασιλείης
Κρηταιεὶς δέ τε υἱσάτιοι καὶ ἐψιχόρυθλοι
Γλαβρεώων κλῄζυσι φερώνυμον ἀθανάτου χῆς.

Ἣν

(a) Locus hic eſt mutilus. Ad ſupplendum hunc verſum varia quidem nomen hujus herbæ ſpectantia poſſunt afferri, ſed meras, nullo prævio MS. conjecturas lectori proponere non placet.

(b) Notat Galen. VI. ſimpl. bupthalm. à floribus ſic nuncupari, quod figura quidem boum oculis videantur adſimiles, colore autem anthemidis floribus ſimillimi ſunt. ſed multo illis tum majores tum acriores. Dioſcor. III. 156. pag. 236 de buphthal. (quidam etiam κάχλαν vocant) floribus idem affirmat: μείζονα τῆς ἀνθεμίδος, ὀφθαλμοειδῆ. majores eſſe quam anthemidis, oculorum ſimilitudine, ſic & Plin. XXI. 8. Eſt & buphthalmos ſimilis boum oculis folio fœniculi. Quidam

2011 Ministerio de Cultura

Hanc herbam (a) * * *
aureum colorem habens fulget circumcirca bene orbiculata anthemis (b) pulcra.

Hujus herbæ radicem quando dolet dens
accipe ſolum & confeſtim mandens
ſine mora exſpue: & fluxio foras exibit.
Alvum ſi quis habet aſtrictam & ſuppreſſam,
ſuffitu purgat ſine moleſtia (c) ac omni remota noxa.

XI. PÆONIA. (d)

Omnium plantarum reginam quærendo inveſtiga puer.
Sirio exorto quando catulus ille velox oritur:
noctivaga aſtris dea luna plena
conſpicitur tunc quando ſoli coniungenda;
Paſitheam quam omnes nomine donarunt principes.
Latona vero Pæani deo in magno olympo,
dedit Pæoniam vocans ſuper univerſam (e) terram:
permitto filio pæoniam ut habeat mortales ſanantem florem,
quam olim pentoboron (f) vocarunt: canitiem etiam Rheæ,
Cymbala (g) & Phrygiæ reginæ matris deorum.
Cretes qui ſunt ultimi & ſero nati
Curetum (h) vocant congruo nomine utpote immortale terræ germen.

dam calchan vocant. V. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 817. qui non ambigit quin caltham multi βοφθάλμους & χρυσανθέμους nominibus appellarunt. à ſimilitudine coloris & floris. Multis præterea aliis floribus colore luteo χρυσανθέμους appellationem Græcos tribuiſſe, recte monet.

(c) Ἀλύπως. Galen. hac voce ſæpe utitur. Vl. Simpl. T. 2. p. 78. ῥᾴσσειν ἀλύπως πάντ' ἀποσήματα. p. ſeq. φέρουσι γὰρ ἀλύπως τὴν ἰσχὺν ᾗ φαρμάκου citra moleſtiam pharmaci vim tolerant.

(d) Pæonia. German. Peonien/ Pfingſtroſen/ Königsblum/ quaſi regius flos.

(e) Homer Iliad. H. V. 246. & Od. T. V. 107. ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν. vert. ſuper immenſam terram, in infinita terra.

(f) Πεντόβορον, Dioſcor. III. 157. Παιωνίαν, ἣν γλυκυσίδην, οἱ δὲ πεντόβορον. ut Saracen. edi-

2011 Ministerio de Cultura

Ἦν πάντες καλέωσι θεοὶ μάκαρες γλυκιζίδλω,
Ἀμβρόσιον βλάστημα καὶ ἡδεῖαν ἑκάτερθεν.
Ἠέλιόν θ' Αἰγυπτον ὅσοι πεδιναετάωσιν,
Αὐλαοφώτιδα πάντες ὀπικλήζωσι βοῶντες
Φέγγε ἵνεκα λαμπομένω πυρὸς ἄνθε ἀναίθει
Ἦν κυνὸς ἀντέλλοντα ἀναίρεο κῆρε δαΐφρον,
Πελὶν μεῖναν ἠέλιον τὸν ἀτέρμονα κύκλον ὀδεύειν,
Μήσε θεοὶ βλάψωσι νόῳ καὶ ἐχέφρονι βυλῇ
Ὧρλω ὡς περιλίποντά σε λὼ φερέοικος ἄνωγε
* * *
Οὕνεκα δὴ καλέωσι κυνὸς πασὸν κατ' Ὄλυμπον
Ἀθάνατοι μακάρων ἐφιάλτιόντε βοῶσι,
Κρημναμίη δεινὴ δ' ἀποσρέψαι κακότητας
Φαρμακίδων φοβερῶν καὶ βάσκανα φῦλ ἀνθρώπων.
Πρός τε φόβους δυσατὴ καὶ δαίμονας ἠδ' ὀπιπομπάς.
Καὶ πυρετὸν φρίκεσι καταρχόμενον συγέοντα
Νυκτερινόν τε καὶ ἡμερινὸν, χαλεπόντε τέταρτον
Ἥντινα καὶ τηρῶσι * * * ὀκες μεγάλοιο
Ἄγγελοι ἐξήκοντα τριηκόσιοι ὀπ' ἔργοις
* * *
Ὄφελον
Αὐτη δ' λέγεται ποτ' ἐν ὄρεσι ῥιζωθεῖσα
Δαίμονας κεῖθεν ἀπᾶραι τ' τόπον οἰκήσαντας.

Schol. Παιονία βοτάνη αἴρεται ἐν τοῖς κυνοκάυμασι περὶ τ τ ἡλιον ἀνατέλλειν. Καὶ κρεμᾶται, καὶ ὠφελεῖ πρὸς Φάρμακα καὶ βασκοσυνίας καὶ Φόβους, καὶ δαίμονας καὶ ὀπιπομπάς. Καὶ εἰς πυρετὸν ἐκ φελλιάσεως νυκτερινόντε καὶ ἡμερινὸν καὶ τεταρταῖον. Λέγεται δὲ ὅτι ποτὲ ἐν τῷ ὄρει ἔνθα ἦσαν δαίμονες φυεῖσα, τ τους ἀπεδίωκε.

XII.

edidit. Aldina edit. etiam πεντόβορον f. 115. exhibet. Πεντόροβον Galen. VI. Simpl. T. 2 p. 80. & quidem rectius, vocat, ut & Apul. C. 64. quasi quintuplex ervi granum. à granorum numero, quæ ervum imitantur. Quibus & Plin. XXV. 4. adde: quidam pentorobon appellant.

(g) Cymbala. De pæonia hoc nomen quemquem usurpasse, non memini me in veterum monumentis legisse. De umbilico veneris, ut vulgo vocant, Græcis κοτυληδὼν dicitur, constat κυμβάλιον appellari, quia folium ejus concavum instar cymbali. Similia folia cymbalis habet, inquit Scrib. Larg. comp. 55. ad quem V.CL. Rhodium, p. 98. ut & Salmas. Exerc. Plin. p. 496. Frid. Adolphum Lampe de cymbalis veterum II. 2. (h)

2011 Ministerio de Cultura

Quam omnes dii beati nuncupant glycisidem; (*i*)
immortale germen ac suave utrinque.
Ægyptium solem qui circum habitant,
Aglaophotin (*k*) omnes vocant & vulgant,
ob splendorem fulgentis ignis quem flos accendit.
Quam canicula oriente tolle puer si sapis,
antequam (*l*) magnus sol infinitum circulum pervadat:
ne dii te lædant, mente & prudenti consilio (præditi)
tempus utpote prætermittentem quod observari jubeo.
* * * * * * (*m*)
Quapropter & vocant canis thalamum ad Olympum.
Immortales dii ephialtiam (*n*) nuncupant.
Suspensa (*o*) (collo) ad avertendas malignitates valet,
veneficorum terribilium & fascina hominum.
Contra terrores efficax est ac dæmones, ut & ad pompas.
Idem adversus febrem odiosam horroribus incipientem,
nocturnam atque diurnam: ut & quartanam molestam.
* * * * * * (*p*)
* * * * * *
* * * * * *
Hanc herbam sermo est olim in montibus radices agentem,
fugasse illinc dæmones qui in loco illo habitabant.

XII.

(*h*) Γλαφρήνων vox merito suspecta pro ea Κυρήτων Curetum in versione reposui. Curetes deorum ministri, Cretensibus peculiariter culti. Sunt qui eosdem fuisse credant Curetes, Cabiros, Telchines, Corybantes, & Idæos dactylos. V. Gyraldum., Hist. D. Synt. 1. Col. 23 T. 1. Telchines ex Creta primum in Cyprum venisse, Strabo tradit. Creta ipsa Telchiona, & Telchines Cretenses dicti sunt.

(*i*) Γλυκυσίδη Pæonia dicitur, quod acinos non absimiles mali punici proferat, est enim σίδη malum punicum. Glycisida nigra, Scrib. Larg. comp. 166. p 91. Glycysis Apulejo vocatur, glycysides Plin. V. Harduin Comment. ad Plin. p 381. Dulcisida Theophr. interpreti Theod. Gazæ, non rite & proprie, cum pæonia ex se sit amara, ut notat Rhodius ad Scrib. Larg p. 248. Vox Græca retinenda & origo vocis scholiis explicanda. Galen. VI. simpl. γλυκυσίδην vocat, & desiccandi ejus vim valde prædicat. Sic & Aetius, Tetrab. 1. S. 1. Oribas II Simpl. 1 & Collect. XI. & XV. Vide & I. B. à Stapel ad Theophr. p. 1042.

(*k*) Aglaophotis Apulejo. ἀγλαοφωτὶς. Plin. XXIV. 17.

(l)

2011 Ministerio de Cultura

XII. ΠΕΡΙ᾽ ΠΟΛΙΟΥ.

Δεῖ δέ σε κὴ περὶ σῶμα φορεῖν πολίοιο κόρυμβον,
Πρὸς τ᾽ ἀπαυλισμὸν τὸν ἀπ᾽ αἰθέρος, ὃν καλέσσιν
Ἄνθρωποι χαλεπὴν ἱερὴν νόσον ἀμφιλαχιῶτιν,
Εἰ μὲν σελληνιασμὸν, σωματικὴν δ᾽ ἐπιπομπὴν,
Καὶ κόπον ἐξελάσαι δυνατὴ περιφθεῖσα μετ᾽ ὄξους,
Ἢ βοτάνη καταχεομένη πόδας ἀκροκορύμβους.

Schol. Αὕτη ἡ βοτάνη φορουμένη περὶ τὸ σῶμα ὠφελεῖ πρὸς σεληνιασμὸν καὶ κόπον. Δυνάται δὲ περιφθεῖσα μετ᾽ ὄξους ἡ βοτάνη καὶ καταχεομένη πόδας ἀκροκορύμβους ὠφελεῖν.

XIII.

(l) Plin. l. c. Præcipiunt eruere noctu.

(m) Locus est mutilus & hiulcus & vix conjecturis supplendus, ideoque sine interpretatione relictus.

(n) Ἐφιαλτίαν legendum: ἐφιαλτίαι dicitur & Aetio, quod ephialtem sive incubum curet, ἐφιάλτης sive ἐπιάλτης malum est, ubi aliquis noctu se gravi mole opprimi invadique ab alio credit: & crapula vel indigestione jugi laborantes afficere solet. Faunorum in quiete ludibria Plin. vocat. De ephialte V. Cœlium Aurel. III 3. tardar. Macrob. in somn. Scip. 1. 3. Paul. Ægin. III. 15. f. 30. edit. Græc Ald.

(o) suspensa collo, morbo comitiali correptis prodest. Paul. Ægineta III. 13 f. 30. οἶδα δέ ποτε παιδίον, φησὶν ὁ Γαληνὸς ὃδ᾽ ὅλως ἐπιληφθὲν ἐξ ἧς τῆς ῥίζης τῆς γλυκυσίδης ἐφόρει, λέγει δὲ τὴν παιονίαν, μέγα καὶ πρόσφατον [ex Galen. vox μέρος h. l. inserenda, & ex Ægin. πρόσφατον apud Galen. non προσφάτῳ legend.) ἐξαρτώμενον τῷ τραχήλῳ. Novi, inquit Galenus, puerum quendam, qui omnino non correptus fuit morbo caduco, ex quo radicis glycysidis, (pæoniam intelligit,) gestabat magnam ac recentem partem de collo suspensam. Locus ille Galen. VI. simpl. ubi de glycyside agit, lectione dignus est, eumque versibus Latinis exhibet Macer. C 48. Vide & Aetium Tetrab. 1. Serm. 1. Oribas. II. Simpl

(p) Hunc & seq. versum ἀνερμήνευτον reliqui, quoniam ex neutro, utpote mutilo & corrupto, commodum sensum elicere potui. De angelis 360. quorum h. l. mentio fit, varia possunt afferri, Decanorum sacras herbas Galeno VI. Simpl. memoratas illustrantia: sed non est h. l. hæc pluribus persequi. Breviter, dividebant veteres Zodiacum in 12. partes, quarum singulas rursus in 30. subdividentes particulas, h. e. trés decurias: unicuique decuriæ decanum, h. e. dæmonem vel angelum præficiebant. V. Scalig. ad Manil. Salmas. de annis climacter: & Petr. Petitum Miscell. II. 16. pag 131, 133. Præter hos decanos & alios fingebant ange-

2011 Ministerio de Cultura

XII. DE POLIO. (q)

Debes & ad corpus ferre polii corymbum, (r)
ad morbum (s) à cœlo immissum, quem vocant
homines gravem, sacrum (t) morbum, errantem.
Alii vero lunarem, (u) corporis jactationem.
Et lassitudinem potenter exigit trita in aceto
herba ipsa, summis pedibus affusa.

angelos 365. cœlorum præsides. Irenæus l. 23. Nituntur 365. mentitorum cœlorum & nomina & principia & angelos & virtutes exponere. CCC. autem LX. quinque cœlorum locales positiones distribuunt similiter ut mathematici. Illorum enim theoremata accipientes in suum characterem doctrinæ transtulerunt: esse autem principem illorum Ἀβραάξας, & propter hoc CCCLXV. numerum habere in se. H. J. De portis angelorum præsidum, per quas cultores eorum principatus credebantur ingredi, vid. Origen. contr. Celsum. VI. p. 296. edit. Cantabrig.

(q) Polii duo genera recenset Dioscor. III. 124. p. 226. Unum, montanum est, τεύθριον nomine, candidum, tenue, palmi altitudine, semine plenum, capitulum in summo corymborum habens, canique hominis capillitium præferens: odore gravi nec injucundo. Alterum est campestre, majus, odore viribusque infirmius. German. Garten-Cypreß. De Polio Plin. XXI. 7. ubi inter alia ait: folia canis hominis similia. folia polii canescere negat Salmas. affirmat ad Plin. Harduin. Qui polium Salmasium non vidisse, Dodonæum non legisse, Plinium erroris insimulando, suum prodidisse, sat confidenter, enuntiat. De Polio agit & Schol. Nicandri, in Vers. ἢ πόλιον βαρύοδμον &c. quem vide.

(r) Corymbus proprie de hederis dicitur. κόρυμβοι κισσοῦ vert. racemi sive acini hederæ: sed rectius fecerit qui ipsam Græcam vocem retinuerit, ut recte monet Stephanus Thes. Græc. T. 2. C. 385. Virgil. id fecit Eclog. III. V. 39. Diffusos hedera vestit pallente corymbos. Transfertur & ad alias herbas, quarum fastigia comant, ut & alias res quæ prominent vel eminent.

(s) Morbum comitialem, qui & caducus, ut & Herculeus Latinis dicitur, Græci ἐπιληψίαν vocant, variis nominibus describi à nostro poeta certum est, sed quid per ἀϖαυλισμὸν proprie h. l. intelligi voluit, valde incertum. ἐϖαυλισμὸς cubile denotat, Hesych. Ἄυλινκοίτην, ἐϖαυλισμὸν. cubile ab æthere vel cœlo, morbum à deo immissum, qualis comitialis morbus est, interpretor; quæ versio variarum linguarum usu confirmari potest. In sacris litteris loquendi modus non semel oc-

2011 Ministerio de Cultura

XIII. ΜΩΛΥ.

Μῶλυ δ' ῥιζοτομηθὲν ἀρῇς πρὸς Φάρμακα λυγρά,
Φαρμακίδων χαλεπῶν καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων.
Τοῦτο δ' Ἑρμείας λαεργιάδης ὀδυσῆϊ
Δῶκε φορεῖν περὶ σῶμα περιζαφέλικτον Φυλάκειαν,
Αἰαίην ἐς νῆσον ὅτ' εἰς κλυτὰ δώματα Κίρκης
Ἦει πολλὰ δέοι κεφαδίη φρεσὶ μερμήριζεν.
Οὐδ' ὧδ' ὡς ἑτέρως ἦδει δυνατὸς ὑπαΐξαι.
Εἰ μὴ ἔτο γε δῶκε διάκτορος Ἀργειφόντης,
Ἐκ γαίης ἀρύσας ἁλίγκιον αἰθῆϊ λευκῷ,

Ὡς

occurrit idem, ut & profanis, nam cubare pro ægrotare Horatius dixit. Si quis autem ἀπαυλισμὸν ὑπ' αἰθέρος pernoctationem vel commorationem sub aere, velit interpretari, non puto à vero aberraret. Σεληνιαζομένες quorum mentio in Novo Fædere, Matth. IV. 24. Syrus Paraphrastes transtulit, ודבר אגרא i. e. juxta Nic. Fullerum, Miscel. Theol. ll. 17. p. 278. qui extra tecta (degunt) loca vasta & deserta libenter qui incolunt, ab hominum consvetudine abhorrentes, & vitam sub aere non tecto degentes. Ut ergo paraphrastes ille lunaticos i. e. epilepticos extra tecta collocavit, sic & poeta noster sub aere ponere potuit, morbumque ipsum commorationem sub aere nominare.

(t) Ἱερὴ νόσος Aretæo de caus. diut. affect. l. 4. vel ob magnitudinem, vel qnod à Deo immissus, & epilepticus dæmone correptus esse videatur, vel quod non humana ope queat tolli. Græcos appellasse ἱερὸν quidquid ingens ac præclarum haberi volebant, notat Fuchsius ad Nicol. Myrepsium de antidot. Sect. I. C. 218.

(u) Σεληνιαζόμενος est epilepticus, comitiali morbo correptus. Certum est multos veteres & recentiores auctores sic hanc vocem intetpretari. Vide Cæsarium Dial. 2. ubi quærit, πῶς τὸ εὐαγγέλιον σεληνιαζομένες λέγει τὲς ἐπιληπτικές. Mich. Pselli opusculi περὶ σεληνιασμῦ, cujus initium: Σεληνιασμὸς φυσικόν τι τυγχάνει &c. mentio fit apud Leon. Allatium. Σεληναῖον πάθος Josephus Episc. Methonensis dixit, uti citat Carolus du Fresne, Glossar. col. 1348.

(x) Moly Homericum nobis ut & veteribus (quidquid dicant) ignotum. Rutam Silvestrem (πήγανον ἄγριον) quidam, teste Galeno moly vocarunt, alii ἅρμαλαν. (Paul. Ægineta ἅρμιανην habet) Syri βησάσαν. Inde distingvunt inter moly Cappadocicum & Homericnm sive Arcadicum. Moly describit Theophrast.

H.

2011 Ministerio de Cultura

XIII. MOLY.

Moly (*x*) radicitus evulſum lumes contra noxia venena
veneficorum atrocium ac faſcinationes hominum.
Ipſum enim Mercurius (*y*) Ulyſſi Laertis filio
dedit, ut portaret corpori alligatum ſui cuſtodia:
Ææam (*z*) in inſulam quando ad famoſam Circes domum
ibat, multa vero cor cum animo deliberabat.
Non enim ſciviſſet ſe ut alios potenter ſubducere
niſi hoc ipſum dediſſet nuntius Argicida.
Ex terra evulſum ſimile flore (*a*) albo

H Pl. IX. 15. V. Stapel. in not. p. 1127, ut & Plin. XXV. 4. memineruntque hujus herbæ varii auctores.

(*y*) Homer Od. K. V. 302. ſeq. p. 208. de Mercurio qui Ulyſſi moly dedit, ut eum contra Circes veneficia armaret. Ἀργειφόντης ab Homero (ut & Heſiod. Oper. V. 77. διάκτορος Ἀργειφόντης, & paſſim) dicitur, quod Argum Mercurius occiderit. V. Schol brevia ad Iliad. B. V. 103 ad voc. διακτόρῳ Ἀργειφόντῃ p. 48.

(*z*) Homer. Λ. Od. V. 70. Νῆσον ἐς Αἰαίην. inſulam in Æam. & K. V. 135. Αἰαίην δ' ἐς νῆσον.

(*a*) Vel ſimile flori candido inſtar lactis ſplendet, fructum ſed poſtea ferens: Dioſcor. IV. 54. ἄνθη, λευκοῖοις ὅμοια, γαλακτόχροα, florem albæ violæ ſimilem, lactei coloris. Galen. ἄνθος γαλακτῶδες.

(*b*) Moly flore ſimile eſt narciſſo, quoad florem, qui in caulis ipſius cacumine eſt albus, & quoad radicem, quæ eſt intus candida. Radice vero moly eſt ſimile narciſſi ſemini, quod eſt nigrum, teſte Dioſcor IV. 161 p. 304. ſeq. & ſic hunc verſ. potes vertere: narciſſo ſimilis radix nigra cernitur. De radice nigra conſentiunt omnes, de flore diſſentit Plin. Græcos dum aſſerit eum luteum pinxiſſe, V. Salmaſ. Homon. Hyl. Jatr. C. 39, p. 43. Homer. Od. K. V. 304. Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. radix quidem nigra erat, lacti quidem ſimilis flore. Ovid. Metam. XIV. V. 291. Homerum ſic expreſſit:

Pacifer huic florem dederat Cyllenius album,
Moly vocant ſuperi: nigra radice tenetur.

(*c*) ſuperſtitione omni rejecta affirmare licet, quod qui Deum univerſorum dominum rite

2011 Ministerio de Cultura

Ὡς γάλα λαμπόμενον καρποφόρον, αὐτὰρ ἔπειτα
Ναρκίσσῳ ἴκελον ῥίζα ζοφοειῦς ἰδέσθαι,
190. Τὴν βοτάνην θεὸι σῶμα φορῶν ἐχθρὸς ὑπαλύξεις.

rite absque omni superstitione & errore æqualiter constanterque colunt, & juxta Christi evangelium vivunt, atque ad ipsum castas preces dies noctesque pura mente deferunt, nec malis artibus sunt superabiles, nec dæmonum vi expugnabiles. Origenes idem affirmat VI. contra Celf. p. 302. διαβεβαιούμενα δὲ ἡμεῖς

CAPUT XXVII.

DE APOLLODORO Athenien-si, Antigono Caryſtio & aliis quibusdam.

Apollodorus Athenienſis. 1. Ejus Bibliotheca num Epitome majoris operis. 2. Scriptores in ea laudati. 3. Editiones vulgatæ. 4. Promiſſæ. 5. Scripta hujus Apollodori deperdita. 6. Alii Apollodori. 7. De Antigono Caryſtio. 8. Parthenio. 9. Antonino Liberali. 10.

I.

DE Apollodoro Athenienſi ſcriptoribusque ejus cognominibus dicturum retrahit prope ac retinet multorum eruditorum calamus in hoc argumento jam exercitatus, Scipionis Tettii, (a) Joh. Meurſii,

(a) Tractatu ſive diſſertatione de Apollodoris, quæ adjuncta fertur editioni Bibliothecæ Apollodori Romanæ 1555. 8 cum Benedicti Aegii Spoletini verſione & notis, & non ita pridem in auctione quadam publica apud Batavos veniit quatuor fere florenis, licet mole perexigua ſit.

2011 Ministerio de Cultura

niveo lacti, poſt vero ſemen ferens:
narciſſo (*b*) ſimile, radix nigra apparet.
190. Si corpus (*c*) herba hac alligatum erit, manus infeſtas effugies.

ἡμᾶς τῇ πείρᾳ παραλαβόντες, ὅτι οἱ ἡμᾶς χρισιανισμὸν διὰ Ἰησᾶ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεραπεύοντες Θεὸν ἡμᾶς βιᾶντες κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐᾷ, ταῖς προσαχθείσαις τε εὐχαῖς συνεχέσερον ἡμᾶς δεόντως νυκτὸς ἡμέρας χρώμενοι, ὅτε μαγείᾳ, ὅτε δαιμονίοις εἰσὶν ἅλωτοι.

ſii, (*b*) Gerhardi Johannis Voſſii, (*c*) Johan. Jonſii, (*d*) Thomæ Galei, (*e*) ne de Morerio, Hofmanno & Hendreichio (*f*) dicam. Non omittendum tamen mihi videtur pleniorem hujus lingvæ ſcriptorum notitiam tradere aggreſſo, nomen inter auctores græcos celeberrimum. Fuit itaque Apollodorus, Aſclepiadæ (*g*) Filius, Athenienſis Grammaticus, diſcipulus Ariſtarchi Grammatici & Panætii Rhodii Diogenisque (*h*) Babylonii, Philoſophorum Stoicorum. Chronicon ſuum perduxit usque ad Annum ab Ilii excidio 1040. hoc eſt Olympiad.

(*b*) In Bibliotheca Attica.
(*c*) De hiſt. gr. lib. 1. c. 21.
(*d*) lib. 2. c. 17. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph.
(*e*) In diſſ. de ſcriptoribus Mythologicis cap. 2. ſeq.
(*f*) Morerius & Hofmannus in Lexicis, atque Hendreichius in pandectis Brandenburg.
(*g*) Galeus exiſtimavit Suidam, cum Ἀπολλόδωρον Ἀσκληπιάδε vocat, hoc ipſo innuere illum diſcipulum fuiſſe Aſclepiadæ Grammatici Myrleani. At quamvis conſtat genitivum ita poſitum nonnnnquam præceptorem denotare, non ſemper parentem, (ut exemplis quibusdam docuit etiam Jonſius p. 14.) quo minus tamen præſenti loco id mihi perſvadeam, facit, quod Suidas mox præceptores Apollodori notat Panætium & Ariſtarchum. Atque ita video Clariſſimum Neocorum quoque in ſuo Suida verba illa accepiſſe, ut Apollodorus Aſclepiadæ filius denotetur.
(*h*) Scymnus Chius de Apollodoro noſtro agens (licet non nominat) ſub initium periegeſeos:

Τῶν Ἀττικῶν τις γνησίωτε Φιλολόγων
Γεγονὼς ἀκρσὴς Διογένης ᾧ Στωϊκῶ,
Συνεσχολακὼς δὲ πολλὰ Ἀρισάρχῳ χρόνον.

(*i*)

2011 Ministerio de Cultura

CLVIII. 4. idemque dicavit Attalo ſecundo Philadelpho (*i*) Pergami Regi, qui obiit Olymp. CLX. 3. ante CHRISTUM natum CXXXVIII. Quamdiu poſtea vixerit Appollodorus, non conſtat.

II. Eſcriptis ejus nihil ad nos pervenit præter *Bibliothecæ libros III.* in qua ſicut poſt Apollodorum libris primoribus Bibliothecæ ſuæ Diodorus Siculus (verum non græca tantum ſed Barbara quoque μυθολογήμαϑα perſecutus) veluti per ſynopſin collegit, quæcunque (*k*) de Diis & Heroibus ad Trojana usque tempora fabuloſas traditiones & genealogias jactabant græci Homerus, Heſiodus, Tragici, Cyclicique; Poetæ præcipue. Inde Salmaſius p. 847. ad Solinum Apollodori Bibliothecam nihil aliud, quam Epitomen Cycli Epici eſſe obſervat. Photius cod. 186. ϖϱοεῖχε τὰ παλαιοτάϑα τῶν Ἑλλήνων ὅσα τε ϖϱὶ Θεῶν καὶ Ἡϱώων ὁ χϱόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν. Ὀνομασίας ϖοταμῶν καὶ χωϱῶν καὶ ἐθνῶν καὶ ϖόλεων &c.

Vetus Epigramma:

Αἰῶνος σπείρημα ἀφυσσάμενος ϖαϱ' ἐμεῖο
Παιδείης, μύθους γνῶϑι παλαιγενέας.
Μήδ' ἐς Ὁμηϱείλεα σελίδ' ἔμβλεπε, μήδ' ἐλεγείλεα,
Μὴ τϱαγικὲὶ Μοῦσαν, μηδ' μελοχϱαφίλεα.
Μὴ Κυκλίων ζήτει ϖολύθϱυλλον ἴχνος· ἐς μὲ γὰϱ ἀϑϱῶν
Εὑϱήσεις ἐν ἐμοὶ ϖάνϑ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Joſephus Scaliger in elencho orationis Chronolog. Davidis Parei p. 81. *Apollodori Bibliotheca opus ſane ingenioſiſſimum & elegantiſſimum, fabula eſt, non ſi homines, ſed ſi hominibus attributa conſiderantur. Eam totam ſi velimus poſſumus* χϱονικὰς ᾠδὰς (*l*) *in certum Chronicum conjicere.* Virorum doctorum ſententiam, quibus hoc Apollodori opuſculum vel plane indignum Apollodoro noſtro viſum eſt (*m*) aut exiſtimata eſt Epitome ab

(*i*) Confer H. Dodvvelli diſſ. de ætate Scymni Chii T. 2. Geograph. minorum Clariſſ. Hudſoni p. 90. ſeq.

(*k*) Summa capita totius Bibliothecæ Apollodori, licet eo non nominato refert Lucianus de ſaltatione T. 1 p. 801 - 806.

(*l*) Genealogicas tabulas XVIII. ex Apollodoro concinnatas habes in editione Galei.

(*m*) Is. Voſſius ad Melam p. 36 *Auctor ille, qui de Diis ſcripſit quique Apollodori nomen vulgo præfert* (ex Aegii ſcilicet Spoletini errore titulus Bibliothecæ Apollodori præ-

2011 Ministerio de Cultura

ab *Euphorione* (*n*) vel *Sopatro* (*o*) concinnata ex libris XXIV. ejusdem Apollodori περὶ θεῶν: argumentis variis confutavit præstantissimus Galeus, hoc præcipue, quod diversum fuerit argumentum, tractandiq; ratio, & quod veteres, ut Schol. Sophoclis, Apollodori Bibliothecam ab opere περὶ Θεῶν diligenter distingvunt, quodq; eorum quæ ex libris περὶ Θεῶν passim allegantur, in Bibliotheca nec vola apparet nec vestigiū. Hæc porro utrum ab ipso auctore in *tres libros* distincta fuerit, præter Photium, qui βιβλιδάριον vocat, dubium reddunt Codices MSti, in qua illam distinctionem viri docti (*p*) exstare negant. Librum secundum tamen allegat Homeri Græcus Scholiastes ille, qui sub Didymi nomine ambulat, ad Iliad. *á*. v. 42. Liber tertius (præter lacunam, quæ Icari nativitatem, Dædali incarcerationem & utriusque ad Cocalum fugam pag. 238. desiderari notat Galeus, è Tzetza ad Lycophronem illa utcunque supplens)

præfixus est *de Deorum origine libri* III. cum plane diversum opus à Bibliotheca, quæ exstat, fuerit opus Apollodori πολύβιβλον de Diis, alterum vero in Cod. MSS. Vaticano & Palatino, quos inspexit Gudius, tum in aliis Bibliothecarum Italiæ, Galliæ, Angliæ, quos memorat Galeus p. 35. tum apud photium denique nullum alium quam Bibliothecæ titulum habet) *ad Atlantem in Hyperboreis Hesperidas collocat. Sed scriptum illud plane indignum est tanto Grammatico. Pleraque ea, quæ veteres citant ex Apollodoro de Diis, aut non exstant in hoc libro, aut saltem longe aliter concipiuntur. Unde liquet scriptum illud vel titulum mentiri, vel alterius esse Apollodori.* Vossio adsensus est Henr. Valesius teste Colonesio pag. 97. Opusc.

(*n*) Ita Barthius ad Statii lib. 1. Thebaid. Sed Euphorion Apollodoro antiquior fuit. Unde Barthium, quid scriberet non satis cogitasse affirmat Borremansius libro de Poetis p. 51. Adde Reinesii Epistolas ad Daumium p. 215. 216. Epitomen habere nos Apollodori etiam alibi affirmat Barthius ut LIII. 1. Adversar. sed de Euphorione recte tacet.

(*o*) Ita Tan. Faber ad Apollodorum p. 261. & Reinesius, Epist. ad Rupertum p. 410 seq. quibus fundus sententiæ suæ Photius cod. CLXI. σωσίλεκται δὲ Σωσάτρῳ τὸ βιβλίον ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἱστοριῶν καὶ γραμμάτων. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι μυθολογουμένων θεῶν διαλαμβάνει, ὃ σωσίληκται ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου περὶ θεῶν γ' λόγου. Ἀθηναῖος δὲ ὁ Ἀπολλόδωρος καὶ γραμματικὸς τὴν τέχνην. Οὐκ ἐκ τριτου δὲ μόνον ἡ ἐκλογὴ αὐτῷ πεποίηται, ἀλλὰ δὲ καὶ ϛ' καὶ δ' καὶ ε καὶ θ', τοῦτε ἁ πάλιν καὶ ιϛ καὶ ιδ τε καὶ ις μέχρι ξ καὶ κδ'. Sed parum verisimile est Photium tam male memorem fuisse, ut Cod. CLXXXVI. non observaret Sopatri se eclogas legere, cum scripsit: ἐν τῷ αὐτῷ δὲ τεύχει (in quo Cononis narrationes) καὶ Ἀπολλοδώρου γραμματικοῦ βιβλιδάριον ἀνεγνώσθη μοι Βιβλιοθήκη αὐτῆς ἡ ἐπιγραφή. Nec video, quo argumento probaverit Valesius hæc non esse Photii. Neque magni momenti videtur, quod Tan.

2011 Ministerio de Cultura

plens) extrema parte mutilus est; itaque in editionibus adscriptum, λείπει πολλά, *multa desunt*, (q) tres scilicet vel quatuor paginæ de iis, quæ sub initium libri tertii p. 151. receperat ipse dicturum se de Phædra & Ariadne, de expeditione Amazonum adversus Athenas, de Pelope ejusque regni divisione, de belli Trojani origine, excidio Ilii & erroribus græcorum quorundam post captam Trojam. Quæ singula ex eodem Tzetza peti possunt, qui sua videtur ex Apollodoro mutuatus esse.

III. Scriptorum, qui Apollodori in Bibliotheca laudantur, Catalogus (r) hic est:

Acusilaus p. 68. 69. 78. 108. 160. 187. 203. 212. 231.
Alcmæonidis (s) scriptor 34.
Apollonii Rhodii Argonautica 55.
Asclepiades Myrleanus 70. 151.
Asius (t) Poeta 189.
Castor (u) Chronographus 69.
Cercops Milesius 70. 77.
Demaratus 52.
Dionysius (x) Mytilenæus 52.
Eumelus Poeta 189. 190. 203.
Euripides 72. 179. 186. 193.
Herodotus 52. 167.
Hesiodus 33. 54. 68. 69. 78. 81. 167. 178. 193. 224.
Hesiodi Aspis 84.

Ho-

Tan. Faber p. 263. *Alibi dixit* (Apollodori Bibliotheca) *Aeacum servare claves Inferorum, quod videri possit esse ab homine Christiano, quanquam scio Poetam dixisse* πύλας ἄδου. *Alibi etiam* ἀνίσασθαι *videtur usurpasse eo sensu quo scriptores nostri, alibi alia.* Sic & inferum claustra dixit Apulejus XI. Milef. & σκότου πύλας Euripides. Confer Pausaniæ locum & Axiochi platonici in notis Galei ad Apollodor. p. 52. Vindetum de vita functorum statu p. 28 & Grotium ad Apoc. I. 18. Apud Platonem quoque in Politico legas ἐκ τῶν τετελευκότων ἂν κειμένων δὲ ἐν τῇ γῇ πάλιν ἐκεῖ ξωωισαμένους καὶ ἀναβιωσαμένους.

(p) Gale diss. de scriptoribus Mytholog p. 40.

(q) Id. in notis ad Apollodor. p. 95 seq.

(r) Paginarum numerus respicit editionem Galeanam, in qua liber secundus pagina 67. tertius p. 147. incipit.

(s) Allegatur etiam à Strabone, & videtur fuisse pars Cycli Epici, perinde ut Naupactica, Νόστοι, Θηβαΐς.

(t) Asium Poetam præter eundem Strabonem laudant Pausanias & Athenæus.

(u) Hunc Castorem Rhodium nonnulli, Vossium secuti, Apollodoro ctediderunt juniorem & Bibliothecam ideo Apollodori esse haud posse. Sed rectius Jonsius lib 2. c. 15. qui Apollodori æqualem fuisse observat.

(x) De Dionysio hoc Cycli Historici scriptore dixi lib. 2. c. 2. inter scripta Homeri deperdita vel ei supposita num. 15.

2011 Ministerio de Cultura

Homerus 9. 78. 81. 148. 167.
Mneſagoras 199.
Naupacticon ſcriptor 199.
Orphici 199.
Panyaſis 15. 199. 224.
Pherecydes 12. 15. 24. 52. 70. 95. 132. 148. 157. 177. 189. 213.
Philocrates 221.
Piſander 34.
Steſichorus 199.
Thebaidos ſcriptor 33.
Teleſilla 167.
Tragici 69. 77. 78.

IV. Editiones Bibliothecæ Apollodori.

1. *Benedicti Aegii Spoletini*, cum ejus verſione * & notis ac *Scipionis Tetti* de Apollodoris commentario Rom. 1555. 8.

2. *Commeliniana* cum ejusdem Aegii Spoletini verſione, & variis lectionibus ab Hieronymo Commelino collectis, qui Græca ad plures MStos codices, Palatinos præcipue caſtigavit. Heidelb. 1599. 8.

3. *Lugdunenſis* cum eadem verſione Lugd. 1608. 8.

4. *Tanaquilli Fabri* cum eadem Spoletini verſione ſed à Fabro variis locis emendata, & notis quibusdam græca caſtigantibus. Salmurii 1661. 8. Juſtum commentarium idem Faber olim paraſſe ſe in Apollodorum ſignificaverat Claudio Sarravio, ſed poſtea mole deterritus conſilium abjecit, ut teſtatur p. 259. *Ubi tantam ὕλην*, inquit, *quæ me hinc & hinc congeſta fuerat ex Pauſania, Plutarcho, Poetis Græcis latinisque, ſcholiaſtis veteribus, Luciano, Origene, Tertulliano, Clemente, Lactantio, Herodoto Gyraldo, Meurſio, Voſſio, Bocharto totque aliis bonarum literarum proceribus, ubi, inquam, illam congeriem contemplatus ſum, cœpi cohorreſcere, & conſilium ipſe damnavi meum. Editio certe in tantam molem excreviſſet, ut ſine muli Mariani opera circumferri liber non potuiſſet.*

5. *Thomæ Galei*, qui inter quinque (z) ſcriptores antiquos græcos hiſtoriæ Poeticæ primum locum dedit Apollodoro, & diſſertationem de ſcriptoribus ipſis, Apollodoro præcipue præmiſit, libros in capita diviſit, verſionem Aegii à Fabro interpolatam adjunxit, denique

* Reprehenditur à Barthio III. ad Statium p. 1585.

(z) Reliqui quatuor ſunt, *Cononis* (de quo ſupra c. 15.) narrationes & *Ptolemæi Hephæſtionis* (de quo infra libro quarto in Grammaticis) libri VII. (ſive potius utriusque operis excerpta è Photii Bibl. cod. 186. & 190.) *Parthenii* Nicæni narrationes de amatoriis affectionibus & *Antonini Liberalis* transformationum ſyloge, de quibus duobus poſtremis mox ſum dicturus.

2011 Ministerio de Cultura

tabulis Genealogicis ac notis pereruditis Apollodorum illuſtravit Pariſ. 1675. 8.

Gallice, interprete *Jano Paſſeratio*. Pariſ. 1605. 12.
Latine Antvverp. 1565. 8. & Lovanii 8. anno eodem.

V. *Editiones promiſſæ.*

Dolendum eſt *Bacheti Meziriaci & Henrici Valeſii* commentarios in Apollodori Bibliothecam intercidiſſe. De illo Claudius Sarravius p. 99. Epiſt. ad Alex. Morum data 14. Martii 1644. *Burgi Sebuſianorum diem obiit ante decem aut circiter annos vir inſignis Caſpar Bachetus Mezeriacus. Habere ſe dicebat paratum Apollodorum cum eruditiſſimis commentariis, in quibus omnis Mythica Theologia explicatur. Vir erat doctus & accuratus ut conſtat ex ejus libello de Aeſopo & fabulis Aeſopicis aliquotque ſacris Epiſtolis ad Ovidianarum exemplum concinnatis, quæ omnia video à magnis viris in ſummo pretio haberi.* Sane concidiſſe fertur ſpes omnis edendi hujus operis, etſi Anno 1661. adhuc Tan. Faber ſcripſit in notis ad Apollodorum pag. 259. *Præterea nondum fortaſſe deſperandum eſt promiſſos olim Meziriaci commentarios editum iri; Ille certe aliquid præclarum & ſe dignum præſtiterit, qui quidem longe doctiſſimus fuerit, rem amplam habuerit, & otio abundarit plurimo.* De Henrico Valeſio Colomeſius in opuſculis pag. 97. *Parmi ſes ourages Manuſcrits il me dit qu' il avoit des remarques ſur l' Apollodore qui êcrit de Diis gentium, qu' il diſtingue tres doctement avec l' excellent Mr. Voſſius ſur Pomponius Mela, de celuy dont nous avons la Bibliotheque.*

VI. *Scripta Apollodori deperdita.*

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων. Athen XIV. p. 586. 591. Etymol. M. Harpocrat. & Suidas in *ναύνιον* ac *Φανοσφάτη*.

Ἀντιγραφὴ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους Πτολεμαΐδα Athen. XIV. p. 636.

Γῆς περίοδος, κωμικῷ μέτρῳ. Chorographia, verſibus jambicis. Strabo XIV. p. 677. Steph. in ἄβυλλοι & ἄυγιλα, γαυγάμηλα, νῆδυα & ὀρβίαν ubi vide Holſten. At apud Tzetzem III. hiſt. 100. τὸ περὶ νήσων, πόλεων καὶ δήμων βιβλίον non referendum eſt ad Apollodorum, cujus nomen præceſſit, ſed Stephanum Byz. cujus nomen ſequitur, quod ex particula ἢ videtur eſſe perſpicuum.

Περὶ Δηλίων non videtur librum ſcripſiſſe Apollodorus, ſed obiter de illis quædam tradidiſſe in opere Etymologiarum, vel alio volumine.

Vide

2011 Ministerio de Cultura

Vide Athen. IV. p. 172. ſeq. In iisdem etymologiis forte tradidit quoque rationem proverbii χαῦνος σεφίλη, quam ex Apollodoro repetunt Heſychius & alii. Sic rurſus apud Athenæum XI. p. 482. Κύμβα πτήλιον Ἀπολλόδωρος παφίοις, male de d amate Apollodori Comici cui titulus fuerit πάφιοι cogitarunt viri docti, nam ſenſus eſt, apud Paphios cymbam fuiſſe nomen poculi, idque tradidiſſe Apollodorum ἐν τῷ περὶ ἐτυμολογιῶν, ut diſerte legas pagina proxima 483.

Δογμάτων συναγωγή. Laert. Chryſippo VII. 181. eſt Apollodori Ephilli Stoici de quo dixi cap. 15. hujus libri, & quem Laertius in Zenone VII. 39. diſerte laudat ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὰ δόγματα εἰσαγωγῶν.

Περὶ Ἐπιχάρμου ſextum librum allegat Suidas in καρδιώτην. Epicharmum Κωμῳδιοδιδάσκαλον in tomos ſive volumina decem digeſſit Apollodorus Athenienſis teſte Porphyrio in Plotini vita.

Ἐτυμολογίαι. Varro lib. IV. & V. de Lingua Lat. Harpocrat. Etymol. M. Schol. Apollonii & Librum *ſecundum* Athen. III. p. 63.

Ἠθική quam laudat Laertius in Zenone, Apollodori Ephilli fuit.

Περὶ θεῶν opus de Diis in XXIV libros diſtributum, teſte Photio: quo tempus ἄδηλον illuſtraverat Apollodorus, ut in Bibliotheca quæ exſtat tempus μυθικὸν, & in Chronicis tempus ἱστορικόν. Vide Galei diſſ. de ſcriptoribus Mytholog. c. 4. Sopatri eclogas περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι μυθολογουμένων θεῶν ex Apollodoro concinnatas memorat Photius Cod. CLXI. Librum *Primum* Apollodori περὶ θεῶν allegat Steph. in Δωδώνη. *Secundum* Stobæus Eclog. Phyſ. & Erotianus ſive Herodianus in χάρμης. *Sextum* Harpocrat. in ἀποπομπάς. *Nonum* Steph. in Ἄρειος πάγος. *Quartum decimum* Macrob. I. 17. Sat. *Decimum ſextum* Steph. in Ἀρκάς. *Decimum ſeptimum* Schol. Sophoclis Oedip. Col. v. 481. *Viceſimum* Porphyrius fragmento de Styge apud Stob. Eclog. Quamplurimis aliis idem opus laudatum ſine librorum diſcimine, ut idem præſtantiſſimus Galeus annotavit. Sæpius illud reſpicit Tzetzes ad Lycophronem, cum Apollodorum hiſtoricum Athenienſem allegat.

Περιηγήσεις. Athen. XV. p. 681.

Apollodorum ἐν τῷ περὶ κεραμικῆς ῥητορείας de vocabulo crateris allegat Athenæus XI. p. 501. videtur reſpicere idem ſcriptum XI. p. 479. a. & 497. f.

Περὶ νεῶν καταλόγου libri XII. de navium Catalogo apud Homerum, opus lu-

2011 Ministerio de Cultura

luculentum. Porphyrius apud Eustathium ad Iliad. β. p. 199. καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐπραγματεύσατο τὰ περὶ τῆς καταλόγου ἐν δώδεκα βιβλίοις. Laudat & respicit passim præter eundem, sed cujus tempore jam periisse videtur Eustathium, & auctorem schol. minorum in Homer. Strabo, ut VI. p. 254. IX. p. 405. 416. X. p. 453. 457. 460. XIV. p. 677 678. 680. Reprehendit & quandoque ut VII. p. 298. XII. p. 553. seq. XIV. p. 677. seq. Librum primum allegant Scholia minora ad Iliad. β. 103. Steph. in ἄργεια, & πλατειαί secundum Strabo I. p. 31. VII. p. 298. Scholia minora ad Iliad. α. 42. Tzetzes Chil. VII. v, 761. quintum Athenæus III. pag. 82. septimum Steph. in κορώνη. Laudatur etiam hoc opus à Schol. Apollonii III. 1089. & Steph. in Τένεδος.

Περὶ νομοθετῶν librum secundum citat Laert. in Solone lib. 1. sect. 58.

Apollodorus ἐν τοῖς Ὁμήρου. Schol. Nicandri p. 80. Videtur respicere libros in navium Catalogum, de quibus jam dixi.

Περὶ μύρων καὶ στεφάνων. Athen. XV. p. 675. Forte Apollodori Medici.

Παρθικά. Athen. XV. p. 682. sunt Apollodori Artemitæ, de quo infra.

Περὶ Σώφρονος de Sophrone sive commentariorum in Sophronis mimos libri, Athen. III. p. 89. VII. p. 281. Etymol. M. in ἀλφησής, ἀζαλὴς &c. Librum *tertium* allegat Athen. VII. p. 281. *quartum* Schol. Aristophanis ad Vesp. v. 483. Confer Casaubonum ad Athenæum VII. 6.

Περὶ φιλοσόφων αἱρέσεων. Laert. in Solone lib. 1. sect. 60. nisi sit Apollodori Ephilli Stoici.

Τραγικάμβων primum auctorem fuisse Apollodorum scribit Suidas in Ἀπολλόδ. & τραγήματα. forte quod primus jambis scripsisset res serias Historiam scilicet & Geographiam. Confer Galei diss. de scriptoribus Mytholog. p. 47. seq.

Φυσικὴ, sive Φυσικὴ κατ' ἀρχαίαν Laertio in Zenone laudata, auctorem potius habuit Apollodorum Ephillum Stoicum.

Χρονικά sive χρονικὴ σωύταξις à Troja capta ad sua usque tempora, versibus jambicis, opus historiam annorum 1040. complexum atque Attalo Philadelpho Pergami Regi dedicatum teste Scymno Chio. Vide Galei diss. de scriptoribus Mytholog. c. 6. Menagium ad Laert. lib. 1. sect. 37. Librum *primum, secundum, tertium & quartum* Chronicorum laudat Stephanus Byz. *tertium* etiam Laertius IV. 23. 28. *octavum* hujus ut videtur operis Syncellus p. 185. Allegantur etiam

2011 Ministerio de Cultura

iam Apollodori Chronica à Diodoro Sic. Strabone, Luciano in longævis, Gellio XVII. 4. & aliis quam plurimis. Confer Jonsium p. 194. Præcipue diligenter eo in ætate Philosophorum assignanda usus est Laertius.

VII. Apollodori plures.

Apollodorus Adramyttenus. Strab. XI. pag. 525. sed legendum videtur Artemites. Ita quoque fortassis p. 516.

Apollodorus Architectus de quo supra c. 24. hujus libri §. 2. Vide & notas elegantissimi Hemsterhusii ad Pollucis X. cap. 51.

Apollodorus Artemites, Parthica scripsit memorata Straboni II. p. 118. XI. p. 509. & initio libri XV. Athenæo XV. p. 682. ubi librum *quartum*.

Apollodorus Aspendius Philologus in veteri Inscriptione Ephesina apud præstantiss. Sponium: ἡ βουλὴ ἐτίμησεν Πόπλιον Αἴλιον Φλαβιανὸν Ἀπολλόδωρον Ἀσπένδιον φιλόλογον. Τὸ δὲ μνημεῖον κατεσκεύασεν Πόπλιος Αἴλιος Φλαβιανὸς ζῶιλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.

Apollodorus Atheniensis, pater Archelai qui Socratis Magister fuit. Laert. II. 16. Justinus Mart.

Apollodorus Atheniensis Comicus, de quo supra lib. 2. c. 22.

Apollodorus Atheniensis, pictor, infra in σκιαγράφος.

Apollodorus Carystius Comicus de quo supra lib. 2. c. 22.

Apollodorus Citieus, (al. *Scilleus*) ac *Tarentinus* laudantur à Plinio XX. 4. Forte alter horum Galeno laudatus scripsit περὶ θηρίων *de bestiis venenatis* Schol. Nicandri p. 50. b. & Plin. Indice lib. XI. περὶ μύρων καὶ στεφάνων Athen. XV. p. 675. Plin. *de odoribus* indice lib. XII. & XIII. περὶ βοτανῶν. Schol. Nicandri p. 47. b. *Apollodorus Medicus in volumine quo svasit Ptolemæo Regi quæ vina biberet*. Plin. XIV. 7.

Apollodorus Corcyreus Clem. Alex. V. Strom. p. 570.

Apollodorus Cumanus Grammaticus primus & Criticus dictus Clem. Alex. I. Strom. p. 309. Amphictyonibus honorem tribuentibus. Plin. VII. 37. Hist.

Apollodorus Cyrenæus Grammaticus Schol. Eurip. Oreste v. 1485. Etymol. M. in βωμολόχοι Athenæus XI. pag. 487. Suid. in ἄντικρυς & βδελύσσω. De poculis scripsisse innuit Athen. XI. p. 573. Etiam de Diis aliqua composuit si credimus Natali Comiti III. 16. 17. 18. & IX. 5. nisi Cyrenæum cum Athenienſi Grammatico confudit.

2011 Ministerio de Cultura

Apollodorus Cyzicenus Laert. in Democrito IX. 38. male Apollodotus legitur apud Clementem II. Strom. p. 417.

Apollodorus Democriti assectator qui Magica scripsit. Plin. XXIV. 17.

Apollodorus ὁ Δωριεύς Schol. Theocriti Idyll. I. v. 52.

Apollodorus Ephillus, Stoicus, cujus est ἠθικὴ laudata Laertio in Zenone & φυσικὴ (κζ' τῶν ἀρχαίων) quam citat idem Laertius & Stobæus p. 20. Eclog. Vide quæ notavi supra c. 15. hujus libri, & Suidam in θέων. Idem forte est Apollodorus quem cum Chrysippo jungit Tertull. c. 15. de anima.

Apollodorus Epicureus ἐν πρώτῳ περὶ Ἐπικούρου βίου. Laert. X. 2. Mentio ejusdem sect. 10. & forte 25. ubi κηποτυραννῶν vocatur, quasi regnum quoddam tenens in horto sive Schola Epicuri, & quadringentorum amplius voluminum auctor, ac præceptor Zenonis Sidonii.

Apollodorus Erythræus Lactant. lib. 1. c. 6. & de ira Dei c. 22.

Apollodorus Gelous, Comicus, de quo supra lib. 2. c. 22.

Apollodorus ὁ γράψας τοὺς ὕμνους. Erotian. in τέρθρον.

Apollodorus Lemnius περὶ γεωργίας. Aristot. Politic. lib. 1. c. 7. Varro de re rust. Plinius indice libri 14. 17. 18.

Apollodorus Logisticus, Laert. Solone I. 25. & Pythagora VIII. 12. Ἀθηναῖος μηπικὸς Athenæo X. p. 458. Male Apollodotus apud Plutarchum de non suav. viv. secundum Epicur. p. 1094.

Apollodorus Mechanicus & Architectus de quo dixi cap. 24. hujus libri §. 2.

Apollodorus Megarensis allegatur à Stobæo ut notavit Scipio Tettus & qui ex eo pleraque retulit Simlerus in Bibl.

Apollodorus Nicænus. Stephanus in Νίκαια. Male καίανα in Meursii Bibl. Græca p. 1232.

Apollodorus Pergamenus Rhetor qui Augustum Imp. Apolloniæ instituit, auctor sectæ Apollodoreæ. Strabo XIII. p. 625. qui & ejus τέχνας memorat. Allegatur sæpiuscule à Quintiliano, etiam in dialogo de Oratoribus. Vide & Sveton. Augusto c. 89. Meminit & Plinius (nisi Apollonii nomen reponendum, indice lib. XV.) Eusebius Chron. & Lucian. Macrobiis, qui 82. annos vixisse testatur.

Apollodorus, Peripateticus forte, ad quem Epistola à Lynceo Samio Theophrasti discipulo scripta laudatur ab Athen. IX. 14.

Apollodorus Phalereus Socratis amantissimus, aliis omnibus asper, ideo μανικὸς dictus. Plato Symposio, Plutarch. Catone minore In Epistolis Socraticis Allatianis p. 46, vocatur μαλακός, forte quod So-

Apol-

2011 Ministerio de Cultura

crati morituro tulit tunicam ex pretiosa lana pulchreque textam & simile pallium, rogavitque ut sic ornatus demum cicutam biberet. Ælian. I. Var. Hist. c. 16.

Apollodorus Rhetor. Vide supra, *Pergamenus.*

Apollodorus σκιαφράφος circa Ol. XCIII. Plin. XXXV. 9. Eustath. ad Iliad. κ'. Franciscus Junius Catalogo pictorum p. 24.

Apollodorus Scilleus. Supra in Citieo.

Apollodorus Socraticus, vide paulo ante, *Phalereus.*

Apollodorus statuarius Plin. XXXIV. 8.

Apollodorus Syllus. Cic. 1. de natura Deor. Nisi potius distincte legendum Apollodorus, *Syllus.*

Apollodorus Tarentinus Supra in *Citieus.*

Apollodorus Tarsensis Tragicus, de quo supra lib. 2. c. 19.

Apollodorus Telmissensis ἀνὴρ ἐλλόγιμος, de somniis scripsisse videtur. Laudatur Artemidoro lib. 1. c. 82.

Non raro etiam Apollodori nomen pro Apollonio positum observarunt viri docti, ut apud Stephanum, ubi Apollodori *Carica* allegantur, vel ubi *Pontica*, ut in Scholiis ad Apollon. Rhodium. Etiam Apollodorum Ephesium ingerunt nonnulli pro Artemidoro.

Fuit & Apollas adversus quem scripsit Chrysippus teste Laertio, VII. 193. 197. nescio an is qui Apollodorus dicitur apud Ciceronem 1. de natura Deor. c. 24. *Zeno quidem non eos solum qui tum erant*, Apollodorum, *Syllum*, *ceteros figebat maledictis* &. Ita enim rectius videtur locus iste legi in melioribus edit. quam ut alii conjungunt velut unius hominis nomen, *Apollodorus Syllus.* At Apollas ἐν τῷ περὶ τ ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων, laudatus Athenæo IX. pag. 369. idem videtur viris doctis qui Marciano Heracleotæ p. 63 est Ἀπελλᾶς ὁ κυρηναῖος, & cujus Δελφικὰ allegat Clemens protreptico p. 31. Fuit & Apellas scepticus apud Laert. Timone IX. p. 597. ubi citatur ejus liber cui ab alio Sceptico hujus nominis titulum fecerat Agrippam. Etiam apud Sextum Empiricum mentionem hujus Apellæ fieri, notavit Meursius, qui locus me fugit. Alios Apellas refert Menagius ad Laertii Chrysippum pag. 342. & Grotius ad Rom. XVI. 10.

Non omittendus & Apollos in sacro Actorum Apostolicorum libro XVIII, 24. & 1. Cor. I. 12. III. 4. &c. & Tit. III. 13. atque in Clementis Romani Epistola c. 47. memoratus, quia Ἀπολλῶς per contractio-

eo

2011 Ministerio de Cultura

nem pro Apollodoro dictum esse notavit Salmasius Epist. ad Menagium de Herode infanticida p 65. Ἀπολλὼς ὁ Ἀλεξανδρεὺς λόγιος, ὁποτισὴς τῶν χριστοῦ μαθητῶν *inter discipulos Christi rigator*, ita enim reddenda mihi videntur verba S. Nili II. 49. Epist. *vir Alexandrinus ex Judæis valde eloquens & perfectus in lege, Episcopus Corinthicorum.* S. Hieron. in Tit. III. 13. De eo consulendi Jo. Prideausius Opp. latin. p. 463. seq. & Clarissimus Vitringa III. 21. Var. Obs.

Apollodorus ἐν ῥυτίνῳ allegatur à Plutarcho quæst Græc. p. 301. nec dubitarunt aliqui ῥύτινον Apollodori Comici dramatibus adscribere. Sed locum consideranti patebit Historicum opus respici, Apollodori forte Tarentini, & fortasse pro ἐν ῥυτίνῳ legendum est Ταραντῖνος, licet de Tarentinorum duce Dinone alius quoque Apollodorus tradere hoc potuerit quod commemorat jam dicto loco Plutarchus, eum præcone suffragia plura contra sententiam lata jactante, prætulisse pauciora, ἀλλ' ἄυτα, inquit, βελτείους, *at hæc meliora sunt.*

Prætero alios Apollodoros ut *Tyrannum Cassandrensem* de quo Ælianus XIV. 41. XV. 15. Var. Excerpta Peiresc. p. 265. Plutarch. de sera numinis vindicta p. 555. 556. Polyænus, Muret. XVII. 17. Var. lect. &c. *Cyzicenum, ducem Atheniensium.* Ælian. XIV. 5. Var. Apollodorum *Amphipolitanum* præfectum Babylonis Diodor. Sic. XVII. p. 538. Curt. V. 9. Arrian. VII. p. 161. seq. *Apollodorum Siculum.* Plutarch. Cæsare p. 731. *Apollodorum* sub Honorio & Arcadio Impp. Comitem & Procos. Africæ, ad quem aliquot Symmachi Epistolæ exstant. Conf. Jac. Godofredus in prosopographia Cod. Theodosiani pag. 350. seq. T. 6. Fuerunt & Apollodori inter Archontes Athenis Ol. LXXXVII. 3. CVII. 3. CXIV. 4. CXV. 2.

VIII. Apollodoro subjiciam ANTIGONUM, illo licet antiquiorem, utpote qui sub Ptolemæo Philadelpho scripsit. (*a*) Hujus unicus libellus ad nos pervenit ἱστορίων παραδόξων συναγωγὴ, *Historiarum mirabilium collectio*, qua mirandæ (*b*) & singulares observationes de animalibus & aliis rebus naturalibus breviter referuntur, excerptæ ex auctore libri de admirandis auditionibus qui inter Aristotelis scripta (*c*) legitur (à cap. XXXII - CXXVII.) tum è Callimachi (*d*) ἐκλογῇ τῶν παρα-

(*a*) H. Dodwell. diss. de ætate peripli Hannonis §. 21. Voss. Hist. Gr. lib. 1. c. 12.
(*b*) Alios mirabilium & paradoxarum narrationum scriptores retuli lib. 1. c. XX. §. IV.
(*c*) Vide quæ supra cap. VI. § XXI.
(*d*) Observatum hoc clarissimo Bentleio, qui multa Antigoni loca egregie illustrat atque emendat in fragmentis Callimachi p. 328. seq.

2011 Ministerio de Cultura

παραδόξων (à cap. CXLIV - CLXXXIX. ſive ad finem libri) & aliis quibusdam ſcriptoribus, quorum Catalogum è Meurſii editione ſubjunxi:

Æſchylus τοξότις. cap. 127.
Alcman. 27
Ameleſagoras Athenienſis Ἀτθίδ. 12.
Amometi ἀνάπλους ἐκ Μέμφεως εἰς τὴν καλουμένην ἰσοδρομίαν. 164.
Archelaus Ægyptius περὶ παραδόξων. 23.
περὶ θαυμασίων. 96.
Ariſtoteles. 18. 23. 26. 31. 43. 52. 159. 185.
περὶ ζώων 66.
Callimachus 177. Ægyptius 51.
Callimachi Cyrenæi ἐκλογὴ παραδόξων. 144.
Cteſias 16. 160. 165. 181. 182.
Eudoxus 135. 144. 153. 162, 169. 177. 178.
Hellanicus Lesbius 169.
Heraclides 167.
Herodotus. 25.
Hippon Rheginus. 133.
Homerus 28.
Lycus 66. 148. 170. 175, 188. Rheginus 154.
Megaſthenes Ἰνδικοῖς 147.
Myrſilus λεσβιακοῖς 5. 17. 129.
Nicagoras 137.
Phanias 171. 187.
Phileras 8. 23.
Philo Αἰθιοπικοῖς 160.
Philoxenus. 141.
Pindarus 155.
Polycritus 150.
Σαμιακῶν ὅρων auctor 132.
Theophraſtus 145. 174.
Theopompus 14. 15. 131. 152. 156. 180. 186. 189.
Timæus. 149. 155. 168. Ejus Σικελικὴ ἱστορία 1.
Zenophilus 166.

Primus Antigonum Græce & latine cum verſione ſua edidit *Guil. Xylander* deſcriptum è Bibl. Palatinæ *veteſtiſſimis membranis, rariſſimo mihique alias nunquam viſo litterarum genere conſcriptis*, quæ ejus ſunt verba in præf. ad Albertum à Steten. Prodiit Xylandri editio una cum M. Antonini libris εἰς ἑαυτὸν & Apollonii Dyſcoli θαυμασίοις, ac Phlegonte Tralliano, Græce, & ſeorſim latina Xylandri horum librorum verſione Baſil. 1568. 8. *Joannes* deinde *Meurſius* Antigonum ſeorſim edidit cum interpretatione Xylandri, addiditque eruditas notas Lugd. Bat. 1619. 4. exemplis quibusdam hujus editionis annum 1622. præferentibus. Nam Londinenſem Hendreichio memoratam Chimæricam eſſe exiſtimo,

2011 Ministerio de Cultura

ſtimo, neque vidi alteram Xylandri Argentoratenſem quam idem commemorat Anni 1590. 8.

Præter hanc ἱστορικῶν παραδόξων συναγωγὴν Phlegonti c. 28. mirabil. & Stephano Byz. laudatam in * γάζα, ſcripſerat Antigonus Caryſtius etiam alia, ut:

Βίους ſive vitas Philoſophorum Laertio & Athenæo, Euſebio XIV. 18. præp. & Hieron. de ſcript. Eccl. celebratas de quo opere videndus Jonſius II. 4. Reſpicit & Suidas in ὠπιθλαδίας.

Περὶ ζώων Heſych. in Ἴλιοι

Περὶ λέξεως Athen. III. p. 88. VII. p. 297. 303.

Poema Heroicum cujus titulus Ἀντίπατρος, Athen. III. pag. 82. qui duos inde verſus adducit.

Videntur etiam huic Antigono tribuendæ ἀλλοιώσεις ſive Metamorphoſeon liber quem laudat Antoninus Liberalis c. 23. At ἱστορικὰ ὑπομνήματα quæ ex Athenæi XIII. p. 610. inter ſcripta hujus Antigoni doctiſſimus Voſſius refert, Caryſtio Pergameno tribuenda ſunt ex plurimis aliis. Athenæi locis, non Antigono qui à patria Caryſto Euboeæ civitate Caryſtius dicitur. Alii fuerunt (1) Antigonus Alexandrinus Grammaticus allegatus ab Erotiano in proœmio & in πλινθίδα. Hic forte reſpicitur à Scholiaſte Nicandri, ubi citat Antigonum. (2) Antigonus Cumanus qui de re ruſtica ſcripſit, laudatus Varroni, Plinio, Columellæ. (3) Antigonus pictor qui de pictura ſcripſit teſte Plinio XXXV. 10. περὶ πινάκων, *De tabulis pictorum*. Laert. Chryſippo VII. ſect. 188. Diverſus ut videtur (4) Antigonus qui de torevtice ſcripſit, teſte rurſus Plinio in indice libri XXXIV. Hunc inter ſtatuarios commemoratum de arte ſua ſcripſiſſe ait XXXIV. 8. Videtur etiam fuiſſe (5) Antigonus quidam Mathematicus, ut ex auctore ſcholiorum Græcorum in tetrabiblon Ptolemæi p. 201. Meurſius colligit, idem ut ſuſpicor qui inter Arati interpretes recenſetur. (6) Antigonus Rex Macedoniæ cujus Epiſtolam ad Zenonem Citieum refert Laertius VII. 7. Eruditionem hujus Antigoni Diocles in Epiſtola φυλακτικῇ apud Paulum Æginetam lib. 1. c. ult. prædicat his verbis: ἐπειδή σοι συμβαίνει μεσιωνατάτῳ πάντων βασιλέων γεγονέναι, καὶ πλεῖστον χρόνον βεβιωκέναι, φιλοσοφίας τε πάσης ἔμπειρον ὄντα τυγχάνειν, καὶ τοῖς μαθηματικοῖς προσαγωνιζῇ, προλαμβάνων βασιλικῶν καὶ οἰκεῖον εἶναι τῇ φιλοσοφίαν τῇ περὶ τὴν ὑγιεινὴν ἀσχολίαν καὶ

2011 Ministerio de Cultura

ἡδὴ θεωρίαν, γέγραφάς σοι &c. Fuerit ne is auctor ἐπιγήσεως Μακεδονικῆς laudatæ à Stephano in ἀβαντίς, dubito. Alius certe (7) Antigonus Italicæ Historicæ scriptor quem laudat Festus in Romam, & Dionysius Hal. 1. Antiqv. p. 5. At Plutarchus in Romulo p. 28. Antigoni Regis dictum refert, non ut Vossio visum, Antigoni scriptoris Italicam historiam respicit. (8) Antigonus Medicus insignis castrensis cujus pastillum ad capitis dolorem refert Galenus 2. de medicam. secundum locos c. 2. Meminit ejusdem Marcellus Empiricus & collyrium ejus commendat c. 8.

IX. Cum Apollodoro Clariss. Galeus edidit PARTHENII Nicæni *volumen quod de amantibus composuit* uti Probus ad Eclog. 3. Virgilii vocat ad c. 15. hujus libri respiciens: sive narrationes soluto sermone scriptas de iis quæ amantibus acciderunt: Παρθενίου Νικαέως περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων ad *Cornelium Gallum* * qui sub Augusto Imp. floruit & svavitate carminum excelluit, ad quæ componenda perquam opportunam hujuscemodi narrationum lectionem ipsi commendat. Τὰ πολεῖσθαι αὐτῷ τε παρέσαι εἰς ἔπη ἢ ἐλεγείας ἀνάγειν τὰ μάλιστα ἐξ αὐτῶν ἁρμόδια &c. Scriptores è quibus narrationes suas collegit Parthenius, hi sunt:

Alexander Ætolus, ex cujus carmine Elegiaco cui titulum fecerat Apollinem profert versus quatuor & triginta. c. 14.
Andrisci Ναξιακά. c. 9.
Apollonii Rhodii Ἀργοναυτικῶν ά. c. 28. Κτίσις. c. 1. sive κάτω κτίσις, c. 11. Poema Epicum cujus decem versiculos Parthenius conservavit, emendavit Is. Vossius ad Melæ lib. 1. c. 16.
Aristocritus c. 11.
Aristodemus ὁ Νυσαεὺς ἐν ά ἱστοριῶν. c. 8.
Aristoteles c. 14.
Asclepiades Myrleanus Βιθυνιακῶν ά. c. 35.
Cephalo Gergithius ἐν Τρωϊκοῖς. c. 4. & 34.
Dectades. c. 13.
Diodorus ἐπαΐτης (Gesnero *Medicus*, Vossio *circulator*: sed interpres forte

* Xylander in Stephano suo Byz. annotavit Antigonum Carystium hunc ipsum esse cujus Θαυμάσια nuper in lucem emiserit. Non primum itaque hoc à Meursio observatum fuit.
* De hoc Gallo videndus Vir doctrina & ingenio præstans Justus Fontanini libro de scriptoribus Forojulienſibus.

2011 Ministerio de Cultura

forte rectius legit *Elaites*) ἐν ἐλεγείαις. c. 14. Galeus in notis ad Parthenium pro *Diodoro* mavult *Dionysiodorum* Troezenium. Vossius lib. de poetis Græcis, memoriæ ut videtur lapsu pro Diodoro Dionysium posuit.

Euphorion Ἀπολλοδώρῳ. c. 28. Θρακί c. 13. & 26.

Hegesippus Μιλησιακῶν α. c. 16. Παλλωιακοῖς. c. 6.

Hellanicus Τρωϊκῶν α c. 34.

Hermesianax c. 22. Λεόντι (sive Λεοντίῳ ut apud Antoninum Liberalem c. 39.) cap. 5.

Ὁ τὴν Λέσβου κτίσιν ποιήσας (Apollonius forte Rhodius) c. 21. ubi ex illo poemate versus Heroicos viginti & unum affert.

Licymnius Chius μελοποιός. c. 22.

Ὁ τὰ Μιλησιακά. c. 14. Vide supra in Hegesippo.

Moero, Μοιρῶ (poetria Byzantia) ἐν ταῖς ἀραῖς. c. 27.

Neanthes ἐν β'. c. 33.

Nicænetus c. 11. Λύρκῳ. c. 1.

Nicander c. 34. ἐν τῷ περὶ ποιητῶν. c. 4.

Phanias Eresius. c. 7.

Philetas ἐρμῇ. c. 2.

Phylarchus c. 25. & 31. ἐν ιέ. (interpres *libro IV.*) c. 15.

Simmias Rhodius c. 33.

Sophocles Ἐυρυάλῳ c. 3.

Theophrastus ἐν τῷ πρὸς τὰς καιρούς. (interpres libro IV.) c. 9. ἐν ἀ τῶν πρὸς τὰς καιρούς. c. 18.

Timæus Σικελικοῖς. c. 29.

Xanthus Λυδιακοῖς. c. 33.

Primus hunc scriptorem in lucem edidit cum versione sua *Joannes Cornarius* Zviccaviensis, Basil. 1531. 8. apud Frobenium. Cum eadem interpretatione prodiit iterum Bas. 1555. & ex officina Commelini Græce & latine junctus Achillis Tatii, & Longi Eroticis A. 1601. 8. Vidi etiam latine cum Eustathii sive Evmathii amoribus excusum Lugduni Bat. 1618. 12. Gallice vertit *Johannes Fornerius* una cum Plutarchi narrationibus amatoriis Paris. apud Ægidium Robinotum 1556. 8. Denique cum Apollodoro & aliis nitide recudi curavit *Tho Galeus*, additis brevibus sed eruditis notis, quibus interpretis etiam subinde errata quædam emendavit Paris. 1675. 8.

Eun-

2011 Ministerio de Cultura

Eundem esse Parthenium qui has narrationes prosa scripsit & Poetam hujus nominis, docet auctor ipse versus suos de Biblide & Cauno referens c. 11. Tum Plutarchus qui in parallelis minoribus p. 308. cum de Leucone & Cyanippo narrationem è capite 10. repetisset, subjungit: ὡς Παρθένιος ὁ ποιητής. Itaque non dubito eum ipsum esse cujus Stephanus in Νίκαια meminit, Lucianus vero de scribenda Hist. T. 1. pag. 637. jungit cum Euphorione & Callimacho: quemque Suidas tradit Heraclidis & Eudoræ, sive ex Hermippo quodam junior e (Smyrnæus enim ille qui de vitis scripsit Parthenio antiquior fuit) Tethæ filium Nicæensem vel Myrleanum ἐλεγειοποιὸν καὶ μέτρων διαφόρων ποιητὴν, captum à Cinna in bello Mithridatico (Anno U. C. saltem 670.) postea propter doctrinam liberum dimissum, usque ad Cæsaris Tiberii tempora vixisse. Tiberius * imperare cœpit A. U. C. 767. centum fere post Cinnam interfectum annis. Itaque Tiberii nomen vel à Suida vel ab alio quodam præter rem esse adjectum non dubito, quanquam Parthenio h. e. poematis ipsius delectatum Tiberium auctor est Svetonius c. 70. *Fecit & Græca poemata imitatus Euphorionem & Rhianum & Parthenium, quibus Poetis admodum delectatus, scripta eorum & imagines publicis Bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores collocavit.* Virgilium Parthenio præceptore usum in Græcis, & quædam illius versibus suis expressisse notant Macrobius V. 17. & Gellius IX. 9. & XIII. 26. sed & in codice Bibl. Ambrosianæ ** Moreto Virgilii hæc verba adscripta observavit Is. Vossius: *Parthenius Moretum scripsit in Græco, quem Virgilius imitatus est.* Scripta Parthenii hæc commemorantur in veterum monumentis:

Ἀνθίππη. Steph. in κεφαλίδες, λάμπεια.
Ἀρήτης (conjugis) ἐγκώμιον. Libris III. Suidas in παρθ.
Ἀρήτης Πτικήδειον. id.
Εἰς Ἀρχελαΐδα Πτικήδειον. Hephæstio p. 4. qui totum elegiacum fuisse testatur, solo extremo versu jambico adjuncto.
Εἰς Αὐξίθεμιν Πτικήδειον. Steph. in γαλλήτιον.
Δῆλος Steph. in βελιδόνιοι & χειμῶνοι, & ἄγλωσσος ubi vide Holsten. & Salmas.

* Doctissimus Vossius existimat verba Suidæ accipi posse de tempore quo Tiberius florere & rem gerere cœpit, 29. antequam imperaret annis. Sed usu veterum scriptorum constat tempora Imperatorum non de aliis quam Imperii annis computari.

** Vide Vossium Patrem de poetis Græcis p. 70.

2011 Ministerio de Cultura

maſ. ad Solin. p. 842. ex quo loco videtur referendum hoc poema ad Parthenium Phocenſem.

Ἐλεγεῖαι. Artemidor. IV. 64.

Ἐλεγεῖα εἰς Ἀφροδίτην. Steph. in ἀναμαίτιον, Suid. παρθ. Male ad Chium Parthenium referuntur in Schol. Græcis recentibus ad Anthologiam Epigrammatum Græcor. II. 50. p. 236.

Ἡρακλῆς. Steph. in Ἴασα & οἰνώνη Etymol. M. in αὐρόχας & ἐλείχηλος.

Ἰφικλος Steph. in ἀφάφεια.

Κεναγόρας· Etymol. M. in ἅρπυς.

Λευκάδιαι Steph. in Ἰβηρία.

Μεταμορφώσεις. Suid. in Νέσσαρ (licet Parthenio Chio tribuit in παρθ.) Euſtath. ad Dionyſ. v. 420. ὡς παρθένιος ὁ τὰς μεταμορφώσεις γράψας λεγόμενος. Vide & ad Iliad. ϛ. pag. 248. edit. Baſil. His uſum Ovidium non dubitant Gyraldus & Voſſius.

Moretum quod imitatus eſt Virgilius, ut paulo ante dixi.

Προπεμπτικόν Steph. in χώρυκος.

Memoratur præterea Parthenius à Stephano in Νεμᾶυσος, Νίκαια, Βορυσθένης, & ἐλεφαντίνη, quæ loca in indice ſcriptorum editioni Berkelianæ ſubjecto, ut non pauca alia deſiderantur.

Vir inſignis Janus Cornarius ſuſpicatus eſt *librum de fluminibus* de quo inter Plutarchi ſcripta dicam, auctorem agnoſcere hunc Parthenium, ſed parum veriſimilitudinis habet illa ſententia.

Fuit & *Parthenius Phocenſis* Stephano memoratus in Γόρθοι, Δεκέντιοι & Ὦλλος, niſi Φωκαεὺς ſcriptum aliquando pro Νικαεύς, aut Nicæni illius quem Stephanus quoque in Νίκαια agnoſcit, cum Phocenſis ſcriptis à Stephano confuſa. Cæterum Phocenſis iſte Parthenius haud diverſus * mihi videtur ab eo quem *Parthenium Dionyſii* vocat Athenæus laudato primo ejus libro περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων ζητουμένων XI. p. 467. 501. & XV. p. 680. eundem reſpicit Euſtathius ad Iliad ψ. p. 1412. & in Odyſſ. ὁ. p. 567. Hunc Grammaticum vocat Suidas in Διονύσ. & Dionyſii Alexandrini à Nerone usque ad Trajanum clari diſcipulum fuiſſe teſtatur. Minus præclare ſenſiſſe de Homeri poematis, nec dubitaſſe Iliadem ſtercus, ** vel ſentes, Odyſſeam lutum appellare, appa-

ret

* Phocenſem à Parthenio Dionyſii diſtingvit Vir præſtantiſſimus lib. 2. de Hiſt. Græcis c. 1.

** Πηλὸν Ὀδυσσείην καὶ βάτον Ἰλιάδα. Pro βάτον Clariſſ. Neocorus legit πάτον.

2011 Ministerio de Cultura

ret ex Epigrammate veteri græco, quod in lucem edidit doctiſſimus Neocorus ad Suidam in Παρθένιος. Ibidem Suidas alterius *Parthenii* facit mentionem patria *Chii*, Theſtoris quem carmine celebravit, filius: qui ad Homerum originem generis ſui referebat, ſed (propter genus forte ſcribendi parum lucidum atque digeſtum) cognominatus eſt *Chaos*. Huic Metamorphoſes, quæ Parthenii Nicæni ſunt, male iſthoc loco tribui, ipſo Suida auctore conſtat in Νέστωρ, ut paulo ante notabam.

X. Collectionem ſcriptorum Hiſtoriæ Poeticæ Galeanam claudit ANTONINUS LIBERALIS, de quo & ipſo pauca hoc loco addere, atque ita capiti huic colophonem imponere conſtitui. Nihil hujus ſcriptoris habemus præter Μεταμορφώσεων συναγωγὴν ſive *transformationum narrationes* capitibus XLI. collectas ex ſcriptoribus quorum nomina infra vides:

Antigonus ἐν τοῖς ἀλλοιώσεσι. C. 23.
Apollonius Rhodius ἐν ἐπιγράμμασι. C. 23.
Areus Laco Ἀρεὺς ὁ Λάκων ἐν ἄσματι κύκνῳ. C. 12.
Athanadas Ἀμβρακικοῖς. C. 4.
Boeus (Plinio etiam & Athenæo laudatus) ὀρνιθογονία. C. 3. 11. *libro primo* C. 7. *libro ſecundo* C. 16. 18. 19. 20, 21.
Corinna C. 10. ἑτεροιωμένων ά. cap. 25.
Didymarchus μεταμορφώσεων γ'. C. 23.
Hermeſianax Λεοντίῳ β'. C. 39.
Heſiodus ἐν μεγάλαις ἠοίαις. C. 23.
Menecrates. C. 35.
Nicander C. 35. ἑτεροιωμένων ά. C. 4. 22. 23. 38. β'. C. 13. 17. 30. 31. γ'. C. 1. 2. δ'. C. 8. 9. 10. 12. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 32.
Pamphilus ά. C. 23.
Pherecydes C. 33.
Simmius Rhodius, Ἀπόλλωνι C. 20.
Xanthus Lyciacis C. 35.

Quis demum fuerit hic Liberalis, vel quando vixerit, perquam eſt incertum, etſi antiqvum eſſe & ſcribendi ratio & quibus uſus eſt monumenta jam pridem univerſa deperdita, fidem faciunt. Certe non multo juniorem eſſe mihi perſvadeo Æbutio Liberali cui libros de beneficiis Sene-

2011 Ministerio de Cultura

Seneca inſcripſit quemque laudat Epiſtola XCI. neque M. Antonio Liberali Rhetore Palæmonis æmulo, de quo in libri de claris Rhetoribus parte deperdita egerat Svetonius, ut ex indice capitum apparet, quemq; in Chronico ſub Claudii Imp. temporibus memorat S. Hieronymus. Non eundem * autem cum iſthoc Rhetore latino eſſe præſentem Metamorphoſeon ſcriptorem Græcum, facile crediderim Joſepho Scaligero qui p. 19'. ad Euſeb. & in animadverſ. ad Rob. Titium p. 15. 16. atq; alibi Antonii (non Antonini) Liberalis Metamorphoſes laudat. Diverſum eſſe, non uno etiam argumento contendit Voſſius III. de Hiſt. Græcis p. 326. Confer Mauſſaci diſſ. ad Plutarchum de fluminibus p. 30. ubi teſtatur nonnullos iſtum quoque de fluminibus librum Liberali Metamorphoſeon ſcriptori levi conjectura tribuiſſe. Primus συναγωγὴν Antonini Liberalis è codice Palatino una cum Parthenio edidit Græce vir præſtantiſſimus *Guil. Xylander*, ſuamq; ſeorſim ſubjunxit latinam interpretationem Baſileæ A. 1568. 8. Noſtra ætate plurium virorum eruditorum in hoc ſcriptore proferendo verſata induſtria eſt, nam & *Abrahamus Berkelius* Græce & latine edidit cum Xylandri verſione ac ſuis caſtigationibus Lugd. Bat. 1674. 12. Hinc *Tho. Munkerus* cum notis ſuis vulgavit Amſtelod. 1676. 12. Denique *Tho. Galeus* notas & ipſe ſubjunxit ſuæ editioni, qua Antoninum Liberalem cum eadem Xylandri interpretatione juſſit poſtremum comparere inter ſcriptores Græcos antiquos Hiſtoriæ Poeticæ, nitidis typis excuſos Pariſiis 1675. 8. Fuit & Tiberius quidam Claudius Liberalis, cujus mentio in veteri inſcriptione apud Sponium p. 61. Miſc. Metamorphoſes è veteribus Græcis ſcripſere præter Liberalem & quos ipſe laudat Antigonum, Corinnam, Didymarchum & Nicandrum, Calliſthenes, Dorotheus ſive Theodorus, Neſtor Larandenſis, Parthenius & Adrianus Sophiſta.

* Pro eodem habent Iſ. Caſaub. ad Sveton. Abr. Berkelius & alii.

CA-

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXVIII.

De ANTHOLOGIA ſive FLORIDIS epigrammatum Græcorum.

E Franciſci Vavaſſoris, Jeſu Socii, libro de Epigrammate caput XVI. cum nonnullis obſervationibus. De collectione Epigrammatum Græcorum facta à Meleagro Gadareno. Catalogus Poetarum quorum Epigrammata in eadem continebantur. 1. Obiter de altera Conſtantini Cephalæ. ibid. De collectione Philippi Theſſalonicenſis. 2. De quarta Agathiæ Myrinæi. 3. De quinta Maximi Planudæ, quæ, nec integra tamen, edita eſt. 4. Epigrammata antiqua jam olim ex inſcriptionibus & monumentis publicis collecta. ibid. in notis. Editiones & interpretes Anthologiæ Epigrammatum Græcorum. 5. Editiones promiſſæ Menardi, Salmaſii &c, tum quæ brevi exſpectatur Viri Clariſſ. Jo. Clerici cum Hugonis Grotii latina verſione. 6. Catalogus Poetarum qui Epigrammata compoſuerunt, cum variis obſervationibus. 7.

I.

DEbere nos iis plurimum, qui epigrammata varia, quaſi disjecta membra, collegerunt in unum corpus, niſi agnoſcimus ac fatemur, ingrati profecto ſimus. Cum enim opuſcula hæc tam parva, mole ſe non ſatis ulla ſua tueantur, neque ſponte, ut grandiores libri, conſiſtant, facile elabantur è manibus, ſpargantur paſſim, deliteſcant & obſoleſcant in angulis, ubicunque negligantur prorſus: quid futurum erat, niſi colligentis unius aut alterius diligentia & ſedulitas Sibyllinis hiſce foliis ſubveniſſet? quantum nos facturi damnum fuimus: quam multa, quamque præclara, quæ ante nos fuerunt, atque in omni poſteritate erunt, ingenii ac literarum monumenta perdituri? Collegerunt autem apud Græcos epigrammata ſuorum viri inſignes, & ipſi poetæ, primum *Meleager*, deinde *Philippus*, tum *Agathias*, ad extremum,

2011 Ministerio de Cultura

ſed longo poſt temporis intervallo, propiusque à nobis, *Maximus Planudes.*

Ac MELEAGER quidem, homo natione Syrus, & oppidò Gadarenus; quem, Seleuco VI. * Syriæ rege ultimo, vixiſſe ferunt, incoluiſſe urbem Tyrum, in Co inſula mortem obiiſſe; ex diverſis totius antiquitatis ſex & quadraginta ſcriptoribus epigrammatum decerpſit flores, & inde Coronam texuit, atq; ita ** inſcripſit: cum ſuum cuiq; florem poetæ attribueret, ipſe pro parte aliquid in textum illud ſvave ac ſpecioſum conferret. Digeſtum opus, ac diſpoſitum pro ordine literarum, unde ſinguli poetæ initium ducerent nominis; non autem, quod fuit fortaſſe ſatius, pro tempore, quo quisque vixiſſet. Sed hoc, credo quia facilius, *** & cujus vis, neglectum: illud, quia varium magis, & artificii eſſe alicujus videretur, uſurpatum. Quanquam hunc ordinem Meleagri dicitur confudiſſe *Conſtantinus* neſcio quis *Cephalas*, † nec jam nominum aut perſonarum habuiſſe rationem, ſed res modo ſpectaſſe præcipuas, de quibus in epigrammatis ageretur, & in diverſa quædam capita diſtribuiſſe, ἤγουν ἐρωτικὰ ἰδίως, καὶ ἀναθηματικὰ, καὶ ἐπιτύμβια, καὶ ἐπιδεικτικά. Certe videre licet etiamnum manuſcriptos codices, in quibus iſte retineatur quadripartitus & conſervetur ordo. De patria vero Meleagri, de que habitatione non una quod dixi, facile intelligitur cum ex præclaro epigrammate libri anthologiæ tertii, in quo ipſe de ſe loquitur, Ἀτρέμας ὦ ξένε βαῖνε: tum ex altero iſto nondum edito,

* Seleucus VI. Epiphanes Nicator regnum iniit Olymp. CLXX. 3.

** Στέφανον Ἐπιγραμμάτων. Vide Salmaſ. ad Solin. p. 848. & Holſtenii notas ad Steph. Byzantinum in Γάδαρα, ubi teſtatur Collectionem Meleagri nobilis Poetæ MStam exſtare in Bibliotheca Cardinalis Barberini, & auctorem in principio operis deſignari his verbis:

Ὁ Μελέαγρος Γαδαρηνὸς ἦν τὸ γένος
Σύρος, ἐτελεύτησεν ἐν Κῷ τῇ νήσῳ.

*** Miror hoc elegantiſſimi Viri judicium, facilius enim multo eſt literarum ordine quam temporis diſponere ſcriptores.

† Ex inedita *Conſtantini Cephalæ* Anthologia Epigramma Pauli Silentiarii ſub Juſtiniano Imp. clari profert Henr. Valeſius ad Socratem p. 88. Nimirum Conſtantinus Cephalas Coronam Meleagri, Philippi & Agathiæ Syllogen Epigrammatum Græcorum in capita ſecundum materiam reduxit. Vide Allatium cap. 14. de de Patria Homeri p. 1831 ubi meminit Codicis MS. antiquiſſimi qui è Bibl. Palatina venit in Vaticanam.

2011 Ministerio de Cultura

to, quod eadem habet omnia, præter clauſulam, atque etiam diſtinctiora.

Πρώτα μοι Γαδάρων κλεινὰ πόλις ἔθρεπτο πάτρα
Ἤνδρωσεν δ' ἱερὰ δεξαμένα με Τύρος.
Εἰς γήρας δ' ὅτ' ἔβλω καὶ διατρέψεν ἐμὲ ἡ * Κῶς.
Καί με θετὸν μερόπων ἄστυ ἐγηροτρόφει.
Μῶσαι δ' εἰν ὀλίγοις με τ' Εὐκρατίδαο Μελέαγρον
παῖδα μελιπλεκέσιν †† ἠγλαΐσαν χάρισι.

Prima mihi Gadarenorum inclyta civitas patria fuit. Deinde quæ me ſacra excepit Tyros, educavit virum. Poſtquam autem ad ſenectutem perveni, divina me Cos aluit: & adoptivum Merōpum civem id ætatis fovit. Ac Muſæ in paucis Meleagrum me, Eucratis filium, per mellitas exornarunt Gratias.

Sed rem, quæ hic agitur, maxime continet carmen verſuum prope ſexaginta, quod proœmii loco coronæ Meleager ſuæ affinxit, ubi & poetæ nominatim & flores appellantur, atque ut ſuus cuique aſſignatus flos eſt, inter ſe junguntur: quod ego carmen, in tam multis Meleagri jam editis miror nondum vulgatum à quoquam fuiſſe. ** Præterquam quod enim ſuavitate quadam dictionis & numerorum ubique delectet: quædam nos, quæ nusquam alibi exſtent, docere poteſt, ut illud, qui viri epigrammata, quæ feminæ, primum fecerint: ut hoc quoque, ſtatim initio, Meleagrum, quod ſertum legerat, *Diocli* amico obtuliſſe, & ſui apud illum μνημόσυνον, hoc eſt, amoris pignus & monumentum, eſſe voluiſſe.

Μῶσαι φίλα τίνι ταῦτα φέρεις πάγκαρπον ἀοιδάν;
Ἢ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθέτας στέφανον;
Ἄνυσε μὲν Μελέαγρος, ἀμείβεται ἄλλῳ δ' Διοκλεῖ
Μναμόσυνον ταύταν ἐξεπόνησε χάριν.

* In Holſtenii ad Stephanum notis male editum: καὶ διαθρεψαμένη κῶς.

†† Holſtenius ſuſpicatur legendum Μενιππείαις quia in altero Epigrammate lib 3. Anthолog. cap 6 p. 302. Meleager profitetur in juventa Menippi civis ſui imitatorem ſe fuiſſe: Πρῶτα Μενιππείαις σωτροχάσας χάρισιν. Crinagoras in Epigrammate quod edidit Salmaſius ad Solin. p. 850. Σωτίμοι ἀλλὰ Μένιππε λάβευ φίλον ἴσοφα κύκλον γράψας ὦ πάσης ἴδρι γεωγραφίης..

** Addam hoc loco & alterum duobus tantum verſibus conſtans, quod collectioni Meleagri

2011 Ministerio de Cultura

Muſa dilecta, cuinam defers carmen hoc omnino frugiferum? aut quis poeta coronam texuit? Confecit Meleager, ac præclaro Diocli, quod amoris monumentum foret, hoc expolivit munus:

Πολλὰ μὲν ἐμπλέξας ΑΝΥΤΗΣ κρίνα, πολλὰ δὲ ΜΥΡΟΥΣ·
λείρια, καὶ ΣΑΠΦΟΥΣ βαιὰ μὲν ἀλλὰ ῥόδα.
Νάρκισσόντε χορῶν ΜΕΛΑΝΙΠΠΙΔΟΥ ἔγκυον ὕμνον
Καὶ νέον οἰναύθης κλῆμα ΣΙΜΩΝΙΔΕΩ.
Ἐν δ' ἁπαμίξ πλέξας μυρόπνοων ἐναύλεμον ἶριν
ΝΟΣΣΙΔΟΣ, ἧς θελκτὸς κηρὸν ἔτηξεν ἔρως.
Τῇ δ' ἅμα καὶ σύμψυχον ἀφ' ἡδυπνόοιο ΡΙΑΝΟΥ,
Καὶ γλυκιῷ ΗΡΙΝΝΗΣ παρθενόχρωτα κρόκον.

Multa innexuit Anytes *lilia, multa* Myrus *liria*, Sapphus *vero perpauca quidem, ſed roſas. Narciſſumque hymnum* Menalippidæ *choreis fertilem. Et novum œnanthes palmitem* Simonidis. *Ac plexuit ſimul odoratam & ſuavem irin* Noſſidis, *cujus blandus ceram mollivit amor. Una cum iſta ſampſuchum à ſuaviſſimo* Riano, *& dulcem* Herinnæ *crocum, puellis colore ſimilem.*

Ἀλκαίου τε λάλαθρον ἐν ὑμνοπόλοις ὑάκινθον
Καὶ ΣΑΜΙΟΥ δάφνης κλῶνα μελαμφύλλου.
Ἐν δ' ΛΕΩΝΙΔΕΩ θαλερὰς κισσοῖο κορύμβας
ΜΝΑΣΑΛΚΟΥ τε κόμας ὀξυπόρος πίτυς.
Βλαισιήν τε πλατάνιστον ἀπέθρισε ΠΑΜΦΙΛΟΥ ὄσσης
Σύμφλεπτον καρύης ἔρνεσι ΠΑΓΚΡΑΤΕΟΣ.
ΤΥΜΝΕΩ τ' εὐπέταλον λείριον, χλοερόντε σίσυμβρον
ΝΙΚΙΟΥ, ΕΥΦΗΜΟΥ τ' ἀμμότροφον πάραλον.

Et Alcæi *inter lyricos loquacem hyacinthum, &* Samiæ *ramum lauri nigricantibus foliis. Præterea* Leonidæ *teneros hederæ corymbos, &* Mnaſalci *comas acutæ pinus, Flexilemque platanum defregit ex* Pamphili *vite, ramis implegri præfixum* Holſtenius reperit εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον τὸν τὰς ςεφάνας τῶν ἐπιγραμμάτων πλέξαντα (male editum πλήξαντα) τὸν υἱὸν Εὐκρατέος τῆ Γαδαρηνῆ.

Εὐκράτεω Μελέαγρον ἔχω ξένε τὸν σὺν ἔρωτι
Καὶ μούσαις κεράσαντ' ἡδυλόγους χάριτας.

2011 Ministerio de Cultura

plexam nucis, quæ Pancratis *eſt. Et* Tymnæ *frondoſam populum albam, & viride ſiſymbrium* Niciæ, *&* Euphemi *litoralem paralum.*

Ἐν δ' ἄρα ΔΑΜΑΓΉΤΟΥ ἴον μέλαν, ἡδύτε μύρτον
ΚΑΛΛΙΜΆΧΟΥ, συφελῆ μεσὸν ἀεὶ μέλιτ@.
Λυχνίδα τ' ΕΥΦΟΡΊΩΝΟΣ, ὁ δ' ἐν Μούσῃσιν ἀμείνων
Ὃς ΔΙΌΣ ἐκ ΚΟΥΡΩΝ * ἔσχεν ἐπωνυμίην.
Τῇσι δ' ἅμ' ΗΓΗΣΊΠΠΟΥ ἐνέπλεκε μαινάδα βότρυν
ΠΈΡΣΟΥ τ' εὐώδη κοῖνον ἀμησάμενο@.
Σιὼ δ' ἅμα καὶ γλυκὺ μῆλον ἀπ' ἀκρεμόνων ΔΙΟΤΊΜΟΥ
Καὶ ῥοιὴς αἴθη πρῶτα ΜΕΝΕΚΡΆΤΕΟΣ.

Ac Damageti *violam nigram, ſuavemque myrtum* Callimachi, *plenam ſemper denſati mellis. Et Lychnidem* Euphorionis, *hic vero inter muſas eximius, qui Jovis ex puellis nomen habuit. Atque his* Hegeſippi *implicuit racemum, qui agat in furorem, &* Perſei *juncum odoratum excerpſit. Una cum his etiam dulce malum è ramis* Diotimi, *& punicæ flores primos* Menecratis.

Σμυρναίῃ τε κλάδας ΝΙΚΑΙΝΈΤΟΥ, ἠδὲ ΦΑΈΝΝΟΥ
Τέρμινθον, βρωτὴν τ' ἀχερδάδα ΣΙΜΜΊΕΩ.
Ἐν δὲ καὶ ἐκ λειμῶν@ ἀμωμήτοιο σέλινα
Βαιὰ διακνίζων τ' ἄνθεα ΠΑΡΘΕΝΊΔΟΣ.
Λείψανα τ' ἐυκάρπων ἐριστάκτων ἀπὸ ΜΟΥΣΩΝ
Ξανθὰς ἐκ καλάμης ΒΑΚΧΥΛΊΔΕΩ στάχυας.
Ἐν δ' ἄρ' ΑΝΑΚΡΕΙΟΝΤΕΊΟΥ γλυκὺ κεῖνο μέλισμα
Νέκτα@, ὃς δ' ἐλέγοις ἔυστοχον ἀνθέμιον.

Myrrhæque ramos Nicæneti, Phaenni *terebinthum, & veſcam acbradam* Simmiæ. *Tum ex prato fertili apia, exiguos carpens flores* Parthenidos, *Tum reliquias frugiferas a Muſis mel ſtillantibus, flavas e culmo* Bacchylidis *ſpicas. Inde* Anacreontici *cantionem illam dulcem Nectaris, & fecundam elegis anthemium.*

Ἐν δὲ καὶ ἐκ Φοβερῆς σκολιόστειχ@ αὐλ@ ἀναίνης
ΑΡΧΙΛΌΧΟΥ, μικρὰς σφάγγας ἀπ' ὠκεανοῦ.

* Dioſcorides Poeta, cujus Epigrammata quædam exſtant etiam in Anthologia edita Planudæ.

2011 Ministerio de Cultura

Τὰς δ' ἅμ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙΟ νέας ὀρπηκας ἐλαίης
ἠὲ ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΥ πορφυρέην κύανον.
Ἐν δ' ἄρ' ἀμάρακον ἧκε ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ ἄνθεα ποιδῦ.
φοίνισσαν τε νέην κύπρον ἀπ' ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.
Καὶ μὴν καὶ ΑΡΙΑΝ σταχυώτριχα θήκατο νάρδου
ὑμνοθέταν Ἑρμεῦ δῶρον ἀειδόμενον.

Atque etiam ex horribili crispaque acantho florem Archilochi, *parvas ex Oceano guttas.* *Et* Alexandri *novos surculos oleæ, &* Polycleti *purpuream cyanum.* *Tum vero amaracum immisit,* Polystrati *florem poetæ, & phoeniciam novum ligustrum ab* Antipatro. *Nec non* Ariam *spicam nardi posuit, Poetam Mercurii donum canentem.*

Ἐν δ' Ποσείδιππόν τε καὶ Ἡδύλον ἄγρια ῥαφάνους
Σικελίδεω τ' ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα.
Ναὶ μὴν καὶ χρύσειον ἀεὶ θείοιο Πλάτωνος
κλῶνα τ' ἐξ ἀρετῆς παντοθι λαμπόμενον.
Ἄστρων τ' ἴδριν Ἄρατον ὁμοῦ βάλεν, ὑφαινομάκευς
φοίνικος κείρας πρωτογόνους ἕλικας.
Λωτόν τ' εὐχαίτην Χαιρήμονος ἐν φλογὶ μίξας
φαιδίμου, Ἀνταγόρου ἔυστροφον ὄμμα βοός.
Ταΰν τε Φαλαικραῖον Θεοδωρίδεω νεοθαλῆ
Ἕρπυλλον, κυανῶν τ' ἄνθεα Φανίεω.

Posidippumque, Hedylumque, *raphanos sylvestres terræ,* Sicelidæque *anemonas.* *Quin & chryseum semper divini* Platonis, *stirpem vi sua ex omni parte fulgentem.* *Qui astrorum scientem* Aratum *eodem conjecit, & proceræ palmæ totondit cauliculos primos, qui lotum comantem* Chæremonis *flammeæ admiscuit* Phædimi, * Antagoræ *tortilem buphthalmum. ac Phalacræum* Theodori *recens natum serpyllum, & cyanorum flores* Phaniæ.

Ἄλλων τ' ἔρνεα πολλὰ νεόχραφα τ' δ' ἅμα Μόσχης
καὶ σφετέρης ἔπι πω πρωΐμα λευκοΐα.

Ἀλλὰ

* Φαίδιμος li. l. non est Epitheton Antagoræ, sed ut pulchre vidit Vavassor, nomen Poetæ proprium, cujus meminit Stephanus Byz. Βισάνθη πόλις Μακεδονίας, ἀφ' ἧς Φαί-

2011 Ministerio de Cultura

Ἀλλὰ φίλοις μὴ ἐμοῖσι φέρω χάριν· ἔστι δ' μύσαις
Κοινὸς ὁ τ' Μουσέων ἡδυεπὴς στέφανος.

Multaque aliorum germina nova addidit, ſimul & cum iis, Muſæ ſuæ, quæ cito oriuntur, leucoia. Cum autem hoc amicis defero munus, tum poeticæ cultoribus communis hæc Muſarum ſuavis corona.

II. ALTERA eſt à PHILIPPO Theſſalonicenſi corona contexta, eademque *Camillo* cuidam delata, inſtituto & exemplo Meleagri. Secutus quoque rectam ſeriem literarum Philippus, ut Meleager, ad poetas ſingulos, ſingulas vel plantas, vel flores, vel arbuſculas, explicandi, & diſtinguendi cauſa, aut ornandi adjunxit. Hoc diſſimile, quod quatuordecim numero tantum poetas recenſuit, quos ejusmodi ſuis inſtruxit inſignibus, alios aliis, quibus quisque vellet, deſignandos floribus permiſit. Sed iſta dici quid neceſſe eſt pluribus, quæ ipſe breviter Philippus complexus eſt? Sic enim loquitur præfatione ſua, quam, ineditam quoque adhuc, non patiar amplius deſiderari.

Ἀνθεά σοι δρέψας ἑλικωνίαθ' ἁγὼ κλυτοδένδρου
Πιερίης κείρας πρωτοφύτους κάλυκας,
Καὶ σελίδων νεαρῆς θερίσας στάχυν· ἅντα ἔπλεξα
Τοῖς Μελεαγρείοις ὡς ἴκελον στεφάνοις.
Ἀλλὰ παλαιοτέρων εἰδὼς κλέος, ἐσθλὲ Καμίλλε,
Γνῶθι καὶ ὀπλοτέρων τὸν ὀλιγοστιχίην.

Cum flores tibi excerpſerim Heliconios, & inclytæ arboribus Pieriæ tonderim teneros calyces; cumque librorum recentium legerim ſpicas: nexui quoque Meleagri *ſimile quiddam coronæ. Qui vero antiquorum noſti decus, optime* Camille: *noſce & recentiorum in ea arte tenuitatem.*

Ἀντίπατρος πρέψει στεφάνῳ σάχυς· ὡς ὅ κόρυμβος
Κεναγόρας λάμψε δ' ὡς βότρυς Ἀντίφιλος.
Τύλλιος ὡς μελίλωτον· ἀμάρακον ὡς, Φιλόδημος·
Μύρτα δ' ὁ Παρμενίων, ὡς ῥόδον Ἀντιφάνης.

Κιασ-

Φαίδιμος ἐλεγείων ποιητής. At apud Theodulphum Aurelianenſem lib. IV. carm. 1. Sedulius vocatur rutilus i. e. Φαίδιμος, luculentus, unde *Rutilum* Poetam invitis ni fallor Muſis effinxerunt viri eruditi.

2011 Ministerio de Cultura

Κιασὸς δ' Αὐτομέδων· Ζωνὰς κρίνα, δρῦς ᾗ Βιάνωρ.
Ἀντίγονος δ' ἐλάᾳ, καὶ Διόδωρος ἴον.
Εὐήνῳ δάφνῳ σωσεπέπλεκε· τὸς ᾗ σελινὸς
Εἰκασον οἷς ἐθέλοις ἄνθεζιν ἀρτιφύτοις.

Antipater *aptabitur coronæ pro ſpica: ut racemus* Crinagoras: *lucebit ut uva* Antiphilus, Tullius, *ut melilotus:* Philodemus, *ut amaracus:* *pro myrto* Parmenion, *pro roſa* Antiphanes. *Hedera erit* Avtomedon, *lilia* Zonas, *quercus* Bianor, Antigonus *olea*, Diodorus *viola.* Evenum *lauro implicuit, reliquos poetas confer cum floribus quibuslibet novis.*

Videsne, dux Montauſeri, quid ſibi Philippus hic velit, quidve ſe profiteatur feciſſe? Ait à ſe collectos poetas recentiores; cum quidem Meleager antiqvos maxime, ut ejus ex proœmio perſpicitur, collegerit. Sed quia, Philippo qui recentiores, iidem non modo nobis eſſe poſſunt antiquiſſimi, ſed aliis etiam poetis compluribus Græcis; plurimum autem intereſt ad bonitatem & præſtantiam, epigrammata eſſe à vetuſtioribus profecta, quod poſterius tempus priori multum ſcribendi laude concedat: inveſtigandum videtur quo Philippus tempore, novorum epigrammatum collector, floruerit, ne ſua ei novitas fraudi ſit, aut minori certe in pretio & honore habeantur, quæ collegit. Inter epigrammata Philippi amplius quinquaginta, eſſe video tria omnino, quæ admoneant nos, immo certiores faciant, quibus is temporibus exciterit: quanquam aliud alio manifeſtius aperiat. Primum, concinnum ſine dubio & vetere Græcia dignum, eſt ejusmodi, quod nos è Græco libenter propter elegantiam & venuſtatem argumenti, ut & alia duo, convertimus.

Φοῖβον ἀνηναμένη ποτὲ Δάφνη, νῦν ἀνέτειλε
Καίσαρος ἐκ βωμοῦ, κλῶνα μελαμπέταλον.
Ἐκ θεοῦ θεὸν εὗρεν ἀμείνονα· Λητοΐδην γὰρ
Ἔχθηρεν, φιλεῖ δ' Αἰνεάδην.
Ῥίζαν δ' οὐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ' ἀπὸ πέτρης
Καίσαρι μὴ τίκτειν οἷ λίθος δυνάται.

Phœbum alias Daphne ſprevit: nunc Cæſaris ultro
Ex ara ramos protulit alma ſuos.
Ecce Deo inventus melior Deus, oderat olim
Latoidem: Æneadum nunc amat illa Jovem.

Sa-

2011 Ministerio de Cultura

Saxo radicem, non terra matre, profudit,
Non potis Auguſto non parere ipſe lapis.

Tenemus igitur ſæculum Philippi, qui ſic imperatori Cæſari victorias & lauros gratuletur, ut ejus honoris cauſa fœcundum velit eſſe vel lapidem, quo nihil ſit ſterilius in rerum natura. Sed cum felix hoc augurium de lauro ſive de palma, ex altari Cæſaris enata, alii prodiderint eveniſſe Julio Cæſari, alii Octavio Auguſto: nondum ſatis conſtat, utrius ſit Philippus cum ætate conjunctior. Leve diſcrimen, ut vides Montauſeri, ſiquidem alter alteri ſucceſſit Imperator deinceps, tollendum tamen; cum ſecundo tertiove epigrammate tolli poſſit. Secundum epigramma ita habet.

Ψίττακος ὁ βροτόγηρυς ἀφεὶς λυγοτευχέα κύρτον
Ἤλυθεν εἰς δρυμὺς αὐθοφυεῖ πτέρυγι.
Αἰεὶ δ' ἐκ μελετῶν ἀσπάζμασι Καίσαρα κλεινὸν
Οὐδ' αὐ ὄρη λήθλιπ ἠχαχὼ ὀνόματος.
Ἔδραμε δ' ὠκυδίδακτος ἅπας ὄιωνὸς, ἐρίζων
Τίς φθλῶν δυνάτας δαίμονι χαῖρ' ἐνέπειν.
Ὀρφεὺς θῆρας ἔπεισεν ἐν ὄρεσιν· ἐς δέ σε Καῖσαρ
Νῦν ἀκέλευς ἅπας ὄρνις ἀναρέχεται.

E cavea in ſylvas pictis effugerat alis,
Humano doctus pſittacus ore loqui.
Sæpe ſalutato recolebat Cæſare voces:
Celſa nec oblitus per juga nomen erat.
Accurrere aliæ, ſubito didicere, volucres,
Certatimque ſonant gutture: Cæſar, ave.
Flexit voce feras Orpheus in montibus. At te
Vocales, Cæſar, ſponte loquuntur aves.

Tertium eſt illud.

Οὐκέτι πυργωθεὶς ὁ φαλαγγομάχας ἵππι δῆριν
Ἄρχετος ὁρμαίνει μυριόδους ἐλέφας.
Ἀλλὰ φόβῳ σείλας βαθυὴν αὐχένα πρὸς ζυγοδέσμους
Ἄντυγα διφρεύλκει Καίσαρος ἡνίοχος.

2011 Ministerio de Cultura

Ἐγνω δ' εἰρήνης καὶ ἐμὸν χάλκεον ὄργανα ῥίψας
Ἄρης, εὐνομίης αὐτανάγει πατέρα.

Non elephas turritus adhuc, junctusque catervis,
In confertа ruit prælia dente truci.
Sed juga, ceu metuens, prona cervice subivit,
Cæsareo Latium quo vehat axe ducem.
Commoda jam pacis sentit fera: projicit arma
Martia, fert juris pro quibus illa patrem.

Cui dubium nunc esse potest, Montauseri, quin uterque, & psittacus, & elephantus, ad Augustum Cæsarem pertineat, in eumque unum duo hæc epigrammata cadant, frustra conferantur in alium? Est auctor Macrobius, reversum Cæsarem, quasi sublimem Actiaca victoria salutem à psittaco, ad id officii genus instituto, cum garriret illud identidem, Ave, Cæsar, victor, imperator. Eundem vero Cæsarem invectum aliquando triumphali curru, quem juncti elephanti subierint, etsi nulli suo loco historici scriptum reliquerunt: tamen magna mihi orta suspicio ita rem habere, vel ex eo quod decretus defuncto à senatu, in circensi pompa, currus elephantorum. Quid si, vivo Cæsare Augusto, tunc aderat Romæ Philippus? Quid si ex Græculorum numero erat qui porrigendis epigrammatis interpellarent, vel onerarent potius imperatorem? Quid si is erat, cujus daturi epigramma, epigrammate dando prævenit, ut illuderet poetæ: à quo tamen ipse festivo facto jocularique dicto elusus est: ut sestertia centum millia ab optimo principe, summoque ingeniorum amatore, blandissimus poeta expresserit. Quanquam nihil hic affirmo. Sed divinatio placet. Simul & admonere volui, si qui rem non nossent, adirent locum Macrobii, aut etiam si nossent.

III. Sequitur tertius conquisitor epigrammatum & collector AGATHIAS, Asianus & Myrinæus, idemque scholasticus appellatus. Cui non jam visum coronam ullam plectere, aut singulos poetas comparare singulis floribus, ut superiores fecerunt duo: sed proprie & simpliciter in unum aggregare locum nova quædam epigrammata, ad quæ symbolam ipse contulerit. Hunc autem quingentis circiter post annis ætas tulit Justiniani, idem Constantinopoli vixit, & suum hoc opus * ad Theo-

* Titulus: Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυρινaίου [male Σμυρναίου apud Salmasium p.

2011 Ministerio de Cultura

Theodorum decurionem τὴ κοζμιᾶ conscripsit, ut videri debeant omnia inferioris notæ, quæ serius nata sint quodammodo, & creverint non optimis temporibus. *Palladam* certe invadit Henricus Stephanus & exagitat, vel ut plagiarium, si quid affert quod tolerabile nec contemptum videatur; vel, si quid profert de suo, ut ineptum. Contumeliosius etiam Josephus Scaliger, qui ineptissimum quotquot ante fuerunt non poetam, sed literatorem appellet. Dure ab eodem Scaligero acceptus & Lucillius, apud quem esse jocos ait complures frigidissimos, & Græcanicas ineptias, ubi stomachum vix teneat. Gravis omnino & atrox: at justa fortasse reprehensio duorum. Sed hoc nihil est ad illud, quod in *Paulo Silentiario* condemnat sæculum totum, dum Paulum asserit, sui vitio sæculi, sive morbo, laborare. Quod autem vitium, qui morbus? Strepitus inanis verborum, ambitus sententiarum confragosus, compositio dithyrambis audacior; quod uno verbo exponi poterat, maluisse binis aut ternis versibus producere: dum se fecundum atque uberem præstet, nihil, præter verborum sonitum & ampullas, attulisse.

Verumtamen quid hæc ad me censura duorum criticorum, quid ad rem nostram pertinet? Eo spectavi, Montauseri; hoc intelligi placuit: cum posterius illud Græcorum poetarum sæculum tantum degenerarit à prioribus; satius futurum fuisse, si ipsi à se poetæ non discerperentur, nec aliorum aliis admixta epigrammata, nec mala cum bonis propemodum alternis confusa essent. Sic namque fore manifestum vel ex tempore, quanti quisque faciendus poeta, quis honos cuiq; habendus; cum excellentes à mediocribus secernerentur, ab utrisque deterrimi: tutam imitationem juniorum futuram, quorum rudis ætas tam facile malis nunc quidem & infructuosis, quam bonis & utilibus ad-

849. ad Solin.) συλλογὴ νέων ἐπιγραμμάτων. Auctor ipse etiam στέμμα vocat in præf.

- - μιᾷ δ' ὑπὸ σύζυγι βίβλῳ
Ἐμπορίην ἠθροισα πολυξείνοιο μελίσσης
Καὶ τόσον ἐξ ἐλέγειο πολυστερὲς ἄνθος ἀγείρας
Στέμμα σοι εὐμύθοιο καθήρμοσα καλλιοπείης.

Suid. Ἀγαθίας συνέταξε τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ἃ αὐτὸς συνῆξεν, ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν.

2011 Ministerio de Cultura

hæreſcat: nec voluptati non ducendum, noſſe gradus & incrementa operum aut decrementa: cum pretium indicare pauci queant, pauci, quid ſibi optimum ſit, eligere. Hæc porro confuſio & perturbatio duplex: altera, cum recentes poetæ admiſcentur antiquis: altera cum epigrammata nova novis quidem intertexta, priſca priſcis; ſed diverſorum ſcriptorum: non autem ponuntur continenter indiviſi poetæ & indiſcreti.

Pæne præterii, quod tacendum non videtur fuiſſe: quemadmodum Meleager & Philippus præpoſuerunt operi ſuo quædam, ſic Agathiam ſuo quoque ſcripto & collectioni affinxiſſe proœmium, immo etiam proœmia, qui & jambicis præfatus eſt, & hexametris. In quibus utrisque jam tum agnoſcas licet, pompam inanem illam, & fucatam ſpeciem, & copiam nimiam, quæ in tempus potius, quam in homines confertur. Hæc proœmia vero, quanquam non edita ante hanc diem; omitto tamen propter longitudinem, quam mihi ſtatui eſſe vitandam. Paullulum quiddam delibare placuit, ex quo percipiatur, quod nunc habemus opus in manibus collectorum epigrammatum, non novo more, nec nullo exemplo, ſeptem in partes ſeu libros diviſum: ne quis forte primum ita diviſiſſe Planudem exiſtimet.

Πρῶτα ἢ συλλέξαιμι παλαιγενέεσσιν ἐρίζων
Ὅσσα περ ἐγράψαντο νέης γενετῆρες ἀοιδῆς,
Ὡς προτέροις μακάρεσσιν ἀνειμένα· καὶ γὰρ ἔφηεν
Γράμματα καὶ ἀρχαίοις σοφὸν μίμημα φυλάξαι.
Ἀλλὰ πάλιν μετεκεῖνα παλαίτερον εὖχος ἀείρει
Ὅσσα περ ἡ χαρίδεσσι χαραξαμένη τινὶ χώρῳ
Εἴτε καὶ εὐπείητον ὑπὶ βρέτας, εἴτε καὶ ἄλλης
Τέχνης ἐργοπόνοιο πολυσπερέεσσιν ἀέθλοις.
Καὶ τριπάτοιο βαλβῖδα νεηνίδος ἔλλαχε βίβλος
Ὅσσα θέμις τύμβοισι, πάτερ θεὸς ἐν μιῇ ἀοιδῇ
Ἐκτελέειν νέυσειεν, ἐν ἀτρεκίῃ ἢ διώκειν.

Ac primum colligam, æmulatus antiquos, quæ ſcripſerunt novi conditores carminis, ut majoribus Diis conſecrata. Etenim conveniebat veterum ſcriptorum præclarum exemplar retinere. Deinde etiam antiqvum decus attollunt quæcunque poeta ſtylo incidit quovis loco, ſive in ſtatuis affabre factis, ſive in alterius artis laborioſæ diverſis monumentis. Ac tertium ſpatium novi ſortita ſunt libri

2011 Ministerio de Cultura

libri quæcunque posuimus in sepulcris, quæ quidem Apollo tum versibus perficere annuerit, tum ex vero persequi.

Ὅσσα ἢ καὶ βιότοιο πολυζήρέεσσι κελεύθοις
Γεράψαμεν, ἀσχεδίῃ τε τύχης σφαλεροῖσι ταλάντοις
Δέρκεό μοι βιβλίῳ ὡς δὲ κρηπῖδα τετάρτην.
Καὶ τάχα καὶ πέμπτοιο χάρις θέλξειεν ἀοιδῆς
Ὁππόσα κερτομέοντες ἐπεζόλον ἦχον ἀοιδῆς
Γεράψαμεν· ἑκταῖον ἢ μέλος κλέπτουσα κυθήρη
Εἰς ὄαρας ἐλέγειο παρατρέψειε πορείλῳ
Καὶ γλυκερὰς ἐς ἔρωτας· ἐν ἑβδομάτῃ ἢ μελίσσῃ
Εὐφροσύνας Βάκχοιο, φιλακρήτους τε χορείας,
Καὶ μέθυ, καὶ κρητῆρα, καὶ ὄλβια δεῖπνα νοήσεις.

Quæ vero & de vitæ multiplici ratione ac via scripsimus, & de inconstantis fortunæ fallacibus momentis, aspice, libri circa sedem quartam. Ac delectare potest forsan quinti venustas libri, ubi iridentes convitia & probrosum carmen scripsimus. Sextum volumen surripiens citbara, in feminas elegorum deflexerit copiam, atque in dulces amores. Septimo denique in florilegio sive apiario, gaudia Bacchi, & amicas meri choreas & vinum, & pocula, & lauta convivia cogitabis.

Calamo porro notatos codices, ex quibus horum quædam eruta, & indicavit Ægidius Menagius, vir in paucis doctus, & commodavit nobis: ut hoc ei, præter cetera, studiosi literarum acceptum referre debeant.

IV. Restat ut de MAXIMO PLANUDE collectore postremo epigrammatum, quod promisi, persolvam. Is anno supra millesimum trecentesimo octogesimo, Romæ Urbano VI. pontifice maximo, Constantinopoli Nilo patriarcha, cum ibi floreret in cœnobio, multaq;, vir Græcis & Latinis literis excultus, scriberet; temporis aliquid impertivit epigrammatis Græcorum veterum recolligendis. Ac distribuit ille quidem librum in septem volumina, ut Agathias, sed non eadem quæ Agathias in quodq; volumen retulit: id quod ex fragmento superiore illo Agathiæ satis apparet, si quis cum eo Planudis opus totum conferat. Habentur autem quolibet volumine certa capita rerum, certæ sic tanquam per communes locos inscriptiones: idque ordine servato quodam elementorum. In quo se & religiosum videtur præbuisse honestique

2011 Ministerio de Cultura

amantem, reſecandis turpibus * quamplurimis; & diligentem ac ſedulum, accerſendis undique ** & comportandis epigrammatis; & ſatis prudentem, diſponendis atque ordinandis. Quibus ei nominibus obſtricti ſane ſumus, quos carere non paſſus ſit puris ſincerisque deliciis eruditionis Græcanicæ. Tantum autem abeſt ut Planudes nactus ſit gratiarum actores, uti meruit, aut, quos quotve debuit, laudatores; ut beneficii obtrectatores invenerit, qui extenuarent opus & induſtriam. Primum enim conqueruntur nonulli imminutum ab eo numerum fuiſſe epigrammatum, circumciſis & amputatis compluribus, caſtratos & eviratos poetas. Ut ſatis ſigni dent hoc utroque verbo, quod ſemper habent in ore, quinam ipſi moribus ſint, quam parum pudentes: qui ſi Tullium audirent, non modo non improbarent verecundiam in aliis, ſed in dictis ipſi ſuis, & in aliorum reprehenſione ſua præſertim, retinerent. Facit quippe contra eos illud Tullianum, quod jam attuli. *Fugienda eſt*, inquit, *omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audiunt, trahit ſimilitudo. Nolo morte dici Africani caſtratam eſſe rem publicam, nolo ſtercus curiæ dici Glauciam. Quamvis ſit ſimile, tamen eſt in utroque deformis*

* Schol. Græc. libro VII. præmiſſum: ἐν τῷδε τῷ ἑβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα, τὰ μὲν ὡς ἐγκώμια. τὰ δ' ὡς ἐπιστολαί, τὰ δ' ὡς ἂν ἕκαστον ἔτυχεν, ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον ἢ αἰσχρότερον ἀποκλίνει. Τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρέλιπε, φησὶν, ὁ Πλανούδης.

** Non tantum ex Collectionibus hactenus recenſitis Epigrammatum, & ex omni genere ſcriptorum Græcorum, ſed & ex *Epitaphiis* & *Inſcriptionibus antiquis* in Græcia tum obviis & ex parte hodieque ſuperſtitibus collectam fuiſſe Anthologiam obſervat Jacobus Sponius p. 91. Miſc. Antiquitat. & p. 94. Itineris ſui, edit. Germanicæ à Menudierio curatæ. Idem teſtatur, Florentiæ in Bibl. Medicea deſcripſiſſe ſe inſcriptiones eiusmodi Græcas quindecim è membrana, in qua Monachus quidam ante quadringentos vel quingentos annos illas congeſſerat. Neque heri vel nudius tertius probari cœpiſſe ſtudium iſtud Epitaphia & veteres inſcriptiones conſulendi, ſatis patet ex Herodoto, Dionyſio Halic. Pauſania aliisque ad illarum teſtimonium hinc inde provocantibus. *Philochorus* quoque Athenienſis inter alia collegerat Ἐπιγράμματα Ἀττικά teſte Suida: & *Polemonis* Periegetæ qui à ſingulari in hoc genere ſtudio ζηλοκόπας dictus fuit, περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων laudat Athenæus X. p. 436. 442. Confer ſi placet Caſaubonum VI 5. *Ariſtodemi* librum primum θηβαϊκῶν Ἐπιγραμμάτων allegat Schol. Apollonii II. 906. *Neoptolemus* Parianus ἐν τῷ περὶ ἐπιγραμμάτων. Athen. X. p. 455. Notum præterea eſt ab *Evhemero* Hiſtoriam Deorum contextam eſſe *ex titulis & inſcriptionibus ſacris quæ in templis habebantur*, ut teſtatur Lactantius lib. 1. cap. XI. Diogeniani ἀνθολόγιον Ἐπιγραμμάτων memorat Suidas in Διογ.

2011 Ministerio de Cultura

mis cogitatio similitudinis. Flagitium videlicet Planudes fecit, qui flagitiosa & turpia non exscribenda putavit, in quibus paginæ, prope dicam ipsæ, tametsi charta non erubescit, erubescerent: quem referre & in publicum proponere piguit, quæ non minus legere oculis, quam ore proferre modestia & pudor vetat. Desinant vero, qua parte maxime laudabilis Planudes est, vituperare velle Planudem. Quod si tanta reprehendendi libido, & si quid isto de scriptore queri juvat; querantur potius, quod tantam in opere suscepto fidem ac diligentiam non præstiterit, quantam necesse erat, & quantam se præstiturum ostendit. Reliquit enim, optime Montauseri, nescio quo casu, imprudenśne an secus, cum multa obscenissima sustulisset, pauca quædam non honestiora sublatis.

Objiciunt alii malum poetam fuisse Planudem. Etiam historicum non bonum fuisse concesserim, qui in vita Æsopi, contra fidem historiæ rationemque temporum, permulta, meo judicio, peccavit. Sed quid tum postea? Idcircone minus aut ex historicis colligere potuit, quæ visa sunt, & in unum locum conducere; aut collegit reipsa decerpsitque ex poetis? Equidem sic statuo, collectanea ejusmodi, & miscellanea, & farraginem epigrammatum, alicujus esse diligentiæ, prudentiæ mediocris; ingenio ad eam rem singulari & eximio, interiore & recondita vel arte vel doctrina, nihil opus esse; studiosos, qui plus aliquid possint ac valeant in literis, ab isto refugere labore toto solitos. Deinde vero, cum Planudes versibus aliorum, quos collegit, non admiscuerit suos, ut Meleager, Philippus, Agathias; neque potest esse decori collectis ac simul junctis poetis, neque detrimento lectoribus, contage quadam & communione versuum malorum. Jam ille ipse emendator Planudæ in Catonis distichis, Josephus Scaliger, vitavit, credo, justam reprehensionem curiosorum, qui etiam tunc cum correxit Planudea, hexametros heptametros fecit? Audi versum hujus non productiorem modo syllaba, sed pede toto redundantem. Cato in initio libri tertii:

Instrue præceptis animum: nec discere cesses.

Scaliger:

Τὸν νῦν ἐντολίαις ῥύθμιζε, μαθητὰ δ' ὁπότε λήγων.

Leve illud, & aurium vitium, quæ forsan hebetiores sint factæ senio.

2011 Ministerio de Cultura

ſenio. Miror Thuanos & Caſaubonos, quibus Scaliger quaſi quidam Deus eſſet, quique ſcripta ejus omnia legiſſent millies, hunc ipſi librum Lutetiæ edi curaſſent; non advertiſſe, quod hic homini mendum excidiſſet, niſi forte ob id ipſum ἀναμάρτητον putarint, quod pro Deo haberent. Sed hic Scaliger ſpeciatim: genere toto peccavit, qui alienis uſus vocibus verſibusque Planudæ dimidiatis, Catonem jam Græce redditum Græce reddidit. Improbaret ſane Planudeana omnia: Græce negaret ſcire hominem Græcum, prætereaque in ſcribendo exercitatum: converteret denique latina in Græcum etiam melius, quam Planudes aut Gaza: abſtinere ſaltem ipſorum verbis, ſi facultatem illam ſuam oſtenſam voluit; videre ne quid commune cum iis haberet, potius quam interpolare aliena, & inculcare nonnulla aliquot locis, & levi commutatione opus alterius facere ſuum velle, debuit: qui plagii accuſari potuerit, niſi plagium fateretur. Etenim videmus perſæpe ſcriptoris unius Græci interpretes Latinos duos pluresve, qui ſemper id agunt in primis, ut diverſi ſint; ne quid alius ab alio videatur ſumpſiſſe, aut laborem fruſtra ſuſcepiſſe vertendi.

Sunt etiam qui Planudæ minuant auctoritatem ex eo, quod communiter egerit Conſtantinopoli inter aſcetas; profeſſionemque & inſtitutum hominis ſolitarii, & degentis in receſſu vitam pietatis cauſa, illi probro vertant. Perinde quaſi genus hoc hominum, quos nomine quidem iſti proprio, ſed per contemptum monachos appellant, totum ſit averſum à Muſis, præſertim manſvetioribus; nec ſolum literas nunquam adjuverit & humanitatem, verum etiam depravarit ſæpe atque corruperit. Equidem, ut me tibi, præſtantiſſime Montauſeri, indicem, facere non poſſum, quin indigner, ſi quando in ſcripta incido, aut ſermonibus & querelis interſum eorum, qui in cœtus hoſce congregatos hominum piorum ſimul & doctorum invehantur, ſic tanquam in perditores elegantiorum artium & liberalium ſtudiorum: quibus tamen, ſi verum quærimus, artes & ſtudia, & optimum quodque literarum, incolumitatem, ſalutem, vitam quodammodo debeant. Ac vide, oro te, quantum ab illorum diſcrepet opinio mea. Abſit odium, invidia, ambitio, ſectæ, & partes. Vere mihi contendere poſſe videor, & aſſeverare duo triave, quæ omni ratione confirmare licet. Primum ſæculis illis & temporibus miſeris, cum barbaries & inſcitia occupaſſet orbem terrarum univerſum ac pœne oppreſſas mortalium mentes teneret; quicquid reliqvum fuit literaturæ omnis, id totum, quaſi quandam

ex

2011 Ministerio de Cultura

ex communi naufragio tabulam, penes iſtos conſtitiſſe. Alterum, ubi emergere literæ cœperunt, & efferre caput altius; tum demum qui ſuſcipcrent eas, & amplecterentur, atque exornarent multis modis, plures ex ædibus & cellis eorum, quam ex omni alio hominum grege, & cœtu concilioque prodiiſſe. A quibus exarati fere calamo libri, niſi, à ſanctiſſimis illis, qui patres inter ſe fratresque uſurpent, contubernalibus? Apud quos diligentius, fidelius, diutius, quam ab eisdem ſervati? Unde inveſtigati & eruti maximam partem, & in lucem ſubinde producti, niſi ex perantiquis monaſteriis & cœnobiis? Tertium illud erit, quod unum pro multis accipi poteſt, & latiſſime patet. Quid viri, certa quadam neceſſitudine, & omnium rerum communitate juncti inter ſe, meriti de literis ſint, quantum aliis ipſi literatis antecelluerint, non dico, quid & quantum mereri atque antecellere debuerint, verbo dico. Cum ſuppetant eis opes cunctæ, & adjumenta, & præſidia, quæ promovere ſtudium literarum poſſint, quæ autem deterrere ſoleant, ea ſint ab iſtorum conditione ſtatuque vitæ remotiſſima; abundent otio, laboribus aſſueſcant, adſit congreſſus & copia eruditorum, nulla impedimenta liberum, conjugum, cura rei familiaris & poſſeſſionum amplificandarum nulla, ambitiones nullæ, conſtans & perpetua fuga voluptatum; niſi uni ex aliis ordinibus hominum alicui docto reſpodeant religioſi ordinis docti decem, ut numero & multitudine vincant; niſi ſint hi dimidio aliis plerisque doctiores, ut vincant copia, & varietate, & præſtantia doctrinæ: non ii ſunt, mihi crede, viri optimi, qui eſſe debuerunt. Conſervatio certe bibliothecarum, & quædam perennitas, ut aliud nihil dicam, tota horum eſt: cum interim diſtrahi quotidie & diſſipari bibliothecas privatorum, etiamque optimatum, videamus, multo labore, grandique pretio collectas. Scis, Montauſeri, ſcis ipſe; quantopere noſtri in Gallia proceres teſtamento caveant tum heredib⁹ ad perpetuitatem familiæ & bonorũ, tum bibliothecis ad celebritatem nominis. Sed bibliothecis, dic amabo, quid factum plerumque exiguo & brevi ſpatio? quid fit quotidie? quid fiet? Non ſunt imminutæ aliquando rariſſimis & pretioſiſſimis libris? non ab heredibus & dominis tranſierunt ad externos? Stant per ſeſe, & corpus ut antea, unum efficiunt? non diſcerptæ dolo, vi, fuerunt? non diſcerpentur membratim? nec, ut fluvii minores, qui famæ majoris in amnem influxerint, nomen amittent? nec duæ bibliothecas complures ſupplebunt? neque confuſæ cum illis nullæ erunt? neq;

2011 Ministerio de Cultura

commutabuntur libri libris, neque ſingillatim venibunt? Quanquam hic ego, Montauſeri, facile intelligo, nec tu pro tua ſingulari & eximia prudentia non perſpicis, iſto me ſermone toto ſuperſedere potuiſſe, carere potuiſſe lectorem. Sed, dum veriſimum eſſe confiteare, quod dixi; digreſſionem ſane puta hanc à propoſito, aut etiam aberrationem. *Hactenus Franciſus Vavaſſor libro de Epigrammate cap. XVI. Pariſ. 1669. 8.* ad Carolum Sanctamaurum Ducem Montauſerium.

V. *Editiones Anthologiæ Epigrammatum Græcorum Planudeæ.*

Græcæ.

Prima *Jani Laſcaris* Rindaceni, litteris Græcis capitalibus quadratis, Florentiæ 1497. 4. cum Epiſtola præfatoria ad Petrum Medicem, quam in poſterioribus editionibus per typographorum avaritiam omiſſam eſſe dolet Colomeſius ad Gyraldum p. 515. In illa Epiſtola litterarum figuras quibus priſci Græci uterentur capitales omnes fuiſſe probat *fuſe*, *eleganter & erudite*: quod judicium eſt Leonis Allatii libro quo commentitias Antiquitates Hetruſcas explodit pag. 61. ſed male ſcribit editionem prodiiſſe A. 1484.

2. Aldina A. 1503. Venet. ex recenſione *Scipionis Carteromachi*, cujus Epiſtola Græca ad Aldum adjuncta legitur.
3. Florentina A. 1519. 8. apud heredes Philippi Juntæ.
4. Baſileenſis A. 1521. 8. memoratur in Catalogo Bibl. locupletiſſimæ Bigotianæ II. p. 202.
5. Aldina ſecunda, Venet. 1521. 8. Hæc editio ad Codicem Palatinum collata à Frid. Sylburgio, fuit apud doctiſſimum Græviun, ut ipſe refert ſua ad Callimachum præfatione. Palatinum Codicem in Vaticana Bibl. hodie exſtare teſtatur illuſtris Ez. Spanhemius de præſtantia & uſu numiſmatum p. 316.
6. Pariſienſis 1531. 8. apud Jodocum Badium. Fuit in Bibliotheca exquiſita P. Francii, itemque altera Viri Clar. M. Meibomii.
7. Cum notis perquam eruditis *Jo. Brodæi* Turonenſis. Baſil. 1549. fol.
8. Cum nonnullis Egigrammatis recens inventis, rejectis ad calcem. Venet. apud Aldi liberos 1550. 8.
9. H. Stephani editio elegans ac prioribus emendatior auctiorque pluribus epigrammatis, addito duplici Indice, uno auctorum qui Epi-

2011 Ministerio de Cultura

Epigrammata composuerunt, & argumentorum altero, subjectisq; H. Stephani castigationibus. A. 1566. 4.

10. Wecheliana præstantissima ex hactenus editis, quæ lucem vidit Francofurti 1600. in fol. atque in Græcis H. Stephanum sequitur, præter auctas vero è chirographo Brodæi animadversiones & separatim Basileæ A. 1540. 8. pridem vulgatas *Vincentii Opsopoei** notas singulis utrasque Epigrammatis subjectas, castigationesque H. Stephani una cum indicibus conjectas ad Voluminis calcem, in ora libri passim exhibet *Scholia Græca* ex codice Francisci Pithoei, quem cum altero Pauli Petavii typographus contulit. In his brevibus licet scholiis nonnulla loca haud infeliciter illustrantur. Sed Auctor videtur admodum recens, qui ex vulgaribus libris Suida, Eustathio, Scholiis in Apollonium, Athenæo, Stobæo, Pausania, aliisque, quos nominatim citat, pleraque collegit. Maximo Planudi illa tribui ab Andrea Rivino intelligo, sed suspicor esse pleraq; alicujus Planude etiam junioris: licet alia recte Maximo tribuuntur, ut quæ in Wecheliana editione occurrunt ante notas H. Stephani, referenda ad pag. 98.

Græcolatina.

Cum versione prosaria *Eilhardi Lubini*, Genevæ sive Coloniæ Allobrogum 1614. fol. in Corpore Poetarum Græcorum Tragicorum, Comicorum, Lyricorum & Epigrammatariorum. Prodierat etiam separatim istud Lubini Florilegium Græce & lat. apud Commelin. 1604. 4.

Libri singuli vel Epigrammata selecta.

Liber primus cum *Eilhardi Lubini* interpretatione eodem carminis genere expressa, ut versus versui & verbum verbo pœne respondeat. Rostochii, 1600. 8. Liber inscriptus Achilli Belgico, Mauritio, Principi Auriaco, Comiti Nassovienſi.

Liber primus in latinum sermonem conversus à *Francisco Bellicario*, Paris. apud Lud. Grandinum 1543. 4.

Omnium horarum opsonia sive Græca Epigrammata latinis versibus reddita, Francof. 1614. 8.

* Opsopoeus notas scripsit in librum I, II. III, & VII.

2011 Ministerio de Cultura

Florilegium latinum ex græco florilegio, sive Epigrammata quædam Græca latino carmine reddita à *Q. Septimio Florente Christiano*. Paris. 1608. 8.

Jo. Soteris Anthologium sive Epigrammata Græca selecta cum latina Variorum interpretatione. Colon. 1525. 12. 1528. 8. Friburgi Brisgoviæ 1544. 8.

Anthologia Epigrammatum cum paraphrasi Metrica *Hieron. Megiseri*. Francof. 1602. 8.

Epigrammata quædam interpretata & notis illustrata ab *H. Stephano* 1570. 8.

M. *Eliæ Cuchleri* Gorlicensis Centuriæ V. Epigrammatum cum versione latina gemina, soluta & ligata. Gorlic. 1618 4.

Epigrammata Græca veterum Poetarum cum Epigrammatibus *Joach. Camerarii & Jac. Micylli*. Basil. 1538. 8.

Epigrammata latino Carmine reddita à *Paulo Stephano*, additis ejusdem Pauli Stephani Juvenilibus. Genev. 1593. 8.

Epigrammata selecta Græca cum versione latina *Andreæ Alciati, Ottomari Luscinii, & Jani Cornarii*. Basil. 1529. 8.

Epigrammata selecta Græce ad calcem Cyclopis Euripidei cum Metaphrasi latina Q. Septimii Florentis Christiani. Helmstad. 1653. 4. Exstant & Epigrammata quædam excusa Græce Paris. 1544. 4.

Epigrammata selecta cum latina versione. Monachii 1622. 8.

Anthologia selecta (è sex primoribus libris) & ab omni obscœnitate vindicata cum versione latina κατὰ λέξιν. Flexiæ 1624. 8.

Florilegium Epigrammatum Græcorum. Lond. 1628. 1650. 8. Græce & latine.

In *Jo. Matthæi* quoque *Toscani* florilegio Epigrammata selecta Græca versibus latinis reddita occurrunt, Burdigalæ 1620. & Genevæ ibid. 8.

Andreas præterea *Bachmannus* sive *Rivinus* * Professor Lipsiensis, variis scriptis haud in eruditis & illustratione Poetarum quorundam veterum Christianorum latinorum clarus, novam integri florilegii Epi-

* Rector primum Scholæ Nordhusanæ, deinde in Academia Lipsiensi Poeseos ac deniq; Pathologiæ Professor, diem obiit supremum A. 1555. natus Halæ Saxonum A. 1601. Vide Clariss. Jo. Henr. Ernesti Orat de Professoribus Poeticis per sæculum XVII. Lips. 1702. 8. Ejus filii tres nostra ætate patriam illustrarunt atque ano

2011 Ministerio de Cultura

Epigrammatum in trium Chiliadum centurias divisi editionem molitus est hoc consilio, ut singulis Epigrammatis Græce descriptis subjiceret versionem prosariam qua redditur verbum verbo, tum poeticas Metaphrases adjungeret, non unam vel duas, sed denas & amplius, bonas, malas, mediocres, aliorum & suas ipsius. Non inutile hoc fortassis institutum esse duxit, pro tironibus, docendis quid distent æra lupinis, & quomodo eadem sententia svavius tersiusque efferri possit & debeat. Henrici vero Stephani studium qui postremum distichon Epigrammatis Græci VI. 6. Anthologiæ, quod incipit Σὸς πόζις Ἀγχίσης, in editione Anni 1566. *quinquaginta* distichis latinis extulit, quinimmo (quod virum sagacissimum fugisse miratur Colomesius) inter selecta Epigrammata A. 1570. vulgata, *centum & quatuor* distichis latinis est interpretatus, reprehenditur à Vavassore c. 17. libri de Epigrammate p. 202. tanquam puerile, *quod distichorum illorum vel optimum nævo quodam suo non careat, cetera in plerisque absona & incondita reperiantur.* In Rivini autem collectione occurrunt fere ad pleraque Epigrammata interpretationes una vel plures satis bonæ & amœnæ, quales fere sunt Jo. Gorræi. Q. Sept. Florentis Christiani, Jani Dousæ, Pauli Stephani & aliorum. Sed non pervenit ultra librum secundum, cum quo primum etiam Epigrammatum Græcorum millenarium absolvit. Prodiit Gothæ A. 1650. 8. licet exempla quædam (folio tituli, ut fieri solet interdum, recuso) præ se ferant annum 1657. Catalogum latinorum Poetarum quorum Metaphrases in hoc opere undique congestæ sunt, editor præmisit vægrandem; è quo illos tantummodo referam qui plura Epigrammata è Græco sunt interpretati, ut sunt: è veteribus *Ausonius*, è recentioribus præter *Rivinum* ipsum, *Andreas Alciatus*, *Benedictus Brugnolus* (in Laertii versione) *Bonaventura Vulcanius*, *Caspar Barthius*, *Ursinus Velius*, *Christianus Daumius*, *Claudius Minos*, *Claudius Roselletus*, *Daniel Heinsius*, *Daniel Alsvortus*, *Des. Erasmus*, *Eilhardus Lubinus*, *Elias Cuchlerus*, *Publ. Faustus Sabæus*, *Franciscus Bellicarius*, *Franciscus Modius*, *Franciscus Schottus*,

uno extincto etiamnum ornant in triplici genere studiorum egregii Viri, Tilemannus Andreas Rivinus, Verbi divini præco disertus ac gravis piusque & linguæ Hebrææ quam publice docebat apprime gnarus, defunctus initio Anni 1692. De quo consulendæ Rev. Henrici Pippingii Memoriæ Theologor. p. 406. seq. Quintus Septimius Florens Rivinus, Juris Romani & Saxonici consultissimus, & Augustus Quirinus Rivinus, Medicus ac Botanicus excellens.

2011 Ministerio de Cultura

tus, Fridericus Morellus, Georgius Buchananus, Gregorius Bersmannus, Guilielmus Canterus, Gvarinus Veronenſis, Hadrianus Junius, Henricus Stephanus, Hieronymus Megiſerus, Hugo Grotius (ſed cujus verſionem totius Anthologii de qua infra dicturus ſum Rivinus non habuit) *Jacobus Thomaſius, Joannes Benedictus, Janus Cornarius, Janus Douſa, Jo. Fidlerus Reichenbacenſis. Janus Gruterus, Janus Guilelmius, Jo. Gorræus, Jo. Lauterbachius, Janus Lernutius, Jo. Pannonius, Jo. Pierius Valerianus, Jo. Sleidanus, Jo. Stigelius, Jo Soter, Jo. Venatorius, Joach. Camerarius, Joſephus Scaliger, Julius Cæſar Scaliger, Iſ. Caſaubonus, Lampertus Alardus, Leodegarius à Quercu, Lucas Fruterius, Martialis Monerius, Matthæus Toſcanus, Nich. Bentinus, Natalis Comes Venetus, Nicodemus Friſchlinus, Nicolaus Borbonius, Ottomarus Luſcinius, Paulus Meliſſus Schedius, Paulus Stephanus, Petrejus Tiara, Philippus Melanchthon, Polycarpus Wirthius, Q. Septimius Florens Chriſtianus, Scævola Sammarthanus, Stephanus Paſchaſius, Theodorus Beza, Tho. Morus, Thomas Venatorius, Valens Acidalius, Vincentius Obſopoeus, & Zacharias* Friedenreich. Prætereo reliqua Rivino memorata nomina ultra trecenta ac viginti, quia nemo fere eſt qui Poeſin latinam vel primis attigit digitis, quin in uno vel altero Epigrammate Græco expertus ſit vires, ſaltem de latino vertendo in aliud latinum.

Ab eo tempore qui operæ pretium in hoc genere fecerit memorare juvat unum *Petrum Francium*, Amſtelodamenſium nuper Muſarum decus, in cujus Poematis bene multa exſtant Epigrammata translata de Græco ſvaviſſime & feliciſſime. Viderunt lucem Amſt. 1682. 12. & 1697. 8.

Superiore anno prodiit novus Græcorum Epigrammatum & Poematum delectus cum nova verſione & notis, opera *Thomæ Johnſon.* Lond. 1706. 8.

Gallice pauca quædam Epigrammata vertit in poematis ſuis *Ludovicus Heſtellus* (Heſteau) Jo. Aurati diſcipulus. Pariſ. 1578. 4. Exſtant & alia è Gallica Tamiſerii verſione, hoc titulo: Anthologie des Epigrammes Grecs pris del' Anthologie Grecque, traduits en François par Tamiſier. Lugd. 1597. 8. Nuper etiam *Longapetræus* vertit quædam peramœnis verſibus Gallinis, in notis ad Anacreontem, Moſchum &c.

VI. Editiones promiſſæ.

Cum in Anthologia edita non modo quamplurima Epigramma-

2011 Ministerio de Cultura

mata etiam honestissima & eruditissima desiderentur, quæ in MStis Codicibus collectionum Meleagri & aliorum quos supra commemoravi occurrunt; sed & in illis quæ edita sunt, multa legantur inemendata & parum intellecta ab interpretibus: Viri docti jam pridem de nova aliqua pleniore & emendata Anthologiæ editione cogitarunt, qua non dubium est & ad Græcæ linguæ & ad Antiquitatis cognitionem, haud exiguum aliquid posse accedere. Vetusti ejusmodi ac plenioris Codicis meminit Josephus Scaliger in Epistola ad Gruterum CCCCXXX. *Audivi non semel ex Francisco Porto Cretensi, optimo & eruditissimo sene, se in manibus Nicolai* * *Sophiani hominis Græci integrum ἀνθολογίας codicem summæ vetustatis vidisse, in quo omnia illa Epigrammata, quæ narras, exstabant, quæ non dubium est propter prætextata verba & obscenitatem à Planude Monacho damnata fuisse.* Anthologiam novam ex codicibus Vaticanis se editurum pollicitus est Vir nobilissimus *Lucas Langermannus*, teste Colomesio p. 515. ad Gyraldi dialogum extremum de veterum Poetarum Historia. Cumprimis autem dolendum quod *ὁ πάνυ Salmasius* institutum non peregit, qui testatus est se optimi libri Palatini ope (qui nunc est in Bibl. Vaticana) aliquot millia optimorum Epigrammatum partim in lucem editurum, partim nitori suo restituturum, ad Trebellii Pollionis Claudium c. 5. T. 2. scriptor. Hist. Augustæ p. 361. Passim idem vir doctus in scriptis suis, ad Solinum præcipue & ad illos quos dixi Historiæ Augustæ scriptores inedita Epigrammata Græca producit & explicat, & non tantum editionem Anthologiæ integræ sed & ad eam commentaria molitum se innuit, ut p. 262. ad Tertull. de pallio. Confer etiam si placet Josephi Scaligeri ad Salmasium Epistolam CCXLV. & seq. quibus inter alia eum monet ut addat Epigrammata, quæ passim apud auctores Veteres leguntur, & alia præterea quæ in Veteribus Inscriptionibus exstant. Vidi in Bibliotheca Gudiana Salmasii Suidam, in cujus ora libri præcipue notaverat quæ ad Epigrammata facerent, Suidas enim innumeras lacinias tum ex edita tum ex inedita Anthologia, ut notum est, adducit. Verum ea loca diligentissime observata & erudite excussa sunt à præclaro Suidæ editore nupero Ludolpho Neocoro. Non pauca inedita Epigrammata difficillima, Arithmeticos complexa griphos, ex libro Salmasiano descripsit, & versione sua ac notis illustrata edidit eruditissimus *Claudius Bachetus Meziriacus* ad Diophantum p. 262. seq. *Johannem* quoque *Laurem ber-*

* *Michaelis Sophiani* legendum, ut notavit Colomesius c. 18. cimeliorum literariorum.

2011 Ministerio de Cultura

bergium Græca Epigrammata non dissimilis argumenti cum interpretatione sua & commentariis edidisse constat Hafniæ 1640. 4. Sed illorum ipse est auctor. Planudis Anthologiam variis ineditis * locupletatam, latinis versibus interpretatus est elegantissime ut solet vir maximus *Hugo Grotius*. Ex ejus Metaphrasi quæ necdum integra vidit lucem, Epigrammata quædam produxerunt viri docti Franciscus præcipue Junius libris de pictura & catalogo Artificum, tum ad Plinium & Themistium Jo. Harduinus, ac ne alios in præsenti commemorem Franciscus Vavassor libro de Epigrammate c. 17. ubi Jos. Scaligeri interpretationem quorundam cum Grotiana confert, & Grotio palmam merito tribuit. Grotius ipse versionem suam diu pressit exspectatione Salmasianæ editionis, ut scripsit ad Salmasium A. 1633. Epistola 314. *Utinam & Anthologia prodiret: nam sola ea mora est quo minus de edenda nostra Planudeæ συλλογῆς versione cogitem, quia prius velim videre quæ abs te aut ex libris aut ex ingenii felicitate emendata sunt, ne corrupta Græca intelligendo faciam ut nihil intelligam.* Idem innuit Epistola 368. & 418. A. 1635. in quibus Salmasium rogat ut quoniam editionis spes in longum protrahatur, ne dedignetur secum castigationes suas communicare. Has ab illo impetrasse se testatur in litteris ejusdem anni mense Decembri scriptis ad Gerh. Jo. Vossium (Epist. 527.) *Cum scirem Salmasium τὸν πόνον illa eadem Epigrammata cum antiquæ fidei codicibus contulisse, impetravi ab eo quæ annotaverat, quæque ego ex conjectura notaveram, in iis vidi mihi librorum auctoritatem accedere. Nunc parata sunt omnia, ut in vulgus dari possint, Græca & latina eodem modulo quo Stobæana illa & scenica, ut velut ad duos fratres pari cultu tertius addatur.* Confer Epist. 573. & 692. adeundem Vossium; & Vossii Epistolam CCCXX. è qua videbis Blauvvium novas operi moras injecisse. Cæterum ex inedita Anthologia Græca à multis viris doctis producta Epigrammata videre licet, ut si quis ea colligere aggrediatur non exiguum numerum sit reperturus in Salmasii scriptis, Allatio de Simeonibus, sed & in Holstenii notis ad Stephanum Byzantinum, Illustris Spanhemii, Bentleique ad Callimachum, & doctissimi Neocori ad Suidam. *Petri Francii* poema Græcum ad Jacobum Goierum (Γοάρον) qui ineditam Anthologiam ad eum miserat, legitur p. 491. poematum Et videtur vir ille doctus singularem operam in Epigrammatis Græcis illustran-

* Grotius Epistola 527. ad Gerh. Joh. Vossium: *Adjeci Epigrammata non pauca præter ea quæ suæ editioni subnexerat Henricus Stephanus ex inscriptionibus & libris.*

2011 Ministerio de Cultura

lustrandis collocasse, nam in Catalogo Bibliothecæ exquisitissimæ Francianæ p. 133. memoratur editio Brodæi Basileensis cum notis MSS. & p. 138. Anthologia inedita MS. tum Editionis H. Stephani A. 1566. aliquot exempla cum notis Canteri, Palmerii, Hugonis Grotii & (quas Grotio communicaverat) Salmasii, Vulcanii, item & * Berkelii, Petri Francii & aliorum. & p. 143. editio Aldina Anni 1551. cum notis perpetuis Petri Francii. Tum editio Aldina prior Anni 1521. collata cum MS. Palatino per Sylburgium & Gruterum: præterea Florentina A. 1519. quæ olim Jani Rutgersii & Is. Gruteri fuerat, cum perpetuis observationibus & emendationibus MSS. Marci Sladi. Intelligo etiam *Petrum Menardum* ** Turonensem inter alia ingenii sui monumenta reliquisse itidem ineditam hactenus latinam Poeticam interpretationem Anthologiæ Græcæ, plus dimidia parte locupletioris. Ejus specimina quædam habes lib. 1. & 2. CPolis Christianæ præstantiss. Cangii.

Inter breve vero ut speramus optamusque tempus desiderio eruditorum de meliore plenioreque Anthologiæ editione, satisfaciet viri eruditissimi industria, tot præclaris in rem literariam meritis jam testata, JOANNIS CLERICI: hunc enim ipsummet constat esse, quem Tomo VII. Bibliothecæ selectæ p. 191. novam Epigrammatum Græcorum editionem adornare scribit hoc titulo: *Epigrammatum Græcorum Anthologia duobus libris auctior, emendata & latinis versibus reddita ab* HUGONE GROTIO, *cujus accedunt prolegomena. Subjecta sunt scholia Græca, ac notæ* Joannis Brodæi, Vincentii Opsopoei, Henrici Stephani, Petri Danielis Huetii † *& aliorum. Accesserunt collationes MSS. Codd. veterum*

* Vide Clariss. Viri Jo. Clerici Bibl. selectam T. VII. p. 210.

** Menardus hic ante paucos annos septuagenario major Turoni defunctus nihil edidit præter *Academiam principum* à juvene vulgatam in usum Delphini, qui hodie est Rex Christianissimus; & *Concordiam Chronologorum*. Gallicè Cæterum plura dicitur reliquisse in scriniis digna luce, *Vitas Philosophorum veterum tomis IV. Philosophiam Pythagoræ, Commentarium in Gellium & Anthologiam, l'Anthologie des Epigrammes Grecques, traduites en vers latins & augmentée de plus de la moitié de ce qu'on en a recueilli jusqu'à present.* Vide Memorias literarias Trivultinas sive Dombenses Anni 1701. mense Febr. p. 102. Diversus ab hoc *Jacobus Menardus* quem laudat magnus Grævius præf. ad Ciceronis Orationes: *Claudius Menardus* qui edidit indiculum de hæresibus tributum S. Hieronymo. *Hugo* denique *Menardus* Benedictinus cujus notissima eruditis scripta in Barnabæ Epist. in Sacramentarium S. Gregorii M. nupera luculenta S. Gregorii editione recusum: Dissertatio de unico Dionysio, Martyrologium Benedictinorum & Concordia Regularum Benedicti Abbatis Anianensis &c. Obiit Paris. 1644. 21. Jun.

† Ha-

2011 Ministerio de Cultura

terumque editionum & animadverſiones. Quo apparatu autem hoc opus aggreſſus ſit, ipſe teſtatur his verbis, quæ non dubito Gallice ſubjicere, cum illam lingvam pauciſſimi hodie ignorent. *Pour commencer par le texte Grec, celui qui a entrepris cette edition, a l' exemplaire de Grotius, dans lequel ce grand homme a corrigé de ſa main quantité d' endroits, & ſur lequel il ſe reglera parce qu' il mettra a coté ſa belle verſion latine de cet ouvrage. Neanmoins il ne ſe contentera pas de cela, parce qu' il a là deſſus des ſecours que Grotius n' a pas tous eus. Il a un exemplaire collationné par Sylburge & par Gruter, avec un Manuſcrit de la Bibliotheqve Palatine, qui eſt apparement à préſent dans celle du Vatican; & dans ce MS. il y avoit divers auteurs des Epigrammes qui ne ſont point dans les editions communes, des vers entiers ſuppleez, & quelqves Epigrammes qui n' ont jamais été publiées. Outre cela, on a l' anciennne edition de Florence de MCCCCXCVII. qui eſt toute en lettres capitales, & qvi paroit étre la premiere de toutes. On a encore diverſes anciennes editions, d' Alde, des Juntes, de Badius &c. ſans parler de celles d' Etienne, de Froben & Vechelius, avec les notes de Brodæus & Opſopoeus. On a eu auſſi ſoin de faire acheter dans l' Auction de la Bibliotheqve de feu* Mr. Francius *Profeſſeur en Eloquence à Amſterdam, tous les exemplaires de l' edition d' Etienne, qv' il y avoit, avec les remarques de divers ſavans hommes écrites aux marges. Tout cela ſervira beaucoup à établir la veritable maniere de lire du Texte, & l' on en rendra compte tres-exactement dans les notes nouvelles, ou l' on mettra toutes les varietez de qvelqve conſequence. Grotius avoit eu ſans doute connoiſſance du MS. Palatin, ou de qvelque autre, car il y a beaucoup de ſes corrections & de ſes ſupplemens, qui s' y rapportent. Outre cela il avoit eu de qvelcun, peut étre de Saumaiſe, diverſes Epigrammes qui n' ont point été imprimées, & dont il a fait une addition conſiderable à la fin de ſon exemplaire. On a reſolu de faire des additions d' Henry Etienne & de celle là un* livre VIII. *car comme l' on ſait, il n' y a que VII. livres dans les editions ordinaires. De plus on a de quoi faire un livre IX. de diverſes Epigrammes anciennes, que l' on tirera d' un Recueil MS. d' Epigrammes, qve leur extreme obſcenité ne permet pas de publier toutes. On en prendra ſeulement ce qui peut paroitre aux yeux des honétes gens.*

Ceux

† Harum notarum quibus Jos. Scaligeri caſtigationes inſertæ ſunt, mentio occurrit in literis Illuſtris Huetii ad petrum Francium datis Abrinciæ 3. Eid. Sept. A. MDCXCVIII. *Nunc quidem penes me non eſt in hoc ſeceſſu Anthologiæ exemplar* Scaligeri *notis auctum de quo ſcribis - - perpaucæ ſunt notæ illæ & ſatis leves. Sed quid bonæ frugis eſt, relatum à me fuit inter obſervationes quas ante annos aliquot expreſſit à me Grævius noſter, & oppreſſit calamitas temporum.* Inter Epiſtolas ad P. Francium p. 434.

2011 Ministerio de Cultura

Ceux qui liront la verſion de Grotius, *admireront* *egalement & le génie heureux & la patience de cet excellent homme; qui a traduit tout ce livre en autant de vers, qu' il y en a dans l' Original, qu' il égale tres-ſouvent & qu' il ſurpaſſe méme quelque fois. Pour les additions nouvelles qu' il n' a pas traduites parce qu' il ne les avoit pas, on les mettra ſeulement en proſe; auſſi bien qu' un endroit de l' Edition d' Etienne * qu' il n' a pû traduire. On aime mieux en uſer ainſi, que de joindre à Grotius des vers qui n' egaleroient pas les ſiens, & d' ailleurs les lecteurs n' y perdront rien pour l' intelligence de l' Original. Il y aura d' abord une tres-belle preface de Grotius, ou il traite & de l' Anthologie & de la verſion qu' il en a faite.* Les notes *ſeront ſous le Texte, & outre toutes celles qui ont été imprimées ſur ce recueil & dont le titre parle, (1) l' Auteur aura ſoin de ramaſſer de tous les plus illuſtres Critiques les endroits dans lequels ils ont eclairci ou corrigé quelque paſſage d Anthologie: (2) il recueillera toutes les varietez de lecture de diverſes editions qu' il a pû trouver, toutes les conjectures & les explications qu' il jugera bonnes, des marges des exemplaires qu' il a, & les confirmera par de nouvelles raiſons; ou s' il y en a de fauſſes, qui puſſent tromper quelcun, il ne manquera pas de les réfuter en peu de mots. (3) il ajoutera diverſes remarques qu' il a faites lui méme ſur quantité d' endroits de l' Anthologie. Pour les* ſcolies Greques *je ne ſai pas ſi elles ſont anciennes, mais aſſurement elles ne le ſont pas ** toutes, puisque* Henri Etienne *y eſt quelque fois cité comme à la page* 264. (de l'edition de Wechel) *Ces ſcolies reſſemblent fort à celles de Biſet ſur l' Ariſtophane, & elles pourroient bien être de lui ou de quelque autre habile moderne de ſon tems.*

* Pag. 488. ſeq Vide quæ infra in Catalogo Poetarum Epigrammatariorum, ubi de Paulo Silentiario.

** Recte hoc notatur à Viro doctiſſimo. Totus enim ſcribendi genius, latiniſmi, & ratio allegandi ſcriptores docent hæc ſcholia compoſita eſſe non à Græco antiquo, ſed Gallo aliquo vel Italo XVI. ſæculi Varias lectiones notat auctor quisquis fuit non tantum è codicibus ſcriptis, quorum duos potiſſimum evolviſſe videtur, unum ἀρχαιότατον ἀντίγραφον Παύλου τοῦ Βυκάρεως ἐν Παταβίῳ pag. 43. ſed etiam ex impreſſis Anthologiæ editionibus p. 426. ἐν ἄλλοις βιβλίοις εὑρίσκεται μόνον εἰς Κράτητα ἐκτυπωθέν. Planudes allegatur p 589. Arſenius p. 14. Interdum inemendata ſunt excuſa illa ſcholia ut p 82. ἐναίζειν legendum pro σκευάζειν. p. 150. ἐν Ἀχαϊκοῖς pro Ἀρχαϊκοῖς. p. 216 Πολυδεύκης βιβλίῳ δ' pro βιβλίων ρ'. Interdum loco mota ſunt ut p. 314. ubi ſcholion græcum exſtat quod pertinet ad Epigramma primum paginæ proximæ 315. Etiam p. 193. pro Πολυδώρῳ legendum Πολυδεύκης. Mentio enim δορυδρεπάνης apud Pollucem lib. 1. ſect. 120.

2011 Ministerio de Cultura

VII. CATALOGUS POETARUM VETERUM

Qui epigrammata Græca condiderunt.

Quibus aſteriſcus præfixus eſt, ſub eorum nomine nulla Epigrammata in Anthologia edita leguntur, in qua plurima quoque occurrunt ἄδηλα, ſive quæ nullum; multa quæ falſum auctoris nomen habent adſcriptum.

Abbianus Lucillii æqualis circa extremum ſæculi à CHRISTO nato quarti vixit, uterque enim Flaccum Rhetorem barbarum perſtringit lib. 2. Epigr. εἰς ῥήτορας. Forte autem Ammianus pro Abbiano legendum. Nam literæ β & μ frequenter in MSS. confunduntur.

Aceratus Grammaticus cujus exſtat epigramma lib. 3. c. 14. in Hectorem Homerico poemate celebratum.

Addæus ſive *Adæus Mytilenæus*. Unicum ſub hujus nomine occurrit epigramma III. 22. Num legendum *Alcæus*? Etiam in H. Stephani editione p. 421. excuſum Ἀδδαίου Μακεδόνος, quod ipſe alibi legit Ἀλκαίου. Fuit tamen & Adæus Mytilenæus, cujus liber περὶ ἀγαλματοποιῶν & περὶ διαθέσεως laudatur Athenæo. Idem forte ad quem Polemo ſcripſit, ut idem Athenæus auctor eſt. Alius Addeus Comes & Magiſter utriusque militiæ per Orientem, ad quem lex de Judæis cœlicolis & Samaritanis lib. 8. Cod. Theodoſ.

Adrianus Imperator, cujus etiam latina quædam Epigrammata exſtant. Confer Barthium XXXII. 12. Adverſar. *Græcis ſtudiis impenſe imbutum* refert Spartianus c. 1. *ingenio ejus ſic ad ea declinante, ut à nonnullis Græculus diceretur. Poematum & literarum omnium ſtudioſiſſimus - - Nam & de ſuis dilectis multa verſibus compoſuit, amatoria carmina ſcripſit.* id. c. 14. Ineditum hujus Adriani Epigramma Græcum in Trajani Imp. donaria Jovi Caſio de ſpoliis Geticis appenſa primus publici juris fecit Salmaſius ad Hiſt. Aug. T. 1. p. 133. In vulgatæ Anthologiæ codicibus lib. 1. c. 54. unicus Hadriani verſus Hexameter legitur

2011 Ministerio de Cultura

gitur in Magni Pompeji tumulum, is ipſe quem refert Dio lib. LXIX. p. 792.

Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπανίς ἔπλετο τύμβε·
Pæne caret tumulo, cui tot modo templa fuerunt.

Ægis alius ut opinor ab Ægide ſive Ægia Hiſtorico, quem laudat Clemens Alex. 1. Strom. p. 321.

Æmilianus Nicænus diverſus à Palladio Æmiliano ſcriptore latino rei ruſticæ & ab Æmiliano Mauruſio quem in Dipnoſophiſtis colloquentem inducit Athenæus. Inter tria ejus Epigrammata unum in Venerem Praxitelis, vulgata Anthologia exhibet.

Æſchylus Tragicorum Princeps cujus ἐλεγεῖα allegat Plinius XXV. 2. præter alios lib. 2. c. 16. §. 8. à me laudatos.

Agathias Myrinæus è Myrina Æolidis civitate Scholaſticus, ſub Juſtiniano Imp. clarus præter alia, de quibus libro quinto dicendi erit locus, non modo κύκλον τῶν νέων Ἐπιγραμμάτων ex aliis Poetis collegit de quo ſupra §. III. hoc capite dictum eſt, ſed & ipſe plura de ſuo Epigrammata addidit, quæ ex Anthologia edita junctim cum latina ſua verſione (ſingula enim verſibus reddidit non infeliciter) ad calcem Hiſtoriarum Agathiæ exhibet *Bonaventura Vulcanius*. Unum perquam difficile de lulu Zenonis Imp. illuſtrat Tho. Hyde in Hiſtoria Nerdiludii p. 44. ſeq. Mentio Agathiæ Epigramm. apud Tzetzen proleg. in Lycophronem & apud Suidam in μέγας Βαζιλέυς.

Alcæus Macedo, an Addæus?

Alcæus Meſſenius Philippo Regi Maced. æqualis, ſiquidem is fuit Alcæus quem epigrammate αἰτιηωμῳδεῖτο Philippus apud Plutarchum Flaminio p. 373. Confer Iſ. Voſſium ad Catull. p. 42.

Alcæus Mytilenæus cujus Epigrammata (ὑμνοπόλον enim vocat) intexuit Coronæ ſuæ Meleager. Licet aliud videtur Allatio de patria Homeric. 14. p. 1831. De hoc & aliis Alcæis dixi lib. 2. c. 15.

Alcæus Ἐπιγραμματογράφος recentior, ſub Veſpaſianis clarus. Tzetz. præf. ad Lycophronem.

Alexander Ætolus temporibus Ptolemæi Philadelphi floruit, & præter alia poemata de quibus lib. 2. c. 19. dixi, ſcripſit etiam Epigrammata ſive ἐλεγεῖα, quorum unum in Agathoclem ab Athenæo refertur XIV. p. 699. Alia tria leguntur in Anthologia. Videtur hic eſſe Alex-

2011 Ministerio de Cultura

Alexander quem inter eos laudat Meleager è quibus Coronam ſuam adornavit.

Alexis cujus decaſtichon lib. VI. Anthologiæ c. 5. exſtat, neſcio an Comicus de quo dixi ſupra lib. 2. c. 22.

Alpheus (Ἀλφεὺς) *Mytilenæus* Antipatro Sidonio junior. Macrinum Epigrammate quodam alloquitur, dubito an Imperatorem. lib. 1. cap. 12.

Ammianus Vide ſupra in *Abbiano*.

Ammonidis Ἀμμωνίδε distichon unicum exſtat lib. 2. Anthol. c. 13.

Anacreon Poeta Lyricus, cujus carminibus Coronam ſuam illuſtraſſe teſtatur ſe Meleager. De Anacreonte dixi lib. 2. c. 15.

In Anaxagoram, Lamplacenorum Epigram. epitaphium eſt apud Laert. II. 15. Corinthiorum in Periandrum. lib. 1. ſect. 97. Lindiorum in Cleobulum. ſect. 93. Prienenſium in Biantem. ſect. 85. Lesbiorum in Pittacum. ſect. 79. Lacedæmoniorum in Chilonem. ſect. 73. Epigramma neſcio cujus in imaginem Solonis. ſect. 62. & in Thaletem ſect. 39. & 34. in Linum & Eumolpum ſect. 3. 4.

Antagoras quo & ipſo uſus Meleager. Vide & Laert. IV. 21. & 26.

* *Anthemius* videtur eſſe nomen Poetæ in hoc verſu Meleagri eos è quibus coronam ſuam concinnavit celebrantis: ὡς δ' ἐλέγες Εὐπορον Ἀνθέμιον.

* *Antigonus*, cujus Epigrammata ſuæ inſeruit collectioni Philippus Theſſalonicenſis.

Antiochus, forte Ægæus Sophiſta, de quo Philoſtratus.

Antipater Macedo videtur mihi ille Antipater cujus mentio fit à Meleagro inter eos è quibus Coronam ſuam contexuit.

Antipater Sidonius paulo ante Ciceronem clarus. De eo dixi capite XV. præſentis libri. Hujus Epigrammata collectioni ſuæ inſeruiſſe videtur Philippus Theſſalonicenſis qui ſub Auguſto claruit.

Antipater Theſſalus ſive ut lib. 1. Antholog. c. 87. legitur *Theſſalonicenſis*. Hic eſt qui novem Lyricas poetrias & Alcmanem verſibus celebravit. Memorat & Archilochi & Homeri natales cultos.

Antiphanes quo in collectione ſua uſum ſe profitetur Philippus Theſſalonicenſis.

Antiphilus Byzantius cujus & ipſius Epigrammata collectioni ſuæ Philippus intexuit.

An-

2011 Ministerio de Cultura

Antiſtii unum Epigramma in Priapum agri cuſtodem lib. IV. Anthologiæ p. 478. edit. Wechel. Antiſtii Medici mentio apud Svetonium Cæſare c. 82. Antiſtii Soſiani, qui factitatis in Neronem carminibus probroſis exſilio eſt multatus, apud Tacitum XVI. 14. In Antiſtium Veterem (qui A. U. C. 747. Conſul fuit) Epigramma latinum Laureæ Tullii apud Plin. XXXI. 2.

Antonius Argivus cujus bina Epigrammata Græca exſtant in florilegio edito, in urbes dirutas utraque, Mycenas & Argos.

* *Anytes* Epigrammata fuere in Corona Meleagri. De ea dixi ſupra lib. 2 c. 15.

* *Apion* in Epigrammate. Suid. in ἀγύρτης. σπιλάδες, σφάϱαγοι, τϱίγλωα.

Apollinaris, diverſus ut exiſtimo ab Apollinari Poeta Chriſtiano.

Apollonides Smyrnæus quem Auguſti Imp. ætate vixiſſe notat Caſaubonus ad Svetonii Tiber. c. 14.

Arabius Scholaſticus ſub Juſtiniano clarus, Longinum præfectum CPol. celebrat in Epigrammate lib. 4. Antholog. p. 431.

Aratus cujus Epigrammatis Meleager uſus eſt ad Coronam ſuam concinnandam. Vide quæ de Arati ἐλεγειῶν libro dixi capite 18. hujus libri §. 9.

Arceſilai Philoſophi Epigrammata producit Laertius IV. 30. ſeq.

Archelai, (al. Aſclepiadæ) Epigramma in ſtatuam Alexandri factam à Lyſippo. Lib. IV. Antholog. p. 554.

Archias Antiochenus, pro quo exſtat Ciceronis Oratio qui mirificum illius in verſibus Græcis pangendis facultatem celebrat c. 8. Ejus Epigrammata collecta ſunt & junctim edita cum verſione *Nicodemi Friſchlini*. Ei quoque in MS. quod olim Lipſiæ inſpexi tribuitur Epigramma quod in Wecheliana editione p. 76. incipit, Σοὶ πατϱὶ Θεσσαλίῃ.

Archilochum inter eos è quibus Coronam ſuam contexuit memorat Meleager. De Archilocho dixi lib. 2. cap. 15. Elegos ejus laudat Athenæus.

Archimelus Ἐπιγϱαμμάτων ποιητὴς laudatus Athenæo, qui ejus Epigramma in navem prægrandem Hieronis mille modiis tritici à Rege remuneratum refert lib. V. p. 209.

Arenæus, Ἀϱιωσᾶ τοῦ καὶ Φεϱενδάϱεω, cujus unicum Epigramma in mulierem laſcive & procaciter ſe gerentem exſtat lib. VII. Antholog. p. 606.

Ar-

2011 Ministerio de Cultura

Argentarius. Infra *Marcus Argentarius*.

* *Arias*, hoc enim nomine Poetam Epigrammatarium innuere videtur Meleager his verſibus, ubi eos è quibus coronam concinnavit ſuam, commemorat:

Καὶ μὲν καὶ Ἀρίαν τε χυότριχα θήκατο νάρδον,
Ὑμνοθέτας ἑρμῆ δῶρον ἀειδόμενον.

Ariſto, idem ni fallor qui allegatur à Mario Victorino in arte Grammatica. vel Ariſto Philoſophus, cujus verſum in Arceſilam profert Laertius IV. 33.

* *Ariſtodemi* librum primum θηβαϊκῶν Ἐπιγραμμάτων allegat Schol. Apollonii II. v. 906.

Ariſtoteles. Vide Laertium V. 6. & quæ de peplo ei tributo dixi ſupra cap. VI. hujus libri §. 35.

* *Arriani* Epigrammata apud Athenæum allegantur. Sed legendum *Rhiani*, ut habent quoque meliores editiones.

Aſclepiades qui Epigrammate celebrat Berenicen p. 438. edit. Wechel. & Cleopatram p. 490. Non videtur eſſe idem auctor Epigrammatis in Ajacem p. 344. quod parodia in Cynicos imitatus Mneſalcas apud Athenæum IV. p. 163. & ſine nomine auctoris affert Euſthathius ad Iliad. β'. è Porphyrio.

Aſtydamas tragicus ſe ipſum epigrammate efferens Suid. & Apoſtolius in σαυτὸν ἐπαινέῃς. A. Schottus ad proverbia p. 151.

Athenæus ὁ Ἐπιγραμματοποιός. Laert. VI. 14. VII. 30. & X, 12. Tzetza proœm. ad Lycophron.

Athenodori Epigramma in Sodamidē piſcatorem lib. III. Anthologiæ p. 369.

Avtomedon cujus Epigrammatis ad ſuam collectionem concinnandam Philippus Theſſalonicenſis uſus eſt.

Bacchylides cujus carminibus Coronam ſuam illuſtravit Meleager. Dixi de eo lib. 2. c. 15.

Baſſus Lampin amicum ſuum alloquitur in Epigrammate p. 101. edit. Wechel. quod Horatius videri poſſit imitatus eſſe. Βάσσος Λόλλιος vocatur p. 244. Baſſi fuere multi, quos infra lib. VI. in Geoponicis recenſeo. Lampis haud alius occurrit quam ναυκληρικὸς ille apud Plutarchum an ſeni gerenda Reſp. p. 787. Idem Lampon videtur appellari pag. 789. Lampes Ægineta apud Themiſtium in Orat. Sophiſta p. 297.

Bia-

2011 Ministerio de Cultura

Bianor cujus Epigrammata ſuæ intexuit collectioni Philippus Theſſalonicenſis. Inter alia p. 150. luget Sardium cladem quæ motu terræ concuſſæ ſunt anno quarto Tiberii Imp. teſte Tacito II. 47. Annal. Alius Bianor cujus mentio in Chionis Epiſtola XI.

Biſantinus incertum an Beſantinous (Helladius) an Byzantinus (Antiphilus forte.) Huic male etiam in codice MS quem olim Lipſiæ inſpexi tribuitur diſtichon quod p. 33. edit. Wechel. Theognidi reſtitutum eſt.

Boethus Tarſenſis Poeta Straboni XIV. pag. 675. memoratus. Pyladem pantomimum ſub Auguſto Imp. celebrem effert epigrammate quod legitur lib. 1. Antholog. p. 23.

Callias Argivus cujus unicum tetraſtichon exſtat in Polycritum compotorem p. 243.

Callicerus Rhodonem Medicum furacem perſtringit diſticho quod legitur p. 217.

Callimachus cujus Epigrammatis uſus etiam Meleager ad coronam ſuam contexendam. De iis dixi capite 19. hujus libri.

Callinus cujus ἐλεγεῖα ab Athenæo allegantur XII. pag. 527. Nomen ejus quandoque cum Callimacho confunditur.

Carphylides cujus elegans Epigramma in ſenem ſingulari felicitate vitæ & conjugii uſum legitur p. 279. edit. Wechel.

Carpyllides, idem ut videtur, cum ſuperiore.

Cerealis Epigramma unicum ſed ſcitum ac prudens in Rhetorculos obſcura affectatione ineptos exſtat p. 246.

Chæremon inter eos laudatus à Meleagro è quibus Coronam ſuam adornavit. Ineditum ejus Epigramma in Eubulum Athenagoræ filium produxit Cangius addendis ad CPolin Chriſtianam p. 193.

Chreſtodorus Copites Thebanus, cujus Epigrammata de imaginibus in Gymnaſio CPolitano Zeuxippo dedicatis leguntur libro V. Anthologiæ. Vide Suidam in Ζεύξιππος. Vixit Chriſtodorus poſt Leonem Thracem ſub Anaſtaſio Dicoro, ut ex epigrammate in Pompeji ſtatuam collegit præſtantiſſimus Cangius in CPoli Chriſtiana lib. 1. p. 91. quem vide de Zeuxippo erudite differentem.

Claudianus inter latinos Poetas celebratiſſimus Græca quoque Epigrammata non infeliciter compoſuit, quæ in Barthii & aliis quibusdam editionibus collecta leguntur.

2011 Ministerio de Cultura

* *Cleobulines* ænigma è commentariis Pamphilæ producit Laertius lib. 1. sect. 91.

* *Cleobuli* Epigramma in Midæ Mausoleum. ibid. sect. 89.

Cometas Scholasticus & chartularius, idem ni fallor de quo dixi lib. 2. cap. 2. §. 21.

Cornelius Longinus.

Cosmas Mechanicus (leg. *Monachus.*) Præter Cosmam Ægyptium de quo supra c. 25. fuit etiam Cosmas Poeta Hagiopolites sive Hierosol sæculo VIII. post natum CHRISTUM auctor Hymnorum & Psalterii Davidici versibus Politicis redditi, tum Cosmas Βεσήτωρ sive Vestiarius, auctor quarundam Orationum.

Crates Philosopus Cynicus, cujus quædam apud Laertium & Julianum leguntur. Vide quæ de illo supra c. 13. hujus libri.

Crinagoras Philosophus cujus Epigrammata collectioni suæ intexuit Philippus Thessalonicensis.

Cyllenius Petianus.

Cyrillus, Grammaticus ille fortassis cujus Glossæ feruntur & cui vocabulorum diverse σοφιστικῶν ἐπιφωνημάτων nonnulli tribuunt.

Cyrus Κῦρος ὁ ἀπὸ Πανόπολεως Flavius Cyrus qui CPoli Consulatum gessit Anno CHRISTI CCCCXLI. Est & alius qui vulgo Vocatur Cyrus, cujus verum nomen est Theodorus Prodromus (Κῦρος enim recentioribus Græcis pro Κύριος positum, Dominum significat) qui sub Jo. Comneno vixit & cujus Epigrammata Græca aliaque Poemata viderunt lucem Basileæ 1536. 8. De hujus scriptis dixi infra libro V. Nescio an alius κῦρος ὁ ποιητὴς lib. IV. Anthologiæ pag. 493.

Damagetus cujus Epigrammatis usus est Meleager cum Coronam suam necteret.

Damocharis sive *Democharis* Grammaticus CPoli vixisse videtur sæculo quinto vel sexto post natum CHRISTUM.

Damascius cujus unicum distichon habemus in funus Zosimæ servæ p. 341. diversus ni fallor à Philosopho de quo Photius ac Suidas.

Daphitas sive *Daphidas* Telmissensis Grammaticus ob maledicentiam fixus cruci jussu Attali, Pergami Regis. Versiculos ejus Regi injurios servavit Strabo XIV. p. 647. De eodem meminere Cicero de fato, Valerius Max. lib. 1 c. 8. Hesychius illustris & Suidas.

Demantes, cujus Epigramma de Theano interim dum ejus maritus Apellichus navigaret mortua exstat p. 336.

De-

2011 Ministerio de Cultura

Demaratus junior, Spartanus, qui Hadriani vel Germanici Cæsaris Epigramma quo Romanos Græcorum victores celebraverat repressit parodia ex Homero & Archilocho. Vide Anthologiam p. 145.

Demetrius Bithynus in Myronis bovem epigrammata scripsit quæ leguntur p. 444. edit. Wechel. Alius Demetrius Poeta cujus versus profert Laertius V. 85.

Democharis. Vide paulo ante, *Damocharis*.

Democritus Epigrammatum poeta σαφὴς καὶ αἰθηρὸς, laudatus Laertio IX. 49. Ejus unicum epigramma supereſt p. 465. in Venerem è mari emergentem.

Demodoci nomine tria Epigrammata leguntur lib. 2. c. 43. sed primum quod incipit καὶ τόδε Δημοδόκου apud Strabonem & Eustath. ad Dionys. Phocylidi tribuitur & non de Chiis sed de Leriis agit, ut in Græcis Scholiis notatum. De Demodoco Lerio dixi nonnulla lib. 1. c. 5. §. 7.

Diodorus Sardianus cujus Epigrammatis Philippus Thessalonicensis suam locupletavit collectionem.

Julius Diocles. Infra in Julius.

Diocris in Myronis bovem p. 444.

Diogenis Phrygis Episcopi Amiseni in tumulum filii. p. 375.

Diogenes Laertius qui in opere de Philosophis, quod exstat, passim Epigrammata ex pammetro suo refert. Pammetrum ipsum non videtur Planudes vidisse, sed epigrammata quæ in Anthologiam retulit è libris de vita Philosophorum petiisse. De Diogene Laertio dicetur infra libro IV. Idem refert & aliorum quædam epigrammata suo loco notata & nonnulla sine nomine, ut in Pythagoram Athletam VIII. 48. in Epicharmum, 78. in Heraclitum IX. 16.

Qui Dionysio p. 32. Anthologiæ tribuitur versus ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δ' ἐπαύεσθαι, Timonis est apud Athenæum XIII, cui etiam tribuit Grotius in Ecclesiastæ III.

* *Diogeniani Heracleotæ* Grammatici qui sub Adriano Imp. claruit Ἀνθολόγιον Ἐπιγραμμάτων memorat Suidas.

Dionysius Cyzicenus Eratosthenis Cyrenæi funus Epigrammate decoravit quod legitur p. 420.

Dionysius Sophista, idem fortassis Antiochenus cujus Epistolæ exstant.

* *Dionysii Æmei* (χαλκοῦς) Ἐλεγεῖα. Athen. X. p. 443. XV. 668. Sed non

2011 Ministerio de Cultura

magis ea huc ſpectant quam Critiæ, vel Hermeſianactis, Melanthii & Xenophanis, quæ apud eundem laudantur.

Dioſcorides Poeta Meleagro antiquor qui ejus epigrammatis uſus eſt ad texendam ſuam coronam.

Diotimus cujus Fpigrammatis idem Meleager coronam ſuam exornavit. Vide & Salmaſ. ad Tertull. de pallio p. 262.

Dorieus (Δωριεὺς ὁ ποιητὴς) cujus epigramma in Milonem Athen. X. p. 412.

Duris Eleates ſive (ut Steph. Byz. in Ἔφεσος) Ἐλεάτης. Epigramma in Pherecydem è Duridis ſecundo τῶν ἱερῶν refert Laertius lib. 1. ſect. 120.

Empedocles Philoſophus cujus Epigramma in Pauſaniam exſtat apud eundem Laertium VIII. 61. & in Acronem Medicum, 65. Empedoclis itaque nomen addendum in Anthologia pag. 348. edit. Wechel.

Epigonus Theſſalus, paucorum ſed non inelegantium epigrammatum auctor, quale eſt illud p. 121. quo ait multos etiam ſi vinum non bibant inſanire, Φεῦ, τίνες ὕδωρ πίνοντες μανίῃσι σώφρονα μαινόμεθοι!

Eratoſthenes junior ſub Juſtiniano Imp. clarus, cus Epigramma in funus Anaſtaſiæ legitur p. 374. Idem videtur auctor diſtichi in Xenophontem ebrioſum p. 571. Eratoſthenes Scholaſticus appellatur pag. 606.

Erinna Lesbia cujus Epigrammata Meleager ſnæ implexuerat coronæ. De ea dictum lib. 2. c. 15.

Erycius. Vide Puteani diatribam de Erycio cap. 7. & Menagii amœnitates juris p 198.

Etruſci Meſſenii Epigramma in Hieroclidam piſcatorem. lib. 3. Anthol. p. 359.

Sub *Euclidis* nomine Griphus occurrit inter Epigrammata ab Aldo Anthologiæ ſubjuncta, neque vero Euclides mihi auctor eſſe videtur, ſed ænigma veluti proponi ſolvendum Euclidi: εἰπὲ τὸ μέτρον ἄρτε γεωμετρίης Πτίσσω.

Qui deinde ſeqvuntutur verſus in ſeptem planetas, leguntur etiam in Eclogis Stobæi, & velut ante non editi in Gronovii Viri Cl. notis ad Manethonem.

Euenus cujus Epigrammata Philippus Theſſalonicenſis in ſuam collectionem retulit. Huic Eveno tribuebatur etiam in Codice quem evol-

2011 Ministerio de Cultura

evolvi Lipsiæ, Epigramma quod exstat p. 18. edit. Wechel. & incipit κήν με φάγῃς. De Eveno dicere me memini lib. 2. c. 11. §. 7.

Eugenis jambi in Anacreontem exstant p. 507. ex Leonida ut videntur expressi.

* *Evhemerus* perantiqvus scriptor Historiam Deorum contexuit ex inscriptonibus (Epigrammatis) sacris quæ in templis habebantur, ut refert Lactantius lib. 1. c. XI. De Evhemero ipso quem Deorum Ethnicorum comtemtorem Atheis plerique accensent, & de ejus opere quod latine olim convertit Q. Ennius, vide elegantissimum scriptorem & eruditissimum Hieron. Columnam ad fragmenta Ennii p. 312. edit. præclaræ Wetstenianæ.

Evodus Εὔοδος.

* *Euphemus* cujus Epigrammatis suam se exornasse coronam innuit Meleager. Εὐφήμου τ' ἀμμόχροον παίγνιον.

* *Euphorion* cujus Epigrammatis idem usus est Meleager ad coronam suam concinnandam.

Eupithius Athenienſis Grammaticus ὁ σίξας τὴν καθόλου (scil. τέχνην,) qui Herodiani Grammaticum opus interpunxit & recensuit. Vide p. 35. edit. Wechel.

Euripides Tragicus cujus Epigramma refertur etiam ab Athenæo.

Eustathius in suis ad Homerum commentariis Epigrammata quædam producit sine nomine auctoris, ut in aquas insalubres Dienses p. 280. C. edit. Rom. In Ajacem, è Porphyrio. p. 285. A. In Nestorem p. 296. B. in Timotheum Citharoedum. pag. 313. A. In Erinnam Poetriam. p. 327. A. In Arcadionem. p. 746. C. in Linum p. 1163. C. In Hecaten. p. 1197. B. In tripodem à Diomede Apollini sacratum. p. 1313. C. In Archilochum. pag. 1320. A. In Nioben. p. 1368. In Phyallum Crotoniatem p. 1591, 54. In Medicum Acronem. p. 1634. 10. Vide & p. 1400. 13. & 1457. 23.

Evtolmius Illustris.

Flaccus (infra in *Statilius.*)

Gabriel præfectus CPolis, * in cujus imaginem Epigramma Leontii legitur initio libri quarti Anthologiæ. Lusit & ipse versibus in Amorem qui in libo pipere insparso effictus erat dormiens. p. 471.

Gætus nisi sit truncum nomen Γαϊτ. pro Γαϊτυλίς.

Gætulius sive *Getulicus*. *Lentulus Gætulicus* de quo Plinius lib. V. Epist. 3.

* Vide supra p. 512.

2011 Ministerio de Cultura

Martialis præf. libri 1. Epigrammatum. Vide Sirmondum ad Sidon. p. 243.

Galli in Tantalum Hexaſtichon p. 447. edit. Wechel.

Gavrades cujus carmen Doricum poſtremas ſingulorum verſuum ſyllabas recantans produxit etiam Politianus c. 22 Miſc.

Geminus infra in *Tullius Geminus*.

Germanicus Cæſar quem non latino tantum ſed Græco etiam carmine valuiſſe conſtat.

Getulius ſive *Getulicus*. Vide paulo ante *Gætulius*.

Glaucus Athenienſis cujus epigramma in Baccham inſanientem à Scopa ſculptore effictam exſtat p. 436. & cum Grotii verſione apud Franciſcum Junium in Catalogo artificum p. 197. Idem mihi videtur cum Glauco Sophiſta quem laudat Philoſtratus 2. de Sophiſt. pag. 597.

Hedylus Siculus eſt inter eos è cujus Epigrammatis coronam ſuam Meleager concinnaſſe ſe profitetur. Eadem laudantur ab Athenæo.

Hegeſippus cujus Epigrammata itidem Meleager ſuæ Coronæ intexuit.

Heraclides Sinopenſis Ἐπιγραμμάτων ποιητὴς λιγυρὸς Laertio V. 64. memoratus.

Hermes Tryphon. Infra in Tryphon.

Sub *Hermetis Trismegiſti* nomine vel *Orphei* Carmen περὶ σεισμῶν legitur in appendice jam ab Aldo libris ſeptem Anthologiæ ſubjecta. De eo dixi lib 2. c 9. §. 7. & cap. 18 § 6.

Hermocreon cujus bina exſtant Epigrammata unum p. 7. in fontem Nymphis ſacratum, alterum p. 41. in ſtatuam Mercurialem ſub platano dedicatam à Nicagora quodam, dubito an illo qui Ἐλευσινίῳ ἱερῷ κήρυξ vocatur à Philoſtrato p. 623. de Sophiſt.

Hermodori Epigramma in imaginem Veneris, lib. VI. Anthologiæ pag. 464.

Herodicus Babylonius cujus Cratetii Grammatici in Ariſtarcheos legitur Epigramma apud Athenæum in extremo libri V. Dipnoſophiſt.

Hipponax. Vide p. 31. edit. Wechel.

Homeri in Midam Epigramma pag. 319. exſtat, ſed integrius exhibet H. Steph. in appendice p. 16. De illo vide Tollium ad Longin. p. 199. De aliis epigrammatis Homero tributis dixi lib. 2. c. 2. §. 5. Omitto illud quod apud inferos compoſuiſſe ſibi eum fingit Lucianus 2. Veræ Hiſt. T. 1. p. 681.

Tibe-

2011 Ministerio de Cultura

Tiberius Illus. infra in *Tiber.*

Joannes Grammaticus p. 494. forte Tzetzes, qui perinde ut Philoponus hoc venit nomine. Sed è Lambecio & aliis constat plures fuisse olim Johannes cognomento Grammaticos.

Joannes Poeta Barbucallus Hispanus qui inter alia Beryti conflagrationem deflevit, Synesii Scholastici æqualis. Vide lib. IV. Antholog. p. 431.

Jon Chius cujus ἐλεγεῖα laudat Athenæus, Laert. II. 121.

Isidorus Ægeates p. 357.

Isidorus Scholasticus p. 553.

Julianus Imperator, de quo infra libro V.

Julianus Antecessor idem forte cui Priscianus qui sæculo medio sexto Grammaticam docuit CPoli, libros suos inscripsit.

Julianus præfectus Prætorio (ὑπὲρ ὑπάρχων) sub Justino Imp. Vid. p. 279. Ægyptius. Fuit & alius Julianus præfectus Ægypti sub Theodosio Magno. Confer Jac. Godofredum ad Codic. Theodosian. T. VI. p. 369. ubi de pluribus Julianis.

Julianus (sive ut p. 106. Julius) *Diocles* p. 567.

Julius Leonides p. 105. edit. Wechel.

Julius Polyænus p. 50. & 59.

Laurea Tullius infra in *Tullius.*

Leo Philosophus Imperator de quo infra lib. V.

Leonides Tarentinus cujus Epigrammata quæ plurima superstunt suæ jam coronæ innexuerat Meleager. De eo p. 94. & 408.

Leonides Alexandrinus sub Marco Imp. clarus vide p. 562. seq.

Leonteus Λεοντεύς. p. 69.

Leontius Scholasticus CPoli vixit & inter alia Gabrielem præfectum Epigrammate decoravit quod legitur p. 430. Allegatur in Geoponicis.

Cornelius Longinus p. 453. 555.

Lucianus Samosatensis de quo dixi lib. IV.

Lucillius cujus plurima Epigrammata exstant. σκωπτικὰ pleraque & ναυαρχικὰ ut notavit Casaubonus c. 6. lect. Theocrit. Cum Lucillo Tarrhæo proverbiorum scriptore præter rem ni fallor confundunt Viri docti. Ætatem ejus cognoscas ex eo (p. 86. edit. Wechel.) quod fecit in funere *Magni* Medici, illius ni fallor qui Galenum epigrammate decoravit p. 485. diu post, sub extremum nempe sæculi quarti à CHRISTO nato clarus, de quo dixi ad Eunapium. Potamonem malum Poetam & Hermogenem chirurgum & Medicum pessimum perstringit Lucilius p. 237. 217.

Lul-

2011 Ministerio de Cultura

Lullius Bassus. Supra in *Bassus.*

Macedo. Vide *Philippus.*

Macedonius Consul Agathiæ & Pauli Silentiarii æqualis, teste Suida in Ἀγαθίας.

Quintus Mæcius sive *Metius* cujus varii in Priapum & Cupidinem lusus exstant, Etrusci Messenii æqualis fuisse videtur, quoniam & ipse Hieroclidem piscatorem epigrammate celebrat p. 117. Alius *Metius Tarpa*, Criticus, auditor assiduus poematum & poetarum qui carmina sua in æde Apollinis vel Musarum prælegebant. De hoc agunt viri docti ad Sveton. Augusto c. LXXXIX. & ad Horatium I. Sat. X. 38.

Magnus Medicus, vide supra in Lucilio.

Marcus Argentarius p. 414. & 622.

Marcus Pompejus. infra in *Pompejus.*

Marianus Scholasticus cujus Epigramma εἰς ἔρωτα ἐστεφανωμένον illustrat Begerus I. thesauri Brandenb. pag. 39. Alius Marianus Lupercaliorum poeta latinus, cujus fragmentum emendatur à Rutgersio pag. 79. Var. lect.

* *Melanippidis* Epigrammata suæ se coronæ implexuisse testatur Meleager.

Meleager Gadarenus Coronæ Epigrammatum quam concinnavit è variis Poetis sua & ipse adnexuerat. De eo satis dictum fuit supra §. 1. hujus capitis. Floruit sub Seleuco VI. Syriæ Rege annis ante CHRISTUM natum fere 100. Bina in eum epigrammata leguntur p. 405. seq. Anthologiæ edit. Wechel.

Menandri junioris distichon exstat p. 287. Menandri Byzantii Epigramma in Menandrum Comicum legitur apud Scholiasten Hermogenis, quod produxi supra lib. 2. c. 22.

Menecrates Smyrnæus, cujus Epigrammatis Meleager suam illustravit coronam.

Mesomedis carmen in vitri conflationem p. 517. (lyricis numeris digestum à Salmasio ad Julii Capitolini Antoninum Pium c. 7.) Hic fuit Mesomedes Cretensis quem Poetam Hadriano Imp. carum ejusque libertum§, præter alia μέλη composuisse laudem Antinoi testatur Suidas. Citharicorum carminum Musicum Poetam vocat Hieron. Chron. ad A. MMCLX. Lyricum Poetam Capitolinus

2011 Ministerio de Cultura

nus loco laudato, ubi Antoninum narrat ſalarium ei imminuiſſe. Ejus Ænigma antea ineditum vulgavit Salmaſius ad Capitolin.

Metrodorus Joannem quendam alterum veluti Solonem celebrat p. 434. & Poſidippi epigrammati de vitæ genere deligendo contradicit p. 28. De variis Metrodoris dixi infra in Catalogo Epicureorum. Merrodorus vero iſte Epigrammatum Poeta Chreſtodori & Juliani Ægyptii æqualis fuiſſe videtur, ſiquidem Joannes iſte idem eſt qui à duobus his celebratur p. 279.

Michaelis Grammatici (forte Pſelli) Epigramma p. 514. in Agathiam Rhetorem ac Poetam, ejuſque parentem Memnonium.

Mimnermus Solonis æqualis, Vide Laertium lib. 1. ſect. 60. De Mimnermo dixi lib. 2. cap. 11. §. 7.

Mnaſalcas Sicyonius cujus epigrammatis coronam ſuam veluti floſculis exornaſſe ſe ſcribit Meleager. Laudat & Athenæus IV. p. 163.

Moſchus Bucolicon ſcriptor, de quo ſupra cap. XVII. hujus libri.

Muſicius ſub cujus nomine Epigramma exſtat p. 20. edit. Wechel, quod alii referre malunt ad Platonem.

Myrinus. p. 193. & 410.

Myro Byzantia cujus Epigrammata ſuæ coronæ intexuiſſe ſe teſtatur Meleager. De ea dixi lib. 2. c. 15.

* *Neoptolemus Parianus* ἐν τῷ περὶ Ἐπιγραμμάτων. Athen. X. p. 455.

Neroni Imp. p. 305. tribuitur vox inhumana ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, quæ auctorem habet nec Neronem nec Tiberium, licet utriq; probata. Vide Dionem LVIII. p. 634. Svetonium Nerone c. 38. Excerpta Peireſc. p. 802. Suidam in Τιβέρ.

Neſtor, idem ni fallor, de quo Heſychus Illuſtris & Suidas.

Nicænetus Abderites ſive *Simius* è cujus epigrammatis Coronæ ſuæ aliquid decoris afferre conatus eſt Meleager. Laudatur ab Athenæo XV. pag. 673.

Nicandri verſus qui p. 125. Anthologiæ legitur eſt in Theriacis 767. Epigramma in Othryadem Spartiatam p. 299. De Othryade agit Loenſis II. 5. Epiphyllid. & Meurſius IV. 13. Miſc. Lacon

Nicarchus cujus plura epigrammata exſtant. Ex his p. 215. ſeq. quibus perſtringit malos Medicos ſui tēmporis, Phidonem, Diodorum, Agelaum, Alexin, & Zopyrum quo poſtremo nomine Medicum Epicureum Plutarcho memorari notavit Brodæus. Sed Nicarchus hic Plutarcho junior eſt & ſub CPolitanis Imperatoribus ſcripſit

2011 Ministerio de Cultura

pſit ut colligas ex Epigrammate ejus in Dulcitium Procos. p. 278. Alius Nicarchus longe antiquior quem ab Ariſtophane perſtringi notavit Suidas in μικρόςγς μῆκ@ & φανῶν.

Niceratus cujus Epigramma in Cratinum vinoſum Poetam p. 122.

Nicias Meleagro antiquior qui ejus Epigrammata ſuæ intexuerat coronæ.

Nicomedis Epigramma in Hippocratem (quod alii Codices tribuunt Baſſo) p. 85.

Nili Scholaſtici in imaginem Satyri ex opere muſivo p. 480.

Noſſis cujus Epigrammata Coronæ ſuæ inſeruiſſe ſe teſtatur Meleager. De ea dictum lib. 2. c. 15.

Oenomai (diverſi, ut ſuſpicor, à Cynico hujus nominis de quo ſupra c. XIII.) in Cupidinem pateræ inſculptum. p. 490

Oneſtus Corinthius, male alicubi *Oreſtus*.

Palladas de cujus ætate conſtat ex epigrammate quod compoſuit in Themiſtium, cum præfectus CPoleos factus eſſet ſub Valentiniano & Valente. p. 274. edit. Wechel. Meminit Palladæ Tzetzes præf. ad Lycophronem.

Pancratius ſive *Pancrates* cujus epigrammatis ſuam ſe exornaſſe coronam Meleager refert.

Pamphilus cujus Epigrammata itidem ſuæ coronæ intexuerat Meleager.

Pantelii in Callimachum & Cynægirum Epigramma p. 13. omiſſum legitur in calce edit. Wechel.

Parmenion Macedo (non ille Alexandri dux ſed Parmenio alius junior) cujus Epigrammata ſuæ implexuit collectioni Philippus Theſſalonicenſis. Erit tamen forte qui duci illi tribuendum non negaverit Epitaphium diſtichon in Alexandrum quod legitur p. 347. edit. Wechel.

* *Parthenis* cujus Epigrammatis ad ſuam adornandam coronam Meleager uſus eſt.

Paulus * *Silentiarius* ſub Juſtiniano Imp. clarus, cujus plurima epigrammata referuntur. Sed & in appendice ab Aldo A. 1519. adjuncta comparent ejusdem ἡμίαμβα δίμετρα καταληκτικὰ in Thermas Pythias, ita vero excuſa ut bini verſiculi juxta in una ſerie legendi

* De dignitate & officio Silentiariorum in Aula CPolitana vide utrumque Cangii gloſſarium.

2011 Ministerio de Cultura

gendi positi sint, sed in posterioribus editionibus perperam singuli ad imum paginæ pergendo desuper lecti conjunctique sunt & totum poema inde sic perturbatum ut nullus exsculpi possit sensus, quamobrem à Grotio etiam sine interpretatione est omissum. Vide Jo. Clerici Viri Cl. Bibl. selectam T. VII. p. 209. seq. *Federicus* vero *Morellus* ordini genuino restitutum poema edidit separatim eodemque carminis genere reddidit Paris. 1598. 8. folio, ut solet, fugitivo. Ante Morellum *Bonaventura Vulcanius* idem Silentiarii poemation nitori suo restitutum Græce subjecit Gregorii Cyprii encomio maris Lugd. Bat. 1691. 8. Henricoque Stephano inscripsit his verbis: *Mitto tibi pro Musa tua Principum monitrice* ἀντίδωρον *Pauli Silentiarii carmen, quod in Anthologia Epigrammatum Græcorum pessime ab aliquo typographiæ tuæ* ἐπισκόπῳ *habitum (neque enim adeo crassum ἁμάρτημα in religiosam tuam diligentiam cadere potest) à me restitutum & brevibus aliquot notis Græcis* Emanuelis *nisi fallor* Chrysoloræ *illustratum tuo nomini inscripsi.* Exstat & ejusdem Silentiarii descriptio sive ἔκφρασις Poetica templi CPolitani S. Sophiæ de qua dicam infra lib. V. inter scriptores Historiæ Byz.

Pausanias in descriptione Græciæ plura refert Epigrammata quæ olim anathematis & aliis monumentis antiquis inscripta reperit. Eorum accuratum & pleniorem quam est in præclara editione Lipsiensi indicem dabo infra lib. IV.

Perses cujus Epigrammata Meleager suæ intexuit coronæ.

Cyllenius Petianus, p. 114. edit. Wechel.

Phacellus. p. 365.

* *Phædimus* inter eos laudatus à Meleagro è quibus Coronam suam composuit. Vide & Steph. Byz. in Βίζανθη.

Phaennus cujus Epigrammatis Meleager coronam suam decoravit.

Phalæcus in Epigrammatibus laudatur ab Athenæo X. p. 440.

Phanias quo & ipso usum se profitetur Meleager.

* *Philetæ Coi* Epigrammata memorat Suidas.

Philiades Megarensis. Vide Stephanum Byz. in Θέσπεια. Eustath. ad Iliad. β'. p. 266. edit. Rom.

Philippus Macedo sub Cajo Cæsare scripsit. Vide lib. IV. Anthologiæ c. XI. p. 461.

Philippus Thessalonicensis qui post Meleagrum collectionem Epigrammatum

2011 Ministerio de Cultura

tum ex variis poetis condidit, illisq; sua adjunxit. De ea dictum supra §. 2. Claruit sub Augusto Imp. & post. Vide suprain Bianore.

Philippus junior sæculo quinto vel sexto post natum CHRISTUM clarus, cujus est epigramma p. 472. in amores sibi arridentes CPoli. Confer Cangii CPolin Christianam lib. 2. p. 167.

Philonis in canos hominis stulti p. 33.

* *Philochorus* Athenienſis collegerat Ἐπιχαίρεκα Ἀττικά, Suid.

Philodemus cujus Epigrammatis Philippus Thessalonicensis suam adornavit collectionem. De eo dixi infra inter Philosophos Epicureos.

Philostratus in imaginem Telephi vulnerati p. 452.

Pinytus cujus duo versus in Sapphonem exstant p. 403.

Pisander, Nestoris forte filius Larandensis, de quo Suid.

Plato Philosophus cujus Epigrammatis Meleager coronam suam illustravit. Confer quæ exstant apud Laertium III. 28. seq. Gellium &c. De eo dictum hoc ipso libro c. 1. In Platonem epigrammata varia exhibet idem Laertius III. 43. seq. Sed in Anthologia exstant nonnulla quæ videntur Platonis junioris.

Polemo periegetes ὠδὶ τ κ᾽ πόλεις Ἐπιγραμμάτων Athen. X. p. 436. 442.

Pollianus (Πολλιανὸς, Πωλιανὸς, Πωμιανός) Florum Poetam perstringit p. 236. num Hadriani Imp. æqualem? Meminit ibidem Parthenii & Callimachi ex Homero pleraque mutuatorum.

Julius (MS. Julianus) *Polyænus.*

* *Polycletus* inter eos è quibus Coronam suam concinnavit celebratur à Meleagro.

Polystratus & ipse à Meleagro adhibitus est inter eos è quibus Coronam suam contexuit.

M. *Pompeji junioris* in Laidem p. 328. in Mycenas. p. 146.

* *Posidippus Siculus* inter eos è quibus Coronam suam confecit, à Meleagro commemoratus. Posidippi Epigrammata laudantur ab Athenæo X. p. 412. 414. & Schol. Apollonii lib. I. 1289. Ejus Epigramma de vitæ generæ deligendo imitatus Ansonius Idyllio XV. confer Politianum c. 49. Misc. & Franc. Junium catalogo Artificum p. 114.

* *Procli* inter Epigrammatarios Poetas meminit Tzetzes præf. ad Lycophronem.

Rhianus cujus Epigrammata Meleager suæ coronæ intexuerat. De eo dixi

2011 Ministerio de Cultura

dixi lib. 2. c. XI. §. 7. Ejus poematis delectatum Tiberium auctor est Svetonius cap. 70. Allegat Epigrammata ejus Athenæus XI. pag. 499.

Rufinus cujus Epigrammata Erotica XXVIII. leguntur p. 615. seq.

Rufus Domesticus p. 615.

Sabinus p. 555. forte Sophista qui sub Hadriano claruit Suida teste.

Samius. Σαμίου Epigrammatis Meleager suam se ornasse coronam testatur hoc versu: καὶ Σαμίου δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον.

Sammius. Vide infra in *Simmia.*

Sappho cujus epigrammata pauca Meleager coronæ suæ intexuerat. De ea dixi lib. 2. c. 15.

Sarapion p. 302.

Satyrius sive *Satyrus Thyillus.* infra in *Thyillus.*

Secæus (Σηκαίῳ) p. 624.

Secundus CPoli scripsisse videtur sæculo post CHRISTUM natum quinto vel sexto.

Simmias cujus Epigrammata suæ ornamentum coronæ adjecit Meleager. De Simmia dixi hoc ipso libro cap. 17. Simmiæ μῆνες allegantur à Stephano Byz. in Ἀμύκλαι. Ejusdem Ἀπόλλωνος laudat Steph. in ἡμίκιωνες & Tzetzes Chil. VII. hist. 144. Forte & in Anthologia edit. Wech. p. 517. pro Σαμμίου legendum Σιμμίου, nisi malis Σαμίου.

Simonidis Cei Epigrammata Meleager itidem Coronæ suæ intexuerat. De illis dixi lib. 2. c. 15.

Sinopensium Epigramma in Diogenis Cynici statuam. Laert. VI. 78.

Sophoclis Tragici in Euripidem ex Athenæi XIII. p. 604.

Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani in funus Joannis patria Cyprii, Papæ sive Patriarchæ Alexandrini. p. 282. Aliud in Xenodochium ab Eulogio Patriarcha Alex. conditum p. 497.

Speusippi Philosophi in Platonem p. 418.

Statyllius (Statilius) *Flaccus*, cujus sex vel septem epigrammata in Græco florilegio leguntur.

Strato non Philosophus ille Peripateticus, sed Poeta hoc nomine junior, Epicuri ut videtur de grege porcus. Capitonem Medicum perstringit p. 215.

Synesius Philosophus de quo infra libro V.

Synesii Scholastici in Hippocratis imaginem ab Eusebio Byzantio positam. p. 485.

2011 Ministerio de Cultura

Theætetus. Laert. IV. 25. VIII. 48.

Theætetus Scholasticus sub Justino Imp. claruit CPoli. Vide Cangii CPolin Christianam lib. 2. p. 152.

Theocriti Chii Epigramma in Hermiam. Laert. V. 11.

* *Theodorides* inter eos celebratus à Meleagro è quibus coronam suam contexuit.

Satyrus Thyillus p 111. &c.

Tiberius Illus p. 62. 63. 64.

Timon è cujus sillis Laertius, Sextus & alii plura referunt.

Trajanus Imp. cujus unicum tantum Distichon legitur lib. 2. Antholog. cap. 13.

Troilus Grammaticus pag. 435. Ab hoc diversus fuit Troilus Sophista de quo dicam lib. IV.

Tryphonis Hermetis in Terpem sive Terpandrum citharoedum p. 77.

Tullius Geminus cujus epigrammata Philippi Thessalonicensis collectioni inserta fuerunt.

Tullii Laureæ in Sapphonem p. 404. Vide & supra in *Antistio*.

Tymneus Meleagro antiquior qui ejus Epigr. coronam suam exornavit.

Xenocratis junioris in imaginem Mercurii p. 467.

Xenocritus Locrus Poeta cœcus natus, cujus meminit Heraclides de politiis apud Stobæum. Nescio ejusne sit Epigramma quod legitur p. 367. Anthologiæ edit. Wechel.

Zanus (an Zonas?) p. 368.

Zelotes p. 113.

Zenobius Grammaticus cujus in Victoris Grammatici imaginem epigramma exstat p. 507.

Zenodotus p. 56. Forte idem cum superiore: quoniam Zenobii & Zenodoti nomina passim confunduntur, ut observo infra lib. IV. ubi de Zenobio proverbiorum scriptore. Epigramma Zenodoti Stoici in Zenonem produxit Laertius VII. 30. Etiam versus quosdam jambicos Zenodoti refert Stobæus serm. 2. & 61.

Zonas cujus Epigrammata collectioni suæ implexuit Philippus Thessalonicensis.

Zosimus Thasius p. 105. 565. 566.

CA-

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXIX.

De JESU SIRACHIDE & aliis Scriptoribus ſacris, qui non fuere in Canone Hebræorum, primorumve Chriſtianorum.

De Jeſu Sirachidis ævo, auctore Panareti Hebraice ſcripti, quem librum adhuc vidit Hieronymus. Græcam verſionem condidit nepos, quæ ſola hodie exſtat. 1. Ejus editiones & interpretes. 2. Obiter de ſententiis Hebraice editis Ben Siræ ibid. De libro Sapientiæ. 3. De oratione Manaſſea. 4. De libro Baruchi Prophetæ. 5. De libris Judith & Tobiæ. 6. De partibus Danielis & libri Eſther quæ Hebraice vel Chaldaice non exſtant. 7. De libro III. & IV. Eſdræ. 8. De libris tribus Maccabæorum. 9. Pſalmus CLI. Pſalterium Salomonis & alia pſeudepigrapha Prophetica, de quibus alibi. 10.

I.

QUoniam de Græcis ſcriptoribus univerſis qui in lucem editi ſunt dicere hoc in opere inſtitui, non prætereundus à me eſt JESU SIRACHIDÆ *παράρετος* liber, ſed propter dignitatem argumenti & antiquitatem una cum aliis voluminibus Eccleſiaſticis, quæ Græce ad noſtram ætatem perlata Hebræorum Canoni ſacro Biblico antiqui fœderis ſubjiciuntur, hoc loco mihi cum maxime memorandus. *Ὡς λίαν ἔυχαρις ὁ πολύσπερος Σειρὰχ συγγράφων καὶ σωτάσων ὠφέλιμα ῥήματα*, celebratur à S. Nilo Epiſtola CXVII. ad Theoclem presbyterum. Nomen vero auctoris non eſt Σειρὰχ * ſed Ἰησοῦς, υἱὸς Σειρὰχ, ἱεροσολυμίτης ut diſerte legitur cap. 50. v. 35. Unde ἡ Ἰησοῦ σοφία paſſim audit

* Scribitur & Σιρὰχ ut apud Syncellum & Σιράκ ut apud Philoponum de creatione p. 10.

2011 Ministerio de Cultura

audit ut apud Clementem I. Strom p. 206. & alios infinitos. Hujus * Jesu filius ni fallor fuit Eleazar ** quidam, unde nepos, qui avi librum ex Hebraico Græce se vertisse profitetur, in Aldina editione vocatur Σειρὰχ Ἐλεαζαρ. At in MSto Palatino cujus lectionum varietatem à Kimendontio habuit Drusius, lectum fuit Ἰησοῦς υἱὸς Σειρὰχ Ἐλεάζαρ ὁ Ἱεροσολυμίτης. Athanasius quoque, non Magnus ille sed ad quem centum annis post Euthalius Sulcensis à Clariss. Zacagnio editus misit recensionem Actuum Apostolicorum & Epistolarum Paulinarum, isdem hinc inde verbis in Synopsi Athanasiana expressam: Ille inquam Athanasius junior in Synopsi S. Scripturæ ex qua petitus prologus alter in editione Complutensi præfixus Sirachidis libro nepotem quoque Jesum appellatum fuisse auctor est. Idem confirmant Epiphanius de mensur. & pond. c. IV. & Damascen. lib. IV. 18. de Orthod. fide. Quanquam in Hebræis scholiis ad sententias Ben Siræ à Fagio editis filius Ben Siræ (qui cum Sirachide idem omnino videtur) vocatur Uziel, nepos Josephus ben Uziel. Si Syncello fides, avus Jesus Sirachi F. Pontifex maximus fuit Hierosolymis. Ita enim ille p. 276. Ἰουδαίων ἱγ ἀρχιερᾴτευζεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιρὰχ ὁ τὴν σοφίαν γράψας τὴν καλουμένην παναρέτου, ἐν ᾗ καὶ μέμνηται Ὀνίου τοῦ Ἰωδαὲ ἔτη ς' ὃ ἐστὶ πρόζμου ἐτή. Sed haud dubie fallitur Syncellus, nam Jesus sive Jason iste 2. Maccab. IV. 7. & V. 9. memoratus Ol. CLI. 1. successit fratri Oniæ tertio de quo 2. Maccab. III. 1. IV. 34. At Onias Sirachidi cap. 50. v. 1. laudatus fuit Onias ille primus, Simonis Justi pater, quibus utrisque defunctis scripsisse se docet. Scripsit itaque sub pontificatu Eleazari, quem alioqui non illaudatum præteriisset. Ad hunc Eleazarum Simonis justi successorem Epistolam Ptolemæi Philadelphi refert Josephus XII. 2. Antiqv. p. 392. qua viros idoneos qui legem Hebræorum in Græcam linguam interpretentur ab eo desiderat. Utcunque vero aliquis narrationem illam de LXX. Interpretibus vocet in dubium, tamen tempus Pontificatus Eleazari Josepho notum fuisse, adeoque Eleazarum Philadelpho qui Ol. CXXXIII½. obiit regnante, sacra illa dignitate functum esse non vi-

* Ne cum JESU sospitatore nostro confundatur, Jasonem malunt vocare viri quidam docti, ut Gatakerus p. 124. Adversar. & ad Antonin. p. 106. &c. Sane etymi ratione conveniunt nomina Josua, Jesus, Jason.

** Hunc Eleazarum quidam esse suspicantur qui in Pontificatu Simoni Justo succesit, quod parum est credibile. Syrus vero interpres, ut illustris Huetius conjicit, patrem Jesu videtur unum habuisse cum eodem Simone Justo Oniæ filio, vocat certe Jesum filium Simonis Asiro: sed alium Simonem potuit intelligere.

2011 Ministerio de Cultura

videtur dubitandum. At nepos hujus Jesu, qui librum ab avo Hebraice scriptum Græce interpretatus est, quæ sola Græca interpretatio Hebraico codice perdito ætatem tulit, in prologo affirmat se in Ægyptum venisse sub Ptolemæo Evergete, anno XXXVIII. non primum Evergetem qui Philadelpho, sed secundum * qui Philometori successit libenter intellexerim, cujus initia Ol. CLVIII$\frac{3}{4}$. à Philadelphi morte ablunt annis nonaginta quinque. Annum vero XXXVIII. putem ** de interpretis annis ætatis, non de annis regni Evergetæ intelligendum, neq; enim legimus ἐν τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως sed ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως παραγενηθεὶς εἰς Αἴγυπτον, & neuter Ptolemæorum hujus cognominis tot annos regnavit, ut ex Claudii Ptolemæi Canone & Eusebii Chron. constat. Hebraicum codicem, cujus se vim atque pondus Græce interpretando assequi potuisse nepos inficiatur, vidit adhuc suo tempore Hieronymus præf. in proverbia: *Fertur & Panaretos Jesu filii Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non* *** *Ecclesiasticum ut apud latinos sed* parabolas (משלי) *prænotatum; cui juncti erant Ecclesiastes & Canticum Canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum numero librorum sed etiam materiarum genere coæquaret.* Equidem Josephus Scaliger p. 592. Epist. existimat in Hebraicam versionem Ecclesiastici ex Græco concinnatam Hieronymum incidisse; sed nihil est in Hieronymi verbis quod ita esse illa intelligenda necessario evincat, itaque malo assentire Drusio quæsit.

* Ita Grotius, Usserius, Labbeus & nuper Clariss. Hody p. 193. seq. de Biblior. textibus Original. E veteribus quoque Eusebius, Glycas &c.

** Sic hunc locum accepere Nic. Lira, Joach. Camerarius, Jo. Drusius, illustris Huetius & alii. Josephus vero Scaliger 3, Isagog, Can. p. 295. intelligit annum duodequadragesimum Jobelei, vel 38. annum periodi Dionysianæ (Dionysii Mathematici Philadelpho cari) Vide IV. de emendat temp. p. 268. V. p. 434. Alii apud Torniellum ad A. M. 3808. putant innui annum 38. ab insigni illa relaxatione captivorum Judæorum qnæ sub Philadelpho contigit. Bertramus c. 5. Lucubratt. Franckenthal. annum 38. à tempore quo avus Jesus filius Sirachi librum suum Hebraice scripsit. Petavius denique X. 44. de doctrina temp annum duodequadragesimum à tempore quo nepos Jesu in Ægyptum fuit profectus. Tot eruditorum virorum dissidia unico vocabulo prævenire scriptor potuisset, si ipsi hoc visum fuisset tanti.

*** De *Ecclesiastici* titulo vide Vales. ad Euseb. p. 42. Stephani le Moyne not. ad Varia sacra p. 938. Jo. Andream Bosium schediasmate de notitia scriptor. Ecclesiast. c. 1. & Phil. Jac. Hartmannum de rebus gestis sub Apost. p. 57.

2011 Ministerio de Cultura

per Epist. CV. qui ipsum exemplar Hebraicum avi Hieronymo visum sibi persvasit. At de codicibus Ecclesiastici Hebraicis Seb. Munstero qui typis exscriptum à Judæis CPoli fuisse refert, & Paulo Fagio memoratis, recte suspicatur Illustris Huetius, eam esse recentiorem hujus libri Hebraicam de Græco versionem, qualis duplex exstat Tobiæ.

II. Editiones & Interpretes Ecclesiastici.

Ne dicam de Bibliis græcis, in quibus Sirachides, ut notum est, legitur, quæque supra c. 12. §. 6. recensui: eximias hujus libri Græcas vel Græcolatinas editiones debemus (1) *Joach. Camerario* Basil. 1551. 8. & cum latina ejus versione ac notis Lipsi. 1568. 8. (2) *Jo. Drusio* qui ad Hebraismi rationes plura revocavit, versionem novam & notas addidit, Romanamq; editionem cum aliis contulit, variis etiam lectionibus à Jac. Kimedontio * ad Camerarii ἔκδοσιν è MS. Codice notatis Franeqv. 1596. 4. (3) *Davidi Hœschelio*, qui Ecclesiasticum edidit Græce recensitum ad vetustissimas membranas Bibl. Augustanæ, & quatuordecim præterea exemplaria tum MSS. Codd. Palatinos tum varios editos, addita versione latina vulgata ex edit. Romana & suis notis. Augustæ Vindel. 1604 8. Hoeschelii editio Græca cum ejus notis exstat quoque in Criticis sacris Anglicanis, Francofurti & in Belgio recusis, adjunctasque habet animadversiones *Claudii Baduelli*, *Seb. Castellionis*, *Jo. Drusii & Hugonis Grotii*. Drusii editionem versionemque sed sine notis recudendam dedi Lipsiæ 1691. 8. cum Ecclesiasticum Græce & latine ederem junctum Tobiæ, Judith, Orationi Manasseæ & libro Sapientiæ. Prodierunt etiam libri Apocryphi V. T. & in his Ecclesiasticus Græce Antvverpiæ ap. Plantin. 1584. 4. & Francofurti 1694. forma octava majore. Græcolatina Ecclesiastici editio cum versione & notis *Matthiæ Bergii* Brunsvicensis. Helmst. 1580. & Lubec. 1591. 8.

Græcis elegis Ecclesiasticum reddidit *Paulus Dolscius* ** Plauensis, discipulus Malanchthonis, unde Melanchthoni Metaphrasin hanc tribuere videtur Antonius Teisserius Vir Clariss. in elogiis Thuaneis. Prodiit Dolscii Sirachides Lipsiæ A. 1571. 8. apud Io. Rhambam.

Lati-

* Vide Drusium ad Sir. XX. 6.

** De hoc Dolscio Medico & Consule Hallensi qui A. 1589. diem supremum obiit, vide si placet eximii viri Tho. Crenii animadversiones Philologico Histor. parte III. p. 234. seq. & parte XI p. 187. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Latinis elegis complexus est eundem librum *Jo. Lorichius Hadamarius*, Ingolstadii 1515. & centum amplius annis post *Martinus Nesselius* Emdæ 1654. 8. *Jo. Seckervvitzii* Paraphrasis Poetica lucem vidit Basileæ apud Oporin. 8. & *Henrici Hermanni Lippiani* Lipsiæ 1586. 8.

Germanico carmine transtulit *Magdalena Haymeieria* Ratisbonensis A. 1571. ac 1578. & Norimb. 1609. 12. tum *Jo. Hildebrandus* Halis Sax. 1662. 8.

Alii interpretes *latini*, præter veterem vulgatum, qui *prosa* reddiderunt, exstant quam plurimi, Camerarius & Bergius supra laudati, tum *Victorinus Strigelius* qui & notas addidit. Lips. 1571. 8. *Justus* item *Jonas* & qui universos Sacræ Scripturæ libros interpretati sunt Complutenses (quos in Sirachide sequuntur editiones Basileenses Græcolatinæ) Xantes Pagninus Lucensis, tum Flaminius Nobilius, Arias Montanus, Sebast. Castellio, & Seb. Schmidius ὁ μαναξίτης: vel qui Apocryphos libros, ut Petrus Cholinus in Bibliis Tigurinis obvius, & cujus versio in Rob. Stephani opere Biblico comparet Claudius Baduellus, & Franciscus Junius; vel qui veterem vulgatam versionem interpolarunt Isidorus Clarius, Thomas Malvenda, Lucas Osiander & Paulus Eberus.

Germanicæ versiones vel è vulgata concinnatæ sunt, ut quæ ante D. Lutherum prodiere in lucem, aut in Romana Ecclesia compositæ fuere à Jo. Dietenbergio, Jo. Eccio, Melchiore Brunio, Caspare Ulenbergio & Theologis Moguntinis. Aut vero è Græco sunt derivatæ ut D. Lutheri nostri (qui tamen & ipse è veteri latina frequenter loca quædam versioni suæ inseruit) Tigurinorum, Jo. Piscatoris, & versio nova Germanica Ecclesiastici cum notis Criticis haud contemnendis edita Halæ Sax. 1706. 8. sub nomine quorundam S. Scripturæ studiosorum. E Lutheri versione in idioma inferioris Saxoniæ, in Svecicam, Danicam, & Belgicam translatus est linguam: licet præterea Sveci, Dani, Belgæ ut nunc Esthones quoque ac Livoni habent & translationes ad Græcum fontem exactas.

In Polyglottis Londinensibus exstant versiones Ecclesiastici *Syriaca & Arabica* cum latina singulæ versione, exstat ibi & vetus vulgata & recens Flaminii Nobilii latina interpretatio. In Syriaca vero & in vulgata veteri quædam hinc inde aliter & interpolata leguntur, interpretibus ut fit quædam de suo vel ex aliis locis vel ex Salomone adjungentibus.

Habenter & Anglicæ versiones, & Islandicæ, tum Hibernica; & Finnica Eschilli Petræi, & Jo. Tornæi Bothniensis Lappica, Polonicæ quoq;

2011 Ministerio de Cultura

quoque celebrantur, tum aliæ tum Jesuitarum Jac. Wieci & Justi Rabi: Hungaricæ præterea ac Bohemicæ & Slavonica atque Ruthenica sive edita illa in Bibliis A. 1581. fol. sive quas ad editionem parasse nuper dicuntur viri laudatissimi Ernestus Glück & Elias Kopyevvisius. Denique Armenica.

Hispani variis dialectis Castellana, Valentina &c. versiones à longo jam tempore habuerunt, ut notavit Fridericus Furius Coriolanus in libro quem Bononiam * proscripsit p. 111. ne dicam de translatione Hispanica Cassiodori de Reyna, Cypriani de Valere &c. Lusitanicam nullam vidi. *Galli* Cantabricam olim habuerunt sive Vasconicam, tum Catalonicam, nam de recentibus dicere nihil attinet, quas vel Romanæ Ecclesiæ addicti Lugdunenses & Lovanienses, præterea Parisiis Renatus Benedictus, Franciscus Bessæus & Franciscus Friso, ac novissime Isaacus de Sacy ediderunt, vel è Protestantium numero Sebastianus Castellio, Jo Deodatus & Genevenses à variis deinceps recensiti & interpolati, ac recens admodum singulari studio Davidis Martini.

Italicæ versiones notæ sunt Nic. Malermii Veneti Abbatis Benedictini, Antonii Bruccioli & Jo. Deodati: Nam quæ tempore Sixti V. A. 1589. Romæ typis exscripta, ** mox iterum suppressa fuit.

Jam eos paucis juvat referre, qui notis, animadversionibus, & commentariis Ecclesiasticum illustrarunt, præter eximios illos quos ante memoravi: vel quorum in universos aut plerosq; libros Biblicos industria enituit, ut sunt è nostris Osiander, & χαλκέντερ@ Calovius, è Reformatis Conradus Pellicanus & Paulus Tossanus; è Romanæ Ecclesiæ sociis Menochius, Tirinus & à Lapide, atque his antiquiores Nicolaus Liranus, & glossæ ordinariæ atq; interlinearis auctores Strabus Fuldensis & Anselmus Laudunensis, Dionysius præterea Carthusianus & Hugo Cardinalis.

Ex vetustioribus Ecclesiæ doctoribus nemo Ecclesiasticum integrum vel majorem ejus partem commentario aut homiliis est interpretatus, licet argumenta ejus compendio referat Athanasius junior Euthalii æqualis in Synopsi Scripturæ, & in loca quædam singula exstent homiliæ Ambrosii, Augustini &c.

Rabani Mauri (qui octingentis & quinquaginta post CHRISTUM

* Prodiit liber Basileæ 1556. 8.

** Vide quæ Gregorius Leti in vita Sixti V. Tom. 2. p. 399. seq. & Wagenseilius in telis igneis Satanæ p. 25.

2011 Ministerio de Cultura

STUM annis floruit) expositio Ecclesiastici libris X. ad Otgarium Archi-Ep. Moguntinum. Paris. 1544. & inter opera Colon 1627. fol.

Alexandri ab Alexandria Ord. minor. (Romæ A. 1313. sepulti) & Jo. Alerii Carmelitæ commentarius, dubito an editus.

Roberti Holkot (circa A. C. 1340.) lectiones in prima septem Ecclesiastici capita Oxonii habitæ prodierunt cum ejus lecturis in Canticum Canticorum Venet. 1509.

Cornelii Jansenii Gandavensis commentarius. Lovan. 1569. 4.

Pauli de Palatio. Colon. 1593. 8.

Octaviani de Tufo, Neapolitani, Soc. Jesu, in primora XVIII. capita. Lugd. 1628. Colon. 1629. fol.

Jo. de Pina Madritensis, commentarii, quatuor tomis. Primus in X. prima capita prodiit Lugd. 1630. fol.

Oliverii Bonartii Iprensis Commentarius. Antvverpiæ A. 1634. fol.

Salvatoris de Leon expositio & illustratio in prima XV. capita Antvverp. 1640. fol.

Petri Gorsii explicatio Paris. 1654. 8.

Alphonsi de Flores, in capita XXIV. Antvverp. 1661. fol.

Gasparis Sanctii in capita primora XXIV. & Francisci de Cepeda ineditum commentarium memorat Philippus Alegambe.

His accedunt è Gallis recentibus Sirachidis illustratoribus Bossvetus Episcopus Meldensis, & variis politissimis scriptis notissimus Bellegardeus.

Brevem quoque Ecclesiastici explicationem David Chytræus dedit, quæ plus simplici vice recusa est, ut omittam alios qui sententias Sirachidis in locos communes digesserunt, uti Lucas Geierbergerus & Jo. Kœnikenius; vel qui contulerunt cum dictis Ecclesiastæ ac libri proverbiorum & Sapientiæ, vel qui Homiliis ad populum habitis explanarunt aut lingva vernacula Germanica illustrarunt ut Casp. Huberinus 1552. * Jo. Mathesius 1586 Erasmus Sarcerius 1575. Frid. Rothe 1587. Georg. Edelmann 1597. Casp. Hoslerus 1599. Jac. Stoeckererus 1616. Erh. Lauterbach. 1619. Jo. Lassenius 1661, & Luc. Frid. Reinhardus 1666.

* Conf. de Huberini libro Rev. D Goezii Præsulis dignissimi Lubecensis Bibliothecam Mortuorum II. p 62. & de Mathesii in Siracidem Homiliis Vitam ejus à Jo. Balthasare Mathesio Pastore Brocwicensi scriptam p. 171.

2011 Ministerio de Cultura

Sententiæ Ben Siræ * בן סירא

In libro Schebeth Jehuda quem latine edidit Gentius, Benſira dicitur vixiſſe poſt Auguſtum Imp. Sed hoc argumento qui uteretur ad demonſtrandum diverſos eſſe Jeſum Sirachidem & Ben Sira ſive filium Siræ, leviſſimo uteretur. Peſſimi enim temporum notatores ſunt recentiores Judæi. Itaque David Ganz in ſuo Zemach pag. 65. ſeq. audacter eosdem facit, diſſentiente quidem Guil. Henrico Vorſtio in notis, Druſio ad XXV. 28. (quitamen III. 23. qv. Ebr. aliter ſenſerat) & Nic. Serario ad Bonifacii Epiſt. 1. ſed conſentientibus plurimis aliis inter Chriſtianos viris doctiſſimis, Chriſtophoro Cartvvrighto, qui in mellificio Hebraico V. 13. p. 3126. ſeq. ben Siræ ſententias à Talmudicis laudatas confert cum dictis Eccleſiaſtici: Hugone Grotio ad Eccleſiaſtici cap. VI. 6. Cornelio Bonaventura Bertramo qui c. 5. lucubrationum Franckenthalenſium teſtatur ſe in Eccleſiaſtico enucleando & revolvendo atque cum quibusdam aliis libris conferendo quam accuratiſſime elaboraſſe, Hottingero, Huetio aliisque; quibus haud invitus accedo.

Sententias Ben Siræ XLIV. ordine & numero duplicis Alphabeti edidit & prioribus XXII. Hebraicum Peruſch ſive explicationem neſcio cujus auctoris adjunxit *Paulus Fagius*, qui etiam vertit latine. Titulus libri eſt: *Sententiæ Morales Ben Siræ vetuſtiſſimi authoris Hebræi qui à Judæis nepos Hieremiæ Prophetæ fuiſſe creditur, cum ſuccincto commentario. Tobias Hebraice* &c. Iſnæ 1532. 4. Hinc ſententias omiſſo Hebraico commentario vulgavit cum verſione & notis ſuis Jo. Druſius Franeqv. 1597. 4. cujus editio in Criticis ſacris Anglicanis eſt recuſa Tomo VIII. p. 1869. ſeq. edit. Lond. Critici ut notum eſt, deinceps in Belgio & à Francofurtenſibus ſunt recuſi. Exſtant præterea ſententiæ illæ etiam latine in Cornelii à Lapide commentario in Eccleſiaſticum p. 29. ſeq. & apud I. Euſeb. Nierembergium X. 9. de origine Scripturæ. Sunt etiam à me pridem Eccleſiaſtico Græce & latine edito ſubjunctæ. Joannes Bartoloccius 1. Bibl. Rabbin. p. 688. meminit editionis Hebraicæ Venetæ A. 1554. 8. Sed exſtat & alia antiquior reliquis omnibus CPolitana quam olim habuit Munſterus & deinde Buxtorfius qui in Synagoga Judaica c. 4. de ſpectro Lilith agens, *Pertinet huc*, inquit, *hiſtoria quæ legitur in Ben Sira*,

* Memoratur etiam quidam Rabbi בן סירא in excerptis Gemaræ. tractat. Chagigah quos nuper edidit Clariſſimus Hottingeri nepos p. 40.

2011 Ministerio de Cultura

Sira, non illo quem doctissimus Paulus Fagius latine redditum excudi curavit, sed eo quem Judæi ediderunt. Et meum quidem exemplar CPoli est excusum, & illud ipsum cujus mentionem facit Sebastianus Munsterus sub finem suæ Cosmographiæ latinæ, ex quo historiam illam Hebraicam de Prestegiani ditione ad extremum librum annexam hausit & depromsit, illudque mihi de Judæo in vicinia, qui ex Munsteri Bibliotheca habuerat, emi. Munsterus enim Basileæ lingvæ Ebrææ Professor fuit, ibidemque sepultus quiescit. Idem Buxtorfius in Bibl. Rabbinica testatur in illa editione multa fabulosa de sapientia Ben Siræ post sententias ejus morales adspersa legi. Inesse & alios tractatus plures, quos ibidem recenset.

III. Ecclesiasticum excipiat SAPIENTIÆ liber, qui non minus quam ille Panaretus * dictus & Salomoni ** Regi tributus fuit *ob aliquam eloquii*, ut ait Augustinus, *similitudinem*. Alcuinus:

Tres Salomon libros mirabilis edidit auctor,
His duo junguntur per Paradigma libri.
Quorum quippe prior Sapientia dicitur alma,
Notatur Jesu nomine posterior.

Librum Salomone dignum nec cum ullo quocunque scripto humano comparandum vocat Jo. Gregorius, Anglus, præf. ad Observationes in loca S. Scripturæ. *Salomoni* etiam nuper tribuere non dubitavit Vir Clariss. Nic. Hieronymus Gundlingius Observ. Hallens. V. 13. hujus enim se auctorem diatribæ profitetur in Historia Philos. Moralis part. 1. pag. 73. Sed præstantissimum lectuque ac memoria dignissimum libenter profiteor, Salomonis esse nunquam mihi persvadebo, librum Judæis ignotum, & antiquis etiam scriptoribus Christianis doctissimis confitentibus sub Salomonis persona à pio aliquo & erudito viro compositum, quicunque etiam is fuerit ὁ τὴν παναρέτου σοφίαν εἰς αὐτὸ πρόσωπον ἀναθείς ut loquitur Eusebius XI. 5. præparat. Scripsisse autem post Judæos à gentibus jam subjugatos patet ex eo, quod memorantur ipsi c. XV. οἱ ἐχθροὶ & λαὸς οἱ δυναστεύοντες αὐτόν, ut omittam c. VI. alludi ad recentiora longe Salomonis tempore Græcorum sacra per voces ge-

* Vide Cotelerium ad Clementis Romani Epist. 1. cap. 57. T. 1. Patrum Apostol. pag. 178.

** Veterum loca Ecclesiasticum Salomoni tribuentium collegit Serarius ad S. Bonifacii Epist. 1. Similiter & Proverbia & Ecclesiastes, veniunt ipsis titulo Sapientiæ,

2011 Ministerio de Cultura

στεφανηφορεῖν, βεβαῖον, πευτανεις, πομπεύειν, ἆθλα, ἀγών &c. Neque rem conficit quod Salomonis persona auctor orat capite IX. Perinde enim fit in Psalterio Salomonis, quod vulgavit Cerda, & in testamento ejus adhuc inedito, quæ duo scripta nemo sobrius Salomonis esse contendet. Quemadmodum igitur sub Sapientiæ Salomo, ita sub Salomonis persona loquitur auctor hujus libri. Sic sub Timothei persona scripsit Salvianus. Malo enim cum hoc illum conferre quam cum impostoribus, qui falsis nominibus decipere lectores suos voluerunt, * uti Hetruscarum sutor fabularum sive antiquitatum sub Prosperi nomine: *id ita scio ego Prosperus*. Et pseudo Clementinorum scriptor: *Ego Clemens, Ego Petrus, Nos Apostoli*, ac similia. Nec vero crediderim quod auctor voluerit credi à lectoribus suis Salomo, sed aliquis divinæ sapientiæ Salomoneæ, ut Sirachides in prologo dicitur, ὀπαδός atq; sectator, perinde ut Salvianus nunquam voluit existimari libros suos à Timotheo esse scriptos discipulo Apostolorum, sed satis ipsi fuit sub nobili hac persona delituisse. Ecqvis vero demum sit scriptor pulcherrimi & aurei libelli, nemo affirmare certo potest. Nam quod *Philonem* quidam volunt, illum Alexandrinum cujus scripta plura leguntur, ut contendit Jo. Costabadius libello singulari quem edidit Bredæ 1648. 12. perspicue falsum esse opinor, & veterum testimoniis ac genio scriptorum Philonis contrarium. Pro antiquiore ** recte habent qui Philoni alicui tribuunt seniori. Verum quis ille Philo senior, dicere vix possunt, cum absurdum sit de Philone suspicari quem de Judæis quædam scripsisse ajunt Josephus, Clemens, Eusebius: eum enim Ethnicum constat fuisse & Pythagoreum. Nimis quoq; acutum est quod nonnulli, quoniam ידידיה h. e. *amabilis* Salomo dicitur 2. Reg. XII. 25. & R. Azarias Philonem Judæum vicissim in suo Meor Enajim non פילון sed ידידיה appellat, hinc concludunt sub Philonis nomine ipsum latere Salomonem. A *Philone presbytero* græce conversum ait Is. Vossius libro de LXX. Interpretibus pag. 396. neque ex *Hebræo* conversum abnuerim, etsi stylus græcam eloquentiam *** redolere visus est Hieronymo, qui suo jam tempore nullum

* Confer si lubet alia exempla apud Jo. Rainoldum de libris Apocryphis prælect. XX, XXI. XXII.

** Jo. Drusius de Henocho c. XI. *Sapientiæ auctorem putarem Philonem non juniorem qui sub Cajo vixit, sed seniorem qui vixit sub templo secundo & scripsit librum de anima, qui memoratur in libro Jachasin.*

*** Vide Lud. Cappelli Opera posthuma p. 562.

2011 Ministerio de Cultura

lum se Ebraicum exemplar reperire potuisse est testatus. *Chaldaice* scriptum vidisse se refert scriptor recens R. Moses Nachmanides Gerundensis, Meminit etiam R. Azarias: sed quæ ex illa à Mose producuntur, conveniunt cum versione *Syriaca* qualis exstant in Polyglottis illamque dialectum referunt, ut Buxtorfio & Hottingero pridem notatum: quam obrem versionem tantum ex Græco factam, neque eam valde antiquam vidit, qualis etiam est *Arabica* in iisdem Polyglottis excusa, & è Syriaco ut videtur concinnata. Epiphanius vero qui Ecclesiasticum & Sapientiam accenset *libris στιχηροῖς*, non hoc ipso prodit eos lingva Hebraica carmine adstrictos fuisse, sed tantum in Græcis quos evolvit Epiphanius codicibus scriptos fuisse instar Psalmorum & librorum Salomonis per *στίχους* cum sententia desinentes, non una serie & longitudine procedentes per totum volumen, ut in ceteris libris Biblicis fieri consvevit. In Nicephori *στιχομετρία*, Sapientiæ numerantur *στίχοι* mille & centum, Ecclesiastici bis mille & octingenti.

Versionem vulgatam latinam hujus libri, quæ exstat, Hieronymum auctorem non agnoscere, variis argumentis disputat Lud. Cappellus p. 563. Opp. Posthum.

Bellatoris presbyteri, sexto post CHRISTUM natum sæculo clari, octo libri in Sapientiam, Cassiodoro c. 5. divinar. lect. memorati pridem perierunt.

Bedæ Venerabilis in unum & alterum locum Sapientiæ commentatio exstat, in qua meminit duplicis latinæ hujus libri translationis.

Anonymi expositio latina MS. in librum Sapientiæ memoratur Lambecio lib. II. de Bibl. Vindob. p. 777.

Rabani Mauri libri III. in Sapientiam, ad Otgarium Archiepiscopum A. C. 827. scripti leguntur inter ejus opera.

Jo. Bonaventura Cardinalis & Doctor (ut Scholasticis placet) Seraphicus scripsit & ipse in hunc librum medio sæculo post CHRISTUM natum XIII. uti centum annis post Robertus Holkot, licet sunt qui hujus commentarium tribuunt Reginaldo de Alva Ord. Cisterciensis.

Petri Nannii scholia quæ Basileæ A. 1552. 4. viderunt lucem, miror non adjuncta esse à Criticorum sacrorum Angl. editoribus ad notas Baduelli, Castellionis, Isidori Clari & Grotii quas exhibent in Sapientiæ

2011 Ministerio de Cultura

entiæ librum, quem Nannio neminem melius elucidaviſſe notat Paulus Colomeſius p. 106. Obſervatt. ſacrarum.

Caſparis Barthii commentarius in Sapientiæ librum, cujus meminit notis ad Claudianum, nunquam editus eſt: neque Sixti Senenſis, qui libro IV. Bibliothecæ ſanctæ inter ſcripta ſua refert Sophias Monoteſſarum, in quatuor proverbiorum, Eccleſiaſtis, Sapientiæ & Eccleſiaſtici Volumina: neque Caſparis Sanctii denique, cujus commentarium memorat Alegambe.

Nic. Selnecceri editio Græcolatina cum nova verſione, argumentis, notisque prodiit Lipſiæ 1568. 8. Victorini Strigelii translatio (quam in mea Græcolatina Apocryphorum editione recudendam dedi) & animadverſiones. ibid. 1575. 8. Conradi Dieterici Homiliæ præclaræ in hunc librum Germanice editæ Ulm. 1628. fol.

Jo. Lorini eruditus commentarius Lugd 1607. 4. & deinde Moguntiæ atque alibi plus ſimplici vice. Commentarius brevior Chriſtophori de Caſtro Lugd. 1613. 4. Prolixior Laurentii de Aponte Pariſ. 1629. 1640. fol.

Jacobi Calshille metricam expoſitionem ante paucos annos edidit Vir. Cl. Daniel Guilelmus Mollerus.

Nova verſio Germanica libri Sapientiæ cum notis Criticis diligenter collectis lucem vidit Halæ Sax. A. 1705. 8. Carmine Germanico reddidit E. S. de Reichenbach.

Præter Boſſveti & Bellegardei obſervationes, non ita pridem Pariſiis edita eſt Anonymi Metaphraſis Poetica Gallica, A. 1696. 4.

Ceteros interpretes plerosque paulo ante in Sirachide notare me memini.

IV. ORATIONEM MANASSÆ Regis quam captivus oravit 2. Paralip. XXXIII. 12 ſcriptam fuiſſe in ſermonibus Regum Iſrael & in ſermonibus *Hozai* Prophetæ, ſacer ſcriptor ibidem teſtatur v. 18. Ea vero quæ hodie Regis illius nomine exſtat, verbis Paralipomenon uno veluti tenore ſubjicitur ab auctore Conſtitutionum Apoſtolicarum Clementi Romano tributarum II. 22. atque fatente Cotelerio *fictitia eſt ac extra Canonem librorum divinorum collocata: quamvis pro genuina habuerunt etiam Scriptor Sermonis in Publicanum & Phariſæum T. 6. Operum B. Chryſoſtomi*, Antonius *Monachus lib. 2. Meliſſæ ſerm. 94. Theodorus Studita ſermone Catechetico 93. Theophanes Cerameus Homil. 2. & 56. Freculfus, Georgii duo Syncellus & Hamartolus in Chronicis ſuis, atque Suidas in voce* Μανασσῆς, *ubi recte*

2011 Ministerio de Cultura

recte exemplar Regium numero 130. καὶ τότε ἐδεήθη πρὸς Κύριον τὸ Κύριε παντοκράτωρ. *Quibus accedunt omnes ii apud quos inter Cantica Scripturæ legebatur, quod factitatum patet ex MSS. Alexandrino & Regiis, & ex eo quod eam Freculfus appellet Canticum pœnitentiæ, Anastasius Sinaita in Psalmum VI.* τὴν προσευχὴν τοῦ ᾠδῆς, *Georgius vero Syncellus, Mich. Glycas & Theophanes Cerameus* ᾠδὴν. *En Græca Theodori Studitæ:* ᾠδὴν ἧσε τῷ θεῷ ἀπὸ ἕως τοῦ σήμερον ἡμέρας ἄδει ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία. *Quare ad marginem alterius MS. Georgii Monachi seu Hamartoli in Bibliotheca vere Regia scholium istud comparet:* ἰσέρηται τῶν ἀπὸ Ἀφρικανῶ ὅτι ἐν τῷ ἄδειν τὴν ᾠδὴν τοῦ Μανασσῆ τὰ δεσμὰ διερράγησαν σιδηρᾶ ὄντα. *Pro quo in Damasceni Parallelis lib. 2. c. 15. leges:* Memoriæ proditum est ab Aphricano quod dum orationem hanc funderet Manasses, vincula ferrea * confracta fuerint, atque ipse fuga saluti suæ consuluit. *Libro III. Commentariorum Pet. Lambecii Cæsarei Bibliothecarii p. 39. è Cod. MS. Vindobonensi inter Theol. Græcos 25.* ἰστέρηται τῶν ἀπὸ Ἀφρικανῶ ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τοῦ Μανασσῆ, τὰ δεσμὰ διερράγησαν σιδηρᾶ ὄντα, καὶ ἔφυγε. Græci etiamnum hodie in Psalterio suo inter alia Cantica sacra hac Manassis Oratione utuntur, cathismate sive sect. XX. ut notavit Leo Allatius de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 62. ubi refert se *Joannis Geometræ* paraphrasin illorum Canticorum habere jambis Græcis concinnatam. Vide etiam Lambecium III. p. 37. & 379.

Orationem hanc nec Græce nec Hebraice reperiri, à viris quibusdam doctis affirmatum est, quod merito aliquis miretur in Bonferio p. 14. & in præstantissimo du Pinio p. 17. prolegom. Biblic. Constitutionum Apostolicarum exstant plures editiones; una Græca Turriani Venet. 1563. 4. & quatuor Græcolatinæ: prima Frontonis Ducæi ad calcem Canonum cum scholiis Zonaræ Paris. 1618. fol. Secunda in Conciliis Labbei T. 1. Paris. 1671 fol. tertia & quarta in Patribus Apostolicis Cotelerii Paris. 1672. & Amst. 1698. fol. Non in his tantum Oratio Manassæ exstat Græce, sed etiam in Bibliis latinis Roberti Stephani A. 1540. Græce è MS Victoriano prodiit: Præterea Avenario suo Græcolatino subjunxit Christophorus Dauderstadius, Jenæ 1628. 8. Angli vero in Polyglottis suis ediderunt cum Variis lectionibus Codicis Alexandrini, in quo post Psalmos inter Cantica sacra exaratam invenerunt. Edidi & ipse adjuncta veteri latina versione, Lipsiæ 1691. 8. cum

* Confer Targum ad 2. Paralip. XXXIII. 12. seq. Auctorem Op. imperfecti ad Matth. I. 10. Syncellum p. 214. Suidam in Μανασσ. Glycam p. 197. Eutychium &c.

2011 Ministerio de Cultura

Ecclesiastico, Sapientia, Judithæ ac Tobiæ libris. Addidi quoque Metaphrasin Poeticam duplicem Manasseæ Orationis, Græcam unam ante non editam eamque elegantissimam, mei quondam Præceptoris * Jo. Godofredi Herrichen : alteram latinam petitam ex Balduini Berlicomii Sylvæducensis Hieroſtichis editis A. 1598. 8. ex Officina Commeliniana. Reddidit etiam carmine latino quod tunc me fugiebat, præclarus Claudius Espencæus Paris. 1566. Deniq; Oratio Manassæ exstat in libris Apocryphis Græce editis Francof. 1694. 8. Homiliis ad populum eandem orationem exposuere Jo. Forsterus, Georgius Albertus aliique.

V. Si Auctori Constitutionum Apostolicar. V. ult. credimus. Librum sub nomine BARUCHI hodie superstitem, qui Jeremiæ Propheræ ** discipulus & amanuensis fuit, Judæi in Synagogis suis lectitarunt quotannis una cum threnis Jeremiæ, die magna expiationum, decima nempe mensis Gorpiæi qui Septembri respondet. In dubium hoc vocat Jo. Dallæus cui lib. 1. de pseudepigraphis Apostolicis c. 17. p. 199. illud non magis videtur esse verum, quam quod lib. VI. c. 25. ajunt eædem constitutiones, Legem extra Judæam legi prohibitam fuisse ab ipso Moyse. ἀπαγορεύει γὰρ αὐτοῖς ὁ θεῖος Μωυσῆς καὶ θυσιαστήριον ἔξω Ἱερουσαλὴμ ἱδρῦσαι καὶ τὸν νόμον ἔξω τῶν ὁρίων τῆς Ἰουδαίας ἀναγινώσκειν. Fortasse vero ex Hellenistis quidam alicubi illa ætate, hoc est tertio post Christum natum sæculo Baruchum legerunt, uti constat alia etiam lecta à Judæis fuisse in Synagogis præter libros divinos, etiam *δευτέρωσιν* quæ prohibetur in Justiniani Imp Novella CXLVI. Similiter Christiani quoque publice legerunt non modo Clementis Romani Epistolam, sed etiam Varia sanctorum Acta, Varias Homilias Doctorum Ecclesiæ. Ceterum S. Hieronymus ad Jeremiam præfatus, *librum*, inquit, *Baruch, notarii ejus, quì apud Hebræos nec legitur nec habetur, prætermisimus.* Οὐ κεῖται παρ' Ἑβραίοις Baruchi Epistolas notavit etiam Epiphanius de mensur. & pond. c. V. Conversum tamen esse hunc libellum Græce ex Hebræo, non valde negaverim. Veteres subinde laudant sub nomine Jeremiæ. Inter Græcos commentariis illustravit *Theodoritus* & auctor *Catenæ* à Mich.

* Obiit vir egregius Lipsiæ ubi Rectoratum Scholæ Nicolaitanæ gesserat, septuagenario major & rude donatus A. 1705. V. Cal Februarii.

** Josephus XII 11. p. 343 refert Jeremiæ precibus à Nabusardane liberatum τὸν μαθητὴν Βάρουχον Νήρατε παῖδα ἐξ ἐπισήμου ἀφόδρα οἰκίας ὄντα καὶ τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ διαφερόντως πεπαιδευμένον.

2011 Ministerio de Cultura

Mich. Ghislerio Lugd. 1623. fol. cum commentariis in Jeremiam editæ atq; ex *Olympiodoro*, *Severo* qui p. 245. allegatur & *incerto* collectæ. Latinam vulgatam versionem non agnoscere auctorem Hieronymum, contendit Lud. Cappellus p. 564. Opp. posthum. Alia vetus latina translatio edita est à Clarissimo Viro Josepho Maria Caro Rom 1688. 4 Nicephori stichometria numerat libri Baruchi σίχους septingentos, computata simul ut videtur EPISTOLA quæ (ψευδεπίγραφος fatente Hieron.) Prophetæ JEREMIÆ tribuitur, & jampridem Barucho subjungi consvevit. In Polyglottis occurrit versio utriusq; Syriaca & Arabica. In Criticis sacris Anglis habes Baduelli, Castellonis & Grotii notas. His addes Sanctii aliorumq; Commentarios, qui vel totum sacrum Codicem illustrarunt scriptis, ut quos supra laudavi in Sirachide, vel qui Jeremiam, ut Ghislerii, Jo. Maldonati, Christophori à Castro: vel denique qui in Baruchum scripsere separatim, ut Petri Maucorsii & Lælii Biscioiæ.

Exstat & in Polyglottis, sub Baruchi nomine quædam Epistola à libro de quo jam dixi diversa, eiq; ab Anglis præmissa: verum exstat non Græce sed Syriace, & illustri Huetio * judice ita de futuro judicio & futuræ vitæ pœnis ac cruciatibus differit, ut Christiani esse hominis fœtus videatur, alicujus forte ex his Monachis, qui Syriæ deserta primis Ecclesiæ temporibus incoluerunt. Possit & Epiphanius videri perspectam habuisse hanc Epistolam, quoniam *Epistolas Baruchi*, non Epistolam commemorat. Sed potius Jeremiæ tributas litteras simul intellexit, ne dicam Græcis scriptoribus Epistolas pluraliter etiam de una dici, ut notavit Grotius ad 1. Maccab. XII. 5 & 19. Cotelerius ad Epist Polycarpi c. 3. Sic & è latinis Plinius XXXIII. 3. *M. Bruti in Philippinis campis Epistolæ reperiuntur, frementes fibulas tribunitias ex auro geri.* Justinus XI. 13. 7. *tertias Epistolas.*

VI. In Jo. Malalæ Chronographia T. 1. p. 203. post commoratam breviter JUDITHÆ Historiam legas p. 203. ταῦτα ὧν ἐν ταῖς Ἑβραϊκαῖς ἐμφέρεται γραφαῖς. Sed Ἑβραϊκαὶ γραφαὶ sunt ipsi Historiæ de rebus Judaicis, quales describuntur in libro Judith, quantumvis Græcum Malala legisset: neque enim Hebraico libro hoc usi sunt Judæi, ut testatur Origenes Epistola ad Africanum: περὶ τωβία ἡμᾶς ἐχρὴν ἐγνωκέναι,

* Vide, si placet, demonstrationem ejus Evangelicam propos. IV. p. 410. 411. edit. Lips.

2011 Ministerio de Cultura

ναι, ὅτι Ἑβραίοις τῷ Τωβίᾳ ϗ χρῶνται, ϗ τῇ Ἰουδίθ. Οὐϗ ϗ ἔχουσιν αὐτὰ καὶ ἐν Ἀποκρύφοις Ἑβραϊσί, ὡς ἀπ' αὐτῶν μαθόντες ἐγνώκαμεν. Sunt qui verba ϗ ϗ in his Origenis affirmative accipiunt, quo ſenſu notum eſt οὐκ ὄν, ϗ ϗ & ſimilia poni interdum à ſcriptoribus Græcis, quaſi Origenes teſtatus fuiſſet Judæos librum Judith habuiſſe inter Apocrypha. Atque ita vel apud Hieronymum eſt legendum præf. in lib. Judith, vel Hagiographa laxius ibi accipienda: *Apud Hebræos liber Judith inter Hagiographa legitur, cujus auctoritas ad roboranda illa quæ ad contentionem veniunt minus idonea judicatur, Chaldæo tamen ſermone conſcriptus inter hiſtorias computatur.* E Chaldaico ſenſum ſenſu exprimens latine vertit idem Hieronymus, cujus translationem cum Græco contulit Lud. Cappellus Opp. poſthum. p. 574. ſeq. *Exſtat & terſa editio Ebraïca libri Judith* (teſte † D. Pfeiffero τῷ μακαρίτῃ p. 797. Criticæ 6.) *ſed à recentiori proculdubio manu Judæi cujusdam.* Syriaca verſio occurrit in Polyglottis. Poetæ Hebræi rhythmos de Juditha (recentibus enim Judæis, ut auctori Germinis Davidis aliisque Juditha ſatis nota eſt, ſed è noſtris libris, ut notatum Scaligero p. 96. ad Euſeb.) & Maccabæis cum verſione ſua & notis in lucem edere conſtituerat, morte ante aliquot annos præventus vir doctiſſimus * Matthias Frid. Beckius, uſurus forte editione Veneta A. 1606. 8. quam in Bibliotheca ſua Theologica eximius Lipenius commemorat. De feſto in memoriam victoriæ Judith inſtituto, conſules Seldenum III. de Synedriis Hebræorum p. 133. ſeq. Auctor quem nonnulli è Pſeudo Philone Annii, Joachimum vel Eliakimum, vel denique Joachimi parentem Joſuam filium Joſedeci faciunt, incertiſſimus eſt, eritque. Temporum vero & Hiſtoriæ difficultates quibus longe maximis narratio ipſa eſt obſepta, noviſſime monſtravit Jo. Chriſtophorus Artopoeus ** Argentoratenſis nuper Academiæ lumen, in *meletemate hiſtorico quod narratio de Juditha & Holoferne non hiſtoria ſit* (Joſepho etiam nusquam commemorante, Philone Judæo, Clemente Alexandrino, Origene, Euſebio, Hieronymo, Auguſtino, Theodoreto, Procopio, Gaza, Suida, Nicephoro, Cedreno, Glycæ, Zonara, Curopalata, Nicetæ, Chronico Alexandrino, Georgio Monacho, Leone Grammatico, Manaſſe, Joanne Malala, Theophane, Cedrenique Scriptore, Georgio Syncello, Nicephoro Callisto, Joanne Antiocheno, Joanne

comemorata) *sed Epopoeia.* Argentorat. 1694. 4. Dispellere eas conatus erat post Petavii XII. 26. doctrin. temp. & tot aliorum virorum doctorum conatus Bernhardus de Montfaucon Monachus doctiss. Benedictinus in libro Gallico * *la Verité de l' Histoire de Judith* Paris. 1690. 12. cui Arphaxadus est PhraortesDejocis filius, Nabuchodonosor vero Saosduchinus quem Assaraddino Ptolemæus subjicit. E veteribus non memini qui in hunc librū scripserit anteBellatorē qui non exstat, &Rabanū. Petri de Rigà Cantoris & Canonici Brem. aurora, in qua libros Biblicos plerosq; & Judithā quoq; carmine elegiaco reddidit, à multis promissa nondum vidit lucem. E recentioribus Victorinus Strigelius, Jacobus Zieglerus, Frid. Nausea, Caspar Sanctius, Nic. Serarius, Didacus de Celada, Josephus de la Cerda & alii quidam pauci nominari possunt, qui comentariis vel notis hunc librum illustrarunt, præter illos quorum vel in Apocryphis universis vel in toto sacro Codice explanando versata est industria. Collectio Criticorum sacrorum Anglicana exhibet tantummodo Baduelli notas & Grotii. Ejusdem Baduelli versionem retinui in editione mea Græcolatina Lips. 1691. 8. Prætereo Jonæ Heuleri & aliorum in Juditham homilias, vel dramata ac poemata de Juditha quæ latine dederunt Cornelius Schonæus, Sallustius Bartassius, & Bartholomæus Tortolettus: Germanice Martinus Opitius, Gallice Boyerus, cujus Tragœdia prodiit Paris. 1695. 12.

TOBIÆ librum rejectum à Judæis jam olim professus est Origenes libro de Oratione p. 47. τῆς ὃ Τωβὴτ βίβλῳ ἀντιλέγουσιν οἱ ἐκ περιτομῆς. *Chaldæo* sermone scriptum testatur Hieronymus, quem cum non satis intelligeret, *quia vicina est*, inquit, *Chaldæorum linguæ sermoni Hebraico, utriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui, quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui.* Si cum *Græco* conferas, jam paraphrastæ jam epitomatoris vindetur partibus fungi vetus quæ hodie exstat interpretatio: *Hebræum* Todetur partibus fungi vetus quæ hodie exstat interpretatio: *Hebræum* Tobiæ codicē quem ab Osvvaldo Schreckenfuchsio Rectore Scholæ Membiæ codicē quem ab Osvvaldo Schreckenfuchsio Rectore Scholæ Mmingensis acceperat vulgavit Basil. 1542. 4. 1549. 8. 1576. 8. cum latina versione sua & notis *Sebast. Munsterus.* Hunc indubitatum esse textum originarium hujus libri, persvasum est Jo. Gregorio præf. ad Observationes in aliquot S. Scripturæ loca. Sebastianus quoque Castellio ait *Tobiam se ex Hebræo nuper edito, quod sibi visus esset verior, interpretatum, & Græ-*

* Vide Acta Erud. T. 2. supplementi p. 49. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Græcæ latinæque editionis ſententias quasdam ad rem pertinentes & in Hebræo omiſſas addidiſſe. Sed Græciſmi in Hebraica editione occurrentes documento ſunt ex Græco converſam eſſe, à quocunque tandem, ut pulchre notavit Mich. Neander in erotematibus lingvæ Hebrææ p. 449. Nec dubito idem pronunciare de editione *Pauli Fagii*, qui aliud Hebraicum Tobiæ exemplar, CPoli prius A. 1517. 4. vulgatum à Judæis, punctis vocabulis animavit juſſitque adjunctum ſententiis Ben Siræ recudi cum ſua verſione, Iſnæ A. 1542. 4. Utraque Munſteri & Fagii editio verſioque in Polyglottis Londinenſibus: Munſteri in Tobiam notæ, additis Baduelli, Caſtellionis, Druſii & Grotii ad Tobiam animadverſionibus in Collectione Criticorum ſacrorum in Anglia editorum leguntur. Julii Bartoloccii verſio & notæ quibus editionem Hebraicam Venetam A. 1544. illuſtraſſe ſe teſtatur III. Bibl. Rabbin. p. 856. adhuc delitescit manu exarata in Bibl. Vaticana. Prætereo alios Hebraicos Tobiæ Codices, à jam dictis alicubi forte diverſos, quorum meminere Sixtus Senenſis & Serarius, quemq; illuſtris Huetius penes ſe eſſe fuit teſtatus, denique Hottingerianum, qui univerſos libros Apocryphos V. T. refert à Judæo ſe dono accepiſſe ſed è latino in Hebraicam linguam converſos. Græci Tobiæ eximia editio eſt Franequerana ſine verſione ſed cum notis edita à Jo. Druſio 1591. 4. Eam ſecutus ſum in mea editione Græcolatina, & quia ab aliis hinc inde abit, novam illi verſionem adjunxi Lipſ. 1691. 8. *Syriacam* verſionem evolvere licet in Polyglottis Pariſiensibus & Londinenſibus, *Arabicum* MS. exſtare in locupletiſſima Bodleiana notavit idem quem paulo ante laudabam Jo. Gregorius cap. 3. Obſervationum. Ab *Æthiopibus* quoque legi lingua ſua Tobiam & reliquos de quibus in præſenti agimus libros, auctor eſt Ludolfus III. 4 Hiſt. Æthiopicæ: ſed translationem illorum Æthiopicam in Europa hactenus viſam dubito. Alias verſiones ſupra in Sirachide ſi placet videbis, cum plerique qui illum, etiam Tobiam in alias linguas ſint interpretati. Carmine latino elegiaco Tobiadem ſæculo medio exeunte ſcripſit Hieronymi translationem ſecutus Matthæus Vindocinenſis, de quo & de Petri Rigæ Metaphraſi Poetica dixi in meis ad Tobiam prolegomenis. Inter recentiores eundem librum latinis elegis reddiderunt Antonius Duetus & Lambertus Pithopoeus, Germanico carmine Godofridus Feinlerus. Bellatoris presbyteri, æqualis ſui commentaria in Tobiæ librum memorat Caſſidorus divin. lect. c. VI. Illis perditis Bedam habemus, cujus meminit & Vindocinenſis his verſibus:

Trans-

2011 Ministerio de Cultura

Transfert Hieroymus, exponit Beda, Mathæus
Metrificat, reprobat livor, amicus habet.

Huic accedunt commentarii recentiorum ut Nic. Serarii, Fabiani Juſtiniani & Didaci de Celada, Davidisque Maudeni, ut alios jam prætermittam, & ceteros hujus commatis libros paucis adhuc perſequar. Veteres στιχομετρίαν dividunt Tobiam in capita XCIII. στίχους octingentos. Judithæ librum in capita LX. vel LXIII. & στίχους ſeptingentos.

VII. DANIELIS Prophetæ * libro & ESTHERIS ** in Græca editione adſutæ ſunt hinc inde quædam laciniæ, quas in Hexaplis ſuis Origenes, quoniam Hebræi codices illis carebant, obelis confodit ut teſtatur ipſe lib. de Oratione p. 47. Idem fecit in verſione ſua Hieronymus, ut profitetur præfat. in Danielem, & recte feciſſe ſe adverſus Rufinum diſputat. Meminit & Hebræi cujusdam, qui additamenta Danielis non modo non probavit, ſed à Græco neſcio quo conficta variis etiam contendit argumentis. Græca quæ hodie habemus in Danielis laciniis, Theodotionem videntur habere auctorem, Judæos vero narrationes illas ex Hebræis Prophetæ eraſiſſe codicibus, recte à Flavignio negatum. Qui enim hoc feciſſent aut quando & quem in finem pulcherrimos hymnos & documenta virtutum gentis ſuæ reſcidiſſent? De Hiſtoria Suſannæ notiſſima eſt Origenis cum Africano diſputatio, ad quam eruditæ Jo. Rodolphi Wetſtenii commentationes conferri merentur. Baſil. 1674. 4. cum diſſertatione ejus de Suſannæ hiſtoria ibid. 1691. 4. Carmen Azariæ & trium puerorum † cum aliis ſacris Canticis interpretatur Catena Græcorum Patrum in Pſalmos Corderiana T. 3. Narratio de Belo & Draconein Athanaſii Synopſi & Stichometria Nicepho-

* Dan. III. 24 - 90. carmen Azariæ ac trium puerorum. Cap. XIII. de Suſanna, & cap. XIV. de Belo & Dracone.

** Poſt Eſther. X. 3.

† Veteres ſibi perſvadent hoſce pueros fuiſſe filios Jojakimi, Danielis propinquos, qui abſciſſis genitalibus in regios fuerint Spadones allecti. Coſmas Indicopleuſtes lib. VIII. p. 307. ὅτε γὰρ γάμῳ ἑνὸς ἐξ αὐτῶν φέρεται παρὰ θείᾳ γραφῇ ὅτε τέκνον ὅτε τι τῶν τοιούτων ἠκούσῃ περὶ αὐτῶν· ἀλλ' ἡ παράδοσις ἡμῖν ἡ σωτήριος κατὰ τὴν προφητείαν ἀγενείους καὶ λείους ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀναγράφουσιν. Confer Abulpharajum p. 45 48. Huetium ad Origenem p. 66. Meminit horum puerorum etiam Muhamed in Corano ſura LXXXV.

2011 Ministerio de Cultura

ri memoratur ſub titulo Prophetiæ Habacuci (diverſi ab eo qui inter duodecim Prophetas) Nam ut ex Hieronymo præf. in comment. Daniel. diſcimus *Porphyrio Euſebius & Apollinaris pari ſententia reſponderunt, Suſannæ Beliſque ac Draconis fabulas non contineri in Hebraico, ſed partem eſſe Prophetiæ Habacuc filii Jeſu de tribu Levi, ſicut juxta ſeptuaginta interpretes in titulo ejusdem Belis fabulæ ponitur :* Προφητεία Ἀββακοὺμ υἱοῦ Ἰησοῦ (al. Ἰησοῦ vel Ἀββᾶ) ἐκ φυλῆς Λευΐ. Mentio hujus narrationis in * Breſchith Rabba ſect. 68. & apud Pſeudo Gorionidem lib. I. c. VII - X. Verſibus latinis non inelegantibus complexus eſt Jo. Commirius. Neque inſcitum hoc Henr. Harderi Epigramma, in quo Suſanna loquitur:

Non pudet æterna canos aſpergere labe?
Non pudet hac famam labe notare meam?
Monſtra ſenum! non hic amor eſt, inſana libido eſt,
Quam furor è ſtygii ſuſcitat igne rogi.
Hic ut in irriguis ſe mundet & abluat undis,
Non ut commaculet, nuda Suſanna ſedet.
At neque fraude miniſve labat mens integra, ſpernam
Tectos nuda, viros fœmina, ſola duos.

Damaſceni δρᾶμα τῆς Σωσάνδης memorat Euſtathius ad Dionyſ. quod num ad Suſannam noſtram ſpectet & Jo. Damaſceni ſit, an quod nonnullis placere video † Nicolai Damaſceni, alii viderint. Libri Eſther editionem Græcam duplicem ex Arundeliana Bibliotheca produxit vir paucis comparandus Jacobus Uſſerius, Origenicam alteram, qua additamenta obelis confodiuntur; itemq; alteram auctore ut videtur Theodotione. Ad calcem Syntagmatis de LXX. Interpretibus Lond. 1655. 4. recuſi Lipſ. 1695. 4. Johannes vero Druſius additamenta libri Eſtheris de Græco latine tranſtulit & notis Criticis illuſtravit, ad calcem annotationum in librum Eſtheris latine verſum à Sante Pagnino. Lugd. Bat. 1586. Leguntur hæ notæ cum Baduelli, Grotiique animadverſionibus etiam in Criticis Sacris Londinenſibus.

VIII. Librum qui ESDRÆ ſub nomine *tertius* in latina veteri verſione ambulat & ex Hebraico translatus videtur Jo. Morino p. 225.

Exerc.

* Vide Chriſtoph. Cartwrighti Mellific. Hebr. III. 1. & Bochartum Hierozoic. T. 1. pag. 749 ſeq.

† Voſſ. de Poet. Gr. p. 31. Colomeſ. ad Gyrald. p. 303.

2011 Ministerio de Cultura

Exerc. Bibl. Iſidorus Hiſpalenſis VI. 2. Orig. vocat *librum ſecundum*, ne gans eum apud Hebræos haberi; & Esdræ ἐνδιάθηκον, ac divinum Nehemiæ librum qui aliis ſecundus Esdræ eſt, pro uno computans, quod apud Hebræos factum teſtatur * S. Hieronymus. Athànaſio autem in Synopſi & in Græcis Bibliorum editionibus eſt *Liber Esdræ primus*, quoniam hiſtoriam paulo altius atque ille repetit, ut notat Jo. Rainoldus T. 1. cenſuræ Apocryphorum p. 238. Lectus eſt à Clemente Alex. & ab Oricene, Cypriano aliisque ſub Esdræ nomine allegatus, unde quin bene antiqvus ſit non eſt dubitandum. Eſdræ autem dicitur non quod ille ſit auctor, ſed quod magna ejus pars c. VIII. ſeq. de Eſdra agit. Græce exſtare negarunt viri nonnulli docti, quia deeſt in nonnullis Biblior. editionibus. In plerisque vero exſtat, & in Polyglottis Pariſienſibus ac Londinenſibus legitur Græce, Syriace ac latine. Græci eum diviſerunt in capitula CIX. ut in edit. Aldina ac qui eam ſeqvuntur apparet. In Nicephori στιχομετρία duobus Eſdræ libris (huic tertio nimirum qui Græcis primus eſt, & Canonico Eſdræ itemque Nehemiæ libro qui ambo ſecundum illis conſtituunt) tribuuntur στίχοι quinquies mille ac quingenti. Latinæ verſionis S. Hieronymus non videtur auctor. Sed diu ante Hieronymi tempora latine lectitatum conſtat hunc librum è Tertulliano, Cypriano & aliis. Germanice noluit transferre D. Lutherus, nam quæ in recentioribus Bibliorum Germanicorum noſtrorum editionibus occurrit verſio libri III. & IV. Eſdræ, atque III. Maccabæorum B. Dan. Cramerum auctorem agnoſcit. De *quarto Esdræ* libro, qui latine tantum exſtat, & Græce olim lectus fuiſſe ex fragmentis in Barnabæ Epiſtola & Clemente Alex occurrentibus cognoſcitur, dixi in Codice Apocrypho N. T. pag. 936. ſeq. Monui etiam ibidem de verſione Arabica hujus libri MSta in Bibl. Bodlejana, & de Codice latino itidem manu exarato, qui perinde ut Arabicus ab editis plurimum diſcrepet. Eos in lucem proferri ab iis qui poſſunt, fortaſſis ſit pretium operæ, propter non contemnendam libri antiquitatem. Latinum veterem interpretem interpolavit Sebaſtianus Caſtellio, Franciſcus item Junius, qui notulas quoque adſperſit.

* S. Hieron præf. ad Esdram & Nehem. *Nec quenquam moveat, quod unus à nobis editus eſt, nec Apocryphorum tertii & quarti ſomniis delectemur, quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæque ſermones in unum volumen coarctantur, & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor ſenibus ſunt* (i. e è numexo XXIV. librorum Canonicorum V. T. quos cum XXIV. ſenibus alibi confert) *ſunt procul abjicienda.*

2011 Ministerio de Cultura

IX MACCABÆORUM * sive *Hasſamonæorum librum primum* Hebraice reperiſſe ſe teſtatur Hieronymus. Neque abnuerim Hebraice primum ſcriptum, etſi pro Græca lingva contendit doctiſſ. Bevereigius in Codice Canonum Vindicato p. 277. Titulum Hebraicum ſervavit Origenes apud Euſebium VI. 25. Hiſt. Cum enim libros ἐνδιαθήκους veteris Teſtamenti commemoraſſet, ἔξω ὧν τούτων, inquit, ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκά, ἄπερ ἐπιγέγραπται Σαρβηθ Σαρβανὲ ἔλ. Quod Scaliger ad Euſeb. pag. 40. interpretatur שער ביית *porta domus* & שער בני אל *porta filiorum Dei*: vel potius שרי בירת *principes familiæ*, & שרי בני אל *principes filiorum Dei*. Bochartus: שרביט שר בני אל *ſceptrum Principis filiorum Dei*. Franciſcus Junius & Huetius: שרביט סרבני אל *ſceptrum ſive virga rebellium Dei*. Fullerus minus veriſimiliter: *Generatio rebellantium*. Græcam verſionem, quæ amiſſo Hebraico exſtat, & Flavio Joſepho forte lecta eſt, ad varias editiones exegit atque cum verſione ſua & notis edidit *Jo. Druſius* ſubjuncta *Alberici Gentilis* diſſertatione qua tuetur loca nonnulla quæ in hoc libro reprehendi ſolent. Franeqv. 1599. 4. Hæc Alberici diſſertatio cum Druſii & Baduelli, Grotiique notis occurrit etiam in Criticis ſacris Anglis. In Polyglottis Vulgatam veterem & latinam recentem Nobilii, & Syriacam habes verſionem. Nicolai Toinardi Harmoniam libri utriusque Maccabæorum quam pridem typis impreſſam ſed nondum publici juris factam ante duo-

* Maccabæus, cognomen Judæ Mathathiæ filii, καλουμένου Μακκαβαίου. 1. Maccab. II 4. quod à virtute pater ei dederat. Perſica lingua ſonare Κοίρανον ſive δεσπότην notavit Iſidorus Peluſ. III. 5. Epiſt. Mathathias apud Gorionidem: *Juda, fili mi, nomen tuum vocavi* מכבי *Maccabæus,* ער גבורתך *propter fortitudinem tuam.* Druſius XI. 14. ſacrar Obſ. & initio commentarii in 1. Haſmonæorum מכבאי *exſtinctorem* interpretatur, à כבה exſtingvo. Alii (vide Memorias litterarias Trivult. A. 1701. pag. 370. ſeq.) repetunt à מחה quod eſt delere, perdere & אהב deſideravit. Hottingerus *proſtratorem* ab Arabico כבא proſtravit in terram. Abraham Ecchellenſis, quod miror, *mœrentem*. (in Chron. Oriental) Etiam primæ litteræ verborum Exodi XV. 11. quibus in Symboli vicem uſus Maccabæus fertur, nomen מכבי referunt, quæ nominis notatio placet præter Reuchlinum, Junium, Grotiumque & alios Joanni Smetio Antiquitat. Neomag. p. 40. & Petro Poſſino p. 378. ſpicilegii Evangelici. Vide et, ſi juvat, Fullerum II. 13. Miſc. ac B. Dorshei pentadecadem p. 397. & Mich. Waltheri quadragenam Miſc. Theol. p. 769 ſeq. De *Haſſamonæis* Seldenum lib. 1. de ſucceſſ. in Pontificatum cap. 10. & Chriſtiani Noldii Hiſt. Idumæam p. 412. ſeq. Waltheri centur. p. 510.

2011 Ministerio de Cultura

duodeviginti annos ſcripſit eminentiſſimus Noriſius de Epochis Syro-macedonum diſſ. 2. c. 1. etiamnum premi exiſtimo. Prætereo Bellatoris perditos in hunc librum commentarios, & quos habemus Rabani, Thomæ Aquinatis, atque ut ad recentius ſæculum veniam Serarii, Sanctii, & qui in verſu 22. capitis IX. ſubſtitit, diffuſi Petri Redani.

Liber Maccabæorum *ſecundus* poſt primum ſcriptus videtur, neque ut primus Hebraice ſed Græce, notante etiam Hieronymo præf. in libros Regum: etſi Philonem auctorem eſſe neutiquam credam Honorio Auguſtodunenſi. Neque Allatio aſſenſerim, cui auctor eſt Simon Maccabæus ſacerdos maximus p. 200. de Simeonibus. Poſt præmiſſas Epiſtolas binas continet Epitomen librorum quinque à *Jaſone Cyrenæo* Græce (etſi dubitet Blondellus p. 239. de Sibyllis) ſcriptorum de Juda Maccabæo. Hæc eſt Μακκαβαϊκῶν Ἐπιτομή Clementi Alex. laudata V. Strom. p. 595. ut jam Scaligero obſervatum. Quæ narrantur capite tertio, quarto, quinto, contigerunt ante ea quæ proſequitur liber primus Maccabæorum; Quæ vero liber primus habet poſt caput ſeptimum, de iis nihil amplius in ſecundo libro exſtat. Syriaca verſio libri quoque ſecundi occurrit in Polyglottis, ſed quæ ibidem ſub hoc titulo legitur Arabica, nihil aliud eſt quam verſio pſeudo Gorionidis, ut notatum Antonio Van Dalen viro acutiſſimo diſſ. de Hiſtoria Ariſteæ pag. 136. & Herbeloto in Bibliotheca Orientali p. 523.

Liber tertius Maccabæorum dicitur qui ordine primus eſt, *non alia ratione* ut exiſtimat Grotius in prolegom. ad h. l. & appendice de Antichriſto p. 477. *quam quia Chriſtianis ſerius innotuit, nec tam late patentem quam duo illi auctoritatem adeptus eſt.* Tempora attingit Maccabaicis priora, & in canone ultimo ex illis qui falſo ad Apoſtolos referuntur una cum duobus prioribus adſcribitur catalogo librorum ſacrorum. Conditus Græce, ſtylo & charactere Alexandrino, ampulloſo, & qui proxime abeſt à cothurno, quod judicium eſt Scaligeri, quem ſi placet vide ad Euſeb. num. MDCCXCVII. Latina vetus verſio nulla exſtat, Syriaca legitur in Polyglottis. Ab Hieronymo vocari hunc librum *Philopatorem* præf. in libros Regum, conjectura eſt Viri Clariſſ. Marci Meibomii lib. de fabrica triremium p. 45. Alii *Paſtorem* legunt & Hermæ librum inter Apocrypha Novi non Veteris relatum Teſtamenti. Franciſcus Junius qui librum quoque tertium Maccabæorum ligunt, etſi ab aliis latine interpretatus eſt & de eo locum Hieronymi accepit, maluit *πάλατιον*, nempe ἀπὸ τ῀ *παλάτ῀* ſive *παλάτ῀* h. e. ab atrio in quo ſacerdos

2011 Ministerio de Cultura

dos ſummus cum fideli comitatu ſuo interceſſit ne Rex veniret in ſanctuarium. Verum hanc conjecturam merito reſpuit Steph. le Moyne Epiſt. ad Ampliſſ. Cuperum de Melanophoris p. 258. ſeq.

Philoſtorgius qui tertium rejicit vocatque πρωτώδη lib. 1. c. 1. etiam *quartum Maccabaicorum librum* numerat, eundem innuens quem in quibusdam Græcis & Græcolatinis Bibliorum editionibus legimus, & in Codice Bibliorum Alexandrino Græco MS exſtare teſtatur Bevergius Codice Canonum vindicato p. 289. brevem ſed elegantem ac diſertum ſub titulo *Joſephi περὶ αὐτοκρατόρος λογισμός*. De eo dixi infra libro IV. ubi de Flavio Joſepho. Hunc in Athanaſii ſynopſi & ab aliis veteribus per librum quartum Maccabæorum intelligi, teſtimonio Philoſtorgii, Syncelli & aliorum certiſſime conſtat, quanquam Sixtus Senenſis lib. 1. Bibl. Sanctæ p. 39. refert ſe Lugduni in Bibl. Sanctis Pagnini apud Prædicatores reperiſſe librum quartum Maccabæorum longe alium, plenum Hebraiſmis, & hiſtoriam XXXI. annorum continentem, atque incipientem his verbis: καὶ μετὰ τὸ ἀπεκταν θῆναι τὸν Σίμωνα ἐβασίλευσε Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἱερεὺς ἀντ' αὐτοῦ. Hac ipſa in cæde Simonis deſinit liber primus Maccabæorum, additurque Joannis filii geſta ſcripta eſſe ἐν βιβλίῳ ἡμερῶν ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ. Qui ſi fuerit idem liber Sixto inſpectus, dolendum ſane eſt non fuiſſe in lucem editum, antequam Bibliotheca illa conflagraret, quod factum eſſe haud diu poſt, è Poſſevino narrat Seldenus de ſucceſſione in Pontificatum lib. 1. c. XIII.

X. Superſunt & alia monumenta Apocrypha ſub veterum Prophetarum nominibus ut (1) *Pſalmus CLI.* περὶς τὸν Γολιάθ, * qui ad calcem Pſalterii & in Græcorum Horologio Græce exſtat, & Græca Metaphraſi poetica pridem donatus eſt ab Apollinari. Antiquam ejus latinam verſionem edidit Joſephus Maria Carus Rom. 1688. Habetur & in verſione Syriaca, Arabica, Angloſaxonica. ** Meminit Athanaſius ſermone ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum, Athanaſius junior in Synopſi Scripturæ, Auctor Epiſtolæ quæ ſub nomine Mariæ Caſtabalitidis exſtat ad Ignatium, *** Vigilius Tapſenſis in conflictu Arnobii ac Serapionis & Euthymius prologo in Pſalmos. Paraphra-

* Vitam Goliathi atque in hoc præſentis Pſalmi illuſtrationem exſpectamus à Rev. & doctiſſimo Viro, amico noſtro, Paulo Chriſtiano Hilſchero, Paſtore digniſſimo Palæodreſdenſi.

** MS. in Bibl. Bodl.

*** Colomeſius Obſer. ſacr. p. 87. Cotelerius ad Patres Apoſtol. T. 2. p. 101.

2011 Ministerio de Cultura

phrasi poetica Græca & latina donavit Olympia Fulvia Morata, iterum latina Adamus Theodorus Siberus, Gallica Blasius Vigenerius. (2) *Additamenta ad librum Jobi* II. 9. seq. XLII. 17. seq. (3) *Psalterium Salomonis* sive Psalmi Salomonis XVIII. à Ludovico de la Cerda editi Græce è MS. Augustano, & versione ac notis illustrati ad calcem Adversariorum sacrorum Lugd. 1626. fol. obvii etiam in MS. Codice Bibliorum Græcorum Alexandrino ut testatur Beveregius, & memorati Athanasio in Synopsi, Balsamoni ad Can. LIX. Laodicen. atque in Nicephori στιχομετρίᾳ. (4) *Testamentum Patriarcharum*, (5) *Henochi fragmentum* &c. Longe plura vero deperdita memorantur, quorum partem magnam persecutus est nuper Scipio Sgambatus in Archivis V. T. Neapoli editis, de quo opere paucis forte adhuc viso, sed singulari Rev. doctoris quondam mei Tho. Ittigii benevolentia mecum comunicato, consules Acta Eruditorum Anni 1705. p. 337. Ego quidem ut in Codice Apocrypho Novi Testamenti quam ante quadriennium vulgavi, persecutus sum non exiguo numero scripta quæ vel CHRISTO vel Mariæ Virgini, vel Apostolis atque Evangelistis suppositа fuerunt, ita similem in modum singulari libro ejusdem commatis scripta sacris V. T. Patribus ac Prophetis supposita recensere pridem constitui in Codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti.

CAPUT XXX.

De POLYBIO & ÆNEA Tactico aliisque rei militaris scriptoribus.

Polybii ætas, dignitas, dictio. 1. Libri quadraginta Historiarum. 2. Quot ex illis supersint, & num excerpta quæ exstant sint ex M. Bruti Epitome. 3. Polybii editiones latinæ. 4. & Græcolatinæ. 5. Scripta virorum doctorum quibus Polybiana quædam illustrantur. 6. Versiones Polybii in linguas vernaculas. 7. Scripta Polybii quæ interciderunt. 8.

Alii

2011 Ministerio de Cultura

Alii Polybii. 9. De Ænea Tactico. 10. De strategico Onosandri. 11. Catalogus scriptorum Græcorum Strategicorum & de re militari qui in Bibliothecis adhuc delitescunt 12. vel plane periere. 13.

I.

POLYBIUS natus est Megalopoli in Arcadia Olymp. CXLIII. 4. (ante CHRISTUM 205.) patre Lycorta (*a*) stratego sive prætore Achæorum, de quo vide, si placet, Justinum XXXII. 1. 9. & Plutarchum in Philopoemene p. 368. Adolescens Philopoemeni se adjunxit (Plutarch. p. 791. an seni gerenda Resp.) functus & ipse primum honoribus in patria ac legatione ad Ptolemæum Epiphanem Ol. CXLIX. 4. postea Ol. CLIII. 2. evocatus cum aliis Achæis rerum novarum suspectis Romam, familiaris fuit Scipioni juniori Africano (*b*) cum quo & Africam adiisse, & Carthaginis eversioni (*c*) interfuisse traditur Ol. CLVIII. 2. Anno post vidit Corinthum incensam à L. Mummio, qui illam ingenti clade subjecit Romanis. Sane expugnationi Corinthi præsentem fuisse constat ex Plutarchi extremo vitæ Philopoemenis & testatur ipse Polybius apud Strabonem lib. VIII. p. 381. Dehinc Achajæ civitates obiens, res eorum, legesque constituit, ac Romanos iratos illis, qui dicto suo audientes esse volebant reconciliavit. (*d*) In Ægypto quoque postea versatus est sub Evergeta Physcone, ut ex eodem Strabone cognoscere est lib. XVII. p. 797. Sed & alias terras adiit, Galliam & Hispaniam, (*e*) Alpes mariaque trajecit, ne quam in Timæo reprehendit locorum ignoratione ipse historiam scripturus peccaret. Diem obiit supremum anno ætatis LXXXII. Olymp. CLXIV. (ante CHRISTUM 124.) cum rure domum repetens, ex equo excidisset, & morbo inde

(*a*) Vide Vossium lib. 1. c. 19. de Hist. græcis & in arte Hist. c. 22. Suidæ Lycortas corrupte est Lycus.

(*b*) Excerpta Peiresc. è lib. 31. p. 149 Plutarch. IV. 1. Sympos. Vellejus lib. 1. Ælianus Tactic. c. 1. Ammianus XXIV. 2. Pausanias Arcadicis p. 663. ubi ait omnia, quæcunque è Polybii monitu gesserit Scipio, feliciter ei successisse, in aliis ipsum offendisse.

(*c*) Appian. Libyc. p. 82.

(*d*) Excerpta Peiresc. p. 192. seq. Plutarch. Catone Majore pag. 341. Pausanias Arcadic. cap. 30.

(*e*) Polybius Lib. 3. c. 48. & 59.

2011 Ministerio de Cultura

de fuiſſet correptus. (*f*) Statua ejus memoriam coluere Mantinæenſes, teſte Pauſania in Arcadicis c. 9. Megapolitani id. c. 30. Pallantienſes, id 44. Tegeates id. c. 48. tum Methydrini, id. c. 37. qui hoc addiderunt elogium: Ἐξ ἀρχῆς μηδὲν σφαλεῖσαν τὴν Ἑλλάδα εἰ Πολυβίῳ τὰ πάντα ἐπείθετο, καὶ ἁμαρτοῦσαν δ' ἐκείνου βοήθειαν αὐτῇ γνέσθαι μόνον. *Nihil ab initio offenſuram fuiſſe Græciam, ſi Polybii conſiliis paruiſſet; graviter vero afflictæ unum illum præſidio fuiſſe.* In ſcribendo laudem tulit viri nec in dictione prorſus negligentis, ſed bene ac perſpicue narrantis & docentis (*g*) licet iis qui collocationem verborum non admodum curarunt, annumeratur à Dionyſio Halicarnaſſeo. (*h*) At longe majorem habuit rationem rerum, quarum peritiſſimus, & veritatis, cujus amantiſſimus fuit: usque adeo, ut Zenonem Rhodium (*i*) reprehendat, quod dictionis elegantiæ magis quam rerum inquiſitioni & argumenti ſui tractationi ſtudium impenderit, jubeatque, ſe (*k*) ſicubi de induſtria mentiri compertus fuerit, citra veniæ ſpem increpari, uti viciſſim ex ignoratione lapſo ſibi tanquam homini in tam longo præſertim opere dari cupit veniam. Singulare eſt, quod Joh. Hoornbeeckius p. 39. Orationum refert de Carolo Maetio, qui *quando ad correctionem interpretationis Belgicæ Bibliorum ſe accingeret, crebra Polybii lectione mentem imbuebat, quod ejus Phraſin ad Græci in Novo teſtamento textus intelligentiam non parum momenti adferre arbitraretur.* Vide &, ſi placet, Alex. Morum ad Galat. II. 13. ubi notat Paulum Apoſtolum frequenter vocibus uti Polybianis.

II. Scripſit ΙΣΤΟΡΙΩΝ Βιβλία μ'. *Hiſtoriarum* de rebus toto fere terrarum orbe per annos LIII. (*l*) geſtis (unde ipſe opus ſuum vocat ἱστορίαν καθολικὴν (*m*)) ab anno primo Olymp. CXL. & initio belli Punici ſecundi, ubi deſierant *Timæus* (*n*) & *Aratus* Sicyonius, (*o*) ad everſionem regni Macedonici, ſive Perſen Macedonum (*p*) Regem

(*f*) Lucianus Macrobiis T. 2. p. 474.
(*g*) Caſaub. dedicatione Polybii ad Henricum IV. p. 43.
(*h*) περὶ συνθέσ. ὀνομάτων T. 2. p. 5.
(*i*) Excerpt. Peireſc. p. 75.
(*k*) Excerpt. Peireſc. p. 81. ſeq. adde lib. XII. c. 5. Ubertus Folieta in diſſertatione de ſimilitudine normæ Polybianæ, ſive utrum Hiſtoria non ſit niſi verarum rerum narratio, ut ſentit Polybius
(*l*) Polybius lib. 3. c. 4. Zoſimus lib. 1. ſub init.
(*m*) Polybius Lib. 2. c. 37.
(*n*) Lib. 3. c. 32.
(*o*) Lib. 1. c. 3.

2011 Ministerio de Cultura

à Romanis victum Olymp. CLIII. 1. *libros quadraginta*, quorum duo primores veluti introductionis loco præmissi strictim persequuntur (q) Reip. Romanæ res à capta per Gallos urbe, duce Breño Olymp. XCVIII. ad primam trajectionem in Siciliam, atque inde paulo disertius usque ad initium belli Punici secundi. Ut vero diligentissimus fuit in rebus Romanorum describendis, ita egregie quoque explicavit res Carthaginiensium, Achæorum, Macedoniæ, Syriæ, Ægypti, Ponti, Cappadociæ, Persidis aliarumque gentium, multa de ingenio ducum, de re militari, de ratione & forma rerumpublicarum, de causis interioribus, initiis ac modo gestorum præclare observavit, ubique præstans recti etiam in hoste laudatorem, inimicum vitiis, prudentiæ ac virtuti plus tribuentem quam fortunæ & confictis prodigiis, cultorem tamen Dei divinæque providentiæ religiosum: (r) Historicum denique non minus narratione integra ac fide digna, quam saluberrimis monitis studentem prodesse lectoribus suis, licet ob hoc ipsum non desint, qui eum insectentur, ut post Seb. Maccium Italum satis acerbe nuper fecit Vignolius Marvillius Miscellaneorum T. 2. pag. 21. Latinæ linguæ peritus Polybius libros Censuales & alia ejusmodi monumenta Romæ commendatione Scipionis è Capitolina æde utenda accepit, de pluribus ex Lælii ore & memoriis factus est certior, testatur etiam (s) se incidisse in indicem sive tabulam æneam scriptam ab Hannibale, cum in Italia ille versaretur, & hanc se secutum, unde Punice etiam calluisse possis suspicari. Ex historicis, qui ante ipsum scripserunt, plurimum tribuit Arato, minus contra fidendum docet Philino, Fabioque & Phylarcho, Chæreæque ac Sosilo, quorum duorum scripta non historiam sed fabulas ex tonsoris officina referre affirmat.

III. Ex illis quadraginta libris (quibus adhuc integris usum Cæsarem Bryennium suspicatur Possinus in notis p. 114.) non plures hodie integri exstant, quam *primores quinque*. E libris VI. usque ad XVII.

(p) Lib. 3. c. 32. Steph. in μεγάλη πόλις Suid. in πολύβ.
(q) Confer Synopsin Chronologicam Hist. polybianæ T. 2. edit. Gronov. p. 1586. seq.
(r) Casaub. dedicatione Polybii p. 41. seq. Mottanus Vayerus Tom. 1. Opp p. 245. edit. in folio. Vide & Xiphilinum in Augusto p. 41. ubi Polybium excusat, quod prodigiorum in historia rationem non habuerit. Εἰ μὲν ὐδ' ἂν γενέσθαι νομίζων, μεμαστῶς, πλήρης γὰρ τῶν τοιούτων ἡ ἱστορία. Εἰ δ' ὡς ὐχ ἱστορήσας γε αὐτὸς, συγγνωστῶς, συγγραφὴν γὰρ προεχείρησε.
(s) Polybius lib. 3. c. 33.

2011 Ministerio de Cultura

XVII. excerpta tantummodo ad nos pervenerunt, quæ *Isaacus Casaubonus* suspicatus fuit esse partem epitomes, quam è Polybii opere feciſſe extremis vitæ suæ temporibus traditur *M. Brutus*. (*t*) Sed merito hæc viri docti conjectura parum credibilis visa est Henrico Valesio, qui eam refellit & excerpta ab epitome distinguere docet in prolegomenis ad excerpta Peiresciana, licet probatam etiam Mottano Vayero Viro ingeniosissimo. In Bibliotheca (*u*) Augustissimi Imperatoris in codice Historico 25. & 30. atque adeo bis exstant manu exarata excerpta adhuc inedita libri XVIII. & XIX. quæ in lucem protrahi operæ pretium sit. Post hæc enim verba, quæ in editione Casauboni & Gronovii ultima sunt libri XVII. *τὸν ὀκνήσομεν διασαφεῖν τὰ παρακολουθήσαντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπεπῆ*, sequntur in illis codicibus: *Πολυβίου ἐκ τῆς ἱστορίας. Ἐγὼ δὲ τῷ τῆς ἕκτης βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, ὅτι λαβὼν τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν σύγκρισιν ποιήσωμαι τῆς καθοσιλίσεως Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων. Ὅμοιον δὲ καὶ* &c. Deinde post excerpta è libro XVIII. *Πολυβίου ἐκ τῆς ἰθ λόγου. Περὶ τῆς Σκιπίωνος τῆς Ἀφρικανῆς ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ τῇ ἀκμαίᾳ καὶ τὸ τῆς κάλλους διαφέρουσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν* &c. Denique excerptum *περὶ Μηδίας*, quod incipit: *ἔστι τοίνυν ἡ Μηδία κατά τι τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἀξιόχρεως* &c. Libri quinque primores & excerpta jam edita è libris sexto usque ad decimum septimum (*x*) exstant etiam in manuscripto Codice præstantissimo Augustæ Vindelicorum, cujus varias lectiones edidit & illustri viro Johanni Capellano dicavit *Johannes Henricus Bœclerus* Vir Clariss. Argentorat. 1670. 4. Harum omnino ratio habebitur in nova, si quando curanda erit, Polybii editione. Alia ex historiis Polybianis excerpta de legationibus jussu Constantini Porphyrogeniti (*y*) pridem selecta, Græce edidit *Fulvius Ursinus* Antvverp. apud Plantinum 1582. 4. additis eruditis suis notis & aliis fragmentis à se collectis, in quibus sunt quædam è Suida, quæ ipse ex sola conjectura parum certa, imo ut Valesius (*z*) observavit non raro falsa Polybio tribuit. Denique alias præ-

(*t*) Plutarchus in Bruto p. 985.
(*u*) Nesselius parte V. Catalogi Bibl. Vindob. p. 54. seq. & p. 56.
(*x*) Decimi octavi quoque excerpta legi in illo codice notavit in suo Catalogo Elias Ehingerus. Sed errore numerorum deceptum virum optimum notavit Boclerus.
(*y*) De his excerptis ago infra lib. VI.
(*z*) Valesius præf. ad excerpta Peiresc.

2011 Ministerio de Cultura

claras eclogas de virtutibus & vitiis ex eodem Polybiano opere ejusdem Constantini jussu excerptas (a) codice Fabricii Peirescii usus *Henricus Valesius* vir eruditissimus græce & latine in lucem edidit cum notis Paris. 1634. 4.

IV. *Editiones Polybii Latinæ.*

Interprete *Nicolao Perotto* libri V. Rom. 1473. & Brixiæ 1488. fol. Perottus versionem suam inscripsit Nicolao V. pontifici Max. cujus auspiciis eam adornandam in se susceperat. Prodiit deinde Polybius itidem, (latine ut putare se ait Gesnerus in Bibl.) Basileæ apud Frobenium & Henricum Petri ante Annum 1545. de quarum neutra editione mihi alio testimonio constat. Ceterum editus est iterum Lugd. 1554. 8. Basil. 1557. 8. Genev. 1597. & 1608. 12. in quibus editionibus præter libros quinque è Perotti versione, habentur excerpta è proximis duodecim libris, interprete *Wolfgango Musculo*.

Is. Casaubono interprete, libri V. & ex libris VI - XVII. excerpta, tum excerpta de legationibus & *Æneæ* Tactica, cum prolegomenis ejusd. Casauboni ad Polybium. Francof. typis Wechelianis A. 1610. 8. Ad hanc versionem suscipiendam plus simplici vice hortatus Casaubonum est Josephus Scaliger. *Nam illa Musculi*, inquit, *ridicula est: Perotti ad quinque libros, manca, aliam non vidi.* Epist. 114. Casaubonus ipse Epist. 413. *Perottus latine quidem loquitur, sed longe ab auctore discedit. De Musculo nihil dico, in quo præter egregiam voluntatem nihil invenio, quod laudem. Habeo in manibus* Pompilii Amasii *versionem eorum, quæ ex interpretatione Musculi vulgo leguntur. Vellem vidisses, ut consilium dares, acquiescendumne in ea sit, annon. Elegans profecto est & compta. Sed vir probus hac cautione usus est, ut obscurissimas quasque ἐπιπλοκὰς non attingeret, contentus lectorem monere, peti posse eorum versionem à Musculo. Nobis vero non licet esse tam securis.* Respicit Casau-

(a) Quæ in hisce excerptis p. 146. seq. leguntur de Scipione ea *Jo. Henr. Boecleruus* nova versione & annotationibus illustravit Argentorat. 1659. 4. sub titulo: *Scipio Polybii colloquio Academico accommodatus.* Hæc diatriba paucis foliis constans non legitur inter dissertationes Bœcleri Academicas junctim editas Argentor. 1701. 4. In *Nic. Bellermontani* dissertationibus Academicis ad optimos veteris & novæ Historiæ Scriptores, undiquaque ut Jac. Thomasius §. 239. de plagio observat eorrasis, & excusis Francof. 1626. sunt etiam Polybium spectantia quædam pauca.

2011 Ministerio de Cultura

ſaubonus Eclogam primam & tertiam è ſexto Polybii libro de diverſis rerump. (*b*) formis deque Romanæ præſtantia, quæ (*c*) *Pompilio Amaſæo* (Romuli Amuſæi, qui Pauſaniam & Xenophontis quædam latine convertit, filio) interprete prodierunt Bononiæ A. 1543. 4. Idem Caſaubonus Epiſt. 425. "Tandem imperavi ipſe mihi, & verſionem à me ex-
"preſſi, vel potius initium verſionis. Kalendis enim Novembris (A.
"1605.) prima ejus ducta eſt linea. Scis quam non contemnendus
"Perottus ſit, qui vir, ſi græcarum literarum cognitionem habuiſſet, in
"eo genere ſcriptionis pæne mihi regnare videretur. Sed rudem fuiſſe
"τ῀ ἑλληνισμ῀ reapſe deprehendimus, ſic tamen ut τ῀ καλοκαγαθὸν Mu-
"ſculum, qui fragmenta vertit, multis paraſangis anteiret. Epiſt 426.
In Polybio ſcis me nunc eſſe, cujus verſionem ne me pœniteat fuiſſe aggreſſum, Perotti interpretis fatuitas facit, qui mille amplius locis omiſſo Polybio Livium deſcripſit nobis, quare merito Itali tui latinitatem homines ſunt admirati. ſed de fide illius, quod prædicat Jovius (*d*) *quis ferat æquo animo? iraſcor & vehementer quidem.* Confer Caſauboni præfationem, p. 71. ſeq. Etiam Vincentio Opſo-

(*b*) Hanc Polybii elegantiſſimam diſſertationem expreſſiſſe videri poteſt Machiavellus lib. 1. diſſ. in decadem primam Livii cap. 2.

(*c*) Præter illas duas eclogas ex ejus verſione editas Caſaubonus in præf. ad Polybium teſtatur è Sylburgii Bibl. ad manus ſuas pervenìſſe ſchedam parvam tituIos XVI. continentem variarum lucubrationum, quas hic Vir doctiſſimus Amuſæus illuſtrando Polybio compoſuerat. *Poſtea*, inquit, *etiam literis viri Magnifici Marci Velſeri ſumus admoniti exſtare adhuc alibi in Italia eorum libellorum nonnullos, qui ſi ab eruditis hominibus fuerint aliquando publicati, fructuoſam eorum lectionem ſtudioſæ juventuti futuram non dubitamus. Nos eorum nihil vidimus, præter verſionem eclogarum, quas Muſculus ſermone Romano expreſſerat, in quo multum admirati ſumus difficillima quædam fragmenta ab Amaſæo non eſſe verſa, ſed Muſculi translationem retentam, à Pompilio leviter caſtigatam. Erant tamen in ea, quam diximus, ſchida aliquot tituli prolixam explicationem pollicentes & ejus eclogæ, qua Romana militia declaratur, & omnium penitus locorum hujus ſecundæ partis affinis argumenti, quæ omnia hactenus cum inviſa nobis atque incomperta ſint, nihil habemus, quod amplius de iis dicamus.*

(*d*) Jovius p. 32. elog. *Exinde Romæ Græcas literas pertinaci ſtudio conſectatus* (Perottus) *fretusque Beſſarione generoſo Mæcenate, adeo exacte feliciterque profecit, ut ab eo Polybius graviſſimus hiſtoriarum ſcriptor latinitati donaretur. Non defuere tamen ex æmulis, qui ejus auctoris traductionem antiquiſſimam fuiſſe furtoque ſurreptam exiſtimarunt, quod Thucydidem, Diodorum, Plutarchum & Appianum clariſſimo ingeniorum certamine converſos unus Polybius egregia fide latinus æquabili ac pradulci Romani ſermonis puritate prorſus antecedat.*

2011 Ministerio de Cultura

Opſopæo notante Perottus non paucos locos prætermiſit, & interdum totas ſubterſiliit paginas, quamvis Franciſcus Sabinus Perotti Polybio nihil affirmat eſſe politius. Confer Anton. Borremanſii Varias lect. c. X. p. 117. & Leonhardi Nicodemi additamenta ad Bibl. Neapolitanam Nic. Toppi p. 185. ſeq.

V. Editiones Græcolatinæ.

Hagenoenſis librorum quinque, apud Secerium, cum verſione Nic. Perotti ſeparatim adjecta A. 1530. fol. Præfationem addidit *Vincentius Opſopæus*, ex cujus codice hæc editio recenſita eſt.

Baſileenſis A. 1549. fol. apud Hervagium, librorum quinque, cum ſeparatim ſubjuncta verſione Perotti, & excerptorum è proximis libris usque ad XVII. cum verſione *Wolgangi Muſculi*, qui Hervagiano MS. cum codice Auguſtano per Xyſtum Betulejum A. 1548. collato uſus illam verſionem, cum Tiguri exſularet, adornavit alieno rogatu, ætate jam grandi. Excerptum è libro XVI. de prælio navali circa Chium primus Græce vulgarat illuſtraveratque *Lazarus Bayfius* libro de re navali edito primum A. 1537. & noviſſime recuſo T. XI. Antiq. theſauri Gronoviani pag. 581. ſeq. Profitetur autem Bayfius illud accepiſſe ſe à Victore Fauſto. Cujus, inquit, copiam mihi fecit Victor Fauſtus, dum Venetiis à Rege Chriſtianiſſimo legatus commorarer.

Pariſienſis A. 1609. typis luculentis fol. apud Drouartium, curante Viro incomparabili *Iſaaco Caſaubono*, qui libros quinque primores è codicibus MSS. tribus, Regis Galliæ, Bavarico & Antonii Verderii, (ſed, in quo duo tantum primi libri erant) emendavit, adhibitis inſuper vetuſtiſſimis membranis Urbini Ducis, in quibus excerpta ex primis libris XVII., atque adeo quinque etiam illis continebantur. Excerpta è libris VI - XVII recenſuit ad fidem tum earundem membranarum, tum aliorum codicum MSS. Regii, Memmiani, & Franciſci Pithoei, *quod*, inquit, *deprehendimus eſſe illud ipſum unde Baſileenſis editio fuerat deſumta.* Codicem Cardinalis Joyeuſii Rothomagenſis Archi-Ep. demum inſpexit abſoluta jam ſua editione. Excerpta legationum à Fulvio Urſino pridem edita emendavit & ſupplevit è codice MS. Andreæ Schotti, & è codice excerptorum à neſcio quo Theodoſio parvo *, quæ tum idem Schottus ad Caſaubonū miſerat, tum Caſaubonus ipſe in

quæ

* Titulus excerptorum in MS. Codice Thuaneo: Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν θεοδόσιός ἐστιν ὁ μικρός.

2011 Ministerio de Cultura

Bibliotheca repererat Thuana. Universa jam recensita, & eclogas quidem legationum primus Vir doctissimus fide, eruditione, & elegantia insigni vertit latine, fragmenta non pauca collectis à Fulvio Ursino adjunxit, & Synopsi Chronologica Polybium illustravit. Addidit etiam Æneæ Polybio memorati Poliorceticum, ineditum hactenus, cum versione & annotationibus, de quoinfra hoc ipso capite dicam.

Hæc editio ad verbum recusa est eodem anno admodum niti-

de *Hanoviæ A. 1609. fol. typis Wechelianis.*

Ex commentariis vero, quos in Polybium molitus fuit Casaubonus, illos tantum habemus in librum primum, tanto viro dignissimos, atque ut vere Morhofius 1. Polyhist. p. 220. aureos, qui post auctoris obitum lucem viderunt Parisiis * A. 1617. 8. deinde Bœclero curante recusi Argentorati A. 1654. 8. ac denique in Gronovianam Polybii editionem, de qua mox, recepti. Ex horum lectione incertum est, majoremne usum & voluptatem capiant studiosi, an dolorem, quod non minus maxima elegantissimi operis parte carere coguntur, quam *Apparatu* Casauboni *ad Commentarium Polybianum*, quo militiæ Græcæ & Romanæ aliarumque gentium veterum explicationem, fortunam & cum hodierna comparationem tradere instituerat, tum *indice Græco in Polybium & tractatu de stylo Polybiano*, quæ Parentem suum in affectis habuisse testatur in præfat. ad notas suas p. 201. seq. & 222. filius Mericus Casaubonus. Polybii Casaubono præmissa est dedicatio sive Epistola lectu digniſſima ad Henricum IV. Galliæ Regem, qua præclare differit de usu ac præstantia Historiæ, tum de Polybio ipso ejusque virtutibus, quem cum aliis Historicis veteribus confert, & ab impietatis crimine absolvit.

Amstelodamensis A. 1670. 8. 3. Volum. editore *Jacobo Gronovio* V. Cl. qui Parenti suo Joh. Friderico Gronovio eam inscripsit. Præter ea, quæ in Parisiensi & Hanoviensi leguntur omnia, in hac reperies (1) commentarios Casauboni postumos in librum Polybii primum, (2) Excerpta de virtutibus & vitiis è Polybiano opere, cum versione & notis *Henrici Valesii*: (3) *Merici Casauboni* notas ante hac ineditas in quinque primos Polybii libros, ex parentis ipsius Isaaci castigationibus collectas quas oræ codicis Basileensis vel etiam Parisiensis suæ alleverat, in quibus modo vera lectio Polybio restituitur, modo versio castigatur, quæ inter-

* In Lipenii Bibl. Philosophica perperam traditur Polybium Casauboni Græce & latine prodiisse Paris. 1617. 8.

2011 Ministerio de Cultura

terdum jam tum non Græcis editis ſed illis correctionibus reſpondet. (4) *Fulvii Urſini* notas ad excerpta legationum, quibus præcipue confert Polybium cum * Livio, qui eum frequentiſſime eſt ſecutus, & non raro ad verbum expreſſit, licet nonnunquam etiam ab eo diſſentit nominatim ut lib. XXXIX. 52. (5) *Jacobi Palmerii* à Grentemeſnil animadverſiones ad varia Polybii loca, quas ediderat in Obſervationibus ſuis ad ſcriptores Græcos Lugd. Bat. 1668. 4. (6) Polybii fragmenta, poſt Fulvii Urſini & Caſauboni curas ab H. Valeſio & Jacobo Gronovio è Suida potiſſimum collecta & ab Æmilii Porti hallucinationibus hinc inde vindicata. (7) Jacobi Gronovii ad Polybium notas, in quibus Caſauboni quoque plus ſimplici vice notatur interpretatio. (8) Indicem pleniorem & accuratiorem.

VI. Ab eo tempore nonnulla Polybii loca illuſtravit *Marcus Meibomius* Vir Cl. in libro de fabrica triremium ** p. 70. ſeq. caſtigatis ſubinde Caſaubono, Gallico interprete *Ryero* (quem errores augere potius quam tollere affirmat) & Jacobo Gronovio. Idem p. 148. ſeq. exhibet pugnam navalem ad Chium à Polybio lib. XVI. deſcriptam cum nova ſua verſione & eruditis animadverſionibus, ad quarum calcem ſubjungit hæc verba: *His perlectis ſpero judicaturum lectorem antiquitatis peritum, interpretatione, quam edidit Caſaubonus & caſtigatiorem fieri poſſe* (hoc aliquot exemplis etiam docuerat H. Valeſius præfat. ad excerpta Peireſciana) *& Romani ſermonis perſpicuitate aliquanto ornatiorem. Notas hujus viri in primum librum, quod poſt obitum ſint editæ, rigidius excutere nolim. An præſtare poſſim in ceteros, quantum ab illo fuit exſpectatum, mallem, ſi otium*

* De Livii & Diodori Siculi imitatione qua Polybium in Hiſtoriis ſuis expreſſerunt, notata etiam nonnulla ſunt à Bœclero ad calcem Variar. Lectionum è codice Polybii Auguſtano p 169. ſeq. Quod vero Polybius à Livio XXX. 45. non alio elogio mactatur, quam *haudquaquam ſpernendi auctoris* (h. e. teſtis, ut vocabulum illud recte intellexit iliuſtris Grotius) non duxerim loliginis vel invidiæ eſſe cum F. Urſino, Palmerio, Cl. Clerico l. artis Criticæ p. 463. non magis quam impietatis, cum *Jovem*, dixit *non contemnendum*, ſed λιτότητα gravitati hiſtoriæ convenientem & Polybio non minus honorificam, quam quod Ciceroni 3. offic. c. 32. audit *Polybius bonus auctor inprimis*, & Straboni IX. p 422. ἀνὴρ ἀξιόλογος. Confer exempla hujus figuræ notata à Caſaubono p 1547. ſeq. edit Gronovii, Voſſio IV. 10. 8. Inſtit. Orator. Crenio IV. animadverſ p. 51. ſeq. Joh. Rualdo in vita Plutarchi p. 58. ſeq. Elia Roherello ad Origenem contra Celſum p. 4. Menagio ad Laertii ll. 97. Joh. Weitzio ad Terentium pag. 644. Druſio ad Sirach. XV. 13. Tan. Fabro ad Longinum p. 223. edit. Tollii.

** prodiit Amſtelodam. 1671. 4. recuſus T. 12. theſauri Antiquitatum Rom. Græviani.

2011 Ministerio de Cultura

otium esset, in publicum prolato hoc scriptore perpetuis commentariis illustrato probare, quam varia pollicitatione doctos homines suspensos tenere.

Cum diligentissimus fuerit in re militari Romanorum describenda Polybius libro VI. excerpt. cap. 17 - 40. illum locum separatim latine non infeliciter ttanstulit *Janus Lascaris* homo Græcus Basil. 1537. περὶ τῆς ὁπλιτικῆς παρατάξεως, postea eruditis commentariis illustrarunt *Franciscus Patricius* in opere de militia Romana (quod ex Hetrusco idiomate in latinam linguam à præclaro viro Ludolpho Neocoro translatum in thesauri Græviani tomo decimo habent studiosi) tum *Justus Lipsius* in Libris V. de militia Romana, de quo videnda censura Casauboni in Epist. 21. ad Bongarsium, denique *Hermannus Ratbodus Sebelius* in dissertatione de castris & agmine Polybiano, quæ cum aliis hujus argumenti ab eodem viro elegantissimæ doctrinæ concinnatis diatribis in eodem thesauri antiquitatum Romanarum tomo decimo occurrit.

Interpretibus Polybii quodammodo etiam accensendus *Leonhardus Aretinus* est, ejus enim de bello Punico libri duo Paris. 1512. & Augustæ Vindel. 1537. 4. veluti in Livii supplementum editi magnam partem è Polybio sunt expressi. Prior agit de bello Punico primo, posterior de seditione militis conductitii, & populorum Africæ à Carthaginiensibus defectione, bello item Illyrico & Gallico. Sed illam quidem Livii è Polybio & aliis optimis scriptoribus supplendi spartam longe plenius feliciusque ab eo tempore ornavit *Joh. Freinshemius* Vir egregius, de quo dixi in Bibliotheca latina. Continuationem historiarum Polybii sive libros τῶν μετὰ Πολύβιον olim composuerat *Strabo*, quorum secundum laudat libro XI. Geograph. p. 515. XLIII. libris illud Strabonis opus constitisse testatur Suidas in Πολύβιος, ubi addit *Posidonium* quoque Olbiopolitem Sophistam, Polybii historias continuasse. Scylax vero Caryandensis Mathematicus & Musicus scripserat teste eodem Suida ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν, quod viri docti ita intelligunt, ut adversus Polybium scripserit. Potest & ita accipi, ut composuerit Historiam Polybianæ æmulam, quemadmodum Alanus hoc sensu poema suum latinum inscripsit Anti Claudianum: & Homero Amazones appellantur ἀντιάνειραι Iliad γ. 189. quod Scholiastes bene explicat αἱ ἴσαι κατὰ δυνάμιν ἀνδράσιν.

Apud Vossium Hist. Gr. libro IV. p. 510. legas è Suida referri Cleoxenum & Demeoclitum egisse de Persis, eorumque historiam exorna-

2011 Ministerio de Cultura

ornatam à Polybio. Sed Suidæ locus ita legendus : Κλεόξενος ἢ ὁ Δημόκλειτος, ἔγραψαν περὶ πυρσῶν (de ratione significandi in bello per faces elatas sive ignes) ὧν (scil. πυρσῶν) τὴν πραγματείαν ἐπεξεργάσατο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης. Confer Polybii lib. X. excerpt. c. 42. seq. Colomesium ad Gyraldum p. 403. Suidam ipsum in Αἰνείας.

VII. *Versiones Polybii in linguas vernaculas.*

Germanice è versione *Guil. Xylandri* Basil. 1574. fol. quæ reliquis vernaculis longe præfertur à Casaubono, dedicat. p. 23. *Non etiam defuere, qui in vulgares linguas tantum Polybii verterent, quantū latine expositum inveniebant: si tamen vertere est Romanæ interpretationis sexcentos errores aliis totidem cumulare, atque interim græcæ linguæ peritiam in prima libri fronte mentiri. Unicam excipio Germanicam versionem ab homine longe eruditissimo profectam, sed quod res arguit, & alia ejus scripta testantur, variis semper curis occupato.*

Italice per *Lud. Dominicum* Venet. 1546. 8,

Gallice post veterem versionem è latina Perotti concinnatam qua Polybium libenter & sæpius perlectum à Carolo V. Imp. narrat Christophorus Pezelius præf. ad Chronicon Strigelii A. 1586. editum, transtulit *Petrus Ryer* Casaubonum fere secutus Paris. 1655. fol. 1670. 12. 3. Volum. 1669. 8. 2. Vol.

Anglice interprete *Henrico Sheers* cum vita Polybii & judicio de ejus scriptis, auctore *Johanne Dryden*, Lond. 1699. 8. 2. Vol.

Scripta Polybii deperdita.

VIII. Scripserat præterea Polybius *libros III. de vita & rebus gestis Philopœmenis* ducis Achæorum, ut ipse testatur lib. X. (excerpt. Peiresc. p. 28.) Εἰ μὲν ἦν μὴ κατ' ἰδίαν ἐπεποιήμεθα τὴν περὶ αὐτοῦ (Φιλοποίμενος) σύνταξιν, ἐν ᾗ διεσαφήμην καὶ τίς ἦν καὶ τίνων, καὶ τίσιν ἀγωγαῖς ἐχρήσατο νέων, ἀναγκαῖον ἦν ὑπὲρ ἑκάστων τῶν προειρημένων φέρειν ἀπολογισμόν. Ἐπεὶ δὲ πρότερον ἐν τρισὶ βιβλίοις ἐκτὸς ταύτης τῆς συντάξεως τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα λόγον, τούτοις παιδικὴν ἀγωγὴν διασαφοῦντες καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πράξεις, δῆλον κ. τ. λ.

Suos *de instruenda acie commentarios* commemorat Polybius lib. IX. excerpt. c. 16. ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ τῶν παρατάξεων ὑπομνήμασιν ἀκριβέστερον δεδήλωται. Etiam inter scriptores τακτικῶν laudatur Polybius ab Æliano c. 1. & Mauricio lib. Tactic.

Sin-

2011 Ministerio de Cultura

Singulari opere descripsisse bellum Numantinum * colligitur ex his Ciceronis lib. 5. Epist. 12. ad L. Lucejum : *Decssé mihi nolui, quin te admonerem, cogitares conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum: qui omnes à perpetuis suis historiis, ea, quæ dixi, bella separaverunt, tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungeres.*

Epistolæ suæ *ad Zenonem Rhodium* de Laconicæ situ, quem perperam ille in historia sua tradiderat, meminit Polybius lib. XVI (Excerpt. Peiresc. p. 80.) his verbis: Περὶ τῆς τῶν τόπων ἀγνοίας τῆς κ᾽ τοῦ Λακωνικοῦ, διὰ τὸ μεγάλου εἶναι τοῦ σφάλματος, οὐκ ἄκυρον χρήσαι καὶ πρὸς αὐτῆς ζητήσεως &c. *Cæterum de illa situs* Laconicæ *ignoratione, eo quod gravis esse error videretur* (confer quæ in iisdem excerptis dixerat Polybius p. 73. seq.) *ad ipsum Zenonem literas scribere non dubitavi, hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent: sed non nostris tantummodo, verum etiam alienis commentariis utilitatis publicæ gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere.*

De habitatione circa æquinoctialem, sive quod Zona torrida non sit destituta incolis, singulari libro disputasse Polybium docet Geminus Element. Astronomic. c. 13. Πολύβιος δὲ ὁ ἱστοριογράφος πεπραγματευται βιβλίον ὃ ἐπιγράφει περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεως. Αὕτη δέ ἐστιν ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ, καὶ φησὶν οἰκεῖσθαι τοὺς τόπους, καὶ εὐκρατοτέραν ἔχειν τὴν οἴκησιν τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώνης οἰκούντων. Hoc Polybii opus respicit Achilles Tatius in Isagoge ad Aratum c. 31. notans Polybium sex numerasse Zonas, οἱ μὲν δὲ ἓξ ζώνας εἶπον, ὡς Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος τὴν διακεκαυμένην εἰς δύο διαιροῦντες.

Librum etiam vel *libros de Rebuspublicis* ab Historiarum opere diversos scripserit Polybius, si credimus Lipsio in præfatione ad Militiam. Sed è loco, è quo hoc repetit vir doctus, nihil tale necessario colligitur. Ecce tibi ejus verba lib. X. excerpt. c. 16. Ὑπὲρ τούτου δὲ μέρους εἰρηται ΠΡΟΤΕΡΟΝ ἡμῖν διὰ πλειόνων ἐν τοῖς περὶ πολιτείας. *De hac re* (quomodo milites jurejurando adigantur ad fidem servandam) *dicta sunt nobis plura superius, cum de Reip. Romanæ institutis ageremus.* Manifesto respicit locum lib. VI. excerpt. c. 31.

* Quo Numantia Hispaniæ decus à Romanis eversa est A. U. C. 620. ol. CLXI. 3. octo vel novem ante obitum Polybii annis.

2011 Ministerio de Cultura

IX. Alii Polybii.

Fuit & alius Polybius Megalopolitanus ſenior, qui Philopoemeni adfuit in prælio adverſus Machanidam Lacedæmoniorum Tyrannnum Olymp. CXLIII. 2. cujus mentionem facit noſter lib. XI. excerpt. c. 13. Alius Polybius itidem Megalopolitanus, cui Joſephus inſcribit ſermonem de Maccabæis, in codice, quo uſus eſt Eraſmus. Prætereo Polybum * Medicum, quem Polybium nonnulli appellant, de quo dixi lib, 2. c. 24. §. 5. tum Polybium quendam ineptum & inſulſum hominem, cui glorianti, quod ab Imperatore civitate donatus eſſet, Demonax Philoſophus, utinam, inquit, Græcum te potius, quam Romanum feciſſet, ut refert Lucianus in Demonacte T. 1. p. 867, Polybium Claudii libertum (Sveton. c. 28. Dio LX. pag. 684.) cui Seneca conſolationem inſcripſit, fratris mortem lugenti. A. Firmium Polybium è Collegio Puteolano Dendrophororum, apud Sponium pag. 55. Miſcell. Denique Polybium Epiſcopum ſcriptorem vitæ S. Epiphanii laudatum Meurſio Cangioque in gloſſariis Græco-barbaris,

X. Poſt Polybium dicendus mihi ÆNEAS, illo licet antiquior, (*a*) *Tacticus* vulgo dictus, cujus librorum Epitomen confecit *Cineas* (*b*) Theſſalus, à Pyrrho legatus Romam miſſus Olymp. CXXV. 2. Com-

* Fuerunt & Polybus è procis Penelopes unus, Polybus vates apud Homerum & Cic. 1. de divinat. Polybus Corinthiorum Rex, Oedipi expoſiti nutritor: Polybus Rex Sicyoniorum &c

(*a*) Non abre dubitari poſſe affirmat Caſaubonus, ſitne hic Æneas ille Stymphalius Arcadum Imperator, qui ſicut teſtatur Xenophon in ſecundo ἑλληνικῶν circa tempora pugnæ ad Mantinæam h. e. anno 2. Olymp. CIV. (male in editione Æneæ Amſtelod p. 1637 legitur XIV.) vivebat, & res Arcadum non ſine laude fortitudinis & prudentiæ adminiſtrabat. *Idioma ſane Peloponneſiacum ac nominatim Arcadum probe ſibi notum fuiſſe cap. 27. de voce* πάνειον *agens oſtendit. Equidem ut pro vero affirmare hoc non auſim, ita de eo nullus dubito, Æneam noſtrum aut æqualem illorum temporum fuiſſe, aut non longo certe intervallo ab illis abfuiſſe. Argumento ſit etiam illud, quod machinas obſidionales commemorans, quæ Ariſtotelis ætate, ut ipſe ſcribit, frequentius paulo uſurpari à græcis hominibus incipiebant, arietis quidem & ἀντιχρίου nec non catapultæ ac teſtudinis ſaltem leviter meminit, helepoleos vero & πετροβόλων manganorum ac ſimilium, quæ poſterius ſunt inventa, nullam facit mentionem.*

(*b*) Ælianus cap. 1. Tactic. ἐξειργάσατο δὲ τὴν θεωρίαν τὴν τακτικὴν Αἰνείας τε διὰ πλειόνων

2011 Ministerio de Cultura

2. Composuerat hic στρατηγικὰ (c) βιβλία sive *commentarios de arte Imperatoria*, è quibus supereſt τακτικὸν καὶ πολιορκητικὸν sive *liber tacticus & de toleranda obſidione*, quem in Vaticana Biblioth. manu exaratum exſtare pridem teſtatus eſt Simlerus: Verba ex illo græca laudato Æneæ nomine produxit Turnebus XXII. 26. & XXVII. 7. Adverſar. denique ex codice Biblioth. Regis Galliæ manu Angeli Bergicii hominis græci ſcripto edidit & verſione ac notis illuſtratum ſubjecit Polybio *Iſaacus Caſaubonus*, qui è Vaticano codice Regium manaſſe ſuſpicatur. Pariſ. 1609. fol. & Hanov. anno eodem & Amſtelod. 1670. 8. Ac latine tantum ad calcem Polybii è Caſauboniana verſione Francof. 1610. 8. & cum ſcriptoribus rei militaris Vegetio, Frontino & Æliano à Petro Scriverio recenſitis Lugd. Bat. 1633. 1644. 12. In codice Mediceo membranaceo 700. amplius annorum non Æneæ ſed Æliano tribuitur, legiturque hoc titulo: Αἰλιανοῦ Τακτικὸν ὑπόμνημα περὶ ὅ πῶς χρὴ πολιορκουμένους ἀντέχειν. Quod Rigaltio ſignificans Frid. Lindenbrogius in literis datis 20. Jul. A. 1618. addit Judicium ſuum his verbis: *Caſaubonus Aeneæ nomine vulgavit, quam bene, ipſus viderit, dictionem enim aliud arguere puto.* Sed non dubito veriorem eſſe Vaticani & Regii codicis inſcriptionem, & minus notum Aeneæ nomen à librario forte mutatum in notius Aeliani, præcipue cum in calce Mſti Medicei legatur Αἰνείου πολιορκητικὰ ἢ Αἰλιανοῦ, καθὼς ἡ ἀρχή. Longe alia quoque ſcribendi ratione utitur hic ſcriptor, quam Aelianus, & ad alios commentarios ſuos hinc inde provocat, ut ad σκευαστικὴν βίβλον c. 7. 8. 20. πεζικὴν c. 14. & στρατοπεδικὴν c. 21. tum ὑπομνήματα ſive βίβλον ὑπομνημάτων exemplorum librum c. 11. 22. 28. 38. & in calce libri acturum ſe recipit περὶ ναυτικῆς τάξεως. Quamplurima exempla affert, ſed antiqua omnia & Æneæ ætati congruentia, memorantur ſiquidem ab illo præter populos varios Ariſtagoras, Artabazus & Aſtyanax Lampſaci tyrannus cap. 31. Athenodorus Imbrius c. 24. Charides Athenienſis c. 11. Charidemus Orita c. 24. Datames c. 40. Dionyſius ty-

ὁνων ὁ στρατηγικὰ βιβλία ἱκανῶς συνταξάμενος, ὧν ἐπιτομὴν ὁ θετταλὸς Κινέας ἐποίησε. De hoc Cineæ opere Cicero IX. Epiſt. 25. ad Pætum. *Summum me ducem literæ tuæ reddidere. Plane neſciebam te tam peritum eſſe rei militaris. Pyrrhi te libros & Cineæ video lectitaſſe.*

(c) Suidas: Αἰνείας ἔτος ἔγραψε περὶ πυρσῶν ὡς φησι Πολύβιος καὶ περὶ στρατηγημάτων ὑπόμνημα. Legendum περὶ στρατηγικῶν ὑπομνήματα ex Polybii X. 40. ubi de facibus pyrſeutarum ſive περὶ πυρσῶν agit: Αἰνείας βουληθεὶς διορθώσασθαι τὴν τοιαύτην ἀπορίαν, ὁ τὰ περὶ τῶν στρατηγικῶν ὑπομνήματα συντεταγμένος. Vide & quæ notavi ſupra p. 596, & p. 598.

2011 Ministerio de Cultura

tyrannus c. 10. Euphratas Lacon. c. 27. Glus navarchus c. 31. Iphicrates c. 24. Iphydiades Abydenus c. 28. Istiæus c. 31. Leuco Bospori Rex c. 5. Nicocles præsidii præfectus post navale ad Naxum certamen c. 22. Pisistratus c. 4. Pytho Clazomenius c. 28. Temenus c. 18. & Timoxenus c. 31. Non pauca ex Ænea ad verbum repetit Julius Africanus in Cestis Casaubono observante: sed nominetenus nec ille nec Polyænus, qui eo aliquando utitur, nec reliqui scriptores rei militaris mentionem ejus fecerunt) nisi in codice Tacticorum Leonis Imp. Vindobonensi, cui præfixa Lambecius uncialibus literis reperit nomina scriptorum, quibus Leo usus est, sub nomine ΜΗΝΑ, quod suspicor, latet ΑΙΝΕΙΑ. Loca quædam ex Msto Mediceo Æneæ emendavit ac restituit *Jocobus Gronovius* Vir. Cl. in supplementis lacunarum in Ænea Tactico, Dione Cassio & Arriano de expeditione Alexandri. Lugd. Bat. 1675. 8.

XI. De ÆLIANI & ARRIANI Tacticis dixi infra libro IV. suo loco scripta utriusque referens: De commentariis *Urbicii*, *Leonis & Constantini* Porphyrogeniti &c. libro V. Itaque præsenti loco Æneæ tantum à me subjicietur ONOSANDER, Platonicus Philosophus, qui scripsit στρατηγικὸν λόγον *de Imperatoris institutione* librum (Suidas vocat Τακτικὰ περὶ στρατηγημάτων, more suo, ut supra in Ænea, confundens στρατηγήματα & στρατηγικὰ) *ad Q. Veranium*, illum forte, de quo Tacitus meminit, unde de ætate Onosandri conjecturam licet facere. Memorat librum etiam Leo Imp. in Tacticis p. 215. Ὀνήσανδρος ὁ καὶ αὐτὸς στρατηγικὸν συντάξας λόγον.

Lucem vidit *latine* primum interprete *Nic. Sagunino* Basil. 1541. 1558. 1570. 8. qui scriptoris mentem ac stylum minus assecutus, optimo tamen exemplari usus Rigaltio videtur. Ab eo tempore transtulit *Joachimus Camerarius* vir doctissimus, cujus versio à filiis edita est Norimb. 1595. 8. Hic unicum eumque corruptissimum librum nactus ingenio quo valebat plurimum & doctrina Onosandrum felicius & elegantius expressit, sed ita ut veluti partes & membra, quæ in codice græco deerant, in ejus quoque versione non semel desiderentur. *Græce* primus è codicibus duobus Bibl. Mediceæ & tertio recentiore edidit præstantissimus vir *Nicolaus Rigaltius*, & varias ex illis lectiones, quartoque Fed. Morelli subjecit, novam versionem suam & eruditas notas addidit, in quibus, ut in glossario suo Tactico Paris. 1601. 4. edito passim allegat scriptores Poliorceticos Tacticosque tum temporis adhuc ineditos. Prodiit græco-latina illa Onosandri editio Paris. 1598. 4. & recusa

2011 Ministerio de Cultura

cusa est à Commelino A. 1600. 4. qui *Æmilii Porti* castigationes adjunxit. In titulo memoratur & uberior *Jani Gruteri* commentarius, sed quem in libri exemplis, in quæ incidi, frustra quæsivi. Cum dissertationibus quoque Politicis *Johannis à Chokier* editus est Onosander, græce & latine, additis Variis Lect. è codicibus MSS. Romæ 1611. 4. Moguntiæ 1613. 4. & parte 2. thesauri politicor. Aphorism. Leodii 1643. fol. Versio Rigaltii latina recusa fuit separatim Helmstadii 1619. 4. cum Basilii Imp. exhortationibus ad filium, itidem latine tantum subjunctis, & Ferrandi diaconi Carthaginiensis VII. regulis duci religioso observandis. *Italice* Onosandrum transtulit & commentariis illustravit *Franciscus Coccius* Venet. 1548. 8. quem cum Fabio Cotta Romano eundem esse existimat Gabr. Naudæus in Bibliographia militari p. 88. *Gallice* cum commentario edidit *Blasius de Vigenere* Paril. 1605. 4. *Hispanice* versum debemus *Diegoni Gratiano*, Barcinonæ 1567. 4.

Onosandri librum non una ex parte corruptum esse queritur Salmasius ad Spartianum T. 1. p. 96.

Commentaria Onosandri in Platonis Politiam Suidæ memorata interciderunt.

Salmasium antiquæ militiæ Græcæ scriptores illustratos atque in his Onosandrum edere constituisse testatur Gabriel Naudæus in syntagmate militari p. 498.

XII. *Scriptores Græci de rē militari, qui in Bibliothecis adhuc delitescunt.*

Alexius.

Anonymus περὶ καταςάσεως ἀσπίδος à Rigaltio allegatus.

Alius *Anonymus*, quem Nicolaus Sophianus latine vertit & dicavit Cardinali Barberino.

Anthemii περὶ παραδόξων μηχανημάτων memoratur à Philandro ad Vitruvium X. 15. & in Vaticana atque aliis Bibliothecis exstat MS. sed de aliis potius quam militaribus machinis agit. Dixi de hoc Anthemio Tralliano qui Justiniani Imp. temporibus claruit, supra p. 548. & 563. Meminit ejus Procopius Cæsareensis lib. 1. *περὶ κτισμάτων.*

Asclepiodorus sive Asclepiodotus, cujus *τέχνη τακτικὴ* allegatur à Lambecio ad Codinum, num. 65.

Basilii

2011 Ministerio de Cultura

Basilii Patricii Naumachica.

Daimachi commentarios obsidionales Mstos ex Creta Venetias advectos vidisse se testatur Magius II. 8. Misc. T. 2. facis artium Gruterianæ p. 1330. confer, quæ supra p. 588. notabam in Athenæo. In Bibliographiæ militaris Naudæi utraque editione, tum quam G. Schubartus, tum quam Thom. Crenius curavit, perperam excusum est *Damiaci*.

Epimachi Helepolin sive descriptionem Helepoleos in Vaticana & aliis Bibliothecis exstare testatur id. m Naudæus.

Leonis Imp. Naumachica.

Dionysii Longini sive *Longiniani* Tactica multi laudant & exstare ferunt, *sed ubinam locorum, neminem hactenus vidi, qui diceret*, inquit, Naudæus.

Nicephori Blemmidæ libellus de officio Imperatoris, quem inter Miscellanea edere voluerat Leo Allatius.

Nicephori Imp. de eventibus bellicis & excursione, in pluribus Bibliothecis exstat, Viennensi, Ingolstadiensi, Vaticana, aliisque quas refert Naudæus.

XII. *Scriptores deperditi græci de re militari.*

Alexander Pyrrhi F. Ælianus & Arrianus.

Archytæ Tactica ex Æliano memorat Scaliger Epist. 132. sed in Æliano non reperio.

Bion Ælian. ubi Gaza legit Βρύων, Arcerius Βίτων.

Cineas Cicero, Ælian.

Clearchus Aelian. & Arrianus. Solensem Peripateticum Naudæus intelligit, Arcerius ducem Græcorum in expeditione Cyri. Sed hunc diserte removet Arrianus.

Demetrius Phalereus. Polyb.

Democritus. Laert. Suid.

Evangelus, cujus Tacticis delectatus Philopœmen, existimans τῷ ταυτὶ τῷ ἄνδρων τῆς πολεμικῆς τέχνῳ ὄντι. Plutarchus Philopoemene p. 358. 364. Ælian. Arrianus.

Eupolemus. Ælian. & Arrian.

Fronto. Ælian.

Harpocratio. Naudæus ex Ælian, sed apud Ælianum non reperio.

Her-

2011 Ministerio de Cultura

Hermias Ælian.
Hermolytus Tacticus. Eustath.
Iphicrates Ælian. & Arrianus, qui monet ducem non intelligi.
Macri militarium libri II. Index pandectis Pisanis præmiss.
Arrii Menandri lib. IV. id.
Pausanias. Ælian. & Arrianus.
Polybius Ælian & Arrian.
Julius Pollux tacticum & strategicum librum promittit lib. 1. Onomast. cap. 10.
Posidonius Rhodius Stoicus. Ælian. & Arrianus.
Pyrrhus Rex. Cicero IX. 25. Epist. ad Pætum, Ælianus, Plutarchus, Donatus in Eunuch. IV. 7. *Pyrrhus peritissimus strategematum fuit, primusque, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit.*
Stratocles Ælian.
Tarrutini Paterni militarium libri IV. Index Pandectis Pisanis præmiss.
Xenocrates tacticus valde antiqvus memoratur Laertio IV. 15.

CAPUT XXXI.

De DIODORO SICULO, aliisque Diodoris.

Diodori Siculi ætas. 1. Quibus auctoribus profecerit, & qua ratione in scribendo sit usus. 2. Ejus Historiæ Catholicæ libri XL. 3. Librorum XV. qui ex his exstant argumentum. Ex reliquis fragmenta quædam. Dionorus à variis defensus. 4. Ejus editiones atque interpretes. 5. Varii Diodori. 6.

I.

DIODORUS ex Argyrio sive Agyrio * Siciliæ opido genus se duxisse

2011 Ministerio de Cultura

xisse ipse testatur, licet Plinio in indice libri V. vocatur Diodorus Syracusanus. Vixit sub Julio Cæsare (ut Eusebius in Chron. ad A. MDCCCCLXVII.) & sub Augusto, ut Suidas auctor est, certe supervixisse videtur annum U. C. 746. quo Augustus ** tricesimo sexto post interfectum Julium anno, Calendarium culpa Pontificum iterato depravatum emendavit & bisexti non, ut ante post triennium, sed post quadriennium *** intercalandi rationem restituit, quæ Josephi Scaligeri observatio est p. 156. ad Eusebium, probata itidem Vossio lib. II. de Hist. Græcis c. 2. Post Cæsaris mortem scripsisse se innuit Diodorus lib. V. p. 208. καθ' ἡμᾶς ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος ὁ διὰ τὰς πράξεις ἐπονομασθεὶς ὁ Θεός. & p. 211. ὃν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις Καῖσαρ ὁ κληθεὶς Θεός. & in proœmio ubi ait se historiam suam deduxisse usque ad bellum à Romanis gestum contra Gallos, καθ' ὃν ἡγεμόνα Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος ὁ διὰ τὰς πράξεις προσαγορευθεὶς Θεὸς &c. Similiter loquitur lib. IV. p. 158.

II. In eodem proœmio libri primi testatur se quo magis accurate de singulis scribere posset, nec locorum ignoratione peccaret, magnam Asiæ & Europæ partem, Ægyptum quoque (lib. I. p. 29.) non absque periculis atque ærumnis perlustrasse, Latinæ etiam linguæ gnarum ex priscis Romanorum commentariis ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ὑπομνημάτων ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένων res & gesta illorum describenda petiisse: quemadmodum res Ægyptiorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, Carthaginiensium, Siculorum, Rhodiorum petiit ex Herodoto, Ctesia, Beroso, Thucydide, Xenophonte, Philisto, Callisthene, Theopompo Chio, Apollodori Chronicis, Hieronymo Cardiano & Marsya rerum Macedonicarum scriptore, tum Ephoro, Timæo, Zenone Rhodio, Antiocho Syracusano aliisque: res Cretensium ex Epimenide, Dosiada, Sosicrate & Laosthenide. Nimis frequentem usum Orationum & Rhetoricationum reprehendit in limine libri XX. ridens eos, qui τοῖς ἰδίοις ἐποίησαντο τὴν ὅλην ἱστορίαν τῶν δημηγορίας, totam historiam velut appendicem concionum fecere: contra præclarum ducit Historiæ encomia

* Diodorus lib. I. c 4. ἡμεῖς ἐξ Ἀργυρίου τὸ γένος τῆς Σικελίας ὄντες. Philippus Cluverius ll. 6. Siciliæ antiquæ contra Fazellum disputat scribendum Ἀγυρίου & sane dictum fuit Ἀγύριον, Ἀγύρινα, Ἀγύριον, sed Tzetzæ quoque ad Lycophronem vocatur Ἀργύριον, & hodieque nomen illi est S. Filippo d Argirone.

** Vide Solinum. c 1 & Petavium IV. 3. de doctrina temporum.

*** Cum Olympiade h. e. quadriennio bisextum confert Diodorus: ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς πληροῦται κατὰ τέτταρας χρόνους, ἔστι δὲ ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι Βίσεξτον.

2011 Ministerio de Cultura

mia digna virorum præstantium & malorum vituperationes intexere, (lib. XI. p. 266.) quibus justa de rebus fama constet, & εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα *in omne ævum* (p. 262.) posteris tradatur. Quæ vero sola lectorem offendere potest in ejusmodi Opere, universalem plurium gentium historiam per annorum ordinem tradente, interruptio narrationum, eam excusat lib. XX. (T. 2. p. 780.) Providentiæ divinæ assiduus est prædicator, bonis præmia, sceleratis justas, licet quandoq; seras tribuentis pœnas: Sed quas præterea memorat hinc inde divinationes, prodita & innumeras variis populis traditas creditasque fabellas, non ita se illis habuisse ostendit fidem, ut propterea superstitiosus scriptor à Vayero * dici jure meruerit, sed eas fideliter referendo boni historici officium implevit.

III. Scripsit Diodorus Historiam Catholicam sive res ab ultimis inde ætatibus usque ad Olymp. CLXXX. 1. *per cognita loca orbis* (ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης lib. 19. T. 2. p. 651.) gestas *libris XL.* Tempus Annorum triginta in hoc opere componendo insumsisse se testatur in proœmio, titulumque illi fecit *Bibliothecam*, quod hanc ex quorumcunque superiorum historicorum scriptis contexuisset, ut recte observat Joannes Rainoldus prælect. 100. de libris Apocryphis T. 1. pag. 1233. Plinius præf. Histor. natural. *Apud Græcos desiit nugari Diodorus, & βιβλιοθήκην historiam suam inscripsit.* Justinus Martyr Cohortat. ad Græcos p. 10. καὶ ὁ ἐνδοξότατος ὑμῖν τῶν ἱστοριογράφων Διόδωρος ὁ τὰς Βιβλιοθήκας ἐπιτεμὼν ἐν τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν, ** Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην ὡς αὐτόπης τῶν πολέμων γεγονὼς, τὸς μέχρι δὲ διὰ πολλῶν ἀκριβείαν διελθὼν καὶ αὐτόπης τῶν πολέμων γεγονὼς, πεντακοντα ὅλα τῆς ἑαυτοῦ ἱστορίας βιβλία γέγραφεν. Eusebius lib. 1. præparat. c. 6. ὁ Σικελιώτης Διόδωρος γνωριμώτατος αὐτὴν τοῖς Ἑλλήνων λογιωτάτοις ὡς αὖ καὶ μίαν σωναγωχὼς πραγματείαν ἅπασαν τὴν ἱστορικὴν βιβλιοθήκην. Præcipue diligentem rationem habet notationis temporum, com

* Mottanus Vayerus T. 1. Opp. edit. in fol. p. 302. loquens de Diodoro Siculo: *Si j' avois à le blamer, ce seroit bien plutost de la grande superstition qu'il fait paroitre dans tous ses écrits, aussi bien que Tite Live parmy les latins.* Atqui Livium ipse alibi Vayerus tuetur & superstitionis notam ab eo removet, ut in latinis scriptoribus notavi.

** Male interpres: *triginta totis annis Asiam & Europam peragravit.* Nam verba ἐν τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν referri debent ad præcedentia, ut ex Diodori præf. constat.

2011 Ministerio de Cultura

complexus universis quadraginta libris historiam annorum à Troja † capta 1138. ut ipse in proœmio libri 1. & 13. annotavit. Et quanquam dolendum est, in Romanis præcipue rebus, non semper accuratissime temporum calculum ponere, & nomina, ut queritur Dempsterus corrumpere, pauci tamen scriptores veteres exstant, è quibus tanta lux definiendis temporibus & seriei rerum à Græcis & aliis gentibus gestarum affulgeat, quam è Diodoro, licet ne dimidia quidem pars illius operis ad nos pervenit. Exstant enim libri duntaxat quindecim. *primores quinq; nimirum & undecimus*, quique hunc excipiunt *usque ad vicesimum.*

IV. *Primi quatuor* libri Theologiam resque antiquissimas & magnam partem ante Trojanas Ægyptiorum, Babyloniorum, Chaldæorum, Indorum, Scytharum, Arabum, Æthiopum, Libycorum, Græcorumque persequuntur, & in his fabulosa quidem non pauca, sed inter gentes illas pro veris gestis atque Originibus jactata & credita; Liber *quintus* (Βίβλος νησιωτικὴ dicta ipsi Diodoro) Insularum celebriorum origines & præcipuas antiquitates perstringit. In quinque proximis erat memoria totius vetustatis regnorum * Orientis, quæ multum Historiæ sacræ allucebat, tum Corinthiorum aliorumque Græcorum populorum, Romanorumque origines, & res per totum orbem gestæ à Troja capta usque ad Xerxis in Græciam expeditionem. Sed de illis nihil nobis præter exigua fragmenta supereſt. Liber *undecimus* incipit à Xerxis in Græciam irruptione Olymp. LXXV. 1. & Annalium more Historiam persequitur notatis ad singulos annos Archonte Athenienſi ac Romanis, quos minus quidem accurate digerit, Consulibus, & ad singulas Olympiades Olympionicis, quam laudatissimam industriam in omnibus reliquis libris adhibet, & res ab illo, quod dixi tempore per totum orbem gestas continuat usque ad tempora Philippi Macedonis, cujus temporibus liber XVI. & Alexandri Magni, cui liber XVII. destinatus, tum Alexandri successorum, quorum bella & varias res illorum ætate gestas, in tribus proximis libris exponit usque ad bellum, quo Antigonus ab æmulis Regibus superatus occubuit Olymp. CXIX. Romanas res parce & breviter attingit Diodorus in libris, quos habemus, fusius disserit de rebus Carthaginiensibus, quæq; in patria sua Sicilia contigerunt, fu-

† Trojam captam supponit 408. annis ante Olympiades, secutus Apollodorum in Chron. ad Euseb. p. 156. licet aliorum alia fuit sententia, ut notavit Joh. Christoph. Artopæus Prof. Argentoratensis Clariss. in diss. de incertitudine notationis temporum per Olymmpiades A. 1699. edita.

* Scal. ad Euseb. p. 156.

2011 Ministerio de Cultura

fusissime de Græcis. In postremis viginti libris Historiæ telam eodem modo pertexuerat usque ad Olymp. CLXXX. & bellum à Cæsare contra Gallos gestum : sed ut dixi, illi jampridem interciderunt exceptis eclogis nonnullis ac fragmentis ab H. Stephano, F. Ursino & H. Valesio editis. Ex libro septimo fragmentum de origine urbis Romæ servavit Syncellus p. 194. Dictionem Diodori simplicem ac perspicuam Histo-riæque congruentem laudat Photius cod. LXX. Contra acerbiores Bodini & Lud. Vivis censuras eum defendunt Gerh. Vossius ac Mottanus Vayerus Gallus de Hist. Græcis, & ante utrumque, Apologiam Diodori scripserat Henricus Stephanus.

V. Primus quinque * libros primores *latine* vertit *Poggius Florentinus*, si modo versionis ille auctor, quæ Vincentii Osopœi judicio non recte Poggio adscribitur. *Neque enim verisimile est*, , inquit, *adeo spurciloquum & virulentem sycophantam & vitilitigatorem quicquam Græcitatis calluisse, qui ne latinam quidem linguam, cujus sibi videbatur peritissimus, recte calluit.* Nec desunt, qui verum auctorem dicunt fuisse *Joh. Phream* ** Anglum Balliolensis Collegii Socium, qui literas elegantiores sub Paulo II. in Italia docuit, & A. 1465. Episcopus Bathoniensis designatus diem obiit supremum. Edita est sub Poggii nomine versio illa Nicolao V. Pontifici inscripta Venet. 1493. fol. & Basil. 1578. fol. additis nonnullis fragmentis cura *Seb. Castellionis*. Libros XVI. XVII. XVIII. XIX. & XX. *Græce* primus vulgavit *Vincentius Opsopœus*, Basileæ typis Joh. Oporini, sumtu Roberti Winter 1539. 4. *Mopoeus*, Basileæ typis Joh. Oporini, sumtu Roberti Winter 1539. 4. *Modicas has*, inquit Opsopoeus, *Diodori reliquias à Jano Pannonio quondam Quinqueecclesiensi Episcopo ab interitu vindicatas ac deinceps ab eruditissimo viro Joh. Alexandro Brassicano nobis per Joh. Petrejum communicatas, & nunc tandem à me transscriptas edimus.* Libros quinque primos & undecimum cum quatuor proximis debemus *Henrico Stephano*, qui additis quinque illis ab Opsopoeo pridem vulgatis primus ex MS. codice Huldrici Fuggeri quindecim libros Diodori integros *Græce* legendos dedit A. 1559. fol. cum sua de Diodori scriptis Diatriba, & Apologia adversus Vivem brevi-

* Numerantur quidem à Volaterrano & antiquis illius versionis editionibus libri sex, sed primus in duos ab interprete divisus est, quia Diodorus librum illum uti decimum septimum quoque in duo τμήματα distribuerat, quorum posterius incipit p. 28. edit. H. Stephani.

** Vide Clariss. Baylii Lexicon edit. 2. in Phrea, & Vossium Hist. latin. pag. 549. ubi de Poggio.

2011 Ministerio de Cultura

vibusque in Diodorum notis & castigationibus. Ejusdem Stephani hortatu, universos viginti libros latine vertit vir utriusque linguæ peritissimus *Laurentius Rhodomannus* Cheruscus, nullo alio MS. codice sed sola Stephani editione usus. Neque alia hactenus præstantior Diodori editio lucem vidit, quam *Græcolatina*, quæ ex Rhodomanni hujus recensione cum ejus versione & notis, temporumq; & summorum capitum notatione ad marginem, & indicibus Chronologicis aliisque prodiit Hanoviæ typis Wechelianis A. 1604. fol. Recusæ itidem sunt in hac editione H. Stephani notæ, & paginæ in margine libri per totum opus notatæ Græcam Stephani editionem respiciunt. Addidit etiam Rhodomanus cum versione sua eclogas sive fragmenta è deperditis Diodori libris, tum illas, quas Stephanus adjunxerat, è libro 31. 32. 34. 36. & 37. tum alias ex libro 6. & 7. ab Eusebio & Syncello servatas, & quas è libro 21. 22. 23. 24. 25. & 26. cum ipso communicaverat Hoeschelius, & quas è libro 31 32. 34. 36. 37. 38. & 40. excerpsit Photius Patriarcha Cod. CCXLIV. His addere licebit in nova si quæ curabitur Diodori editione nonnulla ex Eclogis de legationibus, quæ Fulvius Ursinus græce edidit p. 313. seq. tum quam plurima quæ ex deperditis Diodori libris græce & latine vulgavit H. Valesius in Excerptis Peirescianis p. 220 - 413. Denique fragmentum de Cleonide & Aristomene, quod cum Polemonis & Himerii nonnullis græce A. 1567. 4. sine nomine auctoris edidit H. Stephanus, sed Is. Vossius in codice Florentino reperit sub nomine Diodori Siculi. Vide Vossium Patrem in addendis de Hist. Græcis p. 529. Exstat & Diodorus è Rhodomanni versione *latine* Hanov. 1611. 8. quæ editio libros in capita divisos exhibet, sed omissa temporis in margine notatione, quam optimo consilio addiderat Rhodomannus, & è re lectoris erat in singulis paginis superiore loco annotari.

Nonnulla Diodori loca illustrat Jacobus Palmerius in Exercitationibus ad optimos auctores græcos: & Latinus Latinius Tomo II. Bibliothecæ. Præcipue notatu digna sunt, quæ de Judæis scriptor ille tradidit & de Moyse in Ecloga * libri XXXIV. & XL. & libro 1. p. 84. seq. licet locum illum aliter longe accepit Justinus & è Justino Cyrillus, quam in rem videndi viri illustres Huetius pag. 104. demonstrat. Evangelic. & Simon Patricius Episcopus Elienfis ad Exod. IV. 16.

Li-

* Videtur hæc respicere H. Stephanus p. 7. Apologiæ pro Herodoto: *il me souvient aussi d' avoir leu en une librarie d' Italie un fragment de l' Histoire de Diodore Sicilien, auquel il accoustre Moyse de toutes façons.*

2011 Ministerio de Cultura

Librum XVI. & XVII. *latine* vertit ante Rhodomannum *Bartholomæus* (sive ut in libro ipso vocatur *Angelus*) *Cospus* Bononiensis & cum Johanne Monacho de vita Alexandri M. edidit dicavitque Jacobo Banniſſo Maximiliani I. Imp. à secretis. Basil. 1531. 1535. 1545. fol.

Gallice versus prodiit Diodorus à libro XI. ad XVII. *Jacobo Amioto* interprete, Paris. 1554. fol. & cum *Lud. Regii* animadversionibus ibid. 1583. fol. Tres primos libros verterat in eandem linguam *Antonius Maccaultus* Paris. 1535. 4. *Claudius Seyſſelius* è Diodoro Gallice comsuit libros quatuor Historiæ successorum Alexandri Paris. 1545. 12.

Germanice vertit *Joh. Heroldus* Basil. 1554. Francof. 1643. fol. Anglice *Boothus* Lond. 1699. fol. *Danica* Michaelis Wogelii interpretatio supta lib. 2. c. 25. §. 13. memorata, lucem nondum adspexit, quod sciam.

Utinam verum esset, inquit H. Stephanus Epistola ad Huldricum Fuggerum, *quod olim ex doctissimo viro Lazaro Baysio audiebam, & quod ille ad se scriptum legere mihi solebat, nimirum totos quadraginta libros visos in Sicilia nostro tempore fuisse.* Saltim verum fuisset, quod Gesnerus audivisse se tradit in Bibliotheca, *libros, qui quintum sequuntur usque ad decimum in Sicilia superstites asservari, & in appendice ad Bibliothecam apud Cardinalem S. Crucis Romæ & Augustæ Vindelicorum apud D. Joh. Jacobum Fuggerum.*

Auctor Chronici Paschalis (quod Alexandrinum vulgo vocant) p. 44. relato Epitaphio Jovis, quod monstrabant Cretenses, addit, ὃν καὶ ἐν τῇ ἐκθέσει συνεγράψατο Διόδωρος ὁ Σοφώτατος χρονογράφος, ὃς καὶ ἐν τῇ ἐκθέσει συγγράμματος αὐτοῦ περὶ Θεῶν εἶπεν ὅτι Ζεὺς ὁ τοῦ Κρόνου υἱὸς ἐν τῇ Κρήτῃ κεῖται. Cave tamen ex hoc loco colligas Diodorum Siculum peculiarem de Diis librum composuisse.

VI. Agamne hoc loco de aliis etiam Diodoris, qui doctrinæ vel scriptorum laude celebres fuerunt. Observati sunt in scriptis veterum hi:

Diodorus Procopii Sophistæ amicus, quem commendat Epistola 12.

Diodorus prætor *Adramyttenus* Philos. Academicus, causidicus ac Rhetor cujus meminit Strabo XIII. p. 614.

Diodorus ex *Alexandria* Troadis, *Tragicus* cujus meminit idem Strabo.

Diodorus Alexandrinus Mathematicus quem allegat Evdorus Philosophus apud Achillem Tatium Isagoge ad Aratum.

Diodorus Valerius Pollionis F. *Alexandrinus* Philosophus junior clarus sub Hadriano Imp. Suid.

Dio-

2011-Ministerio de Cultura

Diodorus Antiochenus ad quem Basilii M. Epistolæ. Infra in *Diodoro Tarsi Epise.*

Diodorus Aristophanius. vide infra in *Diodoro Tarsensi.*

Diodorus Aspendius Pythagoreus de quo lib. 2. c. 13. Cynicis eum moribus vixisse notat Athenæus IV. p. 163.

Diodorus Comicus. Vide infra *Diodorus Sinopensis.*

Diodorus, Jassius cognomento *Cronus*, ab Hieronymo *Socraticus* appellatur & à Laertio refertur lib. II. qui est de Socraticis. Apollonii Dialectici, cognomine Croni auditor fuit, præceptor vero Philonis Dialectici ac Zenonis Sidonii, quem eundem cum Citieo Jonsius suspicatur p. 116. Vide & 119. seq. ubi de quinque hujus Diodori filiabus, itidem Dialecticis, & de sophismatis ab eo repertis. Æqualis fuit hic Cronus Callimachi, ut constat ex Epigrammatibus hujus quæ afferunt Sextus I. Mathem. p. 62. & Laertius II. 111. De dogmatibus ejus consulendi idem Sextus, Cicero, Lactantius, Clemens aliique.

Diodorus Crotoniata Pythagoreus de quo feci mentionem lib. 2. c. 13.

Diodorus Cynicus. supra in Diodoro Aspendio.

Diodorus Dialecticus sive *Sapientiæ Dialecticæ Professor* ut vocatur à Plinio VII. 53. De eo dictum paulo ante in *Diodoro Crono.*

Diodorus Elaites, cujus elegias laudat Parthenius c. 15.

Diodorus Ephesius, qui de Anaximandro scripsit, teste Laertio. Hic mihi videtur laudari à Chalcidio p. 291. Alius Diodorus Ephesius tyrannicida & sub Demetrio Phrurárchus, de quo Polyæn.

Diodorus Epicureus qui sibi ipsi necem conscivit gulamque præsecuit ut refert Seneca de vita beata c. 19.

Diodorus Medicus qui Empirica scripsit, Plin. XX. 12. & XXIX. 12. At XX. 8. Diodoti Petronii antilegomena allegantur, licet & ibi quidam Diodorum legant: uti apud Athenæum X. p. 434. pro Diodoto Erythræo qui Ephemerides Alexandri scripsit. Diodori Medici etiam mentio apud Galenum aliquoties, ut jam notavit Tiraquellus p. 355. de nobilitate.

Diodorus Megaricus. Eustath. ad Odyss. ά. p. 1397. edit. Rom. Idem cum Dialectico sive Crono de quo supra.

Diodorus Monachus; infra in Diodoro Tarsi Episcopo.

Diodorus Periegetes, qui περὶ μνημάτων scripsit teste Plutarcho in Themistocle, Theseo, Cimone. Hujus esse puto librum περὶ σωμάτων lau-

2011 Ministerio de Cultura

laudatum Suidæ in πάλαντον. Idem forte qui περὶ δήμων sive populis (non de bellis) Atticis scripsit teste Harpocrat.

Diodorus Peripateticus, Critolai auditor, de quo dixi supra cap. XI. hujus libri.

Diodorus Prienæus, qui scripsit de re rustica teste Varrone, Plinio, Columella.

Diodorus Sardianus Rhetor senior. Vide infra in Diodoro Zona. Rhethorices definitionem è Diodoro refert Scholiastes Aphthonii, ut Meursio observatum, quod sit ἑυρετικὴ δυνάμις καὶ ἑρμηνευτικὴ μετὰ κόσμου τῶν ἐνδεχομένων πιθανῶν ἐν παντὶ λόγῳ.

Diodorus Sardianus Rhetor junior, Strabonis amicus, qui testatur eum scripsisse ἰαμβικὰ συγγράμματα, carmina lyrica aliaque poemata, libro XIII.

Diodorus Sinopensis Comicus, de quo ex Athenæo & Suida mentionem feci l. 2. c. 22.

Diodorus Socraticus ab Hieronymo 1. contra Jovinian. dicitur, qui aliis *Cronus & dialecticus*, de quo supra dixi.

Diodorus Stoicus quem allegat Achilles Tatius in Aratum. Idem forte contra quem scripsit Chrysippus, cujus cum illo controversia περὶ τῶν ἀδυνάτων memoratur etiam S. Hieronymo.

Pro *Diodoro Stoico* Ciceronis Magistro, meliores codices referunt *Diodotum*.

Diodorus Tarsensis Grammaticus cujus esse ὑπομνημονεύματα Laertio laudata, γλώσσας Ἰταλικὰς & πρὸς Λυκόφρονα, quæ citat Athenæus, tum librum περὶ ῥαθμῶν à Suida allegatum putat Meursius quem vide p. 21. ad Chalcidium. De ceteris assentior, sed librum περὶ ῥαθμῶν existimaverim potius esse Diodori Periegetæ, ut supra dixi. Idem Diodorus ut notatum Meursio laudatur ab Erotiano sive Herodiano in κάμορον & Hesych. in Διαγόρας. Eundem existimo qui ab Eustathio Ἀλεξοφάνει & Appellatur.

Diodorus ex Antiocheno presbytero *Tarsi* Episcopus, clarus sub extremum quarti à CHRISTO nato sæculi, scripserat præter alia (de quibus Photius, Suidas, & è recentioribus clariss. Caveus Hist. lit. Eccles. ad A. C. 378.) commentarios in libros Vet. Test. in quibus sensum historicum sectatus allegorias missas fecit teste Socrate VI. 3. De libris IV. contra Photinum vide Theodoritum lib. 2. c. 11. hæret. fab. Liber Politicorum hujus Diodori quem Syriace ex-

2011 Ministerio de Cultura

exstare scripsit Hebed Jesu, haud diversus est à libro ejus de providentia, ut notatum Rich. Simoni III. 19. Epist. select.

Diodorus Tragicus: Vide supra *Diodorus Alexandrinus*.

Diodorus Tryphon presbyter, Manetis quem ignotum prius hospitio exceperat, deinde adversarius. Vide Epiphan. de mensuris ac ponder. c. 20. & hæresi LXVI. c. 11. Ad hunc Diodorũ Epistola Archelai edita à Valesio ad Socratẽ p. 200. & nuper à Clarisl. Zacagnio. Idem forte Diodorus quem XXV. libris contra Manetem scripsisse refert Photius Cod. LXXXV. licet videointer scripta Diodori, Tarsi Episcopi, referri etiam ab Hebed Jesu librum adversus Manichæum. Tryphonis inter adversarios hujus hæresiarchæ meminit etiam Photius libro 1. contra Manichæos, cujus opus tetrabiblum etiamnum ineditum mihi olim legendum concessit qui ejus editionem meditabatur D. Abraamus Hinkelmannus ὁ μακαρίτης. Omitto Diodorum Tryphonem qui Syriæ Rex fuit Olymp. CLIX. & Livio aliisque memoratur.

Diodorus cognomento Ζωνᾶς Rhetor. Supra in Sardianus: Strabo. lib. 13. Zonæ cujusdam (hujus ut videtur) Epigrammata Græca leguntur in Anthologia.

CAPUT XXXII.

DE DIONYSIO HALICARNASSENSI, & aliis Dionysiis.

Dionysii Halicarnassei ætas & Antiquitatum Romanarum opus XX librorum. 1. Libri priores XI. superstites, & ex aliis fragmenta. 2. Editiones & interpretes Antiquitatum. 3. Joh. Canabutii ineditus in locum Dionysii commentarius Græcus. 4. MS. Antiquitatum Codex in Bibl. Chigiana. ibid. laus accurationis & styli Dionysiani. 5. Epitome Antiquitatum Dionysii & commentatio περὶ χρόνων deperdita. 6. Cri-

2011 Ministerio de Cultura

Critica & Rhetorica ejus scripta, composita ante Antiquitatum libros. 7. Recensentur. 8 - 15. ubi & de singulorum interpretibus. Scripta deperdita Dionysii, 16. Utrum auctor libri περὶ ἐρμηνείας quæ sub Demetrii, & vitæ Homeri quæ sub Plutarchi nomine exstat. 17. 18. Index scriptorum à Dionysio allegatorum. 19. Alii Dionysii. 20.

I.

DIONYSIUS Alexandri F. è Caria Halicarnassensis, (*a*) civis Herodoti, Vir doctissimus & Criticus, (*b*) ac Rhetor sua ætate præstantissimus in Italiam venit (*c*) post finem bellis civilibus impositum ab Augusto Cæsare circa mediam Olymp. CLXXXVII. (ante CHRISTUM anno XXX.) atque ab eo tempore (*d*) per annos XXII. Romæ versatus latinæ linguæ facultatem & alia ad Historiam Romanam scribendam necessaria monumenta ac subsidia sibi comparavit, partimque è familiaritate cum viris eruditis, partim è commentariis latine scriptis Por-

(*a*) Fuit & alius Dionysius Halicarnasseus Adriani Imperatoris temporibus celebris, Ælius prænomine, è nostri posteris, quem Atticistam Suidas vocat & cujus de Atticis vocibus libros V. recenset Photius cod. 151. De hoc dixi infra libro IV. Sed Dionysius Halicarnasseus ὁ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος συγγραφεὺς Straboni XIX pag. 656. ubi de Halicarnasso agit laudatus idem plane est cum nostro, tum cum Strabo ista scriberet jam defunctus, ut notatum H. Dodvvello in diss. de Dionysii ætate p. 326. At Meursius ad Helladium p 36 Polybio pro Strabone nominato Dionysium Halicarnasseum commentus est nostro longe antiquiorem. Verum hic recte omissus est in Meursii libro de Dionysiis T. 10. Antiquitat. Græcar. pag. 587.

(*b*) Eunapius in Porphyrii vita: Λογγῖνος δὲ κρίνειν γε τὰς παλαιὰς ἐπιτέταχτο, καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοίτινες ἕτεροι, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος πάντων ἀριδηλότερος. Etiam Suidæ Dionysius noster dicitur παντοῖος λόγιος, *Vir usquequaque doctissimus.*

(*c*) Dionysius ipse lib. 1. p. 6. ἐγὼ καταπλεύσας εἰς Ἰταλίαν ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ὑπὸ τῷ Σεβαστῷ Καίσαρος ἑβδόμης καὶ ὀγδοηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος μεσούσης, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου χρόνον ἐτῶν δύο καὶ εἴκοσι μέχρι τοῦ παρόντος γενόμενον ἐν Ῥώμῃ διατρίψας, διαλεκτόντε τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκμαθών &c.

(*d*) Fallitur itaque Rogerus Aschamus, qui lib. 1. Epist. 12. Dionysium nostrum confundit cum Dionysio, qui docuit in ædibus Ciceronis, aut cum liberto M. Varronis.

2011 Ministerio de Cultura

cii Catonis, Fabii Maximi, Valerii Antiatis, Licinii Macri, Æliique & Gellii & Calpurnii & multorum aliorum materiam sibi amplam & uberem ad futurum opus digerendum congessit. Manum admovit operi Olymp. CXCIII. 1. Anno Urbis Conditæ Catoniano 745. (Varroniano 746. Dodvvell. 747.) ante CHRISTUM VIII. & stylo facili ac perspicuo, & singularem elegantiam (*e*) præ se ferente scripsit *Antiquitatum* sive *Originum Romanarum* Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας (*f*) *libros XX.* De Romanorum genere, Originibus, Republica & rebus gestis ab Urbe condita usque ad Olymp. CXXVIII. 3. sive initia belli primi Punici, à quo incipit *Polybii* (*g*) Historia, quam æmulatus videtur Dionysius Herm Conringio judice de civili prudentia cap. 14. ut *Josephus* vicissim Dionysiii exemplo creditur historiam suam Judaicam libris viginti complexus esse, & inscripsisse Ἀρχαιολογίαν Ἰουδαικὴν.

II. E libris (*h*) XX. Dionysii Originum sive Antiquitatum non plures exstant, quam *priores undecim*, desinentes in Anno Urbis CCCXII. & fragmenta quædam de legationibus, quæ ex posterioribus libris vulgavit Græce *Fulvius Ursinus*, tum fragmenta quædam è libro XII. quæ in excerptis Peirescianis Græce & latine edidit *H. Valesius* pag. 529 - 545. notisque illustravit.

III. Libros XI. latine primum è duobus Codicibus MSS. transtulit *Lapus Biragus* Florentinus, dicavitque Paulo II. quem Platina quidem notat summo odio humaniorum literarum studia habuisse. Lucem vidit Biragi versio Tarvisii 1480. fol. recensita Basileæ 1532. fol. ab *Hermanno Glareano* qui 6000. errores sustulisse se profitetur, & Chronologicis tabulis Dionysium illustravit. *Etsi vero Lapus* (Sylburgii verba agnoscis) *pleraque parum latine, multa etiam sinistre vertit, tamen, quia duos*

(*e*) Photius cod. LXXXIII. Scriptorem vocat τὴν φράσιν καὶ λέξιν καινοπρεπῆ.

(*f*) Sunt qui titulum Ἀρχαιολογίας putant tantum convenire primis libris non toti operi. Vide Vossium ll. 3. Hist. Gr. Photius quoque illius tituli plane non meminit, sed vocat βιβλία ἱστορικῶν λόγων εἴκοσι. At Stephanus Byz. in Κωνσάντεια laudat Dionysium ἐννεακαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας, unde patet, totum opus ab eo lectum fuisse hoc titulo.

(*g*) Notavit hoc etiam Evagrius lib. V. cap. ult. Histor. Eccles. & Photius Cod. LXXXIII. Confer Dodvvellum ad Chronolog. Dionysii Halic. p 106.

(*h*) Falli Gelenium, qui libros XX. à Dionysio absolutos negat, Photii, Stephani Byz. aliorumque testimoniis revincit Vossius ll. 3. Histor. Gr. & Martinus Hanckius lib. 2. de Rom. rerum scriptoribus p. 228.

2011 Ministerio de Cultura

duos vetuſtos codices in ſua verſione ſecutus eſt, & verbum verbo reddere ſtuduit, ſæpe mihi ad veræ lectionis inveſtigationem viam patefecit. *Græce* primus edidit *Robertus Stephanus* Pariſ. 1546. fol. typis vere Regiis ac nitidiſſimis. Hinc meliorem verſionem *latinam*, ſed decem tantummodo librorum (Libri undecimi enim in Græcis Cod. perturbatior ordo eſt) adornavit *Sigismundus Gelenius*, ſuadentibus Hieron. Frobenio & Nicolao Epiſcopio, eamque Johanni Rudolpho Murbacenſi & Lutrenſi Abbati inſcriptam edidit Baſil. 1549. fol. addito undecimo libro ex Lapi Biragi verſione. Ab eo tempore egregiam Dionyſio operam præſtitit *Fridericus Sylburgius*, quo vix quisquam melius veteres ſcriptores tractavit, emendatioresue & ad uſum aptiores adornavit editiones. Hic enim Græca ad varios codices MSS. doctorum virorum opera recenſita emendavit, atque è Romano potiſſimum ac Veneto codice ſupplevit, Gelenii verſionem innumeris locis caſtigavit, librum undecimum & fragmenta de legationibus à Fulvio Urſino edita, & jam recens ad Julii Pacii codicem emendata de integro vertit, Glareani Chronologiam, Aurelium Victorem de Origine gentis Romanæ cum notis A. Schotti, Leges Regias & decem virales cum notis & gloſſario, notasque è Victorii, Mureti, Brodæi, Leopardi, H. Stephani, Camerarii, Guil. Canteri, Xylandri, Wolfiique ſcriptis excerptas & ſuas propria induſtria concinnatas, indices in Dionyſium, qualibus ſolet editiones ſuas ornare locupletiſſimos græcos & latinos ſubjunxit. Francof. apud heredes, A. Wecheli 1586. fol. Recuſa eſt Sylburgii editio græce & latine Lipſiæ A. 1691. fol. minus emendate, nec verbulo adjecto, quo ex virorum doctorum ſæculi integri induſtria aliquid novi ornamenti Dionyſio accederet. Prodiit etiam Dionyſius latine, libros undecim Antiquitatum ex verſione Geleniana à Sylburgio recenſita ac ſuppleta, & (quod in græco-latina deſideratur) capitibus diſtincta exhibens Hanov. 1615. 8. Sed & *Æmilius Portus* Franciſci F. poſt alios non dubitavit libros Antiquitatum Dionyſiii latine vertere, & cum notis ſuis, H. Stephani & Iſ. Caſauboni edere Lugduni 1592. fol. apud Vignonium. In hac editione latina ſolarum Antiquitatum (reliqua enim Dionyſii ſcripta non attigit Portus) excerpta de legationibus occurrunt ex triplici verſione & cum notis H. Stephani, Frid. Sylburgii & ipſius Porti. Habeo etiam libros XI. Antiquitatum Dionyſii è Porti verſione ſeparatim latine recuſos cum argumentis librorum & Gnomologia Dionyſiana, Genevæ apud Jacobum Stoer A. 1603, 12. Denique præfectus Bibliothecæ Bodlejanæ dignis-

2011 Ministerjo de Cultura

simus *Joh. Hudsonus* luculentam & præclarissimam publico bono vulgavit Dionysii editionem è theatro Sheldoniano Oxoniæ A. 1704. fol. inscriptam D. Georgio Hoopero Episcopo Bathonio- Wellensi, in qua Græco textui ad editionem Sylburgii recensito adjungitur Porti translatio hinc inde emendata, & singulis paginis superius adscripta temporis notatio ex mente Viri egregii *H. Dodwelli*, infra autem præter notas & observationes variorum substratæ Variæ lectiones Codicis Vaticani ante 700. annos scripti per libros primores decem & per undecimum alterius Vaticani recentioris, quas Viris præstantissimis Laur. Zacagnio & Jac. Perizonio in acceptis refert editor humanissimus. Excerpta de legationibus cum versione H. Stephani & variorum notis, Peiresciana cum Henrici Valesii interpretatione, & observationibus exhibet, operique præmittit veterum recentiumq; (*i*) de Dionysio testimonia ac judicia, ad calcem Tomi II. rejectis notis quibusdam Variorum in quædã Dionysiii loca prolixioribus F. Ursini, Is. Casauboni, H. Stephani, Sylburgii &c. In his p. 323. H. Dodwelli supra laudati dissertatione de ætate Dionysii, & vocabulo γρεά, (*k*) tum ab eodem Dodwello concinnatis & summo studio elaboratis tabulis Chronologicis Dionysianis.

IV. In locum libri 1. Antiquitatum de Insula Samothrace ac Diis Troicis prolixos commentarios Græce scripsit *Johannes Magister* cognomine *Canabutius* sive *Canabuza*, quos memorat Labbeus p. 108. Bibl nov. MSS. & edere pridem constituerat Leo Allatius. Exstant etiam manu exarati in Bibl. Vindobonensi Imperatoris, distincti in capita XCVI quorum titulos post Lambecium edidit Nesselius in Catalogo MSS. inter codices historicos p. 165. seq. Sed & Romæ in Bibliotheca Chigiana asservatur membranaceus & sæculo X. ut videtur scriptus codex Græcus Antiquitatum Dionysii, cum effigie illius in fronte voluminis ex antiquiore codice delineata & minio picta, ut narrat Bernardus de Montfaucon in Diario Italico c. 20. p. 238.

V. Te-

(*i*) Plura collegerunt Martinus Hanckius libro utroque de Rom. rerum scriptoribus, Christianus Wilhelmus Eybenius ad Joh. Magiri Eponymologicum, Thomas Pope Blount &c. Præ ceteris lectu jucunda sunt, quæ de Dionysio observat Mottanus Vayerus T. 2. 305 seq. edit. in fol.

(*k*) Hac voce plerumque non certum numerum annorum sed stirpes ac successiones notari contendit Vir doctissimus, perinde ut Matthæi primo capite. Confer ejusdem exercitat. de ætate Pythagoræ p. 170. seq.

2011 Ministerio de Cultura

V. Testatur Dionysius ipse (*l*) se in Historia sua voluisse referre ac servare characterem ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτὸν, συναγωνίστε καὶ θεωρητικῆς *quiddam ex rerum gestarum narratione & speculatione Philosophica mixtum*, itaque ut diligentissime & Romanis ipsis scriptoribus longe accuratius describit Rempublicam Romanam ritusque, & temporis notationem assidue magno studio adjungit, ita hinc inde digreditur, & Orationes quandoque longiores interjungit, quo ipso jucundiorem lectu esse judicavit Photius. Stoicæ Philosophiæ faviisse Vossius observat lib. 1. de Idololatria c. 10. Dictione autem utitur tam pura ac dilucida, ut cognitionem Græcæ linguæ consequi cupientibus Dionysii lectionem non abre præ ceteris commendarit Rev. & doctissimus Vir Hermannus ab Hardt in Studioso (*m*) suo Græco.

VI. Scripserat præterea Dionysius *Epitomen harum antiquitatum libris quinque* Stephano Byz. laudatam in Ἀρίκεια & Κορίολλα, sed illa jam pridem intercidit. De ea videndus Photius cod. LXXXIV. & H. Stephanus operæ 1. in Dionysium c. 5. & 7. Etiam *librum* περὶ χρόνων scripsisse se innuit Dionysius lib. 1. pag. 60. in quo docuit, qua ratione Græcam supputandi rationem ad Romanam liceat dirigere. Meminit & Clemens Alex. 1. Strom. p. 320. Παλαίπεφα ἢ τῶν Ἑλληνικῶν τὰ Ἀργολικὰ, τὰ ἀπὸ Ἰνάχου λέγω ὡς Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τοῖς χρόνοις διδάσκει. Suidas: Εὐριπίδης τραγικὸς, ὃς πρότερος ἀδελφιδοῦς, ὡς Διονύσιος ἐν χρονικοῖς. Sed hæc Clarissimo Hudsono pridem observata.

VII. Nunc ad alia Dionysii scripta accedere par est, Critica & Rhetorica tum illa quæ exstant, tum, quæ perierunt. Exstant vero hæc sane eximia & lectu digna, nisi quod acerbam nimis Criticam quandoque exercere videtur Dionysius, in his scriptis, quæ junior ætate & ferventior edidit, neque enim dubium est, hæc ante Antiquitates ab eo composita fuisse.

VIII. ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ (*n*) *de structura Orationis* liber, ad Rufum Melitium sive Minucium. Græce primus edidit &

(*l*) Lib. 1 p. 7.

(*m*) Editus est Helmstadii 1700. 8.

(*n*) Etiam Dionysius Longinus hoc de argumento duobus libris scripserat post nostrum Dionysium & longe acriore atque exquisitiore jndicio valuisse videtur Tan Fabro in notis ad Longin. p. 208. edit. Tollianæ, pollicito hoc se ostensurum in locis quos uterque examinavit.

2011 Ministerio de Cultura

Aldus inter veteres Rhetoras Venet. 1508. fol. Prodiit & Græce Argent. 1550. 8. & Sylburgio curante in tomo posteriore Operum Dionysii Wecheliana. Latine vertit utcunq; & exempla latina addidit *Samuel Birkovius* Polonus in Academia Samoscensi Professor. Prodiit Græce & lat. Samoscii A. 1604. 8. Eadem Bircovii versio ab *A. Schotto* recensita & brevibus scholiis illustrata exstat in editione Dionysii latina Hanov. 1615. 8. Longe emendatiorem versionem edidit, Græca castigavit, & notas Syburgii variorumque & suas addidit *Jacobus Uptonus* Etonensis Vir Cl. Lond. 1702. 8. cujus editionem laudatam, si placet, vide in Actis Erud. A. 1703. p. 44. Denique ex Uptoni editione hunc librum in posteriorem Dionysii sui tomum recepit præstantissimus Hudsonus, versione locis quibusdam interpolata & Græcis castigatis ad Codices binos Regis Christianissimi, & unum Colbertinum, quorumusum Vir Cl. Michael le Quien ipsi comparavit.

IX. ΤΕΧΝΗ, *Ars Rhetorica* ad Echecratem, duodecim capitibus constans & omnium quæ ex Dionysii scriptis exstant Hudsono judice mendosissimum. Græce inter Rhetoras Aldi 1508. fol. & in editione Dionysii Parisiensi H. Stephani, & Wecheliana. Prima quatuor capita *περὶ τῶν πανηγυρικῶν, μέθοδον γαμηλίων, ψευθλιακῶν* & *Ἐπιθαλαμίων* latine vertit *M. Antonius Antimachus* Ferrariensis, quæ versio ex edit. Basil. 1539. fol. legitur in calce editionis Wechelianæ T. 2. p. 199. At Caput V. *μέθοδον θεοζφωνηματικῶν* & VI. *Ἐπιταφίων* latina interpretatione donavit *Guil. Gratius* Brugensis Jesuita. Caput VII. *θεσπεσικὸν ἀθλητοῖς* & VIII. *περὶ ἐχνηματισμῶν* transtulit *Andreas Schottus*. IX. *περὶ ἐχνηματισμῶν* sive de figurata dictone tractatum posteriorem, tum & X. & XI. *περὶ τῶν ἐν μελέτῃ πολυμελισμῶν* & *περὶ τῶν ἐν μελέταις ἀτεχνίας Guil. Gratius.* Caput XII. *περὶ λόγων ἐξετάσεως A. Schottus.* Latine hæc omnia leguntur in editione Dionysii latina Hanovienſi A. 1615. 8. sed capita 10. 11. 12. à prioribus male distracta sunt, & rejecta ad p. 168. seq. Hudsonus versionem hinc inde emendavit & græca castigavit ad Codices binos Regis Galliæ, tum ad Colbertinum, Jamesii item Theologi Cantabrigiensis & Rogeri Galei. Tan. Faber in notis ad Longinum p. 135. *τέχνῶν* Dionysii nostri, quod miror, esse negat, atqui Dionysii dictionem habet ac characterem, pollicetur etiam librum de imitatione pag. 64. quem à nostro scriptum constat. Laudat sane *Nicostrati* dictionem p. 36. *λέξει ὑχρησέον ἀφελεῖ μᾶλλον ἐγγὺς Ξενοφῶντος τε καὶ Νικοστράτου βαίνουτε.* Sed neutiquam intelligendus Nicostratus Macedo sub M Antoto-

2011 Ministerio de Cultura

tonino clarus, de quo Suidas, Philoſtratus de Sophiſt. p. 618. & Alciatus II. 49. parergon, non magis quam Sophiſta junior Trapezuntius, qui hiſtoriam ſcripſit à Philippo Arabe ad Odenàtum usque Palmyrenum & Valeriani infelicem in Perſas expeditionem teſte Evagrio lib. 5. cap. ult. Hiſtoriæ Eccleſ. Conſtat enim plures floruiſſe Nicoſtratos antiquiores, ut illum adverſus quem Demoſthenes dixit Orationem LIX. ne de aliis in præſenti memorem. Menander quoque ſive Alexander Rhetor (Dionyſium, ut videtur, noſtrum ſecutus) Xenophontem ac Nicoſtratum conjungit, eorumque, ſed & Dionis Chryſoſtomi ac Philoſtrati dictionem ejus, qui Heroica atque imagines ſcripſit, affirmat ἀπλᾶς εἶναι καὶ ἀφελεῖς. De Mureti vero errore, qui ex loco τέχνης hujus, quo p. 37. Dionyſius Iſocratem ἑταῖρον ſuum vocat, juniorem quendam Iſocratem eſt commentus, dixi lib. 2. c. 26. §. 5.

X. ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ ſive τῶν ἀρχαίων κρίσις Græce primum cum aliis quibusdam Dionyſii ſcriptis Criticis mox commemorandis prodiit Pariſ. A. 1554. 8. edente *H. Stephano*, qui è Cicerone & Quintiliano judicia de iisdem ſcriptoribus adjunxit. Latine vertit *Stanislaus Ilovius* Polonus Baſil. 1557. 8. inſcripſitque *de præcipuis Græcæ linguæ auctoribus elogia.* Ilovii translatio recuſa eſt in editione Wecheliana T. 2. p 206. & in latina Hanovienſi, & in Græcolatina Hudſoniana. Scriptores, de quibus judicium fert Dionyſius in præſenti libro, hi ſunt: Homerus, Heſiodus, Antimachus, Panyaſis, Pindarus, Simonides, Steſichorus, Alcæus, Æſchylus, Sophocles & Euripides: Herodotus & Thucydides, Philiſtus & Xenophon, ac Theopompus, tum Pythagorei & Plato atque iterum Xenophon & Ariſtoteles. Lyſias præterea & Iſocrates, Demoſthenes, Æſchines, & Hyperides.

XI. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΤΤΙΚΩΝ ΡΗΤΟΡΩΝ ὑπομνηματισμοὶ πρὸς Ἀμμαῖον. *De Oratoribus Atticis* ad Ammæum commentarii. Horum prima pars duntaxat exſtat, περὶ τῶν πρεσβυτέρων de antiquioribus *Lyſia, Iſocrate, Iſæo.* Ex altera de junioribus Oratoribus Atticis *Demoſthene, Hyperide* & *Æſchine* ſupereſt tantummodo caput initio mutilum & hinc indehians περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος, & tractatio non integra de *Dinarcho.* Tertia pars de Hiſtoricis & ceteris ſcriptoribus Atticis à Dionyſio promiſſa incertum, an perfecta, certe ad nos non pervenit. Quæ *de Lyſia & Iſocrate* commentatus eſt Dionyſius, primus cum Lyſiæ orationibus & Iſocratis græce edidit Aldus A. 1513. fol. poſt Aldum H. Stephanus ad calcem Antiquitatum Dionyſii A. 1547. fol. Latine tranſtulit

2011 Ministerio de Cultura

ſtulit Matthias Martinez Middelburgicus, & quæ de Iſocrate, Hieron. Wolfius, cujus verſionem Sylburgius quoque in Wecheliana editione exhibuit. T. 2. p. 211. Quæ autem *de Iſæo & Dinarcho*, P. Victorius Græce vulgavit è Bibl. Medicea Lugd. 1580. 8. apud Tornæſ. Vertit latine A. Schottus, ac de Dinarcho idem, quem dixi Martineſius ſive Martinius. Quæ de dicendi vi denique, quæ ſingularis fuit *in Demoſthene*, primus è recentiore MS. codice & ſchedis è Lollini Bibliotheca à Don Zellino communicatis Græce edidit Frid. Sylburgius, latine Martineſius convertit. Exſtant hæc latine in editione Hanovienſi A. 1615. 8. Græce in Wecheliana, græce & latine in Hudſoniana, qui duobus MSS. Bibl. Regis Galliæ ad Græca caſtiganda uſus eſt, & in Iſæo ac Dinarcho & Demoſthene, codice ex MS. Bibl. Bodlejanæ.

XII. EPISTOLA I. AD AMMÆUM (quem φίλτατον ſive amiciſſimum vocat) *de ætate ſcriptorum Demoſthenis & Ariſtotelis*, ſive quod Demoſthenes artem Rhetoricam non didicerit ex Ariſtotele, neque orationibus ſuis ad ejus præcepta conformatis omnium Oratorum præſtantiſſimus evaſerit. Græce primus edidit H. Stephanus 1554. 8. latine vertit in ſua Demoſthenis editione *H. Wolfius*, cujus verſionem recudi curavit Sylburgius T. 2. p. 223. *A. Schotti** translatio cum ejus notis exſtat in editione Dionyſii Hanovienſi latina A. 1615. 8. & in Græcolatina Hudſoni, qui uſus MS. codice Regio ad Græca caſtiganda.

XIII. EPISTOLA II. AD AMMÆUM περὶ τῶν Θουκυδίδους ἰδιωμάτων *de iis, quæ Thucydidi propria ſunt.* Scripta poſt librum prolixiorem de Thucydide, de quo mox, & græce vulgata ab Aldo inter græcos Rhetoras A. 1508. fol. tum à Joachimo Camerario A. 1540. & aliis quibusdam Thucydidis editoribus, & ab H. Stephano cum Antiquitatibus Dionyſii A. 1547. fol. & in editione Dionyſii Wecheliana. Latine *Matthia Martinez* interprete in editione latina Hanovienſi & in Græco-latina Hudſoni, qui ad græca emendanda adhibuit duos Regios Gallicos codices & unum Colbertinum.

XIV. DE THUCYDIDE *Liber ad Q. Ælium Tuberonem* περὶ τοῦ Θουκυδίδους χαρακτῆρος καὶ τῶν λοιπῶν συγγραφέως ἰδιωμάτων. Græce primus è Codice *Andreæ Dudithii* Pannonii, quem à Paulo Manutio acceperat, edidit Sylburgius in editione Wecheliana. Subjunxit idem T. 2. pag. 241. perelegantem Dudithii translationem quæ prodierat Venet. 1560. 4. apud Manutium & Baſil. 1579. 8. Exſtat etiam in latina Dio-

no-

* Confer Vitas Demoſthenis & Ariſtotelis comparatas A. Schotto auctore, Auguſtæ Vindel. 1603. 4.

2011 Ministerio de Cultura

nysii editione Hanovienſi & in græco-latina Hudſoni, qui uſus ad græca caſtiganda Codice MS. Bodlejano, erudita H Savilii manu hinc inde notato. Laudat hunc librum ex merito Rogerus Aſchamus in Epiſtola de imitatione ſcripta ad Joh. Sturmium.

XV. EPISTOLA AD CN. POMPEJUM (πρὸς Γναῖον Πομπήϊον) *de Platone*, qua exponit, quid in ejus Philoſophi dictione & quam ob rem improbarit, adjuncto judicio de hiſtoricis, quos præcipue imitatione dignos eſſe putat, *Herodoto*, *Thucydide*, *Xenophonte*, *Philiſto*, *Theopompo*. Hanc epiſtolam græce primus cum aliis quibusdam Dionyſii ſcriptis vulgavit H. Stephanus Pariſ. 1554. 8. latine vertit *Stanislaus Hoſius* Polonus Baſil. 1557. 8. diviſam in bina opuſcula, quorum unum ſub titulo comparationis excellentiſſimorum Hiſtoricorum inſcriptum dedicavit Joh. Tencinio Comiti, alterum inſcripſit Cælio ſecundo Curioni Præceptori ſuo. Hæc verſio recuſa legitur in editione Wecheliana, T. 2. p. 229. & in latina Hanovienſi, atque in græco-latina Hudſoni, qui Codice MS. Regis Chriſtianiſſimi uſum ſe teſtatur ad Græcum contextum caſtigandum.

Quod Sylburgius in præfat. ad tomum poſteriorem promittit primi tomi ſpicilegium & ſecundi auctarium, lucem non vidit, ſed cum præſtantiſſimo auctore intercidit.

Perierunt etiam ſcripta varia Critica ac Rhetorica Dionyſii ipſius, ut eidem Sylburgio jam obſervatum.

XVI. Deſiderantur ſane hæc:

1. Περὶ μιμήσεως *de imitatione* ad Demetrium ὑπομνηματισμοὶ γ' Commentarii III. an, & quinam & quomodo imitandi ſint ſcriptores eximii. Dionyſ. Epiſt. ad Pompej. p. 128. & lib. de Thucydide ſub init. Scholiaſt. Hermogenis 1. περὶ ἰδεῶν laudat Dionyſium περὶ μιμήσεως χαρακτήρων, neque aſſentior Meurſio, qui in libro de Dionyſiis ſuſpicabatur duo diſtincta ſcripta περὶ μιμήζεως & περὶ χαρακτήρων. Non abſurde autem Sylburgius horum librorum ἐκλογὴν eſſe putabat τὰς τῶν παλαιῶν χαρακτῆρας, de quibus dixi ſupra §. 10.

2. Περὶ τῆς πραγματικῆς Δημοσθένους δεινότητος, De Demoſthenis in rerum tractatione admirando acumine ac vi (ut περὶ λεκτικῆς δεινότητος ejusdem Oratoris diſſeruit in ὑπομνηματισμοῖς, quos habemus de Rhetoribus Atticis ad Ammæum.)

3. De Hyperide & Æſchine, tum Hiſtoricis, Philoſophis, ac ceteris ſcriptoribus Atticis ὑπομνηματισμοί.

2011 Ministerio de Cultura

4. Liber *περὶ τ ἐκλογῆς ὀνομάτων de delectu verborum*, quem Rufo promittit in lib. de verborum compositione.

5. Liber de Lysia & internoscendis ejus orationibus *ἰδίαν ἣ περὶ τ ῥήτορ@ πραγματείαν συνταττόμν@* &c. Dionysius in Lysia pag. 86. Confer in Isæo sub init.

6. *Ὑπὲρ τ πολιτικῆς Φιλοσοφίας πρὸς τὰς κατατρέχοντας αὐτὴν ἀδίκως.* Adversus eos, qui Politicam Philosophiam injuste reprehenderunt. Dionys. lib. de Thucydide p. 137.

Denique Dionysium Halicarnassæum inter eos qui *Epicuri* famam scriptis lacerarunt refert Laertius lib. X. sect. 4. quod forte in libro jam dicto de civili Philosophia factum.

XVII. Allegatur præterea Dionysius Halicarnassæus *περὶ ἑρμηνείας* in Scholiis ad Aristoph. Nubes v. 400. Unde librum de elocutione, qui legitur sub nomine *Demetrii Phalerei*, & in quo locus à Scholiaste Comici laudatus occurrit, Dionysio nostro tribuunt H. Valesius ad excerpta PeirescIana p. 65. Is. Vossius ad Catull. p. 153. & in libro de poematum cantu & viribus rythmi, ac Menagius pag. 59. & 222. ad Laertium. Sed hoc de libro dictum à me est infra lib. IV.

XVIII. Dionysio etiam nostro *librum de vita Homeri* qui sub *Plutarchi* nomine exstat, tribuit præstantissius Vir Thomas Galeus, qua de sententia vide, si placet, quæ dixi lib. 2. c. 1. §. 4.

XIX. Index scriptorum à Dionysio Halicarnassensi allegatorum accommodatus ad paginas editionis Wechelianæ, cujus paginas Oxonienses, unde hic elenchus depromtus est, in ora paginarum interiori adscriptus habet A. Tomum priorem, B. posteriorem denotat.

Acusilaus Argivus B. 138.
Ælii A. 6.
Ælius Tubero A. 67.
Agathyllus A. 58. Agathyllus Arcas poeta A. 39.
Æschylus B. 22. 69. 187. Æschylus ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ. A. 34.
Æschines B. 71. 120. 196. 185. ejus locus B. 185. 197. &c.
Alcæus A. 336. B. 19. 28. 69.
Alcidamas B. 111. 120.
Amelesagoras (seu Melesagoras) Chalcedonius B. 138.
Anacreon B. 26. 188.
Anaxagoras B. 47. 57.
Anaxilaus A. 1.
Anaximenes B. 111. 120. 167.
Andocides B. 82. 161.
Antias. Vide Valerius.

An-

2011 Ministerio de Cultura

Antigonus (ſeu potius Antiochus) A. 5.
Antilogus (vel potius Antiochus) Syracuſanus A. 5.
Antimachus B. 68. Antimachus Colophonius B. 22.
Antiochus p. 5. Antiochus Syracuſanus A. 10. 18. 27. 59. Antiochus Xenophanis f. 10.
Antiphon B. 120. 162. 167. Antiphon Rhamnuſius B. 9. 22. 111. 161.
Antiſthenes Socraticus B. 161.
Aphareus Iſocr. f. B. 102. 119.
C. Aquilius A. 200.
Aratinus. Viſe Arctinus.
Archilochi verſus B. 16.
Archinus B. 178.
Arctinus A. 55. 56.
Argivorum ſacerdotum Commentarii A. 50.
Ariſtæus (ſive Ariſteas) Proconneſius B. 146.
Ariſtocles B. 115.
Ariſtophanes B. 23. ejus locus B. 29.
Ariſtoteles A. 58. B. 2. 27. 28. 192. ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ ſc. τῆς ῥητορικῆς B. 121. ejus τοπικὴ, ἀναλυτικὴ & μεθοδικὴ συντάξεις memorantur B. 121. 122. locus ejus ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ τῶν τεχνῶν B. 123. 124. 125. ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν ῥητορικῶν τεχνῶν B. 29. &c.
Ariſtoxenus B. 192. Ariſtoxenus Muſicus B. 11.
Ari-
Ariſtus vel Arithous ὁ γράψας περὶ Ἀρκαδικά. A. 39.
Arrhamenes B. 151.
Aſiani oratores B. 80. 81.

Bacchylidis locus B. 30.

Cadmus Mileſius B. 146.
Cæcilius B. 130.
Callæſchri dictum B. 39.
Callias ὁ τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις ἀναγράψας A. 58.
Callicrates B. 1. 18.
Callimachus B. 105. 112. 116. 171.
Calliſtratus A. 55.
Calpurnii A. 6.
Calpurnius Piſo A. 64. Vide Piſo.
Cato A. 11. 220. quære reliqua in Porcius.
Cenſoriæ tabulæ A. 60. 225.
Cephalo Gergithius A. 39. 58.
Cephiſodorus B. 111. 120. 127. Cephiſodorus Athenienſis B. 102.
Chæron (ſeu potius) Charon B. 129.
Charon Lampſacenus B. 138.
Chryſippus Stoicus B. 5. ὁ γράψας περὶ τῆς συντάξεως τῶν ἐν λόγῳ μορίων B. 5.
Cincius A. 105. 106. L. Cincius A. 5. 60. 64.
Cratinus B. 47. 67.
Cratippus B. 143.
Critias B. 28. 111. 161.
Cteſias Cnidius B. 9.

Damaſtes Sigenſis A. 58. B. 138.
Deiochus Proconneſius B. 138.
Dema-

2011 Ministerio de Cultura

Demades B.76.119.124.
Demagoras A.58.
Demetrius B. 127. Demetrius Calantianus B.5. Demetrius Magnes ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ B. 112. Demetrius Phalereus B.113.127.166.195.
Democles Phygelensis (seu potius Phygalensis) B.138.
Democlides B.117.
Democritus B.28.
Demosthenes B. 11.17.20.28.39. 46.53.61.69. &c. ejus locus B.7. 8.30.45.71.168.196. 197.180. ἐν τῇ Αἰσχίνου κατηγορίᾳ B.171. ἐν τῇ Αἰσχινέους κατηγορίᾳ B. 28. 29. 171. ἐν τῷ περὶ τῶν ἀπελειῶν B.171. ἐν τῷ κζ΄ Κόνωνος B.170. ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος B.29. 172. 182.. 183. ἐν τῷ περὶ τῆς παρεσβείας B.58. ἐν τῷ κζ΄ Φιλίππου B. 28.163.175. 176.190. ἐν τῷ περὶ τοῦ πρὸς Βασιλέα πολέμου B.162. ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου B. 18. 56.57.124. ἐν τῷ περὶ τῶν συμμορειῶν B. 46.56. ejus orationes memorantur B. 120. 123. 124. 125. 126.171.191.197.
Demus (seu potius Demetrius) Magnesius B.112.
Dinarchus ὁ ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν B. 112. &c. ὁ τὰς περὶ Κρήτην συναγωγὰς μυθολογίας B. 112. ὁ Δήλιος B. 112. ὁ περὶ Ὁμήρου λόγου συντεθεικὼς B. 112. Dinarchi rhetoris locus ἐν τῷ κζ΄ προξένου B. 113. orationes ejus recensentur B. 114.116.117.118.119.
Dion B178.
Dionysius Chalcidensis A.58.
Dionysius ipse Halicarnassensis A. 7.&c.
Duris B. 7.
Empedocles Physicus B.22.
Ennius, vel Evenus, vel Euxenus A. p.27.
Ephorus B. 26. 111.
Epicuri dictum B.28.
Eratosthenes Chronographus A. 60.
Eudemus Parius B. 138.
Euenus, vel Evenus, vel Euxenus. A. 27.
Eugæon (vel Eugeon) Samius B. 138.
Eupolis B.47.67.
Euripides B.16.26.69.&c. ejus locus B.4.16.29.32. ἐν τῷ Αἰόλῳ B. 57. ἐν Ὀρέστῃ B.10. ἐν τῇ Μελανίππου τῇ σοφῇ. B. 47.57.
Euxenus A.27.
Fabius A. 67.70.105.106.107.211. 220. 234. 261. Fabius Maximus A. 6. Q. Fabius A. 5.475. Q. Fabius Pictor A. 64.
Gellii A. 6. Gellius. A. 131. 211.

2011 Ministerio de Cultura

349. 416. Cn. Gellius A. 100. 136.
Gergithius. Vide Cephalo.
Gorgias sophista B. 92. 94. Gorgias Leontinus B. 111. 111, &c.

Hecatæus Milesius B. 138.
Hegesias Magnes B. 5. 18. ejus locus B. 7. 18.
Hegesippus ὁ περὶ Παλλώης γράψας A. 39.
Hellanicus B. 129. 139. 140. Hellanicus ἐν τοῖς Τρωικοῖς A. 38. ἐν τῇ Ατθικῇ ξυγγραφῇ B. 141. Hellanicus Lesbius A. 18. 22. 28. B. 138. ἐν τῇ Φορωνίδι A. 22.
Heraclides B. 5.
Hermippus ὁ τὰς Ισοκράτους μαθητὰς ἀναγράψας B. 104.
Herodotus A. 21. B. 3. 26. 28. 51. 69. 128. 139. &c. ejus locus A. 23. B. 3. 4. 33. 65. 128. 189.
Hesiodus B. 26. 33. 68. 188.
Hieronymus A. 6. B. 45. Hieronymus Cardianus B. 5. ἐν τῇ περὶ τῶν Επιγόνων πραγματεία A. 5
Hieronymus Peripateticus B. 99.
Hippias B. 126.
Hippodamas B. 127.
Historiæ communis auctores A. 291.
Homerus A. 36. 476. 479. 480. B. 15. 61. ejus locus A. 43. 476. 477. 479. B. 1, 3. 4. 5. 6. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 31. 32. 37. 42. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. 67. 87.
Hyperides B. 71. 81. 112. 114. 120.

Iphicrates B. 85. ἐν τῷ περὶ τῆς εἰκόνος B. 85, ἐν τῷ περὶ τῆς προδοσίας B. 85. ejus locus ἐν τῷ πρὸς Αριστόδικον. B. 103.
Isæus B. 104. 120. 167. &c. ejus locus ἐν τῇ ἀμφισβητήσει ὑπὲρ χωρίου τοῦ ὑπὸ τῶν δημοτῶν κατειλημμένου B. 107. ἐν τῷ ὑπὲρ Ευμαθοῦς B. 105. 106. ἐν τῷ ὑπὲρ Ευφιλήτου B. 110. ejus orationes memorantur B. 105. 107. 108. 110.

Isocrates B. 20. 26. 30. 81. 49. &c. ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως B. 57. 102. 172. ἐν τῷ Αρεοπαγιτικῷ B. 30. 96. ἐν τῷ Αρχιδάμῳ B. 97. ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης B. 96. ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ B. 94. ἐν τῷ Πανηγυρικῷ B. 57. 99. ἐν τῇ πρὸς τὴν Ιφικράτους B. 37. ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον B. 96. 57. ejus locus ἐν τῷ Αρεοπαγιτικῷ B. 27. ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης B. 100. 102. 172. &c. ἐν τῷ πανηγυρικῷ B. 99. 188. ἐν τῷ Τραπεζιτικῷ B. 102. Isocrates junior (ut quidam male arbitrantur) B. 37.

Licinius A. 115. 211. 314. 337. 349. 417. Licinius Macer A. 6.

Li-

2011 Ministerio de Cultura

Licymnius B.82.133.148.179.
Lycurgus B.71.119.120.
Lysias B.39.82.&c. 162.164.165. ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἰφικράτους εἰκόνος B. 85. &c. ejus locus B.92.93. ἐν τῷ πρὸς Ἀργεβιάδην B.106. ἐν τῷ ὑπὲρ Διογείτονος B.88.89.90. ἐν τῇ ὑπὲρ Νικίου ἀπολογίᾳ B.86. ἐν τῷ ὑπὲρ Τίσιδος B.169. ἐν τῷ περὶ Φερενίκου ὑπὲρ Ἀνδροκλείδου κλήρου B.105. 106. ejus orationes memorantur B.85.86.88.92.105.106. 169.

Macer. Vide Licinius
L. Mamius A.16.
Meleſagoras. Vide Ameleſagoras.
Menander B.67.69.
Menecrates Xanthius A.38.
Meneſæchmus B.117.
Molo B.115.
Myrſilus Lesbius A.19.22.

Naucrates B.111. Naucrates Iſocraticus B.39.
Nicoſtratus B.36.

Oraculum A.16.55.

Panyaſis B.68.
Pergamenſes Grammatici B.112.
Phanodemus ὁ τὴν Ἀττικὴν γράψας ἀρχαιολογίαν A.50.
Pherecydes Athenienſis A.10.
Philagrius B.115.
Philarchus. Vide Phylarchus.
Philiſcus B.220. &c.
Philiſtus B.69.70.111.120.128. 131. &c. ἐν τῷ περὶ Διονυσίου B. 131. ἐν τῷ περὶ Σικελίας B.131. ἐν τῇ δευτέρᾳ τ̃ περὶ Σικελίας B.131.
Philiſtus Syracuſanus A.18.
Philochorus B.119. ἐν ταῖς ἱστορίαις B.113.118. ἐν ταῖς Ἀτθίσι ἱστορίαις B.113. ἐν τῇ ὀγδόῃ & ἐν τῇ ἐννάτῃ ſc. Ἀτθίδων ἱστοριῶν B.113. ἐν ς΄. τῆς Ἀτθίδος βίβλῳ B.122. 123.
Philonicus Dialecticus B.59.
Philoxenus B.19.
Phylarchus B.5.
Pindarus B.19.22.68.187. ejus locus B.13.23.81.129.167.179.
Piſo A.106.107. Piſo Cenſorius A. 105. L. Piſo ἐν τῇ πρώτῃ τ̃ ἐνιαυσίων ἱστορίᾳ A.220. L. Piſo Cenſorius A.105. L. Piſo Frugi ἐν ταῖς ἐνιαυσίαις πραγματείαις A.213.
Plato B.28.166. ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ B.46.57.178. ἐν Κρατύλῳ B.14. ejus locus B.33.65.66. 178.179. ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ B.46.56. ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ (ἢ Μενεξένῳ) B.8.17.78.175.180. 181. ἐν Φαίδρῳ B.128.166.167. ἐν Φιλήβῳ B.177. ἐν τῇ Πολιτείᾳ B.30. ἐν τῷ Συμποσίῳ B.54.
Polus B.82.126.133.148.
Polybius A.5.6. B.5. Polybius Megalopolitanus A.25.60.

Phi- Po-

2011 Ministerio de Cultura

Polycrates B. 167. Polycrates Athenienſis B. 111.
Pontificum tabulæ A. 525.
Porcius Cato A. 6. 9. 60. 64. ὁ πὰς ψευδολογίας τ' ἐν Ιταλίᾳ πόλεων συναγαγὼν A. 8.
Priapei verſus B. 4.
Prodicus B. 126. Prodicus Cejus B. 94.
Protagoras B. 94. 126. 138.
Proxenus, p. 3. Fragmenti Valeſiani.
Pytheas ἐν τῇ Δημοσθένους κατηγορίᾳ B. 104.

Rhetoricarum (ſeu Oratoriarum) tabularum auctores B. 121.
Rhodiaci rhetorés B. 115.

Saon B 5.
Sappho B. 19. 26. 37. 188. ejus locus B. 26. & B. 29.
Satyrus ὁ τὰς ἀρχαίας μύθας συναγαγὼν A. 55.
Sempronius A. 11. C. Sempronius A. 9.
Silenus A. 5.
Simonides B. 26. 62. 69. 72. ejus locus B. 32.
Socrates B. 47.
Sophocles B. 28. 69. 73. ejus locus B 8.
ἐν Ινάχῳ A. 20. ἐν Λαοκόωντι A. 38. ἐν Τελεπολέμῳ A. 10.
Soſigenes B. 115. Sa-

Sotadea carmina B. 4
Steſichorus B. 19. 28. 69. 72.

Teleſtes B. 19.
Terentius Varro. Vide Varro.
Theodectes B. 2. 111. 120. 192. ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι B. 125.
Theodorus B. 120. 126. 167. Theodorus Byzantius B. 111.
Theophraſtus B. 83. 95. 113. 165. ἐν τοῖς περὶ λέξεως B. 15. ejus locus ἐν τοῖς περὶ βασιλείας A. 336. ἐν τοῖς περὶ λέξεως B. 86.
Theopompus A. 1. B. 26. 111. 128. Theopompus Chius B. 131. &c.
Theramenes B. 94.
Thraſymachus B. 83. 120. 116. Thraſymachus Chalcedonius B. 111. 165. ejus locus B. 165.
Thucydides A. 20. 22. B. 22. 40. 42. 46. 58. 67. 69. 82. 113. &c. 128. &c. 137. &c. ejus locus B. 4. 7. 17. 24. 25. 47. 58. 65. 67. 129. 133. 134. 135. 136. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 164. 187.
Timæus A. 6. B. 82. 115. Timæus hiſtoricus A. 54. Timæus Siculus A. 5. 60.
Timotheus B. 19.
Tiſias Syracuſanus B. 94.
Tubero. Vide Ælius.

Valerias Antias A. 6. 86.
Varro (Terentius) A. 112. ἐν Ἀρχαιολογίαις A. 11. 12. ἐν τῇ Ϛεολο-γι-

2011 Ministerio de Cultura

γικῆ πραγματείᾳ A. 260
Venonius (ſeu Vennonius) A. 220.
Xanthus Lydus A.22. ejus locus A.22.
Xenagoras A.58.
Xenomedes Chius B.138.
Xenophon B. 9. 36. 128. 130. ἐν τῇ ἀναβάζει B.49.57. ἐν τῇ ἀναβάσει ἢ νεωτέρῳ Κύρῳ B. 130. ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν B.57. ἐν τῇ Ελληνικῇ B.130. ἐν ἱππείας λόγῳ ſc. ἐν τῷ εἰς Αγησίλαον τ̃ βαζιλέα λόγῳ B.57. ἐν τῇ παιδείᾳ B.47.57. ἐν τῇ Κύρῳ παιδείᾳ B.130.
Zeno B.138.
Zenodotus Trœzenius A. 112.
Zoilus 112.116.127.167. Zoilus ὁ τὰς καθ' Ομήρῳ συντάξεις καπηλικῶν B.111. Rhetor B.126.

XX. Dionyſios alios quam plurimos Jo. Meurſius ad Helladium & ſingulari libro qui in Tomo decimo theſauri Gronoviani pag. 1580. exſtat commemoravit, de multis monitum etiam Voſſio atque Jonſio III. 8. de nonnullis præterea mihi obſervatum, itaque Catalogum eorundem hoc loco ſubjungere conveniens inſtituto meo dixi.

Dionyſius Ægienſis Δικτυακῶν ſcriptor. Phot. Cod. CLXXXV. & CCXI.

Ælius Dionyſius Halicarnaſſeus auctor Hiſtoriæ Muſicæ libris XXXVI. ῥυθμικῶν συνομνημάτων libris XXIV. Μουσικῆς παιδείας ſive διατριβῶν libris XX. & de iis quæ Muſice dicta ſunt apud Platonem libris V. Suid. qui ſub Hadriano Imp. clarum & Sophiſtam ac Muſicum vocatum eſſe refert. Jonſio III. 8. idem videtur cum Ælio Dionyſio qui Lexicon Rhetoricum & Atticum ſcripſit de quo infra lib. IV. & cum eo cujus libro de Alexandria uſus Sopater apud Phot. Cod. CLXI.

Dionyſius quod Athenienſibus ſvaſit ut numis æneis uterentur dictus *Æneus* teſte Athenæo XV. pag. 669. poeta & Rhetor perantiqvus Athenienſis, cujus *Poemata* laudat Plutarch. Nicia, p. 526. *Elegias* Ariſtoteles III 2 Rhetor. & Athenæus. X. p. 443. & XV. p. 668.

Dionyſius Afer à quibusdam dicitur ſcriptor περιηγήσεως quæ exſtat. De eo infra lib. IV.

Dionyſius Albianus Schol Apollon. II. v. 660.

Dionyſius Albæ in Italia Epiſcopus. Niceph. IX. 33.

Ælius Dionyſius Alexandri F. Halicarnaſſeus. Supra in *Ælius* Dionyſ.

2011 Ministerio de Cultura

Dionyſius Alexandrinus à plerisq; vocatur ὠκεηγήσεως ſcriptor quam habemus & de qua me dicturum recepi infra lib. IV.

Dionyſius Alexandrinus Glauci F. Grammaticus ſub Nerone ac deinceps clarus usque ad Trajanum, qui Imperatori fuit ab Epiſtolis & legationibus ac reſponſis & Bibliotheca. Suid.

Dionyſius Alexandrinus, priore ut videtur antiquior & ab eo diſtinguendus (licet apud Suidam confundi videtur) Magiſter Parthenii Grammatici, Chæremonis vero Philoſophi diſcipulus & in ſchola Alexandrina ſucceſſor. Parthenius Dionyſii (ſcil. diſcipulus) memoratur apud Athenæum ut notavi ſupra pag. 678. ubi Parthenium intelligebam Phocenſem, quod forte de Parthenio accipiendum erat Nicæno, quem imitatus eſt Virgilius.

Dionyſius Alexandrinus Teri F. Grammaticus, diſcipulus Ariſtarchi, & Dionyſii Thracis nomine notior, de quo & ſcriptis ejus dixi lib. IV.

Dionyſius Magnus, Alexandriæ Epiſcopus, diſcipulus Origenis, quem ab Alexandro Dionyſio cujus commentar. inchoatus in Eccleſiaſten memoratur Euſebio, Hieronymo & Suidæ, perperam diſtinguit doctiſſ. Meurſius. De eo conſulendus egregius Vir Guil. Caveus in vitis Patrum Tomo I. & in Hiſt. literaria ſcriptor. Eccleſ. ad A.C. 254. In Bibliotheca Auguſtana occurrit catena MS. in Epiſtolam ad Romanos tum ex aliis tum è Dionyſio Alex. congeſta. vide B.D. Reiſeri Catalogum MSS. p. 9.

Dionyſius Alexandrinus Rhetor itidem Chriſtianus, ſuperiore longe junior, cujus ſunt commentarii in Dionyſium Areopagitam, quos in Bibl. cujusdam nobilis Veneti Lollini manu exaratos exſtitiſſe auctor eſt veterum librorum helluo ſed non ſatis accuratus Criticus Franciſcus Turrianus. Vide Albertinum de Evchariſtia p. 261. & Ephemerides Pariſienſes A. 1702. 20 Martii.

Dionyſius Anthroprographus, qui homines tantum pingebat. Plin. XXXV. 10.

Dionyſius Antiochenus Sophiſta de cujus Epiſtolis quæ exſtant dixi ſupra lib. 2. c 10. §. 31.

Dionyſius Apollinaris hæretici diſcipulus. Infra in *Areopagita*.

Q. Aquilius Dionyſius. Vet. inſcriptio apud Rhodium pag. 296. ad Scribon.

Dionyſius Arei Philoſophi F. cujus contuberium iniit (Alexandriæ ut è

2011 Ministerio de Cultura

Plutarcho conſtat) eruditionis Græcæ cauſa Auguſtus Imp. teſte Sueton. c. 89.

Dionyſius Areopagita cujus Act. XVII. 34. mentio, & ſub cujus nomine ſcripta etiamnum multa exſtant, quæ ab Eutychianis primum edita in lucem obſervat Morinus de ſacris Eccleſiæ ordinat. p. 241. Dionyſio Apollinaris hæretici diſcipulo tribuit illuſtris Stillingfleetus. Vide quæ infra lib. IV.

Dionyſius Argivus. Clemens Alex. I. Strom p. 321.

Dionyſius Argivus, ſtatuarius. Vide Franciſ. Junium in Catalogo artificum.

Dionyſius Ariſtarcheus, Grammaticus Alexandrinus qui vulgo Dionyſius Thrax. De eo infra lib. IV.

Dionyſius Aſcalaphus. Etymol. M. in Διονύσ. Idem, judice Meurſio, qui Athenæo XI. p. 475. λεπτὸς ſive *gracilis*, ubi ejus commmentarium in Theodoridam ſive carmen de Amore memorat.

Dionyſius Athenienſis ἐν ταῖς κυήσεσι Schol. Apollon. II. v. 279. Etymol. in ϖροκόννησος, ἐν ταῖς κτήσεσι, pro quo emendant κτίσεσι. Vide ſupra p. 536. Κτίσεις ſcripſerat etiam Dionyſius Chalcidenſis, de quo ſuo loco. Fuit præterea Dionyſius Athenienſis, qui *Æneus* dictus. Dionyſium quoque Athenienſem in numo apud Goltzium Jonſius obſervavit. Athenis Dionyſium Stoicum audivit Atticus, teſte Cic. 2. Tuſc. De Dionyſio Attico Rhetore infra in *Pergamenus*. De Atticiſta, in *Ælius*.

Aurelius Dionyſius. Inſcriptio vet. ap. Gruterum p. 845.

Dionyſius Bar Salibi, Syrus Jacobita, A. C. 1171. defunctus. De eo leges in Epiſtolis Huntingtonianis p. 111. ſeq. 113. ſeq.

Dionyſius Bithynus, Dialecticus Strab. XII. p. 566. auditus à Theodoro Atheo. Laert. II. 98.

Dionyſii Byzantii αἰὰ ϖλεν Βοσϖόρε Stephano ac Suidæ memoratum edere promiſit tomo tertio Geographorum Græcorum minorum laudatiſſimus Hudſonus. Initium è MS. Regis Chriſtianiſſ. Græce vulgavit Cangius in CPoli Chriſtiana. Ejusdem Dionyſii Threnos ſive poema epicediis refertum Suidas memorat, & alibi in Διονυσ. Μεσωνίε Periegeſin quoque ait Byzantii Dionyſii ſibi videri, niſi ibi legendum *Bithynus* pro *Byzantio* ut volunt viri docti.

Dionyſius è Caria Criticus apud Eunapium procem. haud quaquam diverſus eſt à Dionyſio Halicarnaſſ. cujus ſcripta exſtant.

Dionyſius Calchedonius Jonſio memoratus nullus eſt, nam apud Clemen-

tem

2011 Ministerio de Cultura

tem I. Strom. p. 333. inter antiquissimos scriptores memoratur Dionysius ὁ Καρχηδόνιος *Carthaginiensis.*

Dionysius Carthaginiensis Laert. II. 106. nisi legendum cum eodem Jonsio χαλκηδονίῳ pro Καρχηδονίῳ, ut Dionysius Bithynus intelligatur de quo supra. Chalcedon enim civitas Bithyniæ.

Dionysius Carthusianus, de quo Caveus sive Warthonus ad A. C. 1450.

Dionysius Chalcidensis Quinque libros κτίσεων scripsit teste Marciano in periplo. Meminit & Strabo XII. p. 566. Laudatur in Scholiis ad Apollon. & Aristoph. tum à Suida & Harpocratione. Meminit & Plutarchus lib. de Herodoti malignitate p. 860. Respicit Clemens I. Strom. p. 333. ubi ex Dionysio refert Thasum conditam Olymp. XV. Dionysius Halic. lib. 1. p. 58. & forte Zenobius Dionysium Chalcidensem laudans V. 64. proverb. Vide Rutgers. IV. 18. Var.

Dionysius Chalcus, supra *Æneus.*

Dionysius Charmidæ F. Schol. Pindari Nem. VII. p. 381.

Dionysius Chirurgus. Scribon. Largus Composit. Med. c. 212. seq.

Dionysius præceptor *Ciceronis* filiorum de quo VIII. 30. ad Atticum: *Dionysium dimisi à me ut Magistrum Ciceronum non libenter, ut hominem ingratum non invitus.* Confer. VI. 1. VII. 4. 8. 16. VIII. 4. IX. 3. 14. XIII. 1. De eodem forte Cicero XIII. ad famil. 77. *Dionysius servus meus, qui meam Bibliothecam multorum nummorum tractavit, cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit.* Hæc è Jonsio p. 251.

Dionysius filius ejus Dionysii qui Ciceronis filium docuit, elegans magis declamator quam vehemens. Sen. Lib. 1. controvers. 4.

Dionysius Colophonius qui sub Menippi nomine libros edidisse fuit creditus. Vide Laert. VI. 100.

Dionysius Colophonius pictor nobilis, de quo Franciscus Junius in Catalogo artificum & Jonsius p. 254.

Dionysius Corinthius Poeta Epicus cujus Ἀποθήκας, Ἄιτια & Μετεωρολογούμενα tum prosa scriptum commentarium in Hesiodum Suidas memorat, testatus etiam Periegesin à quibusdam ad eum veluti auctorem referri-

Dionysius Corinthi Episcopus & Martyr de quo vide doctiss. Caveum ad A. C. 170. & quæ infra libro IV.

Dionysius κελτικῶν scriptor apud Laertium I. 36. non diversus videtur à Dionysio Halicarnasseo cujus scripta exstant.

Dionysius Cyclographus. Vide infra in *Dionys. Milesio* Historico, & *Samio.*

2011 Ministerio de Cultura

Dionyſius Cyrtus Medicus inſignis Ægyptius. Steph. in Κύρτ@.
Dionyſius Cyzicenus cujus Epigramma in Eratoſthenis funus legitur III. Anthолog. p. 420.
Dionyſii Delphici filios Æacidem & Ariſtotimum æquales ſuos laudat Plutarchus de ſollertia animal. p. 965.
Dionyſius Diacenus : infra in *Dionyſ. Philadelphienſi.*
Dionyſius Dialecticus : ſupra in *Dionyſ. Bithyno.*
Dionyſius Diogenis F. Geographus laudatus à Marciano in Periplo.
Dionyſius Exiguus auctor æræ vulgaris Chriſtianæ quæ ab illo Dionyſiana appellatur. Floruit circa A. C. 530.
Flavius Dionyſius Conſularis Phœnices A. C. 328. de quo Valeſ. ad Euſeb. IV. 42. de vita Conſtantini.
Dionyſius Γιγαντιάδ@. ſcriptor. Steph. in Πελαδώνη & Νέσσων.
Dionyſius Glauci F. ſupra in *Dionyſ. Alexandrino.*
Dionyſius Grammaticus cujus mentio apud Platonem ἐρασταῖς & Platonis ipſius magiſter ſi Laertio III. 4. & Apulejo fides : licet dubitet Jonſius p. 250.
Dionyſius Halicarnaſſeus Major : de quo hoc capite ſatis dictum.
Dionyſius Halicarnaſſeus junior. Supra in *Ælio Dionyſio.*
Dionyſius Heliopolites. Artemidor. II. 71. p. 152. è quo loco Onirocritica ſcripſiſſe colligitur.
Dionyſius Heracleotes Arati præceptor, ut traditur in utraque Arati vita. Idem ut videtur cum Metathemeno de quo dixi ſupra cap. XV. & quem anno ætatis LXXXI. ut vita abiret cibo abſtinuiſſe refert Cenſorinus c. 15. Sophocli Parthenopæum ſuppoſuiſſe Laert. V. 92.
Dionyſius Ἡρακλείτε@ Laert. IX. 15.
Dionyſius Hiſtoricus qui ſub poſtremis Imperatoribus ſcripſit & à Jornande c. 19. de rebus Geticis allegatur.
Dionyſius Hydragogus Plutarch. quæſt. nat. p. 914.
Dionyſius Jambus. Plutarch. de Muſica p. 1136. Clemens Alex. V. Strom. p. 569. ubi verſum Hexametrum affert. Ejus περὶ διαλέκτων. Athen. VII. p. 284. Ariſtophanis Grammatici præceptor, circa Olymp. CXL. clarus, ut è Suida in Ἀριστοφ. Jonſius obſervavit.
Διονύσι@ ὁ Ἰτυκαῖ@. ἔστι δὲ Ἰτύκη πόλις Σικελίας (imo Λιβύης) Schol. Luciani T. 1. p. 38. Vide infra *Dionyſ. Uticenſis.*
M. Junius Dionyſius Medicus. Inſcriptio vetus apud Rhodium p. 297. ad Scribon.

Dio-

2011 Ministerio de Cultura

Dionyſius Leptus ſive *gracilis* ſupra in Aſcalapho·
Dionyſius Leuctricus Athen. XIII. p. 609.
Dionyſius ſcriptor Αἰθιακῶν, poeta idem forte cum Periegete Euſtath. proœmio, ſive Epiſtola ad Jo. Ducam. Maximus ad Dionyſ. Areopagit. de Myſt. Theol. c. 2. Suid. in Διονυσ. Κορίνθι@.
Dionyſius Longinus, de quo infra lib. IV.
Dionyſius Magnes Olymp. CLXXIII. Ciceronis annum XXIX. agentis præceptor in Aſia fuit teſte Cic. in Bruto, Plutarcho in Cic p. 862.
Dionyſius Medicus Celſ. VI. 6 Plin. XX. 3. & 11. Supra in *Junio* & *Cyrto* ac paulo poſt in *Mileſio*, *Salluſtio* & *Samio*.
Dionyſius Melitenſis Plutarchi familiaris IX. 14. ſympoſ. quæſt.
Dionyſius Heracleotes *Metathemenus* dictus quod à Stoicis ad Cyrenaicos vel Epicurum defeciſſet, ut dixi ſupra cap. XV. Vide Jonſium p. 250.
Dionyſius Mileſius Hiſtoricus clarus circa Olymp. LXV. teſte Suid. in Ἑκαταῖ@, *res Darii* (Hyſtaſpis ſub quo fuit) ſcripſit *libris V.* teſte rurſus Suida in Διονύσ. qui præterea ejus *Perſica*, Jonica dialecto compoſita commemorat: tum *libros tres de rebus Trojanis*, itemque Μυθικά & Κύκλον ἰσοδικὸν libris ſeptem (ſive ut Clemens in protreptico pag. 30. vocat μέρεσι) At undecimus laudatur in Schol. ad Euripidis Phœniſſ. v. 1123. De hoc opere quod σόφαινον vocat Socrates III. 23. & ex eo Niceph. X. 36. Tripartita VII. 2. & Samio Dionyſio Athenæus tribuit, dixi ſupra lib. 2. c. 2. §. 24. Suſpicor autem μυθικὰ ſive παλαιὰς μυθοποιίας ut vocat Diodorus Sic. III. 66. p. 140. (200) & Τρωϊκὰ Suidæ memorata non fuiſſe diverſa à Cyclo illo hiſtorico. Vide Diodorum Siculum lib. III. c. 52. p. 129. (185.) Forte nec Perſica ejus diverſa fuere à libris τῶν μετὰ Δαρεῖον, quod expono *de rebus Dario imperante geſtis*. Sic apud Plutarchum de ſera Numinis vindicta p. 563. Ὁ γηρᾷ μεθ' ἡμᾶς Πρωτογόνος, recte Xylander: *qui nobiſcum fuit*, non *qui poſt nos*. Cæterum *periegeſin Orbis* etiam Suidas tribuit huic & mox Samio Dionyſio. Perperam ſane, ſi illam quam hodie habemus intellexit, alium enim illa longe juniorem Dionyſium auctorem habet, ut dicturus ſum infra lib IV. *Argonauticorum* Dionyſii Mileſii primum & ſecundum librum laudat Schol. Apollonii, niſi Mytilenæum intellexit, quem & ipſe alibi & Suidas tradit ſcripſiſſe Argonautas. Quanquam Dionyſium quoque Mileſium (ſed in Cyclo Hiſtorico

ut

2011 Ministerio de Cultura

ut ſuſpicor) de Argonautis ſcripſiſſe tradit Diodorus Sic. loco laudato, & reſpicit ubi de Argonautis loquitur Apollodorus in Bibliotheca ſua, Hiſtorici ut alibi dixi Cycli epitome.

Dionyſius Mileſius Medicus cujus mentio ap. Galenum IV. 7. περὶ τόπων & alibi II. de antidot. Plinium lib XII. & XXII. Cælium Aurel. &c.

Dionyſius Mileſius Sophiſta Iſæi Aſſyrii auditor ſub Hadriano Imp. clarus. Vide Philoſtr. 1. de Sopiſt. p. 513. & p. 522. ſeq. Dionem LXIX. p. 789. De Epiſtolis quas huic Dionyſio male tribuit Meurſius, dixi ſupra lib. 2. c. 10. §. 31. Epigrammata quoq; Dionyſii Sophiſtæ quæ in Anthologia leguntur, Antiocheno libentius tribuerim.

Dionyſius Muſicus: ſupra in *Ælius Dionyſ.* Alius apud Nepotem in Epamin.

Dionyſius Muſonii F. Samius vel ſecundum alios Rhodius ſcripſit Suida teſte ἰσοῤῥίας τοπικάς libris VI. Ex his forte fuerunt Βασσαρικὰ Stephano memorata & Euſtathio ad periegeten. Addit Suidas ἰσορῥίας παιδευτικῆς libros X. & (quæ alterius Dionyſii eſt) οἰκιστικὴν ἀπήγησιν. Samio etiam libros περὶ τῆς Κύκλου tribuit Athenæus, ſed Dionyſius ὁ κυκλογράφος aliis Mileſius eſt, ut paulo ante dixi.

Dionyſius Mytilenæus. infra in Scytobrachion.

Neſtor Dionyſius, Novarienſis Minorita, auctor dictionarii latini editi Argentinæ 1502.

Dionyſius Olynthius inter eos qui de Homero ejusque genere & ætate ſcripſerunt laudatus à Tatiano. At χρονικὰ apud Suidam in ἑυελπίδης, non hujus ſunt Dionyſii ut Meurſio viſum, ſed Halicarnaſſei.

Dionyſii duo ὀψαρτυτικῶν ſcriptores ab Athenæo allegantur.

Dionyſius Oxymachi F. Medicus, à Rufo laudatus libro de partibus humani corporis.

Dionyſius Pariſienſis quem ab Areopagita diſtinguere docuit Jo. Launojus.

Dionyſius Pergamenus cognomine *Atticus*, Apollodori Rhetoris qui Auguſtum Imp. docuit diſcipulus σοφιστὴς ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος. Strab. XIII. p. 625.

Dionyſius Phaſelites allegatur in Schol. ad Pindarum Od. 2. Pyth. p. 421. edit. Ox. ejus περὶ τ' Ἀντιμάχου ποιήσεως & περὶ ποιητῶν ab auctore Græco vitæ Nicandri.

Dionyſius Philadelphienſis ſive à Ptolemæo Philadelpho in Indiam miſſus cum Megaſthene, ut vires gentium proderet teſte Plinio VI. 17. ὀρνιθιακὰ illi tributa à quibusdam, refert Euſtathius ad Dionyſii periegeſin, addens illum dictum vulgo διάκενον ſive *inanem*, διὰ λέξεως ἀκυρολογίαν.

Dio-

2011 Ministerio de Cultura

Dionyſius Platonis ſervus. Laert. II. 42.

Dionyſius Marcus Pomponius, libertus. Cic. IV. 14. ad Attic.

Dionyſius Rhodius: ſupra in *Dionyſio Muſonii* F. Tertull. de anima c. 46.

Dionyſius Epiſcopus Romanus ab A. C. 259. ex cujus epiſtola ad Dionyſium Alex. legitur fragmentum apud Athanaſ. de decretis Synodi Nicænæ. Nam quæ ipſi præterea tribuit Lud. Jacobus à S. Carolo in Bibl. Pontificia, atque in his librum de ſitu Orbis ſive periegeſin è fabuloſo Luitprando, recte exploſit præſtantiſſ. Caveus.

Dionyſius Salluſtius Medicus. Plin. XXXII. 7.

Dionyſius Samius Vide ſupra in *Dionyſ. Muſonii F.*

Dionyſius Samius Medicus. Galen. IV. 13. de medic. ſecundum genera.

Dionyſius Scymnæus. Tzetz. ad Lycophronem v. 1247. *An forte intelligitur Ælius Dionyſius Halicarnaſſeus junior, qui Scymno Lexicon ſuum inſcripſit?* ita Jonſius p. 242.

Dionyſius Scytobrachion ſive *Scyteus*, paulo ante Ciceronem vixit, Jonſio obſervante ex Svetonio de Grammat. c. 7. Auctor fuit hiſtoriarum quas alii ad Xanthum Lydum retulere teſte Athenæo XII. p. 515. Allegatur ab Euſtathio ad Iliad. γ'. Huic Dionyſio *Coronam* tribuit Jonſius, à Socrate (ipſe ex memoriæ lapſu Euſebium citat) laudatam, idemque eſſe putat opus XXXIII. librorum de Nymphis apud Suid. in Νύμφαι. Sed Coronam illam haud diverſam exiſtimem à Κύκλῳ Hiſtorico Dionyſii Mileſii, de quo ſupra. Præterea Dionyſius iſte Mytilenæus Suida teſte ſcripſit Carmine Epico τὰ περὶ Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς ἔργα, tum Μυθικὰ ad Parmenontem, denique *Argonautas* ſex libris ſermone proſario, quod opus in ſcholiis ad Apollon. laudatur.

Dionyſius Siculus, Syracuſarum Tyrannus de cujus ſcriptis videndi præter Suidam viri docti laudati à me lib. 2. c. 19.

Dionyſius Siculus junior, ſuperioris filius Tyrannus & ipſe Siculorum, quem Epiſtolas & de poematibus Epicharmi ſcripſiſſe Suidas teſtatur. Epiſtolam ejus ad Speuſippum exhibet Laert. IV. 2. De hoc proverbium *Dionyſius Corinthi*. Vide Juſtin XXI. 5.

Dionyſius & Cephalo legislatores qui è Corintho in Siciliam venerunt. Plutarch. Timoleonte p. 248.

Dionyſius Sidius Etymol. M. in Ἀστυπάλαια, Forte legendum Σιδώνιος pro Σίδιος.

Dionyſius Sidonius. Varro lib. IX. de lingua lat. & Euſtath ad Odyſſ. ά.

2011 Ministerio de Cultura

Dionysius Sinopensis Comicus circa Olymp. C. cujus dramata quædam laudari ab Athenæo notabam lib. 2. c. 22.

Dionysii Stoici duo vel tres de quibus supra cap. XV. unus Heracleotes, alter quem allegat Laertius VI. 43. & contra quem scripsit Chrysippus: tertius quem Athenis Atticus audivit teste Cic. 2. Tusc.

Dionysius Syrus Sæculo XII. post CHRISTUM natum clarus. Supra in *Dionysius Bar Salibi.*

Dionysius dictus etiam *Terus* à patre, & ab ejusdem patria *Thrax*. Grammaticus, Discipulus Aristarchi, de quo infra lib. IV. Videtur etiam pictoriæ peritus fuisse & sculptoriæ. Confer Athenæum XI. p. 489. & Etymol. M. in Διονύσ. Franciscum Junium Catalogo pictorum pag. 79. Si idem fuit de quo Athenæus, docuit Rhodi.

Dionysius Thebanus Musicus antiquissimus, de quo dictum lib. 2. c. 15.

Dionysius Theophanti F. supra in *Dionys. Metathemenus.*

Dionysius Iryphonis F. Grammaticus qui περὶ ὀνόματων scripsit, laudatus Athenæo, Harpocrationi & Stephano Byz.

C. Valerius Dionysius cui jus Quiritium sive Civitatis Romanæ à Trajano dari rogat Plinius X. Epist. 105.

Cassius Dionysius Uticensis, qui Magonis Carthaginiensis libros XXVIII. γεωργικῶν Punice scriptos libris XX. Græca lingua est complexus & Sextilio Prætori misit, teste Varrone. Meminit hujus operis Plinius quoque & Columella & Athenæus. Allegatur etiam Dionysius in Geoponicis lib. 1. c. 11. licet Magonis opus ejusque Epitome tum illa Dionysii, tum altera sex librorum à Diophane Bithyno missa ad Dejotarum Regem, jam periisse videntur cum Geoponica jussu Constantini Porphyrogeneti concinnarentur, tantum abest ut, quod viris quibusdam doctis in mentem veniisse video Geoponica quæ exstant sint ipsi illi XX. libri à Dionysio Uticensi è Magone compositi. Ῥιζοτομικὰ hujus Dionysii memorantur in scholiis ad Nicandrum & à Stephano Byz. in ἰτέα, atque respiciuntur ut Meursius observat, etiam à Servio ad 1. Georgic.

Dionysius Zopyrus. Schol. Aristoph. ad aves v. 1297. Nisi legendum *Dionysius & Zopyrus.* Nam ut Laertius VI. 100. notat, Dionysius & Zopyrus Colophonii sub Menippi Cynici nomine libros ediderunt.

CA-

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT XXXIII.

De EPICURO & Epicureis, Cyrenaicis, Scepticis aliisque Variarum minorum sectarum Philosophis.

De ætate & vita Epicuri. 1. Scripta. 2. Catalogus Epicureorum. 3. Cyrenaicorum. 4. Scepticorum. 5. De Megaricis, qui Dialectici quoque & Eristici dicti. 6. De aliis variis sectis minoribus. 7. De Eclecticis. 8.

I.

EPICURUS Neoclis F. è genere nobili Philaidarum, in Gargetto Atticæ natus est Olymp. CIX$\frac{3}{4}$. Archonte Sosigene, ante CHRISTUM 342. (*a*) Anno ætatis decimo quarto vel duodecimo (*b*) Philosophiæ operam dare cœpit, cum Sophistas & Grammaticos incassum rogasset, ut Hesiodi sibi chaos interpretarentur. *Democriti* potissimum scriptis delectatum ferunt, è quibus dogma de atomis, uti ex scriptis *Aristippi* dogma de voluptate hausisse & pro suo venditasse est insimulatus. Ita enim intelligo locum Laertii X. 4. Præceptorem nullum agnovit, (*c*) sed Pyrrhonis discipulum Nausiphanem qui Epicuri se doctorem ferebat, gravissimis proscidit probris. Sunt tamen qui Xenocratem, (*d*) alii qui Lysiphanem & Praxipharem (*e*) tradunt audiisse, vel Pamphilum Platonicum (*f*) in Samo versatum. Ex Antiquioribus Philoso-

(*a*) Laert. X. 14. ex Apollodoro.
(*b*) Id. 2. & 14.
(*c*) Laert. X. 8. 13 14. Sextus initio libror. contra Math.
(*d*) Eusеb. XIV. præparat. p 768. Laert. X. 13. ex Demetrio Magnesio.
(*e*) Laert. ibid. ex Apollodoro.
(*f*) Laert. X. 14.

2011 Ministerio de Cultura

phis plurimum tribuit Anaxagoræ & Archelao. Leucippi ne meminit quidem, nec ipse nec Hermachus. (g) Adolescentiam partim Sami partim Tei exegit, mox versatus Colophone, Mytilenæ, Lampsaci: denique Athenas reversus anno æratis 36. cum ibi per aliquod tempus esset commoratus, hortum peramœnum in urbe ipsa sibi comparavit in eoq; familiares quos habuit plurimos docuit. In dictione maxime studuit perspicuitati & proprietati verborum: (h) vitam sobriam egisse etiam ab adversariis conceditur, neque Cicero dubitavit de Epicuri schola scribere II. 25. de fin. *ut ceteri existimantur dicere melius quam facere, sic hi mihi videntur facere melius quam dicere.* Bodinus in Colloquio Heptaplomere MS. lib. 1. *Multos Deorum contemtores, plures etiam qui nihil à beluis nisi figura differrent, Epicureum tamen adhuc reperi neminem, i. e. qui Deos nulla præmiorum spe religiose coleret, qui frugalissime ac temperatissime viveret, qui continentiam, justitiam, fidem, morum integritatem ut Epicurus amplexaretur, mortales tamen animos crederet, nec ullum ab immortali Deo negotium cuiquam impendere arbitraretur, qui denique summum hominis extremumque bonum non in corporeis voluptatibus, sed in animi excelsi tranquillitate serena collocaret.* Inter dogmata ipsius fuere haud dubie non impia modo, ut qui præmia & pœnas & omnẽ removeret religionem Numinis, sed etiam absurda ut (præter illa ipsa quæ jam dixi) quod negaret fines rerum intentos, oculum v.g. factum ad videndum, aurem ad audiendum; sed casu illa opinabatur quia ad hoc apta coaluissent, videre & audire, quo nihil mihi videtur dici posse ineptius. Denique dogmata ejus quoque fuere ita comparata, ut maxima voluptate homines probos privaret conscientia ac providentia Dei, & in rebus adversis præsens atque maximum eriperet solatium, quod ex Dei voluntate & auxilio percipitur, ut pulchre monuit Plutarchus libro quod non possit svaviter vivi secundum Epicurum. Alioqui non abnuerim per inimicos multa ipsi fuisse & ejus scholæ impacta per calumniam, quæ è veteribus Laertius, è recentioribus præcipue diligenter diluit Gassendus. Præter eundem Gassendum T. 5. Opp. & reliquos eruditos Laertii ac Lucretii interpreres, de Vita ac Philosophia Epicuri consuli possunt Jacobus Rondellus Libro de vita & moribus Epicuri, Amst. 1694. 12. & Bælius in Lexico, T. 2

Obiit Ol. CXXVII. 2. ætatis 72. Archonte Pitharato (i) statuis in patria sed

(g) Laert. X. 12. 13.
(h) id. 13 Gassend. VIII. 7. de vita & moribus Epicuri.
(i) Cic. de fato c. 2.

2011 Ministerio de Cultura

æneis ſed multo magis decoratus longa (*k*) diſcipulorum ac frequenti ſucceſſione, qui memoriam ejus velut Dei cujusdam coluere, & natalem ejus celebravere (*l*) annua ſolenni die decima vel ſeptima Gamelionis, & viceſimo cujusquè menſis die in ejus & Metrodori memoriam frequentarent epulas, unde dicti εἰκαδισταί. *Vultus Epicuri per cubicula geſtant, ac circumferunt ſecum*, inquit Plinius XXXV. 2. Effigiem ejusmodi è veteri gemma poſt Gaſſendum exhibet Laertii præclara editio Wetſteniana, & Gronovius T. 2. Antiqu. Græc. tabula 96.

II. Scripta hujus Philoſophi fuere ultra volumina trecenta teſte Laertio X. 26. neque placuit Epicuro aliena teſtimonia libris ſuis inſerere, ut contra frequentiſſime fecit æmulus πολυγραφίας ejus Chryſippus: ſed integra ſuis verbis ac ſententiis implevit. Nihil ex ejus ſcriptis tulit ætatem, exceptis paucis quæ ſervavit Laertius, & Petrus imprimis Gaſſendus illuſtravit, quem de ſcriptis Epicuri conſules in ejus vita lib. I. cap. IX. X. Adjecit etiam pleraque Græce Lucretio ſuo Gifanius.

1. *Teſtamentum.* X. 16. - 22. adde Gaſſend. lib. 2. c. 1
2. *Epiſtola ad Herodotum.* X. 35 - 83. de principiis naturalibus.
3. *Epiſtola ad Pythoclem.* X. 84 - 116. de meteoris.
4. *Epiſtola ad Menœceum* X. 122 - 135. de vita inſtituenda.
5. *Epiſtola ad Idomeneum.* X. 22. quæ latine etiam exſtat apud Cic. 2. de fin.
6. Κύριαι δόξαι. Laert. X. 139 - 144.

Alia ejus ſcripta non pauca memorantur præter hæc quæ exſtant, & quibus aſteriſcum deinceps præfixi:

Περὶ αἱρέσεων Laert. X. 27. & 136. ubi eſt περὶ αἱρέσεων καὶ φυγῆς.
Ἀναξιμήνης Laert. X. 28.
Ἀντίδωρος, β'. Laert. X. 28.
Ἀριστόβουλος Laert. X. 28.
περὶ ἀτόμων καὶ κενοῦ Laert. X. 27. Cleomedes allegat Epicurum ἐν ταῖς τῶν ὅλων ἀρχαῖς quod Gaſſendo idem opus videtur.
περὶ δ' ἐν τῇ ἀτόμῳ γωνίας Laert. X. 28.

(*k*) Laert. X. 9. Suid in Ἐπίκουρος, Jonſius lib. 1. c. 20.
(*l*) Athen. VII. p. 298. Plin. XXXV. 2. Cic. 2. de fin. Luert. X. 18.

2011 Ministerio de Cultura

περὶ ἁφῆς. Laert. X. 28. de atomorum tangibilitate corporumve: tangere enim & tangi niſi corpus nulla poteſt res, ut ex Epicuri mente ſcripſit Lucretius.

περὶ βασιλείας. Laert. X. 28. Plutarch. quod non poſſit ſvaviter vivi ſecundum Epicurum. p. 1095. D

περὶ βίων ſive βιωτικῶν, &c. Laert. X. 27. & 119. 136.

Διαιρέσεις Laert. X. 119. Plutarch. p. 1095. C. περὶ τὰς μεγαλικάς. Laert. X. 27.

περὶ δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν Laert. X. 28.

περὶ δικαιοπραγίας Laert. X. 28.

περὶ δώρων καὶ χάριτος Laert. X. 28. in hoc libro docuit teſte Sexto Empirico 1. contra Math. p. 11. ὅτι ἀναγκαῖον ἐστὶ τοῖς σοφοῖς μανθάνειν γράμματα.

περὶ εἰδώλων Laert. X. 28.

περὶ εἱμαρμένης Laert. X. 28.

Ἐπιστολαί. Laert. X. 28.

ad Anaxarchum Plutarch. p. 1117. contra Colotem.

ad Ariſtobulum (Ariſtodemum) Laert. VII. 9.

περὶ τῶν Πιτηδευμάτων Ariſtocles apud Euſeb. XV. 2. præparat. Athenæus VIII. p. 354. Reſpicit & Laert. in Protag. IX. 53.

ad Eurydicum. Laert. X. 13.

ad Hermachum. Athen. XIII. p. 588. Cic. 2. de fin.

* *ad Herodotum* Laert. X. 29. 30. 35.

* *ad Idomeneum* Laert. X. 22. Seneca Epiſt. 22. Apoſtol. XVI. 95. proverb.

ad Leontium Laert. X. 5. 6.

* *ad Menœceum* Laert X. 29. 122.

ad Polyænum Seneca. Epiſt. 18.

* *ad Pythoclem* Laert. X. 5. 6. 29. 84. Heſych. Illuſtr. in Ἐπίκουρος.

ad Philoſophos Mytilenæos πρὸς τοὺς ἐν Μυτιλήνῃ φιλοσόφους Laert. X. 6. 136. Sextus Empir. p. 2. adverſus Math.

Ἐπιτομὴ τῶν πρὸς τοὺς Φυσικούς. Laert. X. 27.

Ἐπιτομὴ μεγάλη. Laert. X. 39. 40. 73. μικρὰ Ἐπιτομή. id 85. 135. ad Herodotum. Haud diverſa ut videtur ab Epiſtola quæ exſtat.

περὶ ἔρωτος Laert. X. 27.

Εὐρύλοχος Laert. X. 28.

Ἡγησιάναξ. infra περὶ ὁσιότητος.

περὶ ἡδονῆς *de Voluptate* Cic. 3. Tuſc.

πρὸς

2011 Ministerio de Cultura

πρὸς θεόφραστον librum 2. Plutarch. p. 1110. contra Colotem.
Καλλισθένας Laert. x. 28.
Καινὴ ἢ περὶ κριτηρίου Laert. x. 27. & 14. 30. 31. Damoxenus Comicus ap. Athenæum III. p. 102. *de regula & judicio* Cic. 1. nat. Deor. ubi *cœleste volumen* dicitur.
ἐν τῇ ιβ΄ περὶ νόσων. Laert. X. 74. nisi intelligitur liber XII. περὶ φύσεως.
* Κύριαι δόξαι Laert. x. 27. & 29. *maximæ ratæ.* Cic. 2. de fin. *selectæ brevesque sententiæ* id. 1. nat. Deor. quæ Sexto Empirico λέξεις ῥηταί, ut observat Gassendus quem vide T. V. Opp. p. 180.
πρὸς τὰς Μεγαρικὰς διατριβάς Laert. x. 27.
πρὸς Μητρόδωρον Laert. x. 28.
Μητρόδωρος, έ. Laert. x. 28. ἐν Πρώτῳ Μητροδώρῳ id. 23.
πρὸς Μίθρην Laert. x. 28. περὶ νόσων δόξαι.
περὶ Μουσικῆς Laert. x. 28.
Νεοκλῆς πρὸς Θεμίσταν Laert. x. 28.
Περὶ νόσων δόξαι Laert. x. 28.
περὶ ὁσίων Laert. x. 28.
περὶ ὁσιότητος ἢ Ἡγησιανάξ Laert. x. 27. Cic. 2. de nat. Deor. *At etiam de sanctitate & de pietate adversus Deos, libros scripsit.*
περὶ παθῶν δόξαι Laert. x. 28.
Πολυμήδης Laert. x. 28.
προβλήματα Φυσικά. Videtur memorare Laertius & Plutarch. Utrum tanquam distinctum opus, dubito.
Προγνωστικόν Laert. x. 28.
προτρεπτικός Laert. x. 28.
περὶ Ῥητορικῆς Laert. x. 13. & Schol. Hermogenis, cujus locum produxit Meursius in Bibl. Attica.
Στοιχειώσεων liber XII. Laert. x. 44.
Συμπόσιον Laert. x. 28. & 119. perstringit Athenæus V. p. 186. 187. Meminit Plutarch. III. 5. sympos. & lib. 1. c. 1.
περὶ τέλους *de finibus bonorum ac malorum.* Cic. Laert. x. 6. 27. 130. Athen. VII. p. 280. XII. 546. Plutarch. p. 1091. Hesych. Illustr.
De summo bono Cic. 3. Tusc.
πρὸς Τιμοκράτη Laert. x. 28.
Τιμοκράτης γ΄. Laert. x. 28. & 23.
περὶ Φαντασίας Laert. x. 28.
περὶ Φύσεως, λζ΄. Laert. x. 27 & 7. & 30. 39. 40. 73. 74. 91. 96. 119. Galen. in 1. Hippocr. de nat. hum.

περὶ

2011 Ministerio de Cultura

περὶ φυτῶν Laert. X. 27. licet Gassendus pro duobus librorum titulis περὶ αἱρέσεων & περὶ φυτῶν legit junctim περὶ αἱρετῶν καὶ φευκτῶν. Χαιρέδημος ἢ περὶ θεῶν Laert. X. 27.

III. *Catalogus* * *Epicureorum.*

Agathobulus. Meminit Plutarchus lib. non svaviter vivi sec. Epicurum p. 1089.

T. Albutius Cic. 1. nat. Deor. & 5. Tusc.

Alcæus qui Roma cum aliis Epicureis pulsus est Anno U. C. 581. teste Athenæo XII. p. 147. & Æliano IX. 12. Var.

Alexander Epicureus à Plutarcho colloquens inducitur II. 3. sympos.

C. Amafanius sive *Amafinius.* Cic. 1. Acad. & 4. Tusc. Cassius Epist. ad Cic. XV. 19.

Amynomachus Philocratis F. Laert. X. 16. 17. Cicero 2. de fin.

Pompilius Andronicus. Sveton. de Grammaticis c. 8.

Antidorus. Vide infra in *Autodoro.*

Apelles cujus meminit Plutarchus f. 1094. de non svaviter vivendo sec. Epicurum.

Apollodorus Epicureus. Laert. X. 13. κηποτύραννος dictus, quadringentorum amplius voluminum scriptor. id. 25. Ejus librum 1. de vita Epicuri laudat Laertius X. 2. Epicuri servus decem ab eo minis emtus id. 10.

Aristion, Athenienssis. Appian. Mithridatic. p. 189.

Aristobulus, Chæredemus, & Neocles tres Epicuri fratres quos cum eo Philosophatos refert Laertius X. 3. Aristobuli meminit Plutarch. pag. 1103.

Artemidorum num Epicureis addat è Senecæ VIII. 13. quæst. nat. dubitat Gassendus T. V. p. 190.

Asclepiades Bithynus Medicus. Galen. de Theriaca ad Pison. c. XI. T. 2. pag. 462.

Athenæus Epicuri discipulus. Laert. X. 22. ejus in Epicurum Epigramma Laert. X. 12.

Au-

* Plerosque horum notaverat Gassendus de vita & moribus Epicuri lib. 1. c. 8. lib. 2. c. 6. & lib 3. c. 5. Leonhardus Cozzandus Brixianus de Magisterio antiquor. Philosophorum libro VI. Genev. 1684 12.

2011 Ministerio de Cultura

Auſonius Burdegalenſis præter rem ut exiſtimo Epicureis adſcribitur.
Avtodorus Epicureus. Laert. V. 92. forte leg. Antidorus cujus nomine librum Epicurus inſcripſit. id. x. 28.
T. Pomponium Atticum tanquam deditum Epicuro inſectari quidam ſolebant, ut ipſe ait apud Cic. 1. de finibus, certe audivit Zenonem ac Phædrum Epicureos. Vide tamen Jonſium p. 212.
Baſilides ſucceſſor Dionyſii. Laert. x 25.
L. Thorius Balbus Lanuvinus. Cic. 2. de fin.
Auſidius Baſſus. Vide Senecam Epiſt. xxx.
Boethus Geometra, Epicureus, à Plutarcho colloquens inducitur in Symposiacis. Mentio ejusdem lib. de Pythiæ Orac.
Calliſtolas, cujus nomen libro præfixit Epicurus. Laert. x. 28.
C. Caſſius Cæſaris interfector de quo Cic. & Plutarch. Caſſii ad Cic. Epiſtolæ quædam adhuc exſtant, ut illa xv. 19.
Catius Inſuber Cic. Epiſt. ad famil. xv. 16. & 19. Horat. II. ſat. 4. Quintil. x. 1.
Celſi duo Epicurei. Origenes lib. 1. p. 8. *δύο ἦ παρειλήφαμεν Κέλσους γεγονέναι Ἐπικουρείους. Τὸν μὲν πρότερον ἐπὶ Νέρωνα, τὸν δὲ μετ' Ἀδριανὸν καὶ καθ' ἡμᾶς γεγονότα.* Hic posterior diu post Adrianum clarus (confer Clariſſ. Dodvvell. ad Irenæum p. 32. ſeq. & 500. ſeq.) is ipſe eſt qui contra Judæos & Chriſtianos ſcripſit librum ſub titulo quem ab Antiphonte mutuatus eſt *λόγος ἀληθής*, quemque egregio opere, quod exſtat, confutavit Origenes teſtatus eum in hoc Epicureiſmum diſſimulaſſe pag. 141. 163. 200. Eidem Celſo Lucianus ſuum inſcripſit Pſeudomantem, in quo libros illius *κατὰ Μάγων* extollit, eosdem denotans quos Origenes I. p. 53. vocat *βιβλία πλείονα κατὰ μαγείαν*, ut obſervatum Guil. Spencero in notis ad Orig. quem ſi placet vide. Ad antiquiorem ut exiſtimo Celſum Epiſtola Metrodori memoratur Galeno de libris propr. T. 4. p. 368.
L. Ceſtius Pius, Rhetor de quo multa ap. Senecam in Controverſiar. libris.
Chæredemus. Supra in *Ariſtobulo*. Hujus nomine librum proſcripſit Epicurus quo diſputabat de Diis. vide Laert. x. 27.
Cleon cujus meminit Epicurus Epiſt. ad Pythoclem. Laert. x. 84.
Colotes cujus librum Ptolemæo Regi inſcriptum *περὶ ᾧ ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων Φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν*, duobus ſcriptis exploſit & confutavit Plutarchus quem vide p. 1107. & 1086. Idem p. 1117. refert Colotem cum

2011 Ministerio de Cultura

cum Epicurum de natura rerum differentem audiviſſet, ad genua ejus protinus accidiſſe atq; in diſciplinam ei ſe dediſſe, quod Epicurus ipſe in literas referre non dubitavit, qui hunc Colotem per ὑποκοϱισμὸν vocavit Κολωτάϱαν vel Κολωτάϱιον. Adde p. 1100.

Damis. Lucian. in Jove Tragœdo.

Demarchus. Ambroſ. x. Epiſt. 82. ad Vercellenſem Eccleſ. (al. III. 25.) *Clamat ergo ille* (Epicurus in Epiſt. ad Menœceum) *ſicut Demarchus aſſerit, quia non potationes neque comeſſationes nec filiorum ſoboles nec fœminarum copulæ nec piſcium copia aliorumque hujusmodi quæ ſplendido uſui parantur, ſuavem vitam faciunt, ſed ſobria diſputatio.*

Demetrius Laco Epicureus Protarchi diſcipulus, Laert. x. 26. Strabo, Sextus Empir.

Democrates Epicuri plagiarius, Plutarch. p. 1100. de non ſuaviter vivendo ſec. Epicurum.

Demophilus ex Plutarch. Phocione p. 759. quem admodum & *Democritus* neſcio quis junior male Epicureis adſcribuntur.

Diocles cujus tertium Περὶ φορμῆς laudat Laertius x. 11. allegat. & 12.

Diodorus de quo legendus Seneca c. 19. de vita beata: Hic eſt qui cum ſibi gulam præſecturus eſſet, exclamavit: *Vixi, & quem dederas cursum fortunæ peregi.* Perinde ac ſi præſcindere telam idem eſſet abſolvere.

Diogenem Laertium Epicureis paſſim accenſeri video, adeo ut Sam. Parkerus vir egregius ſed in Epicureiſmo & Atheiſmo impingendo facilior Laertium appellet virum mediocris judicii, & Epicureæ ſectæ immodice addictum. lib. de Deo p. 39. Argumenta tamen quibus permoti hoc faciunt viri docti, ni fallor, non ſunt omni exceptione majora, ut infra lib IV. oſtendo.

Diogenes è Seleucia Babyloniæ, uſus gratia Alexandri illius qui Antiochi Epiphanis filius ſubdititius. Athen V. pag. 211. ubi plura de eo ejusque in Lyſiodum fœminam amoribus & quod ab Antiocho Antiochi ſucceſſore ſit ob linguæ petulantiam interfectus.

Diogenes Tarſenſis ὁ τὰς Περιπατητικὰς σχολὰς συγγράψας. Laert. X. 26. dogmatum etiam moralium Epitomen ſcripſit, id. forte Demetrii Laconis diſcipulus, ex ſuſpicione Gaſſendi II. 6. de vita Epicuri.

Dionyſius Polyſtrati ſucceſſor, Laert. X. 25. Ipſi ſucceſſit Baſilides.

Doſitheus ad quem ſcripſit Epicurus. Plutarch. f. 1101. de vita inſuavi ſec. Epicur.

Ep

2011 Ministerio de Cultura

Epicurus Metrodori F. Laert. X. 19. alter Leontis & Themistæ F. id. 26. ubi & alii duo Epicuri Magnesius & alter pugil memorantur.

Eucratides Pisidami F. Rhodius Vet. Inscriptio apud Gruterum, Fulv Ursinum p. 72. elog. & Meursium in Rhodo c. 9. Gassendum II. 6. de vita Epicuri.

Eurydicus ad quem Epicuri Epistolam memorat Laert. X. 13.

Gabinius de quo Gassendus III. 5. de vita Epicuri accipit hæc Ciceronis pro P. Sextio c. 10. quæ de Pisone videntur intelligenda: *Laudabo homo doctus Philosophos nescio quos &c.*

M. Fabius Gallus ad quem Cicero VII. 26. ad famil.

Hegesianax cujus nomini librum περὶ ὁσιότητος inscripsit Epicurus Laert. X. 27. mortem luxit in Epistolis apud Plutarch. f. 1101. 2. adversus Colot.

Hermachus Agemarchi filius Mytilenæus Epicuri successor cum eodem συγκαταγηγεραικὼς ἐν φιλοσοφίᾳ. Laert. X. 10. & 15. ubi & Epistolæ ejus memorantur. Præter domum in Epicuri testamento & libros omnes, (id. 21.) Hortus ei assignatus Athenis, ut in eo ipse cum suis & post eum alii διαδόχοι Philosophiæ operam darent id. 17. Vide & 24. seq. ubi hæc ipsius scripta quæ vocat pulcherrima referuntur: Ἐπιστολικὰ, περὶ Ἐμπεδοκλέους κϐ'. περὶ τῶν μαθημάτων. πρὸς Πλάτωνα, πρὸς Ἀριστοτέλη. Successor ejus fuit Polystratus.

Hermocles. Theodor. Prodromus in Amarantho.

Hermodorus. Lucian. Icaromenippo.

Hermon. Lucian. Convivio seu Lapithis.

Herodotus inter primos qui obscura adhuc Epicuri dogmata ipso superstite illustrarunt. Laert. X. 5.

Q. *Horatius Flaccus* Romanæ Lyræ princeps de seipso ita lib. 1. Epist. IV. ad Albium Tibullum:

Me pinguem & nitidum bene curata cute vises
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Idomeneus Lampsacenus ad quem scripsit Epicurus Laert. x. 21. Plutarch. p. 1127. contra Colotem. Ejus assentator Epicurus dicitur apud Athenæum VII. p. 279. adde Laert. x. 5. 25. & 23. ubi uxor ejus traditur Batis Epicuri soror.

Leo sive *Leonteus* Lampsacenus Themistæ maritus Laert. x. 5. & 25. pater filii

2011 Ministerio de Cultura

lii cui & ipſi Epicuro nomen. id. 26. εἰς τῶν ἐπ' ἄκρον Ἐπικούρου μαθητῶν Plutarch. contra Colotem p. 1108.

Hippoclides & Polyſtratus Philoſophi, *eodem die nati, ejusdem præceptoris Epicuri ſectam ſecuti, patrimonii etiam poſſidendi alendæque Scholæ communione conjuncti, eodemque momento temporis ultima ſenectute extincti* Valer. Max lib. 1. c. 8.

Idomeneus Lampſacenus ad quem ſcripſit Epicurus. Seneca Epiſt. 11. *quis Idomenea noſſet, niſi Epicurus illum ſuis literis incidiſſet?*

Lepidus Amaſtrianus. Lucian in Pſeudomante. T. 1. p. 763.

Lucianus τὸν Ἐπικούρου αἱρέσεως fuiſſe notatur à Græco ſcholiaſte ad Pſeudomantem & ipſe ſe talem paſſim prodit Samoſatenſis.

Lucilius ad quem Seneca Epiſtolas ſcripſit, ſæpius eas ideo quod ad Epicureum ſcriberet Epicuri vocibus obſignans.

T. Lucretius Carus, qui eleganti ac ſublimi ſimplicitate dogmata Epicuri primus explicuit latino carmine quod exſtat & poſt alios illuſtratum eſt egregie ab infelici Thoma Creech, quin in hoc non diſſimilis fuit Lucretio, Diodoro & aliis hujus ſectæ non paucis, quod ſibi manus intulit.

Lycon. infra in *Mus.*

Lycophron ad quem ſcripſit Leonteus teſte Plutarcho neſcio an Epicureis accenſeri debeat.

Lyſias Tarſenſis Athen. V. p. 214. apud quem obiit Hermachus. Laert. x. fuit & *Lyſiades* Phædri Epicurei filius.

M. Valerius Martialis Epicureis accenſetur à Boxhornio in Pliuii jun. vita, cui aſſentitur Cozzandus & fidem faciunt multa Epigrammatum ejus loca.

Memmius cui Lucretius libros ſuos dedicavit.

Metrodorus Lampſacenus Epicuri diſcipulus Laert. x. 22. ſeq. & alter prope Epicurus ut ait Cicero. Meminit præter Strabonem & alios etiam Athen. VII. p. 279. ſeq. Epicuro prior obiit vide Laert. X. 18. 23. & Gaſſendum de vita Epicuri lib. 1. cap. 8.

Laudat Metrodorum ἐν τῷ περὶ Φιλοσοφίας, Plutarchus p. 1127. ſeq. contra Colotem. ἐν τοῖς πρὸς τὰς σοφιστάς (libros novem Laert.) Plutarchus p. 1091. quod non ſuaviter poſſit vivi ſecundum Epicurum. ἐν τοῖς περὶ ποιητῶν. id. p. 1094.

Πρὸς Τίμαρχον. id. contra Colot. ἐν τῷ περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς

2011 Ministerio de Cultura

πρὸς εὐδαιμονίαν ϛ ἐκ τ̃ πραγμάτων. Clemens Alex. 2. Strom. p. 417.

Alia ejus ſcripta apud Laert. x. 24.

Περὶ αἰσθήσεων.
πρὸς Δημόκειτον.
πρὸς τὰς Διαλεκτικάς
περὶ τῆς Ἐπικούρ ἀῤῥωσίας.
περὶ εὐγλωτίας.
πρὸς τὰς ἰατρικάς.
περὶ μεγαλοψυχίας.
περὶ τῆς μεταβολῆς
περὶ πλούτ
περὶ τῆς ἐπὶ σοφίαν πορείας.
πρὸς Τιμοκράτην.

Metrodorus Stratonicenſis ab Epicuro ad Carneadem ſe contulit. Laert. X. 9. τάχα βαρυνθεὶς ταῖς ὑπερβλήτοις αὐτ̃ χρηστότησιν *forte quod innumeris beneficiis ab eo* (Carneade) *cumulatus eſſet.* Ut Laertii locum explicat Monnojus apud Clariſſ. Bælium in Lexico T. 2. p. 1130. edit. ſecundæ. De aliis Metrodoris Jonſius lib. 1. c. 20.

Mithras Syrus cui auxilio occurrit Metrodorus. Vide Plutarch. p. 1126. contra Colotem & p. 1097. Ad hunc Epicurus περὶ νόσων δόξας ſcripſit. Laert. x. 28.

Mus Epicuri ſervus, cum eo philoſophatus. Laert. x. 3. 10. Gell. lib. 1. c. 12. Macrob. 1. Sat. c. 11. teſtamento ejus dimiſſus liber cum Nicia & Lycone. id. 2.

Neocles Epicuri frater. Meminit Plutarchus non ſvaviter vivi ſec. Epicurum p. 1089. & 1097. 1100. Vide ſupra in Ariſtobulo. Scripſit de ſecta ſua (i. e. Epicurea) teſte Suida. Vide Gaſſendum de vita Epicuri lib. 1. c. 8. ubi obſervat hujus quoque Neoclis eſſe illud λάθε βιώσας quod ſingulari libro impugnat Plutarchus.

Nicanor. Laert. x. 20.

Nicias. Supra in *Mus.*

Aurelius Opilius Sveton. de Grammaticis c. 6.

C. Sergius *Orata.* infra in *Poſtumius.* Cic. 3. Offic. Plin. IX. 54. Hiſt Valerius Max. IX. 1. Macrob III. Sat.

Orion. Laert. x. 26.

Panſa de quo Cic. in Epiſtolis & Caſſius xv. 19.

2011 Ministerio de Cultura

L. Papirius Pætus de quo idem Cic.

Patron Epicureus Ciceronis æqualis qui eum Memmio commendat XIII. 1. ad famil.

T. Petronius Arbiter, de quo dixi in Bibl. latina.

Phædrus Athenienſis à Cicerone & Attico frequentatus. Mentio ejus XIII. 1. ad famil. & in quinta Philippica, & in libris de natura Deor. ac de finibus.

Philiſcus Ælian. IX. 12. Var.

Philodemus Gadarenſis (Strabo XVI. pag. 759.) Epicureus Ciceronis ætate nobiliſſimus (Aſconius ad Orat. in Piſonem cap. 28.) cujus poemata elegantia & arguta ſed laſciva olim ferebantur, è quibus ſuperſunt hodie Epigrammata quædam Græca in Anthologia. Aliud edidit Heinſius de Satira Horat. pag. 136. emendavit Sam. Petitus lib. 1. Obſ. c. 9. Ejus librum decimum τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως allegat Laertius X. 3. Meminit hujus Philodemi idem 24. & Horatius 1. Satir. 2. v. 121. ubi vide Vet. commentatorem & Menag. p. 446. ad Laert. Alius Philodemus ſive Philodamus Opuntius de quo Cic. in Verrinis.

Philomarus (in quibusd. editt. *Philuminaris*) Epicuri ſectator in Epitomis laudatur ab Ambroſio lib. X. Epiſt. 82. ad Vercellenſem Eccleſiam (al. III. 25.) ſed Philodemi nomen reponendum monet Menagius ad Laertii X. 3.

L. Piſonem, barbarum Epicurum vocat Cicero Orat. in Piſon. c. 9. & c. 16. *Confer nunc Epicure noſter ex hara producte, non ex ſchola* &c. Iterum c. 38. duos Epicureos vocat T. Albutium & L. Piſonem.

Plato Sardianus. Cic. 1. ad. Q. fratrem Epiſt. 2.

Pollius Felix Surrentinus. Statius II. 2. ſilvar. v. 113.

Polyænus Athenodori F. Lampſacenus. Laert. X. 24. quem ſecum in Convivio diſputantem induxit Epicurus teſte Plutarcho contra Colotem p. 1109. Meminit ejusdem pag. 1098. Obiit ante Epicurum. Vide Laert. X. 18. magnus Mathematicus Ciceroni 4. Acad. quæſt.

Polymedes ſub cujus nomine librum ſcripſit Epicurus. Laert. X. 28.

Poſtumius quem Epicureis aliis jungit Cicero 2. de fin. c. 22. *quid affers cur Thorius, Poſtumius, cur Chius, cur omnium Magiſter Orata non jucundiſſime vixerit?*

Polyſtratus Hermachi ſucceſſor. Laert. X. 25. Ipſi ſucceſſit Dionyſius. De hoc Polyſtrato ſupra in Hippoclide.

Pro-

2011 Ministerio de Cultura

Protarchus Laert. X. 26. Bargyleites quem Basilidi successisse suspicatur Gassendus lib. 2. de vita Epicuri c. 6. Meminit Strabo, XIV. p. 658.

Sex. Aurelius Propertius sit ne Epicureis accensendus, minime constatè III. 20. 26. ubi elegantissimus Broukhusius legit: *aut hortis, dux Epicure, tuis:* pro quo alii: *docte Epicure.*

Ptolemæi Alexandrini duo, unus Melas alter Leucus cognomento. Laert. X. 25.

Pudentianus. Galen. T. IV. p. 368.

Pyrson ad quem scripsit Epicurus. Plutarch. p. 1101.

Pythocles cujus meminit Plutarchus p. 1124. contra Colotem, & p. 1094. quod non liceat svav. vivere sec. Epicurum. Laert. x. 5. & 6. Epicuri ad eum Epistolas commemorat.

Sandes Lampsacenus. Laert. x. 22.

L. Saufejus qui cum Attico Philosophiæ studio ductus per plures annos habitavit teste Nepote.

Siron Serv. ad Eclog. 6. Ciceroni in Epistolis & 2. de fin. Syron vel Scyron.

Statillius de quo Plutarch. in Catone minore & Bruto. Dubitat Gassendus II. 6. de vita Epicuri idem ne sit cum Statilio Facco cujus Epigrammata Græca leguntur in Anthologia.

Timocrates ad quem scribit Metrodorus apud eundem Plutarch. p. 1125. Metrodori scilicet frater. id. pag. 1098. 1126. Laert. X. 6. Inter primos qui obscura adhuc Epicuri dogmata illustrarunt. id. 4. Epicuri heres. id. 16. seq. Cic. 2. de fin.

Timarchus ad quem scripsit Metrodorus apud Plutarchum contra Colotem p. 1117.

L. Manlius Torquatus quem Cicero colloqvutorem inducit libris de finibus.

Cajus Matrinus Valens. Vet. Inscript. apud Sponium p. 128. Misc.

L. Varus Cæsaris amicus de quo è Quintiliano Gassendus II. 6.

Quintilius Varus qui docente Sirone sectam Epicuream didicit teste Serv. in Eclog. 6. Necem ejus luget Horatius I. Od. 24.

C. Vellejus Senator cui Cicero collocutoris partes tribuit in libris de natura Deorum.

Verrius Pæti & Attici familiaris. Cic.

P. Virgilius Poetarum latinorũ princeps, qui in Epicuri hortulo Philosophiä edoctum se innuit sub initium poematis cui titulus Ciris. Cum Varo

2011 Ministério de Cultura

Varo edoctum à Sirone notat Servius ad Eclog. VI. atque Virgilius ipſe in Epigramm. *Magni petentes docta dicta Sironis.*

Xenoclem Plutarchi fratrem fuiſſe Epicureum ſuſpicor è lib. 2. ſympoſ. quæſt. 2.

Zeno Sidonius, χ νοῆσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφῆς. Laert. VII. 35. Apollodori auditor, πολύγραφος αἰήρ. id. x. 25.

Zeno Epicureus à Cicerone & Attico frequentatus, quem principem Epicureorum (ſuæ ſcil. ætatis) vocat Tullius 1. de nat. Deor. confer V. 11. Attic. Diverſus hic & junior mihi videtur Zenone ſuperiore qui Apollodorum audivit, Epicuro non multo juniorem: licet eosdem facit doctiſſ. Jonſius, ubi quindecim Zenones recenſet lib. 2. cap. 1.

Zenobius contra quem ſcripſit Alex. Aphrodiſeus teſte Simplicio in III. Phyſ. comm. 49.

Zopyrus Medicus ἐν μάλα τοῖς Πικήρου λόγοις ἐνομιληκώς, Plutarchi æqualis III. 6. ſympoſ.

* * *

Batis Epicuri ſoror, uxor Idomenei. Laert. x. 23.

Leontium ab Epicuro & Metrodoro amata Laert. x. 4. 5. 6. 23. perinde ut *Marmarium, Hedia, Erotium & Nicidium.* (Plutarcho p. 1097. de non ſvaviter vivendo Νικήδιον ubi & Βοΐδιον nominat) id. 7. Contra Theophraſtum ſcripſit Leontium ſermone ſcito & Attico. Cic. 1. de nat. Deor. & Plin. hiſt. nat. præf. Confer Menagium in mulierum Philoſopharum hiſtoria & ad Laert. p. 446. ſeq. Leontium hanc Metrodori legitimam uxorem fuiſſe & falſa quæ de illa tanquam meretrice feruntur, contendit Gaſſendus in Epiſt. T. VI. Opp. p. 128. Filiam ejus *Danaen* Sophronis præfecti Epheſi amaſiam memorat Athenæus.

Phædrium Epicuri ſerva, manumiſſa ejus teſtamento. Laert. x. 21.

Philænis Samia, in quam Dioſcoridis Epigramma qua famam de inſana libidine propellere ab ipſa conatur, edidit Illuſtris Spanhemius de uſu numiſmatum diſſ. IX. p. 764. Confer etiam Clariſſ. Fleetvvodi inſcriptionum antiquarum ſyllogen pag. 338. ſeq. qui poſtremos binos verſus ita interpretatur: *At illius quidem nomen exſpuet ſive abolebit* (ἀναπύσαι) *tempus, mea autem oſſa, poſtquam famam iniquam à me amolita ſum;* τερφθείη, *placide quieſcant.* *The-*

2011 Ministerio de Cultura

Themista Zoili filia Leontei Lampsaceni uxor. Laert. X. 5. Cicero in Pison. c. 26. Clemens Alex. Lactant. &c.
Thophila Martial. VII. 68.

IV. *De Philosophis Cyrenaicis* qui & ἡδονικοί.

Epicureis merito à me subjunguntur CYRENAICI, ἐκ μιᾶς οἰνοχόης Ἐπικούρῳ πεπωκότες, *ex eodem cum Epicuro poti poculo*, ut loquitur Plutarchus p. 1089. de non svav. vivendo sec. Epicurum. Passim quoque cum Epicureis videas conjugi, quia & ipsi in voluptate ajebant summum boni consistere. Hieron. in Ecclesiastæ IX. *Et hæc inquiunt, aliquis loquatur Epicurus & Aristippus, & Cyrenaici, & ceteræ pecudes Philosophorum.* Auctor hujus sectæ Epicuro antiquior & ad asotiam projector fuit *Aristippus* Socratis discipulus, de quo vide si placet Suidam & Eusebium XIV. præparat. p. 763. seq. ac quæ dixi lib. 2. c. 23. §. 33. Aristippo successit *Arete* filia, Huic filius μητροδίδακτος *Aristippus*.

Ex Cyrenaica secta deinceps prodiere *Theodorii*, à *Theodoro* Atheo qui Aristippi μητροδάκτου discipulus fuit. Laert. II. 85. 86.

Habuit præterea & alios discipulos major Aristippus, ut *Synalum* * (nisi pro Σωάλλου cum Menagio, ut sane videtur, legendum σωὶ ἄλλοις) cujus meminit Eusebius XIV. præparat. p. 764. & *Antipatrum* Cyrenæum Laert. II. 86. quem oculis captum fuisse Cicero scribit. 1. Tusc. tum *Æthiopem* ex Ptolemaide, Laert. ibid. *Aristotelem* quoque Cyrenaicum qui de poetica scripserit refert Laert. V. 35.

Antipatri discipulus fuit *Epitimedes* Cyrenæus, Epitimedis *Parebates*, Parebatæ *Hegesias* Pisithanatus, à quo *Hegesiaci* teste Laertio II. 85. dicti, & *Anniceris* à quo *Annicerii*, ut eidem Laertio traditum. Confer quæ de Anniceri Laertius III. 19. & Ælianus II. 27. Var. ac de universa Cyrenaicorum schola præclarus Vossius libro de Philosophorum sectis cap. IX.

Mnesistratios cum Cyrenaicis & Epicureis conspirare notavit è Posidonio Athenæus VII. p. 279.

V. *De Pyrrhone & Scepticis.*

Pyrrho Eleus Anaxarchi discipulus Epicurum ætate paulo antecessit, pictor primum, deinde in Democriti cum incidisset libros, Philo-

* Fuit etiam *Metallus* quidam præter Schthyæ Dialectici.

2011 Ministerio de Cultura

sophiæ operatus præceptore Dryſone Stilponis F. ſive ut Jonſius p. 191. malit Bryſone. Laert. IX. 61. ſeq. Varia deinde itinera adiit ſapientiæ cauſa, relictis vero præceptoris & quorumcunque Dogmaticorum placitis nihil prorſus certo ſciri poſſe, in utramque partem de omnibus diſputando contendit, neque tamen hoc docuit tanquam plane certiſſimum, neque in vita communi Scepticum ſe geſſit, ut è variis Laertii Sextique locis conſtat. Nihil ſcriptum reliquit, teſte rurſus Laertio IX. 102. & Ariſtocle apud Euſebium XIV. præparat. p. 758. & 763. ubi emendandus eruditus interpres, nam verba χρησὸν μὲν ἕν οἱ ὅτι εὗρεν ὅτε ἔγραψε, non ſignificant Pyrrhonem in Democriti libris nihil boni reperiſſe, ſed ipſum lectis Democriti libris per ſe nihil neque invenisse neque ſcripſiſſe præclari.

E vita deceſſit propemodum nonagenarius Laert. IX. 62. quo anno vel qua Olympiade non reperi annotatum. Diſcipuli ejus fuere Timon, Hecatæus, Eurylochus, Nauſiphanes aliique. Vitam Pyrrhonis Timonisque ſcripſerat Antigonus Caryſtius (in opere quo & aliorum Philoſophorum vitas fuit perſecutus) teſte Ariſtocle apud Euſebium XIV. p. 762. ſeq. Sectatores ejus non modo Pyrrhonii ſed etiam à Philoſophandi ratione dicti *Aporetici, Sceptici, Ephectici ac Zetetici.* Laert. IX. 69. 70. Cui adde ſi placet Jonſium p. 235. Alios vero Philoſophos veluti certa tantum & explorata dogmata venditantes quæ Scepticis videbantur incertiſſima, appellabant communi nomine *Dogmaticos*, quos deinde iterum ſingulari nomine diſcriminabant ut apud Sextum lib. 1. Pyrrhon. Hypotypoſ. p. 14. κατὰ τοὺς μάλιστα ἡμῖν ἀντιδοξοῦντας τοῖς Δογματικοῖς ἀπὸ τῆς σοᾶς. Sed poſt Pyrrhonem age Scepticos quosdam ordine litterarum in medium adducamus. Sunt igitur qui calamo meo ſeſe obtulere, hi:

Æneſidemus Gnoſius Heraclidis Sceptici auditor Laert. IX. 116. non ita diu ante Ariſtoclem floruit, ut conſtat ex Euſebii præparat pag. 763. itaque Pyrrhonis σωμήτης dicitur apud Laert IX. 102. non quod Pyrrhonem ipſum audierit, ſed ejus dogmata fuerit ſectatus. Alexandriæ docuiſſe ex eodem Euſebio conſtat. Hinc aliis dicitur Æneſidemus Alexandrinus.

Ejus Πυῤῥωνείων λόγων librum primum laudat Laertius IX. 106. quartum Sextus 7. contra Math. p. 258. Ex hoc opere quod in VII. libros digeſtum fuiſſe idem Laertius IX. 116. docet, forte novem do-

2011 Ministerio de Cultura

modorum ὑποτύπωσιν quibus incerta esse, omnia dilputabat, refert Aristocles apud Eusebium XIV. præparat. pag. 760. Vide & Laert. IX. 87. & quæ de iisdem modis Sextus Empiricus lib. 1. Pyrrhon. Hypotypos. Favorini Arelatensis Academici libros X. πυρρωνείων τρόπων laudat Gellius XI. 5. confer Philostratum 1. de Sophist. p. 495. seq. Ænesidemi στοιχειώσεις. Euseb. pag. 761. ὑποτύπωσιν εἰς τὰ Πυρρώνεια. Laert IX. 78. librum περὶ σοφίαν (an σφίσας) & alium περὶ ζητήσεως. id IX. 106.

E Scepticismo non modo ἀφασίαν & ἀπραξίαν ut Timon, sed plane ἡδονὴν consequi ajebat, ut est apud eundem Eusebium p. 758.

Antiochus Laodicenus. Laert IX. 106. ἀπὸ λύκης, Zeuxidis discipulus. id. 116.

Apellas ἐν Ἀγρίππᾳ allegatur à Laertio IX. 106.

Ascanius Abderites. Laert. IX. 61.

Dioscorides Cyprius, Timonis discipulus. id. 115.

Eubulus Alexandrinus Euphranoris discipulus. Laert. IX. 116.

Euphranor Seleucius Timonis discipulus. Laert. IX. 115.

Eurylochus Pyrrhonis discipulus. Laert. IX. 68. idem forte quem supra retuli in Epicureis.

De *Favorino* & aliis Academicis, qui ad Scepticos accedebant, dixi supra cap. III.

Hecatæus Abderites Laert. IX. 69. Pyrrhonis discipulus.

Heraclides Ptolemæi Cyrenæi auditor. Laert. IX. 116.

Herodotus Ariei F. præceptor Sexti Empirici, Menodoti auditor. id.

Menodotus Nicomediensis, Antiochi Laodiceni auditor. id. 116.

Mnaseas. Euseb. XIV. præparat. p. 731.

Nausiphanes quem ferunt auditum ab Epicuro. Vide quæ supra hoc ipso capite §. 1.

Nicolochus Rhodius Timonis discipulus. Laert. IX. 115.

Numenius Pyrrhonis auditor. Laert. IX. 114. diversus à Numenio Apamensi, ut notat Jonsius III. 10.

Philo Athenienſis. Laert. IX. 67. & 69.

Philomelus cujus meminit Eusebius XIV. præp. p. 731.

Praylus Troadensis, Timonis discipulus. Laert. IX. 115.

Ptolemæus Cyrenæus qui Timonis hæresin restauravit, auditor Eubuli. Laert. IX. 115 & 116.

Python ad quem scripsit Timon.

2011 Ministerio de Cultura

Sarpedon Ptolemæi Cyrenæi auditor. Laert. IX. 116.
Saturninus ὁ Κυθλωᾶς Empiricus, Sexti auditor, Laert. IX. 116.
Sextus Empiricus cujus ſcripta exſtant. De eo dixi infra libro IV.
Theodas (Θευδᾶς) Laodicenus. Antiochi diſcip. Laert. ibid.
Theodoſius σκεπτικῶν κεφαλαίων ſcriptor. Laert. IX. 70. De hoc Theodoſio dixi capite quinto præſentis libri §. 16.
Timon Phliaſius, diſcipulus Pyrrhonis, cum antea in theatris ſaltatorem egiſſet, animum appulit ad Philoſophiam & Stilponem primum deinde Pyrrhonem audivit clarus ſub Antigono Rege Macedoniæ & Ptolemæo Philadelpho. Summam ejus Philoſophiæ breviter exponit Ariſtocles apud Euſebium XIV. præparat. p. 758.
Timonis πύθων. Euſeb. p. 761. Laert. IX. 76. & 105. πρὸς πύθωνα. id. IX. 67.
Σίλλοι libris tribus quibus Philoſophos Dogmaticos præcipue deriſit, etſi αἱ κατὰ πάντων ἀνθρώπων βλασφημίαι dicuntur Ariſtocli apud Euſebium p. 761. adde p. 763. atque ad Laert. IX. 111. & Jonſium II. 3. p. 128. ſeq. Fragmenta habes in H. Stephani Poeſi Philoſ. atque inde in Horatio Dan. Heinſii Lugd. Bat. 1612. 8. Apollonidis Nicæni ὑπομνήματα in Timonis σίλλους Tiberio Cæſari inſcripta memorat Laertius IX. 109. Confer Jonſium p. 222. ſeq. Sotionem περὶ Τίμωνος καὶ σίλλων Athen. VIII. p. 336.
Ἰνδαλμοί. Laert. IX. 65. & 105. male apud Sextum p. 442. contra Math. ἐν τοῖσι δήμοις pro ἰνδαλμοῖς, ut jam viris doctis obſervatum.
Tragœdiæ LX & Dramata Satyrica ac Comica XXX. Laert. IX. 110. ubi præterea ejusdem ἔπη & κιναίδους, h. e. Heroica & cinædica carmina commemorat. Quæ porro proſa ſcripſerit, mox ex Antigono Caryſtio qui ejus vitam compoſuit, ait acceſſiſſe ad ἐπῶν (forte στίχων ſcripſerat Laertius) millia viginti. Ex his fuere ni fallor:
Ἀρκεσίλαος ἢ περὶ δείπνου. Laert. IX. 115.
Περὶ αἱρέσεων. Laert. IX. 105.
Xanthus Timonis filius ac ſucceſſor. Laert. IX. 109.
Zeuxippus Æneſidemi diſcipulus & civis h. e. patria Gnoſſius. Laert. IX. 116.
Zeuxis Æneſidemi diſcipulus & ipſe, Laert. IX. 106. ubi allegatur ejus liber περὶ διτρόπου λόγου. Auditor itidem Zeuxippi, cognomento γωνιόπους. id. 116.
De recentioribus quibusdam Scepticis infra in Sexto Empirico dixi lib. IV.

VI. *De Megaricis qui & Dialectici poſtea, atque Eriſtici dicti.*

Euclides Megareus, (diverſus à Geometra cum quo paſſim confunditur ut

à

2011 Ministerio de Cultura

à præſtantiſſ. Sponio pag. 141. Miſc.) diſcipulus Socratis, conditor Megaricorum diſciplinæ, quam nobilem nec multum à Platone diſſenſiſſe tradidit Cicero 2. Tuſc. Euclides *ideſſe ſummum bonum dixit quod ſimile ſit & idem ſemper*, ut notat Lactantius III. 12. ex Cic. 4. Acad. quæſt. Parmenidis ſcriptis cumprimis delectatus eſt teſte Laertio II. 106. Xenophanis etiam ac Zenonis Eleatæ ſectator. Cic. 2. Tuſc. Qui & ipſe Zeno à quibusdam auctor Eriſticæ diſciplinæ dicitur, τῆς ἐριστικῆς ἀρχηγὸς, ut ex auctore Hiſtoriæ Philoſophicæ quæ inter Galeni ſcripta legitur jam notarunt viri docti. Vide Voſſium de ſectis cap. XI. Scripſerat hic Euclides dialogos ſex, quorum hi tituli apud Laertium II. 108. exſtant: Λαμπρίας, Αἰσχίνης, Φοῖνιξ, Κρίτων, Ἀλκιβιάδης, Ἐρωτικός. Reliquorum dialecticorum nomina hæc ſunt:

Alcimus Rhetor eximius, Stilponis auditor. Laert. II. 114.

Alexinus, Elienſis, diſcipulus Eubulidis, propter natum ad contentiones ingenium dictus Ἐλεγξῖνος. *Olympiacam* ſectam inſtituere cum vellet in Olympia, à diſcipulis deſertus periit. Scripſit adverſus Zenonem Citieum, cujus profeſſus adverſarius fuit, & contra Ephorum Hiſtoricum Laert. II. 109. ſeq. Adverſus Alexinum ſcripſit Ariſto Chius id. VII. 163.

Antipater. Cicero Lucullo, Stoicum innuens qui & ipſi pleriq; Dialectici.

Apollonius Cronus Eubulidis auditor de quo ſupra c. XXI. p. 530.

Archidemus. Cicero Lucullo, Stoicum innuens de quo ſupra c. XV.

Ariſtides Laert. II. 113.

Ariſtoteles dialecticus. Plutarch. Arato p. 1028. Laert. II. 113. Hunc reſpici in dialogo Stilponis cui titulus Ariſtoteles, Jonſio viſum.

Artemidorus cujus librum adverſus Chryſippum allegat Laert IX in Protagora 53.

Clinomachus Thurius. Laert. II. 112. Clitomachus eidem lib. 1. ſect. 19.

Clitarchus Ariſtotelis primum Cyrenaici, tum Stilponis diſcipulus. Laert. II. 113.

Crates Stilponis auditor. Laert. II. 114. & 117. ubi videtur à Cynico diſtingui.

Diodorus Cronus Apollonii diſcipulus, de quo dixi ſupra c. XXX. p. 776.

Dionyſius Bithynus. Strabo XII. p. 566. quem Theodorus Atheus audivit. Laert. II. 98.

Diphilus Boſporianus, Euphanti & Stilponis auditor. Laert. II. 113.

2011 Ministerio de Cultura

Eubulides Milesius discipulus Euclidis, præceptor Alexini & Rhetoris Demosthenis, ὑβριστικὸς in Aristotelem aliosque. Vide Jonsium p. 350. Captiosa ejus argumenta notant viri docti ad Laert. II. 108. VII. 187.

Euphantus Olynthius, Eubulidis discipulus, scripserat librum insignem de regno ad Antigonum Regem quem instituit, tum tragœdias & temporis sui Historiam. Laert. II. 110.

Heraclides Bargyleites, qui contra Epicurum scripsit. Laert. V. 64. Idem ut videtur Heraclides contra quem scripsit Chrysippus VII. 198.

Ichthyas Metalli F. Euclidis discipulus, ad quem Diogenes Cynicus dialogum scripsit Laert. II. 112. præceptor Thrasymachi Corinthii id. 113.

Metrodorus ὁ Θεωρηματικὸς Theophrasti primum tum Stilponis auditor. Laert. II. 113.

Myrmex Exæneti F. discipulus ex adversario Stilponis. Laert. II. 113. & Hesychius illustr. in Στίλπων, licet Steph. in Ἐνετοὶ male legit ἐξ ἐνετῶ, pro Ἐξαυέτω ut Is. Casaubono observatum.

Panthoedus Lyconis Peripatetici præceptor. Laert. V. 68. contra quem scripsit Chrysippus. VII. 193.

Pasicles Euclidis discipulus Cratetis Cynici frater. Laert. VI. 98.

Philippus Megaricus. Laert. II. 113.

Philo Diodori Croni discipulus. Laert. VII. 6. Hunc Jonsius p. 119. eundem putat cum Philone Athenienſi, de quo paulo ante in Scepticis, Philonis Dialectici Menexenum allegat Clemens Alex. IV. Strom. p. 523. Eadem referens Hieronymus 1. contra Jovinian. Philonem Carneadis Magistrum appellat.

Philonicus. Dionys. Halic. In vita Isocratis T. 2. p. 99.

Phrasidemus è Peripatetico Stilponis auditor. Laert. II. 114.

Simmias Syracusanus, Aristotelis primum Cyrenaici, tum Stilponis auditor Laert. II. 113. & 114.

Stilpo Megarensis, de quo dixi lib. 2. cap. 23. §. 43. in addendis. Fuit æqualis Theodori Athei sub Demetrio Poliorcete Antigoni filio & Ptolemæo Sotere, qui ambo patriam ipsius cum cepissent Stilponi propter sapientiam pepercerunt.

Thrasymachus Corinthius, Ichthyæ discipulus. Laert II. 113.

Timagoras Gelous, Theophrasti primum tum Stilponis auditor. id.

Zeno Phœnicius Stilponis discipulus. Laert. II. 114. Sed & à Zenone Citieo

2011 Ministerio de Cultura

tieo auditum Stilponem notat id. 120. quo minus mirum, quod inter Stoicos multi fuere qui Dialecticis sive Eristicis tricosarum & subtilium disputationum studio neutiquam cederent. Ita Chrysippus Πίθοξ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς. Laert. VII. 180. & Stoicorum scitum, Διαλεκτικὸν μόνον εἶναι τὸν σοφόν, id. 83. confer doctissimi Menagii notas p. 122. & 296.

Adversus Dialecticos libros III. scripserat Aristo Chius Stoicus. Laert. Dialecticæ fuere filiæ quinque Diodori Croni, *Argea, Artemisia, Menexena, Pantaclea & Theognis*, ut è Philone Dialectico refert Clemens IV. Strom. p. 523. His addenda *Nicarete* Megarica Stilponis amasia & socrus Simmiæ Syracusani Laert. II. 114. Athenæus XIII. pag. 596. Νικαρέτη ἡ Μεγαρέως τοῦ ἀγεννοῦς μὲν ἑταίρα, ἀλλὰ καὶ γονέων καὶ τῆς παιδείας ἐπέρασε μέν, ἡρμόσατο δὲ Στίλπωνι τῷ Φιλοσόφῳ.

VII. Supersunt aliæ sectæ quædam in veterum libris memoratæ, quas paucis perstringere juvat. Nam de *Eleaticis* quidem præcipuis Parmenide, Zenone Eleate &c. qui etiam ἐλεγκτικοὶ videntur esse appellati (vide Menag. ad Laert. lib. I. 17.) dictum est supra libro II. cap. XXIII. ubi quoq; de *Socraticis* & plerisque ante Socratem Philosophis celebrioribus. De Phædone item Eleo, à quo *Eliacorum* secta, & de Menedemo Eretrio, Plistani qui Phædonem audivit & Stilponis discipulo, à quo *Eretriaci*. De *Pythagoricis* lib. II. cap. XIII. De *Academicis* hoc ipso libro c. III. de *Peripateticis* cap. XI. de *Cynicis* c. XIII. de *Stoicis* c. XV. Præterea Εὐδαιμονικῶν mentionem Laertius facit in proœmio sect. 17. quos ait ἀπὸ διαθέσεων ita appellatos. Mihi autẽ verba ἀπὸ διαθέσεων videntur explicanda, *ab instituto*, ut εὐδαιμονικὸς Philosophus sit cujus tota Philosophia præ se ferebat disciplinam de felicitate comparanda. Solum vero *Anaxarchum* voluptuosum illum Alexandri adulatorem in veterum scriptis εὐδαιμονικὸν nomine venire memini, apud Athenæum VI. p. 250. & XII. p. 548. atque ex Athenæo apud Eustathium ad Iliad. χ'. pag. 1273. edit. Rom. Sic *Elpistici* Philosophi dicebantur teste Plutarcho IV. 4. sympos. qui nihil magis commendabant atque plenis laudibns efferebant quam spem, hæc enim nisi vitam svavitate sua perfunderet, illam prosus ajebant intolerabilem fore. Sic Pythagoræorum nonnullos vocabant σεβαστικούς, qui circa θεωρίαν rerum divinarum & τῶν σεβασῶν erat occupati, ut refert scriptor vitæ Pythagoræ apud Photium Codice CCXLIX. Ceteri erant πολιτικοὶ vel μαθηματικοί. Ἀναλογιστικῶν sive ut alii legunt Ἀπολογητικῶν, & qui se φιλαλήθεις profitebantur (quo nomine Antipho Rhetor

2011 Ministerio de Cultura

tor & Celſus Epicureus etiam libros ediderunt) mentio exſtat apud eundē Laertium lib. 1. ſect. 16. De Celtarum Druidibus, Bardis, Eubagibus & Σεμνοθέοις, Indorum Brachmanibus ac Gymnoſophiſtis, Perſarum Magis, de Chaldæis denique & Ægyptiorum ſapientibus, differere non eſt hujus loci, & multis hic Hylas jam dictus: pauca illa intelligo quæ de his ex veterum relatione ſcimus, nam pleraque de illorum dogmatis totaq; diſciplinæ ratione nos etiamnum fugere haud diffiteor.

VIII. Concludet hoc caput atque adeo totum præſentem librum tertium, brevis ſectæ ECLECTICÆ commemoratio, quæ à *Potamone* Alexandrino initium cepiſſe traditur. Non repetam in præſenti quæ de ea monuere viri docti ad Laert. lib, 1. ſect. 21. & Voſſius libro de ſectis cap. ult. Tantum notabo quod res ipſa eſt antiquiſſima, nec primo Potamoni qui Auguſto Imp. ſupparfuiſſe traditur, ſed pridem ante eum Pythagoræ ac Platoni in mentem venit, & Ariſtoteli ac ſapientiſſimo cuique Philoſophorum eſt probata, qui in unius verba Magiſtri jurare noluere, ſed cum varia legiſſent vel audiiſſent, ea quæ ſibi maxime probarentur deligebant atque in unum veluti aptabant corpus Philoſophiæ, aliaque proprio Marte obſervata addebant. Potamon autem primus videtur hoc palam profeſſus eſſe ac præ ſe tuliſſe ipſo nomine, favens alioqui Platoni, cujus etiam libros de Rep. commentariis teſte Suida illuſtravit: Cum vero edidiſſet στοιχείωσιν ſuam, qua ut eſt veriſimile ea quæ ex ſingulis Philoſophis ſibi probarentur ſuccincte conſignaverat, nemini tamen fere eſt probatus, quanquam Eclecticam Philoſophiam poſt ejus tempora probarunt innumeri ſive Chriſtiani, ſive alieni à CHRISTI ſacris: at nemo voluit dici Potamonius, ſive quod libro ejus, uti Caſaubonus * ſuſpicatur, deeſſet genio, ſive quod non optimo eſſet judicio uſus in deligendo, ſive quod cum eclecticum profiteretur, gereret le miſcellionem, κλωθήσας ἀσύγκλωστα atque unum quidem vultum Philoſophiæ componens, ſed ejusmodi, qualis apud Ovidium dicitur habuiſſe natura, antequam diſcordia rerum ſemina non bene junctarum digereret in rectum ordinem DEUS.

* If. Caſaubonus diſſ. 1. ad Dionem Chryſoſt ubi dicit Potamonem Dionis & paucorum ſimilium exemplo motum, eam Philoſophandi viam inſtituiſſe. At enim Dionem Potamon ætate anteceſſit.

ADDEN-

2011 Ministerio de Cultura

ADDENDA ET EMENDANDA QUÆDAM.

PAg. 6. in Catalogo *adde:* Politicus. 8.
11. v. 1. *lege:* profanis hominibus.
23. v. 24. *lege:* Philopon. VI. 8. 21. 22. 27. XIII. 15.
26. post verba, expendit Proclus, *adde:* cujus & ipsius intercidit Διόρθωσις τῶν πρὸς τὸν Πλάτωνα ἐν Τίμαιον ὑπ' Ἀριστοτέλους ἀντειρημένων. *Consideratio eorum in quibus Platonis Timæo contradixit Aristoteles*, quem librum sæpius allegat Jo. Philoponus de mundi æternitate contra Proclum II. 2. IV. 11. 14. VI. 7. 15. 27. 29. VIII. 1. IX. 2. XIII. 1. 15. XVI. 4. XVIII. 5.

Ad p. 27. ubi de Philippo Opuntio, *adde:* Hoc postea vidi etiam notatum accuratissimæ eruditionis viro Lud. Kustero ad Suidam Non prætereundus porro locus Nicomachi Gerasseni lib. 1. Arithmet. p. 6. Πλάτωνι μὲν ἐπιτέλει ἐξ τρισκαιδεκάτῳ τῶν νόμων ὅπερ τινὲς φιλόσοφον ἐπιγράφουσιν, ὅτι ἐν αὐτῷ πεισκοπεῖ πόσων δεῖ τὸν φιλόσοφον εἶναι.

p. 43. *pro* Boethius lib. 1. de Musica, *lege* lib. 2. Ibid. v. 3. *à fine:* Alcinus quoque alio nomine appellatur Albinus.

p. 52. Notitia Platonicorum, *adde:* & Academicorum. In Amyclo *lege:* Laert. III. 46.

55. Carneades Olymp. CXII. 4. defunctus. *lege:* CLXII. 4.

ibid. Orationem ejus habitam in Senatu, *adde:* Olymp. CLVI. 2.

Catalogo Academicorum addentur hi octo:

Aristander. Procl. III. in Timæum p. 186.

Aristo Ascalonita, frater Antiochi de quo supra. Plutarch. in Bruto p. 984. Aristus Ciceroni, 1. Acad. quæst. c. 3.

Diadumenus quem colloqvutorem inducit Pluarchus adversus Stoicos.

Dio Alexandrinus Cic. IV. Acad. quæst.

Diodorus præter Adramyttenus Strabo XIII. p. 614.

Heracleodrus, ad quem Demosthenis Epist.

2011 Ministerio de Cultura

Jon Platonicus. Lucian. Convivio.
Theomneſtus quem audivit M. Brutus. Plutarch. Bruto p. 994.

p. 73. adde M. Antonii Mureti notas ad Xenophontis Cyropædiam & *ἀνάβασιν*. Ingolſtad. 1602. 8.

Ad p. 91. Verba Suidæ de Iſidoro *ὢν τοῖς ἀδελφοῖς* non neceſſe eſt de M. Aurelio & L. Vero ſed de fratribus Iſidori intelligere. Et fortaſſis Iſidorus Hypſiclis Magiſter idem fuit cujus vitam Damaſcius deſcripſit, quem conſtat claruiſſe ſæculo quinto poſt CHRISTUM natum exeunte. Aliegatur Hypſicles ab Achille Tatio ad Aratum, qui Achilles præceptorem ſuum Iſidorianum appellat.

Ad. p. 92. Græcolatinam Theodoſii Tripolitæ editionem Oxoniæ jam parat *Joſ. Hunt*, A. M.

p. 93. adde de Conone hæc Probi ad Eclog. 3. Virgilii: *Conon Samius Mathemathicus Ægyptius natione, Ptolemæo libros de Aſtrologia ſeptem reliquit.*

p. 95. v. 19. pro: Equidem Poſidonius &c. lege: Equidem epitomen *μετεωρολογικῶν* Poſidonii quem Cicero audivit, compoſuiſſe conſtat Geminum, è quo nonnulla de Phyſicæ & Aſtrologiæ diſcrimine proferuntur à Simplicio in 2. Phyſ. ſect. 10. Gemini librum ſextum præceptionum Methematicarum laudat Eutocius ad Apollonii Conica. Gemini Mathematici librum de Mathematicarum diſciplinarum ordine Pappus Alex. lib. VIII. p. 448.

p. 163. v. 27. *lege*: Baſil. 1539. fol. p. 435. ſeq.

137. 17. Venet. 1562. 4.

24. poſt verba, liber integer, *adde*: etſi in epitomen contractus. *Φέρε καὶ τὰ ἔτι σωιτέμνοντες διὰ τὸ μῆκος ἕνια παραθώμεθα.*

166. v. 9. pro, ab alio, *ſcribe*: ab Abrahamo Levita ben Chasdai circa A. C. 1200.

22. lege: התפורח.

24. adde: Hebraicam verſionem nuper cum latina ſua interpretatione ac notis edidit *Jo. Juſtus Loſius* Hildeſienſis, Gieſſæ 1706. 4. qui ſola editione Francofurtenſi uſum ſe teſtatur, neque veteris latinæ verſionis facit mentionem, quam ſi vidiſſet & Manfredi ætatem cogitaſſet, non reprehendiſſet p. 56. Buxtorfium, quod auctorem Hebraicæ verſionis circa A. C. 1200. vixiſſe ſcripſit. 168.

2011 Ministerio de Cultura

pag. 168. v. 22. lege: Basileensis altera A. 1539. fol. per Jo. Bebelium & Mich. Isingrinium, cum veteri Erasmi præfatione.

170. v. 7. à fine, post: Philo quidam laudatur à Polemone, *adde:* & Philemonis Physiognomi librum Syriace versum memorat Greg. Abulpharagius Hist. Dynastiar. VI. p. 86. & 56. ubi eum Hippocratis Medici æqualem facit.

172. v. 12. lege: A. 1542. fol. tribus Vol.

21. lege: 1593. 8. typis Wechel. paginis editioni græcæ Sylburgii respondentibus. Hæc editio latina nitida novem est distincta Voluminibus, in quorum antepenultimo occurrunt etiam tria scripta suppositicia: 1. de causis, 2. de proprietatibus elementorum, & 3. de Mystica Philosophia secundum Ægyptios.

173. Adde de versionibus Arabicis librorum Aristotelis & variis suppositiis quæ sub ejus nomine apud Arabes feruntur, Barthol. Herbelotum in Bibliotheca Orientali. Persicæ versionis ex Agathiæ lib. 2. meminit Suid. in χοζρόης.

212. ubi de pseudo Callisthene, adde: Initium & specimen longiusculum hujus libri ex codice MS. Bibl. Lugdunensis Batavorum Græce vulgavit Abraham Berkelius ad Stephanum Byz. p. 237. 238.

225. v. 9. pro plus quam millenis, *lege*: bis millenis prope.

262. v. 2. pro addita, *lege:* additis Edmundi Chilmeadi notis & diatribe &c.

315. v. 6. à fine, pro editione κοινῇ, lege, editione in Hexaplis.

341. v. 11. adde: Nonnulla Aquilæ, Symmachi &c. fragmenta collegit ediditq; in Hieronymo suo nuper Jo. Marcianæus, & diligentissime idem se facturum nuper recepit doctissimus Benedictinus, Bernhardus de Monfaucon, qui commentarios Eusebii in Psalmos & Esaiam edidit, è quibus & ipsis non pauca addi possunt Drusio prætermissa.

p. 343. ad not. f. adde hæc Eusebii ad Esaiæ XXXIV. 4. p. 486. μὴ νειμῶν ἢ ἐν τῇ τ' ὀ ἑρμηνεία τὸ καὶ πατάξουσαι πᾶσαι αἱ δυνάμεις τ' οὐρανῶν, μὴ ἀστερίσκων, ἐκ δὲ τ' λοιπῶν ἑρμηνείας ἀφωσεπται.

p. 360. v. 12. post verba, cibos ingero, *adde*: De versionibus Syriacis, Arabicis, Copticis, Armenicis, Slavonicis è translatione Græca LXX. Interpretum compositis dicere non est hujus loci. Frag-

2011 Ministerio de Cultura

menta Verſionis veteris *Syriacæ* ſive Græcæ è Syriaco adornatæ collegit vir orientalium litterarum ad miraculum peritus Andreas Mullerus Greifenhagius in Symbolis Syriacis, quibus addi poſſunt alia pauca è Juſtino qv. 63. ad Orthodox. Procopio Gazæo ad 1. Sam. XX. 20. & in 3. Reg. 1. pag. 173. & 3. Reg. XII. p. 215. Suida in σαρκῶσας, Scholio ad MS. Barberin. in Oſeæ XI. 4. T. VI. polyglott. Walton. p. 133. b. Porro in excerptis Græcis Chronologicis ante Malalam editis p. 12. ſeq. male tribuit eruditus Interpres Origeni commentarios in Biblia Syriaca.

Cynicorum Catalogo addendi :

Adamas in Epigramm. Ammiani II. 51. Antholog.

Hermodotus in Epigramm. Lucilii, ibid. p. 273.

Meneſtratus id. p. 272.

Sphodrias cujus τέχνην ἐρωτικὴν allegat Athenæus IV. p. 162.

Stoicorum Catalogo p. 386. ſeq. addendi:

Ti. Claudius Alexander Philoſophus Stoicus in Vet. inſcript. apud Fulv. Urſinum p. 70. eleg.

Caſſius. Laert. VII. 34.

Criſpinus de quo Acro ad Horatii lib. 1. Sat. 1. Criſpini) *Philoſophi cujusdam loquacisſimi qui Aretalogus dictus eſt. Hic Criſpinus Poeta fuit, qui ſectam Stoicam verſibus ſcripſit.* Idem ad Sat. 4. *Hic ſimiliter ut Lucilius multos ſed malos verſus faciebat.*

Faunius Stoicus de quo Cicero in Bruto c. 31.

Effigies *L. Junii Ruſtici* Stoici apud Fulv. Urſinum p. 69. elog.

Sextus Herius Muſolus Philoſophus Stoicus in vet. inſcriptione apud Fulv. Urſinum p. 70. elog.

p. 387. v. 19. *dele verba*: & Mneſarchus Stoicus.

p. 436. poſt v. 21. adde: Pariſiis apud Gurmontium A. 1513. 4. Liber dicatus Hieronymo Alexandro Mottenſi *trium linguarum doctiſſimo, Græcas Aureliæ litteras profitenti.* Editor eſt Celſus Hugo Diſſutus Cavillonus, *Celta, earundem nec non Hebraicarum apud Parrhiſios interpres.*

p. 446. v. 16. poſt Γοργώ, *adde*: Simmiæ μελῶες allegantur à Stephano Byz. in Ἀμύκλαι. Ejusdem Ἀπόλλων à Stephano in ἡμιχυνίες & Tzetza Chil. VII. hiſt. 144.

p. 449. *Omiſſa eſt nota*: Manuel Holobolus Rhetor Rhetorum vixit tempore Michaelis Palæologi & Andronici filii ad quos ſcripſit verſus Po-

2011 Ministerio de Cultura

ſuſpicio eſt falſam ab eo cognominis iſtius rationem redditam fuiſſe. Nam Ptolemæi Hephæſtionis quidem ætate qui ſub Antonino Pio ſcripſit, epſilon ad lunæ figuram ſemirotundo flexu accedebat, ſed ante Domitiani tempora neque in numis neq; in aliis monumentis obſervatur niſi quadratum, ut jam pridē notarunt viri doctiſſimi.

p. 548. adde, Archimedem ἐν τοῖς περὶ κατοπτρικῶν laudari à Theone p. 10. ad Ptolemæum: ibid. de Anthemio qui ſub Juſtiniano Imp. clarus fuit, adde locum hunc Procopii 1. περὶ κτισμάτων: Ἀνθέμιος δὲ ὁ Τραλλιανὸς ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος, ὑτῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἁπάντων ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων πολλῷ - - - καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος γένος, ἔμφρων τε ἄλλως καὶ πρέπων Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν βασιλεῖ. Hinc conſtat de ætate Evtocii Aſcalonitæ, qui Iſidoro & Anthemio libros ſuos inſcripſit.

p. 561. v. 26. adde, à præſtantiſſimo Edmundo Hallejo prof. Geometriæ Saviliano latine editi Oxoniæ 1706. cum libris duobus de ſectione ſpatii ex ejusd. Halleji ingenio reſtitutis, & Pappi Alex. præfatione libri VII. ſyntaxeos ſuæ Græce primum vulgata cum ipſius lemmatibus ad hos Apollonii libros.

p. 589. v. 2. adde: Athenæum Mechanicum & reliquos è Codd. Palatinis edere voluit cum verſione adoleſcentis (Salmaſii, credo) *Janus Gruterus*. Vide Joſ. Scaligeri Epiſt. CCCCXX. ſeq.

p. 599. v. 13. pro p. 495. legendam 594.

p. 613. v. 16. poſt verba: ex communibus hauſit fontibus, adde; Hoc certe malim quam quod Allatius p. 942. de purgatorio, ſuſpicatus eſt Coſmam Chronici Alexandrini eſſe auctorem.

p. 617. Scriptis Coſmæ adde Expoſitionem in Pſalmos ſive loca difficiliora Pſalmorum. Meminit Cangius gloſſar. in Ἰνδικοπλευστής. Κοσμᾶ Ἰνδικοπλεύστου ἐξήγησις εἰς τὸς ψαλμοὺς, ἱστορικῶς τε καὶ ἀναγωγικῶς, ἃ μὴν κατὰ συνέχειαν ἐπὶ πάντων τῶν τῆς βίβλου χωρίων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χαλεπωτέρων, ἐξερανισθεῖσα ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐνδόξων, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τόποις ἐπιτηδείοις ἐπιγράφει. Καὶ πρῶτον προθεωρία τις ἡ ἐξέτασις τοῦ αὐτοῦ περὶ συσάσεως ψαλμῶν, καὶ ἄλλων τινῶν τῶν εἰς αὐτοὺς ἀναγκαίων θεωρημάτων.

In Lucæ quoque Evangelium ſcripſiſſe hunc Coſmam conjicit eruditiſſimus Caveus parte 2. Hiſt. literariæ Scriptor. Eccleſ. Sed locus quem affert petitus eſt è libro V. Coſmographiæ p. 247.

p. 624. v. 13. adde: Sed Thyatirenum Nicandrum à Colophonio haud diſtinguendum eſſe colligas è Stephano in Θυάτειρα.

Ibid. v. ult. lege: Apollodorus ἐν τῷ περὶ θηρίων 54. b. 60. ἐν τῷ περὶ βοτανῶν. 47. b. Et p. 625. v. 1. dele eadem verba male recurrentia.

p. 630. v. 2. pro aulici, lege, alicui.

p. 676. v. 8. lege: ſive rectius Λεοντίῳ ut apud Athenæum & Antonin. &c.

p. 678. v. 17. poſt verba; Memoratur præterea Parthenius, adde: in veteri Epigrammate Pelliani p. 236. lib. II. Anthologiæ c. 25.

p. 700. v. 3. à fine, pro 1555. lege 1655. p. 713. v. 9. à fine, lege Coptites.

p. 735. v. 7. à fine. adde: Dubitat Gaſſendus ll. 6. de vita Epicuri idemne ſit cum Statilio Epicureo, de quo in Catone Minore atque in Bruto Plutarchus.

p. 735. v. 2. à fine, adde: forte Diodorus Zonas, de quo p. 778.

Reliqua ingenio & humanitati Lectoris permittuntur.

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

FABRICII
DE SALIVATIONE
LIBELLUS.

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 6437